529

2687.

4°

J germ. 190 d

ZAHNII
POLITIA MUNICIPALIS,

(o)

LIPPIÆ,
Literis & impensis, MICHAELIS HERBST, Typogr. privil. 1713.

POLITIA MUNICIPALIS

Sive

De jure & jurisdictione civitatum Municipalium ac Superiorem recognoſcentium earundemq; Magiſtr. & civium officio

TRACTATUS JURIDICO-POLITICUS,

Cujus ICHNOGRAPHIA jam aliquoties prodiit

AUCTORE

BALTHAS. CONRADO ZAHN,

J. U. D. ac Per-Illuſtrium Statuum Provincialium Comitatus Marcani Ordinis Equeſtris quondam Syndico Celeberrimo,

Nunc autem

Nova methodo novisque inſertis capitibus

varie auctus, locupletatus, & in tres libros diſtributus,

Ubi JURA MUNICIPALIA pertractat

(1.) INTUITU PRINCIPIS & SUPERIORIS,

(2.) QUOAD UNIVERSITATEM & MAGISTRATUM,

(3.) RESPECTU CIVIUM & PRIVATORUM,

A

THEOD. ERNESTO ZAHN,

J. U. D. Lipp. ConDnn. territ. Advoc. Fisc. ac Conſule, prædicti Auctoris filio.

Cum elencho capitum & indice copioſiſſimo.

Lippiæ, Literis & impenſis [illegible] HERBST, Typogr. privil. 1713.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

* * * * * *
* * *

Si juxta Paulum JCti ratio naturalis quaſi lex quædam tacita liberis parentum hereditatem addicit, *l. 7. pr. ff. de bon. damn.* id ex communi illo naturæ ſimul & parentum voto deſcendit, *l. 7. §. 1. ff. ſi tab. null. exiſt.* ex voto quo vivi parentes nihil optatius ducunt, quam ut eorum intentio, quæ cum vita exſpiravit, à legitimis ſucceſſoribus adimpleatur; Hinc & nec quisquam proximitati amicitiam vel neceſſitati gratiam præferre ſolet, niſi filiis non exiſtentibus, Plut. *in Solon.* nec majorem parentes in implendis inſtitutis fidem quam filiorum eligere ſolent, ſi inevitabile mortalitatis fatum inſtat. Dudum jam, puta ſeptem ultra & quadraginta annos triſtis iſtius fati munus medio adhuc in ætatis vigore, implevit *Ichnographiæ Municipalis* Auctor, BALTHASAR CONRAD ZAHN, cui poſt creatorem T. O. M. vitam & nomen debeo, ſed de quo ob tenellam tunc ætatem præter nomen & famam nil quicquam mihi conſtat. Succreſcente judicio, & exantlatis Academicis ſtudiis meis ipſius collectanea fideli hactenus curatorum manu ſervata perluſtravi, unde facile conjecturare licuit, intendiſſe Auctorem *Ichnographiam* iſtam novis ſupplementis exornare, qua autem methodo, ſuſpicari integrum non fuit. Interim expenſo & proprio ami-

amicorum consilio id stetit propositum, ut mandati quasi loco paternum hoc qualiquali exitu exequerer judicium, nec ullum ex ordinariis occupationibus reliquum tempus & otium gratius impensum iri existimabam, quam ut *Ichnographiam Municipalem*, jam tertia vice editam & tot Dd. judicio approbatam, auctiorem redderem; Dein laborem hunc suscepi, neglexi, reassumsi, moræ moram, proposito propositum junxi, prout quædam tempora eripiuntur, quædam subducuntur nobis, quædam effluunt, donec staret intentio *Ichnographiæ* materiam sparsim tractatam linquere quidem, sed certis classibus disponere, distribuere, locupletare, ut pagellæ huic junctus elenchus inspicienti ostendit.

Interim non mea omnia sunt, quæ POLITIA hæc exhibet, sed sæpe cum SENECA *Epist.* 2. in aliena castra transivi, non ut transfuga, sed ut explorator; Nec agnoscere illud pudet, quia ingenuus pudor est fateri, per quos proficias, & abhorrendum eorum ingenium, qui malunt in furto deprehendi, quam acceptum fateri, ut inquit JOANN. GARS. *de expens. & meliorat.* *Cap.* 1. *n.* 9. Ac cum LIPS. *in Polit. Lib. I. cap.* 1. subjungo: Architectus ego sum, sed materiam varie undique conduxi, nec aranearum sane textus inde melior, quia ex se fila gignunt, nec noster vilior, quia ex alienis libamus, ut apes.

Quænam jam scriptionis hujus causa movens sit, BENEVOLE LECTOR, CURIOSE INSPECTOR, RIGIDE CENSOR, SEVERE JUDEX, compertum habes, neque enim infectus sum grassante indies conscribillantium gangræna, ubi tot indocta & incocta effractis domesticæ custodiæ clathris, in lucem prodeunt, ut conqueritur BAUD. *in Epist.* Non incitavit me stolidus fastus, non inanis scribendi pruritus, causam hanc si ex æquo æstimas, justam, piam & rationabilem dices; Hinc quantum etiam audaciæ sit, publici juris scriptum reddere illudque in manus hominum dare, quibus placere & semper & omnibus non contingit, quam & inexorabilia sint judicia publica, non tamen pigebit scripsisse; Nec etiam censoriam tuam virgulam obstinatus vindicabo, prout multi solent pro genio suo, qui destituti publico applausu, ulciscendo contemptum, soli scriptionis suæ admiratores fiunt, agnosco potius scripti hujus tenuitatem simul & veritatem istius sententiæ. *Ut nemo sine vitiis nascitur, sic nemo*

sine

sine hallucinatione scribit; Hinc & mutare sententiam non pœnitebit, si vel studium, vel ætas, vel experientia, vel rationum pondera docuerint meliora.

Materia, quam hic contrectas, L. B. non magna est, non splendida, sed perquam exilis, ac si magna à magnis scribi volunt, ut edixit Alexander istius nominis, ne quis ipsum alius quam Apellus pingeret, quam Pyrgoteles sculperet, quam Lysippus ex ære duceret, certe exigua & mediocria par ingenium non respuent. Aurum, marmor & ebur similesque nitores prætiosi non requiruntur, ubi non de palatiis regiis, non de Statibus vel civitatibus Imperii, splendidisque emporiis, sed de vilibus Municipiis ignobilibusque oppidis sermo est, quæ simplici macerie & rudi instruentium manu contenta sunt.

Non jura hic & jurisdictionem tantum Municipalium, quod & *ichnographiæ* objectum erat, sed simul Magistratus Municipalis civiumque officia pertracto, ut Principi & Superiori subjectio, Magistratui obsequium civibus vero legitima regiminis ratio, & suum cuique pro justitiæ norma tribuatur, ubi multa simul practica inter curiæ curas notata, quibus jam ultra tertium lustrum præfui, inserenda duxi; Hinc POLITIÆ titulum gerit hic Tractatus, quæ est legitima ordinatio Reipublicæ, ubi alii præsunt, alii parent. Finem hunc justi nimirum civitatum Provincialium regiminis si non adsequor, designasse sufficiat, quia plura sunt præclara quidem dictu, sed difficilia factu. Sic olim Xenophon institutionem Regis, Cicero Oratorem, Callistenæus Aulicum verbis potius effrinxerunt, quam talem re ipsa præstare potuerunt. Is tandem sufficiens mihi laboris hujus fructus erit, si cum Symmacho placere potero melioribus. Sed tu mihi Dux Magne DEUS manum hanc & mentem cum proposito meo porro dirige, ut salutaria videam, visa dijudicem, judicata exequar. Vale. Dabam LIPPIÆ prid. Idus Jan.

MDCCXIII.

Elen-

ELENCHUS CAPITUM,

Ubi quæ hoc asterisco * notata sunt, huic demum POLITIÆ accesserunt, eorumque materia in ICHNOGRAPHIA MUNICIPALI vel remissive vel obiter, vel plane non tractata est.

Liber primus,

Tractans

PRÆCOGNITA GENERALIA, ET QUATENUS JURA MUNICIPALIA RESPICIUNT SUPERIOREM & DOMINUM TERRITORII.

CAPUT * 1. *De provinciis & jure provinciali, tam veteri quam moderno.*
2. *De civitatibus in genere earumq; differentiis.*
* 3. *De Municipiorum jure veteri.*
* 4. *De coloniis veterum.*
* 5. *De Municipiis hodiernis eorumque initio & incrementis.*
* 6. *De jure privatorum, Municipiis tribui solito.*
* 7. *De suburbiis Municipiorum eorumq; jure.*
* 8. *De Municipalium subjectione.*
9. *De exemptione Municipii ab imperio & jurisdictione sui Principis.*
10. *De alienatione Municipii Domino territorii facta.*
11. *De civitate antea libera & à Principe vi subjecta & Municipali facta.*

12. *De Principe in Municipalium conscientiis & religionem quid tentante.*
13. *De Principe in Municipales suos injusto.*
14. *De Municipio in Principem suum delinquente.*
* 15. *De obligatione quam Municipales debent duobus Dominis dissentientibus.*
* 16. *De Domesticis, Aulicis, Officialibus Principis aliisque non civibus in Municipio degentibus.*
17. *De Municipiorum jure fœderum & clientelæ inscio* Principe *ex necessitate competente,*
* 18. *Apologeticum pro Auctore Ichnographiæ Municipalis contra Relfendso Heremontanum.*

Liber secundus,

Exhibens

JURA MUNICIPALIA INTUITU IPSIUS MAGISTRATUS & UNIVERSITATIS.

CAPUT 1. *De Municipiorum jure eligendi Magistratum vel Senatum,* von freyer Rahts-Wahl / *ubi & de Senatoribus.*
2. *De Municipiorum Consulibus, eorumque requisitis & præcipuis qualitatibus.*
3. *De ambientibus Consulatum.*
4. *De Consule eligendo vel non antequam Senator factus.*
5. *De jureperitis doctis vel indoctis eligendis,*
6. *De ætate requisita ad Magistratum Municipalem.*
7. *De divitibus vel pauperibus in* Magistratum *Municipalem eligendis vel non.*
8. *De modo arcendi plebejos ab officio Magistratus.*
9. *De invito in Magistratum eligendo vel non.*
10. De *spurio in Magistratum eligendo vel non.*
11. *De Municipiorum jure circa turbatum jus electionis.*
12. *De Municipiorum mero & mixto imperio.*
13. *De Municipiorum jure præstandi securitatem seu salvum conductum.*

14.

14. *De Municipiorum jurisdictione simplici tanquam essentiali eorum requisito.*
15. *De Municipiorum jure cognoscendi in criminalibus, non capitalibus, eorumque jure carceris.*
16. *De Municipiorum jure cognoscendi in civilibus.*
17. *De Municipiorum jurisdictione voluntaria & prorogata.*
18. *De Municipalis* Magistratus *oculari inspectione seu visura.*
19 *De* Municipiorum *jure assessoratus.*
20. *De* Municipiorum *jure provocationum seu consultationum.*
21. *De* Municipiorum *jure sigillandi.*
22. *De potestate* Magistratus Municipalis *injuriam sibi illatam vindicandi.*
23. *De* Municipiorum *Syndicis.*
* 24. *De* Municipiorum Secretariis, Stadt-Schreiberen.
25. *De* Municipiorum *juribus curiæ.*
26. *De* Municipiorum *jure deputandi.*
27. *De* Municipiorum *jure in Ecclesias & res Ecclesiasticas.*
28. *De* Municipiorum *jure patronatus.*
29. *De refectione templorum* Municipalium.
30. *De* Municipiorum *re scholastica.*
* 31. *De* Municipiorum *cura pauperum.*
* 32. *De* Municipiorum *cura sanitatis.*
33. *De* Municipiorum *jure constituendi officia publica.*
34. *De* Municipiorum *jure statutario.*
35. *De* Municipiorum *jure consuetudinario.*
36. *Du* Municipiorum *jure dandi tutores.*
* 37. *De actione subsidiaria in* Magistratus Municipales *competente.*
38. *De* Municipiorum *jure mulctandi.*
39. *De* Municipiorum *jure pignoris capiendi.*
40. *De* Municipiorum *jure arresti.*
41. *De* Municipiorum *jure mittendi in possessionem.*
42. *De* Municipiorum *jure Fisci seu Bursæ, & succedendi in bona vacantia.*
43. *De* Municipiorum *pecunia publica ejusque administratoribus.*
44. *De* Municipiorum *jure archivi seu chartophylacii librisque publicis.*

* 45. *De Municipiorum cataſtris.*
* 46. *De ratiociniis adminiſtratorum Municipalium*, Stadts Rechnungen.
47. *De Municipiorum jure cudendi monetam minorem.*
48. De *Municipiorum jure circa inventionem theſauri.*
49. De *Municipiorum jure præferentiæ in concurſu creditorum.*
50. De *Municipiorum jure reſtitutionis in integrum.*
51. De *Municipiorum jure competentiæ.*
52. De *fidejuſſione Magiſtratus Municipalis.*
* 53. De *Municipiorum jure cridarum ſive proclamationum publicarum* Vom offentlichen Ausruff.
54. De *Municipiorum jure feudali.*
55. De *Municipiorum jure muniendi.*
56. De *Municipiorum jure nundinali.*
57. De *Municipiorum jure feriarum, & exemptionum nundinalium.*
* 58. De *Municipiorum jure circa mutuum acceptum.*
* 59. *De Municipiorum bonorum alienatione.*
60. De *Municipiorum jure circa præſcriptionem.*
61. De *Municipiorum jure acquiſito per contractus & ultimas voluntates.*
62. *De Municipiorum limitibus, diſtrictu & arciſiniis.*
63. De *Municipiorum jure viarum.*
64. De *Municipiorum jure ponderationis & menſurationis.*
65. De *Municipiorum jure talionis ſeu retorſionis.*
* 66. De *Municipiorum jure monopolii.*
* 67. De *Municipiorum jure œnopolii.* Von Wein-Schanck.
68. De *amiſſione privilegiorum & juris Civitatici.*
* 69. De *obſidione defenſione & deditione Municipiorum.*
* 70. De *cauſis Municipia evertentibus & conſervantibus.*

Liber tertius,

Exhibens

JURA MUNICIPALIA RESPECTU CIVIUM ET PRIVATORUM.

CAPUT 1. *De Municipiorum jure civilitatis vel civico ejusque renunciatione & amissione.*

2. *De Municipiorum jure indigenatus.*

* 3. *De Municipiorum vel eorum rectorum cura circa commoditatem & ornatum ædificiorum.*

* 4. *De Magistratus Municipalis cura circa avertendum incendii periculum.*

* 5. *De Municipiorum hortis eorumque jure.*

6. *De Municipiorum jure auxiliari in causis matrimonialibus circa sponsalia.*

7. *De Municipiorum jure remediario sive reconciliativo in matrimoniis.*

8. *De Municipiorum collegiis opificum eorumque privilegiis.*

9. *De Municipiorum legibus vestiariis.*

10. *De Municipiorum legibus convivariis.*

11. *De jure Municipiorum vel eorum rectorum in Municipalium bonis juribusque quæsitis.*

12. *De Municipiorum jure detractionis vel migrandi* Abzug.

13. *De Municipiorum jure ferendi testimonium in propria causa.*

14. *De Municipiorum jure retractus ratione vicinitatis,* Nachbar-Recht.

15. *De Municipiorum jure collectandi extraordinario.*

16. *De Municipiorum jure distribuendi & paratæ executionis, in collectis militaribus.*

17. *De jure civium litigantium, contra Magistratum Municipalem ob collectas.*

18. *De Municipiorum jure concedendi immunitatem.*

19. *De Municipiorum jure gabellarum sive accisiarum.*

* 20. *De Municipiorum jure metationis sive hospitationis.* Von Einquartierung.

* 21. *De Municipiorum jure Salgami.* Von Serviess.

* 22. De *Municipiorum jure excubiarum.*

* 23. De *Municipiorum operis publicis* Stadts-Werck.

24. De *Municipiorum jure lustrationis & exercitii militaris, ubi de schlopetariis,* Schützen-Geselschafft.

25. De *Municipiorum jure venandi.*

* 26. De *Municipiorum jure piscandi.*

27. De *Municipiorum jure Braxandi.*

* 28. De *Municipiorum jure circa pascua publica.* Von gemeiner Weide.

* 29. De *Municipiorum jure scuticandi seu pignorandi animalia damnum infundis dantia.*

30. De *Municipiorum incolis* Gädemeren *dictis.*

* 31. De *Municipiorum jure circa famulitium.*

32. De *Municipiorum jure purgandi* Municipium, *à malis & in utilibus hominibus.*

33. De *interdictione bonorum facta prodigis á* Magistratu Municipali.

34. De *Municipiorum jure coercendi blasphematores, fornicatores, aleatores &c.*

35. De *Municipiorum jure coercendi fœneratores.*

36. De *Municipiorum jure providendæ annonæ &* Dardanariis *coercendis.*

37. De *Municipiorum jure circa inquisitionem rei furtivæ.*

38. De *jussu Magistratus Municipalis in delictis quatenus civibus excusationem præstet.*

* 39. De *jure Municipiorum contra Magistratum delinquentem & male administrantem.*

* 40. *De dissensione, seditione & tumultu Municipalium eorumque remediis.*

PO-

POLITIÆ MUNICIPALIS LIBER PRIMUS,

Tradens

Præcognita generalia, & quatenus Jura Municipalia respiciunt Superiorem & Dominum territorii.

Caput I.

DE PROVINCIIS & JURE PROVINCIALI, TAM VETERI QUAM MODERNO.

SUMMARIA.

1. *Civitates provinciales à provinciis dictæ.*
2. *Provincia, unde dicatur?*
3. *A Romanis quæ dictæ provinciæ?*

4. *Sicilia prima Romanorum fuit provincia.*
5. *Victi populi victoris jugum inique ferebant.*
6. *Subjugare, subjugatio, quæ?*
7. *Provincia pro munere.*
8. *Varia devictarum gentium apud Romanos conditio.*
9. *Provinciæ vectigales, quæ?*
10. *Stipendiariæ, quæ?*
11. *Civitates jure Latii & immunes.*
12. *In provinciæ formam redigere, quid?*
13 *Diversum provinciarum regimen apud Romanos.*
14. *Rectores provinciarum.*
15. *Dura provinciarum Romanarum conditio. Exemplum.*
16. *Lex censualis & descriptio provinciarum.*
17. *Descriptio illa, qualis?*
18. *Descriptio tempore Christi natalis facta â Cyrenio.*
19. *Cur Herodi non fuerit adscriptus ille census?*
20. *Conciliatio text. Luc. 22. & Matth. 21.*
21. *Missio Cyrenii, ad quem finem facta?*
22. *Suidæ de illa testimonium.*
23. *Arcanum hujus descriptionis consilium providentiæ divinæ.*
24. *Germanarum provinciarum antiqua conditio.*
25. *Provinciæ Germanæ non fuerunt compositæ ex civitatibus.*
26. *Provinciæ tunc constabant ex vicis, pagis & agris.*
27. *Pagus pro regione & provincia.*
28. *Districtus* Gau/ *quæ vox?*
29. *Principes Germani districtui vel pago præfecti.*
30. *Eorum status & conditio.*
31. *Principum illorum auctoritas,* Fürsten/ *unde?*
32. *Comites & Graviones, horum officium.*
33. Grafen/ Gaugrafen.
34. *Assessores,* Schepen/ Schöpffen.
35. *Comitum alienæ potestatis functio fuit.*

36. *Libertatis studium apud Germanos veteres.*
37. *Liber provinciarum Germanarum status ad Romanorum usque arma.*
38. *Provincialium Germanorum servitus tempore Romanorum.*
39. *Primi Romanorum Præfecti in Germaniam.*
40. *Quænam Germaniæ pars primò à Romanis in provinciam redacta.*
41. *Dura devictarum Germanarum regionum conditio.*
42. *Sævitia præfectorum Germaniæ.*
43. *Tria Germanorum incommoda servitutis Romanæ.*
44. *Romanorum vigor ingruentibus Francis decrevit.*
45. *Subacti à Romanis Germani expetierunt Francos.*
46. *Germanarum provinciarum conditio sub Francis quoque fuit dura.*
47. *Provinciarum potestas commissa Regibus Francorum. Regalia unde?*
48. *Pipini & Caroli M. jus in provincias* Germanicas *exercitum.*
49. *Servitus subditorum sub Republica Franciæ.*
50. *Saxonum felicior conditio.*
51. *Provinciarum proceres à Carolo M. in Germania instituti.*
52. *Status Conciliorum Provincialium tempore Caroli M.*
53. *Populi partes & Jura in Conciliis istis.*
54. *Gentes jugo Francico submissæ aliquid avitæ libertatis retinuerunt.*
55. *Comitum & Ducum tunc temporis potestas in provinciis.*
56. *Quando Ducatus & Comitatus in Germania facti hereditarii?*
57. *Duces, Comites, &c. tunc parvi Reges facti, salva Majestate Imperatoria.*
58. *Horum incrementa.*
59. *Duplex ordo Ducum; Secularis & Ecclesiasticus.*
60. *Excusatio.*
61. *Conventus provinciales,* Land-Tage / *pristinæ libertati debent originem.*

62. *In quibus deliberationibus olim adhibiti Status Provinciales â Principibus?*
63. *Consiliorum necessitas in arduis negotiis Statibus Provincialibus incrementa dedit.*
64. *Privilegia Statuum Provincialium non sunt æqualia.*
65. *Provinciæ Moderatores in Gallia, Seneschalli, unde?*
66. *Baillage, ballivia, unde dicta?*
67. *Ordines Statuum Provincialium in Germania.*
68. *Rustici quoque alibi ad Provinciales conventus adhibentur.*
69. *Non potest fieri comparatio inter Status Imperii, ratione Comitiorum Imperii, & Status Provinciales, intuitu conventuum istorum.*
70. *Differentia inter Comitia Imperii & conventus Statuum Provincialium.*
71. *Auctoritas horum Statuum sensim evilescit.*
72. *Civitates Municipales sunt quoque Status provinciæ.*
73. *Conventus Provinciales universales & particulares*, Land-Tage / *Deputations*-Tage.
74. *Deputati ordinarii in Ducatu Westfaliæ.*
75. *Conventus provinciales ordinarii & extraordinarii.*
76. *Indictio conventuum Provincialium est superioritatis territorialis.*
77. *Causa conventionum Provincialium est deliberatio pro commodo publico.*
78. *Suppressio conventuum Provincialium ominosum est dominationis omen.*
79. *Principi per conventus hos nihil decedit.*
80. *Status provinciæ in Saxonia.*
81. *In Austria inferiore.*
82. *In Ducatu Clivensi & Comitatu nostro Marcano.*

83. *In Frisia Orientali.*
84. *In Ducatu Brunsvicensi.*
85. *In Ducatu Flandriæ.*
86. *Compartio in his conventibus inducit plenam subjectionem.*
87. *Citatio ad eos conventus non infert subjectionem.*
88. *Ad inducendam subjectionem citatio fieri debet cum effectu.*
89. *Civitas non subscribens Recessui*, den Land-Tags-Abschied/ *retinet libertatem.*
90. *Civitas in clientelam á Principe sumta, vel periculi evitandi gratia, sine detrimento libertatis in conventu provinciali comparere potest.*
91. *Literæ invitatoriæ ad conventus Provinciales, quæ contineant?*
92. *Formula istarum literarum in provincia nostra.*
93. *Locus conventibus his destinatus.*
94. *In Ducatu Luneburgensi conventus provinciales habiti sub dio; Ejus ratio.*
95. *Sumptus horum conventuum.*
96. *Cautela pro Civitatibus Municipalibus, ut idoneos ad conventus provinciales ablegent.*
97. *Quod si Municipium ad conventus tales comparere nequeat?*
98. *Negotia contributionum*, Anschlags-Steuren/ *sunt objectum Comitiorum Provincialium.*
99. *Laudabilis collectandi modus est, qui fit consentientibus Statibus.*
100. *Quod si Status Provinciales summam pecuniæ petitam exsolvere nequeant?*
101. *An in opere suscipiendi belli adhibendus Statuum Provincialium consensus?*

102. *Statur in Comitiis his concluso majoris partis.*
103. *Exemplum civitatum Monasteriensium.*
104 *Principis liberior potestas protestationibus non retardatur.*
105. *Gravamina Statuum.*
106. *Boni Principis est, in subditorum facultates non uti absoluto dominio.*
107. *Quatenus ferenda suffragia in Comitiis Provincialibus.*
108. *Syndici Statuum provincialium*, Land-*Syndicus*, Städte *Syndicus.*
109. *Transitio.*

1. Dici Municipia civitates provinciales, Land-Städte / tanquam certæ provinciæ incorporatas, sicut provincialis est, qui ad provinciam pertinet, ibique domicilium habet, *l. provinciales 190. ff. de V. S.* easque opponi civitatibus liberis Imperii, freye Reichs-Städte/ dictis, nemini non indubium erit; Hinc â provinciis earumque jure, tam veteri quam moderno, tractatum & librum hunc exordior.

2. Provincia, secundum FESTUM, dicta est â *provincendo*, eò, quod armis & bello sit vincenda, id est,
3. foris acquisita; Nec aliæ regiones â Romanis appellatæ sunt *provinciæ*, quam armis subactæ, & â continente Italiæ procul dissitæ. Ex
4. finitimis regionibus acquisitis Sicilia primum *provinciæ* nomen sortita est; Unde CICERO *I Verr.* inquit: Primò, quod omnium nationum exterarum Princeps Sicilia se ad amicitiam fidemque populi Romani applicuit, id quod ornamentum Imperii est, provincia est appellata. Administratio provin- 5.
ciarum Romanis, crescente subactorum numero, perquam fuit difficilis; Victi enim populi victoris jugum inique sæpe patiebantur, & de eo excutiendo inter diversos motus quam maximè studebant. A jugo dicitur *subjugare*, id est, devincere, eratque jugum. 6.
sub quo ignominiæ causâ victi hostes transmittebantur; Nam fixis in terra duabus hastis, super eas ligabatur tertia, tunc victi hostes discingebantur, & sub illa transire cogebantur inermes. CIC. III *Off.* ROSIN. *Antiqu. Rom. Lib. X. Cap. 21.*

Ab

7. Ab hac difficultate continendi & regendi subjugatos, per translationem, *provincia* dicta est, pro quovis munere atque onere subeundo: Hinc TERENT. *in Phormione:* O Geta! duram cepisti provinciam. Et CICERO *pro Sylla*: Tunc tuus pater, Corneli, id quod tandem aliquando confitetur, illam officiosam sibi provinciam depoposcit. Unde pro munere obeundo dicitur, dare provinciam, suscipere provinciam.

8. Non autem in provinciis devictarum gentium eadem erat conditio apud Romanos, sed cum unius regionis populi ac civitates, non eodem modo se adversus populum Romanum gessissent, ideo neque eodem omnes pacto tractatæ, sed pro diversis meritis leges accepêre, & fata sua sortitæ sunt; Hinc aliæ civitates erant vectigales, aliæ immunes. *Vectigales* sive

9. tributariæ erant, quibus vectigal vel tributum aliquod imponebatur, dicebanturque populi vectigales, qui incertum vectigal solvebant, ut decimam partem fructuum, unde & Decumani dicti, CIC. III *in Verr.* Stipen-

10. diariæ, quæ certum vectigal pendebant, vel in pecunia, vel in frumento, quod tributum erat, *l. si ager 27. §. 1. ff. de V. S. ibique* GOED. SIGON. *de Jur. Civ. Rom. Lib. I. Cap. 16.* eò facit §. *40. J. de rerum divisione.*

Multæ civitates, beneficio populi vel Principis, habebant Jus Latii sive Italiæ; Aliæ sine eo Jure erant *immunes*, & quidem tales, 11.

quæ non erant in provinciæ formam proprie redactæ, sed quibus ignoverant, eæque relinquebantur liberæ, ita, ut suis legibus vivere, suosque creare patrio more Magistratus integrum fuerit, *l. 1. l. pen. l. ult. ff. de censib.* PLIN. *Lib.* III. *Nat. Hist. c. 3. & 11.* In provinciæ formam redigere, erat, cum ademptis vel immutatis legibus patriis, eæ omnino Magistratui Romano, quotannis ab urbe mittendo, fiebant subjectæ, constitutis vectigalibus. ROSIN. *Antiqu. Rom. Lib. X. Cap. 22. in fine.* 12.

Regimen provinciarum fuit diversum; Nam ante Imperatorum Monarchiam distinguebantur in Consulares & Prætorias. CICERO *in Philipp. I.* Sed postquam Octavius Cæsar solus Imperator esset declaratus, provincias, ditioni Romanæ subditas, inter se & populum divisit, sibique eas reservavit, quæ custodia militari debebant retineri, pacatas autem populo tribuit: Quos in suarum provinciarum gubernationem mittebat, *Præfectos* vocabat, veluti illius locum tenentes, item *Proprætores*: 13. 14.

Eos

Eos vero, qui præerant provin-
ciis populi, nominabant *Proconsu-
les*, tanquam paci propinquiores,
sed & omnes dicebantur Præsides,
DIO CASSIUS *Lib.* LII. SUET. *in Au-
gust. Cap.* 47. & Rectores Provin-
vinciæ erant omnes Judices & mo-
deratores provinciarum, *l.* 1. *&*
15. *tot. tit. ff. de off. rect. prov.* Ha-
rum provinciarum à Romanis sub-
actarum perquam dura & iniqua
erat conditio, prout de Capua, in
præfecturam vel provinciam redi-
genda, post defectionem ad Anni-
balem sancitum memorat LIVIUS
Lib. XVII. *Habitari quidem tan-
quam urbem, Capuam frequen-
tarique placere, corpus tamen
nullum civitatis, nec senatus nec
plebis concilium, nec Magistra-
tus esse, sine consilio publico sive
Imperio multitudinem nullius
inter se sociam ad consensum in-
habilem fore præfectum ad jura
reddenda, ab Roma quotannis*
16. *missures.* Et subactæ provinciæ
in eo quoque durum Romanorum
jugum expertæ fuere, quod fie-
bant obnoxiæ, lege censuali, ubi
17. simul descriptionem quandam in-
tendebat ostentatio Romanæ po-
tentiæ & amplitudinis Imperii, ut
de iis, qui jus civitatis Romanæ
non habebant, constaret, non tan-
tum, quot capita in familia, sed &
quot terræ jugera, quot servi, qui
lacus, quæ salinæ, &c. essent, de
quibus census solvendi; Quin &
quæ in provinciis pubes, adeo-
que, quas è re Romanorum foret,
vel milite nudari vel premi, ne
vires nimiæ fastidium servitutis &
studium novandi, excusso Roma-
norum jugo, parerent. Et huc re- 18
fertur descriptio illa, de qua me-
minit LUC. II. *v.* 2. quæ facta est
tempore natalis Christi à Cyrenio
vel Quirinio, Præfecto Syriæ, sub
qua Judæa erat sita, de qua nota-
bilia refert SPANHEIM, *Part.* 2. *Dub.
Evangel.* 3. §. 7. *&* 8. Herodi non 19
fuit adscriptus ille census, quia il-
li exsolvebantur census ordinarii,
tributa & vectigalia annuis obse-
quiis. Illa autem descriptio, de 20
qua Lucas agit, ordinario juri in
Judæos nihil prorsus derogabat,
quæ non tantum subditis Romano-
rum imperata, sed & eorum so-
ciis, quibus in servitutis solatium
honestius hoc nomen relictum est,
atque sic cum textu, *Luc. II. v.* 2.
conciliat locum, *Matth. II. v.* 1.
laudatus SPANHEIM. *dub.* 7. §. 2. 2[1]
Erat ergo Quirinus extra ordinem
ab Imperatore in Syriam & Ju-
dæam missus, ad descriptionem
quandam census causa peragen-
dam, nec ipsi commissum hoc fuit
negotium, tanquam Procuratori
ordinario Cæsaris, ut qui commu-

ni

ni jure in provincias mittebantur,
sed missio haec potius ex curiosita-
te quadam Augusti nata est, ut an-
22. notat CASAUBON. *Exercit. I. ad An-
nal. Baron.* §. *31. in fin.* ubi ex SUI-
DA refert: Caesarem Augustum vi-
ginti viros, vitae & morum proba-
tissimorum electos, in omnem ter-
ram subditorum ablegasse, per quos
& homines & bona describenda
curavit. Interim simul hoc ex ar-
23. cano Divinae providentiae consilio
promanasse ait; dum Augustus
tantus Imperator & Monarcha,
metator hospitii, Christo filio Dei
in terras venturo, esse debuit, cui
necdum nato, primus omnium
mortalium inservit is, qui tunc &
fere ex omni memoria in terris
fuit Monarcha longe maximus,
longe potentissimus. Quod & no-
tavit CHRYSOSTOM. *Homil. VIII. in
Matth.* Ipse Augustus, edicto de
censu promulgato, partui inservit
edendo in Bethlehem.

Sed ex hoc diverticulo, ut ad
24. provinciarum jura in viam rever-
tar, restat adhuc dispiciendum:
Quisnam Germanicarum provin-
ciarum fuerit status? ubi primo
earum conditio consideranda, quae
obtinuit in Germania Antiqua,
antequam Romani victricia illic
25. arma deferrent. Verum ea tem-
pestate, cum de urbibus Germa-
niae nondum constaret, hinc nec
Provinciae fuerunt, tanquam totum
aliquod ex multis civitatibus con-
stans, prout nos docet TACITUS *de
Mor. Germ. Cap. 12. Principes jura per
pagos vicosque reddidisse*, addendo
ibi: *Nihil autem neque publicae, ne-
que privatae rei nisi armati agunt.* Per
vicos significat domorum rustica- 26.
narum congeriem, absque moeniis.
Pagus autem erat vicorum horum
societas & congeries, qui etiam
dicebatur *ager* ex multis vicis con-
stans, **Ein** Cent-**Gebieth oder
Marck**; hinc loco provinciae su-
mitur Marchia, & Marchio erat
Praeses provinciae, ALTEMAR. *ad
d. loc.* TACIT.

Et haec pagi significatio sumpta 27.
pro regione, agro, districtu, terri-
torio, est latissima. Sic legimus de
pagis Belgii, Rhaetiae, Churcensis,
Alsatiae, Austriae, LAZIUS *Comment.
Reip Rom. Lib. XII.* ubi simul in-
ter varia diplomata, ex diploma-
te Ottonis III. refert de pago Bo-
jariae, & Hassiam in diplomate
Henrici Imperatoris, pagum quo-
que dici. JULIUS CAESAR *Lib. I. de
bello Gallic.* pagum Tigurinum no-
minat.

Districtus itaque regio & terri- 28.
torium, hodie sub provinciae no-
mine veniens, olim apud veteres
Alemannos pagus erat, **ein göw**
sive **gau** / in qua plures sunt civi-
tates ac villae. FREHER. *de orig.*

pal. Cap. 5. Dicitur autem Gau à Germanica voce Au / id est ripa, sive Tractus viridis terræ, sic Brißgau / Reingau / Wetterau / &c.

Principes districtui vel certo pa-
29. go & agro præfecti, eodem teste TACITO *cit. Tract.* eligebantur in conciliis, adeoque jus eligendi non fuit penes unius alicujus pagi incolas, sed apud Optimatum & delectorum ex omni plebe concilium.
30. lium. Atque apud Principes hos vel pagorum Germanicorum Præfectos nullum fuit jus, aut tributum suis indicendi, aut leges statuendi, nec ullum belli vel pacis arbitrium, nisi plebis consensu impetrato. Eorumque successio, ætate Taciti nec fuit plane hæreditaria, nec plane electititia, sed ea, quæ est hodie Regum in Polonia, teste CONRING. *Dissert. de Urbib. German.* §. 48.

31. Principes illi jure indicendorum Comitiorum gaudebant, in quibus auctoritate erant præcipui, dicebanturque die Forsten / id est, die fodersten / præcipui & primates,
32. inde tandem Fürsten. Omnes hi pagi vel *Govæ* habuerunt suos Comites, qui & Graviones dicti, qui jura dicerent cum delectis è populo aut Scabinis, quo & alludit JULIUS CÆSAR *6 Comment.* dum ait: In pace nullus est communis Magistratus, sed Principes regionum atque pagorum inter suos jus dicunt, controversiasque mi-
nuunt. Vox ergo *Graven* ab an- 33.
tiquissimis temporibus judicem denotat, unde in quibusdam Marchiæ Comitatus nostri locis judices locorum ordinarii adhuc vocantur Gogräven. Sic GLOSSA *Spec. Saxon. Lib. 3. Art. 13.* habet: Ein Graff bedeutet / nach altem Sächsischen Teutschen / ein Richter / darum haben diese Namen viel unterschiedene Richter.

Comites hi, quibus compete- 34.
bat merum & mixtum imperium, habebant quosdam ex plebe delectos, quos assessores dicebant, Schepen/Schöpffen/Schöppen. Scabini, qui & à TACIT. *Lib. XII.* dicuntur Comites: *Centeni singu-
lis ex plebe Comites, consilium simul* 35.
& auctoritas adsunt. Perinde ergo ut apud Romanos Proconsules, Præsides, Procuratores, ita tunc temporis Comites alienæ potestatis functionem gerebant. VADIAN. *Lib. I. de Colleg. Monaster. in Germ.
veter.* Ex hac regiminis provin- 36.
cialis pristinæ Germaniæ formâ patet, magnas in eâ fuisse populi partes, ut qui pro fine & scopo habebat, libertatis conservationem quam strenue & mascule junctis viribus, adversus Romanos defendere & propugnare.

Atque hic pagorum Germani- 37.
co-

torum erat ſtatus, eorundemque Adminiſtratorum, Ducum, Principum & Comitum conditio & poteſtas, quæ manſit apud Germanos Cis-Rhenanos, usque dum â Romanis victi in provincias redacti, iisque heriles Magiſtratus præfecti ſunt. Ea tunc provincialium ſer-
38. vitus erat, ut ne legibus ſuis patriis uterentur, ſed Magiſtratus â populo Romano cum imperio & ſecuribus mitterentur; Sic teſte Tacito *IV Hiſtor. Cap. 55.* ab Imperatore Vitellio ripæ Rheni præfectus fuit Julius Tutor. Et Suetonius bellum civile motum ſcribi â L. Antonio, ſuperioris Germaniæ Præſide; De quo ita La-
39. zius *Cap. 8. de præſidibus.* Antonius Conſularis Legatus erat, Germaniæ minori præfectus, quæ ſecus utramque Rheni ripam in Sicambros, Bructeros, Vangiones & Nemetes exporrigebatur, & primis temporibus â Druſo & Germanico in provinciæ formam fuerat redacta.

40. Germania prima, Ober-Teutſchland / Romanorum armis fuit ſubjecta & in provinciam redacta, una cum adjacentibus finitimis territoriis, quorum metropoles erant Moguntium, Argentoratum, civitas Nemetum vel Spira, & Vangionum civitas, Worms. Atque hæ oiæ in certos diſtrictus, præfecturas, *Gauas* vel Comitatus ſunt diviſæ, Lehmann *Chron. Spir. Lib. I. Cap. 9.* ubi ex Sigonio recenſet hæc: Und berichten die Römiſche Scribenten / daß die 41.
præfecturæ in einem harten/ſchweren Weſen beſtanden / dieweil die Regenten und Obrigkeiten nicht Teutſche und aus des Landes Städten und Orten genommenen / ſondern von Rom Lateiniſche Obrigkeiten in dieſe Land und Städte verordnet und jährlich abgewechſelt worden / welche dieſelbe nach der Römer Geſetzen/ Rechten und Sitten regiret / die Teutſche rechte Gewohnheit und Gebräuche allerdings vertilget und abgethan/ das Volck zur Römiſchen Sprach/Manier und Gewonheit abgericht und mit Zwang angehalten. Atque hi Germa-
niæ provinciæ Præfecti, quorum 42.
ſedes erat Moguntii, qui & Duces dicebantur, rerum tam civilium quam militarium curam gerebant, & quoscunque exceſſus criminales ferro, ſecuri & fuſtibus confeſtim immani quantum exemplo puniebant, qui procedendi modus populo hactenus libertati aſſueto, perquam fuit durus & ſervilis, unde Alpinus Montanus *Lib. IV. Hiſtor. Tacit.* ita ait: Vos Treveri, cæteræque ſervientium animæ, quod pretium effu-

ſi toties ſanguinis exſpectatis, niſi ingratam militiam, immortalia tributa, virgas, ſecures & dominorum ingenia?

43. Tria potiſſimum ſervitutis Romanæ tum fuerunt incommoda, *primum*, quod cogerentur habito delectu, eoque iniquiſſimo, Romanis etiam inviti militare; *Secundum*, quod immanibus tributis per publicanos, id eſt harpyas & hirudines attererentur; *Tertium*, quod herilem Magiſtratum quotannis Româ acciperent, qui cum faſcibus & ſecuri, abolitis patriis legibus, jus diceret, CONRING. *de urb. Germ. th. 53.*

44. Mirabili, ſed ordinaria rerum viciſſitudine, impotens tandem factus eſt Romanorum dominatus, & imperii iſtius ſplendor vi & armis partus creſcente Francorum potentia decrevit, qui ſeculo quinto adverſus Romanos lacertos moverunt; Atque ita iterum provin-

45. ciæ, Romani jugi pertæſæ, nova Imperia circumſpicere cœperunt, & præ aliis Francos Dominos deſiderarunt, quorum potentia Romanis jam dudum fuerat ſuſpecta; Reſonavit ergo horum terror in provinciis ſubactis, & omnes, ut ait GREGOR. TURONENS. *Lib. II. Cap. 23.* eos amore deſiderabili cupierunt regnare.

46 Sed nec horum dominatus in ſubjectas Germanorum provincias ſucceſſu temporis fuit lenior, quam Romani eas continuerant, cum & provinciis ſuis per Germaniam, Galliam & Italiam, more Romanorum imponendo tributa, novosque magiſtratus dando, maxime fuerint graves, quippe omnia ex eorum nutu pendebant, atque militem ex omni ingenuorum numero legendi ſibi attribuerunt jura, horumque omnium poteſtas com- 47.
miſſa fuit Regibus, unde procedente tempore Regalium vel Regaliarum, nova vocis acceptio invaluit, quod plurimis argumentis deducit cit. CONRING. *de urb. Germ. th. 59. & ſeqq. quo & facit 2 feud. 56. tit. quæ ſint regaliæ*, quorum unicum fundamentum fuit, in victos belli jus. Patet itaque ex *Annalibus Francicis de Anno 758.* 48.
Pipinum coëgiſſe Saxones, ut promitterent, ſe omnem voluntatem ejus facturos, & ſingulis annis honoris cauſa ad generalem conventum equos trecentos pro munere daturos, ac Carolum M. collationem Magiſtratuum inferiorum ſibi ſumpſiſſe, & quod ante penes totius populi concilium fuerat, tunc regio arbitratui fuiſſe commiſſum. Unde & conſtat, ſubditos illos 49.
omni jure civitatis ſeu civilis libertatis deſtitutos, eo in republica Francica loco fuiſſe, quo in familia

lia

50. lia servi, SIGON. *de antiq. jure provinciar. Cap. 9. n. 6.* solis Saxonibus exceptis, quibus ea contigit felicitas, ut cum Francis unum corpus efficerent, & jura communia habere inciperent. REINCK. *de Regim. Sec. & Eccles. clas. 4. Cap. 17. n. 95.* Constituti tunc â Carolo M.
51. sunt provinciarum proceres, vel Optimates, Duces & Comites, antea Graviones, &c. qui Ordines erant *majores* & *seniores* dicti, quibus accedebant etiam minores Ordines sive Plebeji. Et conventus illi non sæpius, sed bis in anno habiti sunt, testante ADELHARDO, *Consiliario Caroli M. Lib. de ordine palatii Lib. III. Cap. 29.* Et latius CONRING. *Differt. de Civib. Imp. §.*
52. *29. & seq.* Quod ea, quæ in conciliis á proceribus definita essent, aliter rata non fuerint, quam libero judicio totius populi approbata, cum & minores Ordines definita, ab Optimatibus reprobare po-
53. tuerint, quod confirmat Capitulare *Caroli M. 16.* ut populus interrogetur, de capitulis, quæ in legem noviter addita sunt, & postquam omnes consenserunt, subscriptiones & manu confirmationes suas in ipsis Capitulis faciant; quanquam rara exstent exempla usurpati istius juris á plebe, teste
54. CONRING. *cit. Differt. §. 34.* Sed & hoc ex Carolina historia patet, gentes Francico jugo submissas in hoc aliquid avitæ libertatis retinuisse, ut unius absolutum imperium expertæ non fuerint. SCHWED. *Jur. publ. part. Gen. Cap. 4. n. 9.*
Erat tunc temporis Comitum, Du- 55.
cum, & qui eorum ex majori provinciarum ordine erant, potestas temporalis & ministra, non autem perpetua & hæreditaria. Neque ipsis, ut administratoribus & Rectoribus provinciarum, auctoritate propria competebat jus vitæ & necis, non leges ferendi, non magistratus constituendi, nec non conventus indicendi potestas: Imo omnes reditus Provinciarum non ad earum Rectores, sed ad Fiscum regium pertinebant, & Provinciæ pleræque pleno jure totius Imperii. CONRING. *cit. Differt. 22 & Cap. 3.*

Carolina igitur Francorum fa- 56.
milia extincta & ab Imperio dejecta, cum Imperialis splendor in Ottone M. Imp. cum regno Germaniæ conjungeretur, Ducatus & Comitatus in Imp. hæreditarii facti, atque ita Provinciæ forma mutata, in magno Germaniæ regno, 57.
parvi Reges orti sunt, PACIFIC. â LAP. *in strictur. ad Monzamban. discurs 4. §. 6.* salva tamen Imperatoria Majestate, in cujus locum surrogarunt jus superioritatis, Lands-Fürstliche Obrigkeit/ Lands-Hoheit und Herrlichkeit. Et isti Du- 58.

cum potentiæ maximum incrementum dedit, quod plures Ducatus & Comitatus, minus circumſpecta Regum liberalitate in unum corpus concreverint. Atque ſimul Ducales & Comitum poteſtates, Epiſcopis & Abbatibus cœperunt attribui, adeoque ex eo tempore duplex ortus eſt Ducum ordo, Secularium & Eccleſiaſticorum.

59. Quis tandem ſucceſſerit Imperii Romani Germaniæ ſtatus, hic ulterius non percenſeo, deſuper apud Publiciſtas lauta exſtat meſſis, hæc ſaltem de ſtatu & jure provinciarum antiquioris ævi pro inſtituto hujus operis notaſſe ſufficiat.

60.

61. Ex quibus jam recenſitis pateſcit, provincias Germaniæ nunquam fuiſſe mero & abſoluto regimine directas, ſed ſemper iis remanſiſſe priſtinæ libertatis Germaniæ veſtigia; Atque ita originem Statuum Provincialium eorumque conventuum, Land-Tagen/ deberi libertati, cujus iſta gens ſemper fuit obſervantiſſima, ut teſtatur TACITUS *ſupra citatus*.

62. Etiam olim à Ducibus & Comitibus adhibitos fuiſſe Status provinciales, patet ex dictis & ex AVENTINI *Annal. Bojar. Lib. I.* ubi ſcribit: Principes de omnibus rebus reliquis conſultent, niſi quando aut bellum ineundum, vectigal novum pendendum, cenſusve agendus ſit. Quod ſi hujusmodi res vel aliud inconſuetum inciderit, omnes juſſi & vocati, die locoque præſcripto coëunt atque conveniunt equitum ſinguli ex quaque civitate unus, vel bini &c.

63. Teſtatur quoque LEHMAN. *Chron. Spir. Lib. 5. cap. 108.* **Was auch die Fürſten in ihrem Lande mit dem Land-Herren / Rähte ſetzen / und machen dem Lande zur Beſſerung und Befeſtigung.** HUGO *de ſtatu regionis Germ. c. 4. n. 28.* Unde mirum non eſt quod ob concilii neceſſitatem, quo cultiores quæque reſpublicæ ardua tractarunt negotia, & in partes curarum proceres ſuos vocarunt, accedente munificentia Principum, ſtatuum provincialium Jura & privilegia creverint, tanquam primæve libertatis reliquiæ. LIMN. *Tom. I. lib. I. cap. 10.* SCHEPLITZ. *ad conſuet. March. part 2. tit. 5. §. 1.*

64. Privilegia Statum Provincialium undique non ſunt æqualia, alibi majore, alibi minore pollent auctoritate, facile tamen cum PACIF. *à* LAOIDE *in notis & ſtrictur. ad Monzamban. diſcurſ 3. n. 7. & diſcurſ. 4. n. 6.* credendum, quod eorum conſultatio & voluntas pro ratione & lege nullibi ferè habeatur. Nullam autem eos in Germania habere majorem auctoritatem quam in Duca-

catu Würtenbergiæ, testatur FRAN-
CKENBERG. In der jetzt regieren-
den Welt grossen Schaubühne.
§. 41.
65. Gallis Gubernatores, sive To-
parchæ, inde dicuntur Seneschalli,
quos Philippus VI. Gall. Rex in
Constitutione sua de Anno 1344
vocat Rectores provinciarum, &
vox illa, descendit, ex composi-
tione Latini & Græci nominis,
quasi senum ἀρχία vel *senum Prin-*
cipatus & *Senarchus*, sive *Senesarchus*,
qui huic collegio senum præfectus
est, vel etiam vox illa deduci po-
test ex Græco κοινὸν & ἀρχία, id est
66. *communis principatus*. Dicitur &
Gallis provinciæ Tractus *Baillage* à
βουλὴ *consilium*, quia noluit Prin-
ceps, Civitates solis Toparchis &
Gubernatoribus committere sine
consilio prudentum virorum, qui
eis assiderent. THOLOS. *Syntagm. L.*
67. XLVII. *c. 33. n. 45.* Ordines Statuum
Provincialium hodie in Provinciis
Germaniæ Catholicæ Religioni ad-
dictis sunt Prælati, Nobiles & Ci-
vitates Municipales. In terris
Protestantium, ut hisce in nostris
oris, Status saltem sunt, Nobiles,
& Civitates Provinciales, unde
audiunt ita: Land-Stände / aus
Ritterschafft und Städten.
Notabile de quibusdam locis re-
68. fertur, quod & ad Conventus Pro-
vinciales adhibeatur plebs rusti-
cana, sicut de Ducatu Bremensi
vult SPRENGER. in *Lucern. Modern.*
status S. Rom. Imp. Cap. 2 in Fin.
Quamvis consortium illud, ubi No-
biles cum rusticis concurrunt,
non soleat esse diuturnum.

Quæro hic, an comparatio quæ- 69.
dam possit institui inter Status
Imperii, intuitu Comitiorum Impe-
rialium & inter Status Provinciales,
intuitu Regiminis istius? Sic qui-
dem aliquibus in mentem venit,
sed haud satis concinnè, quia eâ-
dem non pollent authoritate No-
biles & Civitates in Principatibus,
quantum valent Principes & Ci-
vitates Imperiales in Imperio.
Nam status Provinciales re vera sunt 70.
subditi sui Principis, nec delibe-
rationes in conventibus provincia-
libus de omnibus provinciæ cau-
sis publicis instituunt, sed plerum-
que saltem de causa tributorum:
Status autem Imperii, pro Impe-
rii salute propaganda, pro Judi-
ciorum ordinationibus, & pro
quiete publica promovenda con-
veniunt in comitiis, non ut sub-
diti, sed ut Condomini, habentque
in iis votum, non consultativum
saltem, sed decisivum, secus ac Sta-
tus Provinciales. Ne dicam, hodie
plerisque in locis, sensim atque sen- 71.
sim authoritatem Statuum Provin-
cialium evilescere & evanescere,
an principum vigilantia, an Sta-

tuum

tuum Provincialium negligentia, ego non intelligo, ait RELFENDSO *de summa Princip. Germ. potestat. cap 14.* additque pro veritate, exiguam eorum esse potentiam, & ut plurimum non nisi dicis grata convocationes provinciales institui.

72. Sed quicquid sit, hoc interim pro instituto Politiæ Municipalis manet stabile & firmum, esse quoque Civitates Municipales Status provinciæ. Sicut ergo Civitates Imperiales votum & sessionem habent in Comitiis, sic & Civitates, in diætis Provincialibus, quantumvis harum contradictio non sit admodum ponderosa. Et sufficit, quoties Princeps sive Dominus territorii, subditis suis indicere, & imponere vult collectas, Civitates quoque Provinciales sive Municipales simul & ad consentiendum invitari solere, KNIPSCH. *de Jurib. & privil. Civit. Imper. Lib. I. cap. 2. n. 8.* Conventus hi Land-Tage / ali-

73. quibus in locis, ut in Silesia, vocantur Fürsten-Tage / weil die vornehmsten Stände daselbst Fürsten sind. SCHIEFUS *Chron. Siles. Lib. III. cap. 12.* Sunt & conventus tales vel universales, algemeine Land-Tage / vel particulares, deputatorum, Deputations-Tage ubi Camera Nobilium die Ritter-

74. Stube / & Collegium Civitatum, das Städte-Collegium suos ordinant deputatos. In Ducatu Westfaliæ Colon. Electoral. ditionis, tam ex ordine Nobilium quam Civitatum majorum constituti sunt ordinarii Deputati, peculiari Juramento obstricti, qui & ad dies vitæ, in officio tali persistere solent.

Sunt & conventus tales ordinarii, & extraordinarii, illi certo 75.
anni tempore celebrari solent, extraordinarii, quos Princeps in ditionibus suis, exigente subita necessitate publica indicit.

Indictio Conventuum provin- 76.
cialium est superioritatis territorialis, cujus vigore Principes & Domini, Krafft der Lands-Fürstl. Hoheit / und Ober-Bottmässigkeit conventus hos instituunt, adeoque est tessera quædam superioritatis, KNICHEN. *de Jur. territ. Cap. 3. N. 312.* REINCK. *de Regim. Secul. Lib. I. Class. 5. Cap. 4.*

Causa conventionis est, uti jam
aliquo modo innotuit, delibera- 77.
tio pro commodo publico, ne Princeps videatur absolutam quandam potestatem in populum vindicare, & ex egena plebe prædam facere. Huc facit quod Dom. á SECKENDORF. Teutsch. Fürsten-Staat *ait, Part. II. Cap. 4. N. 9.* Daß ein Land-Herr in vielen Puncten / wo nicht aus Schuldigkeit / doch aus löblicher und guter

ter Gewohnheit / seine Land-Stände zu Raht fragen / und ihre unterthänige treue Meynung anhören solle.
78. Quando ergo Principes, ex instinctu Aulicorum & Ministrissimorum (ut vocant) suorum, conventus hos urgentibus licet ordinibus subterfugiunt, forte ne more recepto, privilegiorum ac immunitatum confirmatio, ac usitatæ reversalium litteræ petantur, vel ne subditorum gravamina contra regimen Aulicum atque ministros suos prorumpant, odiosum hoc est dominationis
79. omen. Concilii enim publici corpus Reipublicæ firmamentum est, & hæc libertatis populi species Principi moderate imperanti nihil quidquam detrahit. FRITSCH. *de Conv. Provinc. Cap. 4 N. 14.* Manet etenim Principi debita sua superioritas, eique per conventus hos nihil decedit, vel regendi felicitas minuitur, potius promovetur beatitudo Imperii ejusque gloria, MYLER. *ab* ERENB. *de Princ. & Stat. Imper. Part. 2. Cap. 39. N. 9.*

80. In Electoratu Saxoniæ consistunt Status hi ex triplici ordine, Prælatorum, Nobilium, & Civitatum; Verum alibi major, alibi minor Civitatum habetur in conventibus ratio.
81. In Austria inferiore Ordines Provinciales dividuntur in Prælatos, Dominos, id est, Comites ac Barones, & Nobiles, Civitates, ab his vocantur compatientes, nec earum in conventibus provincialibus habetur ratio. In Ducatu 82.
Clivensi & Comitatu nostro Marcano Ordines hi consistunt ex Nobilibus & Civitatibus, Stände aus Ritterschafft und Städten. Sicut & in Archi-Episcopatu Magdeb. pariter & hoc in cæteris obtinet provinciis nostris Regiis. In Frisia Ori- 83.
entali his accedunt communitates pagorum, ist die Landschafft / getheilet in Ritterschafft / Städte / und Hauß-Mannen. In Ducatu 84.
Brunsvicensi Ordines Provinciæ dividuntur in Prælatos sive Abbates, Nobiles & Civitates. In Ducatu Flandriæ Status efficiunt, Sacerdotium, Nobilitas, & Urbium 85.
Magistratus. MARCHAND. *descript. Flandr. pag. 95. citatus ab alleg.* FRITSCH. *Cap. 4. §. 3.*

Indictio conventuum pro- 86.
vincialium, prout est superioritatis territorialis, sic comparitio in iis inducit plenam subjectionem, KNICH. *de Jur. territ. Cap 3. N. 281* ROEDING *observ. Cameral. XXVII. n. 3.* RITTER. *de Homag. concl. 185.* REINCK. *Lib. I. Class. 2. Cap. 5. n. 4. de Regim. secul.* Dico, ex 87.
comparitione induci subjectionem, si ergo civitas aliqua citetur ad conventus provinciales, ex illa citatione nihil ei derogatur, quæ

non prætendit esse provincialis, sed immediata Imperii, nam qui paret mandatis Principis, demum subditus esse censetur. WEHNER. *voc.* Lands-Fürstl. Obrigkeit. Cæteroquin si sola Principis citatio sufficeret ad probationem subjectionis, sane nemo Statuum inferiorum contra potentiores Principes libertatem ac immedietatem
88. suam tueri posset. Opus itaque est, ut civitates simul cum effectu compareant, scilicet consultandi & concludendi gratia, de rebus ac utilitate Principatus, cæteroquin actus destitutus debita qualitate, nihil
89. probat. WESEMBEC. *Cons. XIX. n. 1.* GAIL. 1 *Observ. 3. n. 6.* Ergo si civitas Provincialis comparuerit quidem, ac propositionem Principis audiverit, non vero ad consultationes publicas veniat, ac nihil cum Statibus provincialibus concludat, nec Recessum Provincialem, den Land-Tags-Abscheid / ut alicubi moris est, subscribat, hoc casu libertati prætensæ nihil derogatur. Cit. FRITSCH. *de Convent. Provinc.*
90. *Cap. 4. n. 20.* Potest enim contingere, ut civitas quædam in clientelam alterius Principis recepta, ad diætas tales sese sistat per Deputatos suos, ibi comparitio facta jure clientelæ, des Schutz und Schirms halber / non arguit subjectionem juxta illud: Schutz und Schirm machet keine Obrigkeit. Aliquando comparetur intuitu communis boni, & majoris periculi evitandi gratia, ubi iterum libertatis & privilegiorum manet reservatio. Invitatio ad conventum provincialem fit per literas evocationis, ubi 91.
Municipia, tanquam Ordines, moneri quoque solent, ut in destinato loco ad consultandum certo die compareant. Et literæ hæ vel sunt scriptæ, vel typis impressæ, quæ, exemplo aliarum citationum, continent. (1.) Nomen vocantis, (2.) vocati. (3.) causam vocationis. (4.) locum. (5.) tempus. (6.) jussionem, quandoque cum adnexa comminatione. FRITSCH. *cit. Tract. Cap. 5. §. 1.*

Formula in provincia nostra 92.
est talis: Demnach es die Nohtdurfft erheischet / daß mit unseren getreuen Land-Ständen aus Ritterschafft und Städten unsers Hertzogthums Cleve und Graffschafft Marck ein und anderes unterredet werde / und wir dazu den N. N. Tag angesetzet; Als gesinnen wir an Euch hiermit in allergnädigsten Befehl / daß ihr eure Deputirte gegen gemeldte Zeit mit gnugsamer Instruction und Vollmacht versehen nach Cleve abordnet / die Proposition anzuhören / und über dasjenige / was wir alsdann werden vortragen lassen / einen

nen Schluß machen zu helffen. Wir versehen uns dessen und bleiben / &c.

Residentia Principis solet esse
93. locus huic conventui destinatus; Sic in provincia Clivo-Marcana conventio fit Cliviæ. In Electoratu Saxon. Concilia hæc habentur Dresdæ, aliquando Torgavii, Lipsiæ ac Misniæ, referente BURGHOLDENS. *Tract. de notit. rer. Imper. Part. I. Differt. 23. §. 4.* exemplo veterum Comitiorum Imperii, juxta ARUMÆ. *de Comit. Cap. 5. n. 19.*
94. Olim in Ducatu Luneburgensi conventus provinciales pacis tempore sub dio celebrati fuerunt. Verum ritus hic attribuendus est simplicitati veterum temporum, cum hodie inter tot difficultates Comitia tam celerem expeditionem non admittant.

95. *Sumptus* conventibus hisce destinati tam Deputatis Civitatum, quam Statibus Nobilium suppeditantur, & in provincia nostra cuique dantur pecuniæ diariæ, Diæten-Gelder/ quæ per collectionem extraordinariam conquiruntur. In quibusdam locis, ut in Elect. Saxon. suppeditantur saltem impensæ, Der Lands-Fürst versiehet die Stände/ nebst ihren Dieneren und Pferden / die ein jeder nach seinem Stand und Herkommen mit sich bringet / mit Futter und Mahl. FRITSCH. *cit. Cap. 5. §. 5.* Videant 96.
ergo Civitates Municipales, ne jure isto suffragii abutantur in Comitiis provincialibus, neve ob negotii pondus, alios ex corpore Magistratus ad actum illum deputent, quam viros graves, expertos, doctos, retineantque potius Consules & Deputatos suos, qui saltem de præsentia sua testari possunt, tanquam testes de visu & auditu. Facit eò severum monitum OTTERI *de Official. Lib. II. Cap. 9. n. 14.* dum inquit: Ex parte Dei & pro cœlo, hujus regni objuro & protector. Decuriones & cæteros Electores horum procuratorum civitatis, quò in re tam magna & tanti præjudicii tota mente provideant eorum merita & animi dotes, ut electio justa & laudabilis sit. Si 97.
Municipium ad conventum talem vocatum per Deputatos suos comparere nequeat, ex legitimis impedimentis, eo casu alicui ex constatibus mandatum dari solet, ad excusandam absentiam & ad desideria illius loci proponenda. 98.

Negotia contributionum, die Anschlags-Steuren/ ut plurimum sunt objectum conventuum Provincialium, de quibus regulariter deliberandum est, convocatis provinciæ Ordinibus, eorumque consiliis adhibitis, nam contributionum provincialium exactio non

eſt fixa, ſed mutabilis, & quidem
cum augmento; Tempora enim
non ſunt eadem, ſic nec neceſſi-
tates, quæ in tempore occurrunt,
non ſunt eædem, juxta illud Itali-
cum: *Altri tempi, altre cure*, id
99. eſt: *Tempora curas variant.* Et hæc
communis eſt Theorica ubicun-
que locorum fere recepta, ut in
conventibus provincialibus de
collectis deliberetur, de quibus
idem dici poterit, quod CLAPMAR
de Arcan. rerumpubl. de Comitiis
Imperii aſſerit, pecuniam eſſe ſum-
mam Comitiorum Germanicorum;
Atque ideo Principes videntur
hunc collectandi modum recepiſſe,
ut potius cum conſenſu populi,
quam ex abſoluto imperio, colle-
ctæ indicantur, hinc in conventi-
bus provincialibus blande benigne-
que tractatur cum Statibus & ſub-
ditis, ut collectæ certo interſtitio
pendantur. KLOCK *de ærar. Lib.
II. Cap. 53. & ſeqq.* Quod ſi Sta-
100. tus Provinciales ſummam pecuniæ
petitam exſolvere, vel onera ex-
traordinariarum exactionum ſuſci-
pere nequeant, objiciendo angu-
ſtias temporum, & tenuitatem ſub-
ditorum, Principes vel acrius in-
ſtare, ac inevitabilem neceſſita-
tem & dignitatem Status docere,
vel etiam ſepoſita omni contradi-
ctione, impoſita exigere ſolent.
Præſcribit deſuper modum proce-
dendi, quid ex parte Statuum hoc
in paſſu regeri poſſit, NEUMER.
von Steuren und Anlagen/
Cap. 6. ſed difficulter Principes &
ſuperiores ſibi metas præſcribi pa-
tiuntur.

Cætera autem negotia ita com- 101.
parata ſunt, ut arbitrio Principis
relinquatur, Senatus Provincialis
conſilium audire vel non. In ope-
re ſuſcipiendi belli ob ejus gravi-
tatem adhiberi ſolet Statuum con-
ſenſus, ut matura cum deliberatio-
ne de patria defendenda proſpi-
ciatur; Ubi & ipſorum Principum
intereſt, omni ratione providere,
ne bellum pro libidine temere ſu-
ſcipiant, & ſubditorum pecuniam
profundant. COMINÆ. *de reb. geſt.
Ludov. XI. Lib. X. in fine.*

In Comitiis hiſce provinciali- 102.
bus ſtari debet majoris partis con-
cluſis, quæ & diſſentientes Status
obligare poſſunt, *arg. Cap. 9. de
his, quæ fiunt à maj. part. capit.*
HUGO *de Regim. Stat. Germ. Cap.
4. §. 34.* ubi adducit exemplum,
quo Civitates Epiſcopatus Mona- 103.
ſterienſis, in conventu provinciali,
in puncto vectigalis, vino & ce-
reviſiæ imponendi, cæterorum ſuf-
fragiis victæ, mandatum cum
clauſula in Camera Imperiali con-
tra Principem & reliquos Ordines
obtinuerunt, dicendo: Sibi vecti-
galia hæc ex longa præſcriptione

com-

competere, sed fore, ut, si novum vectigal imponeretur, compendia sibi inde competentia minuerentur, atque ita in jure quæsito sibi præjudicium fieri; Qui contradicendi modus an hodiedum contra Principes præprimis seculares & potentiores conveniat, ipsa Municipia dispiciant, maxime, cum Principum potestas sit liberior, & ejusmodi protestatio, quæ non dependet à sola voluntate protestantis, sed ex arbitrio Principis, ut plurimum sit irrelevans. NIGRIN. *de protestatione, n. 19 & seqq.*

104.

105. Superaddi in ejusmodi conventibus solent Statuum, tam Nobilium quam Collegii Civitatici gravamina, ut hac ratione subditorum querelæ, pro ferendo adjutorio, in Principis notitiam veniant; ubi optandum, ne ex instinctu Aulico-Politicorum in infinitum rejiciantur, neve accidat, quod ait sæpe laudatus FRITSCH. *alleg. tract. Cap. 7. n. 23.* Und pfleget man den punctum gravaminum auf die lange Bahne zu schieben/ oder dieselbe mit leeren Vertröstungen abzuweisen.

106. Interim boni Principis est, ratione potestatis in subditos sibi competentis sequi consilium Hispani RIBADENEIRA, *in Tract. de Las virtutes del Principe Christiano, Lib. II. Cap. 9.* ubi tradit: *Deve entender el Principe, que no es señor, absoluto de las haziendas de sus subditos, ni se las puede quitar à su voluntad, como algunos Politicos y malos hombres, enseñan por lisongear a los Principes, y confundir la orden, y el govierno de la Republica, y pervertir las leyes divinas y humanas,* &c. id est: Sciat Princeps, se non esse facultatum subditorum suorum Dominum absolutum, ut eas ipsis pro lubitu auferre possit, prout pseudo quidam Politici ipsis mangonizando & assentiendo inculcant, quò tamen ordo regiminis saltem confunditur, atque leges divinæ & humanæ pessum eunt.

Ferri solent suffragia non viritim sed curiatim, & primò sumuntur votorum relationes, Prælatorum Nobilium & Civitatum, ut invicem sententiam communicent, deinde ad Principem, vel eum, qui ejus personam repræsentat, Ordinum sententia defertur, quo tandem post reiteratas sæpe contestationes ad conclusum devenitur.

Collegia Statuum suos habent Syndicos peculiares, sic apud no- 108.
strates Status Nobiles, Stände von der Ritterschafft gaudent Syndico, qui vocatur Land-Syndicus; Collegii autem Civitatum cujusque provinciæ Syndicus vocatur Städte-Syndicus, eorumque offici-

cium est, acta conventuum horum notare, protocolla servare, & in collegiis proponenda proponere eaque referre. Atque sic, tanquam à genere ad species, de Provinciis ad Municipiorum materiam commodiori transitu progredior.

Caput II.

De CIVITATIBUS IN GENERE, EARUMQUE DIFFERENTIIS.

SUMMARIA.

1. *Simile gaudet simili.*
2. *Homo est animal Politicum.*
3. *Solitudinis incommoda.*
4. *Etiam homo non lapsus in societate foret.*
5. *Hominis egena nascentia ad societatem stimulus est.*
6. *Post lapsum stimulat malitia & metus.*
7. *Caini Civitas, quomodo exstrui potuerit?*
8. *Alii adhuc fuerunt Adami posteri, quam quorum Gen. 4. mentio facta.*
9. *Causa societatis humanæ primaria & accidentaria.*
10. *Deus ordinavit distinctionem Statuum.*
11. *Cur Deo societates humanæ sint gratæ?*
12. *Finis ultimus societatis humanæ, quatenus obtinendus?*
13. *Quis finis ille ultimus?*
14. *Homines ferarum more nunquam oberrarunt sine societate.*
15. *Civitatum origo.*
16. *Civitatis descriptio.*
17. *Cœtus hominum debet esse ratione moderatus.*

18.

18. *Formicæ repræsentant civitatem.*
19. *Civitatis latissima significatio.*
20. *Civitas in stricto significatu.*
21. *Quatenus diverso respectu quis possit esse civis & peregrinus?*
22. *Peregrinus in sensu lato, stricto, & strictiore.*
23. *Urbes, quomodo & quibus ritibus quondam conditæ?*
24. *Civitates condere, Sacrum.*
25. *Sulcus Primigenius.*
26. *Matrimonii repræsentatio in exstructione urbis.*
27. *Aratri usus in condendis & evertendis urbibus.*
28. *Porta à portando.*
29. *Cur olim in portis judicia celebrata?*
30. *Fora Hebræorum prope portas.*
31. *Portæ fuerunt simul munimenta urbium.*
32. *Germ.* Stadt *à stativis & statione.*
33. *Civitates, desinentes, in* Stadt/ *sunt vetutissimæ.*
34. *Genuina derivatio vocis* Stadt.
35. *Civitas pro communione & multitudine hominum.*
36. *Differentia inter Civitatem & singulos in ea homines.*
37. *Varia adhuc civitatis appellatio.*
38. *Civitas pro civium Jure.*
39. *Mutatis personis manet eadem civitas.*
40. *Actio injuriarum datur successoribus ob injurias civitati olim illatas.*
41. *Urbs, unde dicta.*
42. *Civitatis & urbis differentia.*
43. *Differentia illa juxta Ciceronem.*
44. *Urbs pro civibus & civitate.*

45. *Civitas Imperialis,* Reichs-Stadt freye Reichs-Stadt.
46. Reichs-Stadt/ *unde dicatur?*
47. *Civitatum Imperii insigne duæ aquilæ, hujus origo, juxta Cuspianum.*
48. *Aquila biceps.*
49. *Ansit præsumptio libertatis pro Civitate, quæ diu aquila Imperiali pro insignibus usa.*
50. *Civitates liberæ & Imperiales, unde dictæ?*
51. *Verbalis potius quam realis est differentia inter Civitates liberas & Imperii.*
52. *Differentiam illam non infert copula* und *in Constit. Imp.* Freye und Reichs-Städte.
53. *Quo sensu dicantur liberæ.*
54. *Civitatum Imp. numerus.*
55. *Origo libertatis istius, unde* Reichs-Flecken?
56. *Præsentia Principis confert ad illustrandam civitatem.*
57. *Civitates hæ plerumque in meditullio regni sitæ sunt.*
58. *Liberæ civitates vocatæ Metropoles-*
59. *Civitates Hanseaticæ.*
60. 61. *Cur ita dictæ.?*
62. *Fœdus Hanseaticum.*
63. *Civitas mixta & anomala.*
64. *Varia Civitatum mixtarum conditio.*
65. *Exempla Civitatum mixtarum. Hamburgum.*
66. *Civitas Brunsuicensis.*
67. *Civitates pactitiæ & exemptitiæ.*
68. *Absonum non est, unam Civatem esse exemptam & subjectam.*
69. *Sicut quis esse potest liber respectu unius & in servitute quoad alium.*

70.

70. *Mixtæ Civitates non adnumerandæ sunt provincialibus.*
71. *Civitates Ganerbicæ.*
72. *Nomen Ganerbiorum, unde?*
73. *Civitas Municipalis, sive Provincialis.*
74. *Civitas pro republica.*
75. *Civitas pro universitate.*
76. *Universitas larga, minus larga & minima.*
77. *Universitatis descriptio.*
78. *Civitas & Universitas, quomodo differant?*
79. *Effectus unitatis in civitate, quod civitas possit experiri injuriarum pro suo cive.*
80. *Civitas est corpus mysticum, exemplo vivi corporis.*
81. *Quarterium quandoque unius civitatis vices gerit.*
82. *Civitas potest appellare à decreto contra civem lato.*
83. *Civitatum in Germania initium non repertum ante seculum Christi quintum.*
84. *Desuper testimonia Historicorum veterum.*
85. *Juventus Germanis fuit pro mœnibus.*
86. *Lehmanni testimonium ex Chron. Spirens.*
87. *Civitates in Germania utplurimum ad fontes, nemora, pascua, &c. positæ.*

1. Ea viventium creaturarum indoles est, ut, innato naturæ instinctu & motu proprio, unionem aliquam appetant; Apparet appetitus ille in brutis animantibus, inter quæ & simile simili gaudet.

2. Sed homo, recta ratione imbutus, animæ beneficio, viâ societatis animatur, ut ait MACROB. *in Somn. Scipion. Lib. II.* Hinc sui natura est animal politicum, ad societates aptum, & per rectam rationem ad civilem vitam congruenter apparatum, ARISTOT. *Polit. Lib. I. Cap. 2.* adeoque longe magis socialis, quam apes, formicæ, grues, & ejusmodi genera, quæ gregatim aluntur, gregatimque se tuentur, PATRIC. SINENSIS. *de Instit. Reip.*

 Lib.

3. *Lib. I. Tit. 3.* Aufert omnium vo-
luptatum fructum tristis solitudo;
Si & Deus cuique omnium rerum
abundantiam conferret, affatim
hominis vero aspiciendi potesta-
tem eriperet; Quis tam esset fer-
reus, qui eam vitam ferre posset?
Sic natura solitarium nihil amat,
semperque ad aliquod, tanquam
adminiculum, adnititur; ut ait
4. CICER. *in Lal.* Imo, si nec homo
per Adami lapsum in vitia defecis-
set, non tamen defuissent societa-
tes, & in societate civitates. Inna-
tus est homini sermo, societatis
gratia, & si nullus sit, cum quo lo-
quaris, ne quidem sermone tibi
opus fuerit; In quod iterum ele-
gantissime CICER. *cit. loc.* dicit: Si
quis cœlum ascendisset, naturam-
que mundi & pulchritudinem sy-
derum perspexisset, insuavem il-
lam admirationem ei fore, quæ ju-
cundissima fuisset, si aliquem, cui
narraret, habuisset. Deinde im-
5. pellitur homo ad societatem, quia
nascitur, & teneram ætatem ducit
nudus, inermis, omnique auxilio
destitutus, quasi ex naufragio, re-
bus omnibus amissis, in hujus vitæ
ærumnas ejectus; ALTHUSIUS *Po-
lit. I. cap. 1.* Quin & in adultiore
ætate excolenda, in juvenibus ratio
est admodum imperfecta; hinc
aliis opus, â quibus manu ducan-
tur, ad perficiendum in eis virtu-
tis opus. Et hoc in hominibus
etiam non lapsis contigisset, quia
ipsemet Salvator noster, nullo licet
peccato contaminatus, sapientia
tamen legitur profecisse. CONRING.
de Urbibus Germ. §. 11.

Et post lapsum, ingruente jam 6
undique malitia hominum, cum
juxta HORAT. *I. Satir. 3.*

Unguibus & pugnis, dein fustibus, at-
que ita porro,
Pugnabant armis, quæ post fabrica-
verat usus,
Oppida cœperunt munire.

tum ex metus instinctu, ut a poten-
tioribus essent tuti imbecilliores,
enatæ sunt civitates, quarum pri-
mam ex metu ædificavit Cain. *Gen.*
4. v. 17.

Sed quomodo Cainus in prin- 7
cipio generis humani civitatem
condere potuerit, quærit AUGUST.
in civit. Dei Lib. XV. Cap. 8. & re-
spondet, facile id fieri potuisse:
Nec enim putandum, illos tunc
saltem viros in mundo exstitisse,
quorum *dict. cap.* Textus sacer me-
minit, quod inde colligitur, quia
Cain metuit, ne interficeretur
â quovis obvio, *Gen. 4. v 14.* Alios 8
ergo adesse oportuit; Sine dubio
habuit liberos, qui ulciscerentur
mortem patris, quorum metu lo-
cum habitationis suæ munivit.
HOENON. *Disput. polit. concl. XII.*
lit. a. Quinimo plures adfuisse po-
steros.

ſteros Adami, & ex eo conſtat,
quia filiarum ejus mentio illic non
fit, quas tamen exſtitiſſe, ut ſine
quibus genus humanum propagari
non poterat, nemo negabit.

9. Ergo cauſa ſocietatis principalis
& primaria eſt hominis natura,
quæ quandam inter nos cognatio-
nem conſtituit, *L. ut vim* 3. *ff. de
J. & Jur.* & inclinatio quædam ad
cohabitandum; Secundariæ & ac-
cidentariæ cauſæ ſunt indigentia,
inopia, metus, & ſpes cuſtodien-
darum rerum ſuarum in quodam
præſidio; Cic. II. *Offic.* Ita, poſt-
quam coierunt homines duce na-
tura, tum demum verterunt ſtudia
ſua ad vitæ neceſſaria, Arumæus. *de
Rep. L.* I. *c.* 1. *ſect.* 1. *num.* 10.

10. Sed adhuc omnia entia ſuum
dependens & participatum habent
â ſummo ente Deo, à quo unico
fonte promanat cauſa Politiarum,
ut qui eas ab initio mundi conſti-
tuit, conſtitutas protegit & conſer-
vat, *Dan.* 4. *v.* 14. *Rom.* 13. *v.* 1
variasque rerum publicarum vices,
formas & mutationes ordinat,
gaudetque diſtinctione Statuum,
& ordinata hominum pro diverſi-
tate donorum in quemcunque col-
latorum diſpoſitione; Schoenborn.
11. *Polit.* I. *cap.* 4. Et huic Principi
Principum, qui hunc mundum re-
git, nihil eſt acceptius, quam con-
cilia cœtusque hominum jure ſo-
ciari, ea nimirum ratione, quia
divino afflatu condita eſt hominis
anima intellectualis & immortalis,
ut Deum Creatorem ſuum agno-
ſcat, eique æternas laudes retribu-
at. Nullo autem medio divina illa
cognitio & ſummi Numinis cul-
tus, in homine jam turpiter lapſo,
reſtaurari & excoli poteſt, quam
ordinatione ſocietatis ad commu-
ne Dei obſequium, tanquam ulti-
mo fine tendentis, finemque il- 12.
lum adſequimur, ſi, ad exemplum
Reipublicæ, cœleſtium Angelorum
conformi pacis & tranquillitatis
ſocietate, præſtantiorem illam ani-
mæ ſubſtantiam conſervare irre-
prehenſibilem, quoad fieri poterit,
ſtudemus.

Gratiſſima itaque Deo ſocietas
illa eſt, quæ aſſiduis multisque in- 13.
ſtitutis id agit, ut, una & conjun-
cta voluntatis intentione, ad exe-
quenda ipſius præcepta, quisque
diligens & intentus ſit; Qui eſſe
debet ſcopus ſingularis ſingulorum
hominum, & univerſarum ſocie-
tatum vel rerumpublicarum, Tho-
los. *de Republica lib.* I. *Cap.* 1. *N.* 14.
17. Falſum itaque eſt, unquam
fuiſſe tempus, in quo non fuerit
ſocietas & communitas aliqua vi-
tæ inter homines, eosque initio,
more ferarum, in ſylvis & mon-
tibus oberrantes vitam egiſſe, &
longo demum ſeculorum decurſu

per eloquentiam Oratorum ad ſo-
cietatem civilem colendam com-
motos, vel Orphei Muſicâ eò in-
ductos fuiſſe, THOLOSAN. *de Re-
publ. lib.* I. *cap.* 2. *n.* 6. BESOLD.
Diſp. polit. I. *Claſſ.* 1. *concl* 17.
15. Ex generali jam populorum ſocie-
tate ſeu multitudine ejus prodie-
runt ſenſim particulares quædam
ſocietates, ab aliis diviſæ, quas in
ſpecie *civitates* vocamus, ex ſin-
gulari quodam amicitiæ & proxi-
mitatis vinculo quidem inſtitutæ,
retento interim eodem jure, quo
in genere omnes gentes pro uſu
rationis, à Deo ingenito utuntur.
16. Eſt autem *civitas* quaſi civium
unitas, APOSTILLAR. *ad Bart. in ex-
travag. qui ſint rebell. verb. civitas,* vel
eſt cætus perfectus liberorum ho-
minum juris fruendi, & commu-
nis utilitatis cauſâ ſociatus, HUGO
GROTIUS *de Jure belli ac pacis, Lib. I.
Cap.* 1. *n.* 14. aliis dicitur civitas
multorum hominum collectio ho-
neſta, ad ſimul habitandum,
ALBERT. á ROSATE *de Statut. Lib.
II. quæſt.* 177. *n.* 1. ARISTOTELI
eſt civitas gentium virorumque
in vita perfecta, ſeque ipſa con-
tenta, communio; *in Polit. Lib. I.*
Aliis, collecta civium multitudo
iisdem legibus & moribus viven-
tium & utentium. PETR. PINCEL.
Tract. de civit. municip. diſt. 1. *in*
17. *Princ.* Hinc cætus ille non erit
ſimplex hominum coitio, ſed ad
optimum finem tendere debet, ra-
tione moderatus, ut merito ex-
cludantur latrones, deportati, cum
quibus nulla commerciorum jura
ſunt, quos civitatum peſtes & ca-
tharmata nominat GEORG SCHON-
BER. *Polit. Lib. II. Cap.* 13. Civi- 18.
tatum principium & formam re-
præſentant formicæ, ita, ut magis
admiranda ſit eorum fabrica, quam
Neapolis ab homine condita, HER-
MES *faſc.* 7. *P. Cap.* 35. *in princ.*

Ergo cives in civitate ſocieta-
tem quandam contrahunt perpe- 19.
tuam & immortalem, ratione par-
tium integrantium. *Idem Lib. II.
Cap.* 6. *n.* 4. Hinc latiſſima Civi-
tatis ſignificatio eſt, quæ totum
reipublicæ corpus, totum Impe-
rium notat, quaque omnes illi
unius ejuſdemque civitatis eſſe di-
cuntur, quibus & eadem Imperii
majeſtas, per omnes ejus provin-
cias dominatur; Sic Germani in-
ter ſeſe cives ſunt, Hiſpani itidem,
idem de Gallis, atque hi Germanis
ſunt peregrini. Strictiori autem am- 20.
bitu Civitatis vox ſignificat Munici-
pium & patriam cujusque parti-
cularem, â communi illa patria di-
ſtinctam, *l.* 6. §. 11. *ff. de excuſ. tu-
tor.* & patria Civitas, *l.* 21. §. 3. *ff.
de ann. legat.* Priori ſenſu Germa- 21.
ni inter ſe ſunt cives, & communi
civitatis jure utuntur, ſpeciatim

ta-

tamen & ratione suæ cujusque civitatis propria, civis hujus Municipii habetur pro peregrino alterius, cujus non est civis, quem forensem sequioribus seculis dixerunt, idque satisdationum mate-
22. ria in judiciis satis declarat. Ergo & peregrinus est *late*, qui ex aliis regni finibus ad nos accedit, *stricte*, qui quidem Imp. Rom. Germ. est subditus, non tamen eundem nobiscum agnoscit territorii Dominum, *strictius*, qui ejusdem provinciæ, non tamen ejusdem Municipii nobiscum civis est. Ita accurate differentem *vid. Clarissimum Dominum* SCHILTER. *ad ff. post Exercit. 5. de Jure peregrinor.* §. 2.

23. Qui urbem novam condere voluit, data prius augurio opera, ut à religione exordium duceretur, CICERO *I de Divinat.* tauro & vacca arabat, ubi arasset, murum faciebat; ubi portam volebat esse, aratrum tollebat & portam vocabat á portando; Aratrum qui tenebat, laciniam togæ in humerum dextrum rejiciebat, seque cingebat, vel quia is sacris operantium
24. erat habitus; Inter quæ sacra & opus condendæ urbis referebatur, velut commodius stivam tenere posset; denique, ut multitudinem civium togato, id est, pacifico habitu, fovendam esse ostenderet, neque solum bellicis artibus civitates vigere, sed multo magis pace florere: Aratrum, cujus vomer fuit æreum, in perpetuitatis symbolum dirigebat conditor ipse, si vero mulier ponendæ urbis auctor fuit, id muneris penes architectos relinquebatur, in fodiendo, glebæ interne rejiciebantur, quoniam omnis fertilitas in urbem importanda. Sulcus ille, quo loca 25.
murorum designabantur, dictus fuit sulcus primigenius. Boves duo tantum erant taurus scilicet & vacca, legitimum inter marem & fœminam matrimonium denotabant, quod Rempublicam tuetur & auget. Boves illi erant al- 26.
bi, ut illo candore ostenderentur cives sine labe; præterea ita juncti boves, ut vacca interior, taurus exterior esset; Mulieris enim est, quæ intra domum sunt, curare, viri autem exteriora. Ita Telemachus matri. At tu perge domum, & quæ tua munera, cura. Hæc ita post JUL. CÆS. BULENG. *de Rom. Imp. Lib. I. Cap. 1.* DEMPSTER. *in Paralip. antiqu. Rom. Lib. I. Cap. 3.* SUBV. *de verb. signif. Lib. I.* LIMNÆ: *de jure publico, Tom. III. cap. 1. num. 3.* Unde OVID. *Lib. IV Fast.*

Ipse, tenens stivam, designat mœnia sulco,
Alba jugum niveo cum bove vacca tulit.

27. Et hic modus non Romæ tantum, sed & in oppidis condendis observatus fuit, ut ea aratro circumducerentur, & hinc, ut unumquodque eodem modo desinat & solvatur, quo cœperat, *l. 35. §. ff. de R. I.* aratro circumducto & condebantur urbes, pari modo & evertebantur. CÆL. RODIG. *Antiquit. Lib. XIV. cap. 5. vid. infra Lib. II. cap. 68. n. 28. & 29.*

28. Sed ratione portarum adhuc notandum est, quod in aditu urbis ideo suspensum portandum sit aratrum, ne quid religionis contraheret, quia per eas cadavera aliaque immunda importabantur & exportabantur, VARRO *Lib.* IV. *de ling. Latin.* ALEX. *ab* ALEX. *6. gen. 14.* eò facit L. *Pupillus 239. §. urbs 6 ff. de V. S.*

29. In portis olim judicia celebrabantur, & quidem ob rationem, ut aperte & sine suspicione procedatur; Hinc Deus populo suo injunxit, ut Judices & Magistratus in omnibus portis constitueret, *Deut. 16. v. 18.* & *Amos 5. v. 15.* constituite in porta judicium, bestellet das Recht im Thor; Huc quadrat *l. observandum 19. pr. ff. de offic. præs.* ubi jus reddenti observandum, ut in adeundo se facilem præbeat.

30. Prope portas Hebræorum fuerunt fora, *2 Reg. 6. v. 34. & cap. 7. v. 15.* quæ dicebantur portæ ovium, piscium, &c. quia hæc ibi venalia proponebantur. Sub iis quoque fiebant conventus civium. *Thren. 5. v. 14. Ruth 3. v. 11. Gen. 13. 19.*

31. Denique ipsorum portæ fuerunt munimenta urbium fortissima, unde obsessi eruperunt, quæque hostes impugnarunt; *Esa. 22. v. 7. Jud. 5. v. 8.* Eò refertur, quod de portis inferni, *Matth. 16. v. 18.* Ergo captis portis tota urbs capta videbatur, GODWYN. *Mos. & Aaron, Lib.* II. *cap. 3. §. 1.*

32. Germanicum illud Stadt à Romanis *stativis* derivatum vult JOH. HER. *in Comment. de Rom. in Rhetia litor. stat. cap. 11.* Aliis urbs Germaniæ dicitur eine Stadt / à *statione*, quod in urbe hominibus sit firmissima statio, propter societatem & mutua auxilia, tum in rebus necessariis comparandis, tum in adversis depellendis, MATTH. STEPH. *in discurs. Academ. 6. n. 12.* De vocabuli civitatis significatione vide plura apud ZIEGL. *in proœm. §.* civitas WERDENHAGEN *rerump. Hanseat. p. 2. fol. 583.* Romani autem voces suas plerumque abbreviatas scribebant, atque pro stativis sive statione priorem syllabam illam *stat* exsculpere solebant, unde paulatim nomen hoc in usum linguæ Germanicæ receptum

est,

33. *est*, atque pauca invenies Municipia, paucas urbes, quæ in Stadt desinunt, quas non contingat esse vetustissimas, Romanorumque incolatu nobilitatas, FAUSTUS ab ASCHAFFENBURG *consf. pro ærar. 257. class. 402. & 408.* SCHWEDER *Jur. public. part. spec. Sect.* I. *cap.* 18. *n.* 1.

34. Sed genuina derivatio vocis Stadt potius adhuc ex primitivo ipsius significatu, quam ex castris Romanorum, deducitur, notum enim est, Stadt idem esse, quod *locus*, sic dicimus: Es hat keine Statt / *non habet locum.* Pariter de gente dici potuit, sie haben da ihre Statt / id est locum, sedem, habitationem, domicilium, qui locus aliquo modo munitus, postea per excellentiam dictus eine Stadt.

35. Varia jam Civitatis appellatio est, & *primo* sumitur pro communione seu multitudine hominum, qui in uno agro vel tractu habitant, ut videre est apud JUL. CÆS.

36. *Lib.* VI. *de bell. Gall.* Hinc aliud est ipsa Universitas sive Civitas, aliud sunt singuli in ea homines, GLOSS. *in l. sicut §. si quid ff. quod cujusque univ. nom.* ROLAND â VALLI *Cons. 53. n. 6 Vol. III.* JULIUS CÆSAR *cit. Lib. VI. de bello Gall.* ubi de Eburonibus diripiendis ait: ut stirps ac nomen Civitatis tollatur; Cum Cæsar Civitatem sumat pro gente, quæ eadem lingua, eodemque jure, iisdemque legibus utitur, unumque agnoscit imperium, MONTAN. *in not. all. loc.* Pari sensu pro Civitate integram gentem intelligit idem CÆSAR *Lib.* VII. *de Gell. Gall.*

Secundo, pro materialibus & situ civitatis, BALD. *Consil. 327. n. 10. Lib.* I. SPIEGEL *in lex. verb. civitas.* 37.

Tertio, pro populo mœnibus cincto & muris circumscripto, BART. *consil. 196. num. 6. Lib.* I.

Quarto, pro ipso Senatu, Consulibus & Administratoribus. GLOSS. *in rubric. C. quæ sit long. consuet.* JOAN. de PLAT. *rubr. C. de consulib.*

Quinto, pro suburbiis, territoriis & districtibus Civitati adhærentibus, ABB. *consil. 52. n. 6. lib.* II. *allegans ad hoc l. qui in continentibus 147. ff. de verb. signif.*

Sexto aliquando civitas sumitur 38.
pro civium jure, ut, quando dicitur: Civitate aliquem donare, quod, lege Gellia, apud Romanos efficax non erat, nisi quibus Cn. Pompejus hoc jus contulisset, ALEX. ab ALEX. & JOH. WAMES, *de Jur. Pontif. conf. 246. num. 9.* Civitatis & urbis nomina nonnunquam confunduntur, *l. si quis 6. l. singularium 8 C. de ædific. privat.* pari modo, ut Jure Canonico Eccle-

clesia cum templo sæpe confunditur.

39. Cæterum Civitas est & manet eadem, idemque Collegium, quod ante annos ducentos & plures fuit, etiamsi personæ commutatæ sint; *l. sicut 7. §. fin. ff. quod quisque Universit. nom.* sicut manet idem fluminis nomen, aqua transmissa. SENEC. Hinc actio injuriarum datur successoribus ob injurias, Civitati olim illatas, CARPZ. *lib.* II.
40. *Resp. 65.* & Alexander M. Persis bellum intulit, quia Majores eorum læserant, JUSTIN. *lib.* II. *cap. 5.*

Urbs ab *urbo* sive curvatura
41. aratri dicta, *l. 239. §. urbs ff. de verb. signif.* vel ab orbe, cum forma urbium rotunda esset, ISIDOR. *lib. XV. cap. 2.* nam U pro O, more veterum, sæpe sumebatur; sic *urbare* pro orbare, quod est, circulo circumscribere, περιγράφειν, inde orbis; sic urbs nihil aliud est, quam locus ipse, & domicilia mœnibus iisdem conclusa,
42. *d. l. 239. C. si. civitas de sent. Excom. in 6.* at Civitas est collectio ipsa civium, eodem jure & legibus sociata; *l. 1. C. de bon. vacant.* Hinc urbs potest esse sine civitate, & civitas sine urbe, ENENCKELL. *lib.* III. *de privil. cap.* 14. *num.* 3. Urbis termini sunt muri, iisdemque illa finitur, *l. 2. & l. 173. §. 1. ff. de verbo signif.* Civitas autem non in muris aut parietibus, sed in ipsa hominum multitudine posita est. MATTH. STEPH. *discurs. Acad. n. 1.* CICERO *pro Sextio* differentiam notavit dicendo: 43.
Cum conventicula hominum, quas postea civitates nominaverunt, tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus; Et adhuc ad hanc differentiam luculentius exprimit *ad Dolabell.* Liberâsti igitur & urbem periculo & civitatem metu. Urbs denique constat muris, Civitas incolis, VIRGILIUS *Æneid.* I.

Urbs antiqua fuit. - - -

Vid. & BESOLD. *in Præcogn. Polit.* sic legitur: Olim Athenienses, urbe derelicta, civitatem conservasse in navibus. PANS. *in Consultat. de Provinc. Europ. Principat. Orat pro German.*

Sæpissime tamen, propter æqui- 44.
pollentiam, civitas & urbs confunduntur, ac unum idemque denotant, *l. si usus fructus 21 ff. quib. mod. usus fruct. amitt. l si quis 6. l. singulorum 8 ff. de ædif. privat. l. præscriptio* C. *de Operib. publ.* sumiturque quandoque urbs per Synechdochen, pro populo seu civibus urbem inhabitantibus; Unde illud *Virgilianum:*

Invadunt urbem somno vinoq; sepultam.

Civitas est vel *Imperialis*, simpli- 45.
ci-

citer, eine Reichs-Stadt/ vel *Imperialis libera*, eine freye Reichs/ de quarum differentia ita WEHNER *in Observat pract. verb.* Freye Reichs-Städte / dum ait: Freye Reichs-Städte werden genannt / die nichts vom Adler führen / *simpliciter* aber Reichs-Städte/ die einen gantzen Adler / oder etwas davon/ in insignibus haben.

46. Alluditur, quod Reichs-Stadt dicatur á Reich/ dives; Sic Aulicus quidam quæsivit ê cive talis civitatis: Wie lang ist eure Stadt wol eine Reichs-Stadt gewesen? Respondenti: Tot numeramus ejus qualitatis secula; replicat Aulicus: Ach nein! sondern / so lang und zithero die Pfaltz-Städte sind arm gewesen.

47. Insignia Civitatum Imperialium sunt duæ aquilæ, ad quod notandum: Harminius, Cheruscorum Princeps, cum inter Lupiam & Amasin, ut dicit PHILIPPUS CLUVERIUS, hoc inter oppida Dietmold & Horn factum esse, *in Introduct.* GEOGRAPH. *Lib.* III. *Cap.* 3. (nescio tamen, an quadret) tres legiones Romanas debellasset, signa & aquilas duas accepit. tertiam signifer legionis palude demersit, ne in Germanorum manus veniret; quæ duæ aquilæ Romanis nunquam redditæ sunt; Exinde Cuspinianus putat, illas duas aquilas in hunc usque diem Imperii Germani insigne exstare, non enim biceps est aquila, ait ille, sed simul duæ pinguntur, quarum altera alteram, expansis alis, obtegit, PEZEL. *in Mellific. Histor. P.* 2. *pag.* 84.

Ratione aquilæ secundò notandum, quod Lipsius putet, insigne Imperatoris esse duas aquilas nigras incorporatas, *in Annal. ad milit. Rom.* asseritque NORDERMANNUS, duas esse aquilas, expansis ad invicem alis, dorsa sibi jungentes, *in Differt. de jur. Principat. concluf.* 14. quos secuti sunt NOLDENUS *de Nobilitate, Cap.* 21. *n.* 78. & MOLIN. *ad consuet. Paris. tit.* 1. *in princip. num.* 21. putantes, monstrosum esse, unum corpus duobus capitibus exornare, vid. LIMNÆ. *de jur. public. part.* 3. *Cap.* 14. *in princ.* qui tamen bicipitem esse unam aquilam *defendit num.* 6. *& seqq.* 48.

Quoad insignia hæc tertiò non prætermittendum, quod si Civitas aquilam in locis publicis longissimo tempore incisam, vel depictam habeat, ex eo immediata imperii subjectio probetur; quia aquila Imperialis libertatis & superioritatis, á qua talis libertas fluxit, indicium est; maxime, si alia adhuc adminicula concurrant, HÖPPING. *de jure insign. Cap.* 6 *n.* 96. BRÜNING. 49.

NING *de var. Univ. specieb. concl. 25. lit. a.* SCHÖNBORN *Polit. Lib. V. Cap. 30.*

50. Civitates *liberas* quidam dictas putant, quasi ex potestate Principum & Episcoporum exceptas; *Imperiales* vero, quæ primordialiter sub Imperio manserunt, *præjud. Cam. verb. Civitas.*

51. LIMN. tamen verbalem potius differentiam, quam realem, inter Imperii liberas Civitates & Imperiales, dari putat; aut si realis aliqua detur, nescire se fatetur, ea unde petenda sit, cum videamus, libertatem æqualem, atque eodem sensu omnibus immediatis Civitatibus competere, licet privilegia earum æqualia in cæteris non sint; *De jure publ. Tom.* III. *cap.* 1. *num.* 34. quod approbat WEHNER hisce verbis: *communiter collective de hac differentia,* zu reden / seyn freye- und Reichs-Städte im Grunde ein Ding / &c. *in Observ. Pract. verb.* Freye Reichs-Städte.

52. Tum & in Constitutionibus Imperii Freye Reichs-Städte promiscue sumuntur sine reali aliqua differentia, non obstante copula (und) quod vocentur Frey und Reichs-Städte, ex quo error quorundam derivari videtur. Hoc enim denotant duo diversa prædicata: (1.) Quod Civitates liberæ. (2.) Quod sint Imperii, id est, quod sessionem & votum in Comitiis habeant. REINCK. *de Reg: sec. & Eccl. Lib. I. Class. 4. Cap. 20. n. 36.* SCHÜTZ *jur. publ. Vol. I. Dissert. 8. t. 22. lib. B.* SCHWEDER. *part. spec. Sect. 2. Cap. 9. n. 1.*

53. Dicuntur autem Civitates liberæ, non quasi omnimoda libertate fruantur, sed, quod ab inferiorum Principum, Prælatorum & Comitum imperio & exactionibus liberæ sint, uti & Nobiles Immediati pari ratione liberi appellantur, die freye Ritterschafft / REINCK. *de Regim. Sec. & Eccles. I Class. 4. Cap. 20. n. 10. Vide de hisce civitatibus late* BESOLDUM *Tract. de jure & imperio Imperial. civit.*

54. Civitates Imperiales liberæ numerantur octuaginta quatuor, secundum MATTH. STEPH. *de Jurisd. Lib.* II. *c.* 1. *n.* 85. Simpliciter Imperiales octodecim designant, cujus tamen Catalogus refutatur â LIMN. *de Jure publ. Tom.* III. *cap.* 1. *num.* 36.

55. Origo libertatis & prærogativa harum Civitatum debetur liberalitati Regum Francorum, quia hi cum quibusdam Cæsaribus sedes suas illic fixerunt; unde villæ Regiæ appellatæ, in quibus Reges palatia sua habuêre, & conventus instituêre; Sic Ingelheimium & Francofurtum vocantur Reichs-Flecken / in welchen beyden palatia

und etliche Reichs-Versammlungen gehalten / LEHMAN. Speyer. Chron. Lib. II. cap. 18. §. Ob nun wol / &c. Nec mirum est, istas Civitates præ cæteris extulisse caput & præclariores redditas, ubi Reges & Principes habitationem sibi constituerunt, quia Principis persona, ad quam facile subditi confluunt, tùm & opulentia Regalis, & virorum præstantiorum seu Aulicorum consortium, locum talem utique illustriorem reddunt, ædificia illic fiunt splendidiora, artificia cultiora, opesque tandem frequentiores; Ad populosiores istas Civitates plures adhuc inhabitandi causâ se recipiunt, dum se majoribus illic beneficiis potituros sperant, THOLOSAN. cit. Tract. lib. II. cap. 1. n. 10. seqq.

57. Plerumque hæ Civitates eligi solent in medio Regni & Principatus, ut facilis undequaque ad illas sit aditus, prout testantur exempla Cyri & Cappadocum Regum, qui sedes elegerunt in medio totius regionis constitutas, quanquam de cætero plurium rerum ibi fuerint incommoda, STRA-

58. BO, l. 12. 15. Civitates hæ vocatæ quoque sunt Metropoles, Haupt-Städte / quales in Italia fuêre, Roma, Ravenna, Mediolanum; In Germania, Moguntia, Colonia, Treveris; ubi simul Episcopi illic degentes prærogativam præ ceteris consecuti sunt. LEHMANN. cit. loc.

Vel Civitas est Hanseatica, Han- 59.
see-Stadt / dicta Handel-Stadt / inde Hanse-Gräfe / qui cognoscit de litibus concernentibus mercaturam, BESOLD. in Thesaur. Pract.
lit. H. n. 11. vel ita vocata, quasi 60.
am See Stadt / vel, quia reguntur â Magnis Hansonibus, juxta illum vulgatum modum loquendi: Ein gewaltiger Hans; item, es sey gros oder klein Hans. Vocabulum Ansi, Gothici idiomatis proprium, denotat eos, qui cæteros mortales fortuna & opibus antecedunt; Herôum & semi-Deorum conditioni proximos, velut humanæ sortis terminos egressos, unde corrupta vox *Ansos* & additione aspiratæ Hansos nominat, proceres communi fortuna majores; LIMN. de Jur. publ. l. 6. c. 3.
n. 44. Vel ita vocata, quasi eine 61.
Stadt von Ansehen / vel â fide, quæ data dextra, Hand / intelligitur, vel â fœdere & concilio, quod prisca Germanorum voce, Hansam vocatam ajunt, quod probant ex novo Testamento Germanice reddito, ubi illorum verborum *fecerunt concilium in eum*, ita legitur explicatio: Sie haben einen Hans gegen ihn gehabt. KLOCK in Tract. de Contribut.

c. 14. *sect.* 3. *in fin. n.* 2. Plura de hisce vide apud Politicos, maxime apud WERDENHAGEN, *in suo Tractatu de Civitat. Hanſ.*

62. Fœderis ratio autem, quoad hasce civitates, eſt maxima, hinc plerumque legimus de fœdere Hanſeatico; Et circa Civitates fœderatas notandum hic obiter: Bannitum ex una Civitate non cenſeri etiam bannitum ab aliis Civitatibus cum ea fœderatis. JUL. CLAR. *lib. ſent.* 5. *fin. quæſt.* 71. *n.* 11. BART *in l. n.* 2. *ff. de captiv.* CHRISTIN. *ad l. Munic. Mechlin. tit.* 6. *art.* 16. *n.* 2.

63. Vel Civitas eſt mixta, anomala & conditionata, quæ nimirum certis pactis & conditionibus Superiorem agnoſcit, in reliquis & ſui juris eſt. GAIL. 2. *Obſ.* 54. *num.* 10. SURD. *conſ.* 323. *n.* 4. ubi tradit, illos, qui ſe Principi ſubjecêre, ſub certis pactis & conventionibus, quoad reliqua & ſibi reſervata, cenſeri liberas, & non haberi pro ſubditis, BART. *conſil.* 59. *Vol.* 1. ANCHOR. *conſil.* 437. DEC. *conſil.* 36. *col.* 4. BRUN. *conſil.* 35. NATTA *conſil.* 311. *n.* 2. CRAVETT. *conſil.* 241. *n.* 17. & *conſil.* 905. *n.* 1.

64. Quarum mixtarum Civitatum diſpar & non parilis libertas, ſed vel amplior vel limitatior, quod ex pactorum conditionum privilegiorumque tenore judicandum. BESOLD *de jur. Univerſit. c.* 4. *n.* 4. RULAND. *de commiſſ. part.* II. *c.* 4. 65.
n. 47. Inter Civitates, quæ mixtum Statum obtinent, referunt Publiciſtæ Hamburgum, antiquitus ab Imperatore & Imperio Duci Holſatiæ in feudum datum, cui & præſtabat homagium, ſed cum Duces Holſatiæ eam, tanquam ſimpliciter ſubjectam, & ut Municipalem, ſibi appropriarent, Carolus IV. ſua auctoritate impedivit, jubendo, ut Hamburgum oppidum Comitibus (nunc Ducibus) Holſatiæ pareret ſalvis libertatibus, quas ab Imperiali Culmine promeruerunt; Ergo facta ex ea Civitas, quoad libertatem & privilegia Imperio immediate ſubjecta, & proinde Status Imperii, in aliis vero Ducibus Holſatiæ ſubdita, ALB. KRANTZ. *Lib. X. Cap.* 2.
Civitas quoque Brunsvicenſis certo reſpectu Ducem Brunsvicenſem 66.
ratione territorii recognoſcit, ratione tamen regalium, quæ habet ab Imperatore, Imperio immediate ſubeſt; pluresque ſunt in Germania Civitates, quæ, licet Principibus ſubeſſe videantur, nihilominus ab Imperatoribus Regalia habent, RUTG. RULAND. *de Commiſſ. Part.* 2. *Lib. V. c.* 4. *n.* 47. 67.
Civitates autem, quæ ſe ſubjecerunt, inde dicuntur Civitates *pacti-*

ſtitia & *exemtitia*; Illæ ſunt, quæ pacto libertatem, quam antea non habebant, acquirunt, ex quo eſt, quod pro pactitia Civitate libertatis præſumptio militet, ſed exemtitia ſervitute ſubjacere credatur, niſi exceptionem docere poſſit, CLUTEN. *in Syllog. rer. quotid. concluſ. 27. tit. 2.*

68. Nec abſonum eſt, unam eandemque Civitatem, ratione regalium privilegiorum & exceptionum, Imperatori & Imperio immediate, in aliis vero Electoribus, Principibus & aliis Statibus ſubeſſe; Quia in una eademque perſona diverſiſſimi reſpectus concurrere poſſunt, conſideratis diverſis qualitatibus, diverſiſque Juribus, *L. ille §. fin. & l. ſeq ff. ad Sect. Trebell.* EVERHARD. *loc. de tanquam reſpectivis*, GAIL. *1. Obſerv. 39. n. 6.* SCHRAD. *de feud. part. 10. ſect 19. n.*
69. *87.* ſic una eademque perſona reſpectu quorundam bonorum immediate Imperio poteſt eſſe ſubjecta, vel omnino libera, reſpectu vero aliorum Landſaſſius & ſubditus; Non enim contraria ſunt, aliquem eſſe in libertate reſpectu unius, & in ſervitute quoad alium, *arg. l. loci §. competit ff. ſi ſervit. vindic. Cit.* KNIPCH. *n. 17. & ſeq.*
70. Et has Civitates mixtas, quia ſaltem, ſub ſpeciali pacto, recognoſcunt Superiorem, qui dici ſaltem poteſt, earum reſpectu acquiſiviſſe limitatam Jurisdictionem, ad alia in pactis non expreſſa non extendendam, Provincialibus Civitatibus non adnumerandas, multis rationibus ſolide adſtruit KNIPSH. *cit. Cap. 3. n. 33. & ſeqq.*

Vel Civitas eſt Ganerbica, ut
Creuzenacum oppidum, ſitum ad 71.
Rhenum, habet Condominos, Electorem Palatinum & Marchionem Badenſem; Sic Smalcaldia ad Principes Hennebergenſes & Landgravios Haſſiæ olim pertinebat, CLUTEN. *in ſyllog. rer. quot th. 26. ad fin.* BESOLD. *in theſaur. pract. lit. G. n. 3. verb.* Ganerben.

Nomen Ganerbiorum, Germa- 72.
nicæ originis, Latinitate donatum eſt â Gan/ quod ſine contractione effertur, Gemein/ & Erben/ quod in hac materia denotat Dominum, quod Ganerbii ſint arcis Condomini, Gemeine Burg-Herren/ & jus Ganerbinatus pro fundamento habet confraternitatem ſive ſocietatem, ut â patria communes hoſtes repellerentur, KILLINGER. *Tract. de Ganerbiis Caſtrorum.*

Vel denique Civitas eſt Muni- 73.
cipalis, ſeu Provincialis, eine Fürſten-oder Land-Stadt/ KEINCK. *d. cap. 20. n. 56.* & hæ ſunt Civitates, Provinciæ alicui incorpor tæ, quæ jure totius Provinci a- gi ac judicari debent; *C. c* re- *am olim 6.*

c. x. de consuet. WESEMBEC. *Vol. V. concl.* 215. *n.* 12. de quibus Municipiis in specie tractare & paginam facere instituti est.

74. Civitas quandoque venit etiam nomine reipublicæ, quamvis proprie respublica non sit Civitas, sed forma, vita & anima Civitatis, sic Civitas per rempublicam efformatur, prout subjectum non continet in se ea, quæ per formam demum superventura sunt, sed iis subordinatur tantum, KNIPSCH. *de Civit. Imp. Lib. I. cap.* 1. *n.* 51.

75. Dicitur etiam Civitas Universitas, sicut omne Collegium & corpus aliquod, ex variis personis collectum, membra & partes integrantes sub se comprehendit. Triplicem non inepte quidam faciunt
76. Universitatem; Unam *largam*, quæ constituit provinciam; Alteram *minus largam*, quæ facit Civitatem; Tertiam *minimam*, ut castrum, villam & membra quædam collegiata, BESOLD. *de jur. Univers. Cap.* 1.
77. *n.* 2. Universitas ergo proprie nihil aliud est, quam ipsimet homines Universitatis, collective sumpti, ideoque dicitur hominum collectio in unum corpus mysticum & abstractive sumptum, LOSÆUS *de jur. Universit. p. I. Cap.* 1. *n.* 4. GLOSS. *in l. sicut verb. Non debetur ... n. quod cujusque Univers.*

in ... ferunt tamen Civitas & Uni-
78. D...

versitas, ut latius & angustius; Unde recte dicitur: Omnis Civitas est Universitas; Sed non vice versa: Omnis Universitas est Civitas, KNIPSH. *cit. cap.* 1. *num.* 53.

Unitas hæc civium, de qua *supr. n.* 16. & 40. efficit, ut Civitas 79.
possit experiri actione injuriarum, pro suo cive, JOH. PETR. FONTAN. *Tract. de Pact. nupt.* 5. *Gloss.* 15. *n.* 16. GAIL. *I Obs.* 125. *n.* 6. ex ratione, quia est instar unius hominis, ejusque personam repræsentans, BARTOL. *in l.* 1. §. *Municipiis n.* 3. *de acquir. poss.* & referente GUEVARRA, *in Horolog. Princ.* 80.
Lib. I. cap. 36. est Corpus quoddam mysticum, ad vivi verique corporis modum aptatum; Utique ergo, si aliquod corporis membrum dolore afficitur, & reliqua, ex connexo unitatis vinculo, incommodum patiuntur, juxta PAULUM 1 *Corinth.* 12. *v.* 26. Sin autem 81.
Civitas distincta sit per quarteria, Quartier / ab aliis Hofen dicta, quodlibet quarterium unius Civitatis vices gerit, post BART. BALD. aliosque *in consuet. Messan. c.* 1. *Gloss.* 8. *num.* 29.

Hæc civium quoque unitas efficit, ut â decreto, contra civem lato, Civitati ob interesse appellare liceat; Ut: Si civi prohibeatur, ad aliud molendinum ire, & Senatus inde appellaverit, quam appel- 82.

la-

fationem admissam asserit; Mev. *Part. I. Decis.* 61. Hoc enim Magistratui licet, quoties Civitatis interest, Civitati gravamen non inferri, & cum ei incumbat, jura Civitatis conservare, propriam quodammodo agit causam; Quo facit *tit. C. si un. ex plur. appellaverit.*

83. Ceterum, de initio urbium Germanicarum notandum: Ante seculum quintum, â Christo nato, nullas â Germanorum populis inhabitatas fuisse; Nemo enim Historicorum, qui expeditiones Romanas in Germaniam descripserunt, vel verbulo urbis alicujus per Germaniam magnam memine-
84 runt; prout hoc versatissimus rerum Germanicarum, sui temporis, ætate Trajani, asserit Historicus Tacit. *de moribus Germ.* tanquam de facto satis notorio, saltem attribuit illis vicos, non Romanorum more connexos, sed spacio separatos. Senec. *lib. de gubern. mundi* tradit, nulla Germanis fuisse domicilia, nullasque sedes, nisi quas lassitudo in diem posuerit; Et Herodot. *Lib. IV. de Sarmatis* (quorum nomen in Germanos transiisse testatur Plinius) Nullas fuisse Germanis urbes, nulla mœnia exstructa. Et quæ de antiquiore urbium initio tradita sunt, mera figmenta, & inanes fabulas esse, ut quorum fides nullis, neque peregrinis neque domesticis monumentis sit subnixa, ait Conring. *in Dissert. de Urb. Germ. th.* 85
16. Nam civitatum maxima laus erat, quam latissime circum se, vastatis finibus, solitudines habere, hoc proprium virtutis existimantes, expulsos agris finitimos cedere, Jul. Cæs. *Lib. VI. bell. Gall.* Vicos quidem incoluerunt prisci Germani, urbes tamen nullo modo ferre potuerunt, quin potius, ad exemplum Lacedæmonum, pro mœnibus juventutem suam reputarunt, sibi dedecori existimantes, mœnibus se valloque cingere, Conring. *cit. Dissert. de Urb. Germ.* 86
concl. 20. Testatur id quoque Lehmann, dum inquit: Denen die Historien bekand / die wissen / daß es mit Teutschland und den gebaueten Häusern / Thürnen und anderen / viel ein ander Gestalt und Beschaffenheit gehabt / als zu dieser gegenwärtigen Zeit; Daß man auch so groß Geld und Reichthum zu bauen nicht gehabt / die Bürger und Inwohner in Städten und Flecken und Dörffern in schlechten Wohnungen sich beholffen; Darum man die Städte und Oerter / nach derselben einfältigen Manier / nicht nach der zierlichen und köstlichen Form / wie heutiges Tages im Brauch ist / muß an-

ansehen und betrachten. Alle Gebäu hat man insgemein von Holtz/ Leimen und Stroh aufgeführet/ darum sie leichtlich vom Feur/ womit die Ungarn insonders tyrannisch gehauset/ zur Aschen worden. *Chron. Spirens. Lib. IV. Cap. 4.* von
87. Regensburg: Demum, Christiana fide, & translato ad Germanos imperio, urbes in Germania utplurimum, & quidem ad fontes, campos, nemora, propter earum rerum usum & necessitatem, exstructæ fuerunt, ut passim exhibent Germani Scriptores; Hinc crebræ urbes desinunt in Bach/ Feld / Berg / Brunn/ Born/ Fuhrt / (vadum trajectum) Werd (parva insula) Damm/ Mund (ora ostium fluminis) Wick / id est, sinus aquarum, Hagen / id est, dumetum, Rhode / locus arboretis vacuus, à rotten/ ausrotten/ dictus; Heim / id est, patria, Burg / à castello. In Marck / quod est, limes, in Mayr / agrum & agricolam, cui postea corrupte successit terminatio in Mar/ in Wyler/ à villa, in Eck / quod extremitatem & angulum denotat, in Gart/ hortum, propter amœnitatem, & in Leben/ id est, ob convictum, ubertatem & vitæ necessaria. ALTEMAR. *ad Cap. 16.* TACIT. *de morib. Germ.* ubi plura congerit pro demonstranda & illustranda origine Civitatum nostrarum.

Caput III.

De MUNICIPIORUM JURE VETERI.

SUMMARIA.

1. *Municipum dura apud Romanos conditio.*
2. *Municeps, Quis?*
3. *Municipes in Civitatem Romam recepti,*
4. *Municipum descriptio, juxta Gellium.*
5. *Apud Romanos mos erat recipiendi victos in Civitatem.*
6. *Declarat o istius moris.*
7. *Cives Romani, optimo jure tales.*
8. *In orbe Romano degentes, quatenus cives Romani fuerint.*
9. *Perfectus civis Romanus, Quis fuerit?*

10.

10. *Gradus civitatis, jure veteri Romanorum.*
11. *Jura civium Romanorum in genere talium.*
12. *Conditio Municipum in Romam receptorum non erat honorifica.*
13. *Cærites, Qui?*
14. *Tabulæ Cærites, Quæ?*
15. *Cives illi revera non erant cives.*
16. *Honor Municipalium in urbem receptorum, in quo constiterit?*
17. *Sacra Municipalia, Quæ?*
18. *Municipes cum jure suffragii, Qui?*
19. *Municipes cum jure suffragii curiarum erant expertes.*
20. *Sacra curiarum.*
21. *Colonorum distinctio ab aliis, qui extrinsecus in Romam erant recepti.*
22. *Aliud genus Municipum, suæ cujusque Civitatis cives.*
23. *Municipum ratio ex nativitate talium.*
24. *Municeps ex manumissione.*
25. *Municeps ex adoptione.*
26. *Honoris Municipalium â munere distinctio.*
27. *Quatenus munus illud fuerit honor?*
28. *Magistratuum Municipalium conditio.*
29. *Cura injungendi muneris erat apud Præsidem provinciæ.*
30. *Nominatio ad munera, quando fieri debuerit?*
31. *Quo modo?*
32. *Aurum glebale; follis senatorius.*
33. *Follis istius descriptio & sublatio.*
34. *Honores Duumviratus & Decurionatus.*
35. *Duumviri, qui, eorumque honores.*
36. *Duumvirorum potestas.*
37. *Quidnam Præsides apud Magistratus Municipales potuerint?*
38. *Quid præterea â Magistratu Municipali curandum?*
39. *Defensores civitatis.*
40. *Horum cognitio & potestas.*
41. *Qualiter fuerint electi?*
42. *Decuriones, Curiales, Senatores, qui?*
43. *Unde dicti?*
44. *Municipalium civium abjecta conditio, unde?*

45. *Multi præclari viri ex Municipiis Romanorum prodierunt.*
46. *Municipia quædam ipsa urbe Roma erant antiquiora.*
47. *Vix Municipiorum veterum cum nostris comparatio est.*
48. *Ad leges præsentes per eas, quæ in desuetudinem abierunt, non valet argumentatio.*
49. *Modernus Municipalium Status, à veteri discrepans.*

1. Quam dura fuerit civitatum & populorum fortuna & conditio, quibus Romani, imposito victoriæ jugo, imperabant, jam ex *cap. 1. hujus libri* constat. Inter hos erant quoque Municipes, quos ita describit ULPIAN. *proprie Municipes appellantur muneris participes, recepti in civitate, ut munera nobiscum facerent, l. 1. §. 1. ff. ad Municip.* Postea Municipes abusive sumpti sunt pro cujusque civita-
2. tis civibus; *ibid.* Et si vim vocis spectes, Municeps est, qui munus capit vel capere potis est; Sed in sensu civili Municeps est, qui recipitur in civitatem, ut munus faciat cum civibus, suo interim jure utens.

3. Duplex jam venit Municipum appellatio; Alii olim tales dicebantur, qui extrinsecus in Civitatem Romanam recepti, ac munerum cum populo Romano participes erant; Atque hoc genus hominum, cum Romam venissent, neque Cives Romani fuerunt, saltem participes facti omnium rerum ad munus fungendum, una cum Romanis civibus, præterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo, ROSIN. *Antiqu. Rom. Lib. X. cap. 22.* quos clarius adhuc
describit A. GELLIUS *Lib. XVI. cap.* 4
13. Municipes esse cives Romanos, ex Municipiis suo jure & legibus suis utentes, muneris tantum cum populo Romano honorarii participes, â quo munere capessendo appellatos videri, nullis aliis necessitatibus, neque ulla populi Romani lege astrictos, cum nunquam populi fundus factus esset.

Nec enim novum erat apud 5
eos, prout testantur abunde horum Historici, victos populos recipi in civitatem, & ex hostibus cives factos, eoque nihil frequentius apud Romanos Scriptores occurrit; Unde CLAUDIANUS ait de Roma:

Hæc est, in gremium victos quæ sola recepit;

Et ita disserit porro Latinus Ca-
mil-

missus in Senatu: Vultis, exemplo Majorum, augere rem Romanam, victos in civitatem accipiendo? Materiam crescendi per summam gloriam suppeditat LIVIUS, *Lib. XVIII.*

6. Morem hunc recipiendi Municipes in civitatem Romam, ut munus facerent cum civibus, suo interim jure utentes, declarat FESTUS: Municipes initio fuisse ea conditione cives Romanos factos, ut semper rempublicam separatim â populo Romano haberent.

7. Quidam fiebant cives optimo jure seu optima lege, & tales erant pleni & perfecti cives, SIGON. *de Antiquit. Jure Civ. Rom. Lib. I. Cap.* 1. Licet enim Roma diceretur communis patria, *l. Roma 33.*
8. *ff. ad Municip.* & in orbe Romano qui sint, ex Constitutione Imperatoris Antonini cives Romani effecti sint, *l. in orbe* 17. *de stat. hom. l. un. C. de Latin. libert. toll.* id est, qui simul Romano Imperatori suberant, sed qui non plenam justamque libertatem, vel plena civitatum Romanarum jura habebant; *arg. §. libertinorum 3 J. de libertin.*
9. Unde & STRABO Italos omnes Romanorum nomine dignatos fuisse; CICERO tamen pro ARCH. ex tanta latitudine præcipue civem dici affirmat, qui Romæ habitet, & quod simul perfectus civis sit. Sed perfectus civis non erat ab honoribus & comitiis separatus, & qui jus suffragiorum non habebat, scilicet, cum suffragia per tres curias & centurias ferrentur, multo minus tales admittebantur ad magistratus honores, VALER. MAX. *Lib. III. cap.* 4. Notandi itaque 10.
veniunt gradus civitatis, jure veteri Romanorum; Quidam simpliciter consequebantur jus civitatis; Quidam Magistratuum jus; CIC. *lib. III. de* LL.

Jura civium Romanorum in 11.
genere talium erant, quod capere ex testamentis potuerint, cum peregrinis enim non erat testamenti factio. *l.* 1. *C. de hered. Instit.* Inter veros cives saltem nuptiæ justæ contrahebantur, §. 1. *Jur. de patr. potest.* Verberibus eos cædere vel in crucem agere licitum non erat; Unde frequens implorationis formula: Civis Romanus sum. CIC. *VI in Verrem*; Et Paulus Apostolus eadem formula injuriam deprecatus legitur, *Act. Apostol. cap.* 22. *v.* 25. *& seqq.* Plura commoda civium Roman. recenset BRISSON. *l. Antiquit.* 13.

Ergo, licet Municipes isti in 12.
sensu latiori vel absolute accepto, facti sint cives, conditio tamen eorum, dempto suffragio, non erat honorifica. Primi Municipes sine suffragio facti, fuerunt Cærites ci-

civitate quidem Romana hono-
rati, sed ita tamen, ut negotiis
atque honoribus vacarent, AGEL-
LIUS *cit. cap.* 13. *lib. XVI.* & STRA-
BO *lib. V.* ita: Cum eis jus civita-
tatis darent, inter cives tamen no-
mina eorum non retulerunt, quia
& alios, qui æquali jure cum ci-
vibus reliquis non fruerentur, in
14. Cæritum tabulas rejiciebant. Hinc
tabulæ Cærites, teste GELLIO, ap-
pellatæ, in quas Censores referri
jubebant, quos notæ causa suffra-
giis privabant; & dicti Cæriti ce-
ra digni, id est, ut signentur seu
ponantur loco parum honesto.
PRÆDIAN. *in Divinat.* ait: Qui ple-
bejus erat, in Cæritum tabulas re-
ferebatur, & ærarius fiebat, at
per hoc non erat in albo Centu-
riæ suæ, scilicet ad hoc, ut civis
esset, sed tantummodo, ut pro
capite suo, tributi nomine, æra
penderet.

15. Apparet ex hisce relatis, ejus-
modi Cives Romanos fuisse non
cives, unde exstant querelæ Lici-
nii, inclamantis apud LIV. *Lib.
VI.* Parata vobis plebs est, si con-
nubiis redditis, unam hanc civita-
tem tandem facitis, si coalescere,
si jungi miscerique vobis privatis
necessitudinibus possunt; Si spes,
si aditus ad honores viris strenuis
& fortibus datur; Si in consortio,
si in societate Reipublicæ esse, si
quod æquæ libertatis est, invicem
annuis magistratibus parere atque
imperitare licet.

Maximum, quod Municipali- 16
bus defuit, jus Quiritum erat, &
unicum, de quo gloriari poterant,
fuit: Quod honoris causa in civi-
tatem Romanam venerint, conse-
cuto gradu dignitatis, ut cives Ro-
mani dicerentur, & in legione,
tanquam Cives Romani, non in
auxiliis, ut socii, militarent, Ro-
SIN. *Antiquit. cit. Lib. X. cap.* 22.

Municipes isti, dempto licet ju- 17
re suffragii, retinebant tamen sa-
cra, cùm Municipalia, id est, quæ
habuerunt ante civitatem Roma-
nam acceptam, quæ eos observa-
ri voluerunt Pontifices, eoque mo-
do facere, quo fecissent antiqui-
tus, ut notat ex LIV. *lib. IX.* AR-
NISÆ *de republ. lib. I. cap.* 5. *sect.* 9.
n. 36. Alterum genus Munici- 18
um fuit, quibus Civitas data, sed
cum jure suffragii. Prout autem
primum genus, quibus jus suffra-
gii non datum, hoc tamen conse-
quebatur, ut suis legibus vivere
permissum sit; Ita posterioris ge-
neris Municipes cum jure suffragii
hoc habebant oneris, ut, Roma-
nis saltem legibus obstricti, suis
privarentur; Ex FESTO ROSIN.
lib. X. cit. cap. 22. Rursus, in qui- 19
bus communia erant cum Roma-
nis suffragia, atque sic à perfectio-
ne

ne civis optima lege creati, parum aberant, ſicut de Annio Milone, tunc temporis Dictatore Lanuvii, quod Municipium erat, teſtatur CICERO *pro Milone*. Curiarum tamen expertes fuerunt, quia curiæ alligatæ erant ædibus urbis, eoque nomine *ſacris curiarum*, &
20. quæ hinc præterea dependent, juribus caruere, qui defectus, licet eos, quadantenus infra claſſem perfectorum civium conſtituat, non tamen tam exili fuerunt loco, quam ii, qui ſine ſuffragio creabantur, LIVIUS, *lib. VIII.* SIGON. *de antiq. jur. Civ. Rom. lib.* I. *cap. 3.*

Et hæc Municipalia jura anti-
21. quiora ſunt, nimirum, quæ concernebant eos, qui extrinſecus in civitatem Romanam recepti erant, à quibus diſtinguebantur Coloni, qui è civitate Romana in colonias propagabantur (de quibus cap. ſeq.) PACIUS *Iſagog. ad tit. ff. ad Municip.*

Subſequentibus temporibus Mu-
22. nicipes abuſive quoque dicti ſunt ſuæ cujusque Civitatis cives; *d. l.* 1. §. 1. *ff. ad municip.* Nam poſtquam omnes Imperio Romano ſubjecti, quibus Roma communis erat patria, *l. 33. ff. eod.* cives quoque Romani dicerentur, in genere ſcilicet tales, in ſpecie tamen adhuc fuerunt cives ſuæ cujusque civitatis, qui appellantur Municipes, ſimulque Municipia dicta, ceteræ civitates omnes, præter Romam & poſtea Conſtantinopolin, *d. l.* 1. §. 2. *ad Municip.* MEYER *colleg. Argentor. ibid. n. 2.*

Municipem faciebat aut nativi- 23.
tas, aut manumiſſio, aut adoptio. *pr. l.* 1. *ff. d. tit.* De nativitate dubium non eſt, hinc natus ex patre Campano & matre Campana Campanus eſt civis & Municeps, *l.* 1. §. 2. *eod.* ſi pater vero & mater diverſi ſunt Municipii, puta pater Campanus, mater Puteolana, æque municeps Campanus eſt, *l. 3. C. eod. tit. & l. 36. C. de Decurion.*
Manumiſſio faciebat Municipem, 24.
ſi ſervus, manumiſſus ſeu libertus, ejus dicebatur originarius civitatis, & in ea munera & honores ſubire cogebatur, in qua natus erat manumiſſor Patronus; Et non ſolum ipſe libertus, ſed filii ejus fiebant Municipes, *l. Adſumptio 6 §. fin. l. libertus 17. §. ex cauſa ff. ad*
Municip. Per adoptionem fiebant 25.
Municipes in eo loco, ubi degebat adoptans Municeps vel Originarius, vel ratione domicilii loci, hincque taliter adoptatus ultra propriam originem, & patris naturalis munera ſubire cogebatur, *l. 15. §. fin. d. tit.* Verum emancipatus ab adoptivo patre, deſinit eſſe filius ejus, & ſimul ci-

vis Civitatis, cujus per adoptionem fuerat factus, *L. sed. & si ff. l. penult.* §. *sed hæc omnia C. eod. tit.*

26. De honoribus & muneribus Municipalium, ut quorum semper in hac sede fit mentio, notandum est: Quod honor Municipalis sit administratio reipublicæ cum dignitatis gradu, sive cum sumptu sive sine erogatione contingens; *l. 14. ff. de muner. & honor.* Et ita â munere secernitur, quod poterat esse sine honore & dignitate; *l. 8. ff. de Decurion. l. 12. l. 6.* §. *6.*
27. *sciendum ff. eod.* Et licet munerum appellatione veniant quoque honores, sic honor munus dicitur, *l. si quis magistratus 9. ff. de mun. & hon.* Eo tamen sensu munus pro officio accipitur, & tum pro onere non habetur, *l. 10 ff. eod.* THOLOS. *Syntagm. lib. XVIII. cap. 12. n. 1.* Honorem sustinenti munus imponi non poterat, munus sustinenti honor deferri poterat, *d. l. 10.*

28. Municipia Romana suos quidem habebant Magistratus, sed in hoc agnoscere cogebantur superioritatem Imperatoris vel populi Romani, & hæc erat inferioritatis & subjectionis eorum nota, quod, qui Romæ dicebantur Senatus, Senatores, Consules, hi in Municipiis fuerint Curia, Curiales, Duumviri & defensores civitatis, VULTEI *Jurisprud. Rom. cap. 13.*

Præsidi provinciæ incumbebat 29 cura injungendi indicendique muneris, *l. & qui 3.* §. *Præses ff. de mun. & honor.* per ordinem & pro modo fortunarum sustinendi, *l. civil. 1. cod. de munere patrimon.*

Nominatio ad munera ante tres 30 menses quam administratio suscipienda sit, fieri debebat, ut nominatus, si quam habeat excusationem, opponere, &, ut, si querimonia ejus justa videatur, alius in ejus locum surrogari possit, *l. Decuriones 1. C. de Magistrat. Municip.* Fieri etiam debebat nomina- 31 tio illa ad munera Decurionibus convocatis, eaque statim in notitiam nominati, per Officialem publicum proferebatur, unde est appellatio, id est, nominatio, *l. observare 2 C. de Decurion.*

Quoniam & assumpti ad Magi- 32 stratum in Municipiis, civium numero habebantur, ideo olim subierunt moderatam quandam pensitationem, quam vocabant aurum glebale, vel follem Senatorium, Gleba erat nomen tributi, deductum ex terra seu ratione possessionum. Follis erat ipsa pecuniæ quantitas, sive aurei nummi; *l. 2. & 3. C. Theodos. quorum appellat. non recip.* Itaque Senatores, qui- 33 bus nulla erat possessio, duos folles

les in ærarium inferebant. Follis sumebatur pro marsupio; Sic JUVENALIS *Sat. 14.* dicit: Tenso folle, id est, pleno marsupio, & VEGET. *de re milit. lib. II. cap. 20.* ait, Decem folles, hoc est, decem facci, per cohortes singulas ponebantur; Ideo autem tributum follis nomine veniebat, ut exiguum re & nomine videretur, ad populi odium præcavendum. ZOSIMUS, *Lib. II.* de Constantino dicit: Quod fecerit descriptum substantiæ Senatorum, imposito onere, cui *follis* nomen dedit. Follem quoque Latinis fuisse pecuniæ genus, sub Imperatoribus medii seculi, testatur CASAUB. *Exercit. 16. ad Annal. Baron. 9. in fin.* Et hæc Senatorum exactio penitus tandem sublata fuit, *l. 2. C. de prætorib. & honor. Prætur. & collat. & gleba.*

34. Inter honores Municipales (est autem honor Municipalis administratio reipublicæ cum dignitatis gradu, *l. honor. 14. in princ. ff. de munerib. & honor.*) primi erant Duumviratus & Decurionatus, *l. 7. §. 16. ff. de Decurion. l. 12. &*
35. *seqq. ff. eod. tit.* Duumvir creari autem non poterat, nisi qui esset Decurio, *d. l. 7.* & quidem hi simpliciter dicuntur Magistratus, *l. 1. C. de Magistr. Municip. l. 12. C. Theod. de appellat. §. 4. J. de Attilian. tut.* dignitatem potestatis suæ inter metas propriæ civitatis, insignia & fasces per annum habentes, quo elapso alios suo periculo, populique suffragio nominare cogebantur, *l. 58 l. 53. C. de Decurion.* & hi imperium non ha- 36.
bebant, *l. 36. ff. ad Municip.* ac jurisdictionem suam pœnali judicio defendere nequibant, *l. omnibus ff. si quis jus. dic. non obtemp.* Legis actiones, nec omnes Magistratus Municipales habebant, PAUL. *Sent.* 37.
Lib. II tit. 25. Tutores non aliter dabant, quam jussu Præsidis, *l. Lucius 47. §. cum testamento ff. de administr. tutor. §. se hoc Jure 4. J. de Attil. tut.* per eos quoque ex præcepto Præsidis quis cogebatur adire & restituere hereditatem, PAUL. *Sent. Lib. IV. tit. 4.* & hi 38.
Magistratus ab omni urbano munere erant immunes, simulque sacras ædes dedicabant, & obsecrationes expiationesque ad placandas & avertendas Deorum iras procurabant, ALEXAND. *Lib. III. Geneal. Deor. cap. 16.* PONCET. *de civib. Municip. n. 14.*

Non absimiles Duumviris erant 39.
Defensores Civitatum, qui & defensores plebis dicuntur, *l. un. C. de defensor. Civit.* qui creabantur decreto Civitatis, *Nov. 15. l. 17. jubemus C. de Episcop. audient.* quorum munus olim fuit quinquennale, *d. l. 4. C.* postea biennale.

Nov.

40. *Nov. 16. §. præterea ult.* Apud eos fiebant inſinuationes teſtamentorum, donationes, depoſitiones, edebantur acta etiam adverſus potentiores, vel ipſos Præſides; *l. in hac 30.* C. *de Donat. l. 9. §. illud* C. *defenſ. civit.* Habebant ſcrinium & exceptorem cum duobus Officialibus, qui cohortes vocabantur; *d. Nov. 15. §. habeat.* Habebant cognitionem in cauſis pecuniariis ad quinquaginta aureos; *l. 1.* C. *de defenſ. civit.* Cognoſcebant de levioribus criminibus, majoribus ad Præſidem remiſſis; *l. defenſores 7.* C. *d. tit. Nov.* 15.
41. *§. cognoſcunt.* Eligi debebant ex Civibus & Municipibus nobilioribus, non ex incolis, advenis, plebejis, & qui nullam adhuc dignitatem adepti erant, *Nov.* 15. §. *Interim illud.* quorum & officium fuſius deſcriptum, *d. l. 4.* C. *de defenſ. divit.*

Decuriones ſive Curiales quo-
42. dammodo Senatores erant, *l. omnes Judices 33.* C. *de Decurion.* qui ad ſubeunda patriæ munera digniſſimi, & facultatibus pollere
43. debebant, *l. 46. de Decur.* dicti exinde, quod initio, cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum, concilii publici cauſa conſcribi ſolita ſit, *l. pupillus 239. §. Decuriones ff. de verb. ſignificat.* emanavit nominis hujus origo, â coloniis populi Romani, in quibus, qui eas deducebant, Triumviri decimum quemque adſcribebant conſilii cauſa, ex quibus Magiſtratus Municipales eligebantur, de quorum ſtatu, munere, dignitate, officio, vacatione & excuſatione paſſim referta eſt in *C. & ff.* ſub hoc titulo materia, quorſum brevitatis ſtudio Lectorem remitto.
Patet ex hiſce, quantula fuerit 4
Municipalium civium abuſive ſic dictorum, *l. 1. §. 1. ff. ad Municip.* conditio, quanto & cum ſupercilio, dominanti reipublicæ Romanæ, communi iſti patriæ, *l. 33. ff. eod.* Municipia deſpectui habita; Sic enim ſuadebat victoris inſolentia & humanæ proſperitatis conſectarium, cui infallibile ſemper eſt, cum ſuperbia & contemptu infeliciorem ſortem tractare.

Interim & hoc notatu dignum, 4
primo, ex Romanorum Municipiis multos genere & Nobilitate præſtantes viros prodiiſſe, deſuper teſtantibus variis Hiſtoricorum monumentis.

Deinde arbitrandum non eſt, 4
Municipia â Romanis fuiſſe condita, cum multa exſtiterint oppida, ipſorum dominationi ſubjecta, ipſa Urbe antiquiora, ſed temporis tractu ipſorum dominio ſubjecta. Teſtatur deſuper STRABO *Geograph.*

graph. lib. 5. n. 15. quod & tempore Romæ conditæ undique circa eam exſtiterint civitates & pagi, nulli communi ſubjacentes genti, cui adſtipulatur HALICARNASS. *lib. I. Antiq. Rom.* Ex hac ſaltem
47. brevi hujus capitis recenſitione facile conſtat, quam longe ſæpe petita ſint argumenta, ex jure Municipali Romano deſumpta ad Municipia noſtra, perquam mutato jam Imperii Romano-Germanici ſtatu adaptata, ut merito cum *Merio* dicendum: Civitates Superiorem recognoſcentes abuſive hodie adhuc dici Municipales, *Tract.*
48. *de Arreſt. cap. 5. n. 8.* Quæ enim jam dudum in deſuetudinem abierunt, illa pro norma minimè ponenda ſunt; Ea tantummodo obtinenda, quæ vel judiciorum frequentiſſimus ordo exercuit, quæ longa conſuetudo comprobavit, ut ait Imperator JUSTINIANUS *l.* 1. §. 10. C. *de vet. Jur. enucl.* addo, quæ juxta modernum Imperii & Provincialem ſtatum introducta ſunt. 49.
Nec enim amplius agnoſcimus Romam pro capite terrarum orbis, nec pro communi gentium patria, ignoramus jam cives optimo jure & optima lege creatos, fruſtraque diſquirimus de gradu Civitatis, cum vel ſine ſuffragio collato. Sed hæc, ex antiquitatibus præmiſſa, commodiorem ad hodierna Municipalium jura parabunt aditum.

Caput IV.

De COLONIIS VETERUM.

1. *Coloniæ, quæ apud Romanos?*
2. *Origo deducendarum coloniarum non ſolis Romanis, ſed variis gentibus, propria fuit.*
3. *Cauſa deducendi colonias.*
4. 9. *Metus civium præ nimio alienigenarum numero.*
5. *Roma primitus ex hoſtibus & alienigenis fundata.*
6. *Coloniæ præſupponunt abundantiam civitatis, ex qua educuntur.*
7. *Ratio deducendi colonias ad imponenda præſidia devictis.*
8. *Ejectio ſeditioſæ plebis altera coloniarum cauſa.*
10. *In deducendis coloniis Senatus-Conſulto opus erat. Lex Agraria,*
11. *Datio nominum in Coloniam.*

12. *Deductio per sortem.*
13. *Coloniorum descriptio, juxta Gellium.*
14. *Ritus aratri in deducendis coloniis.*
15. *De quo testimonium Ciceronis.*
16. *Coloniæ pro colendis agris deductæ.*
17. *Curatores educendis coloniis præfecti.*
18. *Deductio sub vexillo.*
19. *Molestia deducendi colonias.*
20. *Coloniæ Romanæ vel Jure Quiritum, quæ?*
21. *Coloniæ Latinæ, sive ex Latio, earumque conditio.*
22. *In Colonos ex Latio Romanis plus licuit Exemplum Turpilii.*
23. *Cives Romani proficiscendo in Colonias Civitatem Romam amittebant.*
24. *Coloniæ militares, quæ?*
25. *Coloni cujusque conditionis non erant perfecti cives.*
26. *Exemplum Coloniæ Antium deducendæ.*
27. *Jure suffragii non gaudebant Coloni.*
28. *Lex Apuleja.*
29. *Coloni erant Cives Romani, quadantenus saltem.*
30. *Coloni exules.*
31. *Quædam privilegia, specialiter à Colonis adepta.*
32. *Coloniarum & Municipiorum Confusio post L. Juliam & Pompejam.*
33. *Desuper testimonium Gellii.*
34. *Reipubl. Romanæ effigies quædam apud Colonias.*
35. *Magistratus Coloniarum.*
36. *Quidam ex Municipiis sponte transierunt in Colonias.*
37. *Quidam ex Coloniis Municipes facti.*
38. *Ubiorum Civitas, cur Coloniæ nomen retinuerit?*
39. *Aliæ Civitates Germanæ, quæ Coloniarum Romanarum Jura acceperunt.*

1. Cum veteri Municipalium jure quodammodo convenientiam habebant coloniæ, quæ erant oppida, quo populus Romanus cives suos ad incolendum deduxit; Sed origo deducendarum coloniarum Romanis non tribuenda, cum ea vetusta admodum & à plurimis gentibus introducta sit, VELLEJUS PA- 2.

PATERC. *Lib. I.* De Græcis testantur vetera monumenta, quod, jussu Oraculi, & communi consensu populi, earum permultæ in Africam & Asiam transportatæ sint, VITRUV. *Lib. IV. cap. 1.* ea lege, ut, si cui Atheniensium eò libeat emigrare, ipso facto jus Civitatis, non secus ac natus civis, acquireret; Sic Apollonia & Syracusa Corinthiorum, Epidamus, Corcyceorum, Alexandria in Ægypto, Seleucia in Assyria, Babylon in Mesopotamia, Macedonum coloniæ dicuntur; Imo & sunt, qui Romam ipsam coloniam Græcorum esse contenderint, STRABO, *Lib. V.*

3. Excessivus incolarum numerus causam semper debet coloniis deducendis; Inquit enim BODIN. *de Republ. lib. IV. cap. 3.* ubi gravius periculum imminet, cum peregrinis omnibus patet aditus in urbem, in qua sensim opes & incrementa accipiunt, & cum opibus & potentia civibus pares esse cœperint, ab honoribus & imperiis prohiberi se, graviter ferunt, quo fit, ut, si ab Optimatibus injuriam acceperint, & tributorum onere gravati fuerint, ad vim & arma concurrant, ac dissidentes inter ipsos Optimates de imperio

4. dejiciant. Et expedit reipublicæ, scire, quot sint alienigenæ, quot hospites vel incolæ, ad pleraque præcavenda, quæ aliis nationibus fuerunt infausta, nam si numerus hospitum & alienigenarum excedat numerum civium, vel, si officere in aliquo possit ob mores diversos, vel factiones secretas, convenit exhaurire hoc onus â Republica, & jubere illud migrare; semper tamen, cum causa expulsio esse debet, eaque legitima, ne Barbarico more inter homines, sine ulla peregrinorum commiseratione vivatur, KLOCK. *de ærar. Lib. III. cap. 110. n. 4.*

Romulus, ex adventantibus & 5.
peregrinis, Civitatem suam conflavit & auxit, admissis etiam hostibus, qua arte eos quoque civitate donabant, qui bello victi erant, idque pro Imperio dilatando & confirmando; Unde CICER. *pro C. Balbo* illud ait: sine ulla dubitatione maxime nostrum fundavit Imperium, quod Princeps ille, creator hujus urbis, Romulus, fœdere Sabino docuit, etiam hostibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere.

Constituta autem jam Civitate 6.
convenientius est, ut aliò transplantetur abundantia, quam ut ejiciatur; Inde coloniæ exortæ, quæ sunt civitates, ex majoribus civitatibus, tanquam populorum examinibus, ortæ, AUG. *de civ. Dei.*

7. Causa ergo deducendarum Coloniarum non una fuit; *Prima:* ut locis devictis imponerentur præsidia; Sic Fabius & Ebutius, Consules, Anno U. C. 313. deduxerunt Coloniam Ardeam, ut esset præsidium contra Volscos; Liv. *Lib. IV.* Et de Cremona testatur Tacitus: Quod numero Colonorum aucta fuerit, ut esset propugnaculum contra Hannibalem, & si quæ alia vis ex Alpibus ingrue-
8. ret. *Secunda* causa est seditiosæ plebis subjectio, prout inter Athenienses, multi dum essent pauperes & seditiosi. Hi conspirârunt inter se, ut æquales fierent divitibus civibus; ideoque ex insulis & proximis Asiæ littoribus Barbaros ejecerunt, ex quibus factæ sunt coloniæ Atheniensium, Liv. *lib. X.*
9. *Tertia* causa est multiplicatio populi, ex qua prima colonia Cæcinam, secunda & tertia Autemnam deducta est, Paterc. *lib. I.*

10. Quacunque ergo de causa deducerentur, Senatus-Consulto opus fuit, ut rogatione aliqua populari, quorum utrumque uno legis nomine comprehenditur, quæ lex Agraria appellata est. Hæc agrum definivit, qui esset dividendus, quibus, per quos, quomodo &
11. quibus limitibus. Cum jam de colonia deducenda ad Senatum vel populum relatum esset, tum ii, qui agri cupiditate tenebantur, nomina in coloniam dabant. Quod 12
si aut plures aut pauciores, quam lege præscriptum erat, nomina in coloniam essent professi, tum ad sortem confugiebant, ut ex omnibus deducerentur, qui agro accepto exirent, Rosin. *Antiq. Rom. Lib. X. cap. 23.*

Descriptionem & naturam colonorum tradit Gellius, *Lib.* 13
XVI. cap. 13. cum coloni, inquit, non veniunt extrinsecus in civitatem, nec suis radicibus innituntur, sed ex civitate quasi propagati sunt, & jura institutaque omnia populi Romani, non sui arbitrii, habent.

In coloniis deducendis quando 14
pristinis possessoribus ager adimeretur, novusque colonis adsignaretur, ritus aratri, prout circa conditurам urbis moris erat, intervenire debebat; Cujus mentionem facit Cicero, *Philipp. 2.* Tu au- 15.
tem, dicit, insolentia elatus, omni auspiciorum jure turbato, Casinum coloniam deduxisti, quò erat paucis annis ante deducta, ut vexilla tolleres, & aratrum circumduceres, cujus quidem vomere portam Capuæ pene perstrinxisti, ut florentis coloniæ territorium minueretur, Varro, *Lib. IV. de ling. Lat.* Plutarch. *in Rom.* Rodigin. *Antiquit. lib. XIV. cap.* 5. Arnisæus

de

de Republica, *lib. I. cap. 5. sect. 2.*
n. 5.
16. Coloniæ hæ, tanquam præsidia,
partis & subjugatis bello provin-
ciis imponebantur, in quibus,
quantum erat culti agri, coloniis di-
videbatur vendendo vel elocando;
Quod vero incultum supererat, ut
fere bellum sequi solet vastitas,
quia sub sortem mittere non vaca-
bat, per præconem invitatis adsi-
gnabant, quibuscunque liberet
colere, excepta sibi, tributi nomine,
in singulos annos ex arbustis pro-
ventus parte quinta, frugum ve-
ro decima, Appian. *Lib. I. Bellor.*
civil.
17. Scripto jam colonorum nume-
ro & lato Senatus-Consulto vel
plebiscito, de colonia deducenda,
creabantur in comitiis tributis, vel
per Consulem vel per Prætorem
urbanum, Curatores, qui coloniam
ducerent, interdum plures, qui
Triumviri, Quinqueviri, Decem-
viri, &c. coloniæ deducendæ aut
agris dandis attribuendisve appel-
18. labantur. Hi, postquam creati
erant, colonos, qui sua nomina
vel sponte dederant, vel sorte exie-
rant, sub vexillo quasi exercitum
19. aliquem ducebant. Quod munus
difficillimum ac molestia sæpe ple-
nissimum videbatur propter odium
colonorum, in quod facile erat in-
currere, ob assignationem istam,
Rosin. *Lib. VII. Antiq. Rom. cap.*
47.
Harum coloniarum quædam di- 20.
cebantur Romanæ sive civium Ro-
manorum, quæ donatæ sunt jure
Quiritum, hoc est, quæ jus priva-
tum civium Romanorum habue-
runt, quod consistebat in jure pri-
vatæ libertatis, connubiorum, jure
patrio, hæreditatis, mancipii, usu-
capionis, testamentorum, tutela-
rum, &c. jura verò publica ci-
vitatis non habebant, hinc nomine
erant cives Romani, re vero Co-
loni, *Id. Lib. X. cap. 32.* Coloniæ 21.
Latinæ, sive ex Latio, erant dete-
rioris conditionis, & neque con-
nubii, neque patriæ potestatis, ne-
que tutelæ, neque legati capiendi,
neque testamenti condendi jus ha-
bebant, ut patet ex *l. un.* C. *de Latin.*
libert. toll. Nec & gaudebant Le-
gibus Semproniis, quæ â cive vir-
gas & manum lictoris dudum amo-
verant, Cic. *pro Rab.* Bononia Lati-
na fuit colonia, Liv. *lib.* XXXVII. 22.
& duodecim coloniæ, quæ bello
Punico secundo defecerant, gravius
punitæ sunt, eò, quod Latinæ fue-
runt; *Idem*, *lib. XXX.* Unde *Sa-*
lustius, cum narrasset: Turpilium,
Præfectum præsidii Vaccensis, quod
occiso præsidio solus aufugisset, â
Metello Consule verberatum & ca-
pite plexum fuisse, hoc addit:
Erat enim civis ex Latio, quasi con-

sili isti in cives Romanos idem
23. non licuisset; *in bello Jugurth.* Ac
merito CICERO *pro Cæcinn.* miratur
eorum incogitantiam, qui ex
civitate abeunt in colonias Latinas,
cum cives Romani, proficiscendo
in colonias illas, Romanam
civitatem amitterent. Relata
jam ad jus privatum Quiritum
erant dempta Latinis, jure autem
publico ipsi coloni Romani carebant,
ut jam ex superioribus constat.

Erant adhuc coloniæ, quæ *Mi-*
24. *litares* dicebantur, quæ idcirco deduci
solebant, ut veterani milites,
præliorum diuturnitate fessi, præmium
aliquod aliquando caperent
laborum suorum, ROSIN. *lib. X.*
25. *cap. 22.* Sed hæc erat communis
colonorum conditio, quod coloni
perfecti cives non fuerint, eò tendunt
verba Ciceronis, dehortantis
populum, ne in colonias sese
avocari patiatur, hisce: *Vos vero,
Quirites! retinete istam possessionem
gratia libertatis, suffragiorum, dignitatis,
urbis, fori, ludorum, festorum
dierum, cæterorum omnium
commodorum*, quasi hæc omnia per
emigrationem in discrimen dedu-
26. cendæ forent; Eamque ob caussam
pauci dederunt nomina sua, cum
Antium propinquam licet & opportunam
ad mare urbem, coloniam
deducendam suaderet Q. Fabius
Consul. Malebat enim cætera multitudo,
salvis civitatibus, poscere
agrum Romæ incertum, quam
cum jactura privilegiorum accipere,
LIV. *Lib. III. in princ.*

Jura suffragii ademta sunt tam 27.
coloniis Latinis, quam Romanis;
Patet hoc ex loco CICERONIS *pro
Balb.* ubi ex L. Apuleja quam Sa- 28.
turnius tribunus plebis tulit, obtentum,
ut C. Marius in singulas
colonias ternos cives Romanos
facere posset, si enim omnes coloni
maneant cives Romani, quorsum
opus fuisset peculiari lege, ad
jus civitatis, paucis quibusdam impertiendum?
ARNISÆUS *de Republ.
lib. I. cap. 5. sect. 9. n. 43.*

Habebant itaque Coloniæ, tam
Romanæ quam Latinæ, jus civita- 29.
tis Romanæ, secundum quid, id
est, non habitæ pro peregrinis;
Hinc aliquando pro civibus sumuntur,
aliquando non; quin & mul- 30.
tis civibus Romanis colonis indictum
fuit exilium, quod ex CICERONE
pro Cæcinn. liquet, in colonias
Latinas sæpe cives nostri aut sua
voluntate aut legis multa profecti
sunt, quam multam si ferre voluissent,
in civitate manere potuissent.
Coloni Romani cives non erant 31.
quoad jus publicum capessendi Magistratus
& ferendorum suffragiorum,
nisi id privilegium beneficio
Principis aut populi, nave, militia,
nu-

numero liberorum, aliave ratione, de novo fuerit acquisitum, ut ex ULPIAN. *tit. de Latin. refert* ARNISÆ *cit. loc. n. 49.*

32. Coloniarum & Municipiorum jura post L. Juliam & Pompejam, qua Civitatis jura omnibus Italiæ populis patefiebant, confundi cœpta sunt, unde passim Municipia pro coloniis obtruduntur, postquam Municipes abusive dicti suæ cujusque civitatis cives facti, *l. 1. §. 1. ff. ad Municip.* CIC. *pro Rull.* VELLEJ. *Lib. I.* PLIN. *Lib. III.* De quo etiam testatur & conqueritur GELLIUS *cit. Lib. XVI. cap. 3.* hisce verbis: Quotus fere nostrûm est,

33. qui, cum ex colonia populi Romani sit, non & se Municipem esse, & populares suos Municipes esse dicat? Ut enim Municipes sint cives Romani, ex Municipiis suo jure suisque legibus utentes, muneris tantum honorarii cum populo Romano participes. Coloniarum tamen alia necessitudo est. Non enim veniunt extrinsecus in Civitatem, nec suis radicibus nituntur, sed ex Civitate quasi propagatæ sunt, & jura institutaque omnia populi Romani, non sui arbitrii, habent, GELL. *cit. loc.*

34. Retinebant itaque coloniæ in administratione reipublicæ suæ effigiem quandam Romanæ; Nam ut Romæ erat Populus & Senatus, sic novos colonos in Decuriones & plebem dividebant, Decuriones Senatus, plebs populi Romani imaginem referebat; Ex Decurionibus singulis annis duo vel quatuor viri creabantur, juxta coloniæ magnitudinem vel parvitatem; Hi Consulum Romanorum spe-

35. ciem repræsentabant, creabantur insuper ædiles, qui viarum, ædificiorum publicorum; Item Quæstores, qui ærarii publici curam habebant, atque hi erant præcipui coloniæ Magistratus, in cæteris omnibus, more, legibus & institutis Romanis vivebant; Verba sunt ONUPHR. *Panv. Lib.* III. *Com-*

36. *ment.* Quidam populi, ex Municipiis, petierunt transire in colonias, & cum propriis legibus possent, alienis vivere voluerunt, sicut Adrianus Imperator in Oratione sua de Italicensibus & Uticensibus

37. miratur; Prænestini vero, contrario opere â Tiberio Imperatore petierunt, ut ex colonia in Municipii statum redigerentur; quod & illis Tiberius pro referenda gratia tribuit, ut qui in eorum finibus, sub ipso oppido, ex capitali morbo revaluisset, post LIV. ARNIS. *de Republ. Lib.* I. *cap. 5. sect. 9. n. 38.* Et hæc de statu coloniarum veteri Romano, pro majori jurium Municipalium istius populi declaratione, dicta & relata sufficiant.

Sal-

38. Saltem hoc superadjicio, quod ex Coloniis Romanis veteribus urbs Colonia Agrippina, seu Agrippinensis, Ubiorum caput, nomen adhuc retinuerit, eò, quod M. Agrippa Ubios trans Rhenum in fidem suam receperit, REUSNER. *de Urbib. Imper. part.* 1. *cap.* 1. *de Colonia*, vel sic nominata ab Agrippina, filia Germanici Cæsaris, Claudii Conjuge, & Neronis matre, quæ ibidem genita, &, ut viam suam exteris quoque nationibus ostentaret, in oppidum hoc Ubiorum Coloniam deduxit, & nomen ex vocabulo Coloniæ ipsi indidit, HÖPPING *de jur. insign. p.* 7. *cap.* 6. *n.* 1009. LIMNÆ. *de jure publ. tom.* 3. *lib.* VII. *cap.* 10. *n.* 1. KHIPSCH. *de jur. & privil. civit. Imp. lib.* III. *cap.* 10. *n.* 1. deque ea mentionem facit PAULUS *l. Lusitania* 8 §. 2. *ff. de censib.* Sunt adhuc 39. aliæ civitates Germanicæ Cis-Rhenanæ & Cis-Danubianæ, quæ coloniarum Romanarum jura acceperunt, quas recenset ONUPHRIUS *Panv. in lib.* III. ut: Augusta Rauracorum, hodie Basilea, Augusta Trevirorum, Augusta Ulpia Trajana, Colonia equestris, Colonia Juhonum, &c. Idem colonias Rhetiæ quinque recenset: Augustam Quintanorum, Augustam Tiberii, hodie Reginsburg / Augustam Rhætorum, Coloniam Constantiam, Augustam Vindelicorum, CONRING *de Urb. Germ. th.* 54.

Caput V.

DE MUNICIPIIS HODIERNIS, EORUMQUE INITIO ET INCREMENTIS.

SUMMARIA.

1. *Municipia hodierna, intuitu veterum, abusive dicuntur Municipia.*
2. Land-Städte / Fürsten-Städte.
3. *Oppida, quæ?*
4. *Oppidum, quomodo differat ab Urbe?*
5. *Civitates, præter Romam, dicebantur oppida.*
6. *Oppidum, pro villa.*
7. *Oppida, unde dicantur?*

8.

8. *Municipia minora*, Flecken / *unde?*
9. *Plaga regionis*, ein Fleck Landes / Fleck / *pro macula.*
10. Marck-Flecken / *quid?*
11. *Castellum, quid?*
12. *Burgum & Burgus*, à bergen / *tueri.*
13. Bürger / *Bourgeois, à Burgis, Burgundi.*
14. *Oppida à Francis vocata Burgi.*
15. *Hollandorum* Burg-Wallen / *unde dicantur?*
16. *Vici, quinam?*
17. *Terminationes civitatum in* Wick / *à Vico.*
18. *Vicus in urbe, quis?*
19. *Villæ descriptio.*
20. *Villa, unde dicatur?*
21. Wälle / *pro modica domorum congerie.*
22. *Terminationes Municipiorum in* Wedel *à villa descendunt.*
23. *Pagus pro receptaculo rurestri Pagani, cur* Heyden *dicti.*
24. *Municipia* Freyheiten *vocata.*
25. Wieboldt *Westfalice pro parvo Municipio.*
26. *Municipia dicta* Communen / *à communitate.*
27. *Municipiorum hodiernorum origo, à castellis, burgis, vicis & pagis.*
28. *Fides Christiana incrementum dedit oppidis & Municipiis.*
29. *Splendor Principum eò contribuit.*
30. *Privilegia, Municipiis concessa, multum ad eorum incrementa contulerunt.*
31. *Simul & olim eò contribuit Libertorum copia.*
32. *Henricus Auceps, Imperator, Germanos ex agris in Urbes compulit.*
33. *Multis Municipiis Germaniæ, cur terminatio in* Feld *remanserit?*
34. *Municipia Germaniæ quondam ad majorem libertatem aspirarunt.*
35. *Post Carolum Magn. civitates quædam provinciales libertatem acquisiverunt.*
36. *Electio proprii senatus quando primitus competierit Municipiis?*
37. *Judicia criminalia tunc reservata fuerunt Imperatoribus.*
38. *Oppidanorum incrementa per divisiones Ducatuum, Comitatuum, &c.*
39. *Ad incrementa Municipiorum in Germania contulerunt ejus turbæ.*
40. *Carolino ævo perexigua erant jura municipalia.*
41. *Electio Senatus tunc non facta à populo.*

42. *Per dissensiones inter Plebes & Patritios status is fuit immutatus.*
43. *Plebis in Municipiis incrementa.*
44. *Jus civitatis,* Stadt-Recht / *unde habeatur?*
45. Stadt-Recht *idem, quod* Marckt-Recht.
46. *Jus Civitatis à Jure civilitatis differt.*
47. *An jus dandæ civitatis soli competat Imperatori in Imp. R. Germ?*
48. *Multi id soli tribuunt Imperatori.*
49. *Etiam Statibus Imperii idem jus competit.*
50. *Desuper exempla moderna.*
51. *Quid statuendum de Rescripto Imperatoris ad Comitem Mansfeldensem, inhibitorio.*
52. *Jure Saxonico pro exstruenda civitate requiritur Cæsarea auctoritas.*
53. *Crux in Municipio noviter exstructo, quid denotet?*
54. *Signum Imperatoris,* Hand-Zeichen.
55. *Chiroteca confirmabantur jura Municipii, noviter erecti.*
56. *Francofurti ad Mœnum in nundinis autumnalibus in senatu imponuntur chirothecæ.*
57. *Crux, in Municipii foro erecta, quid denotet?*
58. *Simul & Jurisdictionem Ecclesiasticam & securitatem indicat.*
59. *An inter numerum civitatum referendæ saltem, quæ Episcopum habent?*
60. *Refertur id ad civitates Italiæ.*
61. *Civitates esse possunt absque Episcopo.*
62. *Episcopi habitarunt in Civitatibus magnis & populosioribus.*
63. *Non uni amplius Civitati præsident Episcopi.*
64. *Municipiorum non est eadem ratio & qualitas.*
65. *Metropolis, inter Municipia,* Haupt-Stadt.
66. *An ejus statuta sequi cogantur cætera Municipia?*
67. *Princeps, ingrediens civitatem principaliorem, pro possessione apprehendenda, acquirit possessionem reliquarum omnium istius provinciæ.*

1. In quantum jam Municipia nostra jure novissimo & moderno â Municipiis Romanensium discrepent, præmissa duo capita abunde satis ostendunt, adeoque nomen saltem ipsis hodie remansit, re penitus sublata; Atque si olim dixit ULPIAN. *l. 1. §. 1. ff. ad Mu-*

Munic. Municipes abusive dici suæ cujusque civitatis cives; idem hodie dici poterit: Civitates Provinciales nostras abusive vocari adhuc Municipia, *supr. cap. 3. n. 47.*

2. Sunt autem Municipia nostra civitates, quæ â Principibus, vel aliis Statibus Imperii, jus civitatis habent, illisque pure subjecta sunt, Land-Städte / Fürsten-Städte vocata.

3. Dicuntur & quandoque oppida, & hac significatione: Secundum vulgi judicium, obscuriores & minores urbes, & quæ non bene munitæ sunt, intelligi solent. ISIDOR. *origin. lib. XV cap.* 2. BESOLD. *de jure Univers. cap. 1. n. 5.* Sed quoad

4. condendi & inaugurandi ritum & accuratum Classicorum dicendi genus, differt oppidum ab urbe, quod non fuerit aratro cinctum, angustioribusque inclusum terminis, quam urbes, LIMNÆ. *jur. publ. tom.* III. *cap. 1. n.* 1. Postea longe

5. & generaliter oppidum sumptum pro qualibet civitate, præter urbem Romanam, CAGNOL. *in procem. ff. §. illud vero n. 274.* LOSÆUS *de jur. Universit. p.* I. *cap. 2. n.* 46. adeoque Roma per excellentiam vocata Urbs, ceteræ civitates oppida dictæ; Sic SERVIUS SULPITIUS *in Epist. consolator. ad Ciceronem de morte Tulliæ*, cum enumerasset, multas insignes urbes, partim vi hostili, partim terræ motu eversas, subjungit: Quæ oppida quodam tempore florentissima fuerunt? SCIPIO *Gentil. origin. verb. oppidum.* Tutior tamen erat locus oppidi quam villæ, quæ proprie 6.
erat locus, quo invehebantur fructus; quasi *vehilla*, THOLOS. de *Republ. lib.* II. *cap.* 1. *n.* 4. Sæpe & oppidum pro villa positum; Sic legitur, quod oppidum Perpinianum, in Catalonia, licet eò sit translata sedes Episcopalis, noluerit tamen fieri civitas, ne perderet nomen fidelissimæ villæ, quo donatum â Rege; in scriptionibus literarum. JOH. PETR. FONTANELL. *de pact. nupt. 4. Gloss.* 11. *n.* 17. Et Carolus M. Ulmam nominat villam suam Regalem, CRUS. *Annal. Suev. part. 2. lib.* I. *cap.* 7.

Quoad nominis etymon quidam illud deducunt ab *ope*, quod 7.
munitur *opis* causâ, & quoad *opus* ad vitam degendam, VARRO, *lib.* IV. FESTUS, oppidum, scribit, dictum est, quod opem præbet, vel, quod opes ibi conferunt; Et ISIDORUS *lib. XV. orig. cap.* 1. ita ait: Oppidum quidam ab oppositione murorum dixerunt; Alii ab opibus recondendis, eò, quod sit munitum; Alii, quod in eo sit conventus habitantium & opem det mutuam contra hostes. Inter Juris-Consultos obtinuit oppidum ab

ope ferenda & ſuſtinenda, appellari, & quod ejus cauſa mœnia ſint conſtituta, prout teſtatur POMPON. *in l. pupillus 239. l. oppidum 7. ff. de V. S.* Sæpius tamen, & ab optimis auctoribus, hæc nomina confunduntur, neque ulla re aliqua differunt, niſi etymologia, POPMA *different. verb. hac voce:*

8. Germaniæ Municipia minora quoque vocantur **Flecken** / cujus vocis ſignificatio convenit cum Germanico **Fleck** / in multis Germaniæ provinciis uſitatiſſima, quæ denotat partem vel particulam totius; Sic dicitur **ein Fleck Landes / ein Fleck Tuchs**; Ergo **Fleck** ſumitur pro parte quadam minori regionis, quæ habitatur, **ein Fleck Landes / ſo bewohnet iſt**;

9. Idem eſt plaga regionis, **ein Strich Landes** / & ut dialecto noſtra adhuc uſurpamus, **ein Plack Landes**; Poſtea iſta dictio tracta eſt ad caſtella, in ſenſu per excellentiam tali. De caſtello legitur *Matth. 21. v. 2. Marc. 11. v. 2.* ubi Germanica verſio habet **Flecken** / Italicè *Caſtello, borgo,* Gallice, *Bourgade*, LIMN. *Jur. Publ. Tom. 4. ad lib.* IV. *cap. 8 pag. 644.* Nomen illud denique remanſit in alia adhuc ſignificatione, denotatque maculam, **ein Fleck** / id eſt: **Eine** Particul / **ſo beſudelt iſt** / quo & convenit noſtratium **Plack** / â plaga.

Inter tenuia Oppidorum & Municipiorum initia **Marck** fuit idem, 10
quod **Flecken**; poſtea voces hæ in uno ſignificatu fuerunt combinatæ, & **Marck-Flecken** / locus dictus eſt, qui alias **Marck** vel **Flecken** nominatus, BESOLD. THES. *Pract. voc.* **Marck-Fleck** / ubi addit: Quod Municipia aliquando dicantur â munitionibus, **Weichbild** / *art. 6.* aliquando â foro, quod forum habebant, **Lehn-Recht** *cap.* 31. §. 11. ubi caſtra & loca foralia vernaculus textus vocat **Marck-Flecken**; *Et Gloſſ. ad* **Land-Recht** *art. 66. lib.* III. forum interpretatur: **Ein Marckt / von allerley bürgerlichen Handthierungen / welche den Städten zuſtändig ſind**; Deinde in Germania mercatus, **Marckt-Flecken** dicta ſunt Municipia, quæ criminalem jurisdictionem, ejusque ſigna propria, habent, **welche eigen Halß-Gericht / Stock und Galgen / haben** / BESOLD. *cit. loc.* KNIPSCH. *de jur. civit. Imp. lib. I. cap. 1. n. 71.*

Caſtellum eſt diminutivum, â caſtro, diciturque caſtrum, quaſi caſa ſtricta, ad differentiam oppidi, vel pagi, quia caſtrum non debet eſſe nimis ſpatioſa vel diffuſa habitatio, ne multa cuſtodia egeat, GAIL. 2. *Obſerv.* 62. *n.* 1. *ibiq;* GRÆV. Ex villis itaque & pagis promanarunt caſtella, 11

qui-

quibus dein incunabula ſua debuerunt oppida & urbes, LOYSEAU *Trait. des Seigneuries ch. 7. n. 53.*

12. Burgum vel burgus, cujus mentio injicitur *in l. pen.* C. *de fund. rei privat.* affinitatem quoque habet cum Municipiis, & denotat oppidum cinctum muris, vel quod arcem & fortalitium quoddam habet, â bergen/ *celare, abſcondere, tueri*, daß man darinnen ſich bergen und anbringen könne / LIMN. *de jure publ. Tom. 3. lib.* VII. *cap.* 1. *n. 20.* licet quidam â Græco πύργος, *turris*, vocem hanc derivent, uſu tamen antiquiſſimo eſt noſtra, MARTIN. *Lexicon etymol. in voce hac*; Sic Berg / ab *abſcondendo*, & Herberg / hoſpitium, quaſi publicum tutamen, ab Heer / *publicum*, & bergen. A *Burgo* eſt Bürger / Gallis *Bourgeois*, civis

13. oppidanus. Burgundiorum gens dicta eſt â *burgis*, quibus illa inhæſit, plerumque enim talis locus erat turribus cinctus & portis clauſus, ISIDOR. *lib.* IX. *cap. 4.* HERING. *Mantiſſ. Tract. de molend. de jure Burgorum.* Hanc gentem Romani ſubactam per caſtra diſpoſuerunt, ex quibus nomen ſortita eſt. Franci oppida quævis vo-

14. carunt Burgos, & antiquis nominibus ſuis dictionem illam addebant, veluti Straßburg / Freyburg / Regensburg / Magdeburg / Rotenburg / Augsburg / quaſi Auguſti burgus, ab Auguſto conditore, KILLINGER. *de Ganerbin. caſtr. diſc. 3. n.* 14. *ubi n. 25.* addit: Certum eſſe, quod nulla arx aut fortalitium id nomen mereatur, niſi in quo ſit plurium ho- 15.
minum congregatio & quædam univerſitas. A Burgis deſcendit quoque Hollandorum Burg-Wallen / hoc eſt, interioris civitatis foſſæ aquis repletæ, quæ ideo nomen hoc ſervarunt, quia primitus caſtella, quæ inhabitabantur, erant vallo & foſſa circumdata, welche ſie Burg-Wallen oder Waſſer-Graben um die Burg her zu nennen pflegten/ und haben davon den Namen behalten/ PHILIP von Zeſen Beſchreibung der Stadt Amſterdam / *pag. mihi* 48.

Cum burgis conveniunt vici, 16.
de quibus jam dictum ſupra *cap.* 1. *n. 26.* qui quaſi ſint vice civitatis, vel, quia viis, non muris clauduntur, ISIDOR. *Orig. lib. XV. c.* 2. LOSÆUS *de jur. univerſ. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 43. eſtque vicus proprie multitudo junctarum domuum, quæ ex numeroſis & amplis familiis, civitati primordia ſæpe dederunt, LIBENTHAL *Colleg. Polit. Exercit. 5. concl. 5.* Ex vico de- 17.
ſcendit Saxonicum Wick; Sic Brunswick / quaſi Brunonis vi-

 cus,

18. cus, Besold. *de jure. univers. cap.* 1. *n.* 4. item Cattwick/ Cattorum colonia, Warwick & Norwick/ in Saxonia transmarina sive Anglia; Coßwick ad Albim, Schleßwick / in Holsatia; Osterwick / in Diœcesi Halberstadiensi. Vicus quoque sumitur pro spatio ipsius urbis, utrinque ædificiis cincto, per quem incolæ transeunt, inde *vicini* dicuntur; In urbe enim fiunt vici, connexis & cohærentibus ædificiis, dicunturque vici urbani; Unde Cicero *pro Milone* scribit: Nullum in urbe vicum fuisse, in quo Miloni non esset conducta domus. Vici pagani sunt pagi, ex pluribus villis domibusque coagmentati spatio aliquantulo ab urbe remoti, nullisque mœnibus cincti, Knipsch. *d. j. civit. Imp. lib.* I. *cap.* 1. *n.* 68.

19. Villa quoque est unitas quarundam domorum sine muris, & quæ est extra muros civitatis; *l.* 1. C. *ne rustican. ad ull. obs.* Jason. *in l. si hæres*, §. 1. *n.* 8. *ff. de legat.* 1. Losæ. *de jur. universit. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 39. Seu est locus, consistens ex pluribus ædificiis, quæ non circumdantur muris, neque fossis, nec habent jurisdictionem, sed civitati subsunt, Bart. *in Extravag. qui sint rebell. verb. Lombardia, n.* 3.

20. Dicitur villa à vehendo, quasi vehilla, propter vecturas, quibus rustici vivunt, Varro, *lib.* I. *cap.* 2.

Veteres enim pro *villa* scribebant *vella*; Frisius *in Dictionario suo*; Inde ortum est vocabulum 21.
Welle / significans modicam domorum congeriem, ut: Rotwelle/ in agro Mansfeldico, hæc vox paulatim pleniore sono enunciata Wedel/quo nomine est oppidum in Holsatia, & pagus, prope Riddagshusium. Composita ex eo passim inveniuntur, ut: Bargwedel 22.
& Steinwedel / in agro Lüneburgico; Saltzwedel vel Soltwedel/ in Marchia veteri Brandenburgica; Langwedel / in Diœcesi Bremensi. Nam V. geminatum ex Latino remansit Germanis, pro veteri pronunciatione, quod indicant similia vocabula: *Vallum*, Wall/ *vacillare*, wackeln/ *vanus*, wahn/ *vannus*, wann/ *vastus*, wüste/ *vermis*, Worm/ *vidua*, Wittwe/ &c. Meibomius *in Historia urbis Bardevici, pag.* 5.

Cum vico & villa pagus quoque affinitatem habet, qui est receptaculum ruri degentium, pariter absque munitionibus & muro, Tholosan. *de Republ. lib.* II. *cap* 1. *n.* 4. Pagani quoque sumuntur pro hominibus Gentilismo addictis, quo significatu nomen illud usurpari cœpit sub Constantino, Magni filio, Imperatore 23.

Ori-

Orientis, qui milites non Christianos exauctoravit & in pagos remisit; BACHOV. *ad Treut. de Testam. milit. n. 2.* Inde dicti **Heyden / weilen sie draussen auf den Heyden und Feldern wohnen.**

24. Oppida & vici, vel castella quoque apud nos quodam peculiari nomine, **Freyheit** / audiunt, vel, quod majoribus privilegiis gaudent, & propius ad urbes accedunt, vel; quia antea inhabitatores castellorum & Burgorum ex servitute consecuti sunt libertatem, eamque conservarunt, LEHMANN.

25. *Chron. Spir. lib. II. cap.* 19. Dicuntur & oppida quam proxime ad jura Municipiorum accedentia à nostratibus **Wiboldt** / forte à Saxonico **Weichbild**; Quæ vox non saltem pro jure Municipali, sed & pro certo termino & districtu, sumitur, **weil man davon weichen/ und einem andern in sein Gebiethe nicht greiffen darff** / WEHN. *voc.* **Weichbild**/ de quo latius infra.

26. Vocantur illa denique **Communen** / sive communitas, cujus nomen generale est, ad universitatem Civitatis, castri, villæ, & cujuslibet Municipii, pertinens, eò, quod ab ipsa hominum communitate principaliter regitur, LOSÆUS *de jur. univers. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 33. TUSCH. *Pract. concl.* 255. *n.* 12. *lit. v.*

De castellis, burgis, villis & pagis ideo superiora notata sunt, 27.
quia Municipia, urbes & Civitates ex illis sua utplurimum incunabula sumserunt; Paulatim enim 28.
cum veteres gentiles, bellis & raptibus vivere assueti, doctrinam Salvatoris, licto idolorum cultu, & mitigata nonnihil prisca feritate, amplecterentur, intra muros & mœnia sese receperunt.

Principes simul pari studio ur- 29.
bibus exstruendis insudarunt, quibus splendide vivere non licebat, nisi urbium oppidorumque auxilio, quod tunc per Germaniam quam maxime contigit, cum Principes, post attritam Cæsaream potentiam, pene cum Regia potestate suis imperare cœperunt, fere singulis familiis sibi urbes struentibus, accenso æmulationis studio & cupidine quadam mollioris vitæ ac Regii fastus. Multis dein novi- 30.
ter exstructis urbibus immunitatibus concessis, ad eas inhabitandas undique invitatus fuit populus, qui tunc, per varia opificia & mercaturam, haud difficili ad opes via, relicto aratro, in urbes immenso numero commigravit.
Hoc plebis studium adhuc auxit 31.
innumera libertorum copia, quæ seculo post Christum nono servis per universam Germtniam ex pietatis & Christianæ charitatis fervo-

vore emancipatis, commoditatem
oppidorum, cum ruri non nisi du-
rissimo servitio victus parari posset,
summa alacritate arripuit, ut tra-
dit CONRING. *Differt. de urb. Ger-
man. concl. 77. & seqq.*

32. Primus Germanorum Impera-
tor, qui præ aliis in struendis ur-
bibus & Municipiis operam dedit,
fuit Henricus primus, cognomen-
to Auceps, quem Theseum Ger-
manicum vocat *jam cit. auct.
concl. 82.* Ut enim ille Athenienses,
sic hic Germanos ex agro in ur-
bes compulit, quo utplurimum
quoque concitarunt immanes Un-
garorum irruptiones, quo tutior
daretur miseris receptus, de quo
ita WIDEKIND. *rer. Saxon. lib. I.* &
SIGEBERTUS *ad ann. 925.* Rex
Henricus agrarios milites recen-
sens, ut octo eorum in agris, no-
nus vero in urbe moraretur, Con-
cilia & omnes conventus atque
convivia in urbe voluit celebrari,
in quibus exstruendis die noctu-
que operam dabant, quatenus in
pace discerent, quod contra ho-
stes in necessitate facere debuissent,
LEHMANN. *Chron. Spirens. lib. V.*
33. *cap.* 1. Ex hoc ergo instituto cum
iis, qui in urbibus degerent, inge-
nuis, victus ex agro allatus esset,
nullo quidem suo labore, non te-
nue inde urbibus accessit incre-
mentum. Ex eo denique deducit
Conringius, multis antiquioribus
civibus ab agro, Feld / mansisse
cognomina, *dict. Differt. concl. 83.*

Urbium & Municipiorum Ger- 34
maniæ, à potentioribus regni Or-
dinibus occupatorum, quædam ad
majorem libertatem exsurrexere,
initio á paucis facto, quædam ve-
ro dignitate illa destituta fuerunt,
tantum ad reverentiam Episcopo-
rum, Ducum, Comitum, & Mo-
nasteriorum, adstricta.

Sub Carolo M. omnes Urbes 35
in universum fuerunt Provinciales,
& â Regiis Præfectis administra-
tæ; seculo postea undecimo quæ-
dam, vel ex liberalitate Imperato-
rum, aliorumque Principum, vel
per modum contractus, quando-
que etiam vi & armis, libertatem
præ cæteris acquisiverunt, quam-
vis libertas illa fuerit varia & li-
mitata, ut supra *cap. 2,* ostensum.

Inter privilegia, quæ Municipia 36
decimo tertio seculo consecuta,
cum Ducum *Sueviæ* familia exspi-
rasset, præcipua fuerunt, quod ex
suis Municipibus ingenuis pro-
prium Senatum eligere & Civita-
tis Curatores. Duumviros, Ma-
gistros tunc civium dictos, Bur-
gemeistere & Præfectos urbis,
Stadt-Pflegere / constituere po-
tuerint, ex quorum consilio & in-
dustria reipublicæ gubernatio pen-
deret, CRUS. *Annal. Suev. part. 3.
lib.*

lib. II. cap. 17. Criminalium autem prætura, judicia capitalia, & maleficiorum actiones penes Imperatoris Vicarios manſerunt, confirmatis de cætero privilegiis & immunitatibus, â Ducibus jam adeptis, CONRING. *de urb. Germ. concl. 127.*

38. Reliqua Municipiorum Germanorum privilegia tunc temporis quam plurimum juvit Ducatuum & Comitatuum in particulas, pro multitudine eorum, qui illuſtribus familiis nati erant, diviſio, & hic mos decimo tertio ſeculo invaleſcens, potentiam Ducum & Co-
39. mitum valde debilitavit. Interea, creſcente oppidanorum opulentia in urbibus Germaniæ, cum bellum ſæpe ex bello traheretur, cives muro cincti inſolentiores redditi, & contempta paulatim Dominorum impotentia, imperium vel detractarunt, vel levi ære privilegii & immunitatis jura redemerunt; Inde provenit, quod exigua ſæpe Municipia tam lauta & eximia poſſideant privilegia, vix legibilibus literis in curiæ ciſtis, ſancte recondita, qualia ſi hodie expeterent â Principe ſuo ſubditi, nil ſane niſi riſus & inſaniæ argumentum reportaturi eſſent.

40. Nulla interim fere hodie ſunt Municipia, quæ non acquiſitum habeant jus conſtituendi, per libera eligentium vota, Senatum & Conſules, quod jus Carolino ævo, cum nullæ urbes in Ducis aut Comitis patrimonio adhuc eſſent, fuit penes Regem, ejusque Præfectos, Comites & Miſſos. Oppidanorum quoque deliberationes de rebus & exiguis & vilibus tum fuerunt inſtitutæ, criminalium rerum vero judicium nullis tunc ipſis competiit.

Si qui & Conſules ac Senatores 41.
iſto ævo eligerentur, electio quidem facta eſt ex populo, non tamen â populo, ſed munia hæc commiſſa ſolis primariis civibus, inſigni genere natis, opificum, inſtitorum & operariorum plebe excluſa, quæ nec ad conſultationes admiſſa. Unde antiquitus in Germa- 42.
niæ oppidis obligarchiæ invaluerunt. Sed poſt annum circiter 1300 ubivis exorta ſeditione inter plebem & patricios Status Municipalis quoque fuit mutatus & popularis paſſim fuit introductus, quem hodiedum adhuc tribuni opificum repræſentare ſolent; Quod inſtitu- 43.
tum originem ſuam debet augmento plebis, cum illa numero & opibus creviſſet, ſuasque tribus & collegia jam habere cœpiſſet, artes vero conſervandæ obligarchiæ Optimates in civitatibus non rite intelligerent, CONRING. *cit. diſſ. concl. 131. & 132.*

Pro cognoſcenda hodierno-

rum ita dictorum Municipiorum origine, deque eorum incrementis, hæc jam præmissa præcogniti loco sufficiant. Adipiscuntur autem Municipia hoc jus civitatis, das Stad-Recht / (quod spiritum
44. & vitam Municipiorum dicunt Politici, MATTH. STEPH. *de jurisd. lib. II. p. 1. membr. 2. n. 114.* OBRECHT. *de Regal. lib. VIII. concl. 188.* (quia, ut corpus sine vita cadaver, sic Civitas vel Municipium sine jure civitatico confusa est multitudo) cum Civitas noviter exstruitur, vel è pago Civitas efficitur, idque à summo vel inferiori Principe. RIMIN. *cons. 640. n. 35.* COLER. *consil. 1. n. 125.*
45. Stadt-Recht autem ab aliis vocatur Marck-Recht / quod homines unius fori concluserunt, sicut Colonienses ad Rhenum id confirmatum habent. Weichbild / *art. 1.* Marck-Recht ist / daß die Marck-Leute hiebevor bey den alten Gezeiten unter einander gesetzet haben von ihn selbst Willkühr; Hinc addit ibidem GLOSSA: Es heisset darum Stadt-Recht / daß es eine jegliche Stadt selbst willkührete von Göttlicher Anweisung / nach ihrem Gutdüncken / und solches Recht heisset ein Willkühr-Recht / das die Marckt-Leut unter sich gesetzet haben; Item: Stadt-Recht ist / das einer Stadt Volck unter sich selbst willkühret / da sie begunten zusammen bauen. GRIPHIAND. *de Weichbild. c. 77 n. 7. & seqq.* Et ab hoc jure Civitatis 46
differt jus Civilitatis, das Bürger-Recht / quod non de reservatis est Principis, sed ejus concessio dependet à voluntate & arbitrio Magistratus Civitatum, scilicet modo ordinario, LANCELLOT. CONRAD. *in templ. omn. jud. Lib. I. Cap.* 1. §. 4. *verb. civitatem. n. 3.* PETRA, *de potest. Princip. cap. 15. n.* 1. Hoc quandoque penes Consules, Proconsules vel Camerarios Civitatis residet, interdum totius Senatus negotium est, BESOLD. *de jur. Universit. c. 8. n. 3.* de quo infr. *Lib. III. Cap.* 1. *de jur. civit.* Multi statuunt, 47
quod in Imperio Rom. Germ. solus Imperator id conferat, & refertur, quod Maximilianus I. Alberto Comiti Mansfeldensi vico quidam jus civitatis dare volenti, Anno 1514. 6 Febr. ista rescripserit verba: Wann dir / noch jemand anders / geziemet / Stadt-Recht / ohne sonderbahre Erlaubniß / aufzurichten / so befehlen / &c quod & probatur à NATTA, *Cons. 636. n.* 100. cum jus tribuendæ Civitatis inter regalia majora & reservata Principis ponatur, SIXTIN. *de Regal. Lib. II. cap. 2. n. 22.* THOM. MICHAEL *in disputat. de jurisdict. concl.* 12.

48. Vocatur jus dandæ Civitatis, einem Ort das Stadt-oder Marck-Recht geben / sive einen Ort mit Weichbild begnädigen / atque hoc Imperatoris reservatum est, secundum *tit. C. de Metropol. Beryto.* Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. Lib. I. Cap. 21. fin.* Limnæus *de jur. public. Lib. VII. Cap. 9. n.* 128. ubi & videre licet, qua formula Imperator condendæ civitatis jus concedere soleat, *in notat. ad Lib. II. Cap. 9. n.* 178, additque ibidem, si civitas aliò transferri debeat, ad hoc non minus Imperatoris privilegio vel consensu opus esse.

49. Alii solidioribus rationibus adstruunt etiam Status Imperii, suis in territoriis novas Civitates exstruere, sed & pagos jam dudum exstructos in Civitates convertere posse. Klock *de Contrib. cap. 5. n. 2. in fin.* ejus refert exempla in Electore Palatino & Duce Würtenbergico illo Franckenthal / hoc Freudenthal / ædificante, & quidem sine consensu Imperatoris. Cui assensum præbet alleg. Mich. *cit. concl.* 12. dum ait: Videmus tamen, plerosque Principes Statusque Imperii in suis territoriis quibusdam vicis jus Civitatis tribuere, ut nimirum in illis sint Consules & Senatores, cum ordinaria jurisdictione, in criminalibus & civilibus negotiis, fruanturque privilegiis cum cæteris Civitatibus Provincialibus.

Sic sine ulla contradictione Albertus Ursus, Marchio-Brandenburgicus, Anno Christi 1175. condidit Civitates Berolinum & Bernau, aliaque refert exempla Civitatum à Principibus exstructarum, Petr. Albin Berg. Chronick / *tit. 2. p. 1. Anno* 1607. 24 *Jan.* Testantur id adhuc tot urbes Brandeburgicæ, quibus vi superioritatis territorialis jus Civitatis collatum, ut: Potsdam / Dorotheen-Stadt / Friederichs-Werder / Friderichs-Stadt. Add. Dn. Thomas. *Dissert. de jur. stat. Imp. dandæ civit.* §. 43. Elect. Palat. Frid. IV. vicum Mannheim Civitatis jure donavit. 50.

Nec in ejusmodi collationis jure quicquam de confirmationis Cæsareæ impetratione memoratur vel doceri poterit, Imperatorem hoc jus per expressum reservasse, Rhebold. *Dissert. de jur. civit. p. 1. c. 5.* Et quod mandatum inhibitorium contra Comitem Mansfeldiæ attinet, certum est, illud ad preces alicujus fuisse emissum, Arumæ. *Vol. 3. Discurs. 4. n.* 103. Nec & scitur, an Comes ille mandato paruerit, atque hæc prohibitio reliquorum Statuum jus jam per præscriptionem acquisitum intervertere non potest. 51.

Jure Saxonico autem pro 52.

exstruenda Civitate, expresse Cæsarea auctoritas requiritur, Land-Recht / *Art.* 26. Weichbild / *Lib. I. Art.* 9. Et hæc specialis Saxoniæ Statuum est constitutio.

53. Facit ad hoc, quod legitur in Weichbild / *Art.* 7. §. 2. *& Art.* 9. Ubi Civitas noviter fundatur, affigitur Crux, in testimonium pacis, & ut ibi cernatur Municipalis pax, appenditurque Imperatoris signum, ut appareat, de voluntate Imperatoris id factum esse; Inde deducunt, si quis absque Imperatoris consensu, ad minimum tacito, Civitatem constituerit, eam non esse Civitatem, VALASC. *in l. imperium n.* 13. *ff. de Jurisd.* CLUTEN. *Rer. quot concl.* 22. *lit. D.*

54. Hoc signum Imperatoris appellatur in Weichbild das Hand-Zeichen / quod erat Chirotheca, quam Imperator, dum Civitatis Jura vico vel pago conferret, mittere solebat, in signum assertæ fidei, vel etiam porrecta manu cum Chirotheca, ad denotandum, hoc Jus à Rege tributum; Ritum

55. hunc appendendi Chirothecam Regiam, ad denotandum Jus Municipii, noviter erecti, confirmat textus in Land-Recht / *lib. I. Art.* 25. in Verbis: Niemand mag neuer Marck oder Müntz erheben / ohne des Richters / das ist des Fürsten Willen / in des Gerichte es leit / auch sol der König durch Recht sein Hand-Zeichen dazu senden / zu einer Beweisung / daß es sein Wille sey; ubi textus Latinus Hand-Zeichen reddit *Chirothecam*, cum quo convenit GLOSSA ad Land *lib.* III. *Art.* 66. *vid.* JOH. NICOLAI. *in disquisit. de usu Chirothecarum c.* 4. *ubi c.* 5.
addit, quod Francofurti ad Mœ- 56
num in nundinis autumnalibus chirothecæ in pleno Senatu mensæ imponantur, ad ostendendum, pariter Jus nundinarum concessum esse ab Imperatore, per Chirothecæ missionem, quam rursus intelligit per Hand-Zeichen *in spec.* SAXON. *lib.* II. *Art.* 26. cujus usus rationem vid. *infra lib.* II. *Cap.* 56. *n.* 10.

Quæ autem ratio sit, cur crux 57
lignea, de qua *n.* 53. in foro Municipii simul erigeretur, textus non exprimit, quod tamen Glossa explicat, Vers. bey dem Creutz / per illam intelligi Divinam pacem, in honorem Petri, Apostoli; Bey dem Ceeutz ist auch zu vernehmen Gottes Friede St. Petrus wegen; Dann zu derselben Stadt sollen gehören beyde geistliche und weltliche Gerichte / das weltlich Gericht von dem Käyser / (das ist zu vernehmen / bey dem Hand-Schuch) das geistliche Gericht / bey dem Creutz / das dem Stuhl

zu

zu Rom und dem Pabst befohlen ist / und bey diesen zweyen Zeichen ist zu vernehmen / daß da Fron-Recht sey / und Frey-
58. ung und rechter Friede. Denotat enim Crux utplurimum jurisdictionem Ecclesiasticam, sicut secularis Jurisdictionis vel etiam mercatus privilegium per chirothecam indigitatur; Et si unum saltem horum signorum extiterit, alterutrum per illud demonstratum fuisse colligitur. Non solum autem ista loca, ubi crux posita reperta, exempta fuerunt â potestate seculari, sed & securitatem præbebant eo profugientibus, vid. CHRIST. WILDVOGEL *de signo crucis schedion.* 5. §. 3.

59. Hoc adhuc notandum superest: Quibusdam Canonicis placuisse, eas duntaxat numero Civitatum habendas, quæ Episcopum habent, ALCIAT. *in c.* 1. *de offic. ordin n.* 2. Unde LOSÆUS *de Jur. univers. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 16 *in fin.* vult, dignitatem Episcopalem, quæ est in loco, facere Civitatem; Quorsum & adducit intentionem Friderici Imperatoris, in Constitutione illa de pace tenenda. Et *l.* 36. *C. de Episcop. & Cler.* quæ dicit. *Unaquaq; Civitas proprium*
60. *Episcopum habeto*; Sed hanc sententiam improbat GLOSS. *in cap. si civitas de sentent. excomm.* volunt alii, id quoad Civitates Italiæ, quasi moribus, introductum esse, JASON. *in l. heres.* §. *vici n.* 4. *ff. de leg.* 1. LOSÆ. *d. loc. Card.* TUSCH. *concl.* 289. *n.* 15. CAR. SIGON. *lib. X. Histor. Regn. Ital. vers.* 32. Interim 61.
ad essentiam Civitatis constituendæ Episcopalis dignitas præcise non requiritur; Nam Civitates æque possunt esse absque Episcopo, sicut ante creationem Episcopatus fuerunt Civitates. Et regulam illam, quod Civitas non sit absque Episcopo, non obtinere apud ultra montanos, præcipue Teutonicos, testatur idem JASON *cit. n.* 62.
4. & 5. Tum post Episcoporum instructionem non fuerunt omnibus Civitatibus Episcopi, sed tantum in magnis & populosis, ne vilesceret eorum auctoritas & dignitas, *C. illud sane. dist.* 80. THOLOSAN. *de Republ. lib. II. cap.* 3. CORSET. *Indag. Jur. lib.* III. *cap.* 3. BORELL. *ad Bellug. Spec. rub.* 6. *tit. ff.* 2. Cum & notissimum 63.
sit, in Germania non uni tantum Civitati, sed integris etiam provinciis præsidere Episcopos, cum & unus Episcopus plures possideat Episcopatus, uti ex historiis novissimis cuilibet notum est, KLOCK *de contrib. cap.* 5 *n.* 2. & 3.

Municipiorum seu provincialium Civitatum non est eadem ratio,

conditio & qualitas, sed alia præ aliis majoribus gaudent Privilegiis ac Juribus. MATTH. COLER. *de Process. Exec. part* 2. *c.* 1. *num.* 138. PEREGR. JUN. *de reali citat. lib. I. cap.* 1. *n.* 351. *& n.* 319. KLOCK
65. *conf.* 14. *n.* 26. *tom.*. 1. Habent & Municipia hodierna in quovis territorio suam Civitatem capitalem, seu Principaliorem die Haupt-Stadt / quæ dicitur Metropolis, quasi mater & caput reliquarum urbium, *l.* 1. *C. de Metropol.* SCHÖNBORN. *lib. I. Polit. cap.* 13. *in*
66. *fin.* cujus statuta minores urbes sequi tenentur, quia earum caput est, *c. translato de constit.* BRÜNING *de var. univ. spec. Concl.* 52. nisi inferior Civitas peculiaria sua statuta habeat, quæ per metropolitanam non tolluntur, PEREGRIN. *Cons.* 5. *n.* 1. *vol. I. & cons.* 2. *n.* 40. *vol.* 3.

De qua porro notandum: Quod 67.
Princeps, ingrediens Civitatem principaliorem Provinciæ, causa apprehendi possessionem cum apparatu judiciali, acquirat per ejusmodi ingressum unius Civitatis possessionem reliquarum omnium & totius simul provinciæ, MARTIN. LAUDENS. *de princip. quæst.* 227. *n.* 10. *&* 11. FRANC. MILAN. *decis.* 1. *num.* 29. *& decis.* 3. *n.* 35. *& seq. lib. I.* LUD. SCHRAD. *Consil.* 3. *n.* 351. *& seq. & cnosil.* 6. *num.* 90. *lib. I.* GEORG de CABEDO *decis.* 8. *n.* 11. *p.* 2. GRAM. *decis.* 71. *n.* 14. KLOCK. *consil.* 7. *n.* 839. *tom.* 1.

Caput VI.

DE JURE PRIVATORUM, MUNICIPIIS TRIBUI SOLITO.

SUMMARIA.

1. *Civitates loco privatorum habentur, de quo textus.*
2. *Ordo capitis hujus.*
3. *Publicum unde dicatur?*
4. *Publicum pro eo, quod patet omnibus.*
5. *Publicum pro vulgari usu.*
6. *Publicum pro communi.*
7. *Publicum pro collato ab eo, qui summa gaudet potestate.*

8.

8. *Publici sensus Juridicus.*
9. *Privatum, quid?*
10. *Privatum à privo.*
11. *Privatum opponitur communi.*
12. *Privatus, qui non est constitutus in dignitate.*
13. *Privatus pro eo, qui dignitatem quidem gerit sed non illustrem.*
14. *Ludi privati, qui?*
15. *Privati militantibus oppositi.*
16. *Potestas plane privata.*
17. *Huic potestati opposita publica, sed non in exellentiori significatu.*
18. *Magistratus majores, minores & minimi.*
19. *Majores & minores Magistratus quatenus dicantur?*
20. *Potestas Magistratica in Municipiis Romanis.*
21. *Cur in l. 16. ff. de V. S. dicatur de compluribus?*
22. *Vocis complurium significatio.*
23. *Civitates habentur, ac si privatorum loco essent.*
24. *Dictarum legum conjunctio.*
25. *Verba sequentia declarant præcedentia.*
26. *Sensus legis 16. ff. de V. S.*
27. *Reservata Populi Jure Majestatis vere erant publica.*
28. *Civitatis Romæ Excellentia.*
29. *Per Urbem intelligitur Roma.*
30. *Roma sola non fuit urbs.*
31. *Inter prærogativas publici Juris Rom. referebantur Publicani.*
32. *Conductor vectigalium fisci erat privilegiatus.*
33. *Privilegium fisci Romani ratione Ædilitii Edicti.*
34. *Pecunia Populi Rom. publica subjacebat Legi Juliæ Peculatus.*
35. *Secus in pecunia Civitatum.*
36. *Absens reipubl. causa quis dictus?*
37. *Quatenus restituti pro Civitate alia quam Roma absentes.*
38. *SCtum Macedonianum etiam competebat in Civitatem Municipalem.*
39. *Dispositio l. properandum C. de Judic. etiam Civitates concernebat.*
40. *Quatenus abusio publici competierit reliquis Civitatibus.*
41. *Civitates etiam habebant Populum.*
42. *Populus juxta Canones.*
43. *Populus à multitudine.*

44. Volck / *Popularis, Popularia sacra.*
45. *Popularis pro subdito.*
46. *Argumentum ab etymo procedit.*
47. *Etymologia est veriloquium.*
48. *Majus & minus non tollit speciem.*
49. *Publicum est referendum ad statum cujusque loci in concreto.*
50. *Quælibet Respublica publici appellatione venit.*
51. *Populus pro Populo Romano, est Synechdoche Juris-consultorum.*
52. *Reliquarum Civitatum publici abusio, in quo constiterit respectu Romæ.*
53. *Ex Imperio fluit Majestas & publici appellatio.*
54. *Prisca Romanorum arrogantia & antonomasia.*
55. *Vigente Imperio Romano Civitates etiam publicorum loco erant.*
56. *Connexio legis 15. & 16. de V. S.*
57. *Connexio l. 17. ejusd. tit.*
58. *Sensus & connexio trium harum legum.*
59. *Publica cujusque Populi jure Sanctimoniæ.*
60. *Publica Jure opportunitatis.*
61. *Publica Jure patrimonii.*
62. *Civitates non in omnibus Jure privatorum fuere.*
63. *Civitates erant Respublicæ, quia erant universitates.*
64. *Reipublicæ definitio & ad Civitates applicatio.*
65. *Respublica in LL. sumitur pro subjecta materia.*
66. *Nomen Reipubl. sæpe Civitatibus fuit proprium.*
67. *Vectigalia Reipublicæ, id est Civitatis.*
68. *Dictio aliquis præsupponit pluralitatem.*
69. *Civitas opponitur privato.*
70. *Civitatibus ex nudo pacto competebant usuræ.*
71. *Versuræ probatio est privilegium Civitatis non privatorum.*
72. *Civitati ex pollicitatione nuda competit actio, non privatis.*
73. *De pecunia Civitati donationis causa promissa, debentur usuræ, non privatis.*
74. *Bona Civitatum æquè ab usucapione exempta ac bona Populi Romani.*
75. *Municipiis legata centum annorum spatio amittuntur æquè ac Romæ.*
76. *Municipia Romana liberioris conditionis, non poterant esse orbata publicis.*

77. *Ab ipsa etiam Roma aliis urbibus tributa fuit publici significatio.*
78. *Municipia hodierna tam non sunt vilia, sicut erant Romanorum, intuitu Romæ.*
79. *Præsens Civitatum status male ex veteri Romanorum Jure deducitur.*
80. *Alius hodie est Politiæ Germanicæ & civitatum ejus status.*
81. *A Priscis Rom. Municipiis ad modernas Civitates Provinciales inepte arguitur.*
82. *Multum interest inter id, quod olim fuit & quod nunc est.*
83. *Differentia inter Municipia hodierna & Romanorum declarata.*
84. *Municipia hodierna utique Publicorum sunt capacia.*
85. *Privilegia hodiernorum Municipiorum ea evehunt extra statum privatorum.*
86 *Regalium ademptio non obest hodiernis Municipiis, quo minus publico gaudeant.*
87. *Solius Superioris intuitu Municipia moderna sunt privatorum loco.*
88. *Species intermedia simul est genus & species.*
89. *Respectu Principis omnes sunt privati.*

1. Pervulgatum est apud Juris-Consultos, quoties de jure, Municipalibus civitatibus etiam hodiernis competente, quæstio quædam incidit, ut eò applicent tanquam axiomatis loco illud: Civitates loco privatorum haberi, ex tradito ULPIAN. & GAJI, *in l. 15. & 16. ff. de V. S. Bona Civitatis abusive publica dicta sunt, sola enim ea publica sunt, quæ populi Romani sunt. Eum, qui vectigal populi Romani conductum habet, publicanum appellamus, nam publica appellatio in compluribus causis ad populum Romanum respicit; Civitates enim privatorum loco habentur.*

2. Ut jam ex capitis hujus tractatione constet, an & quatenus Municipia privatorum loco habeantur, ita ut quidam eò thesin hanc extendere conentur, quasi & hodie inter jura civitatica & privatorum vix differentia reperiatur; Videndum *prius*, quo sensu & modo Municipia Romana pro privatis reputanda; *Dein*, an jura illa Romana hoc passu in hodierna adhuc Municipia sive Civitates Provinciales & mediatas, quæ Superiorem agnoscunt, quadrent; Sed pro majori materiæ hujus elucidatione sciendum, publicum dici à *populo*, quasi *populicum*, MARTIN.

 Le-

Lexic. Etym. Appellatio ejus au-
4. tem non est univoca. Aliquando publicum pro eo sumitur, quod patet omnibus; Sic postulatio suspectorum tutorum quasi publica dicitur, quia omnibus patet; §. *consequens 3. J. de susp. tut.* Et in publicum prodire, est, unicuique in conspectu patere; Hoc sensu quis publico caret, qui intra parietes se continet, ut â quovis conspici nequeat; Eo sensu ait CICERO *pro Milone*: Caruit deinde foro Pompejus, caruit publico. Ac Livius de fatali ac damnosâ illa Romanorum pace Caudina, vel post stragem ad furcas Caudinas perpessam inquit: Ut postero die ac sequentibus duobus, nemo forum ac publicum aspicere vellet.

5. Publica quoque dicuntur, quæ in communi sunt consuetudine & usu, de quo nemo in dubium quid revocat; Quo sensu SENECA rescripsit Lucilio suo ita: Magnam ex epistola tua percepi voluptatem, permitte enim mihi verbis publicis uti, nec illa ad significationem Stoicam revoca.

6. Quandoque & publicum pro communi usurpatur, quo sensu in *l. Arist.* 10. *ff. de rer. div.* occupatum mari, fieri dicitur publicum, ubi publicus ponitur pro communi, & ibi respondet ACCURSIUS; Sicut ê converso commune pro publico sumitur, sic dicimus commune Civitatis jus, quo omnes ejusdem cives utuntur, & quidem ita respectu singularis & proprii juris, quod non in universos, sed singulos, constitutum est, vocaturque privilegium. Commune ita est flumen iis, qui sunt ê populo, & ejusdem ditionis, §. *2. J. d. tit.* & res universitatis dicuntur communia civitatis, §. *6. eod.* Publicum denique vocatur, quod ab eo collatum est, qui summa gaudet potestate, sic judicandi munus dicitur publicum, *l quippe 78. ff. de jud.* quia facultas ista data & collata est ab eo, qui publico præest cum potestate dirigendi & mandandi; Unde persona aliqua dicitur publica, & munus publicum.

8 Sed in sensu genuino & juridico publica ea proprie sunt, quæ populo competunt, §. 1. *J. de publ. jud.* ejusque usibus destinata sunt; §. *2. de rer. divis.* Hinc sacra publica, quæ pro populo fiunt, viæ publicæ, quæ universo patent populo, eaque omnia, quæ publicis usibus destinata sunt, *l. inter publica* 17. *princ. ff. de V. S.* ubi dum legitur: *Inter publica habemus non sacra*, &c. Legi vult GLOTHOFR. non tantum sacra, &c.

9 Privatum jam est omne id, quod publico in prædicta significatione opponitur, dictum â *privo*, spo-

10. spolio, facio non habere, vel pri-
vum facio, singulum & solatitium.
Privos juxta FESTUM dicebant anti-
qui, pro singulis, ob quam cau-
sam privus idem erat, quod sin-
gulus, singularis, unus ac solus,
ut apud LIV. *Lib. X. cap. 3.* Sena-
natus-consultum factum est, ut Le-
gati secum ferrent privos silices,
privasque verbenas in Africam
profecturi, id est, ut secum ha-
berent singuli Legati silicem &
ramulum verbenæ. *Privum* quo-
que idem est, quod proprium &
suum, ut HORAT. *lib. II. Epist.* I.

Nauseat & locuples, quem ducit pri-
va triremis,

id est, propria non conductitia, vid.
GELL. *lib. X. cap. 20.* sic privatum
est, quod fit privatim & in occul-
to, de quo publice non constat,
l. donatio 25. C. *de donat.* Oppo-
11. nitur *privatum* communi & publi-
co; Sic res singulorum dicuntur,
quæ non sunt communes, sed cui-
que propriæ, vel facultates priva-
tæ & patrimonium. §. *singulorum*
12. 11. *I. de rer. divis.* *Privatus* au-
tem est non constitutus in dignita-
te; Unde Præses Provinciæ extra
eam nullum habebat imperium,
sed eam si excedebat, *privatus* erat,
l. 3. ff. de offic. præs. Et CICERO *I.*
Offic. privatum oportet æquo &
pari civibus jure vivere. PLAUT.
in Captiv. Hic qualis Imperator
nunc privatus est, atque iterum
CIC. ita distinguit I. *de inviterunt.*
In fortuna quæritur, servus sit an
liber, pecuniosus an tenuis, priva-
tus an cum potestate.

Aliquando *privatus* est, licet di- 13.
gnitatem aliquam gerens, non ta-
men illustrem, prout distinguunt
Imperatores *in l. præcipimus, 32.*
§. *4.* C. *de appellat.* & §. *5.* ubi
ita: *Licet antea privato homini, id*
est, non illustri, &c. Atque hoc re-
spectu omnes privati dicuntur
etiam Magistratus, intuitu Summi
Principis; Sic CASAUB. *in Sueton.* 14.
Aug. cap. 32. ludos privatos inter-
pretatur â magistratibus propria pe-
cunia honoris sui causa edi solitos.
Legitur & de Opilio Macrino Im-
peratore, qui antea præfectus præ-
torio fuit, & res privatas curavit,
quod dein imperium arripuerit,
JUL. CAPICOL. *in vita Opilii Mat.*
in princip.

Tum & privati opponuntur mi- 15.
litantibus, erantque pagani, sic
AMBROS. *in passione Agnet.* Coro-
natur Civitas tota, sit lætitia mili-
tantibus & privatis, nam militia
erat titulus dignitatis, CASAUB. *in*
notis ad Ælium Lamprid. pag. m.
174. *n.* 37.

Dignitas & potestas quidem 16.
opponitur privato, ut jam liquet,
sed potestas illa est varia; Quæ-
dam est plane privata, ubi poten-

tia aliqua exercetur à privato in privatum, qualis eſt: Heri in domeſticos; Mariti in uxorem; Patris in liberos; Tutoris in pupillos; Domini in ſervos, vid. THO-
17. LOS. *Syntagm. Lib.* II. *cap. 2. n. 7.* Publica iterum poteſtas datur, privatæ huic poteſtati oppoſita, quæ potentes quidem efficit in mandando, gubernando & adminiſtrando, non autem in gradu excellentiori, ſed ex hypotheſi ſaltem, ratione illorum, quibus aliquis cum pote-
18. ſtate reſtricta præpoſitus eſt. Et hæc poteſtas publicæ illi poteſtati opponitur, quæ publicam in omnes non dignitate tantum, ſed ſimul majeſtate habet auctoritatem. Ex hac differentia patet, eſſe Magiſtratus majores, minores & minimos, vel quod idem eſt, majorem & minorem adminiſtratio Magiſtratuum, *l. proper.* C. *de judic.* Magiſtratus hi majores dicuntur, habita comparatione ad alios, quorum non eſt tam auguſta & plena poteſtas, ſed qui imperant aliis, ita, ut nec aliis Superioribus cedant, *l. 3. §. 3. & l. ſeqq. ff. de recept. arbitr. l. Ille, à quo* 13. *§. 4. ff. ad*
19. *SCt. Trebell.* Majores quoque ſunt Magiſtratus, qui de majoribus & arduis rebus judicant, qui majores poſſunt infligere pœnas, aliorumque reſcindere ſententias, BART. *in l. 1. ff. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſd. & in l. imperium ff. de juriſdict.* Atque ita majores & minores dicuntur Magiſtratus ſecundum relationis ſpeciem, ita, ut alii aliis ſint majores & minores ſecundum quid.

Magiſtratus in Municipiis Ro- 20.
manis habebat quoque poteſtatem & aliquale imperium, ſumptum pro facultate jubendi, & modica coërcitione, ut ſine qua jurisdictio exerceri non poterat, ſed non erat ſummum, magnum, vel merum, *l. fin. §. 1. ff. de offic. ejus cui mand. eſt jurisd. l. 2. ff. de jurisd.*

Ex hoc ingreſſu, propius ad materiam hanc accedendo, videamus, quo ſenſu publica appellatio populum Romanum reſpiciat, & Municipia Romanorum, loco pri- 21.
vatorum habeantur. Nec dicit GAJUS *d. l. 16. in omnibus vel per omnia* jura publica tantum competere populo Romano, ſed in compluribus cauſis, id eſt, in multis; nam juxta GELL. *Lib. V. c. 21. Complu-* 22.
res, compluria, poſitivi eſt gradus, non comparativi; Sic TERENT. *in Hecyr.* Ubi illic dies eſt, complures accerſi jubet. Et *complureis* idem eſt, quod ſæpe PLAUT. *in* 23.
Perſa: Senſi ego jam *complureis.* Nec dicit, Civitates non alio quam privatorum jure uti, ſed illas privatorum loco haberi, id eſt, certa quadam conſideratione æſtimari atque cenſeri, ac ſi pri-

va-

vatæ essent, certa quadam comparatione instituta ad jura populi Romani, in excellentiori significatu sumta; Conjunctionem talem suadet causalis illa copula *enim*. Ac licet *l. 15. d. tit.* sola publica
24. ad populum Romanum referat, abusivam tantum publici significationem Civitatibus relinquendo; attamen immediate subsequens *lex 16.* quæ exempli causâ præcedentem Ulpiani locum declarat in eodem sensu, necessario eandem di-
25. ctionem sumere debet, ob consequentium & præcedentium naturam, Cravet. *Cons. 98. n. 8.* Decian. *Consil. 51. n. 5. vol.* 1. & prout verba sequentia clara & perspicua declarant præcedentia, Surd.
26. *Cons.* 129. *n.* 71. Ergo idem est, ac si dixisset, in aliquibus privatorum loco sunt, nam vox *aliquis, aliquod*, personam vel rem ex pluribus unam vel alteram indicat, Giurb. *de statu Messin. cap. 6. Gloss.* 4. *n.* 15. Jam si nulli Civitati, præter Romam, appellatio publici competeret, dictio illa in *compluribus causis* absurditatis & contradictionis notam non evitaret.

27. Quæ jam populus Romanus sibi reservaverat, jure Majestatis ac Imperii, in illis publico tanquam primario jure utique utebatur, & quidem per præeminentiam quandam præ cæteris Civitatibus, quia Roma caput urbium per jactantiam dici voluit, non quod cæteræ Civitates urbium nomine non venirent, sed quod Roma aliis 28.
fuit major & excellentior, quæ

- *tantum inter alias caput extulit urbes.*

Quantum lenta solent inter viburna cupressi,

juxta Virgil. *Eccl 1.* ut cujus appellatio non muris fuit circumsepta, sicut aliæ urbes, sed & ad ædificia continentia, suburbia & connexa, debebat extendi, *l. 2. in princ. ff. de V. S.* Pari modo certum qui- 29.
dem est, dari quoque jus Civile Atheniensium, plures esse Poëtas Græcos quam Homerum, plures Latinos, quam Virgilium, tamen nullo addito nomine ex affectata quadam arrogantia, intelligi necessario debet jus Romanum, Homerus & Virgilius, §. *sed jus 2 Inst. de Jur. N. G. & civ.* Roma autem si sola diceretur urbs, nulla hujus
cum cæteris urbibus posset fieri 30.
collatio; si sola diceretur Respublica, nullæ aliæ in urbe forent respublicæ, præter Romam, quod tamen nulli veterum Juris-Consultorum in mentem venit.

Publica jura Romanorum, quæ 31.
præ cæteris Civitatibus prærogativam, & insigne quid, ob summitatem populi istius habebant, in his utplurimum consistebant,

(1.) Quod publicani dicti, qui pu-
blica vectigalia conducta habent,
adeoque publico fruuntur, id est,
qui Fisco populi Romani vectigal
pendunt, vel quid ab eo condu-
cunt, *l. 1, §. 1. l. 12. §. 3. de pu-
blican. l. 16. d. tit. de V. S.* Civita-
tes saltem vectigalia quærebant si-
bi & suis curiis, ad angustiarum
32. suarum solatia, *l. 10. C. de vectigal.*
cui prærogativæ & hoc competit
consectarium, quod conductor ve-
ctigalium Fisci, sit excusatus â su-
beundis muneribus Municip. *l. 5. §.
10. de jure immunit.* Non autem
conductor vectigalium Civitatis
33. *l. 15. §. 10. de excus. tut.* (2.) Fi-
sci Romani speciale privilegium
est, quod scire non cogatur vitia
rerum â se venditarum, hinc pati
Ædilitium edictum non necesse ha-
bet, exercere tamen illud potest,
l. 1. §. 3. ff. de ædilit. edict. Zoes.
ibid. n. 7. si vero Civitas venditio-
nem fecerit, locus erit edicto, *ibid.*
34. (3.) Lege Julia peculatus te-
nebatur, qui publicam pecuniam,
id est, populi Romani in usu ali-
35. quo acceptam retinuerit, nec ero-
gaverit, *l. 4. §. 4. ff. ad L. Jul.
pecul.* sed ob pecuniam civitati
subtractam, actione furti non cri-
mine peculatus quis tenetur, *l. 81.
ff. de furt.* saltem postea ex Con-
stitutionibus Imperatoris Trajani
& Hadriani accusatio peculatus
producta quoque fuit ad pecunias
Civitatum, *d. l. 4. §. sed etsi 7. ff.
ad L. Jul. pecul.*

(4.) Abscens reipublicæ causa re- 36
stitui in integrum poterat, edi-
cto *ex quib. caus. majores l. 1. in
pr. l. 4. l. 5. ff. eo tit.* sed abesse rei-
publicæ causa intelligebatur, qui
ab urbe, puta Roma, profectus erat,
licet nondum provinciam excesse-
rit, *l. 32. ff. d. tit.* Qui autem 37
pro Civitate fungebatur legatione,
reipublicæ causa non intelligeba-
tur, *l. & si 26. §. ult. eod.* Inte-
rim tali per absentiam læso, ratio-
ne restitutionis succurrebatur, non
edicto hoc Prætoris, sed Constitu-
tionibus Principum Marci & Com-
modi, *l. legalis ff. ibid.*

(5.) Si Civitas pecuniam filio 38
familias crediderit, privatorum lo-
co erat, eique competebat Sena-
tus consulti Macedoniani benefi-
cium æque ac privato, *l. nihil in-
terest 15. ff. de Senatus cons. Mace-
don.*

(6.) Non ultra triennii metas 39
protrahi debebant lites, sive super
jure Civitatum, sive privatorum
fuerint illatæ, *l. properandum 13. §. 1.
C. de judic.* ubi simul jus Civita-
tum â jure privatorum non discre-
pat.

Ob has, & si quæ earum aliæ 40
in jure reperiuntur, prærogativas,
Roma obtinebat excellentem quan-
dam

dam publicorum denotationem, quæ abusive, & tanquam ex privilegiata quadam concessione, saltem tribuebatur reliquis Civitatibus. Sed videamus, ex quo fonte abusio illa descendat.

41. Si ab etymo *publicus* à *populo* dicitur, certum est, esse similitudinis rationem inter populum Romanum, & populum reliquarum Civitatum Romæ subjectarum, & quoad vocis proprietatem & significationem, nihil est in populo Romano, si majus & minus excipias, quod etiam non fuerit proprium cæteris populis Hetruriæ, Apuliæ, Campaniæ, Capuæ, &c. GOED. *ad tit. ff. de V.S.*
42. *d. l. 15. n. 7.* Sic & Canones dixerunt populum pro numero parochiarum certæ porochiæ, si ad decem usque homines congregati essent, C. *unio 10. quæst. 3. & c. 1.*
43. *ibiq.* GLOSS. *de elect.* Nam populus à Græco πολύς, (prima reduplicata, *multus*) definitur, quod sit cœtus multitudinis, juris consensu & utilitatis communione sociatus, CIC. *de Republ.* & AUGUSTIN. *de civit. Dei lib. XIX. cap. 21.* diciturque saltem à multitudine & frequentia
44. sua. Ex voce ea descendere volunt Germanicum **Volck**/*vulgus*, & popularis idem est, quod civis, ut apud TERENT. *in Adelph.* Obsecro Populares, ferte misero atque innocenti auxilium. Popularia sacra erant, quæ omnes cives faciebant, opposita privatis familiaritiis & gentilitiis sacris, FEST. aliquando pro subdito sumitur, LIV. 45.
I. bell. Maced. tentando nunc sociorum, nunc popularium animos; Quæ significationes utique & multitudini in Civitatibus conveniunt, præter Romam. Et hæc 46.
etymologia, quæ est resolutio vocis in proprium effectum rei, quæ demonstratur, si convenit subjecto simul & ei tribuit titulum, vigorem & effectum, maxime, si significatum definitioni non repugnat, EVERH. â MIDDELB. *loc. 4. n. 1.* 47.
& 2. estque Etymologia idem, quod veriloquium, quia etymologiando veram eloquimur rei originem, & si *Calepino* credendum, quod juxta CICERONEM sit notatio quædam, quia notam facit rem, de qua prædicatur, & sunt verba rerum notæ, *in Topicis ad Trebat.*
Populi nomen jam, quia generale 48.
est, & in genere de quovis cœtu accipitur, hinc consequitur, quod populus Civitatum Municipalium æque sit populus, ac populus ipsius Civitatis Romæ, quia majus & minus non tollit vel excludit speciem, maxime, cum in utroque sensu significatio illa populi proprie ac sine tropo accipiatur.

Si multitudo hominum juris con- 49.
sen-

ſenſu & concordi communione firmata, dedit nomen publicæ adpellationi, hinc jus publicum vel utilitas publica eſt, quæ ad illum ſtatum communem pertinet, de quo ſermo eſt. Qui ergo de ſtatu rei Romanæ agit, is Jus publicum intelligit in concreto, quatenus ſtatum illum concernit, unde & non inepte ULPIANUS, agens de Romanorum republica, in ſubjecta illa materia definit publicum, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat, *l.*
50. *1.* §. *hujus de J. & J.* Interim ſi de alterius Regni vel Civitatis multitudine agitur, publica illi appellatio, nihilo magis adimenda, quia nec tali deeſt quod nomen publicæ appellationi tribuit. THOLOSAN. *de Republ. Lib. I. cap. 1. n. 12. verſ. populus*,

51. Eſt ergo Synechdoche aliqua Juriſconſultorum, præcipue Italorum, ſi urbem κατ' ἐξοχὴν pro Roma, *populum* pro ſolo Romano, *publicum* pro Romani Populi proprio accipiunt, atque hoc modo iſtorum JCtorum peculiari more, abuſive aliarum civitatum bona & negotia vocantur publica, GODDÆUS *ad d. l. 15. J. de V. S. n.*
52. *fin.* Abuſiva illa publicorum ad reliquas civitates applicatio non alio ſenſu, quam Juris Romani veteris, ſumenda, quia ſicut ex pluribus hominibus cœtus ac populus conſtituitur, ita ex pluribus civitatibus & provinciis Romanis orbis efficitur Romanus, cui Populus pro peculiari ratione iſtius regiminis per ſe, vel eum, cui jus ſuum conceſſit *l. 1. de Mand. princip.* præſidet & imperat. At ubi 53.
imperium, ibi poteſtas, ubi poteſtas, ibi populi majeſtas, decus & publica appellatio. GODD. *cit. ad l. 16. n. 4. ff. d. V.S.* Cui conſentit ARGENTR. *ad conſuet. Britann. art. 266. cap. 23.* dum inquit: Et ſi 54.
Romani Imperii aſſeclæ Juris-Conſulti prolatione Reipublicæ & publici, Romam duntaxat Rempublicam & Romanum publicum intelligi volunt, nec niſi abuſive iſta ad alias civitates traduci, quod ajunt, *l. bona 15. d. V. S.* nota eſt priſcæ arrogantiæ, & antonomoſiæ, nec tamen non aliis quoque civitatibus & Imperiis ſuæ etiam reſpublicæ ſunt. Et vero lacerum jam illud imperium agnoſcere tenetur, multas eſſe alias atque adeo potentiores. Sed nec vigen- 55.
te quidem Imperio illi in poteſtate habuere, ut vocem natura & poteſtate indefinitam, & univerſalem, ad individuum ſuum contraherent, ſed promiſcuo in uſu fuit reipublicæ ſignificatio, quod frequentibus exemplis ex PLINII *Epiſtolis Lib. X.* oſtenditur, cum alibi de Ponticarum & Bithyni-

carum Civitatum rebus publicis
mentio fit, *Epiſt. 114.* & Byzanti-
norum, *Epiſt. 44.* & publicos de-
bitores, qui Apamæorum reipu-
blicæ deberent, vocat, pecuniam-
que publicam quæ deberetur. Ha-
ctenus ARGENTRÆUS. Prout ita-
que ULPIAN. *ſæpe cit. l. 15. ff. de*
56. *V. S. lib X. ad edictum* docuit, pu-
blicum quidem proprie, ratione
Imperii & Majeſtatis ſeu dignita-
tis & excellentiæ, ad ſolum popu-
lum Romanum referri, cum abu-
ſive ſaltem bona Civitatis publica
ſint, atque idem confirmavit GA-
JUS *in l. 16. eod. tit.* exemplo vecti-
galium & Publicanorum, ut pu-
blica appellatio in compluribus
cauſis populum Romanum reſpi-
ceret, Civitatibus reliquis loco
57. privatorum habitis; Hinc compi-
latores iſtius tituli ut propoſitam
ab Ulpiano *in l.* 15. quæſtionem
abſolvant, ei annectere voluerunt
reſponſum ejusdem *in l. 17.* ſequen-
ti, ubi ſuperiora reſtringendo ait:
*Inter publica hactenus non ſacra, (id
eſt, ut ibid.* GOLTH. *non tantum ſa-
cra) nec religioſa, nec quæ publicis
uſibus deſtinata ſunt, ſed ſi qua ſunt
Civitatum velut bona, ſed peculia ſer-
vorum Civitatum, procul dubio pu-*
58. *blica habentur.* Ita, ut harum trium
ſubſequentium legum connexio
ſit: Eſſe quidem publicum pro-
prie in compluribus cauſis illud,
quod populi Romani eſt, ob ſum-
mum ejus imperium, reliquas vero
Civitates populo Romano ſubje-
ctas, ejusque tanquam partem priva-
torum loco haberi, nec publicas
res proprie poſſidere, ſi quas ta-
men res Civitates & Municipales
habeant, ſuæ Civitatis vel Muni-
cipii jure communes, eas inter
publica cenſeri, ut iisdem gau-
deant privilegiis, cum his, quæ
populus Romanus inter ſua bona
publica refert.

Quæ jam quisque populus, ſive 59.
Romanus, ſive cujuslibet alius ci-
vitatis, & quælibet univerſitas ha-
bet & uſurpat, illa competunt vel
Jure *Sanctimoniæ*, vel *opportunitatis*
vel *defenſionis*, vel *patrimonii.* Jure
Sanctimoniæ competunt ſacra & re-
ligioſa, templa, ſacella, fana, &
quæ ejus generis ſunt. Jura *oppor-* 60.
tunitatis, fora, theatra, balnea,
ſtadia, curiæ &c. Jure *defenſionis*,
muri, portæ, & qua in civitaten-
ſium defenſione conſiſtunt. Jure 61.
tandem *patrimonii* reliqua bona,
civitatis veniunt, quæ ipſi ſunt uti-
litati, ut inde neceſſarii ſumptus
fiant, GODDÆ. *ad d. l. 17. n. 2. &
ſeq.*

Unde conſtat, non in omnibus 62.
civitates Jure privatorum cenſeri,
ſed quam plurimum ipſis conce-
dendum eſſe præ privatis, etiam
ipſo Jure Juſtinianeo Romano,

& nec obstante prærogativa ista,
cujus jam sæpius injecta est men-
63. tio. Exemplis ut hoc patefiat,
(1.) Nemo inficias ibit, civita-
tem licet Romanæ subditam, esse
quoque Rempublicam, quæ a ci-
vitate in genere non differt, nisi
ratione materiæ, in quam respu-
blica, tanquam forma, inducitur,
quo sensu Isocrates vocat rempu-
blicam, Civitatis animam, PEREZ.
ad tit. C. de jur. reipubl n. 1. quia
64. juxta CICERONEM *lib. II. de LL.*
Respublica nomen universæ Civi-
tatis est. Et definiente ARISTOT.
lib. III. cap. 4. Respublica est or-
dinatio Civitatis & circa magistra-
tus alios, & maximè circa id,
quod summam in Civitate habeat
auctoritatem. Licet hæ defini-
tiones Civitatem in latiori signifi-
catu designent, strictiorem tamen
non respuunt. Si jam definitio
competit civitatibus cæteris præter
Romam, quid ni & definitum?
65. (2.) Eam ob rationem sæpe in
legibus mentio reipublicæ fit, quæ
pro ratione subjectæ materiæ non
Romam duntaxat, sed quamvis
aliam complectitur, ut patet ex *tit.*
C. *de jur. reipubl.* ubi ex professo
agitur de juribus aliarum civita-
tum, cum jam de privilegiis utri-
usque Romæ tractatum esset, CU-
JAC. *ibid. ad l. 3.* diserte arguit in-
terpretes hæsitationis, cum per
rempublicam quælibet civitas in-
telligatur. Imo id nomen civitati- 66.
bus, quas jam Provinciales voca-
mus, quasi proprium fuit, ut fre-
quentius ad civitatem designandam,
reipublicæ, quam civitatis nomine
leges utantur, *l. 3. §. plane l. 5.
§. 4. ff. quod vi aut clam l. 36. in
fin. ad Municip. l. 1. C. de vend. reb.* 67.
civit. (3.) In eo sensu vectigal
conductum dicitur â republica
cujusdam Municipii, *l. sed & hi*
13. §. 1. *ff. de publican.* pariter *in
l. fin. C. de vectigal.* vocantur cæ-
tera vectigalia reipublicæ civita-
tum; atque debitores reipublicæ
vectigalia conducere prohiben-
tur, *l. locatio 9. §. 3. de publican.*
(4.) *In l. 1. §. 4. ff. de ædilit. edict.* 68.
traditur, quod si *respublica aliqua*
faciat venditionem, locum habere
hoc edictum, ubi si Romana sola
esset respublica & unica, alia non
possit dici aliqua. (5.) In supra 69.
cit. l. nihil interest 15. *ff. de SCto
Maced.* expresse civitas opponitur
privato, quæ omnis, si absolute
privatorum loco esset, præter Ro-
mam, differentia illic data, nun-
quam aliter nisi cum absurdo sub-
sisteret. (6.) Privatis ex nudo pa- 70.
cto non competebant usuræ, sed
jura civilia id præcipui loco tri-
buere civitati, quo earum condi-
tio â privatis discrepavit, *l. etiam
30. ff. de usur.* (7.) Qui pecuniam 71.
cre-

credidit adminiſtratori rerum ci-
vitatis, neceſſe habet probare,
eam verſam eſſe in rem civitatis,
ſi cum ea utiliter experiri velit.
l. civitas 27. ff. d. R. C. quod ta-
men in privatis ſecus eſt, *l. ult. pr.*
72. *ff. de exercit. act.* (8.) Ex nuda
pollicitatione civitati acquiritur
obligatio & actio, *l. 1. ff. de polli-
cit.* quæ privatis ê contrario ex
nudo pacto non paratur, *l. 7. §.*
73. *quinimo 5. ff. de pact.* (9.) De pe-
cunia, donationis cauſâ civitati, ſti-
pulatione vel nuda pollicitatione
promiſſa, debentur uſuræ ex mora,
etiam absque interpellatione, *d. l. 1.
ff. de pollicit. l. 4. C. ex quib. cauſ. maj.
l. 3. C. in quib. cauſ. in int. reſt. non
eſt neceſ.* Diverſum eſt iterum in-
ter privatos, qui ſi donationis cau-
ſa quid promiſerint, de mora ſo-
74 lutionis uſuras non præſtant, *l.
eum. qui. 22. ff. de donat.* (10.) Bo-
na civitatum æque ab uſucapione
exempta ſunt, quam bona popu-
li Romani *l. uſucapionem 9. ff. de*
75. *uſucap.* (11.) Legata populo Ro-
mano relicta non minore quam
centum annorum ſpatio amittun-
tur, idem & Municipiis tributum,
*l. ut inter 23. princ. in verb. nec
non juri civitatum C. d. SS. Ec-*
76. *cleſ.* (12.) Cum diverſæ, & quæ-
dam liberioris fuerint Municipia
conditionis, ut vidimus *ſupr. cap.
3. n. 18. & ſeq.* ſane monſtri ſimil-
limum quid fuiſſe neceſſum eſt, ſi
civitates illæ liberiorem auram ſpi-
rantes, & in quas populus Roma-
nus, ſi ſupremaṭum & jurisdictio-
nem eximas, nihil quicquam ju-
ris exercebat, omni publico dem-
pto, ſimul jure civitatum fuiſſent
orbatæ. (13.) Etiam ab ipſa Ro- 77.
ma aliis urbibus tributum fuiſſe
jus civitatum, quod publicum di-
citur, evincit locus CICERON. *in
Orat. pro Sextio, v. quis enim ve-
ſtrum, &c.* in verbis: Tum res
communem utilitatem continen-
teis, quas publicas appellamus,
tum conventicula hominum, quæ
poſtea civitates nominata ſunt, &c.
Idem timet, ne Duumviri in Mu-
nicipiis auctoritate ſua in functio-
nibus publicis abutantur, id eſt,
ne Conſulis nomen aſſumant, dum
de L. Agrar. contra Rullium in-
quit: Nonne arbitramini, paucis
annis fuiſſe Conſulum nomen ade-
pturos?

Hactenus dicta ſtatum Munici- 78.
piorum, Romanæ ditioni ſub-
jectorum reſpiciunt, cujus ſtatus
eminentiæ intuitu, in multis vel
compluribus, civitates illæ, infe-
rioris notæ, privatorum loco erant.
Jam ad Municipia noſtra trans-
eundum, ut diſpiciatur, an & il-
la eodem plane ſenſu pro privatis
habenda, & an æque vilia adhuc
ſint, ſicut olim ſub Romanis fue-

79. runt. Multi ſane Juris-Conſulti juris Romani auctoritate usque adeo faſcinati ſunt, ut præſentem Civitatum ſtatum ex veteri jure metiri, id eſt, ex ſupina & inexcuſabili facti atque juris ignorantia, graviſſime hallucinari potius, quam ad veritatem oculos aperire velint, ut ait KLOCK, *de con-*
80. *trib. cap. 5. n. 84.* Cum potius in conſpectu totius orbis ad viſum oculi pateſcat, aliam hodie totius Politiæ Germanicæ & Civitatum etiam Municipalium ſtatum eſſe, quam ſub jure Romano fuerit; *Vid. infr. lib. II. cap. 31. in princip.*
81. Ridiculus ſane foret, qui præſentem reipublicæ faciem, ex contrito illo & plane abolito jure Romanorum publico, vel ex Bartolo & Baldo, oſtendere ac inde arguere vellet. Et â priſcis Municipiis Romanenſium ad modernas Civitates Provinciales, non minus imperite quis argumentatur, quam *Cervino capiti, cervicem pictor equinam*
Jungere ſi velit. - - - -
82. Multum enim intereſt inter id, quod olim fuit & quod nunc eſt, *l. qui res 98. §. arcam 8. ff. de ſolut.* HERING. *de fidejuſſ. cap. 11. n. 65.* Quam erronee & contra jus hodie dicatur, civitates noſtras Municipales publicas res non poſſidere, diſcant iſti civitatum oſores, ait MEV. *ad jus Lubec. part. 2, tit. 3. n. 11.* ut quæ jam iisdem gaudent 83
privilegiis, quibus olim populus Romanus, Majeſtate & ſuprema dignitate excepta. Olim Municipia vetera omni caruere imperio & jurisdictione, *l. 1. ff. ſi quis jus dicent. non obtemp. d. l. 26. ff. ad Munic.* Hodie pleræque, ratione iſtius juris, ſunt privilegiatæ vel Superiorum conceſſione, vel longævo uſu, atque adeo, quia mero & mixto imperio gaudent cum jurisdictione, hinc merito publica earum habetur cauſa.

Ex abjecto illo & ſervili ſtatu 84
ſane evecta jam ſunt Municipia abuſive hodie ita dicta, ſalva per omnia Superioris poteſtate, â qua civitates exornantur, conſequendo, quicquid imperii & jurisdictionis ipſis ineſt, atque hoc pacto publicorum capaces fiunt.

Privilegio autem conſecutæ di- 85
cuntur, non modo quod expreſſo diplomate Superior concedit, ſed etiam quod ejus patientia diuturno uſu tacite confertur, MEV. *reſp. 10. ſubjecto tract. ad jus Lubec. v. circa ſecundam dubitandi rationem,* & ſi non præſcribitur contra invitum, ſaltem obtinetur â volente & non contradicente Principe.

Neque obſtat civitatibus iſtis, 86
quod jura publica & regalia non poſ-

possident, nam horum intuitu & quatenus istorum capaces non sunt, juraque illa à Principe reservata exercentur, adeoque respectu ipsius Superioris de publico non participant, sed privatorum loco sunt.

87. Sic itaque stat materiæ hujus quoad moderna jura conclusio, quod civitatum, conditio adhuc privata sit, si subjectionem & obedientiam Superiori debitam respicias; Ratione vero jurisdictionis & privilegiorum, quibus gaudent, pro publicis reputantur personis, & publico jure fruuntur, quod facile largietur, qui ultra antiquas leges & Scholasticam scientiam mediocriter sapit. MEV. *ad Jus Lubec. quæst. prælim. 8. n. 20.*

Ad quod non ineleganter facit, quod docet HUGO GROT. Sicut in dialecticis species intermedia, si genus respicias, est species, si speciem infra positam, est genus; Ita Magistratus inferiorum quidem ratione habita, sunt publicæ personæ; at Superiores si considerentur, privatæ sunt, *de jure bell. & pac. lib. I. cap. 4. n.* 16. vel ut CASAUB. *in not. ad Flav. Vopisc.* tradit: Respectu Principis omnes sunt privati, etiam summis Magistratibus præditi, respectu vero eorum, qui dignitate carent, Magistratus non sunt privati. 88. 89.

Caput VII.

DE MUNICIPIORUM SUBURBIIS, EORUMQUE JURE.

SUMMARIA.

1. *Civitas sumta materialiter.*
2. *Suburbium appendix civitatis.*
3. *Civitas formaliter accepta.*
4. *Ad civitatem formaliter talem & referenda sunt suburbia.*
5. *Quatenus Municipiis minoribus proprie dicta non adscribantur suburbia?*
6. *Ex multitudine habitantium fiunt suburbia, ex suburbiis novæ urbes.*
7. *Suburbicarii minorum Municipiorum, qui sint?*
8. *Gallorum Fauxbourg, falsum burgum,* Pfahl-Bürger.

9. *Pahlburgenses olim odio habiti.*
10. *Sordidi opificiarii*, unflätige Handwercker.
11. *Cerdones, unde dicti?*
12. *Alia causa, ut quidam extra Municipium habitent.*
13. 14. *Suburbani civium jure utuntur.*
15. *In statutis nomine urbis & suburbia intelliguntur.*
16. *Rustici rusticani* Bauren / *Suburbani* Vor-Städter.
17. *Cives in civitate degentes, quoad statum dignitatis, quatenus præferantur.*
18. *Quandoque suburbani comparantur incolis* Häuselern / Gädemeren / *appellanturq; villani & districtuales.*
19. *Ratione legum vestiariarum distinguendi sunt Suburbani â civibus, de jure Saxonico.*
20. *Suburbani, quando pareant præfecturæ Provinciali.*
21. *Suburbia in dubio jure civico utuntur.*
22. *Exemplo Parochianorum.*
23. *Suburbicariorum generica & stricta appellatio & discrepantia.*
24. *Henricus Auceps Imperator in suburbiis civitatis Martisburg. singulares homines collocavit.*
25. 26. *Quid desuper jure civili dispositum?*
27. *Id hodie non obtinet.*
28. *Quando civium intra & extra muros habitantium sit æquiparatio?*
29. *Senatorii Ordines raro ex suburbiis sumuntur.*
30. *Quænam privilegia dempta habitantibus extra mœnia?*
31. *Fahlburgenses præ cæteris gaudent commodo cauponario.*
32. *Contra Fahlburgenses facile exsurgit querimonia defraudatæ accisæ.*
33. *Cives intra mœnia plus sentiunt incommodi & oneris, quam suburbani.*
34. *Plebecula est insolentior civibus honestioribus.*
35. *Pro compendio mercimoniorum aliquid præstandum.*
36. *Suburbio ab hostibus diruto, an ex communi sit reparatio damni facienda.*
37. *Damnum quod pro omnibus datum, ab omnibus reparandum.*
38. *Quando reparatio istius cesset?*
39. *Monitum pro reparatione talis damni.*
40. 41. *Relegatus ex urbe in suburbiis non deget.*

42. *Sub-*

42. *Suburbani æque excubias agent ad portas civitatis tempore necessitatis, ac cæteri cives.*
43. *Receptaculum suburbanorum tempore belli est civitas.*
44. *Tempore necessitatis forenses & extranei in Municipiis non solent esse immunes.*
45. *Quatenus legato grano, quod est in civitate, etiam comprehendatur, quod in suburbio habetur.*
46. *Equo atro legato etiam candidus venit, si alius non existat.*
47. *Res legata censetur esse in eo loco, ad quem est designata.*
48. *In favorabilibus civitatis nomine & suburbia veniunt.*
49. *Quando in suburbio natus habendus pro extraneo?*
50. *Ex regimine civitatis dignoscitur, quatenus suburbarii ad cives spectent.*
51. *Aucto vicaneorum numero Magistratus Municipii ex rusticis facere potest cives.*
52. *Concessio hæc non referenda ad Regale dandæ civitatis.*
53. *Minor pars unita majori censetur ejus appendix.*
54. *In Academiis quibusdam cur habitatio extra portas Studiosis interdicta?*
55. *Decreti istius Academici restrictio & limitatio.*

1. Vocem Civitatis dupliciter sumi, non ambigitur, puta, vel *materialiter*, ratione situationis & ædificiorum, ita, ut per eam comprehendatur spatium illud pomeriis inclusum murisque cinctum, ac ut muri sint termini civitatis, iisdemque ipsa finiatur, *l. ut Alfenus 87. l. Collegarum* 173. *§. 1. ff. de V. S.* atque sic subur-
2. bium est saltem appendix civitatis, quia non in urbe muris terminata, sed ante urbem situm est, *l. 2. pr. ff. de V. S.* Sed si civitas sumitur *formaliter*, quatenus includit jus civitatis, quod cives habent, hoc sensu incolæ in suburbiis, in civitate quoque commorari censentur, eademque cum civibus onera sustinere debent; Unde simul iisdem privilegiis, beneficiis, ac juribus gaudent, GOEDD. *ad l. 2. ff. de V. S.* COLER. *de Process. execut. p. 1. cap. 3. n.* 171. ALBERT. â ROSATE *de Statut. Lib. II. quæst.* 177. *n.* 15. KNIPSCH. *de jure Civ. Imp. lib. I. c.* 1. *n.* 81. PHILIPPI *usu* 3.

usu Pract. Inst. lib. I. tit. 2. eclog. 3.
4. *n. 1. & seqq.* adeoque extensio hæc fit ex causa rationabili & sufficiente, quæ magis quam verba ponderanda, EVERHARD. *consil. 9. n. 15.* CARPZ. *decis. 2. n. 2. 18. & 21.* ubi tale annectit responsum: **Dieweil aber dennoch die Vor-Städter, mit der Stadt ein** Corpus **machen/ aller** Privilegien **und Gerechtigkeiten mit den anderen Bürgeren geniessen / auch unter dem Namen der Stadt mit begriffen /** &c.

Civitates quidem Municipales minores & oppida suburbiis ordi-
5. narie destituuntur, si suburbia in sensu nobiliori **Vor-Städte** veniunt, illa enim condi solent propter nimis repletam multitudinem in urbe, ubi adventantes prope urbis mœnia sedem figunt, securitatis gratia, FRITSH. *de jur. suburb. cap. 2. n. 2.* Hinc vide-
6. mus in celebrioribus urbibus, ex multitudine advenarum catervatim extra mœnia habitantium, tandem fieri civitatem peculiarem, suisque propriis juribus gaudentem, ubi quandoque suburbium nomen suum amittit, novæque urbis nomen sortitur, eoque est, quod ex suburbii incolis oriantur **Neu-Städter** / vel habitatores illos jure suburcariorum, **Vor-Städter** / comprehendi. Quoniam tamen hoc nomine veniunt, non solum uno contiguo tractu separatisque plateis extra muros habitantes, sed & qui sparsim extra horum ambitum sunt exclusi, qui & nihilo minus huc referuntur, ob rationis paritatem, talesque dicuntur: **welche ausser der Stadt Ring-Mauren wohnen**; Unde extra institutum materiæ Municipalis non erit, si hoc capite desuper paucis dispiciatur.

Galli suburbium *fauxbourg* vocant, quasi falsum burgum; Inde **Pfahl-Bürger / so ausser der Stadt wohnen /** quasi falsi Burgenses, vel cives prohibiti, & qui primitus in urbibus non tolerabantur, quales erant servi & liberti. Forsan etiam â **Vor-Burg** corrupte descendit *fauxbourg*, vel juxta antiquiorem orthographiam, *faulxbourg*. Phalburgenses odio habitos olim fuisse patet ex Constitutione Rudolphi II. de anno 1287. in verbis: **wir setzen und gebieten / daß man die Pfahl-Bürger allenthalben lasse / wir wollen in unseren Städten ihr keinen haben.** SCHILTER. *ad ff. Exercit. 3. §. 8.*

Convenit quandoque Municipiis, ut sordidi opificiarii extra mœnia habitatum mittantur, quales sunt cerdones, **die unflätige Handwercker** (nomen illud de-

deſcendit â Cerdone hæretico, â
quo Cerdoniani, qui Chriſtum
nec natum â fœmina, nec habuiſ-
ſe carnem dicebant. Unde poſtea
nomen hoc odioſum & turpe in
iſtiusmodi opifices derivatum)
item tinctores, qui, effuſo liquore,
quo tincturæ maceratæ ſunt, ſa-
lubriorem aquam & quæ publico
uſui deſtinata eſt, depravant.
Commode quoque illic habitant,
12. qui magno cum ſtrepitu artes me-
chanicas exercent. Pro evitando
quoque incendii periculo, horrea
frumentaria extra urbis pomœria
habentur, FRITSCH *de meſſe c.* 41.
n. 1. ut & alibi illic officinæ fa-
brorum ferrariorum ſitæ ſunt.

Sunt quidem ſuburbarii non
13. minus cives, quam incolæ, intra
muros habitantes, *l. pupillus 239.
§. 2. ff. de V. S. cap. ſtatutum de
reſcr. in 6.* MEV. *p. 3. deciſ. 165. n. 3.*
14. ubi recenſet: Suborta lite, ratione
communionis bonorum inter con-
juges, quendam fuiſſe, non civem
aut incolam civitatis, ſed molito-
rem, qui extra mœnia in prædio
ſuburbano molitoriam artem ex-
ercuerat; Atque decidit: Ejusmodi
habitatores eſſe participes jurium
civitatis, qui, licet civium nomine
proprie non veniant, ſunt tamen
civitatis ſubditi, & ſub illa, ut ci-
vitate, continentur, *d. l. pupillus
239. §. 2. de V. S.* ubi ita: *Nec
tantum hi, qui in oppido morantur,
incolæ ſunt, ſed etiam, qui alicujus
oppidi finibus ita agrum habent, ut
in eum ſe, quaſi in aliquam ſedem, re-
cipiant*; Unde profluit: Quod in
ſtatutis & transactionibus ſub no- 15.
mine urbis vel civitatis compre-
hendantur quoque ſuburbia. Nec
obſtat *l.* 1. *C. ne ruſticani ad ull.* 16.
obſequ. lib. XI. ubi ruſticani appel-
lantur, qui ruri, extra muros, ha-
bitant; quippe hoc intelligendum
de illis, qui longe â civitate vel
oppido in villa commorantur;
Suburbiorum incolæ itaque non
ſunt ruſtici, Bauren / ſed Subur-
bani, Vor-Städter.

Sed licet ſuburbiorum incolæ 17.
juribus civicis non privandi, inte-
rim tamen, quoad ſtatum dignita-
tis & conditionis, cum civibus intra
urbis mœnia degentibus diſpares
eſſe ſolent, maxime iis in locis,
ubi viles tenuiorisque conditionis
homines, quales ſunt ſordidi opi-
fices, & mercenarii operatores,
hortulani, agricolæ, vinitores, &c.
ſuburbia incolunt, atque adeo 18.
cum incolis Häußlern / Haußge-
noſſen / nobis Gädemeren / com-
parantur, de quibus plenius *vid.
lib. III. cap.* 30. Vocantur tales, &
â quibusdam villani, ſive diſtri-
ctuales, qui in vicis, civitati ſubje-
ctis, habitant.

Hac ratione in Electoratu Sa- 19.

19. xoniæ ordinatio vestiaria, die Klei-
der-Ordnung de Anno 1682. ha-
bito inter cives & suburbicarios
discrimine ita cavit: Vor-Städ-
ter / so eigene Häuser haben / auch
die Pfalbürger / so ausser der
Stadt wohnen / &c. Diesen sol
nichts / als gemein Land-Tuch und
Leder / Parchet / Zwillich und der-
gleichen / zu tragen nachgelassen
seyn / Fritsch. *de jur. & stat.
suburb. c. 4.* §. 1.

20. Si jam Magistratus Municipalis
jurisdictio expresse mœnibus sal-
tem inclusa & circumscripta est;
Wann das Stadt-Gericht nur
bis an die Pforten und nicht aus-
ser der Ring-Maur gehet; Ex-
inde sequitur, suburbia parere
præfecturæ Provinciali, daß sie
Amt-sässig sind / vel, ut nos dici-
mus, daß sie mit unter das Amt
21. gehören. In dubio autem jure
civico suburbia utuntur, & cum
civitate unum corpus constituunt,
gaudentque des gemeinen Bür-
ger-Rechts / quia sunt pars civi-
tatis, licet non urbis, urbano ta-
men jure judicantur, Mev. *cit. de-*
22. *cis. 165. n. 4. part. 3.* pari mo-
do, ut Parochiani Ecclesiarum ci-
vitatis, die in eine Stadt verpfar-
ret/vel, die zu der Stadt Kirchspel
gehören / licet longe extra muros
extendatur Parochia, civitatensium
tamen appellatione veniunt, Be-
sold. *de jur. univers. cap.* 1. *n.* 8.
Ex dictis jam liquet, quod sub- 23.
urbarii, in genere loquendo, refe-
rantur quoque ad cives, in strictio-
ri autem sensu quoad privilegia,
jura & beneficia civica, qua talia,
illorum ratio discrepat â veris ci-
vibus, ut qui non saltem in tute-
lam & civitatem recepti sunt, si-
cut & de incolis Gademeren/
Einliegeren und Einwohneren/
dici potest, sed qui pro veris ci-
vibus habentur, welche das Bür-
ger- und Nachbahr-Recht haben. 24.
Sic Henricus Auceps, Imperator,
in suburbiis civitatis Martisbur-
gensis considere fecit homines
robore magis insignes, quam vir-
tute & bona fama, quos Hasiga-
nos vocarunt, Spangenberg.
Chron. Querfurd. Lib. II. cap. 3.
nec quicquam in contrarium fa- 25.
ciunt, & omnimodam compara-
tionem inter utrosque stabiliunt
leges, *supra alleg. l. Pupillus 239.*
§. 2. *ff. de V. S.* quo & facere vi-
detur *l. Roma 33. ff. ad Municip.*
Sicut Romæ dicitur fieri, non 26.
tantum, quod intra muros, sed
etiam, quod extra muros fit, in-
tra continentia; Nam hoc su-
mendum est non simpliciter, sed
secundum quid, cum ex veteri ju-
re Status Romani, ad mores Ger-
maniæ nostræ modernos, non
procedat argumentatio, ut *superio-*
ri

ri cap. n. 79. vidimus. Certum
27. quippe est, urbium, oppidorum & Municipiorum Germaniæ longe diversam esse conditionem, ab illa veteri Romana, unde immane quantum claudicat comparatio illa, SCHILT. *Exerc. 3. ad ff. §. 8.*

28. Tunc autem omnimoda est æquiparatio civium in civitate & suburbicariorum extra muros degentium, ac par est utrorumque, quoad privilegia & beneficia civica, conditio, quando uni eidemque Magistratus urbani jurisdictioni subsunt, communia onera cum civibus sustinent, idemque corpus cum urbe constituunt; Hinc raro videmus, Consules, Se-
29. natores, Ædiles, Decuriones & istiusmodi Ordinis honoratos æque ex suburbiis ac ex oppido creari, FRITSH. *de jur. suburb. cap. 6. §. 3. n. 8. 9.*

Videmus etiam, plerisque in
30. Municipiis extra muros degentes, **welche ausser der Stadt wohnen/** à jure braxandi Oenopolii, **des Weinschrancks**/aliisque mercimoniis, **Bürger-Handthierung/** exclusos esse, idque non sine ratio-
31. ne; (1.) Quia ejusmodi Falburgenses utplurimum ratione rei cauponariæ præ cæteris civibus commodius degunt, iisque lucrum, quod cæteroquin acquirerent, demunt, **sie schneiden den Bürgern die Nahrung ab**/querela civibus maxime exosa. (2.) Con- 32.
tra illos exsurgit non temnenda querimonia in puncto defraudatæ accisæ & gabellæ, tam ratione mercium intrantium, quam exeuntium; Quis enim importuno quoque & nocturno tempore adventantes ad amussim examinare poterit? Cum quisque, qui Municipiis regundis præest, noverit, quam faciles in hoc defraudationis genere sint tam cives quam exteri. (3.) Cives intra mœnia 33.
plus sentiunt incommodi & oneris, quam cæteri extra mœnia, præcipue ratione hospitationis transitoriæ, **bey Durch**-Marchen vel etiam in puncto oneris præsidiarii, plerumque Falburgenses sunt exempti, nec enim facile cohortes adeo solent separari, ob metum desertionis & insolentiæ militaris; Cui accedit (4.) Quoniam, ut jam dictum, vilioris 34.
sortis incolæ foris degere solent, hinc plebecula talis solet quoque esse insolentior, nec tam rigida inspectio eos cohibere potis est, quam cæteros medio in cætu & in tot civium conspectu viventes; Unde vel mercimonia ipsa aliquo 35.
modo restringenda, vel pro eis certæ pensitationes pro compensatione compendiorum exsolvendæ sunt, atque in quamplurimis Mu-

nicipiis praxi iſta ſervari non incompertum habeo.

36. Quoniam ſuburbia tempore belli magis expoſita periculo ſunt, quam ipſa civitas, hinc quæritur: Si forte ſuburbium inter hoſtiles tumultus fuerit dirutum, an reparatio damni ex communi fieri debeat? Sic utique videtur, ſi intuitu civitatis devaſtatio talis acciderit, & illa incolumis evaſerit, tunc ſane æquiſſimum eſt, ut

37. omnium contributione reſarciatur, quod pro omnibus datum eſt, *l.* 1. *pr. ff. ad L. Rhod. de jact.* atque ut commune detrimentum fiat eorum, qui propter amiſſas res aliorum conſecuti ſunt, ut ſuas ſal-

38. vas habeant, *l. 2. eod. tit.* Si autem ob multitudinem eorum, qui hoc fato ſua amiſerunt, damnum à civibus reparari nequeat, hîc quisque ferat, quod mutari non poteſt, HORN. *de Civitat. Cap. 4.* §. *20.* Ergo Principis gratia im-

39. ploranda, ut vel damnum paſſis quid de tributo remittatur, vel materia, pro exſtruendis novis ædibus, donetur, FRITSH. *d. tract. Cap. 8.* §. *4. n. 20.*

40. Quærit *cit. auct. cap. ult. ibid.* An, qui relegatus eſt urbe, in ſuburbiis & continentibus ædificiis adhuc morari poſſit? Et hoc non procedet, ſi ædificia iſta Magiſtratui oppidano adhuc ſubſint, & unum corpus cum civitate conſtituant, *cap.* 17. *de ſent. excommun. in 6.* Idem eſt in Studioſo, 41.
qui relegatur ex urbe, ubi fundata eſt Academia, etiam ex ſuburbio civitatis relegatus cenſetur, ſi jurisdictio Academica in illo ſe extendat, licet in diplomate relegationis urbis mentio fiat.

Suburbani tempore neceſſitatis 42.
æque obligati ſunt, ad portas civitatis excubias agere, ac ipſi cives, niſi ſuburbia, peculiaribus & propriis vigiliis quoque ſeparatim ſunt cuſtodienda; Nam quia, tempore belli, ſuburbicarii hoc 43.
commodo fruuntur, ut ſecuritatem in civitate quærere, in eamque cum familia & bonis ſuis ſe recipere poſſint, non iniquum eſt, ut & partem oneris & incommodi inde percipiant, *l. ſecundum* 10. 44.
ff. de R. J. Nec quicquam hic operabitur exceptio opponentium, ſe forte Magiſtratus urbani jurisdictioni non ſubeſſe, nec cum civibus æquali civitatis jure frui, quia nec forenſes & extranei tempore neceſſitatis ab ejusmodi oneribus præſtandis ſunt immunes, FRITSCH. *d. tract. de jur. ſuburb. cap.* 9. §. *2. Vid. lib. III. cap. 22. n. 36.*

Quæritur: Si teſtator leget granum, quod habet in civitate, an 45.
etiam videatur legatum illud, quod habet in ſuburbiis? Diſtinguit & re-

reſtringit quæſtionem hanc CARDINAL. MANTIC. *de conject. ultim. volunt. Lib. IX. tit. 3. n.* 15. hoc modo: ut conſideretur primo, ſi teſtator non habeat in civitate bladum, ſive frumentum, tunc cenſeatur illud legaſſe, quod ſitum eſt in ſuburbiis, ne legatum reddatur eluſorium, *arg. l. fundus 24. ff. de instruct. vel instr. leg. l. Titia 38. §. Semproniæ* 1. *ff. de aur. & arg. l. 4. ff. de Leg.* 3. Idem eſt, ſi teſtator
46. leget, equum ſuum atrum & unicum ſaltem habeat, qui eſt candidus, is tamen intelligitur legatus; ALEXANDER *in l. 2. n.* 1. *ff. de lib. & poſthum. & l. 4. in fin. pr. de leg.* 1. Secundo, ſi frumentum teſtatoris
47. ſolet eſſe in ſuburbio cuſtodiæ cauſa, qui & illud ad civitatem deferre ſolet, tunc illud etiam legatum cenſetur, quia eo loco videtur eſſe, ad quem fuit deſtinatum, & in quo eſſe conſuevit, *l. 3. & 4. &*
48. *l. ſi uxor ff. de aur. & arg. leg.* De cætero legatum tale quoque cedit, quia in favorabilibus civitatis nomine etiam ſuburbium intelligitur, *d. l. 2. pr. ff. de V. S. l. in teſtamentis* 12. *ff. de R. J. C. cum dilecti de donat.* Interim tamen ex uſu teſtatoris, aliisque conjecturis, deſumendum, quid apertius ſenſerit. MANTIC. *cit. loc. n.* 16. *in fin.*

49. Quæritur: Si ſtatuto civitatis cautum, ut forenſis, **ein Frembder / Auswärtiger** / in civem recipiendus, duplo plus præſtet, quam ex cive natus, an is, qui in ſuburbio natus, & quidem tali, quod communi civitatenſium jure non gaudet, etiam pro extraneo habendus? Sic utique ſentiendum videtur, nimirum, ſi ſuburbani ſint ſub alterius imperio, adeoque ſimilis juris cum civibus non poſſunt cenſeri participes, FRITSCH. *de jur. ſuburb. d. cap. ult. n.* 10.

Plures quæſtiones ad ſuburbio- 50.
rum materiam relatæ, ex eo deciſionem conſequuntur, quatenus pars civitatis ſunt, eidemque regimini civitatico ſubjacent.

Si forte numerus vicaneorum 51.
extra mœnia in Municipii vicinia habitantium excreverit, ut conſtituatur conſilium, de recipiendis hisce ſuburbanis in numerum civium, Magiſtratus Municipalis ex ruſticis illis facere cives poteſt, etiam
ſine ſpeciali indultu Principis; Quia 52.
hæc conceſſio non eſt jus dandæ civitatis, ad reſervata Principis relatum, ſed ſaltem acceſſio quædam, quæ principale ſequitur, & efficit vi unionis, ut res ejus ſit naturæ, cujus eſt id, quod unitur; *cap. 1. Ne ſede vacant in 6. C. recolentes x. de ſtat. Monachor.* Sic
ſemper magis dignum ad ſe trahit, 53.
quod minus eſt, & minor pars

unita majori, censetur facta appendix, *l. limitibus C. de agric. & cens.* Unio enim accessorie facta operatur suppressionem tituli & nominis uniti, FRITSCH. *Diatrib. de unione & incorporat. memb. 5.*

55. Notandum adhuc ad materiam hanc, in quibusdam Academiis habitationem in suburbiis ante portas Studiosis interdictam esse, ex hac forte ratione, ne detur ansa delictis, & inde facilior fuga, ne & â collegiis & exercitiis liberalibus abstrahantur, longius remoti, eorumque facilior sit copia, prout exstat decretum visitat. de anno 1660. §. 53. ratione Academiæ Jenensis, das Wohnen vor den Thoren ist denen Studiosis verboten. Quod saltem restrictum & limitatum est quoad informatores filiorum, quos suburbani ex numero Studiosorum sumere poterunt. 56. WILDVOG. *Dissert. de jur. portar. cap. 2. n. 97.*

Caput VIII.

DE SUBJECTIONE MUNICIPALIUM.

SUMMARIA.

1. 11. *Quo sensu Municipia liberis Imperii Civitatibus opponantur?*
2. *Civitates Imperii subsunt Imperatori, eique homagium præstant.*
3. *Immediata illa subjectio universitatem civitatum Imp. non singulos cives respicit.*
4. *Cives Civitatum Imp. æque sunt subjecti Magistratui suo ac Municipes Principi.*
5. *Cives illi non tantum vocantur* Bürger / *sed &* Unterthanen.
6. *Non sunt cives istarum Civitatum* Frey-Bürger / *sed ipsæ Civitates sunt* Freye Reichs-Städte.
7. *Libertatis appellatio in sensu sublimiori politico.*
8. *Appellatio ea in sensu, quo quis non in omnibus, sed in quibusdam, paret.*
9. *Liberi quinam dicantur in Imp. Rom. Germanico?*
10. *Civitates Imp. quo sensu dicantur liberæ.*
12. *Subjectio Municipalium importat* unterthänig / gehorsam / getreu / hold / und gewärtig.

13.

13. Unterthan / Unterthänig / *quid denotet?*
14. *Voces illæ non ſemper ſubjectionem arguunt.*
15. Gehorſam / *quid indicet?*
16. *Qualem ſe dicat Vaſallus ſuo Domino.*
17. *Vox illa*, gehorſam / unterthänig / *hodie eſt plerumque mera civilitatis.*
18. Gewärtig und hold / *quam ſignificationem involvat?*
19. *Vocabula illa ſimul ſumpta, quid inferant?*
20. *Appellatio Principis*, meinem gnädigſten Herrn / *non probat Dominium ſuperioritatis.*
21. *Verba juxta uſum & morem interpretanda.*
22. *Princeps, appellatus* Lands-Fürſt / Lands-Herr / *isque reſcribat*, unſere Stadt / *ſubintelligitur ſuperioritas.*
23. *Extra materiam ſubjectionis per* meum *non ſtatim id, quod noſtrum, ſignificatur.*
24. *Princeps, reſcribens ad Civitatem non ſubditam, qua utatur formula?*
25. *Effectus ſubjectionis eſt præſtatio honoris.*
26. *Princeps eſt Reipubl. caput.*
27. *Honor ille etiam extendendus ad Principis Conſanguineos & familiares.*
28. *Obedientia oritur ex ſubjectione.*
29. *Per obedientiam cives reducuntur ad concordiam.*
30. *Pœna non obedientium Principi.*
31. *Etiam duriori Principi non deneganda obedientia.*
32. *Extra caſus conſcientiæ ſubditis non licet, de juſtitia præceptorum Principis judicare.*
33. *Principi ob proprium delictum territorio privando debetur adhuc obedientia.*
34. *Subjectio inducit amorem, ejusque origo erga principem.*
35. *Timor, unde oriatur?*
36. *Subjectio requirit tributi præſtationem. Tributorum finis.*
37. *Ex bonis ſubditorum decerpere poteſt Majeſtas quantum exigit neceſſitas.*
38. Schatzung & Schutz / *ſunt correlativa.*
39. *Quando collectæ præſtatio arguat ſubjectionem?*
40. *Subjectio requirit precum publicarum fuſionem.*

41. *Veterum gentilium in eo ritus.*
42. *Diversitas religionis subditos ab hoc officio non eximit. Exemplum Israelitarum in Babylone captivorum.*
43. *Indictio luctus publici est effectus superioritatis.*
44. *Mos publici luctus apud Ægyptios, Lacedæmones & Romanos.*
45. *Subditis convenit dolere cum Principe suo.*
46. *Determinatio luctus.*
47. *Consueta luctus inductionis formula.*
48. *An, indicto luctu publico, subditus extra territorium possit vacare hilaritate?*
49. *Prohibito duello, duellantes extra territorium nihilo minus puniendi.*
50. *Quando festiva hilaritas subdito post indictum luctum publicum sit licita?*
51. *Insignia Principis in curia & locis publicis arguunt ejus superioritatem.*
52. *Arma & nomina monumentis publicis inscripta student immortalitati & denotant auctoritatem.*
53. *Arma in fenestra probant liberalitatem.*
54 *Insignia insculpta in Ecclesia arguunt Jus Patronatus.*
55. 56. *Quatenus potentiorum nomina & arma à privatis non usurpanda.*
57. *Titulis potentum non est abutendum.*
58. 60. *Subjectio Municipalium est, si publice imponant arma sui Principis.*
59. *Qui arma hæc de loco tali tollit, puniendus est.*
61. *Quædam Municipia gerunt arma sui Principis in eorum sigillis.*
62. *Desuper exempla Patria.*
63. *Introitus Principis solennis,* der Eintritt/ Einzug / *est Jus superioritati connexum.*
64. *Solennia, quæ Municipales tunc exhibere solent.*
65. *Quando intrada talis sit effectus superioritatis?*
66. *Protectoribus,* Schutz-Herren/ *non competit Jus intradæ.*
67. *Princeps introitum celebrat cum comitatu suo.*
68. *Donarium,* Willkommen-Schatz / *Principi illo actu oblatum.*
69. *Desuper Vetus Jus Susatense.*
70. *Oblatio vini honoris,* Ehren-Wein.

71.

71. *Oblatio & receptio clavium est annexum superioritati.*
72. *Claves portarum Municipii, ubi custodiendæ?*
73. *Subjectionem probat Edictorum Principalium affictio.*
74. *Subjectionem omnium maxime probat Homagium.*
75. *Jurata confessio est probatio probata.*
76. *Homagium, unde dicatur?*
77. 78. *Homagii descriptio.*
79. *Origo homagii tribuitur Regibus Francorum.*
80. *Per Jura territorialia etiam hic mos ad Principes Imp. est devolutus.*
81. Erb-Huldigung / *quæ?*
82. *Competit exactio Juramenti homagialis & Dominis Jurisdictionem perpetuam sive Vogdeicam habentibus.*
83. *Juramentum, quod Cives præstant Magistratui Municipali, non est species homagii.*
84. *Juramentum tamen illud constringit cives ad obedientiam.*
85. *Per illud potius conservatur subjectio Principi debita.*
86. *Juramentum homagii est personale.*
87. *Non semper homagium omnimodam subjectionem importat.*
88. *Nec metu extortum.*
89. *Juramentum ad certa capita restrictum ultra ea non extendendum.*
90. *Ob possessionem bonorum non præstatur homagium.*
91. *In Juramento illo novitas non toleranda.*
92. *Princeps non potest Juramentum illud mutare.*
93. *Civitas regulanda legibus Civitatis.*
94. *Juramentum homagii est reciprocum.*
95. *Quidnam vicissim Princeps promittat?*
96. *Dantur interdum reversales à Principe.*
97. *Per homagium consequuntur subditi protectionem,* Land-Schutz.
98. *Conditio ista tacite inest huic Juramento.*
99. *Præstandum est hoc Juramentum etiam lite desuper inter Principem & subditos pendente.*
100. *Juramentum hoc est hereditarium.*
101. *Pœna subditorum Juramentum hoc detrectantium.*
102. *An, qui id recusat, dicatur rebellis?*
103. *Rebellis non est, nisi qui homagium præstitit.*
104. *Rebellare in lato sensu.*

105. *Contra subditos jurare nolentes impetrantur mandata pœnalia.*
106. *An subditi se eximere possint ab hoc Juramento, si ab immemoriali tempore non est exactum.*
107. *Facultati supremæ potestatis non præscribitur.*
108. *Adversus ea, quæ juris publici sunt, non datur præscriptio.*
109. *Princeps præscriptioni robur dat.*
110. *Subditi in hoc refractarii sunt in mala fide, hinc non præscribunt.*
111. *An Municipales etiam subjecti sint Imperatori?*
112. *Fundata est Imperatoris intentio per universum Imperium.*
113. *Prima jurisdictionis causa est â supremo Domino.*
114. *Vasallus & subditus magis est obligatus Domino mediato quam immediato.*
115. *Subditus magis est obligatus suo Principi quam Princeps Imperatori.*
116. *Jurata subditi subjectio est stricta.*

1. Opponuntur Municipia, sive civitates Provinciales, reliquis liberis Imperii Civitatibus, non quod hæ omnimodo liberæ & absque ulla subjectione sint, sed quod saltem summo Principi sive Imperatoriæ Majestati immediate subsint, *supr. cap. 2. n. 53.* Cæteroquin cessaret in ipsis ordo regiminis, qui consistit in personis imperantibus & obtemperantibus, ubi, qui præest, fidem & protectionem, & qui subest, obsequium, amorem & honorem præstat, SCHÖNBORN. *Polit. Lib. I. cap. 4.*

2. Sed constat, civitates Imperii, sive earum Senatum una cum omnibus civibus & Subditis Imperatori advenienti, vel ejus Commissariis, eo nomine missis homagium præstare & subjectionem jurare teneri, KNIPSCH. *de jur. & priv. Civit. Imp. Lib. II. Cap. 1. n. 49.* Atque illa immediata subjectio ipsam universitatem, dieweil sie / die Städte / dem Reich mit Pflichten verwand sind / *Ordn.* des *Regiments* zu Augsp. *de A.* 1500. *tit.* von der Steur der Frey-Reichs-Städte. non autem singulos cives, concernit, qui non magis immediati fiunt, quam Status Imperii dici possunt, sed æque sunt civitatis suæ cives, & Magistratui suo subditi, sicut Municipales suis Principibus & Dominis; LIMN. *de jur. publ. tom. 4 lib. VII. c. 1. n. 51.* Unde rescripta Cæsarea & citationes ad Comitia, diriguntur

ad

ad Senatum tantum, **Bürgemeister und Raht** / non ad Senatum & populum, sive cives simul; Nec cives in civitatibus liberis Im-
4. perii, liberioris & melioris sunt conditionis, quam Municipes in Municipiis; Quemadmodum enim illi Magistratui suo, Imperatoris nomine homagium præstant, collectas accisas, steuras, vectigalia, aliaque onera subeunt, sic etiam hi, ut subditi, suis Dominis pa-
5. rent, & subjectionis tesseras præstant. Ac si cives in Civitatibus Imperii **Bürger** vocantur, eo nomine potioris non sunt conditionis, quam aliorum Statuum subditi, **Unterthanen** / sed potius vox illa indigitat differentiam subditorum, respectu illorum, qui extra pomœria & in pagis habitant, eodem modo, quo cives in civitatibus Provincialibus hoc nomine gaudent, KNIPSCH. *cit. Lib. II. cap. 1.*
6. *n. 74.* Hinc cives illi non appellantur **Frey-Bürger** / sed ipsæ Civitates seu universitates sunt **freye Reichs-Städte** / cum notum sit, in politicis appellationem liberta-
7. tis vario modo sumi. (1.) Liberi dicuntur, qui nullius Superioris jurisdictionem vel imperium agnoscunt, quam Deum & ensem, ut sunt Imperator Romanus, Reges Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, &c. & Respublicæ liberæ, MAGER *de Advocat. Cap. 6. n. 129.* & hæc est libertatis appellatio in sensu Politico sublimiori. (2.) Li- 8.
bertatis nomine gaudent, qui non plane & in omnibus, sed in quibusdam, potestati alicujus subjecti sunt, in aliquibus eam declinant, PAURMEIST. *de jurisdict. lib. II. cap. ult. n. 19.* (3.) In Imperio Ro- 9.
mano-Germanico liberi dicuntur Electores, Principes, Comites, Barones, Nobiles & Civitates, reliquique Status immediate Imperio Romano parentes, **freye Fürsten / freye Reichs-Grafen / Frey-Herren / Frey-Reichs-Ritterschafft / Freye des Heil. Reichs Städte**; Ideoque Civitates illæ dicuntur liberæ, non quod omnimoda liber- 10.
tate fruantur & subjectione exemptæ sint, sed quod ab Electorum, Principum, Comitum, Baronum, aliorumque Statuum jurisdictione & dominio sunt liberæ, BESOLD. *de jur. Civit. Imp. n. 5.* REINCKING. *de regim. sec. Lib. I. class. 4. c. 20. n. 10.* LIMN. *de jur. Publ. Tom. 3. Lib. VII. cap. 1. n. 35.*

Differentia ergo inter Civitates 11.
Imperii liberas & Municipales, **Reichs- und Lands-Städte** / in hac ultima libertatis specie consistit, & quod hæ immediatam subjectionem debent suo Principi & Domino territorii, **ihrem Lands-Herrn** / illæ Imperatori tantum.

12. Subjectio hæc importat simul fidelitatem & obedientiam, quam subditi coguntur Domino suo fateri, ejusque allocutionem & inscriptionem pati, per voces illas omnimodam subjectionem denotantes: **Unterthänig / gehorsam / getreu / hold und gewärtig zu seyn;** Item: **was ein getreuer Landsaß und Unterthan seinem rechten / natürlichen / angebohrnen Erb- und Lands-Herrn zu thun schuldig ist /** BESOLD. *Thes. pr. voc.* **Huldigung.** ROSENTH. *de feud. cap. 6. concl. 85. n. 7.*

13. Vocabulum **Unterthan / unterthänig /** in propria sua significatione denotat subditum, qui in aliquo loco domicilium habitationis habet, *l. cives 7. C. de incol.* GAIL. *3. obs. 35. n. 2.* SCHRAD. *vol. 1. Cons.*

14. *1. n. 523.* nec quis ratione solius possessionis bonorum subditus dici potest, *l. libertus 17. §. sola 13. C. rescripto 6. §. ult. ff. de muner. & honor.* non tamen semper voces illæ, **Unterthan / unterthänig /** item: **Meinem Gnädigsten /** vel, **Gnädigen Herrn /** per se, nisi urgentiora concurrant, subjectionem probant, maxime, cum pro usu recepto saltem honoris reverentiæ curialitatis sæpe & adulationis causa apponuntur, non ut obligent, & subjiciant, sed ut favorem quendam concilient, ZIEGLER. §. **Land-Saß.** *concl. 1. n. 200. Cons. Marpurg. 23. n. 3. vol. 2.*

Gehorsam / vox illa quidem vera subjectionis nota esse solet, COTHM. *vol. 3. Resp. 47. n. 31.* ita, ut solum subditus hoc modo scribat suo Domino, non etiam vasallus, nisi simul sit domicilii jure subditus; sed talis saltem se appellat, **Getreuer / mit getreuem Fleiß /** GAIL. *de Arrest. cap. 7. n. 11.* BESOLD. *th. pract. voc.* **gehorsam;** Qualem confessionem pro fundanda superioritate, contra civitatem Brunsvicensem quasi judicialem eruere conatus est KNICHEN; *Encyclop. cap. 2. per tot.* Quamvis & in civili significatione, præsertim in lauta titulorum messe superbientis hujus seculi, hæ formulæ usurpentur, ubi nihil etiam in privatorum conversatione familiarius audiri & in scriptis videri solet, quam **sein gehorsamster / sein unterthäniger Knecht /** quæ vocabula â crasi sua quamplurimum defecêre.

Vocabulum, **gewärtig /** involvit obedientiam quoque, sicut **getreu und hold** fidelitatem, non autem semper subjectionem. Vasallis familiare saltem est, **getreu / gewärtig und hold;** Et Clientes se offerunt protectoribus suis hac formula: **Unterthänige / Getreue.** BOCER.

CER. *de jurisdict. cap. 8. n. 97.* Hæc vocabula, getreu/ hold und gehorsam/ pro subjecta materia sumenda veniunt, extra quam non extendenda, BESOLD. *th. pract. voc.* gehorsam. BRÜNING. *de homag. concl.* 386. quæ tamen conjuncta plus quam civilitatis contestationem inferre solent.

20. Si jam aliquis Principem appellet suum Dominum, Meinem Herrn / meinem Gnädigsten Fürsten und Herrn / ex eo subjectio non infertur, quia Domini vocabulum generale, imo hodie generalissimum est, quod in diverso usurpatur significatu, CHASSANÆUS *in Consuet. Burgund. verb. Seigneur.* licet aliqui velint, hoc ipso subjectionem esse probatam, & qui-

21. dem tantæ efficaciæ, ut revocari nequeat, RIMINALD. *Cons.* 233. *n.* 31.

Verum, cum hujusmodi compellatio magis ex more & usu longævo fiat, quam animo inducendi subjectionem, non statim, nisi evidentiores probationes concurrant, quæ rem explicent, subjectio introducitur, quia id, quod more & longævo usu certam suam habet interpretationem, ita intelligi debet, prout usu & more receptum ac probatum est, HÖPPING *de jur. insign. cap. 22. n.* 130. *cit. à* KNIPSCH. *de civit. Imp. lib. I. cap.* 12. *n.* 87.

Si quis autem Principem nominat ut Dominum territorialem, Meinem Gnädigsten Lands-Fürsten / Lands-Herrn / vel, si Princeps scribat Unserer Stadt / tunc per ea verba proprie superioritas & dominium denotatur, præsertim, si iterata & ab ipsis approbata sit, & sic subjectio infertur; BESOLD. *Thes. pr. Voc.* Herren/ WEHNER. *voc.* Stadt. HÖPPING *cit. loc. n.* 147. Quamvis, ubi extra hanc materiam subjectionis versamur, appellatione meorum & suorum, non statim ea, quæ nostra sunt, intelligantur, sed in quibus saltem aliquid juris competit; ZAS. *consil.* 14. *n.* 62. *lib. I.* Sic textus de domo sua loquentes, non solum de propria, cujus domini sumus, sed etiam conducta vel gratuita habitationis meæ, intelligendi veniunt, *l. lex Cornelia* 5. §. *domum* 2. *ff. de injur.* 22. 23.

Princeps, aliique Magnates, cum ad civitatem aliquam rescripta sua dirigunt, quæ nec subjectionis nec vasallagii jure devincta est, sive ad eos, qui nec subditi, sive Landsassii, nec vasalli sunt, tunc liberaliori stylo, Unseren lieben Besondern/tales compellare solent, GAIL. *de arrest. cap.* 7. *n.* 13. VULTEJ. *de feud. cap.* 6. *n.* 3. 24.

Subjectionis hujus effectus est, 25.

(1.) Quod Municipales Principi
suo præstare cogantur *honorem*, qui
consistit in recognitione superiori-
tatis & veneratione Majestatis, tan-
quam Divinæ, *Psalm. 82. v. 6.*
1 Pet. 2. v. 17. quia non sunt con-
temnendæ potentiæ, *2 Pet. 2.*
v. 10. Sicut olim Lacedæmones
nulli surgendi honorem dabant,
nisi Regi & Ephoro, HERACLIDES
26. *de Republ. Lacedæm.* Honor debe-
tur Principi, tanquam reipublicæ
capiti, sicut jam caput reliquorum
est altius & sublimius, sic Prin-
ceps primum inter suos occupat
locum. Peccant in eo subjecti,
quoties calumniis insectantur Prin-
cipem, vel ejus facta rimantur, &
ad deteriora flectunt, tales Deum
habebunt ultorem, qui dixit: *Ma-*
gistratus ne execrator & Principi in
populo tuo ne maledicito, *Exod.*
27. *22. v. 28.* Honor ille sese simul
ad personas Principi conjunctas ex-
tendit, ut sunt uxor, filii, consan-
guinei & familiares, etiam has, qui
contemnunt & ad iram provocant,
ii pœnas curiositatis & vanilo-
quentiæ non evitabunt, SCHÖN-
BORN. *Polit. Lib. III. Cap. 37.*
28. (2.) Operatur subjectio obedien-
tiam, quia Princeps, tanquam ca-
put suorum, non saltem subli-
mior est, sed cætera membra sua
dirigit, in quo, tanquam corpore
politico, vigent sensus interiores,
quibus perturbatis confusa in eo
cedit operatio & phantasiæ læsio.
Obediendum est Principi imperan- 29.
ti pro conservatione salutis subdi-
torum, quia, ubi non est obedien-
tia, ibi omnis politia destruitur.
Quemadmodum humores corpo-
ris sibi contrariantes reddunt cor-
pus infirmum, sic cives, nisi Prin-
cipi obediant, inter se tumultua-
bunt, oportet ergo, ut reducan-
tur ad concordiam per obedien-
tiam Principis, sicut depravati hu-
mores per obedientiam Medico fa-
ciendam, LÆL. ZECHIUS *de admi-*
nistr. Princip. lib. III. cap. 1. n. 2.
Qui inobediens resistit Principi, 30.
Ordinationi Divinæ se restitisse no-
verit, *Rom. 13. v. 2.* Obedien-
tiam si non præstant subditi, tan-
tisper eorum bona capere potest
Princeps, donec ad frugem re-
deant, *l. si quis 6. ff. de pœn.* GAIL.
1 obs. 17. n. 8.
Præstabunt obedientiam Muni- 31.
cipales suo Principi, non solum,
si fuerit justus & æquus, sed etiam
si duriorem & severiorem se præ-
beat subditis suis, *1 Petr. 2. v. 18.*
ubi D. LUTHER. Nicht allein den
gütigen und gelinden/sondern auch
den wunderlichen / vertit. Licet 32.
etiam quandam præcepta ejus sa-
piant injustitiam, subditorum ta-
men non est de eo judicare, quo-
ties non læditur conscientia, nec
præ-

prærogativam sortitur illa regula Petri: Plus obediendum esse Deo, quam hominibus, cui materiæ destinatum est *Caput* 12. *hujus libri*.

33. Etiam Principi ob proprium delictum territorio & jurisdictione privando, adhuc debetur obedientia, â qua propria auctoritate se subducere nequeunt subditi, ante sententiam privationis, *C. nonne* 8. *qu.* 4. *C. sæpe x. de appell.* sed retinetur libera provinciæ administratio usque ad sententiam; *arg. l. aufertur* 46. §. *in reatu. ff. de jur. fisc. l.* 41. *ff. de solut.* BART. *in l. post contractum* 15. *ff. de donat.*

34. (3.) Inducit subjectio amorem & timorem. *Amor* conciliatur in prosperis, ob beneficia & protectionem, quando tranquillé sub vite vita ducitur. Popularis enim multitudo non apprehendere solet nisi sensibilia, maxime pecunias & divitias, quia sciunt, per has voluptates ventris & Veneris obtineri, ut ait ARISTOT. 2. *Rhetoric.* tum & amor gignitur, si Princeps se ostendat justum & æquum erga omnes, quia justitia, quæ in veritate consistit, & quæ omnia vincit, maxime est diligibilis. *Timor* concilia-
35. tur, quia Princeps punitivus est malorum, qui deliquenti parcere non solet, ut absterreantur perversi, & ut caveant â malis omnes, videntes, Principem nullum excipere à pœna ZECH. *cit. loc. cap.* 1. *n.* 3. *Lib. III.*

(4.) Requirit subjectio tributi præstationem; Danda enim Cæsari sunt, quæ sunt Cæsaris, ut sub tutela Superioris commodius vivatur; *Rom.* 13 *v.* 6. Ideoque etiam Principi ferenda sunt subsidia, ut, pro Status sui prærogativa, se ipsum splendide alere, & rempublicam interius & exterius quam strenue custodire & defendere possit. Testantur enim omnium temporum Historiæ, subditis Magistratibus suis aliquid pendere, consuevisse, quod innuit Christus, *Math.* 17. *v.* 25. Reges orbis, à quibus tributa & census exigunt, à suis ne? an ab alienis? Quod exigit publica utilitas, ut Princeps, ratione Jurisdictionis & administrationis, quasi Dominos effecerit omnium bonorum, ut tantum ex universis Reipubl. & privatorum bonis decerpere possit majestas, quantum exigit necessitas, KLOCK. *de contrib. cap.* 1. *n.* 48. Si subditi protectionem appetunt, ad illam obtinendam tributa non denegabunt, sunt enim correlativa Schatzung und Schutz; *Id. ibid. n.* 64. Et quamvis collectæ præstatio non semper subjectionem arguat, puta, sive jurisdictionis, simplicis concessionis, singularis præscriptionis & pacti exigun-

(margin numbers in right column: 36 beside "(4.) Requirit subjectio tributi"; 37 beside "sit. Testantur enim omnium tem-"; 38 beside "Si subditi protectionem appetunt,")

40. guutur; Tunc autem superioritatis & subjectionis effectus sunt, si de specifica causa solvendi constat, quod nimirum, ratione subjectionis, præstantur; Quod argumentum pluribus erudite persequitur *Laud.* KLOCK. *cap. 3. n.* 213.

(5.) Tandem subjectio Principi debita vult, ut preces publicæ & privatæ pro ejus incolumitate & salute fundantur, quod officium est piorum subditorum, 1. *Tim.* 2. *v.* 1. 2. *&* 3.

41. Officio huic nec Gentiles se subtraxere; Persæ pro Rege precabantur assidue, HERODOT. *Lib. I.* Et Romæ die tertio post Calendas Januarias pro salute Principis vota suscipiebantur; DION. *Lib. XLIV. histor.* PLUTARCH. *in Ciceron.* E apud Æthiopes, si Rex aliqua co^trporis parte debilitaretur, domestici omnes partem eandem sibi debilitabant, turpe existimantes, Rege claudo, non omnes sic esse, DIOD. *sicil. Lib. XVI.*

42. Diversitas religionis excusationem à precibus publicis non tribuit Municipalibus pro salute Principis, quia & Israelitæ, in Babylone captivi, jussu Divini Oraculi, etiam pro Magistratu Ethnico orare debebant, JEREM. 29. *v.* 7. & quidem ob publicum commodum promovendum; Ubi ita text. in Vernac. Suchet der Stadt bestes, dahin ich euch habe lassen weg führen / und bettet für sie zum Herrn; Denn wanns ihr wohl gehet / so gehet es euch auch wohl.

(6.) Inter effectus subjectionis merito quoque refertur indictio luctus publici, quando nimirum Princeps quid mandat, ut ob personam sibi conjunctam singulæ Provinciæ indicia luctus edant; 43

Apud Ægyptios hujus luctus indicium erat non saltem fletus, vestium discissio, templorum clausura, festivitatum interdictio; sed simul & justitium obtinebat; Apud Lacedæmones, Rege mortuo, nihil per triduum vendebatur, & forum paleis conspergebatur, ut ait HERACLID. *in Lacedæm. Reipubl.* Idem moribus Romanorum invaluit, unde legimus apud TACIT. *Lib. I. Annal.* Hos vulgi sermones audita mors adeo incendit, ut ante edictum Magistratuum, ante SCtum sumpto Justitio desererentur fora, clauderentur domus. 44

Idem indigitat JUVENALIS. *Lib. I. Satyra* 3.

- - Asturi cecidit domus horrida mater,
Pullati proceres, differt vadimonia Prætor.

Indictio hæc publici luctus jure ter- 45

territoriali in signum subjectionis competens, ipsa Dei ordinatione, *ad Rom.* 13. nititur: Justum enim & officio subditorum conveniens est, dolere cum Principe suo, & in luctu ac squalore vivere, ubi ipsum Principem tristitia afflixit

46. insignis. Non saltem ergo Imperanti competit, subditis indicere luctum, sed & simul jus habet, eum determinandi, tam quoad ritus & indicia, quam quoad durationem & modum. Luctus hic consistit in campanarum sonitu, statis horis, intermissione instrumentorum Musicalium, atque omnis lætitiæ, ubi simul Officiales Principis obligati sunt, vestes lugubres induere.

47. Hæc solet esse indictionis formula: **Daß alsofort in allen Kirchen / in Städten und auf dem Lande / von zwölff bis ein Uhr Mittags / die Klocken sechs Wochen geläutet / und alle** Music **und öffentliche Frölichkeit / auf ein gantzes Jahr eingestellet / auch alles / was in dergleichen traurigen Begebenheiten heraebracht /**

48 **veranlasset werde.** &c. Quæro hic incidenter; An subditus contra subjectionis officium agat si, extra territorium Principis sui, hilaritati, *v. g.* choreis, sese dedat, & immisceat? Leges quidem vires suas exserere nolunt, quam intra fines territorii; Hic potius tamen est dicendum, saltationes prohibitas nec extra territorium à subdito in fraudem legis fieri posse; Nam hæc videtur esse intentio Principis legem ferentis.

Idem ferè est si prohibitis in 49.
provincia duellis, duellantes contraveniendo, alienum territorium crimini huic destinant; Sed & subditi obligatio, & cultus erga Principem suum hoc vult, ut superioris intentio adimpleatur, secus quidem dicendum est, si sub- 50.
ditus cui luctus indictus est, in peregrino territorio, vel casu, vel ex necessitate versatur, ubi nuptiales vel festivales hilaritates modo vigent, quia taliter in fraudem legis nihil commissum est V. BÖHMER. *diss. de luctu publ.* §. 31. Plures subjectionis effectus non attingo, ut qui simul ejus probationem & præsumptionem includunt, de qua adhuc agendum restat. Esse autem civitatem non sui 51.
Juris, sed sub potestate Principis, id est Municipium, probatur per insignia in Curia aliisve locis publicis depicta. CHASSAN. *in Catalog. glor. mund. p. 1. concl.* 55. NATT. *consil. 6. n.* 362. WESEMB. *ad tit. C. ut nem. privat.* MASCARD. *cons. 84. n. 25. vol. 2.* per signum namque probatur præsumptive rem ejus esse cujus est signum *l.*

quod si §. fin. de peric. & com. rei
vendit.
52. Ut homines natura immortali-
tati studere gestiunt, hinc etiam
nomina operi inscribere solent,
quod eorum liberalitate exstru-
ctum est, *l. qui liberalitate* 2. §. 2.
ff. de operib. publ. JACOB. REBUFF.
ibid. ubi autem nomina domino-
rum erant scripta, hodie ponuntur
arma, CHASSAN. *glor. mund. p. 1.*
concl. 52. n. 2. & arma in muro
depicta, indicant, murum esse il-
lius, saltem in illa parte, ubi ea
sunt depicta, BART. *aad d. l.* 2.
ibid. ROLAND. â VALLE *cons. 84. n.*
23. *& seq.* Nam arma & nomina
non inscribuntur rebus, nisi ubi
quis habet auctoritatem. REBUFF.
d. loc. Sæpe tamen hæc arma in
53. fenestra reperta, nihil probant,
nisi liberalitatem fenestræ donatæ,
sicut usus habet, ergo potius ex
circumstantiis de causa colligen-
dum erit, ut monet PANORM. *in*
C. 12. X. de Cons. 4. *& Cons.* 102.
n. 3.
54. Insignia & arma insculpta in
Ecclesia arguere Jus Patronatus
tradit MASCARD. *Concl.* 958. *n.*
21. *& seq.* MENOCH. *præsumpt.* 130.
55. *n.* 31. Verum quidem est, nemi-
ni licere, Potentiorum titulos &
arma prædiis affigere *tit. C. de his*
qui potentior nom. tit. præd. affig.
&. tit. seq. ut nemo privat. tit. præd.
suis BALD. *in l. 1. C. quæ res vend.*
non poss. dicendo ibi, propter
hoc inferior se videtur parem fa-
cere, sicut Lucifer, qui voluit se
parem facere Deo, & ideo de-
jectus fuit de Paradiso. Et quæ
summæ dignitatis sunt, ea assumi
non possunt à subditis, sicuti in-
conveniens est, ut quis honorem
& potestatem sibi tribuat quam
non habet. CHASSANÆ. *Catal. glor.*
mund. part. 1. *conclus.* 17. sed hæc 56
legum dispositio saltem vult,
ne quis arma vel titulos Superio-
rum affigat prædiis litigiosis, ut
hoc modo Dominus à vindican-
dis prædiis deterreatur, *l. un. d.*
tit. C. de his qui pot. nom. tit. De
quibus queritur AUGUSTIN. *ad*
Psalm. 21. ita. Ne domum ipsius 57
petat aliquis, ponit ibidem titu-
los potentis, titulos mendaces,
ipse vult esse possessor & frontem
Domus suæ de alieno titulo muniri,
ut cum titulus lectus fuerit, conter-
ritus quis potentia nominis, absti-
neat à petitione.
In signum tamen subjectionis in- 58
ter Municipales quotidie servatur
contrarium, nec immerito, cum
actiones distinguantur finibus, nec
eo quicquam Principi derogetur,
potius per hoc cultus ejus & reve-
rentia designatur. Quinimo si ar- 59
ma alicujus Principis in loco Mu-
nicipii sint sculpta vel picta in si-
gnum

gnum ſubjectionis & quis illa tollat, dicitur tollere ſubjectionem Domino & ſic ab eo puniri poteſt, tanquam rebellis, niſi alia cauſa delendi appareat; ALEXAND. *in Can.*
60. *quacunque diſt.* 30. Atque mos hic, ut ſubjectæ civitates arma ſuorum Principum deferant, invaluit ab ævo, ut conſtet, eas hoc ſigno velle Principi ſuo eſſe ſubditas, ſubjectas & obedientes, HÖPPING. *de jur. inſign. cap.* 6. *part.* 7. *num.* 957.

61. Quædam Municipia non ſaltem Superioris ſui arma in operibus & ædificiis publicis impoſita præbent in ſubjectionis teſſeram, ſed iisdem in ſigillis ſuis utuntur.

Exemplum hujus præbet Lippia
62. noſtra, quæ Comitis ſui defert inſigne, roſam nimirum rubram quinque foliorum, idem uſurpat Lemgovium; Sic Hammona, Marcani Comitatus metropolis, utitur armis Comitum Marcanorum. Qui ritus vel ſingulari devotioni, vel ſpeciali Privilegio, vel antiquitati originem tribuere videtur.

63. Itemque per ſolennem Principum introitum Germ. der Eintritt/ Einzug/ qui & hodie nomine *intradæ* venit, civitatem aliquam Provincialem eſſe, probatur. Et eſt jus ſuperioritati connexum, cujus vigore ſubditi Dominum territorialem, cum apparatu quodam feſtivo, in armis conſtituti, devote ac proceſſionaliter excipere tenentur. MAGER *de Advocat. arm. cap.* 64.
10. num. 545. Ubi Principes campanarum ſonitu, tubarum clangore & tormentorum (ſi quæ ſint) tonitru, ingrediuntur; Cives in armis conſtituti beneque veſtiti, adventanti Principi ſolenniter procedunt, cum portis apertis in Civitatem conducunt, & primores Civitatis & Magiſtratus ſolenni quadam oratione de felici adventu ei congratulantur, FRITSCH. *de Jur. intradæ cap.* 5. *n.* 5.

Talis intrada autem non ſem- 65.
per eſt effectus ſuperioritatis territorialis, ſed ſaltem cum fiat prima vice, forte poſt novam acquiſitionem territorii, poſt factam electionem vel ſucceſſionem, & quando tales actus habet conjunctos, qui Jura ſuperioritatis arguunt. *Id. cit. cap.* 2. *n.* 4.

In tantum autem hoc Jus in- 66.
tradæ Jura territorii involvit, ut ejusmodi introductio ſolennis Advocatis & Protectoribus den Schutz-Herren/ non competat, SPEIDEL. *ſpec. verb.* Einritt. niſi pactis & conventione aliter proviſum ſit, quia Advocatia ad ſuperioritatis actus raro extenditur, KNICHEN. *De ſaxon. non provoc. Jur. cap.* 5. *n.* 563. *& ſeq.* Fit 67.
autem introitus Principis cum omni comitatu, niſi longiſſima & im-

immemorialis consuetudo resistat, quæ cum vim pacti habeat, merito servanda. MATTH. STEPHANI *de Jurisdict. Lib. 2. p. 2. Cap. 2. n. 123.*

68. In solenni hoc actu princeps solet confirmare privilegia Civitatis, subditi autem ipsi donarium præbent, vulgo. Wilkommen-Schatz dictum, quod in pecunia numerata, vel alia re pretiosa fit

69 BORELL. *Cons. 1. n. 62.* Qui mos confirmatur Jure Susat. vulgo Die Alte Schrae *art. 2.* So wenne ein Erse Bischoff to Cölne gekohren / un gestediget ist / wann he darna erst kümht in die Stadt von Soest / so sol man eme erlicken empfangen / un he sall der Stadt bekennen alle de Rechte de de Stadt van allen sinen Vorfahren behalden hevet / als he dat hevet gedahn / so sal Em de Raht hulden / und geven Eme to willkommen 100 Marck / also dahne Gelder / alse to Soest genge und geve ist/un da tho 12 Ame Wins.

70. Cæteroquin in actibus congratulatoriis qui tanti momenti non sunt, offerri solet vinum honoris, Ehren-Wein / RITTER. *de homag. cap. 7. n. 182.* quod vinum olim ab ISIDORO *lib. XX. Etymol. cap. 3.* dictum fuit *honorarium*, ut obser-

71. vat LIMN. *ad aur. Bull. cap. 1. §. 3. obs. 1.* Et hic introitus oblationem & receptionem clavium habet adnexam, quæ per se superioritatem & dominium infert, ob symbolicam hujus translationem, *arg.* §. *si quis Inst. de R. D. l. Clavibus 74. ff. de contrah. empt.* Alio modo etiam in signum reverentiæ & urbanitatis offerri solent claves, FRITSCH. *de Tract. de jur. intrad. Cap. 5. n. 12.*

Obiter ratione clavium notandum: Quod earum custodia ad Magistratum spectet. LUC. de PENN. *in l. Quicunque. C. de Exact. lib. 12.* BOER. *Tract. de cust. clavium, n. 36.* Et propter id negligentia & factum custodum portarum imputatur Magistratui, *Id. d. loc.* MEISCHN. *Tom. 4. Decis. 22. n. 84 & seq.* quod merito limitationem capit, nisi & Principes simul jus præsidii in tali civitate habeant, ubi portarum claves utique præfecti militiæ sibi vindicant.

Probatur denique subjectio civitatis per edictorum Principalium affixionem, NATTA *d. cons. 636. n. 77.* STEPH. *Discurs. Academ. 7. n. 15.* Idem efficit publicatio è suggestis templorum, de qua *lib. II. cap. 55.* nam subditus præsumitur esse, qui paret mandatis, & facit, quæ faciunt subditi reliqui, MASCARD. *de probat. concl. 1346. n. 11.*

Omnium manifestissime autem probatur hæc subjectio ex homagio

gio, per quod prima agnitio & probatio subjectionis fit, THOM. MICHAEL. *de jurisd. concl. 57.* MEISNER. *Tom. 2. lib. II. Dec. 4. n. 122.* COTHMANN. *conf. 47. n. 38. vol. 1.* KNICH. *in Encyclop. cad. 3. per tot.* Et revera subditum, efficit. COLER. *de Process. execut. p. 2. c. 1. n. 23.* GAIL. *de pignor. C. 15. n. 17.*
75 *& observ. 35. n. 2. lib. II.* qua nimirum jurata confessione, quis re ipsa profitetur, se esse subditum. KNICHEN. *d. cap. 3.* tanquam per testimonium omni exceptione majus & probationem probatam, BESOLD. *Thes. pract. voc.* Frey-Reichs-Ritterschafft / *vers. est & testimonium.*

76. Est dictum homagium, quasi *hominium*, quia hoc jusjurandum præstans, *homo Domini* fieri dicitur, vel potius à barbaro vocabulo dicitur, quasi hominis ligium, id
77. est, obligatio, qua subditus Domino suo ex pacto, statuto, præscriptione aut successione obligatur. Et homagium præstare nihil aliud est, quam subjectionis obedientiæ & assecurationis jura promittere, gehorsam / getreu und hold zu seyn / GAIL. *de Arrest. Imp. cap. 7. n. 10.*

78. Ergo homagium dicitur juramentum fidelitatis, quo subditi in alicujus territorio habitantes Domino suo præstant fidem, pro ratione jurisdictionis, donec in territorio manent, KNICHEN *de jur. territ. Cap. 13. n. 155.* Originem 79.
huic juramento, quo civitates Imperii, tunc Reichs-Städte / oder Flecken / dictæ, Imperatori & Regi devinctæ fuerunt, tribuit LEHMANN Regibus Francorum, quem morem postea Carolus M. confirmavit & ad posteros suos traduxit, *Chron. Spirens. lib. IV. cap. 2. in fin.* ubi ex WIPPONE *in vita Cunradi II.* hæc habet: De fidelitate facta Regi minus necessarium dicere puto, frequenti usu teste, quod omnes Episcopi, Duces & reliqui Principes milites primi, milites gregarii, quin & ingenui omnes, si alicujus momenti sint, Regibus fidem faciant.

Subsequentibus temporibus, cum 80.
jura territorialia & superioritatis ad Principes Imperii essent devoluta, etiam ab iis hæc juramenti exactio pro denotanda subjectione fuit suscepta, KNICH. *de jure territ. cap. 3. n. 245.* STEPHAN. *de jurisdict. lib. II. part. 1. cap. 7. n. 209.* REINCK. *de regim. secul. lib. I. class. 5. cap. 4. n. 2.*

Homagium hoc in excellentiori gradu, die Erb-Huldigung / refertur ad naturalem Dominum, angebohrnen Herrn / & præcipuum respectum habet subjectionis, quo juratur, daß sie ihrem 81.

angebohrnen Herrn und dessen Erben / wollen treue und gehorsame Unterthanen seyn. GILMAN. *Decis. Cameral. 60. n. 8. lib. II.*

82. Competit exactio hujus juramenti homagialis & illis Dominis, qui ob concessam jurisdictionem perpetuam sive Vogdeicam Domini territoriales quoque dicuntur, COLER. *de process. Execut. part. 2. cap. 1. n. 105.* WEHNER. *voc.* Ober-Gericht. vel, qui alio modo ex conniventia & indulgentia Superioris, districtum vel diœcesin obtinent, SCHÖNBORN. *Pol. Lib. I. Cap. 12. cit. à* KNIPSCH. *de J. C. Imp. Lib. II. cap. 9. n. 21.*

83. *Infra lib. III. cap. 1. n. 42.* injecta mentio de juramento, quod cives Magistratui Municipali præstant; Unde quæritur: An illud speciem homagii contineat? Quod merito negatur, si homagium in sensu digniori capiatur, continet enim illud magis promissionem obsequii, quam subjectionis; Ob
84. concessam interim vel legitime acquisitam, non jurisdictionem saltem simplicem, sed omnimodam, sive merum & mixtum Imperium non immerito cives obedientiam & morem se gessuros Senatui sub fidei religione pollicentur, LOSÆUS *de jur. univers. part. 1.* BRÜNING. *de var. universit. spec. concl. 17. lit. 6.* ZIEGLER. *§. civitas. n. 9.* KNICHEN. *de jur. territ. cit. cap. 3. n. 162.*

Nec quicquam prærogativæ superiori, cujus indultu id exigitur, 85.
per hoc juramentum, Bürger-Eyd/ adimitur, potius ipse in eo præfertur, debitaque ipsius jura cum omnimoda subjectione ante omnia reservantur hoc nimirum tenore, daß sie/die Lands-Oberen/ wie auch Bürgemeistere uñ Raht/ und der Stadt wollen treu/ hold und gehorsam seyn / BRÜNING. *de* 86.
homag. concl. 293. Et hoc juramentum subjectionis proprie non præstatur, ob res in territorio possessas, sed respectu personæ, & quod ideo vere quis subditus efficitur, COLER. *de process. execut. p. 2. c. 1. n. 23.* COTHMAN. *cons. 47.* 87.
n. 38. v. 3. Aliquando autem subjectionem omnimodam non importat, prout Colonia, Wormatia, Spira, Episcopis suis illud præstant; Quia ideo quis non est subditus, pariter non ideo quis superior est, quia recepit juramentum, sed quia superior est, ideo illud exigit & recipit, SCHWED. *part. spec. c. 11. n 1.* Item, si Civita- 88.
tis Dominus coacte id sibi præstari faciat, ob hanc talem meticulosam exactionem subjectio non acquiritur, KNICHEN *de jur. territorial. cap. 3. n. 17.* nam juramentum est instar contractus, quod

re-

recipit omnes conditiones actus illius, cui apponitur, *l. fin. C. non num pec. C. quemadmodum x. de*
89. *jure jur.* Ergo, si juramentum ad certa capita stringit, incivile esset, ex sola præstatione ejus de tota causa cognoscere, cum actus agentium non operetur ultra eorum intentionem, unde subjectio non infertur.

90. Ratione homagii quæritur: An, si quis civis bona in alio territorio habet, ratione eorum, juramentum subjectionis præstare debeat? Et quidem dicendum, quod possessio bonorum non faciat subditum, si autem juramentum eorum ratione exigitur, illud erit mere reale, personam principaliter non afficiens, & aliquem subditum vel Landsassium non reddit, quod suum habebit usum, in locis, ubi Landsassiatus, die Land-Sasseren, obtinet. TENZEL. *de jur. subjection. §. 59. & seq.*

91. Semper autem secundum consuetudinem receptam præstandum est, nec novitas illi aliqua toleranda, *c dilexi extr. de major. & obedient.* Nam hoc genus juramenti de Jure Civili incognitum fuit, occasione demum feudali, universali quadam consuetudine introductum, BRÜNING. *de variis univers. specieb. concl. 33.* ZIEGLER. *de civit. in limit. n. 27.*

Unde Principi illud mutare volenti, â subditis jure denegari posse vult SPECULAT. *tit. de feud. §. quoniam vers. & nota.* NEIZANT. *cons. 11. n. 3. & 4.* Princeps namque tenetur, Municipium in eo statu conservare, in quo id invenit, *l. nomine. l. de decur.* GLOSS. *in l. moveor. 4. C. de serv. export.* Et 92.
civitas subjecta alicui Domino, debet regulari legibus statutis & consuetudinibus ipsius civitatis & non Domini de novo supervenientis, post BART. BALD. SALIC. GOEDEN. *cons. 31. n. 7.* 93.

Hoc juramentum est correlativum & reciprocum, quemadmodum enim civitas jurat obedientiam & subjectionem Domino, ita Dominus vicissim quoque jurat, se Civitati fidum futurum, & quicquid privilegii vel consuetudinis habeat, id ei salvum illibatumque mansurum; Unde proverbium: Fidelis Dominus, fidelis servus, VALENT. Förster / *de jurisd. part. 2. fol. 462. n. 147.* 94.

Prout enim subditus juramento promittit, was ein getreuer Land-Saß und Unterthan seinem rechten Erb-Herrn und Lands-Fürsten zu thun schuldig ist / GILMAN. *Lib. II. Decis. in causa M. contra* Bischoff zu W. *n. 8.* Sic Princeps adseverat, die Unterthanen bey ihrem alten Herkommen/ 95.
Frey-

Freyheiten/Recht und Gerechtigkeiten zu schützen/zu schirmen und zu handhaben / GAIL. *de Arrest.*
96. *cap. 8. n.* 12. quod interdum expresse Principes subditis suis per reversales promittere solent, REINCK. *de Reg. Sec. & Ecclesiast. c. 4. n.* 20. ubi, ut privilegiorum suorum originalia ad requisitionem Domini exhibeant subditi, eos constringi posse asserit KLOCK, *cons.* 19. *vol.* 1.

97. Hoc juramento subditi consequuntur protectionem, tam rerum, quam personarum, vulgo Land-Schutz / ita, ut absque injuria se alii Domino subjicere nequeant. CAPIT. LEOP. *art. 9. v. 6.* Als wollen wir nicht allein durch Abmahnungs-Schreiben solchem Vornehmen wehren/und nicht gestatten / daß einige mediat Unterthanen einige Protection eingeben oder aufrichten mögen.

98. Ac tacite hæc conditio inest homagiali obligationi, etiamsi non exprimatur, vel ad id se Princeps nominatim jurejurando non adstringat, BOCER. *Tract. de regal. fol.* 484. *n.* 44. Et est â subditis præstandum, quoties mutatur persona Domini, morte vel alio quocunque modo. Imo etiam præ-
99. standum lite inter Dominum territorii ac subditos, ratione homagii pendente, & Domino in quasi possessione superioritatis constituto. MILER. *de Stat. Imp. c.* 38. *n.* 1. Semel autem præstitum, hæredes Civitatensium adeo ligat, ut 100.
deinceps â præstatione ejus fiunt immunes, cum sit hereditarium, MENOCH. *consil.* 893. KNICHEN. *de jur. territ. c. 3. n.* 167.

Subditi, si absque justa causa Domino juramentum hoc præsta- 101.
re recusent, privationem bonorum incurrunt; SCHRADER. *cons.* 13. *n.* 167. quia eo fine exigitur, ut pax & tranquillitas conservetur, & ut tollatur suspicio rebellionis seu seditionis, & Dominus assecuretur, *l. præsenti in med. C. de his, qui ad Eccl. confug.* ZIEGLER. *in* §. *Nobiles. concl.* 1. *n.* 4. Is autem, qui juramentum, pacem publicam respiciens præstare recusat, bonorum punitur publicatione, *c.* 1. §. 2. *vers. qui pacem tenend. de pace.* Et subditus, qui recusat facere, quod de 102.
jure tenetur, dicitur rebelliter vivere, rebellis autem omnia bona feudalia & allodia amittere tenetur, BART. *in const. qui sint rebell. verb. rebellando. n.* 17. SCHRAD. *cons.* 17. *n.* 168. *vol.* 2. Cætero-
quin, ut quis rebellis vere talis di- 103.
catur, requiritur homagii præstatio, cum rebellio præsupponat juramentum fidelitatis præstitum fuisse, eo, quod rebellis infidelis dicitur, KLOCK *Vol.* 3. *consil.* 192. *n.* 172. *ibi.* Dennoch gemeldter

FRITSCH.

Fritsch. bishero niemals jetzt regierenden Herrn Marggrafen gehuldiget / daß er derowegen für Ihr. Fürstl. Gn. Unterthan / und consequenter für keinen Rebellen / qui crimen læsæ Majestatis
104. commiserit, anzusehen. In sensu autem lato rebellare idem est, quod resistere, *l. desertores* 2 *C. de Desert. Lib. XII.* quod fit faciendo vel non faciendo & non obediendo, & quicunque aliquid machinatur contra honorem Principis, rebellis dicitur, GUID. PAP. *Quæst.* 589. *n.* 4. Sic contumax in judicio hoc sensu etiam dicitur rebellis â CARPZ. *Lib.* III. *tit.* 12. *Resp.* 112. *n.* 3. quo facit C. *sane* 10. *x. de offic. deleg.*

105. Impetrantur & adversus subditos jurare nolentes mandata pœnalia in Camera, si Dominus immediate subsit Imperio, BESOLD. *in th. pract. lit. H. n.* 70. MAUL. *Tractat. de homag. c.* 1. *n.* 27. nam Princeps semper fundatam habet intentionem, ac pro eo & gestis ejusdem præsumitur, PAPÆ. *d. Quæst.* 589.

106. Quæritur: Si forte Princeps â Municipio Juramentum assecurationis non exegerit, an per præscriptionem immemorialem Municipales se ejus præstationi subducere possint? Sic quidem vult REINCK. *de Reg. Sec. Lib. I. class.* 5. *c.* 4. *n.* 10. subditum tamen, eo licet non præstito, ad fidelitatem nihilominus obligari, CRAV. *consil.* 24. *n.* 4. JOH. FERRAR. *Us. feud. Lib.* VI. *cap.* 1. Verius tamen id 107.
negatur, quia ejus exactio est facultas supremæ potestatis, BESOLD. *class.* 1. *Polit. Disp.* 3. *concl.* 10. ROL. â VALL. *Consil.* 52. *n.* 28. *Lib* III. sed ea, quæ meræ facultatis sunt, non præscribi tralatitium est, *l. viam dublicam ff. de via publ.* BALD. *in l. licet C. de Jure delib. n.* 5. tum & adversus Rem- 108.
publicam & ea, quæ juris sunt publici, non datur præscriptio, ABB. *in* C. *venerabilem x. qui liberi sunt legit.* BODIN. *de republ. Lib.* I. *cap.* 10. Imo ea, quæ publici juris sunt, non possidentur, ergo non præscribuntur, *l.* 1. §. 8. *l.* 38. *ff. de acquir. poss. l. sine possessione de usurp & usu.* 25. *ff. c.* Nec ve- 109.
risimile est, quod Princeps, qui præscriptionibus dedit robur, eam largiri contra se videatur. MASTRILL. *de Magistrat. Lib.* III. *cap.* 2. *n.* 26. Nec porro malæ fidei 110.
possessor præscribit, etiamsi aliquot annorum myriades possederit, C. *vigilanti. & c. fin. x. de præscript.* subditi autem semper subjectionis esse debent memores, atque scire, majorum vitia possessionum in successionibus perdurare ipsisque nocere, *l. vitia.* C. *de acquir.*

quir. poſſ. Knipsch. *de Jur. & priv. Civ. Imp. Lib.* II. *cap.* 9. *n.* 69. *& ſeqq.*

111. Quæritur &, an mediata ſubjectio, quam debent Municipales Imperatori, etiam inferat, quod ſubditus talis magis debeat obligari & ſubjectus cenſeri Imperatori, ut ſupremo Capiti, quam Domino proprio & immediato? Sic putant Afflict. *deciſ.* 265. *n.* 10. Molin. *ad conſuet. Pariſ.* 1. §. 1. *Gloſſ.* 6. *n.* 12. Kohl. *de ſervit.*
112. *part.* 3. *n.* 33. rationemque hujus aſſerti conſiſtere volunt in fundata Imperatoris intentione per univerſum Imperium, quod quoad jurisdictionem & ſuperioritatem exercet, Brüning. *Diſſert. de variis univerſit. ſpec.* 6. 5. unde dicuntur Imperatores mundi Domini *l. Deprecatio* 9. *ff. ad L. Rhod. de jact. Nov.* 105. *c. in fin.* Quid enim majus quid ſanctius eſt Imperiali Majeſtate? *l. ſi Imperialis C. de LL.* Nam mandata Superiorum non minus ſtringunt ſubditos ſubditorum, quam hos ipſos, Mev.
113. *part.* 2. *Deciſ.* 306. *n.* 2. Quia & prima jurisdictionis cauſa â ſupremo Domino eſt, ſubditus hunc ipſum Dominum æque ac Dominum proximum diligere & obſervare, *l. ſi vera non §. inde Papinianus ff. mandat.* ac non offendere tenetur, Modestin. Pist. *vol.* 2. *conſil.* 12, *n.* 10. Thöming. *vol.* 1. *conſ.* 2.
Contrarium tamen magis videtur 114
defendendum, ut invenitur apud Londorp. *vol.* 1. *act. publ. Lib. VI. cap.* 125. *fol.* 1042. *col.* 2. Vaſallum nempe ſeu ſubditum plus obligatum eſſe Domino ſuo immediato quam mediato, ad quod allegat. Specul. *de feud. tit. de Homag. & fidelitat. n.* 32. *quæſt.* 16. Jacobin. *de S.* Georg. *de Feud. verb. & promiſerunt n.* 12. *in fin. quæſt.* 10.

Adeoque plus eſt obligatus Domino ſuo, quam dominus ſive 115
Princeps eſt Imperatori: Juramentum enim ſubditi fortius ſtringit quam vaſalli, hic feudi reſpectu ſaltem recogoſcit Dominum, & ſubditus non fit promittendo fidelitatem, ille autem tanquam, ſubditus ſui Principis immediatus, onus ſubjectionis ſuſtinet Heig. *p.* 1. *quæſt.* 18. *n.* 15. Cui accedit 116
ſtricta obligatio ſubditi, quam juramentum ſpecialiter præſtitum inducit, cujus vigore magis Principi ſuo, quam Imperatori, devinctus eſt, Gregor. *de conceſſ. feud. p.* 7. *n.* 12. Steph. *de jurisd. Lib. II. p.* 1. *cap.* 7. *n.* 38. Knipsch. *d. Tract. l.* 2. *c.* 1. *n.* 49.

CA-

Caput IX.

DE EXEMPTIONE MUNICIPII AB IMPERIO ET JURISDICTIONE SUI PRINCIPIS.

SUMMARIA.

1. *Querela Principum in Augustanis Comitiis de Municipiorum quorundam exemptione.*
2. *Circumstantiæ in quæstione hac decidenda inspiciendæ.*
3. *Commissio in Comitiis Augustanis decreta de inquirendo super exemptione Municipiorum aliquorum.*
4. *Decisio quæstionis ex præmissorum summatione.*
5. *In Municipiorum proprie sic dictorum exemptione non origo subjectionis, sed jus Principum attendendum venit.*
6. *Municipium sese conniventia vel consensu Principis eximens.*
7. *Municipes tyrannidem vel impotentiam defensionis prætexentes, rebelles sunt, & quovis tempore ad pristinam jurisdictionem revocari possunt.*
8. *Nemo debet esse acephalus.*
9. *Quid de præscriptione immemoriali hoc casu statuendum?*
10. *Aliud est præscribere obedientiam, aliud præscribere libertatem.*
11. *Obedientia in spiritualibus nec præscribitur.*
12. *Regalia tempore immemoriali præscribuntur.*
13. *Privilegium præscriptionis immemorialis.*
14. *Municipia sibi ipsis caput esse non possunt.*
15. *Obedientia & superioritas præscribi nequeunt.*
16. *Ejus ratio.*
17. *An non obstante homagio præscriptio obedientiæ procedat?*
18. *An subjectio præscribi possit contra Principem, qui supremus non est.*
19. *Obedientia habens relationem ad personam præcipientis & obedientis, non præscribitur.*

20. *Obedientia habens effectum abnegativum, præscriptioni subjacet.*
21. *Municipium alienum sibi jurare faciens Princeps, nihil agit.*
22. *Civitatis violenta occupatio & civium ad jusjurandum compulsio non valet, nec confirmatio Imperatoris hoc vitium purgat.*
23. *Subjectio est res incorporalis, unde non acquiritur sine patientia alterius.*
24. *Nec Imperator & Papa possunt sibi facere jurare civitatem alienam.*
25. *Nulla violenta jurisjuraudi præstatio stringit.*
26. *Is, qui scit, se posse compelli, dicitur coactus facere, & si sponte se facere dicat.*
27. *Multi fingunt ridere, quid timent.*
28. *Extortum non est liberum.*
29. *Aliud est quid factum, aliud, quid fieri debeat.*
30. *Bello justo parta nobis acquiruntur.*
31. *Sæpe injusto bello Deus fuit propitius.*
32. *Historia de Philippo II. Hispanorum Rege & Proceribus Regui Lusitaniæ.*
33. *Proditionis & defectionis merces nunquam secura.*
34. *Simile de membris corporis dislocatis.*
35. *Proditor est pejor quam hostis.*
36. *Civis, non alienigena est proditor.*
37. *Municipia, circa quid se eximere possint?*
38. 40. *Exemptio longissimi temporis à collectis valet.*
39. *Exemptionis hujus fundamentum consistit iu favore libertatis.*
41. *Quatenus & quando præscriptio collectarum obtineat?*
42. *Sola allegatio nihil fuisse solutum, an ad exemptionem prosit?*
43. *Ad præscriptionem hanc titulus non requiritur.*
44. *Nec bona fides requiritur de jure Civili.*
45. *Secus de jure Canonico.*
46. *Longissimi temporis lapsu favore libertatis bona fides præsumitur.*
47. *Municipia se certo pretio à potestate Principis liberare possunt.*
48. 49. *Exempla Municipiorum certo pretio à potestate Principum liberatornm.*

1. Quæstionis hujus, an scilicet Municipium se possit eximere ab Imperio & Jurisdictione sui Principis usum non novum esse probat, *Recess. Imperii*, *de Anno* 1548. §. und als

als erstlich / &c. ubi queruntur Principes in Comitiis Augustanis: Daß etliche Fürsten- und Herren-Städte ihrer Landes-Fürsten Gebot nichts geachtet / noch ihren gemeinen Pfenning einfordern / viel weniger in ihrer Land-Fürsten und Fürstenthum gemeine Kisten überantworten und einwerffen wollen / zu nicht geringer Beschwerung und Ohnrichtigkeit / so sich allerwegen / sonderlich in dem Nieder-Sächsischen Creiß / derwegen zugetragen / auch den Ständen / so solche Städte haben / an ihren hohen Ober- und Gerechtigkeiten zu nachtheiligem Abbruch / dadurch etliche Unterthanen sich von uns / aus ihrer Obrigkeit schuldigem Gehorsam zu entziehen und zu be-
2. freyen unterstehen; Pro qua decidenda, Bacchovius Juris Consultus accuratissimus & subtilissimus, ex Jure Civili nihil, ex Politico autem nec præcise statui posse docet; Sed hæc vult inspici, quomodo populi vel Municipia in ditione fuerint? an Jure hereditario? an spontanea submissione? an violenta oppressione? itemque, quomodo se subtaxarint, an solum tempus, an patientia quædam intervenerit? An Princeps tyrannide sua causam exemptioni dederit? An Principe eos defendere non valente, alteri se submiserint? & quæ his sunt similia, ut hæc habet ad TREUTL. *Vol. 2. Disp. 3. th. 7. cit.* C.

Ad quod optime facit, quod in 3.
dictis Comitiis Augustanis decreta est commissio, um Bericht einzunehmen / wie es um gemeldte Städte gelegen / ob und wie sie sind dem Reich und andern Ständen unterworffen / mit anderen nohtwendigen Umständen / *d. Recess. de Anno* 1548. §. Solchem zu begegnen / &c.

Quæ pro decisione prætactæ 4.
quæstionis ita summari poterunt, aut Municipium fuit vere & absolute subjectum, aut fuit anomalum, & de hisce nobis non est hic quæstio, qui de Municipiis in specie & proprie sic dictis agimus.
Si sit Municipium proprie dictum, 5.
non origo subjectionis, an nimirum illa fuerit coacta vel spontanea, sed Jus Principis in Municipales quæsitum attendi debet; 6.
Ideoque si se exemerit conniventia, patientia, vel expresso Principis consensu, alia oritur quæstio, an nimirum Princeps, vel alius Dominus territorialis, Municipium aliquod alienare possit? de 7.
quo cap. seq. agetur. Si citra hoc exempti, vel tyrannidem, quam ex Politicis ferendam scimus, vel impotentiam defensionis prætexerunt, rebelles sunt, illosque hæc effugia

 non

non relevant, ſed Municipium, nulla obſtante temporis intercapedine ſub imperium Jurisdictionemque revocari poterit.

8. Quæ ſententia ſtabilitur generalibus Juris textibus, quibus cavetur, ut nemo ſit acephalus, id eſt, ſine capite, C. *nulla diſtinet.* 93. *c. cum omnis* 2. *de Cenſ.* C. *magnum* 28. *qu.* 1. Klock. *conſ.* 8. *n.* 228. *& conſil.* 28. *n.* 225. *& conſil.* 32. *n.* 61. *&* 69. *Tom.* 1. *Vol.* 1. *conſil.* 31. *n.* 63. ſtatuit,

9. quod præſcriptio immemorialis libertatis hoc caſu locum habere poſſit, weiln im Heil. Reich Teutſcher Nation/fürnemlich in Sachſen/etliche Hanſe-Städte verhanden/welche dergeſtalt mixtum ſtatum haben/daß ſie weder unter die Reichs-noch Lands-Fürſtliche/und Municipales Civitates zu ziehen ſeyn. Et licet ex C. *cum non liceat* 12. *x. de præſcript.* dicterium illud inferatur, quod nemo poſſit eſſe acephalus, hoc tamen capien-

10. dum de ſubditis, & quamdiu manent ſubditi, quibus obſtat ſubjectio, adeoque non poſſunt præſcribere, ne ſint obedientes ſuo Domino, non de populo, qui tanto tempore, quantum ad præ-

11. ſcribendam libertatem ſufficit, pro libero ſe geſſit. Denique textum illum loqui tradit de obedientia in Spiritualibus ſecus eſſe in terrenis, *all.* Cravett. *de Antiqu. temp. p.* 3. §. *materia n.* 73. quod idem eſſet, ac ſi quis præſcriberet, ne quis obediat Deo, *Id. d. loc. n.* 76.

Regalia autem etiam reſervata 12
in ſignum ſingularis privilegii uſu temporis immemorialis præſcribuntur, Chassan. *de glor. mundi* 5. *part. conſiderat.* 24. Et talis præſcriptio quoque currit contra Principem ignorantem & agere valentem, Salyc. *in l. vectigalia.* C. *Vectigalia nova inſtit.* Nam tan- 13
ti temporis uſus habet vim privilegii, Gloss. *in l. ſuper quibusdam* §. *præterea de verb. ſignif.* & vim conſtituti & pacti, *l. hoc jure.* §. *ductus aquæ ff. de de aq. quot & æſtiv.* inducit præſumtionem juris & de Jure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, Oldrad. *conſil.* 172. *n.* 30. de qua præſcriptione regalium ulterius agitur *cap.* 12. *lib. II. n.* 44. *& ſeq.*

Quæ regula in Municipiis, quæ 14
ob ſui naturam ſibi ipſis caput eſſe non poſſunt, ut ait Cravett. *de antiqu. temp. p.* 4. §. *materia. n.* 73. locum invenit illimitatum; Item- 15
que quod non præſcribi obedientia, *c. cum non liceat de præſcript.* nec de ſuperioritate Principis ulla præſcriptione, etiamſi ſit immemorialis, quis eximi poſſit. *l. fin.* C *ne rei Dominicæ. vel templorum vendicat. temp. præſcr. ſumma. l.* 6.

C. *de operib. publ. C. cum inter. extr. de consuet.* BALD. *in l.* 1. *col.* 4. *pr. C. de Emancip.* ZOANETT. *de Rom. Imp. n.* 121. *& seqq.* quam sententiam multis rationibus fir-
16. mat BELLAMER. *conf.* 10. *n.* 6. *& seqq.* Subdito enim, qui Superiorem recognoscit, subjectionis signa semper obstant, inter quæ est & homagium, NATTA *conf.* 118.
17. ROL. â VALL. *conf.* 53. *n.* 20. *Vol.* 2. Dantur tamen, qui non obstante homagio præscriptionem obtinere statuunt, ex ratione, quia ejusmodi juramentum servitutis speciem redolet, & regulariter subjectio sine juramento subsistere potest, imo ejusmodi Juramenti genus de Jure Civili incognitum, intuitu feudorum & beneficiorum demum inventum fuit, juxta MENOCH. *conf.* 748. *n.* 28. *& seqq.* CRAV. *conf.* 452. *n.* 11. Cum tamen non origo homagii hic quicquam conferat, sufficit, quod per illud de subjectione con-
18. stet. Cæterum ABBAS *in cap. ad audientiam in fin. x. de præscript.* putat opinionem vulgarem procedere saltem in Principe superiore & contra inferiores Dominos, puta, qui & ipsi Superiorem recognoscunt, qui jura Principis non habent, præscribi posse, simulque defendere conatur signum simul subjectionis, & subjectionem ipsam posse præscribi, nisi contra Papam ob supremam ejus potestatem, sicut nec contra Deum. SOCIN. *conf.* 166. *col. ult. x. sed si clarum.*
Ratione præscriptionis obedientiæ 19.
adversus superiorem duo sunt considerandaá; *Primo:* Quatenus obedientia habet relationem ad duas personas, scilicet præcipientis & obsequentis, & tunc procedit decisum. *d. c. cum non liceat.* puta, neminem posse præscribere obedientiam, ut non sit subditus sui Superioris, cum nemo possit sibi
ipsi imperare; Quatenus autem *se-* 20.
cundo obedientia habet effectum abnegativum, quo mediante aliquis, qui antea erat subjectus, se per præscriptionem dicit liberum, & tunc talis non dicitur præscribere obedientiam adversus suum Superiorem, sed liberratem subjectionis, quæ præscriptioni subjacet. Hac distinctione hanc difficultatem solvit. AUGUST. BEROUS. *conf.* 25. *n.* 4. *Vol.* 1. *ex* OLDRAD. *conf.* 254. *recensente* KLOCK. *Vol.* 1. *conf.* 31. *n.* 70.

Si Princeps Municipium alie- 21.
num sibi jurare faciat juramentum vel homagium illud est ipso jure nullum, BALD. *in l. nec si volens C. de liber. caus.* RULAND. *decis. Jure controv. quæst.* 21. KNICHEN. *de Jure territorial. cap.* 3. *n.* 17. STEPH. *de Jurisd. Lib.* 2. *p.* 1. *c.* 7. *n.* 22.

Et

Et Klock. *de contribut.* ita judicatum in Camera in causa **des Städtlein Wangens.** dicit *cap.* 20. *n.* 339. quem pluribus ibidem de injusta violentaque occupatione civitatis & civium ad juran-
22. dum illegitima compulsione, vide ubi num *sequenti* 340. notabiliter dicit, quod injusta invasio & violenta occupatio civitatis & civium ad jurandum illegitima compulsio, adeo non operetur ad subjectionem, ut etiam non purgetur hoc vitium licet Principis sive Imperatoris confirmatio, aut investitura accedat, atque civium submissionem & Juramentum ob potentiæ, formidinem metu factam,
23. præsumi & sic ipso Jure nullam esse *num.* 343. *S*ubjectio enim est res incorporalis hinc non potest acquiri per alium sine consensu illius qui eam possidet *l.* 7. C. *de servit. & aqua.* Possessio incorporalium non potest acquiri sine scientia & patentia possessoris. Innocent. *in c.* 4. *n.* 2. *de integr. restit. Joh. Papi.* Crozet. *in Cons. Boulon. tit. Des renvois.* 2. *n.* 11. Klock. *ex Baldo adjungit.* At licet
24. Imperator, Papa, & Rex Fancorum faceret aliquam civitatem sibi jurare, cum sua non esset, non valere, cum hoc faceret instar Tyranni, omnis autem formido potentiæ, ex metu facta præsumitur, adeoque ipso Jure est nulla, Coler. *de process. execut. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 328. Nec quicquam stringit Jurisjurandi violenta præstatio,
nam Jurans, ut obligatus sit, in- 25.
tentionem urandi jhabere debet voluntariam & deliberatam, alia non erit Juramentum. Zoes. *ad tit. ff. de*
jurejur. n. 9. Ad quod facit, quod 26.
is, qui scit, se posse compelli, dicatur coactus facere, licet dicat, se sponte facere, cum multi fin-
gant ridere, qui timent. Hypp. *de* 27.
Marsil. in pr. crim. §. *expedita* 20. *vide tamen cap.* 11. *n.* 25. Vis habet necessitatem impositam contrariam voluntati, Ulp. *l.* 1 *ff. quod met.* Et actus hominum liberi es-
se debent, quodque autem extor- 28.
tum est, libere factum non videtur, *l. metum* 5. *ff. eod.*

Quæ de Jure gentium militari-
que præmissis objiciuntur, leviora 29.
sunt, quam ut confutatione indigeant; Aliud enim est, quid factum sit, aliud, quid fieri debeat, *arg. l.* 12. *ff. de offic. præsid.* utique tamen inter bellum justum distin-
guendum est; Nam bello justo 30.
parta æque nobis acquisita & nostra sunt, quam si nobis debita ab aliis consequimur, Grot. *lib. II.*
de J. B. & P. 6. *n.* 1. ubi exem- 31.
pla subjungit eorum, qui Deum in injusto bello invocatum habuerunt propitium, sic pius Rex Asa

de Æthiopibus injusto bello se lacescentibus, & victoriam & multas civitates reportavit, quod eo magis notandum ait, quia arma non ex speciali mandato Dei, sed ex communi jure sumsit, *2 Paral. 14.*
32. *v. 13. 14.* Notanda & hic historia de Philippo II. Rege Hispanico; Hic, cum Antonium Lusitanum oppugnaret, regni Proceres magnis promissis flexit, ut priori Domino deserto, suas partes subirent, regno itaque huic Philippo confirmato, Proceres promissa sibi facta urgent, quibus Rex Philippus hoc responsi dedit: Ego aut sum legitimus vester Rex, aut non sum. Si sum, omnes feudi fidelitatisque nomine mihi obligati estis, nec quicquam vobis debeo; Si non sum, vos ad sceptrum me promovendo, perfidè & proditorie egistis, eoque ipso vitæ & bonorum jacturam incurristis. Ex regali itaque gratia & clementia
33. vobis vivere permittitur; Ex quibus subditi ut in speculo habent, quam gratiam apud alios, deserto suo Domino, inveniant, & quod nunquam ut proditionis, ita defectionis merces sit secura, ut ait BARCL. *in Argen. & alibi.* quam ve-
34. rissime, ut membra, quæ violentia de naturali sede removit, non nisi per violentiam in articulos suos redeunt, ita provinciæ, *imo civitates*, quæ â suo Domino diverterant, prius errorem multis cladibus expiarunt, quam antiquæ & á se projectæ rectitudini redderentur, Proditor est, qui malo 35.
consilio & proditoris animo patriam derelinquit, & ideo hostium numero habendus est, *l. postliminium 19. §. transfugæ. ff. de capt. & postlim.* proditio autem perniciosius delictum est, quanto difficilius rem latentem quam manifestam custodire; Hostes aliquando conciliantur, at qui semel in proditione deprehensus est, cum illo nemo unquam in gratiam redit, aut illi deinde fidit, XENEPH. *lib. II. rer. Græcar.* Proditor autem 36.
Civitatis vel Municipii est civis, vel ejusdem subjectionis, cujus est civitas, THOLOS. *Synt. lib. XXXV. C. 5. n. 29.* nam alienigena vel extraneus & non subditus crimen læsæ Majestatis non committit, BÖKR. *de sedit. §. 6. n. 23.*

Illud autem sine controversia 37.
est, Municipium se posse circa quid & quodam modo potestati Principis subtrahere, ut nimirum illi sub certis limitatisque conditionibus subsit, ut agnoscat superioritatem in quibusdam, in aliquibus etiam non; quod longissimo 38.
itemque tempore â collectis, quæ â Principe Municipalibus indicuntur, atque sunt fructus jurisdi-

Q di-

dictionis, imo lac & lana gregis politici cæterisque muneribus se eximere & liberare valeant, quod vide plene tractantem KLOCK. *dict. Tract. de Cont.* *cap.* 16. *sect* 2. *per tot.*

39. Fundamentum hujus exemptionis consistit in favore libertatis, cujus favorabilior est præscriptio contra servitutem, quam servitutis contra libertatem, KLOCK. *all. loc. n.* 8. ex ratione. quia res facilius revertitur ad primævam suam naturam, *l. si unus* 27. §. 2. *in fin. ff. de pact.* cum homines ea fine non nascantur, ut collectas & ejusmodi onera solvant. NATTA *cons.* 486. *n.* 9. MENOCH. *cons.* 887. *n.* 33. *cit.*

40. KLOCK. docet, quod quadraginta annorum ad hanc exemptionem â

41. collectis sufficiant, *n.* 27. Hoc tempus currere incipit â die impositionis primæ collectæ, BART. *cons* 257. *vol.* 2. Hæc tamen præscriptio non obtinet, si necessitas & casus collectandi se non obtulerit. MYNSING. *cons.* 70. *n.* 3. & 4. Pariter non procedit in collectis debitis Imperatori in signum superioritatis, quæ nunquam præscribuntur,

42. *l.* 6. *C. de præscr.* 30 *ann.* atque certum est, solam allegationem nihil fuisse solutum, pro consequenda libertate, onus probandi contrarium in affirmativam prætentem rejicere, KLOCK. *c. n.* 30. Nec

43. titulum ad hanc præscriptionem necessarium esse, *n.* 38. ratio est, quia ad præscriptionem longissimi temporis non exigitur titulus, sed sine eo perficitur, *l. si quis emptionis* 8. §. 1. *C. de præscr.* 30. *vel* 40. *ann. C. de quarta.* 4. *x. de præscript.* & jus commune satis tituli præstat.

Bonam fidem ideo non requiri, 44
quia, quando agitur de libertate præscribenda, bona fides semper præsumitur, *n.* 41. itemque casu, quo collectæ â nonnullis exactæ, ab aliis vero non, tunc illos, qui collectam non solverunt, etiam absque interpellatione & recusatione, per solius temporis lapsum immunitatem â collectis præscribere, *n.* 78. & plura hisce similia. 45
Et quidem hoc ita secundum rationes juris Civilis procedit, nam in ejusmodi præscriptionibus longissimis mala fides non nocet; Sed inspecto Jure Canonico, quo malæ fidei possessor nullo tempore præscribit, C. *fin. x. de præscript. C. possessor de R. I. in.* 6. aliud dici potest & hoc jus Canonicum in tali materia observandum, in foro seculari statuunt, BART. & BALD. *in l. privilegia. C. de SS. Eccles.* CORN. *consil.* 166. NATTA *consil.* 226.
n. 4. interim non negandum, & 46
apud omnes in confesso est, ex lapsu longissimi temporis in juribus incorporalibus, quando de libertate præscribenda agitur, bonam

nam fidem in dubio semper præsumi, MENOCH. *rem. recup. 13. n. 77.* ideo non adeo anxie super bona fide inquirendum est, quia lex præsumit in bonam partem, MANDELL. *cons. 28. n. 2.*

47. Municipia se certo pretio â potestate Principis per contractum liberare posse, arguunt exempla antiqua, ut Lindovia, Lindau / quæ se à Comite Brigantino ejusque potestate territoriali 42 Marcis, altera parte argenti, altera auri, liberavit. MÜNSTER. *in Cosmographia lib. III. c. 253.* CASPAR BRUSC. *cent. 1. Monaster. Germ. fol. 80.* & alia, idque jure fieri potuisse &
48. adhuc posse tradit PETR. HEIG. *p. 1. quæst. 19. n. 17.* Sic & pretio dato, liberæ Civitates factæ sunt, ita, ut nullo postliminio ad veterem Dominum revertantur, de Roo *in Annal. Austriac. lib.* IV. De variis istiusmodi civitatibus narrat LEHMANN. Von der Stadt Augspurg wird geschrieben / daß sie im Jahr 1266. von Conradino dem letzten Hertzog zu Schwaben/ um groß Geld ihre Freyheit und die Bestallung des Stadts-Regiments erkaufft/ und von derselben Zeit den Stadt-Burgemeister und Stadt-Pfleger zu erwählen herbracht. Die Stadt Ulm hat Käyser Carolus M. als ein Reichs-Dorff dem Kloster Rechenau zugeigenet im Jahr 873. CRUS. *annal. p. 2. l. 1. c. 7.* Unter des 49.
Käysers Ludovici des Bäyeren Regierung / hat sich die Stadt der Beherrschung des gedachten Klosters mit Geld erleidiget/ und vom Käyser im Jahr 1346. einen Raht zu erwählen / und durch denselben die Stadt zu regieren / Gewalt und Freyheit bekommen. Jedoch haben die Münche ihre Gerechtigkeit wieder zu erlangen / allen Fleiß fürgewendet und mit der Stadt hierum gerechtfertiget/ bis zu Käysers Friederichs III. Regierung/ die Stadt von des Klosters Gerechtigkeit loßgesprochen / daß sie demselben 24 Gulden zahlen sollen. CHRON. *spir. 4. c. 4.*

Caput X.

DE ALIENATIONE MUNICIPII A DOMINO TERRITORII FACTA.

SUMMARIA.

1. *Distinctio inter Principatus.*
2. *Populi cujuscunque conditionis hoc voluisse censentur, ut sub bono Principe salvi sint.*
3. *Idem est in servis ratione Dominorum.*
4. *Princeps territorium possidet vel ut Princeps bonus, velut Tyrannus.*
5. *Differentia inter Principem bonum & Tyrannum.*
6. *Boni Principis descriptio.*
7. 27. *Princeps est Parens publicus, pater patriæ.*
8. *Felicitas boni Principis.*
9. *Regula Trajani pro bono Principe.*
10. *A Principe nihil tentandum contra subditos nisi quod sibi ab aliis præstare vellet.*
11. 14. *Bonus Princeps non potest Municipium à corpore provinciali abstrahere.*
12. *Bona & jura Regni non Regis propria sed dignitatis sunt.*
13. *Juramentum illicitæ alienationi accedens nihil operatur.*
15. *Subditi inviti non possunt alienari.*
16. *Grave est subditis mutare Principem.*
17. *Distinctio Grotiana in hac materia.*
18. *Res pleno Jure nostro alienari potest.*
19. *Exemplum Reginæ Neapolitanæ & Nobilitatis Scoticæ.*
20. *Facilius Principes auferunt & rapiunt quam alienant.*
21. *Duo hominum genera in hac alienationis materia notata.*
22. *Subditorum interest Dominum non mutare.*
23. *Cives ut corpora libera, non cadunt in commercium.*
24. *Alienato Municipio Jus regendi transfertur.*
25. *Quæ sola non possunt alienari, per universitatem transeunt; Exemplo rerum Sacrarum.*

26. *Exemplum rei religiosæ & juris Patronatus.*
28. *Rex & Princeps est pater, Tutor, Curator & Gubernator in nave.*
29. *Pater non potest alienare bona adventitia filii.*
30. *Princeps, ut territorii maritus, non potest alienare ejus bona.*
31. *Procuratio reipublicæ gerenda ad utilitatem eorum, qui commissi sunt.*
32. *Principis, ut veri Pastoris officium.*
33. *Princeps est custos & Dispensator ut communium bonorum, non ut suorum.*
34. *Tantum est Principis, quantum omnium.*
35. *Fructus bene gesti Principatus in Principem redundant.*
36. *Principes modeste se non Dominos sed servos Reipublicæ dixerunt.*
37. *Rex Romanorum in Capitulatione sua jurat, se nihil de Imperio alienaturum.*
38. *Monitum Philippi Landgravii Hassiæ in testamento paterno, de non alienando.*
39. *Vasallus sine Domini consensu non potest alienare.*
40. *Nec vasallus invitus in alium transferri potest.*
41. *In feudo novus non potest obtrudi Dominus.*
42. *Ratio reciproca inter Dominum & vasallum impedit alienationem.*
43. *Baldi responsum, ratione vasallorum sub Ducatu Mediolanensi ab Imperatore Friderico translatorum,*
44. *Ducatus nullus tam absolute in Principis est potestate, ut Statibus sive Ordinibus nihil suffragii detur.*
45. *A Dominis inaugurandis vicissim jusjurandum exigitur.*
46. *Principes absolutæ & limitatæ potestatis.*
47. *Potestas Regia in populum Dei data, etiam limitata fuit.*
48. *Excusatio rebellionis Ordinum Danicorum.*
49. *Salva Majestate in Principe, absoluta ejus potestas imminui potest.*
50. *Fides sola tantum in Principe est, quantum in privatis juramentum.*
51. *Horrenda exceptio Principis Mediolanensis, contra fidem Imperatori Friderico I. datam.*
52. *Nuda & simplex promissio Principis se servaturum omnia in illo statu, quo invenit, impedit alienationem.*
53. *Promissio accedens legali prohibitioni valde est efficax.*
54. *Pacta & promissa servare naturali æquitati maxime Principibus convenit.*

55. *Byssinum dictum Caroli V. de servanda fide data.*
56. *Princeps est fons justitiæ.*
57. *Fraus in Principe est fœdior, quam aperta violentia.*
58. *Princeps omnia imperio possidet, singuli dominio.*
59. *Carolus IV. Imperator, dissipator & vitricus Imperii dictus.*
60. *Pœna Imperatoris contra Capitulationem dissipantis.*
61. *An in casu necessitatis licita sit Principi alienatio?*
62. *Non concessa Principi penes cives remanent.*
63. *Exemplum Statuum Evangelicorum in literis ad Imperatorem missis.*
64. *Non debet alii nocere, quod fit ab alio.*
65. *Aliud est universitas, aliud singuli.*
66. *Ad probandum consensum non sufficit, si singuli diversis temporibus quid fecerint.*
67. *Unus si hodie, cras alter consentiat, licet ita successive omnes, non dicitur tamen consensus hic universitatis, qui debet esse simultaneus.*
68. *Quatenus universitati animus insit?*
69. *Quid sentiendum de donationibus, oppignorationibus & concessionibus, salvo jure superioritatis.*
70. *Ut in corpore humano, ubi pars aliqua de loco naturali divellitur, non bona remanet dispositio; Sic nec & in corpore Politico.*
71. *Inter alienationis species est donatio.*
72. *Cautela in donatione Pontificum ex patrimonio D. Petri.*
73. *Oppignoratio est alienationis species.*
74. *Circa hanc Capitulationes Imperatorum.*
75. *Exempla perniciosarum oppignorationum in Imperio.*
76. *Paritas rationis obtinet circa Municipia.*
77. *Principes in alienationes partium proni, sunt homicidæ suæ dignitatis.*
78. *Corpus, cui vel auricula amputatur, monstrosum est.*
79. *Separatio membri à corpore ægrius permittitur, quam rei totius alienatio.*
80. *Principes res ad suam coronam spectantes non possunt alienare, ne in Ecclesiam quidem, si hoc in enormem cedat læsionem.*
81. *Alienato Municipio onera reliquis provinciæ Municipiis accrescunt.*

82. *Domaniorum alienatio solet esse restricta.*
83. *Probibitio hæc alienationis jure gentium censetur.*

1. Utrum talis alienatio fieri possit vel non, immerito displicet quorundam distinctio, inter Principatum electitium, hereditarium, conventionalem, & armis belloque quæsitum. Populi enim sive vi ac-
2. quisiti, sive pactione dediti; Hoc semper spectasse, & statim pacti esse videntur, ut quocunque amisso, salvi tamen sint, & viverent, atque conditionem veri, id est, boni Principis adipiscerentur.

Et potestas Dominica quæ ser-
3. vos sibi constituit, hoc voluit, ut bello capti servarentur non occidentur, cum dicti sint à servando
4. §. *servi* 3. *J. de Jur. Pers.* Nec sufficere putarim absolutam aliquam potestatem continuata successione, firmatam, ut vult BACHOVIUS hæ enim omnes circumstantiæ non faciunt, quin quis possideat vel ut Princeps bonus vel ut Tyrannus. Nam quacunque ratione Princeps
5. Dominium adeptus fit, si bonus est, salutem populi tanquam supremam legem respiciet, si Tyrannus, finem regiminis ad quæstum privatum diriget, nam hæc vera Tyranni definitio est secundum omnes Politicos. De quo plura *cap.* 13. *n.* 46 *hoc lib.* Hinc JACOB VI. BRITAN. *R.* filio Carolo I. *in tractatu suo de institutione Regia Lib. II. prino. & Lib. III.* commendat versus VIRGILII *Æneid. 6.*

Hæ tibi erunt artes paci que imponere morem,
Parcere subjectis & debellare superbos.

Princeps itaque creatur, non ut 6.
se ipsum curet, sed ut populi feliciter sub ipso degant; Principis est, quicquid est omnium, tantum ipse quantum omnes habent PLIN. *secund.* hinc Alexander Magnus interrogatus, ubi Thesauros haberet? Apud subditos, respondit. AMMIAN. MARCELLIN.

Prout Theodorus Gotthorum 7.
Rex Principem vocat parentem publicum apud CASSIOD. 4. *Epist.* 42. Augustus nullam vocem libentius audivit, quam Patris Patriæ, DION. *in Aug.* Trajanus hoc nomen diu recusatum, tandem cum ingenti gratiarum actione à Senatu accepit. *Idem in Trajan.* Adrianus hoc nomen delatum, statim non acceptavit, sed iterum iterumque distulit eò quod nomen hoc Augustus sero meruisset. ÆL. SPART. *in Adrian.*
Cyrum subditi tanquam patrem ve- 8.
nerebantur, & is subditos colebat, tanquam filios XENEPH. Istiusmodi pla-

placido tranquilloque Regi fida sunt auxilia, quibus ad communem salutem utatur. Hinc Princeps suo beneficio tutus nihil præsidii eget arma ornamenti causa habet. SENEC. *de clement. cap. 12.* Quis cum deliget quem metuit? Aut cum à quo se metui putat CICER. *pro Lat.* Ab Arthabano Parthorum Rege defluxerunt paulatim, qui metu magis quam benevolentia subjecti, repertis auctoribus sustuleruut animum, TACIT. *lib. VI. Annal.*
9. *n. 7.* Is ergo vere demum bonus Princeps est, qui regulam Trajani sequitur, dicentis: *Talem me præstabo Imperatorem privatis, qualem optarem ipse privatus.* Et Mœce-
10. nas admonuit, ut nihil tentaret contra subditos, nisi quod sibi ab aliis præstari vellet, DION. *in Aug.* vellet autem unusquisque sui rationem haberi, suaque commoda in Republica procurari; Ideo Regis est, omnia acta sua ad omnium salutem referre, ARNIS *Opere Polit. cap. 9.* qui pater, qui frater, qui amicus, qui vere bonus Princeps, ut hæc elogia Fl. Claudio, in Senatu recitata sunt, RIGER. *in*
11. *Ethic.* Talem inquam Principem Municipium invitis Municipalibus à corpore Provinciali abstrahere, inque alium transferre posse, simpliciter negamus. *Vid. C. intellecto*
12. *33. extra de jur. jur.* Et ratio est, quia bona & Jura Regni non Regis propria sed dignitatis sunt, ergo rex ea alienare nequit, etiamsi hoc juramento promisisset; Simili modo 13.
& juramentum illicitæ alienationis, confirmatorium non servandum erit AUCTOR *Ichnograph. Tract.* de *Mendac. Lib.* III. *c. 8. n. 26* Quo & 14.
pariter referendum, quod Princeps non possit civitatis partem, ab ordinaria jurisdictione dividere, & dare alteri RIFPA *Resp. 25. n. 7. Lib.* VII. MENOCH. *Consil. 264. n. 29. 30,* MARCAN. GIURB. *Consil.* 89. *n. 7.*
Tum quia generaliter in jure cau- 15.
tum, quod subditi inviti non possint alienari. HOSTIENS. *in c. dilecti de major. & obedient.* GABR. *Com. opin. lib.* III. *tit. de jure quæsit. non toll. concl. 8. in pr.* CRAVETT. *consil. 54. n. 3.* NATT. *consil. 506. n. 15.* MENOCH. *consil.* 32. *n.* 2. OSASC. *decis. Pedemont.* 139. *n.* 21. CE-
PHAL. *consil.* 628. *n.* 3. Desuper 16
& MENOCH. *cons. 75. n. 31. & 47.* hoc utitur argumento, puta quod mutare Principem, grave admodum sit subditis, cum pro pio & justo impius & Tyrannus possit substitui. Alii verò indistincte hoc ei concedunt, eò quod cæteroquin salva & integra ejus Majestas esse non pos-
sit. Reliqui distinctione hanc quæ- 17
stionem dirimunt, & secundum fundamenta Grotiana *Lib.* II. *c. 6. §. 3.* videndum censent quo Jure Princeps

ceps Imperium possideat, si enim pleno Jure id tenet, id est si Imperium in patrimonio, ejusque omne
18. jus & arbitrium est, quis ei hunc effectum juris naturæ adimet, puta ut rem suam distrahat? Si vero populo id acceptum fert, quo modo non suum alienare ipsi fas erit. WISSEMB. *ad L. fin. C. de reb. alien.*
19. *non alien.* MENOCH. *Cons.* 962. Sic ait FROSSARDUS. *Lib.* II. In potestate Reginæ Neapolitanæ, non esse, quæ sua non essent alienareEt apud BUCHANANUM *Rerum Scoticarum* Lib. VII. *n.* 92. Negabat Scotica nobilitas jus esse Regi quicquam de finibus regni detrahere nisi omni-
20. bus Ordinibus consentientibus. Merito autem addit TESMAR in *in notis ad Grotii all. loc.* nescio quare tam sollicite & subtiliter hæc disputet Auctor, ac religionem injiciat Principibus alienandæ partis Imperii, utinam tam facile illos dedocere posset, ne agerent, ferrent, raperent aliena, quam facile obti-
21. nebit, ne quid ultro alienent Frustra movetur hæc quæstio extra casum necessitatis; Alioquin hoc scio vehementer inculcare duo hominum genera, alterum qui privilegia, quæ Principes ac Reges populis ac civitatibus dederunt, irrita reddendi occasionem quærunt, alterum qui, æternos volunt servare titulos semel acquisitæ possessionis, id est semina bellorum.

Porro interest subditorum, Dominum non mutare. INNOCENT. 22.
in cap. auditis super GLOSS. I. *de præscript.* ALCIAT. *cons.* 167. *n.* 1. RIP. *cons.* 179. *n.* 3. CURT. JUN. *cons.* 174. *n.* 17. GRAT. *cons.* 147. *col.* 2. *vol.* 1. CAPIC. *Decis.* 162. *col.* 1. & 7.

Quarto ajunt, nullam Civitatem municipiumve, in alium trans- 23.
ferri posse, quin & ejus incolæ civesque quos scimus, in nullam omnino stipulationem, emptionem, aut commercium cadere *l.* 103. *ff. de verb. oblig. l.* 32. §. 2. *ff. de contrah empt.* simul alienentur.
Quæ tamen prohibitæ alienatio- 24.
nis causa, præcipua non est, nam posito casu si municipium alienatur, non homines ipsi proprie & principaliter alienantur, sed Jus perpetuum eos regendi, qua cives sunt, una cum Civitate transfertur.
Pari modo res sacræ quidem sunt 25.
extra commercium, venduntur tamen per universitatem, nam quæ non possunt sola alienari, per universitatem transeunt *l. quadam* 62. *ff. de Acq. rer. dom.* Similiter res re- 26.
ligiosa non potest alienari, bene tamen jus ea utendi mortuumque inferendi *l. Monumenta* 14. *C. de legat.* Et hic in tali alienatione non inspicitur res ipsa alienata, sed jus quod in ea habemus, prout Patronus Ecclesiæ patronatum sine vitio legati

R le-

legare potest PEREZ. *ad d. L.* 14.
num. 7.
27. Cum boni Principes *Quinto* pro
patribus habeantur, ut ita, prout
modo dictum, Claudio hoc enco-
mium à populo occentatum est:
Claudi Auguste, tu pater tu frater
tu amicus, tu bonus Senator, tu ve-
rè bonus Princeps es. Imo tutores,
curatores, Nutritii Pastores, custo-
desque sint *juxta Arist.* 5. *pol.* 11.
28. Rex enim vel alius Princeps, quan-
tum ad boni publici procurationem
attinet, ferè idem est, qui Pater
cum uxore & liberis, tutor cum pu-
pillis, curator cum adolescente, Gu-
bernator cum vectoribus, nave onu-
sta, Pastor cum grege, Jmperator
cum exercitu quorum fidei non
concreditur, ut vendere, donare
& alienare possint. HOTOMAN. *in
Franc. Gall. c.* 14.
29. Ut itaque Pater bonis filiorum
adventitiis, uti frui quidem, alie-
nare autem illa non potest *l.* 1. *ibi-
que* PINELL. *part.* 3. *n.* 18. *C. de bon.
Matern.* sic nec Princeps bona ter-
ritorii, simili modo, & Princeps
territorii maritus esse censetur,
LUC. *de* PENN. *in l. quicunque* 3. *col.*
30. 3. *C. de omn. agric. desert*; Marito
autem rerum dotalium alienatio
interdicta est, *pr. J. quib. al. lic.
vel. non. l. si fundus* 6. *ff. de fund.
dotal. l.* 1. *C. eod. l. un.* §. *& cum
lex* C. *de rei ux. act.* KNIPSCH. *de
Jur. Civit. Imper. lib. II. C.* 31. *n.*
31. *&* 33.

Nasicam commendat PATERCU- 31
LUS *lib.* II. *princ.* hisce verbis:
Quicquid publice salutare non es-
set privatim alienum existimans,
ut enim tutela, sic procuratio Rei-
publicæ ad utilitatem eorum, qui
commissi sunt, non ad eorum,
quibus commissa gerenda est.
Sicut & Pastoris est, per omnia 32
consulere utilitati gregis, nec ut
ait GREGOR. *in C. quamvis* 10. *x.
de R. J.* Pastoris est excusatio, si
lupus oves comedat, & pastor ne-
scit; Ita, qui reipublicæ præsunt,
duo præcepta Platonis teneant,
unum ut utilitatem civium sic tue-
antur, ut quicquid agant, ad eam
referant, corpus Reipublicæ curent,
ne, cum partem aliquam tuentur,
reliquas deserant, CIC *Lib. I. Offic.*

Princeps est custos & dispensa- 33
tor, ut communium bonorum,
non ut suorum. Rex non curat
sua, quia nulla re indiget, sed
subditorum & civium commodis
solum prospicit, ARIST. *lib.* VIII.
Eth. cap. 10. Regi enim sufficit, 34
si beatam possideat rempublicam,
cum tantum sit Principis quantum
omnium. PLIN. *in Panegyr.* & CIC.
lib. I. *Epist. ad Fratrem.* Nostrum
dicamus esse, quicquid bono Prin-
cipi nascatur. Ergo reipublicæ 35
commodis intentus Princeps non
pror-

prorſus in alienis ſe conſumit, cum fructus bene geſti Principatus maximam partem in eum ex conſequenti redundent, ARIST *l. 3. Po-*
36. *lit.* 4. Qua de cauſa ſe modeſtiſſime ſervos non Dominos Reipublicæ dixerunt, ut fecit Agamenon inquiens: Nos nempe Majeſtate & Imperio populo ſumus priores, ſervi cætera? Alienum ſane ab horum officio erit, creditos ſibi ſubditos alienæ jurisdictioni ſubjicere, terramque ſuam alienare, exoſſare, ut loquuntur Pra-
37. ctici, ſeu dimembrare. Hinc hodie Rex Romanorum primum jurare debet, nihil quicquam de Imperio alienandi, ſed multo magis ſingula quæque ope & conſilio Electorum acquiſita, Imperio aſſignare; Quod confirmant verba CAPITUL. LEOPOLD. *Art.* 12. **Zu dem und insonderheit / wollen wir dem H. Röm. Reiche / und desselben Zubehörigen / nicht allein ohne Wissen / Willen und Zulassen gemeldter Chur-Fürstl. samtlich nichts hingeben / verschreiben / verpfänden / versetzen noch in andere Wege veräusseren / oder beschweren / sondern uns aufs höchste bearbeiten / und allen müglichsten Fleiß und Ernst fürwenden / dasjenige so davon kommen / als verfallene Fürstenthümer zum föderlichsten wiederum dazu zu bringen / und dabey bleiben zu lassen.** Et Phi- 38.
lippus Magnanimus Landgravius Haſſiæ, teſtamento ſuo paterno ita prudentiſſimè cavit: **Sie die jungen Herren sollen kein Land oder Leut weg schencken / sondern wann sie einen wohlverdienten Mann wollen eine Gnade thun / so sollen sie ihm eine zeitliche** Penſion **aus der Kammer verehren / denn wann man einem ein paar Körbe Aepffel oder Birn verehret / so tragen die Bäume übers Jahr wieder / aber wenn der Baum einmahl weg gegeben / so hat man übers Jahr nichts mehr weg zu schencken.**

Sexto ex jure feudali vaſallum 39.
nihil ſine Domini conſenſu ex rebus feudalibus alienare poſſe, *c. imperialem pr. de prohib. feud. alien.*
itemque vaſallum invitum à Do- 40.
mino in alium quocunque titulo transferri non poſſe, *c. Sancimus. §. ſi quis quo temp. miles inveſt. pet. deb. c. ſi quis. §. de feud. dat. in vic. legi*
commiſſ. Quæ omnia in omnibus 41.
Principatibus, qui feuda ſunt Imperii, intellectum haud obſcurum habent, ne novus obtrudatur Dominus, *2. F. 34. §. ex eadem.* STRUV. *Synt. J. Feud. c. 13. th. 1. n. 3.* ANTON. *Diſput. 9. theſ. 6.*
Et inter Dominum ac vaſallum 42.
militat reciproca ratio, ut enim vaſallus invitus à Domino non poteſt

teſt in alium transferri, ſic & intereſt Domini, retinere ſuos ſubditos, unde hi aliò, ſe invito & inſcio Domino transferentes â Superiore vindicari, & ſub Imperium revocari poſſunt, utut ſint liberi homines & ſaltem jurisdictioni obnoxii, *C. dilectus 55. pr. x. de Apel.* Cravet. *conſ.* 241. *n.* 7. & 973. *n.* 31. & 35. Matth. Steph. *de jurisd. Lib. II. pr. cap.* 2. *n.* 130. Mev. *ad Jus Lubec. lic. I. tit.* 2. *art.* 2. *n.* 67. *& lib.* III. *tit.* 8. *art.* 9. *n.* 3.

43. Hinc cum Imperator Friedericus Ducatum Mediolanenſem erexiſſet, eique Marchionatus & Comitatus ſubdidiſſet, ſingulis Marchionibus Comitibus & Baronibus injungendo, ut feuda ſua â dicto Duce recognoſcerent, ea de re Baldus conſultus reſpondit: Imperatori id non licuiſſe ſine Baronum & reliquorum conſenſu. Bald. *Conſ. ult. vol.* 1.

44. *Septimo*, ex Jure communi & conſuetudinario habemus compertum, nullum uſpiam Ducatum aut Comitatum tam abſolute in Principis poteſtate eſſe, ut Statibus in Rebus publ. nihil ſuffragii detur *arg. l.* 2. *ff. de ſervit. ruſt. præd. de quo cap.* 1. *n.* 16. *& ſeqq.* Quo conceſſo, à membris de membrorum divulſione vota nulla
45. expectare poterunt. Ex Jure *octavo*, Publico vulgari ſcimus, à Dominis inaugurandis, cum ſubditi homagia præſtant, & viciſſim Jus jurandum de conſervando territorio
exigi. Ergo duo ſunt ordines Principum, alii abſolutæ poteſtatis, alii ex pactis conventis, inter imperantes & parentes limitatæ, & certis conditionibus circumſcriptæ; 46
Et immerito hanc pactionem conſtare poſſe negat Cunerus *de offic. Princ. Chriſtian. Cap.* 15. *&* 17. Cum ſumma poteſtas tradatur in populum Sacris literis, quibus pacta derogare nequeunt; Nam Deus ipſe etiam tradidit poteſtatem Regiam limitatam *Deut.* 1. 17. nec minus mixtæ Reipubl quam abſolutæ auctor eſt. Arnisæus *de Auctor. Princip. in popul. C.* 1. §. 4. 47
& ſeqq. Ubi addit ex Helmold. *in Chronic. Sclav.* quod Ordines Danici non aliam rebellionis ſuæ excuſationem attulerint, quam quod Chtiſtianus Rex pactis cum Ordinibus initio initis non ſteterit. 48
Nec hæc pactio inæqualis, monſtri quid alit, cum & Capitulationes Cæſareæ licet Majeſtatem non imminuant, abſolutam nihilominus poteſtatem limitant, & coercent, quam materiam latius pertractatam *vid. ap.* Limn. *ad Capit. Carol. v. in prolegom. ſect.* 8. 49
Cum itaque ſola fidei promiſſio 50
tantum eſt in Principe quantum

Ju-

Juramentum in privato, ut dixit Alphonsus, quomodo Princeps cordatus, & conscientiosus contra Jusjurandum corporaliter præstitutum venire poterit?

51. Horrenda ergo illa est exceptio, qua usus est Mediolanensium Princeps contra Fridericum I. Imperatorem, & contra fidem juramento firmatam, dicendo: Se jurasse quidem, sed juramentum attendedere, non promisisse, RADEVIC. *de gest. Frieder. I. lib.* II. *cap. 25.*

52. Imo, etiamsi non jurato sed nude & simpliciter promisisset Princeps, se servaturum omnia in illo Statu, in quo invenit, hæc pro-
53. missio, quia accedit legali prohibitioni, & novum adfert vinculum, impedit alienationem, & fortius operatur, adeo, ut in casibus etiam jure permissis non sit licita alienatio, *arg.* §. *sanctissimas in authen. de alien.* ARETIN *Consil. 22. col. 2.* SOCIN. *consil. 49. in fin. & cons. 75. col. 2. Vol.* I. BECCIUS *cons.* 191. *n. 69.*

GÜNTHERUS LIGURIN. *Lib.* III.
54. *v.* 513. ad illa hæc exhibet:

Non decet in labiis versari lubrica Regis,
Non decet ore sacro mendacia cudere Regem,
Sancta & plena suo sunt Regia pondere verba,
Dicta semel nullum patiuntur jure recursum.

Pactorum & promissorum fidem servare, ut nihil naturali æquitati magis *l.* 1. *ff. de pact.* BECC. *cons. 45. n. 25.* Ita maxime Principi convenit, CRAVETT. *cons. 592. n. 55.* juxta Byssinum illud 55.
dictum Caroli V. **Wenn schon Treu und Glauben von der gantzen Welt vertrieben seyn solte/ wil es sich doch gebühren / daß derselbe noch bey einem Käyser gefunden werde / Zinck. Gräff.** *in apoph.* Princeps etenim est lex 56.
animata, NOVELL. 105. *c.* 2. fons justitiæ, CLEM. *unic. de probat.* Juris custos, *l. fin. ff. de LL.* Juris amicus, *l. 3. C. de precib. Imp. offer.* veri Germanique juris viva effigies, ZAS. *cons.* 10. *n.* 15. *Lib.* III.

Fraus cum in omnibus fœda, 57.
tum vero in iis, qui majori dignitate sunt præditi, fœdior est, quam aperta violentia, THYCID. *lib. IV. bello Peloponens.* Et MATTHIEU *Histoire de Henr. IV. tom. 1. liv. 2 par. 2.* *La tromperie est par tout odieuse mais elle l'est davantage aux Princes, dont la Parole doit être immuable.*

Qui opposito nobis *ex l. C. de* 58.
quadr. præscript. Dominio Principibus blandiri student, Ex SENECA *cap. 5. de benefic. 7.* facillime confutabuntur, ubi hæc habentur verba: Sub optimo Principe omnia Princeps Imperio possidet, singuli dominio.

 Qui

59. Qui ad exempla confugiunt, audiant, quid Politici de hac re sentiant. Carolus IV. qui Arelatense Regnum Delphino donavit, non Augustus sed dissipator, non pater, sed Vitricus Imperii dictus; Et si emptorem habuisset, totum Imperium vendidisset, WAREM. ab EHRENBERG. *de regn. subsid. c. 5. n. 42.*

60. Atque si Imperator hujusmodi dissipationibus Capitulationis limites egreditur, Status Imperii ipsi ad auxilium ferendum non amplius sunt obligati. **Käysers** Maximiliani **und der Fürsten und Ständen Handlung** / *Anno* 1509. **auf dem Reichs-Tag zu Worms.** Vid. GOLDAST. **Reichs-Handlung/** *pag. 85.* quo casu & Imperatorem è solio deponi posse defendit REINCK. *de regim. Sec. & Eccles. Lib.* I. *clas. 2. c. 2. n.* 187. Sed in

61. materia hac firmissimæ promissionis de non alienando, quæritur, an nihil dandum sit extremo necessitatis casui, ut eo ingruente Princeps Municipium alienare possit, quando locus & tempus non patitur plenius deliberandi consilium, *l.* 1. *in princ. ff. de Exercit. act.* & quia juramentum intelligitur rebus sic stantibus, *l. fin. ff. qui satisd. cog.* GAIL. *2 Observ. 23. n.9.* vix est, ut hoc obtineat, si credimus, VASQUIO *lib. I. controvers. illustr. C. 47. n.* 13. quia Princeps 62

non plus juris habet, quam illi à corpore consocietatis, expresse est concessum, idque penes cives remansisse, dicendum est. Tum & in promissione jurata, verba conventionis stricte sunt capienda & proprie, *C. in. nostra 8. x. de jurejur.* Huc tendit paragraphus literarum 6

Statuum Evangelicorum Lipsiæ congregatorum, *Anno* 1531. *d. 8 Mart.* ad Imperatorem datarum: **Und ob wol solches alles theils mit dem** prætendirten casu necessitatis **entschuldiget werden wil / so ist doch Käyserl. Majest. allergnädigst wissend/daß die Reichs-Con**stitutiones **durch keine Noht und Gefahr/sie sey auch immer so groß als sie wolle/zurück gesetzet werden sollen** / &c.

Non præjudicat etiamsi quidam Municipalium consentiant, seu 6

ut nove loquuntur, condescendant in alienationem; quia alii non debet nocere, quod fit ab alio, *l. non debet alteri ff. de reg. jur.* Aliud est universitas, aliud 6

singuli, GLOSS. *& Dd. in l. sicut* §. *si quid. ff quod cujusque univers. nom.* ROL. *consil.* 53. *n. 6. Vol. 4.* GABR. *comm. opin lib VI. tit. quod cujus univers. nom. concl.* 1. *in pr.*

Ad probandum consensum non sufficit, quod singuli de diversis temporibus quid fecerint, nisi tota uni-

universitate congregata id fiat. BART. *in l. omnes populi in 3. quæst.*
67. *ff. de Just. & Jur.* Et licet omnes de universitate consentiant, ita ut unus hodie, alter cras consentiat, non dicitur tamen universitas consensum præstare, quia universitatis consensus debet esse simultaneus ALBER. *in l. nulli ff. quod cujusq. univers. nom* CORN. *Cons.* 130. *in fin. vol.* 1. DEC. *cons.* 437. *n.* 2. & 3. OSASC. *decis. Pedem.* 39. *n.* 3.
68. Universitas quidem per se nomen Juris est, nec animum nec intellectum habens *l. sicut.* 2. §. *fin. ff. quod cujusq. univers. nom.* quatenus tamen constat hominibus anima & ratione præditis, universitatem repræsentantibus ipsi animus adfingitur, qui perinde æstimatur, ac singulorum consensus GOED. *ad l. inter.* 17. *n.* 20. *in*
69. *fin. ff. de verb. sing.* Ex quibus consequitur quid sentiendum, de iis donationibus, concessionibus, oppignorationibusve, ubi Domini
70. Jus superioritatis sibi reservant; Sane ut paucis rem expediam, ut in corpore humano, ubi pars aliqua de loco naturali divellitur, non bona remanet dispositio: Sic & in corpore Politico ubi membrum aliquod distrahitur, ex languore fit dolor, ex dolore insania, ex insania rebellio, aut certe diffidentia, vel gravius quid.
71. Et donatio inter alienationum species est sine dubio, nullius autem inter Magnates donatio, si valida esse debet, tot fulcra requirit, quam administratoris Patrimonii Regii pauperrimi piscatoris juxta LIMN. *ad Capit. Carol. V. ad verba* Hingeben. Nam Julio II. 72.
Pontifice decretum Jurato factum ne ulli Pontificum liceat aliquid é patrimonio S. Petri donare, & si in abolitionem legis aliqua fiat donatio é plenitudine potestatis, ea valida non erit priusquam â subsequentibus Pontificibus approbetur, toto Cardinalium collegio consentiente. Duriorem sibi quisque legem condere poterit, in casu non facile dabili.

Alienationi affinis est oppignoratio MASCARD. *concl.* 1236. *n.* 73.
108. quia per oppignorationem ad alienationem proceditur *l.* 7. *C. de reb. alien. non alien.* VULTEJUS *de feud. Lib. I. C.* 10. *n.* 42. & *seq.* Et quod Imperatores in Capitulat. 74.
promittunt ratione alienationis, idem etiam asseverant de oppignoratione ut *Capit. Leopold. art.* 12. **Ohn Willen und Zulassen gemeldter Chur-Fürsten sämtlich nichts hingeben verschreiben/ verpfänden / versetzen.**

Interim oppignerationes in per- 75.
niciem Imperii sat fuere frequentes. Sic Windsheim â Sigismundo Imp. Anno 1412. GASTEL. *de*

de stat. Europ. Noviss. cap. 32. *n.* 111. SCHWEINFORT *de divers. Imp.* MÜNSTER. *Cosmogr. lib. XXXI. cap.* 386. Gelnhausen Comiti Schwartzenburgico à Carolo IV. oppignorata fuêre.

76. Idem ergo obtinebit in Principe ratione Municipii, ob rationis paritatem. Nam Princeps est saltem Principatus sui administrator, tutor vel curator, ut supra. Et totum Imperium est instar pupilli, *l. 3. C. de jure Reipublicæ. lib. XI.* multo magis Civitas Provincialis. Immobilia autem & pretiosa tutores sine decreto Magistratus alienare non possunt, *tot. tit. C. de præd. & al. reb. min. sin. decre. non alien. vel oblig.*

77. Principes in ejusmodi alienationes proni, secundum BALDUM sunt homicidæ suæ dignitatis, ubi ad-

78. dit, Imperium vel Principatum non esse in marsupio Principis, sed sese habere, ut corpus, cui si vel auricula amputetur, monstrosum effici, SICHARD. *cons. feudal.* 6. CHASSAN. *in Catal. glor. mund. p.* 1. *consid.* 38. *concl.* 44. *vers. item non potest.* PRÜCKM. *cons.* 13. *n.* 9. *vol.* 1.

79. quo facit, quod dicitur separationem membri â corpore ægrius permitti, quam rei totius alienationem, *l. quædam 62. ff. de acq. rer. Dom.* CRAVETT. *cons.* 502.

80. *n.* 88. ut & illud, quod Principes ad suam coronam spectantes, neque concedere, neque alienare, neque donare Ecclesiæ possint, si in enormem læsionem cedat, HOST. INNOC. JOANN. AND. ANTO. *de* BUT. PANORM. *in c. intellecto de Jur. Jur.* CYN. & ALB. *in l. digna vox C. do LL.* OLDRAD. *cons.* 24. FERDIN. VASQU. *Lib. I. contr. illustr. c.* 5. *n.* 25. BESOLD. *part.* 1. *Consil.* 1. *num.* 42.

Hac disjunctione partium, reliquorum qui sub Principe alienante manent, onera aggravantur, FRID. PRÜCKM. *de regalib. memb.* 2. *cap.* 4. *effect.* 6. *n.* 2. *& seqq.* Et Princeps oppidum unum alterutrumve alienando ea agit, quæ ad imminutionem aut totalem corruptionem Principatus spectant, quæ subditis nec utilia nec salutaria sunt, CARPZ. *lib. I. tit.* 10. *Resp.* 98. *n.* 3. 81

De Domaniis etiam in tantum traditur, quod Princeps sine Ordinum consensu de iis quid alienare haud possit, MOLIN. *ad consuet. Paris. tit.* 1. §. 2. GLOSS. 4. *n.* 17. VASQ. *Lib. I. controv. cap.* 1. *n.* 10. *& seq. cap.* 4. *n.* 4. *& c.* 5. *n.* 3. CAPIC. *decis.* 121. *n.* 2. HEIG. *p.* 1. *quæst.* 19. Et hæc alienatio non lege aliqua speciali, sed generali omnium Regnorum, & quasi gentium jure censetur prohibita, post CUJAC. *in cap intellecto x. de jur. jur.* JOHANN â SANDE *Decis. lib. III. tit. 4. definit.* 1. 8[illegible]

Caput XI.

DE CIVITATE ANTEA LIBERA, SED A PRINCIPE VI SUBJECTA ET MUNICIPALI FACTA.

SUMMARIA.

1. *Unumquodque quo colligatum est, eodem modo solvitur.*
2. *Iisdem modis quibus obligamur & liberamur.*
3. *Regna à Romanis subacta, rursus Jugum illud postea abjecerunt.*
4. *Non indignum est pati quod alium pati voluimus.*
5. *Vi possessa præscriptione non acquiruntur.*
6. *Titulus non juvat violentos possessores.*
7. *Nec per illos quid præscribitur.*
8. *Subjectio sapit servitutem. Subjectionis variæ species.*
9. *Subjectio & libertas opponuntur.*
10. *Speciosus is libertatis prætextus Romanorum, ad liberandam Græciam à potestate Regia.*
11. *Libertas civica sæpe atrocior est serivtute sub justo Rege.*
12. *Ut homines quidam natura sunt servi, ita nonnulli populi regi quam regere malunt.*
13. *Multi ad imperandum nati, multi sub Domini Cura melius quam in libertate sunt.*
14. *Liberatio à servitute mendicitatem induxit.*
15. *Libertati non præscribitur.*
16. *Nemo se potest ad perpetua servitia obligare.*
17. *Civitas, quæ semel metu compulsa dominatum subiit, semper in metu esse præsumitur.*
18. *Metus annullat actum, qui requirit voluntatem.*
19. *Quod declaratur.*
20. *In metu permanente inspicitur principium.*
21. *Præcedens metus præsumitur durare.*
22. *Durante causa metus, durare metus præsumitur.*
23. *Metus à Tyranno impressus præsumitur durare.*

24. *Signa & probatio metus.*
25. *Vi quæsitæ dominationes postea ex voluntate tacita irrevocabiliter firmantur.*
26. *Pro libertate honesta certatio, at qui semel subactus deficit, non libertatis amans, sed servus est contumax.*
27. *Qui victi diu paruerunt, si jugum excutiant, hoc desperare, non libertatem quærere est.*
28. *Responsum, quod Romani dederunt Volscorum Legatis, oppida ab iis occupata repetentibus.*
29. *Justa possessio est bello acquisita.*
30. *Litium esse debet finis.*
31. *Contra jus gentium esset, si super ablatis statim procederet præscriptio.*
32. *Imperatores agros â Gothis & Vandalis occupatos recuperarunt.*
33. *Injuste ablata juste repetuntur.*
34. *Consensu accedente, ex nova causa censetur res translata.*
35. *Thebani contra Alexandrum M. libertatem suam vindicantes.*
36. *Civitates libertatem vi petunt, sed Reges Regna sua acrius defendunt.*
37. *Bello victus inique libertatem repetit.*
38. *Regula illa unumquodque quo colligatum, &c. quando locum non habeat?*
39. *Longum tempus & tacitus consensus vitium coactionis sanant.*
40. *Quid requiratur, ut vitium coactionis in tacente sanetur?*
41. *Servitus & subjectio sunt dissimilia, â quorum uno ad aliud non legale ducitur argumentum.*
42. *Libertas civilis non excludit servitutem legum.*
43. *Bono sub Rege non est servitus.*
44. *Violentia metusque tractu temporis in consensum transeunt.*
45. *Coacta voluntas etiam voluntas est.*
46. *Quod initio est voluntatis ex post facto est necessitatis.*
47. *Necessitas est styx seu flumen fatale & irremeabile.*
48. *Remedia pro Municipio armis devicto ad recuperandam pristinam libertatem.*
49. *Romani mittere eo fine solebant Feciales.*
50. *Cessantibus remediis acquiescendum est.*
51. *Necessitatis efficacia.*

Dum

1. Dum quæstio formatur, an Civitas, quæ fuit libera, à Principe quodam vi occupata & Municipalis facta, elapso longo tempore jugum subjectionis Municipalis excutere & in pristinam libertatem se vindicare possit, sunt quidam, qui affirmant, ex eo, quod unumquodque, quo colligatum est, & eodem modo possit dissolvi, atque adeo vi partum, vi iterum amitti debeat, *l. nihil 35. ff. de reg. jur.*
2. Ratio legis ab incremento ad decrementum, maxime in acquirendo & amittendo rerum dominio procedit, quod testatur PAULUS *in l. fere 153. ff. eod. tit.* dum ait: Fere quibuscunque modis obligamur, iisdem liberamur, & quibus modis acquirimus, iisdem in contrarium actum amittimus.
3. Inde non male hujus legis argumento probatur, quod, sicut Hispania, Anglia, & Gallia Romanorum armis fuerunt vi subjectæ, puta tempore Scipionis Africani, Julii Cæsaris, Augusti, Tiberii, Domitiani, &c. sic pariter Romana potentia decrescente, quinto seculo, fatali ista Valentiniana periodo, irrumpentibus Vandalis, Silingis, Suevis, Alanis, Normannis & Francis, rursus vi Romani Imperii, hi populi se exe-
4. merunt; Hinc QUINTIL. ait: Dignus es, ut patiaris ea, quæ pati omnes voluisti. Et LIVIUS *Lib. XXVI. XXXI.* Quis passos esse hostilia cum fecerint, indignatur? Deinde vi possessa præscriptione 5.
non acquiruntur, *l. 4. §. 23. & seq. l. 33. §. 2. de usucap. l. 86. §. de furt. l. fin. ff. vi bon. rapt. l. 48. ff. de acquir. rer. Dom* adeo, ut 6.
nec investitura seu titulus manifestus juvet violentos & injustos possessores, resistente & contradicente jure, *l. auctoritatem 3. C. unde vi.* WESEMB. *cons 4. n. 28.* HARTM. PIST. *p. 2. quæst. 39. n. 29.* Actus 7.
autem violentos inferunt, arrestatio, pignoratio, incarceratio, mulcta & similia, GARSIAS *de expen. & meliorat. cap. 9. n. 27.* unde per eos nec jus aliquod acquiritur, TESS. *Decis. 16. n. 27.* Sub- 8.
jectio etiam sapit speciem quandam servitutis; Sicut alia est subjectio Dominica; alia Regia, alia libertas est personalis, alia civilis, GROT. *de J. B. lib. I. cap 3. n. 12.* Et sicut libertas personalis Dominum excludit, ita libertas Civilis regnum & aliam quamvis proprie dictam ditionem. Regem vocabant libertatis dulcedine nondum experta, LIV. *lib. I. n. 45.*
Non in regno populum Roma- 9.
num, sed in libertate esse; Ubi subjectionem & libertatem opponit, & ob hanc publicam subje-

nem aliqui dicuntur esse non sui juris, non suæ potestatis, Grot.
10. *all. loc.* atque hoc specioso libertatis prætextu usi sunt Romani, ad deliberandam Græciam à potestate Regia; Sic de Annibale dicitur, quod sumserit arma ad liberandum orbem terrarum ex servitute Romana, Liv. *lib. XXI. XXX.*
11. Interim negandum non est, hanc libertatem civicam sæpe atrociorem fuisse olim, & nunc esse, quam fuit illa dicta servitus sub justo Rege, Tesm. ad Grot. *lib.*
12. *I. cap. 30.* §. 12. *Lit. h.* Ut homines quidam natura sunt servi, ita & populi quidam eo sunt ingenio, ut regi quam regere malint; Ut Capodoces oblatæ à Romanis libertati subjectionem prætulerunt, negantes, vivere se sine Rege posse, Strabo 12 *Justin. lib. XXXVIII.* Aristot. *lib. I. Polit. c.* 1. *&* 3.
13. statuit, hominem aliquo modo natura esse ad servitutem natum, utpote adeo rationis impotentem, ut sibi ipsi de victu & salute prospicere non possit. Et sicut multi obedire nesciunt, qui ad imperandum nati sunt, prout Themistocles declinavit à se suspicionem defectionis ad Persas, ex eo, quod esset verosimile, ipsum serviturum, qui natus esset ad imperandum, sic multis ratio ita diminuta est, ut sub Domini cura melius, quam in libertate sint. De Paulino, Nolæ Episcopo, tradunt, quod cum circa liberandos servos tempore Constantini M. occupatus esset, tanta oborta fuerit mendicorum copia, qui se ipsos nutrire non potuerint, ut hospitalia exstruere Imperatores coacti sint, ad recipiendos mendicos. Valens etiam Impetator edicto voluit, ne quisquam sine labore ostiatim stipem quæreret, sed in servitutem retraheretur, Bodin. *de rep. l.* 1. *c.* 5. Libertati autem nunquam præscribitur, *l. 6.* C. *de ingen. l. fin.* C. *de serv. reip. l.* 18. *&* 21. C. *de evict. l. 2.* C. *de liberal. caus. l. 9. ff. de usucap.* Et eò infertur, quod nemo se possit ad perpetua servitia vel ad mercenarias operas in perpetuum obligare, *l. post certi 36.* C. *de liberal. caus.* Et volunt, quod ex longissimis etiam temporibus servitus non inducatur, licet præsumatur, secundum Bald. *in l. ingenuam 2.* C. *de ingen. manumiss.* tum & ita arguunt, quod civitas hoc modo metu compulsa dominatum subiisse, atque in ea, subsistente, seu permanente adhuc metus causa, quievisse præsumatur, juris autem explorati est, metum omnem annullare actum, qui requirit voluntatem, Gloss. *in in C. notificasti 33. q. 5.* Dec. *in l. omnibus 39. n.* 2, & 3. *de reg. jur. & c. fin.*

fin. ubi Canoniſt. extra de iis quæ vi ROMAN. *ſingul.* 226. GRASS. *Deciſ.* 561. *n.* 2.

19. Omnis ergo ceſſio, reſignatio & renunciatio propter metum eſt invalida, ita tamen, ut præcedat de metu facta præſtatio, MOHEDAN. *deciſ.* 3. *n.* 37. Et permanens me-
20. tus (aut) hanc videtur habere rationem, quoniam in principio adfuit vitium, in eo autem tanquam in foribus, errandum non eſt, cum parvus error in principio, maximus ſit in fine, MONTER. *à* CUEVA. *in reſponſ. pro uxoris amita part.* 2.
21. *n.* 146. Et metus præcedens æque ac dolus præſumitur perſeverare, etiam quando non eſt conjunctus cum actu, *Id. cit. loc.*

22. Quod in tantum procedit, ut durante metus ſemel illati cauſa, præſumatur, adhuc durare metus, quamvis actum liberam voluntatem demonſtrans ſubſecutus fuiſſet, imo etiamſi interveniſſet juramentum, poſt MASCARD. *de probat. concl.* 1054. *n* 36. *&* 40. GRÆV. ad GAIL. *lib. II. concl.* 93. *n.* 11. *&* 12.

23. Pari modo dicitur, quod ſi quis aliquid facit metu Tyranni, metus durare præſumatur, donec vivit Tyrannus, INNOC. C. *ſuper*
24. *hoc* 5. *x. de renun.* ubi addit, quod ſi appareant ſigna extrinſeca violentiæ, non autem de animo, tunc extrinſeca inducunt probationem, & licet violentiam timens faciat animo appatenter læto & jucundo, tamen per metum facere præſumitur, nec alias audiretur, volens probare, quod ſponte fecerit. Quoties enim apparent ſigno metus, non admittitur probare, volens, per lætitiam metum eſſe purgatum, quia animum intrinſecum, nullus mortalium cognoſcere poteſt, HYPPOL. *de Marſil. in ſingul. n.* 325.

Sed hiſce non obſtantibus, in 25.
contrarium cum HUG, GROT, *de Jure belli & pacis lib.* III. *cap.* 4. *n.* 14. concludendum erit, Quia vi ac violentia quæſitæ dominationes ex voluntate tacita, jus firmum & poſtea irrevocabile accipiunt, ad quod appoſite ex JOSEPHO *in Judæos* adducit; Intem-
peſtivum eſt, nunc libertatem 26.
concupiſcere, olim ne ea amitteretur, certatum oportuit, nam ſi ſervitutis periculum facere durum eſt, & ſubeatur honeſta certatio; at qui ſemel ſubactus deficit, non libertatis amans dicendus eſt, ſed
ſervus contumax. *Et mox.* Ho- 27.
neſtum quidem eſt, pugnare pro libertate, ſed olim factum oportuit, qui ſemel victi ſunt, & longo tempore paruerunt, ſi jugum excutiant, faciunt, quod deſperatorum eſt, & non quod libertatem amantium, Sic Volſcorum 28.

Legatis dum urbes à Romanis oc-
cupatas repeterent, hi reſponde-
runt, ſi oppida nobis dedidiſſetis,
poſtea pœnitentia ducti, nunc ea
repeteretis, certe injuria vobis
fieret, niſi ea reciperetis, ſi vero
jure belli iis ſpoliati fuiſtis, cum
nullum amplius in ea dominium
habeatis, injuriam facitis, qui res
29. alienas appetitis; Nos enim ju-
ſtiſſimas poſſeſſiones dicimus, quas
armis victores quæſivimus, nec
legem illam nos primi conſtitui-
mus, nec etiam hominum potius,
Deorum exiſtimamus; Magnum
enim eſſet vitium, ſi quis virtute
& fortitudine parta per ignaviam
& ſtultitiam amitteret. ARNISÆUS
de Majeſt. lib. III. *cap.* 1. *n.* 11. In-
ter homines, inter quos natura
quandam cognationem inſtituit,
30. *l. ut vim. 3. ff. de J. & J.* bella eſ-
ſent perpetua, controverſiæ æter-
næ, nullus litium finis, ſi princi-
pia præſcriptionum inter gentes
eliminarentur.

Ab altera parte tamen & ipſa
31. ratio gentium ſtare videtur, puta,
ſi ſine diſtinctione ablata præſcri-
berentur, quod tunc ad aliena ra-
pienda omnis feneſtra aperiretur,
& dominia prædæ exponerenrur.
32. Ex hoc procul dubio fundamine
Juſtinianus aliique Imperatores,
agros ex Gothis & Vandalis re-
cuperatos veterum poſſeſſorum
heredibus reddiderunt, non ad-
miſſis adverſus Dominos præſcri-
ptionibus illis, quas LL. Roma-
næ induxerant. Quod ita contra
præſcriprionum principia ex æqui-
tate, doctiſſime contra Grotium
deducit, ZIEGLER. *in not. ibid.*

Dicendum itaque, injuſte no- 33.
bis ablata juſte repeti poſſe, nec
ſolius temporis curſum repetenti-
bus obſtaculo eſſe debere, dico
ſolius, nam ſi conſenſus noſter ac- 34.
cedat verbis vel facto, directe
vel indirecte declaratus, res ex no-
va cauſa & apta ad ttansferendum
dominium noſtra eſſe deſinet, &
ceſſabit repetitio, ſic diſtinguendo
hanc quæſtionem decidit LIMNÆUS
*in notis ad Capitulat. Car. V. ad
verba* zum forderlichſten/ *n.* 25.
Thebani contra Alexandrum re- 35.
bellantes eodem fundamento re-
cipiendæ libertatis uſi ſunt, ARIAN.
lib. I. in concionem prodeuntes,
Thebanos ad defectionem ab Ale-
xandro moliendam concitarunt,
libertatis vetuſtum ſpecioſumque
nomen allegantes, utque ſeſe à
gravi Macedonum imperio aſſere-
rent. Et Tarquinius apud LIV. 36.
lib. II. *cap.* 9. ſatis libertatem ipſam
habere dulcedinis, niſi quanta vi
civitates eam expetant, tanta Re-
ges Regna defendant. Hoc ipſum
olim Armenio Regi, Cyrus dixe-
rat, qui rebellioni ſuæ obtende-
bat

bat libertatis pridem amissæ desi-
derium, verba Cyri Armeniæ Re-
gem alloquentis, ex Xenophonte
refert TESMAR. *in not. ad Grot.*
37. *lib.* II. *cap. 4 n.* 14. Certe præ-
clarum est ita pugnare, ne quis-
unquam servus fiat, at si quis bel-
lo victus, id moliri deprehenda-
tur, ut Dominorum se potestati
eximat huic primus ipse mihi di-
cito, utrum ceu viro bono & re-
cte se gerenti honorem habeas,
an eum potius ut injuste agentem
plectas.
38. Ad *primam* objectionem *n.* 1.
adductam respondetur, regulam
illam generalem procedere, quan-
do colligantis & dissolventis idem
jus & potestas est, resque in iis-
39. dem stant terminis. Ad *secundam*
quod longum tempus & tacite in-
terveniens consensus vitium hoc
purgasse censeatur, *arg.* §. *8. & l.*
4. §. 11. *& l.* 24. §. 1. *Inst. & ff.*
40. *de usucap.* Causæ tamen cur quis
tacuerit, hic inspiciendæ, an metu
qui cadere in constantem popu-
lum potest, an negligentia, an
propter difficultatem recuperandi,
an vero animo rem pro derelicto ha-
bendi, an vis illa sit transiens vel
permanens, nam negligentia facile
causatur, ut quis jure suo cadat, &
quisque negligens habet, quod
sibi imputet, *l. pupillus.* 24 *ff. quæ*
in fraud. Credit.

Ad *tertiam* : Quod servitus & 41.
subjectio sint dissimilia, adeoque
ab uno ad aliud non juridice fiat
argumentatio, præsertim, cum vo-
luntas civium secuta disparitatem
illam dilucidet augeatque. Nam 42.
libertas civilis in eo non consistit,
ut nemini simus subjecti, sed ut
nulli pareamus, nisi legibus. Hinc
CICERO *pro Client.* tradit legum
idcirco sumus servi, ut liberi esse
possimus. Et hæc libertas contin- 43.
gere potest, non minus sub Rege
& Principe, quam sub alia reipu-
blicæ forma ; Contra quam Ci-
cero & plerique alii Romanorum
persuasi esse, videri volebant.
CLAUDIANUS 3. *de laud. Silicon. v.*
13.

Fallitur egregio quisquis sub Principe
putat
Servitium, nunquam libertas gratior
exstat.
Quam sub Rege pio - - -

Ad *quartam* quod temporis illo 44.
spatio præcedens violentia metus-
que in consensum transeat, vi-
tiumque primordiale purget ; si-
quidem non nisi ex voluntate sub-
secuta præsumitur subjectio, ut in
casu non valde absimili docet ME-
NOCH 3. *præsumpt. 4. n.* 31. *& seq.*
Facit & ad hoc, quod ait Pau-
lus JCtus *in l.* 21. *ff. quod met.* 45.
caus. voluntatem coactam etiam
voluntatem esse, quæ accedente
tra-

tractu temporis, vel expresse vel tacite assensu libero omnem coactionis
46. suspicionem deponit. Cum enim ab initio voluntatis esset, non omnino pati subjectionem, sed remediis legalibus licitisque illi contradicere, ex post facto id erit necessitatis
47. *l. 5. C. de obligat. & act.* Quae necessitas est styx seu flumen fatale,
48. & irremeabile. Inter haec remedia de quibus dictum, sunt protestationes publicae, continuatio tituli & insigniorum, wann die vorige Wapen nachgeführet werden, interpellationes reiteratae, scripta tanquam perpetui posteritatis testes, quando admonetur violentus occupator ut famae consulat, & quae Juste retinere nequit, ut restituat. Apud Romanos in
49. usu erat mittere, Feciales quos & Oratores vocabant, hodie id fit per Legatos secundum LYMN. *supr. all. loc. ad Capit. Carol. V. n. 29.*

Si autem cessantibus remediis res ad necessitatem pervenit, acquiescendum est, nam necessitas est lex temporis SENEC. magnum imbellicitatis humanae patrocinium ex illicito licitum faciens CLAPM. *de arcan. rer. publ. Lib. IV. c. 7.*

Majus haut ullum est malum
Mortalibus quam tristis est necessitas.

Non aliud ejus effugium est quam velle quod ipsa cogat. LIPS. Nulla subjecta legi, sed ipsa sibi lex *c. remissionem 39. caus. 1. quaest. 1.* HIERON. *de* CEVAL. *in spec. commun. opin. quaest. 906. n. 53.* Lex debet esse de possibili *C. erit autem dist. 4.* Necessitas vero praesupponit impossibile quoddam & ideo semper habet dispensationem annexam REINK. *de Regim. secul. lib. 2. Class. 3. n. 37.*

Caput XII.

DE PRINCIPE IN MUNICIPALIUM CONSCIENTIAS ET RELIGIONEM QUID TENTANTE.

SUMMARIA.

1. *Religio non humanum praesupponit Imperium.*
2. *Princeps temporalis non habet potestatem super animam subditorum.*
3. *Cur Religio imperari non possit?*

4. Ni-

4. *Nihil religione magis est voluntarium.*
5. *Tria reservata Divina.*
6. *Veteres Canones in religione coercenda locum non dant.*
7. *Apostolica doctrina noluit ut quis dominaretur conscientiis.*
8. *Post Reformationis tempora Pontifices Rom. severiores redditi, in replantandis dogmatibus suis.*
9. *Explicatio dicti Luc. 14. coge ingredi.*
10. *Certamina de religionis capitibus à Principe rectè prohibentur.*
11. *Internus Christianus cultus magis proficit quam externus.*
12. *Disputationum vanitas.*
13. *Dictum Euteri Episcopi & Nicephori contra disputatores in causa Religionis.*
14. *Achaeorum Praetoris dictum.*
15. *Magistratui superiori quatenus & in quantum gratificandum.*
16. *Gladio & igne in religiosis nihil efficitur.*
17. *Non Apostolicè, sed pistolicè, non legibus, sed legionibus de Religione disputare. Syllogismus ex aqua & igne.*
18. *Pium monitum testamentarium Electoris Palat. Ottonis Henrici.*
19. *Augetur religio quanto magis premitur.*
20. *Arcis coelestis invasores qui?*
21. *Triste exemplum Galliae & Hispaniae.*
22. *Municipia ut in religione sua turbari nequeant, intentionem habent fundatam.*
23. *Municipales Civitates pacis religiosae sunt capaces.*
24. *Pax religiosa continet tranquillitatem et Dominorum & Subditorum.*
25. *Per praxin Imperii, Catholicorum jus conscientiae liberae in beneficium flebile emigrationis est mutatum.*
26. *Subditi quiete viventes non expellendi.*
27. 29. *Dispositio pacis Westfalicae desuper.*
28. *Quid ratione Religionis statuatur ab Anno 1624?*
30. *Protestantes Principes non possunt Civitates sibi subectas incapaces religiosae pacis dicere.*
31. *Municipales unanimiter inconsulto Principe religionis mutationem inducere non possunt.*
32. *Religionis cura est superioritatis territorialis.*
33. *In Status Imperii Protestantes etiam jura Episcopalia translata sunt.*

34. *Jurisdictio Ecclesiastica cum territorio coaluit.*
35. *Pro eo, qui Dominus territorii est, in casu religionis mutatæ militat præsumptio.*
36. *Quatenus Civitates Municipales pacis religiosæ sint capaces?*
37. *Subditi vi istius pacis in religione â Principe non turbandi.*
38. *Quatenus subditi sub pace religionis non continentur.*
39. *Subditi â nemine ad religionem hanc vel illam assumendam cogendi.*
40. *Passive subditi sub pace Regis comprehensi sunt, non active.*
41. *Exemplum Johannis Ducis Clivensis, Anno 1533.*
42. *Historia Civitatis Lippiæ circa religionis mutationem.*
43. *Lippiensium & Susatensium petita ratione religionis mutandæ.*
44. *Intercessio Electoris Saxoniæ.*
45. *Simultas inter hosce Principes ob prædictorum Municipiorum religionis statum.*
46. *Jusjurandum Principis Municipio præstitum facit, ut hoc non possit turbari in sua religione.*
47. *Homagiali obligationi Principis conditio reciprocatæ promissionis tacite inest.*
48. *Dominus si recuset promittere se privilegia & jura Municipiorum conservaturum homagium Municipia licite recusant.*
49. *Contractum correspectivum, qui non adimplet, facit, ut altera pars liberetur.*
40. *Sub pace religiosa non comprehenduntur cives, qui religionem colunt in Romano Germaniæ Imperio illicitam.*
51. *Quakeri, Separatistæ, Præcisistæ, qui?*
52. *Quatenus in illos animadvertendum?*
53. *An pacificatio publica â Protestantibus vi Cæsari & Catholicis sit extorta?*
54. *Metus in Principe nunquam præsumitur.*
55. *Imperator & Imperium â Pontifice non dependent.*
56. *Reformatæ religioni addicti, an â pacificatione Imperii fuerint exclusi?*
57. *Scriptum â Protestantibus Cæsari in Comitiis Anno 1566. exhibitum.*
58. *Reformatis statim ab initio pacificationis, libertas conscientiæ concessa.*
59. *Reformati inter Protestantes numerati.*
60. *Quæstiones inter Evangelicos circa pacem Religiosam motæ, non sine publico malo, per pacificationem Monasteriensem tandem assopitæ.*

61.

61. *Articuli pacificationis huc referendi tenor.*
62. *Municipales an à Principe, ut contra Religioni suæ addictos arma capiant, cogi possint.*
63. *Juliani apostatæ, Christiani milites contra Christianos arma capessere noluerunt.*
64. *Imperanti turpia factu, qui non paret non peccat.*
65. *Nihil tam injustum, quam invitis extorquere in contrarium voluntatem.*
66. *Magistratus carcerem Deus gehennam minatur.*
67. *Quatenus Subditi teneantur opitulari suo Principi heterodoxo contra hostem Orthodoxum.*
68. *An justa sit belli causa pro subditis alienis, ut ab eo arceatur imperantis injuria? remissive.*
69. *Alieni non sunt, qui nobis societate Ecclesiæ conjuncti.*

1. Cum religio non humanum sed Divinum præsupponit imperium superius, inde dicitur, religionem esse de reservatis DEO; animoque non vis inferri, aut quis ut inditus credat, cogi queat
2. Bald. *in l. 2. in fin. C. de sent. ex brevic. recit.* Nullusque Princeps temporalis habeat potestatem super animam subditorum, aut civium suorum. Afflict. *decis.* 151. Vasq. *illustr. quæst.* 8. *num.* 11. Ideoque Municipium à Principe suo, ut aliam sibi sumat religionem, cogi non posse assero, per ea, quæ per hoc adducit Hugo Grot. *de Jure belli & pac. lib. II. Cap. 20. n.*
3. 48. Sana etiam dictat ratio, fidem non subjacere imperio, ut Theodoricus Gothorum Rex apud Cassiodor. dixit: Religionem imperare non possumus, quia nemo cogitur, ut credat invitus, & Tertullianus *ad Scapulam*, Alteri non obest, nec prodest religio, sed nec religionis est, cogere religionem, quæ sponte suscipi debet, non vi, cum & hostiæ ab animo libenti excipiantur, *Idem in Apologetico adversus gentes*: Illos nunquam 4.
magis detriumphamus, quam cum pro fidei obstinatione dominamur. Optime etiam Lactantius ait: Quis mihi imponat necessitatem, vel credendi, quod nolim, vel quod velim non credendi? nihil tam voluntarium, quam religio, in qua si animus adversus est, jam sublata, jam nulla est.

TESMAR. *ad Grot. cit. loc.* LIPSIUS calculum suum addit, dum inquit: Nulla externa vis unquam faciet, ut velis quod nolis, & sentire, quod
5. non sentis, *de Constant.* Quod & laudatissimo heroi Stephano, Regi Poloniæ visum, qui crebris sermonibus usurpare solitus est: Deum tria sibi reservasse, in quibus nec velit nec possit habere parem: Dominari conscientiis scire futura, & ex nihilo aliquid face-
6. re. Veteres quoque Canones ad propagandam fidem asperitati locum non dant, ne quorum mentem reddita ad planum ratio potest revocare, pellat procul adversitas. Nam quicunque aliter agunt, & eos â consueta ritus sui volunt cultura suspendere, suas illi magis, quam Dei causas probantur attendere. Nova & inaudita est prædicatio verbi, quæ verberibus fidem exigit, C. 3. *dist.* 45.
7. Jussit Christus Apostolos docere & baptizare, non autem mandavit, ut eos, qui audire nollent, ad credendum, civilis Magistratus auctoritate compellerent. Hinc Apostolus *2 Tim. 4. v. 2.* ait: Argue, obsecra, in omni patientia & doctrina. Idem ait: Non dominamur fidei vestræ, *2 Cor. 1. v. 24.* Superior non potest conscientiam inferioris mutare, & animo vis inferri nequit, BALD. *in l. 2. in fine. C. de sent. ex brevic.* MENOCH. *arbit. J. Q. lib. 1. quæst. 70. n. 9. in fin.* Verum post Reformationis tempora magis severos vidimus Romanos Pontifices, putantes, nihil gratius Deo fore nec magis meritum acquiri, quam summa sævitia religionis suæ dogmata replantando, hoc usi velamine, sed infirmo, quod *Luc. 14, 23.* Christus ipse coactionem imperet, in verbis: *Coge ingredi, ut impleatur domus mea*; Nam cogere ibi non vim coactivam, sed instantiam vocantis significat, quo sensu ejusdem significationis vox accipitur, *Luc. 24, 29. Marc. 6, 45. Galat. 2, 14.* ita conciliante cit. HUGO. GROT. *in fin. n. 48.*

Utut autem libera cuique manere debeat conscientiæ libertas, nihil quicquam tamen in Principe odiosum, potius laudabile dicendum est, si Christiana pietate ductus certamina & contentiones de religionis capitibus severe prohibet, quod tanto magis in Concionatoribus vituperandum, quando in suggestu disputant, contra defendere se non audentes. Cujuscunque religionis tandem sint, in eo conveniunt, non externum cultum, sed internam veræ Christianitatis tesseram producere ad salutem; Unde illud Philotæ optimum fuit monitum: *Deum cole*

at-

12. *atque crede, noli quærere.* Sæpe enim in vanis speculationibus hæret disputatio, quæ Divinæ quandoque Majestatis arcana, voluntatisque non patefactæ clausa, temerario ausu rimari tentat, imo ex dissensionibus hisce religiosis nulla hominibus infestior potest esse bestia, quam sibi sunt ferales
13. plerique Christianorum; Notabilis est in hoc sententia Eutherii Episcopi: Ex fratribus, inquientis, efficientur capitales inimici, & fiet lugendum turbata germanitate dissidium, eritque inter hominem non jam fidelis fraternitas, sed feralis hostilitas; Nec negligenda oratio NICEPHORI *lib. X. Histor. Rom.* cum doctrinam nostram ita imbiberimus, ut ferri naturam facilius mutes, quam nos â patriis dogmatibus abducas, quid opus est disputationibus nihil profuturis? &c. Disceptantes curiose rixantes, ac mentem dilacerantes habendi sicut hostes, qui spolia tractant, quæ ignominiose distrahunt; Addit tandem prædictus *Author* hæc: Gregorius etiam Divinarum rerum peritissimus, non minus linguam ab istiusmodi disputationibus retrahit, quam manus â flamma ignis.

14. In puncto cogendæ conscientiæ dicendum cum Achæorum illo Prætore: Veremur vos Romanos, & si ita vultis, etiam timemus, sed plus timemus veremurque immortales, LIVIUS. Est quidem 15.
Magistratibus sublimioribus gratificandum submisse, sed salva semper religione, libertate & veritate, quæ res sunt omnes inæstimabiles & semel amissæ numquam fere recuperantur, ut ait KLOCK. 16.
consil. 52. n. 51. tom. 1. Gladio etiam igne vel exilio nihil efficitur, hypocritæ instruuntur metu, & seminarium sanguinis conditur busto, WAREM. ab EHRENBERG. Unde in proverbium abiit apud Gallos: Surrexerunt ab ictu Hugonotti, revixerunt â cæde, & ab ipso decremento succreverunt, *Le* BLEU *in Instruct. fut. Consil. c.* 17. *n.* 7.

Quod multi Dominantes terræ 17.
non attendere, sed conscientias insontes invictasque non Apostolice, sed pistolice, ut loquitur MENGERING. im Kriegs-*Belial.* non legibus sed legionibus, non Canonibus Synodalibus, sed militaribus, (Gallis *les Canons* tormenta bellica sunt) debellare ipsisque misellis Syllogismum ex aqua & igne confictum, aut ex laqueo confectum, cujus conclusio mors, proponere tentarunt, ut hanc sanguinariam disputandi rationem ex LANOVIO *discurs.* 4. describit MENGERING *dict. tract.* Huc facit illud: Wir

streiten mit Schwerdt und Brand für die Religion/ als ob solche ohne Gottesfurcht bestehen könte / was Blindheit! Man wil des Höchsten Ehre mit Kriegs-Schande und Laster-Leben beforderen/ Harsdörfer 4 Theil Gespräch-Spiel. 155.

18. Optime ergo Elector Palatinus, Otto Henricus, in testamento, ex quo omnibus Electoribus extractus transmissus, hisce formalibus collegas monuit & rogavit: Wir bitten Ew. Lbd. zum Beschluß dieses Puncts / Sie wollen in allen ihren Rahtschlägen die Sachen dahin richten/ daß sie selbst unter einander / insonderheit der Religion halber / in keine Kriegs-Handelung gegen einander gerahten/ daß auch solches bey anderen Ständen / so viel mensch- und und müglich / jederzeit abgefasset/ und die Vergleichung der Religion nicht anders / denn durch Christliche / friedliche und schiedliche Mittel / in Anruffung Göttlicher Hülffe gesucht und vorgenommen werde/ Zeil. *Epist. 64. cent. 4.*

Nihil quicquam etiam hoc pas-
19. su sævitia & atrocitas efficit, quinimo augetur religio, quanto magis premitur, Lactant. *lib. V. C. 19.* Ecclesiamque tunc magis ædificari scias, cum cædi videtur, Tertull. non quippe plus ad dejiciendum potest terrena potentia, quam ad erigendum tutela Divina. Cyprian. 2 *Epist. 6.*

Quid hi cœlestis arcis invasores, 20
ut eos qui conscientiis imperare volunt, Maximilianus Augustus vocasse dicitur, inde consecuti sint, Lernæus & funestus Germaniæ nostræ status proh dolor non ita pridem deploravit, faxit Deus, ne in posterum deploret.

Experta hoc est & Gallia, & 21
Summo vindice hodiedum testatur, in quem morbum ceciderit, cum Reformatorum, quos *Huguenots* vocant, religiosæ libertatis privilegia extorquere & convellere conaretur. Et Rex Hispaniæ suas adhuc diceret Hollandiæ provincias, nisi diram illam inquisitionem introducere voluisset, qua Pandora, omnia mala in mundum invecta esse, sinceriores & prudentiores Catholici concedunt.

Municipia, ad propositum re- 22
deundo, ut à Principe in religione sua turbari nequeant, intentionem habent fundatam, tam in Constitutione Imperii, *Religion-*Frieden zu Augspurg/ *de qua vid. Gylm in Symphorem,* vom *Religion-*Frieden. Cujus pacis religionis 23
sunt capaces Civitates, aliis Principibus Comitibusque mediate subjectæ, ut hoc tradit Klock. *c. 70. tom. 1.* ibi: Vors ander ist ebenmäs-

mässig nicht ohn / daß viele den Wahn gefasset / gleichsam wären die Städte / so Fürsten / Grafen und Herren unterworffen / des Religion-Friedens ohnfähig / als welcher die ohngemittelte Stände begreifft / *n.* 244. *& seqq.* Vorsander weisen die Reichs-Abscheide und andere Handlungen aus / daß auch Lands-Fürstliche Städte / *Municipia*, anfangs zu der Augspurgischen Confession geschlagen / dabey viel Jahr ohngeändert gelassen / und der Constitution Wohlthaten genossen / quod & prosequitur *n. seqq.*

24 Imo ex litera ipsius recessus colligitur, pacem illam religiosam continere non saltem tranquillitatem Dominorum, sed & subditorum, & quia securitas mutua est finalis causa pacis, certe hæc pro ipsa Recessus substantia & essentia haberi debet, cum â fine cuncta in jure metiri soleamus, KLOCK *cit. loc. n.* 246.

25. Licet cum jam citato KLOCK non negari possit, daß der Catholischen Meynung disfalls *in Praxi Imperii* vorgedrungen / also / daß die Privat-Unterthanen mit dem beneficio emigrationis sich behelffen müssen de quo beneficio videndus MEISNER. *lib. II. decis.* 56. quod certe beneficium flebile ac miserabile dicimus, & quo jure quave injuria id fiat, Deus judicabit.

Quanquam & hoc non Principum sed subditorum arbitrio relinquatur, cum Princeps nulli subdito gravis esse debeat in religione, si civiliter & honeste secundum politicas leges, inter concives suos vivat, & talis subditus quiete vivens expelli non potest. 26.

Verum hodie vigore INSTR. PAC. WESTFAL. *art.* 5. §. *Hoc tamen* 36. *& seqq.* Statutum, ut illi, qui nulla anni 1624. parte, publicum vel vel privatum religionis exercitium habuerunt, saltem â Domino territorii, ad emigrandum cogi possint, ubi vulgatum illud axioma: *cujus est regio, ejus & religio*, ita determinatum est, ut subditi, cujuscunque generis sint, si diversæ religionis, sive publicum sive privatum exercitium anno 1624. habuerint, illud etiam in posterum cum annexis juribus retineant, aut turbati in possessionem restituantur, ita, ut etiamsi ultimo die dicti anni diversam exercuerint religionem, eos in exercitio non turbandos esse, quod si vero dicto anno tale exercitium non habuerint, nec tolerantiam impetrare queant, tum demum ipsis hoc flebile & miserabile beneficium manere reliquum LINCKER. *de jure exulum th.* 19. 27. 28.

Interim tamen ex *d. Inst. pac. art.* 5. §. *placuit* 34. con- 29.

conſcientia ipſis manet libera, ut domi devotione ſua vacare, & in vicinia publico religionis exercitio, quoties voluerint, intereſſe queant, etiam liberos ſuos privatis domi præceptoribus inſtituendos committere non prohibeantur

30. Notandum adhuc ex eodem KLOCKIO: Daß die proteſtirende Stände und Unterthanen keine Incapacitet des Religion-Friedens darum vorzuwerffen haben / weilen ſie je und allewege / daß denen Unterthanen auch zu gute der Religions-Friede gemacht worden / starck verfochten / und ſich in dieſem den Catholiſchen Ständen widerſetzet haben / *ut ipſimet non poſſint fundamento impugnato initi, d. conſ. n. 354.* Plura de hac quæſtione, an nimirum ſuperior Magiſtratus, invitis & reluctantibus ſubditis, mutationem in religione inducere poſſit. Vid. KLOCK. *conſ. 52. tom. 1. â n. 78. usque ad n. 104 in negativam tandem concludentem.*

31. Sed & quæritur, an Municipales vi liberæ conſcientiæ ſtante pace religioſa, inconſulto Principe religionis mutationem unanimi vel plurium conſenſu indicere poſſint?

32. Et hoc negandum, quia hodie religionis cura ad jurisdictionem ſive ſuperioritatem territorialem adſcribitur. Olim quidem ante transactionem Paſſavienſem & pacem religioſam, jurisdictio Eccleſiaſtica â jure territorii plane fuit ſeparata & Domini territoriales penitus ab ea fuerunt excluſi; REICHWIN *vot. Cam. cap. 2. n. 29. & 30.* STEPHAN. *de jurisd. lib. II. p. 1. c. 7. n. 41.* ZIEGLER. §. *Laudſaſſii concl 1. n. 180.* Sed ex pace religioſa §. damit auch obberührte 20. etiam ad Status Imperii Proteſtantes per modum ſuſpenſionis jurisdictio Eccleſiaſtica & jura Epiſcopalia translata ſunt, ipſique vigore ſuperioritatis territorialis, 33.
krafft habender Lands-Fürſtlicher oder Lands-Obrigkeit oder Herrlichkeit/ competere cœperunt, ita, ut jurisdictio Eccleſiaſtica cum jure territorii coaluerit, & Domini territoriales utriusque exercitia jure territorii ſibi vindicent, 34.
KNIPSCH. *de Civ. Imp. jur. lib. II. cap. 3. n. 15. ubi n. ſeq* ex BESOLD. *theſ. pract. verb* Freye Reichs-Ritterſchafft/ recenſet: Daß die Aenderung der Religion im Heil. Römiſchen Reich heut zu Tage/ſo viel die Stände deſſelben berührt/ einig und allein der territorialiſchen oder hohen Lands-Obrigkeit anhangen thut / auch ſelbiger den dieſe gebühret / oder ſolche rechtmäſſig hergebracht / in ſeinen Herrſchafften nach freyem Belieben entweder die Catholiſche oder

Augspurgisch. Confession gemässe
Religions-Ubung anzustellen be-
mächtiget ist; Gestaltsam dieses/
nach dem Religions-Frieden / de
Anno 1555. §. Und damit solcher
35. Friede/ &c. klärlich erscheinet; ita,
ut nunc in potioribus superiorita-
tis juribus atque generibus, ipsa re-
ligio fundetur, & pro eo, qui
territorii Dominus est, in casu re-
ligionis mutatæ, præsumptio juris &
de jure militare reputetur, Reich-
win. *dict. Tract. cap. 2. n.* 10. ex
quo jure hæc fluit sequela; Cujus
est Ducatus, Principatus, territo-
rium seu jus territorii, ejus etiam
est jus Episcopale seu jurisdictio
spiritualis. Joh. Stephan. *Instit.
Jur. Canon cap. 3. n.* 135.

36. Nec obstat, quod supra *n.* 23.
dictum, etiam Civitates Munici-
pales pacis religiosæ esse capaces;
Nam hoc ita procedit in tantum,
scilicet tolerandos à Principe sub-
ditos, nec ob religionem in Impe-
rio tamen approbatam, è Civita-
te expellendos, vel fortunis & bo-
nis exuendos, aliaque pœna af-
ficiendos esse, Gilmann. Sym-
phor. *tom.* 1. *part.* 1. *tit. 3. n.* 21.
37. *fol.* 167. Patet igitur, dictam pa-
cem loqui de subditis, qui à Ma-
gistratu, puta Principe, turbantur,
& de Magistratu, qui possit à sub-
ditis turbari. Addit alleg. Gilman.
ibid. hanc esse mentem Consti-
tutionis de pace religiosa in verb.
Solche nachdenckliche Unsicherheit
aufzuheben / der Stände und Un-
terthanen Gemüther (qui nimi-
rum propter religionem fuerant
exacerbati invicem) wiederum in
Ruhe und Vertrauen gegen ein-
ander zu stellen / &c. Ergo cives 38.
& subditi non ita sub pace religio-
nis continentur, quasi ipsi ad istar
Statuum etiam liberum & publi-
cum religionis exercitium habeant,
& pro arbitrio propriaque aucto-
ritate in ea quoque mutare possint,
sufficit constitutionem illam, vitam
quietam & tranquillam, ratione
religionis tribuere, ita, ut inde à
nemine turbari vel violentiam pa-
ti debeant, neminemque ipsos ad 39.
hanc vel illam religionem assu-
mendam violentis mediis cogere,
sed quemque ad loca, ubi publica
sunt religionis exercitia, libere
commigrare posse, Cran. *de pac.
religion. part.* 2. *problem.* 1.

Itaque mediate & passive dun- 40.
taxat subditi sub pace religionis
comprehensi sunt, ut pareant, non
activé, ut ipsi in religione quid
innovent, mutent vel moliantur,
Idem *cit. part problem. 3.* Ut de-
super exemplum Provinciale refe-
ram, tempore Reformationis ante
pacem religiosam Anno 1533. 41.
8 April. Johannes, Dux Clivensis,
edictum promulgavit, quo Pasto-

ribus ditionum suarum præcepit, ut verbum Dei, missis commentis hominum, purum docerent, retentis ritibus antiquitatis. Sed antequam Constitutio hæc promulga-
42. retur, anno præcedenti 1532. Lippiæ Civitatenses, Evangelii doctrinam motu proprio jam receperant & audacius nimis egerant; Hinc commeatu illis interdictum est, & hoc modo adacti sunt, ut Principis gratiam implorarent, & judicium delectorum ex Ordinibus Provinciæ subirent. Horum judicio condemnati sunt ad mulctam pro arbitrio Dominorum solvendam, simulque injunctum, ut in causa religionis decretis Ducis ad Concilium usque parerent,
43. omissis innovationibus, dein, cum præmemorata Constitutio Ducalis Clivica prodiisset, obsequium detrectarunt Lippienses & Susatenses. Illi simpliciter petebant, ut Evangelici Concionatores sibi concederentur; Hi, cum tales jam haberent, eorum sententiam de promulgata Constitutione poposcerunt. Erant in ea certi articuli altioris indaginis, & multis adhuc civitatibus renitentibus tentata fuit per Legatos compositio.
44. Tandem, intercedente Electore Saxonico, qui gener erat Ducis Clivensis, Anno 1534. 19 Octobr. Elector, literis ad Socerum datis, Susatenses ab omni calumnia absolvit, petiitque, ne in Augustanæ Confessionis exercitio turbarentur, Dux tamen ægre tulit Electoris cum Susatensibus negotium, palam asserendo, se nihil illis concessurum esse, quam quod in Ordinatione sua contineretur. Male
id habuit Electorem, & simultas 4
inter illum & socerum orta, aliquamdiu duravit, scripsitque Elector Duci Anno 1536. d. 1 Maji: Nisi æquiorem se Susatensibus præberet, fore ut illi, ad exemplum aliarum urbium Hanseaticarum, in fœdus Smalcaldicum reciperentur, prout hæc ex Archivi actis recenset Dn. à Seckendorf *Histor. Lutheran. lib.* III *sect.* 7. §. *25. addit. 1.* Ex qua relatione patet, quam tenaces sint Principes, ne subditi in causa religionis mutationem pro lubitu suscipiant.

Dixi, Municipia in sua religio-
ne non posse â Superiori turbari, 4
tam obstante pace religiosa, quam ob intentionem, quam habent in hoc passu fundatam, in obligatione sui Principis vel Domini territorialis, qua Provincialibus seu subditis suis data fide se obstringit, se illis sua jura, privilegia, & immunitates conservare velle, Gloss. *in l. moveor. C. si serv. exportand. ven.* quæ dicit, quo statu te invenio, eo te tenebo, donec contra-

trarium videbo, *arg. l. Barbarius ff. de offic. prætor.* ROL. *conſ. 1. n. 104.* VALENT. FÖRSTER. *de jurisd. p. 4. n. 147. fol. 462.* certe digna vox eſt Majeſtate regnantis, Principem ſe legibus pactis, promiſſis & jurejurando præſtito alligatum profiteri, *l. digna. C. de legibus.*

47. Cui Homagiali obligationi Principis hæc conditio reciprocatæ promiſſionis tacite ineſt, etiamſi nihil de hac exprimatur, vel ad illam ſe Princeps nominatim non adſtringat. BOCER. *de regal. fol. 48. num. 44.*

48. Si autem ſubditi tacita hac promiſſione contenti eſſe non velint, ſed expreſſam deſiderent, Dominus autem jurejurando vel ſtipulata manu, vel literis datis promittere recuſet, quod jura, libertates & Privilegia illorum ſarta tecta conſervare tuerique velit, ſubditos citra piaculum & periculum, homagii præſtationem recuſare poſſe, *arg. l. cum proponas C. de pact.* vult MAUL. *de homag. tit. 1. n. 11. & 12.*

49. Negotium etenim hoc Principis & ſubditorum tranſit in contractum correſpectivum, cujus fidem qui non implet, facit, ut altera pars liberetur & placita obſervare non teneatur, *c. fruſtra de reg. jur. in 6.* JOAN. AND. DYN. *in d. l. cum proponas ibiq; Jaſ. & Alex. C. de pact.*

Quæ autem de non turbanda Municipalium religione ſuperius adducta ſunt, penitus extendenda non veniunt ad illos, qui occultis religionum ſpectris mentes mortalium concitant, ut ait ANT. FAB. *de relig. reg. Lib. II. cap. 5. n. 3.* & quorum cultus in Imperio pro intolerabili habetur, qui & ſub pacificationibus religioſis non comprehenduntur, quales ſunt Quackeri, Separatiſtæ, præciſiſtæ & ejusmodi aſſeclæ, qui ſub faſtu Phariſaicæ puritatis, publicos cœtus tanquam impuriores contemnunt, qua opinionis novitate mentes in tantum implicantur, ut nullus deinceps rebus ſacris habeatur honos & periculoſiſſimæ in republ. mutationes inde oriantur. In hos merito, tanquam mente corruptos, contemptores Regiæ Majeſtatis, ac ſocietatis civilis deſtructores ſevere inquirendum. AHASV. FRITSCH. *in not. ad d. loc. Fab.* quin & illos, ſi dogmata ſua nimium divulgent & turbas in Municipio concitent, exilio plectendos aſſerit CARPZ. *pr. crim. q. 44. n. 30. & ſeqq.* 50. 51. 52.

Cum hoc Jus conſcientiæ liberæ, ut in præmiſſis dictum, in pace religioſa communi Procerum conſenſu Anno 1555. Auguſtæ in Comitiis inita, ſit fundatum, calumnioſum eſt, quod quidam in 53.

in contrarium movent, hanc pacificationem à Protestantibus Cæsari & Catholicis vi metuque extortam esse; Quia metus nunquam
54. in tali tantoque Principe præsumendus; Nec Carolus unquam de vi aut compulsione questus
55. vel protestatus est; Qui etiam defectum consensus & approbationis Pontificis ad impugnandam hanc pacificationem allegant, Imperatorem Statusque Imperii à Pontifice dependere nesciunt, LIMN.

56. Quæstio illa, quæ & circa prememoratam pacificationem hactenus à multis atrociter & acerbe nimis mota fuit; An nimirum Reformatæ religioni addicti seu Calviniani, ut vulgo audiunt, à Constitutione illa remoti & exclusi sint? Rectè hoc à multis Christiana modestia negatum fuit, per rescriptum, resolutionis titulo, Cæsari à Protestantibus in Comitiis Augustanis Anno 1566. exhibibitum, ubi in §. Wiewol/ &c. hæc habentur verba: So wäre doch ihr der protestirenden Reichs-Fürsten und Stände Gemüthe gar nicht/den Churfürsten/Pfaltz-Grafen oder andere / so in etlichen Articuln mit ihnen streitig / in einige Gefahr/vielweniger aus dem Religion-Frieden zu stellen / oder auch des Gegentheils Verfolgung/ welche in oder ausserhalb Teutscher Nation fürlaufft/zu billigen/ stärcken/oder den Armen/Betrübten/ Bekümmerten des Worts Christi / ihr Creutz und Verfolgung schwer zu machen / &c. GOLDAST. in Reichs-Satzungen / *p.* 294. Quo & facit, quod traditur: Statim ab initio pacificationis conscientiæ libertatem Calvinistis concessam esse à NORDERMANN. *de jure Princip. concl.* 29.

Imo Reformati inter Protestantes numerandi sunt, quod docet KLOCK expressis hisce verbis: Ob wol Chur-Pfaltz einer dritten/ nemlich der Calvinischen Religion anhängig / so ist dennoch dieselbe von den protestirenden Churfürsten und Ständen unter dero Anzahl gerechnet/ gestalt bey dem zu Regenspurg gehaltenen Reichs-Tage der Chur-Pfältzische Abgeordneter unter den Protestirenden das Directorium geführet/&c. *cons.* 29. *n.* 51. *tom.* 2. Hæc in- 60.
quam & similes quæstiones inter Evangelicos, ad utriusque partis maximum præjudicium, partis vero utrisque adversæ optatissimum incrementum ac stabilimen motæ, jam per dictam pacificationem Monasteriensem & Osnabrugensem, omnino assopitæ, atque sublatæ sunt. *art.* 7. ubi statim in Principio quæstio hæc decisa in ver- 61.
bis:

bis: Unanimi Cæſareæ Majeſta-
tis omniumque Ordinum Imperii
conſenſu placuit, ut, quicquid ju-
ris aut beneficii, cum omnes aliæ
Conſtitutiones Imperii, tum pax
religionis & publica hæc transa-
ctio, in eaque deciſio gravami-
num cæteris Catholicis & Augu-
ſtanæ Confeſſioni addictis Stati-
bus & ſubditis tribuunt, id etiam
iis, qui inter illos Reformati vo-
cantur, competere debeat, &c.

62. Reſultant ex præmiſſis & hæ
quæſtiones; *Prima:* Si Princeps
non ſit ejusdem religionis cum
ſubditis ſuis Municipalibus, an is
hos cogere poſſit, ut contra ſuam
religionem ad debellandos eos,
qui cum illis ejusdem ſunt pro-
63. feſſionis, arma capiant? Pro cu-
jus ſolutione facit (1.) quod ait
AMBROSIUS: Julianus Imperator,
quamvis eſſet apoſtata, habuit ta-
men ſub ſe milites Chriſtianos,
quibus cum dicebat: Producite
aciem pro defenſione Reipublicæ,
obediebant illi; Cum autem dice-
ret eis: Producite arma in Chri-
ſtianos, tunc agnoſcebant Impe-
64. ratorem cœli. (2.) Quod habet
STOBÆUS *tit. ut lib. parent. honor.*
Si quis aut Magiſtratui, aut patri
turpia aut iniqua factu imperanti
non paret, is nec inobediens eſt,
nec injuriam facit, nec peccat,
ubi notanda abſolutio à jure do-
meſtico, publico & divino; Un-
de & ARNOBIO *Lib. II.* nihil tam 65.
injuſtum videtur, quam invitis ex-
torquere in contrarium volunta-
tes, inculcare, quod nolint, &
quod refugiunt animis.

Cui annectendum (3.) ex AU- 66.
GUSTIN. *Tom.* 10. *de verb. Dom. in
Matth. ſer. 6. Cap. 8.* Si Impera-
tor aliud præcipit & aliud Deus,
quid judicatis? Major poteſtas
Deus, inferior magiſtratus. Solve
Magiſtratui tributum, Deo obſe-
quium. Magiſtratus carcerem,
Deus gehennam minatur.

Et tunc negativa ad quæſtio- 67.
nem obtinet, ſi cauſa ſubſit inju-
ſta & aperte directa ad everſio-
nem religionis, alias enim non eſt
iniquum, ſi Magiſtratus orthodo-
xus heterodoxo opituletur in cau-
ſa belli juſta, adverſus orthodoxum
hoſtem. Subditi etiam tenentur
militare ſub Magiſtratu heterodo-
xo, juſtam belli gerendi cauſam
habente adverſus orthodoxum,
quia delicta publica jure naturæ
& gentium etiam in orthodoxis
puniri debent. HÜLSEMAN. *in Ex-
tenſ. breviar.*

Alteram quæſtionem: An juſta ſit 68.
belli cauſa pro ſubditis alienis, ut
ab eis arceatur imperantis injuria?
vide tractantem HUG. GROT. *de
Jure pac. & bell. Lib. 2. cap.* 25. *n.*
8. ubi diſtinguit, aut delictum ſub-

ditorum intervenit, vel causa crudelitatis est dubia, & bellum non est justum; Aut illud cessat, & injuria est manifesta: Et licite ju-
69. steque illis succurritur, quia non sunt alieni, qui nobis societate Ecclesiæ conjuncti sunt. PHILIPP. MELANCHT. *in Rhetor. p.* 46. & 47. Imo magis sociamur religionis unitate, quam aut communione naturæ, aut fœderum pactione. Unitas enim religionis ad conscientiam provocat, naturæ communio ad originem, fœderum pactio ad leges; Conscientiæ autem integritati maxime studendum. OSORIG. *lib. V. cap.* 2. KNIPSCH. *lib. II. cap.* 22. *n.* 26 *de civ. Imp.*

Caput XIII.

DE PRINCIPE IN MUNICIPALES SUOS INJUSTO.

SUMMARIA.

1. *Principi etiam impio obediendum, & cur?*
2. *Exempla ex Sacris.*
3. *Imperia in terris non sunt ex astris, sed ex Dei ordinatione.*
4. *Summorum imperantium titulus,* Wir von Gottes Gnaden.
5. *Princeps, duriusculè quid statuens, præsumitur uti velle potestate extraordinaria.*
6. *Semper justa causa in Principe præsumitur.*
7. *Primus paritionis Subditorum actus esse debet, mandatis sui Principis parere.*
8. *Municipalium remedia, si Princeps iniqua in eos statuat jure Divino contraria.*
9. *Preces ad Deum fundendæ.*
10. *Fœminæ Syracusanæ dictum.*
11. *Rusticuli cujusdam factum.*
12. *Implorandus Princeps, ut Subditorum conscientiis parcat.*
13. *Discedendum est è Patria.*
14. *Exempla Sanctorum è Bibliis.*
15. *Leonis potius fovea eligenda quam conscientia gravanda.*

16.

16. *Dei minæ graviores sunt minis hominum.*
17. *Iterata Principis jussio contemnenda, si peccatum involvat.*
18. *Si jubeantur iniqua, non contra Dei leges, sed utilitatem saltem, parendum est.*
19. 24. *A Magistratu Municipali Principis iniqua rescripta executioni non statim mandanda.*
20. *In mandatis iniquis ostendenda est Principi obreptio & falsitas.*
21. *Iniqua Principis jussa refutare, quid sit?*
22. *Laudabilis Constitutio, l. fin. C. si contra jus vel utilitatem publicam, vel per mendac. fuerit aliq. postulat.*
23. *Rescripta, lædentia jus publicum vel tertii cujusdam, quam præsumptionem admittant?*
25. *Princeps voluisse non censetur, quod jure velle non potuit.*
26. *Non facile contra Principem mandata sine clausula decernuntur.*
27. *Subditi contra Principem possunt adire Superiorem.*
28. *Supremorum dicasteriorum potestas in Principes Imperii.*
29. *Querelæ subditorum, ut servorum de Dominis, licitæ sunt.*
30. *Pro mandato Cæsareo contra Principem requiritur periculum in mora.*
31. *Requiritur irreparabile damnum.*
32. *Inaudito Superiore non decernuntur contra eum mandata S. C.*
33. *Literæ responsoriæ,* Bericht-Schreiben.
34. *Desuper Recessus Imperii ordinaria Principum Imper. instantia sunt Austregæ.*
35. *Cautela pro Municipalibus, ne contra Principem suum ad Superiorem properent.*
36. *Non convenit, ut Municipium quid contra iniquum Principem pro se tentet.*
37. *Secus est in Statibus Provincialibus.*
38. *Summæ dignitatis molestia est, Principem desiderari perfectum.*
39. *Exigua peccata Principis apparent magna.*
40. *In Principe magis attenduntur mala quam bona.*
41. *Vultures amœnos campos circumvolant & fœtidis inhærent.*
42. *Tyranni proprium nomen.*
43. *Nomen illud deim in odium transivit.*
44. *Tyrannus titulo talis.*
45. *Tyrannus exercitio.*

46. *Horum Tyrannorum commune.*
47. *Non omnis iniquus Princeps est Tyrannus.*
48. *Negligentia Principis non facit Tyrannum.*
49. *Vitia privata non faciunt Tyrannum.*
50. *Exemplum Trajani Cæsaris.*
51. *Princeps exercens actum tyrannicum, non statim est Tyrannus.*
52. *Pharao & Achabus non fuerunt Tyranni.*
53. *David ob adulterium proditorium non fuit Tyrannus, nec Cambyses justus, ob unicum factum justum.*
54. *Tyranni non feriendi sed ferendi.*
55. *Cur patienter ferendi Tyranni?*
56. *Episcopi Constantinopolitani aureum dictum.*
57. *Tyranni, ut fœda quædam animalia, ad aliquid adhuc prosunt.*
58. *Tyranni sunt carnifices, quibus Deus utitur ad puniendum.*
59. *Tyrauni, in quantum sint ministri Dei?*
60. *Vitia Principum dissimulanda.*
61. *A populo Principes sub exercitatione patientiæ tolerandi.*
62. *Magna subditorum felicitas est, subesse benigno Principi.*
63. *Aurelius Imperator, quam suis fuerit charus?*
64. *Imperium Regis non est sicut Medici.*
65. *Subditi sunt spectatores comœdiæ, quam Princeps repræsentat.*
66. *Æqyptii Reges accusantur & puniuntur.*
67. *Statuæ Regum Galliæ indicabant eorum indolem.*
68. *Quibus casibus subditi resistere possint Principi?*
69. *Princeps homo est & Deus.*
70. *Tyranni impuniti se ipsos puniunt.*
71. *Sceleris in scelere supplicium.*
72. *Conscientia adulatores non admittit.*
73. *Municipales ad opem ferendam in bello injusto sui Principis cogi non possunt.*
74. *Si causa belli est injusta, & finis illegitimus.*
75. *Quid in causa belli justa, & fine dubio?*
76. *Non est cooperandum ad peccatum.*
77. *Quid in bello defensivo, de cujus justitia dubitatur, faciendum vasallis?*

Jam

1. Jam ex *cap. 8. ſup.* conſtat, quanta ſubjectione & obedientia Municipales ſuo Principi & Domino teneantur, & quidem non ſaltem probo & pio, ſed & impio, non propter ipſum ipſiusque malitiam, ſaltem propter illum, qui eum ob peccata noſtra elegit, Deum videlicet; 1. *Petr.* 2. *v 13.* REINCKING. *de R. ſec.* 1. *claſſ.*
2. 1. *cap.* 4. *n.* 1. Sic Jeremias Regem impium, Zedekiam, Dominum ſuum appellat adhuc. *Jerem.* 37. *v.* 20. Chriſtus Cæſari infideli puta Tiberio, qui fuit parricida, adulter, ſcortator, omnisque flagitii artifex, etiam tributum dari juſſit, *Matth.* 22. *v.* 21. Paulus, cui ob crudelitatem Imp. Romanus erat Leo, 2. *Timoth.* 4. *v.* 17. nihilominus in cauſa Politica, ad eum tanquam Dominum & Magiſtratum ſuum provocat.

3. Non enim imperia in terris à fato, aut extrema ſtella caudæ Urſæ Majoris, ut nugatur Cardanus, vel aliis ſignis cœleſtibus aut numeris, de quibus BODIN. *de Republ. Lib.* IV. *cap.* 2. ſed ex Dei ordinatione ſanctiſſima dependent;
4. *Rom.* 13. Hinc ſuperioritatis, Superiorem non recognoſcentis titulus eſt: Wir von Gottes Gnaden/STEPH. *de juriſdict. lib* II. *part.* 2. *cap.* 7. Quæ & ſimul de malis & impiis vera ſunt; Nam & hi modo legitime ſint conſtituti, Dei ſunt ordinatio, cum non ſit poteſtas, niſi à Deo. *Rom.* 13. 1. *Pet.* 2. KNIPSCH. *de J. Civ. Imp. Lib.* VI. *cap.* 2. *n.* 4. 5. 6.

Si jam à Principe aliquid, quod duritiem & auſteritatem ſapiat, 5.
fuerit diſpoſitum, conſtitutum, ordinatum, non ſtatim iniquitatis & injuſtitiæ notam incurret à ſuis, quibus potius, quo ſanctior ejus perſona eſſe debet, eò majori cum veneratione de ipſo loquendum & ſentiendum, ſed ob arbitrium circa leges publicas diſpenſandi liberum, quamvis à regulis juris communis Princeps deflectat, præſumendum, quod non jure ordinario uti voluerit; Quæ præſumptio tunc eſt valida, ſi alias actus non valeret, MENOCH. *Lib.* II. *præſ.* 12. *in fin. & conſil.* 2. *n.* 28. *Conſ.* 250. *n.* 66. SCHRAD. *Conſ.* 19. 6.
n. 46. ſemperque juſta cauſa in eo præſumitur, quare à regulis juris communis deceſſerit, PETR. ANT. de PETR. *de jur. quæſit. per Princ. cap.* 32. *quæſt.* 6. *n.* 2. & 15. cum quo convenit, ſi vi ſuperioritatis territorialis quid mandet, krafft habender Landes-Fürſtlicher Macht und Gewalt. DN. STRYCK. *Diſſert. de præſumpt. pro Magiſtratu, cap.* 1. §. 5. adeoque in genere ſemper bene de Principe præſumendum. MENOCH. *lib. II. præſ.* 10.

MEV. *p.* 1. *dec.* 141. *n.* 4. MASCARD. *de probat. concl.* 276. *n.* 17. CYRIAC. NIG. *controv.* 654. *n.* 71. *& seq.*

7. Ex hac præsumptione fluit, quod omnis, qui civis & subditus est, secundum præcepta & mandata sua Principis agere, non de iis judicare debeat, an æqua vel iniqua sint, & sic primus paritionis actus est, legibus & mandatis Domini sui parere, PACIAN. *de probat. lib. III. cap.* 35. ZIEGLER. *in* §. *Landsassius. concl.* 1. *n.* 147. RITTER. *de Homag. concl.* 154. *&* 181.

8. Licet jam Princeps in Municipales suos iniqui quid statuat, quod simul legibus Divinis & bonis moribus contrariatur, semper tamen, contra talem magis scuto quam gladio utendum, & in tristi hoc casu hæc suppetunt remedia;

9. Primo: Suspiriis & lachrymis ad Deum fusis ipsi resistendum, prout monet Apostolus, 1 *Timoth.* 2. *v.* 2. *C. convenior.* 21. *caus.* 23. *quæst.* 8. Precibus enim ad Deum pro Regibus & Principibus non desistendum, licet pessimi sint, & expetere meliores nunquam prohibitum, imo acrius adhuc pro salute perversi Principis insistendum, ne eo defuncto pejor adhuc successor in locum mali substituatur;

10. Quo facit fœminæ cujusdam Syracusanæ festivum ac liberum dictum memorandum ex VALERIO MAX. *lib. VI. c.* 2. *in extern.* Hæc cum ultimæ ætatis esset, omnibus suis concivibus, Dionysii Tyranni exitium, propter nimiam morum acerbitatem & intolerabilia onera votis expetentibus, sola quotidie matutino tempore Deos, ut incolumis ac sibi superstes esset, orabat; Quod ubi Dionysius cognovit, non debitam sibi admiratus benevolentiam, accersit eam, & quid ita hoc, aut quo suo merito faceret? interrogavit; Tunc illa, certa est, inquit: ratio propositi mei, puellæ enim cum gravem Tyrannum haberemus, carere eo cupiebam; quo interfecto, tetrior arcem occupavit; ejus quoque finiri dominationem magni æstimabam, tertium de superioribus importuniorem habere cœpimus rectorem, itaque timens, ne si tu fueris absumptus, deterior in locum tuum succedat, caput meum pro tua salute devoveo. Tam facetam audaciam Dionysius punire erubuit; Ad quod pertinet & illius rusticuli factum, qui de Antigono Rege vivo questus, cum obiisset successore relicto, terram laboriose invertens & votorum jam pœnitens, Antigonum, inquit, refodio, LIPS. *Epist.* 4. *Cent.* 1.

Secundo ipse Princeps humiliter

ac devote implorandus, ut conscientiis suorum parcat, prout ex sacris patet, *Exod.* 5. *v.* 15. 1 *Reg.* 12. *v* 4. *Esth.* 4. *v.* 17. & cum Ambrosio dicendum, coactus repugnare non novi, dolere potero, potero flere, potero gemere, aliter nec debeo, nec possum resistere.

13. *Tertio*, si ad humilem petitionem Princeps necdum parcere velit, injungendo, quæ moraliter impossibilia sunt, ex patriis Laribus discedendum, & bonis omnibus venditis emigrandum ad loca, ubi major pietas floret; In patria enim quisque degit, qui cum Deo exulat,

14. Exemplo Moysis, qui â terrore Pharaonis abiit in terram Midian. *Exod.* 2. *n.* 15. Davidis, 1 *Sam.* 22. Obadiæ, 1 *Reg.* 18. Eliæ, 1 *Reg.* 17. ipsius etiam Christi, qui hoc remedium discipulis suis commendavit, *Matth.* 10.

15. & 24. *Quarto*, si nec hoc lamentabili emigrationis beneficio uti, impius Princeps, concedere velit, sed adhuc tanquam alter Nabochadonosus, alienos Deos adorare jubeat, Danielis sumendus est animus, & potius leonum fovea eligenda, quam conscientia gravanda, *Dan.* 6. *v.* 10. & cum Papiniano Caracallæ fratricidium defendere nolente, securis potius optanda, quam sacrosanctæ justi-

16. tiæ officina scelere conspurcanda; Dicas igitur cum Davide: Deus erit judex inter te & me, 1 *Sam.* 24. *v.* 13. Tu carcerem minaris & mortem, si non faciam, at Deus si faciam, minatur infernum & mortem æternam, AUGUSTIN. *de verb. Domin. Sermon.* 6. ut hæc refert CARPZ. *de leg. Reg. German. cap.* 14. *Sect.* 2. *n.* 8. *& seqq.* KNIPSCH. *de Civitat. Imp. lib. VI. cap. ult. n.* 6. *& seqq.* Imo nec 17.
iteratæ jussioni Principis Magistratus parere & morem gerere debet, si mandatum expressum contineat peccatum, sed potius ab officio se deponi permittat, FLAMIN. CHARTAR. *Tract. de execut. sentent. cap. fin. n* 365.

Si Princeps iniqua quidem præ- 18.
cipiat, quæ tamen expresse cum Dei & naturæ legibus non pugnant, sed utilitatem tantum publicam & privatam lædunt, eo casu præstat obedire, quam jussa recusando reliquis rebellandi occasionem præbere, *C. quod culpatur.* §. *sed humana. caus.* 23. *quæst.* 1. *l.* 1 *in fin. C. de offic. præf. urb.* PRÜCKM. *de Regalib.* §. *venatio. cap.* 4. *n.* 32. est enim rebellionis species, denegare, quæ imperantur. RECESS. IMPER. *de anno* 1542. §. Würde sich aber jemand. *in fin.* REINCK. *de Reg. Sec. & Eccl. lib. I. class.* 1. *cap.* 4. *n.* 21.

Nec tamen ita crude accipien- 19.
dum

dum hoc, ac ſi ſtatim cæco quodam impetu expediendum, quando Princeps, ira commotus, forte mandavit id, quod jura alicujus vel utilitatem publicam lædit. Nec eo caſu excuſabitur Magiſtratus inferior, mox illud exequendo, ſub prætextu, ſe mandato Principis inſtructum eſſe, & ipſius juſſum ab omni dolo excuſare, *l. 167. §. qui juſſu. & l. 199. §. ff. de Reg. Jur.*
20. ſed ſi ad preces falſa & mendaciorum narrata, ad tale reſcriptum vel mandatum Princeps inductus fuerit, moram facile indulgebit is, pro oſtendenda falſitate & obreptione, prout ſaluberrime cau-
21. tum *in l. 2. 3.* & 4. *C. ſi contra jus vel util. publ.* Imo, ſi Magiſtratus Municipalis viderit, publicis legibus refragari nova hæc & inaudita Principis juſſa, ipſi ex officio incumbit, hæc refutare, ut loquuntur Imperatores, in *l. Reſcripta 7. C. de precib. Imp. offerend.* id eſt, ſubmiſſa relatione ad Principem iteratam ejus voluntatem explorare debet, cum ex iteratione hac de enixa ejus intentione demum conſtet; Et ut loquitur Alexandr. Pontifex: *Aut mandatum noſtrum reverenter adimpleas, aut per literas tuas, quare adimplere non poſſis, rationabilem cauſam prætendas, quia patienter ſuſtinebimus, ſi non feceris, quod prava nobis fuerit inſinuatione ſuggeſtum. Cap. ſi quando 5. x. de reſcript.*
Digna ergo Imperatore vox fuit *in* 22
l. fin. C. ſi contr. jus vel util. expreſſa: Omnes cujuscunque, majoris vel minoris adminiſtrationis, univerſæ noſtræ reipublicæ judices monemus, ut nullum reſcriptum, nullam pragmaticam ſanctionem, nullam ſacram annotationem, quæ generali juri vel utilitati publicæ adverſa videatur, in diſceptationem cujuslibet litigii patiantur proferri, ſed generales ſacras conſtitutiones omnibus modis obſervandas;
Nam reſcripta, quæ lædunt jus 23
tertii, aut ſunt contra ſtatum reipublicæ, illa vel præſumuntur, eſſe obtenta inverecunda petentium inhiatione, ut loquitur *l. 1. C. de petit. bonor.* aut per importunas preces, *l. 2. C. de precib. Imp. offerend.* Pfeil. *conſil. 78. n. 38.* Ferrar. *Pract. tit. 35. gloſſ. 9. n. 1.* Mev.
p. 1. deciſ. 43. n. 4. Vanus ergo 24
prætextus eſt, ſi Magiſtratus, vel judex inferior, acceptis reſcriptis qualibuscunque, etiam iniquis, ad executionem properat, dicendo: **Sie möchten einen Verweiß von Hofe bekommen / wann ſie nicht dem** Reſcripto **ſo fort** parirten/Dn.
Stryck. *diſſert. de præſ. pro Magi-* 25
ſtrat. cap. 1. §. 16. Potius à ſiniſtra præſumptione immunes non ſunt, qui nimium properant in exequendis Principum mandatis publi-

blicæ utilitati vel juſtitiæ cauſæ contrariis, nec enim inde injuriarum naſci occaſio debet, unde jura naſcuntur, *l. 6. C. unde. vi*, & Princeps voluiſſe non cenſetur, quod juſte velle non potuit, ANT. FABER. *Cod. Lib.* I. *tit.* 2. *def.* 1. *n.* 4. VULTEJ. *Conſil. Marburg.* 19. *n.* 51. *vol.* 3.

26. Si Municipiis juſtæ querelæ locum dant, ſævitia, manifeſta injuria, intoleranda onera & inſueta ſervitia, tum licet non facile contra Principem mandata ſine clauſula decernantur, MINDAN. *de mandat. lib. II. cap.* 13. idque, ut jam dictum ob præſumptionem juſtitiæ, qua Superior velle vel ſentire non intelligitur, quod de jure & vel æquitate non poteſt, CRAVETT.

27. *conſil.* 76. *n.* 4. hoc tamen caſu Municipales Superiorem adire, ejus opem implorare, & mandata talia decernenda, expetere poſſe docet MYNSING. *cent.* 5. *obſ.* 8. *n.* 12. GAIL. 1. *obſ.* 17. *n.* 1. Ita enim in Imperio noſtro Romano ſubdi-

28. ti habent Cæſarem Imperialem, qui non tantum ſubditos à Principum & Dominorum ſubalternorum imperio eximere, MYNSING. *cent.* 3. *obſ.* 99. *n.* 3. VASQU. *illuſtr. controv. cap.* 8. *n.* 3. ſed etiam, ſi opus fuerit, eosdem à regimine deturbare, banni pœna ferire, pro hoſtibus Imperii declarare, omniaque, quæ juris Civilis ſunt, ipſis adimere poſſunt, GAIL. *de pace publ. lib. II. cap.* 12. *x.* 15. atque ita in Camera decretum fuiſſe 27 *Aug. anno* 1580. in cauſa Weil Münſter contra Naſſau refert SIXTIN. *de Regal. lib. II. cap.* 13. *n.* 58. Subditis ſane & ſervis integrum eſt, ut de Dominis querantur, 29.
l. omnia. 1. §. *ſervos. ff. de offic. præf. urb.* ut immodice ſævientibus fræni quædam temperies adhibeatur, ut ait Imperator. *l. ſi quis in ea* 2. *C. de cuſtod. reor.* cum Superioris officium ſit, ſubvenire oppreſſis, *Jerem.* 21. *v.* 21. & *cap.* 22. *v.* 3. & plus æquo oneratos ac innocentes ab iniquis Dominis liberare, *l. illicitas* 6. §. 2. *ff. de off. præſid. l. cum ſatis* 23. §. *cum autem caveant. C. de agric. & cenſit. lib. XI.*

Pro impetrandis mandatis Cæ- 30.
ſareis vel Cameralibus in hacce materia, contra Superiorem & territorii Dominum, requirunt præcit. MYNSING. GAIL. & SIXTIN. (1.) Ut evidens periculum in mora, vel dilatio periculum allatura ſit, *l. de pupillo.* §. *præterea ff. de nov. op. nunciat.* (2.) Ut irrepa- 31.
rabile verſetur damnum, vel ſalus publica periclitetur, *arg. tit. C. ſi contr. jus vel util. publ.* (3.) Ut ſupplicantis talis ſit caſus, cui Princeps contradicere non poteſt, quibus

bus & similibus in causis audiendi sunt subditi.

32. Ne tamen putent gravati Municipes, se supplicationis & querelæ suæ effectu statim potituros, minime, cautela & prudentia hic etiam in summis Dicasteriis observanda, ne subditi statim contra Dominum armentur, unde inaudito eo, nisi ex gravibus & notoriis causis, ejusmodi mandata decerni non solent nec possunt, mo-

33. nente GAIL. *d. obs.* 17. *n.* 8. Sed in Camera cautelæ loco observatur, ut prius Domino pro causæ statu rescribant, & per literas narrata & petitionem subditorum significent, atque ita ex literis responsoriis, **Bericht-Schreiben**/ pro informatione transmissis edoceantur, quid inferiores petant & prætendant, & tum demum mandatum vel denegari, vel causis sufficientibus adductis decerni solet, *Ordin. Cam. part.* 2. *tit.* 24. GAIL. 1 *obs.* 22. *n.* 4. SCHWANEMANN. *proceß. lib. II. cap.* 21. RODING. *pandect. Cameral. cap.* 19. MAUL. *de ho-*

34. *mag. tit.* 4. *n.* 17. Quo & facit sanctio *Recess. Imp.* **zu Regenspurg**/ *de Anno* 1674. §. **Soll auch zum fünfften.** 79. *Et Rec. Imp. Noviß. de Anno* 1654. §. **Beneben sollen** in verb. **wie auch insonderheit den Unterthanen und Bürgeren wider ihre Obrigkeit die** proceß. **nicht leichtlich erkennen/ sondern vorhero umb Bericht schreiben**/ &c. Si vero in ordinario conveniri debeant Principes Imperii à suis subditis, hoc coram Austregis instituendum, *Ordin. Camer. part.* 2. *tit.* 4. § *fin.* LIMN. *I. P. Cap.* 5. *n.* 20. *Lib. IX.* Ut factum refert GAIL. in causa Consulum Civitatis **Stettin** / contra Ducem Pomer. & **Culmburg** contra Ducem Juliacensem, *Lib. I. obs.* 120. *n.* 4.

Ex quibus requisitis discant Municipales, quantis difficultatibus involuti sint processus contra superiores emanandi, videantque, an non consultius sit, submissione & patientia, iram Principis placare, quam vanis sumptibus & vix profutura resistentia contra eum superius implorare auxilium, quod sive impetrent, sive incassum expetant, si experientia docti, desuper quod res est, dicturi sunt, non alius inde quam seræ pœnitentiæ, & infructuosi simul ac sumptuosi conatus, prodiit fructus; Nam fatuum est, latrare contra eos, qui possunt mordere, & superioritas delicata res est circumspecte tractanda, MEV. *p.* 4. *dec.* 1. *n.* 10. 35

Et hæc accipienda erunt, si Municipium unum alterumve contra Superiorem suum injuste ac ty- 36

tyrannice imperantem (de quibus dixit Ludovicus XII. Rex Galliæ: Plebem & rusticos esse pascua Tyrannorum, sed Tyrannos pascua Diabolorum, *Annal. Gall.*) quid teneant. Quod autem Ordines sive
37. Status in hisce tristibus casibus, tam ex forma homagii, quam ex mutuæ obligationis modo, vel ex privilegiis quid possint, id, uti apud Politicos extra dubium, sic mihi de Municipiis tantum agenti extra institutum est.

38. Interim, si querimonias contra Principes obvenientes perpendimus, hi subditorum mores sunt, quod in eo meminisse soleant magis male, quam bene factorum, qui, licet homo sit, juxta vulgi tamen mentem non solum ab iniquitate sed etiam ab opinione culpæ vacuus esse debet, clementiæ & protectionis ejus facile obliviscimur, si vero ab eo vel minimum neglectum sit, hoc indelebile permanet, quod non immerito inter summæ dignitatis molestias referendum. Sicut enim in facie lens
39. & verruca apparentiores & molestiores sunt, quam reliquæ corporis maculæ, mutilationes & cicatrices, sic exigua peccata, ubi in Principis cernuntur vita, pro magnis habentur, propter opinionem eam, quam vulgo, de Principatu & republica, gerunt, rem eam esse magnam, & quæ vacare debet omni errore atque vitio, ut posuit PLUTARCHUS *in precept. Polit.* si & generaliter verum est, quod ISIDORUS HISPALENSIS *lib. III. sent. cap. 46.* ait: Facilius vitia
uniuscujusque, quam virtutes, in- 40.
tendimus, nec quid boni quisque gesserit, agnoscere cupimus, sed quid male egerit, perscrutamur. Hoc eo magis adhuc in Principem quadrat, in quo vitæ splendor ac rerum bene gestarum magnitudo non in tantum respicitur, quam in quantum, si quid erratum, (ut quandoque rebus accidit humanis) observatur & divulgatur; sicut vul-
tures per multa quidem prata, mul- 41.
ta etiam amœna & odorata loca circumvolantes, ad tabida & fœculenta loca feruntur. Muscæ quoque salubre si quid offendunt, prætereunt, ad ulcera vero properant. BASIL. MAGN. *in Orat.*

Quod si autem Princeps muta- 42.
to nomine Tyrannus evadat, vitium quidem dominationis in eo augetur, subjectio tamen Municipalium eadem adhuc manebit, Tyranni quidem nomen apud Veteres in malam partem non sumptum, & pro Rege, Domino & Monarcha veniebat, qui plenam habebat in subditos potestatem, quos tamen eo fastigii spectata inter bonos moderatio evehebat;

Un-

Unde & Tyranni ob fortitudinem vocabantur sic, VIRGIL. 7 *Æneid*

Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse Tyranni.

Et teste ÆMIL. PROB. *in Miltiad.* is vocabatur, qui potestate erat perpetua in ea civitate, quæ libertate assueverat, ipseque Jupiter vocatur Tyrannus Deorum ab ARISTOPH. *in Nub.* Postea odio-
43. sum hoc nomen ad illos solos fuit restrictum, qui per insolentiam Imperii viribus abutebantur, atque sic sanctorum Regum nomen ex paucorum abusu invisum & abominabile factum.

44. Tyrannus est vel titulo vel exercitio talis. *Titulo* tyrannus est, qui nullo vel electionis, vel successionis, vel alio legitimo titulo ad rerum gubernacula tetendit; Vel qui Majestatem alienam sine titulo injuria in se solum transfert, REINCK. *de Reg. Sec. lib. I. class. 1. cap. 5. n. 3. & seq.* Ty-
45. rannus *exercitio*, qui jure sibi oblatum imperium in perniciem convertit, vel ut BODIN *de Republ. lib. II. Cap. 4.* inquit: Qui civibus, tanquam mancipiis, ad libidinem abutitur, *ille* ita dicitur à titulo Regis, qui ipsi deficit, *hic* ab exercitio Regio, quo caret, inde nomina inventa sunt à contrario.

Horum commune est, quod
46. publica convertant in privata; Et utriusque nomen gerit, qui injuste rempublicam occupavit, eandemque pravis actionibus pessundare porrexit, atque sic non nomen utriusque, sed & ignominiam gerit, & tyrannidem tyrannide adauget, ARNISÆUS *de Republ. lib.* II. *cap. 3. cit. 7. n. 5.*

Unde ex descriptione & divisione hac patet, Principem, qui non omni modo ex sententia subditorum regimini præest, non continuo Tyrannum vocandum, sicut non omnis hostis est perduellis. Atque ut eo salutarius Principis incolumitati consulatur, funestus hic error demendus, *Idem* ait ARNISÆUS *d. cap. 3. Sect. 6. n. 11.* 47.

Primo enim non omnis negligentia Principis pro deliberata mente ad destructionem Reipublicæ sumenda; sicut qui jacentem non tollit, non præcipitasse eum putandus est; Nam licet & quandoque negligens pœnam mereatur, nunquam tamen pari supplicio cum scelere perpetrato subjicitur, sicut, qui servitutem injungit, magis culpandus est, quam qui, cum prohibere posset, neglexit, THUCYD. *lib.* I.

Secundo, si de Tyranno cognoscendo agitur, separanda sunt privata à publicis. Illa committuntur, ut ab homine, hæc ut à Rege; Illa levis & privata est pernicies, hæc totas urbes movet.

Sic

Sic de Trajano memorat DION. I. quod etſi amoribus puerorum, & & vino deditus fuerit, tamen nihil ob eam cauſam turpiter & nequiter fecerit, ut eam ob rem jure reprehenderetur; Ergo, ſicut temperantia non facit Regem, ſic nec intemperantia tyrannum, modo non cum ea ſit conjunctus interitus reipublicæ.

51. Tertio diſtinguendum inter Tyrannum & Principem Tyrannicum, quia actus eſſe poſſunt Principis, qui deſciſcunt à virtute Regia ad tyrannidem, cum tamen in reliquis, in quo non labitur Princeps, integra Reipublicæ jura ſervet. Nam ſicut Ethici diſtinguunt, inter actionem bonam & virtuoſam, inter juſtum & juſte factum, ita non ſtatim efficiuntur Tyranni; qui actus tyrannicos in aliquibus imitantur; Ad Reipublicæ enim adminiſtrationem, quia diverſi multique actus requiruntur, ita fieri poteſt, ut quis in duobus labatur, in cæte-

52. ris rectum ſe teneat. Pharao peſſime ab officio regio exivit, quod incolas Iſraelitas de induſtria duplicatis laboribus preſſit & in ſervitutem damnavit. Achabus depravatam notam incurrit, quod de conſilio impiæ Jeſabelis Nabotho, vitam ſimul & vineam abſtulit, non tamen ideo, ſi in cæteris contra civium commoda nihil perpetrarunt, ex uno illo actu tyrannico conſummatæ tyrannidis condemnandi ſunt. Sic & Davi- 53.

dis inimicum illud proditorium adulterium, quia in unius civis injuria acquievit, nec in totius reipublicæ perniciem redundavit, non magis inter Tyrannos eum collocabit, quam unicum illud juſtum judicium, Cambyſen ponit inter probos Reges, *cit.* ARNISÆUS *de Rep. lib.* II. *cap.* 3. *ſect.* 6. *n.* 44.

Municipia jam ſciant ferendos 54.

non feriendos eſſe Tyrannos; Uti ſterilitatem & nimios imbres & cætera naturæ mala, cogitentque ſemper, Principes etiam duros ac malos Dei throno inſidere, TACIT. Exſtat quidem vetus hoc dicterium: Tyrannum oportet auferre 55.

vel ferre, poſterius autem ſubditis neceſſarium, LIPS. cum ea moles convelli non poſſit ſine convellentium exitio, *Id.* TACIT. Hanc maledictionem ſubditi â Dei manu impoſitam patienter ferre debent, cogitantes, nos peccatis noſtris ad majora obligatos eſſe & dominari hominem homini in malum ſuum, *Eccleſ. cap.* 8. Et præſtat, Regem Tyrannum habere, quam nullum, CHRYSOST. *in Hom. ad pop. Antioch.* Verſeturque Mu- 56.

nicipiis â tyrannide preſſis perpetuo in memoria Conſtantinopoli-

tani Episcopi aureum oris aurei dictum: Qui Præfectis & Principibus obtemperat, non illis imperantibus se submittit, sed Deo, qui hoc ita constituit, & qui illis morem non gerit, Deo bellum infert. At quid si Rex palam præ se ferat Tyrannum, ne sic quidem de eo judicabis, forsan talis est tuo bono, JAN. GRUTER. *in Tacit. cap.*
57. *3. n. 10.* nam, ut PLUTARCH. *cap. 14. de sera Numinis vindicta*, quemadmodum fel hyenæ & phocæ aliorumque fœdorum animalium coagula, aliquid habent, ad morbos sanandos utile, sic nonnullis morsu & pœna indigentibus, Deus injiciens Tyranni alicujus sævitiam implacabilem, aut Magistratus molestam asperitatem, non ante id, quod excruciabat, & turbabat, sustulit, quam vitiosos mor-
58. bo liberasset ac purgasset. Et sicut civitates justitiæ ministros alunt, per quos & parricidas & latrones, & aliis sceleribus delinquentes pœna afficiunt; Ita & mundi hujus Præsul ac Gubernator patitur Tyrannos esse, ceu quosdam carnifices, ut per eos ab impiis & iniquis hominibus pœnas exigat, qui tamen, non ut Dei ministri, sed suæ ipsius malignitati servientes, ea damna hominibus inferunt, THEODORET. *ad Græc. infideles, sermon 6.*
59. Tyranni imperio ex conscientia obediendum dicit MOLIN. *de just. & jur. tr. 2. disp. 24. ad fin.* Tyrannis quippe est â Deo concessæ hominis potestatis abusus, atque Tyranni ministri Dei sunt, in quantum implent voluntatem ejus, SARESB. *l. 8. cap. 18.* nec potentis est, cum vult sævire in subditos, sed Divinæ dispensationis, *Id. lib.* IV. *cap. 1.*

Virtutes namque Principum â Deo ortæ ad eum sunt referendæ, vitia ut hominum propria ac omnibus communia, privatis ac subditis sunt dissimulanda modesteque ferenda, PONT. HEUTERUS *de reb. Burgund. in Epist. dedicat.* Et ita â populo Principes & â servis Domini ferendi, ut sub exercitatione tolerantiæ sustineantur temporalia & sperentur æterna, AUGUST. Verum sane ast nullum esse præstabilius & pulchrius Dei munus erga mortales, quam castum, sanctum & Deo simillimum habere Principem, PLIN. *in Paneg. Trajan.* Et quæ est subditorum major felicitas, quam subesse benigno Principi, PHILO *leg. ad Caj.* cum Princeps cum suis civibus quasi cum liberis parens vivat. Hoc cæteris major, quo melior, PLIN. *dict. Pan.* Unde M. Aurelius Antoninus suis tam fuit charus, ut sacrilegus haberetur, qui domi imaginem ipsius non haberet, af-

affixam, CAPITOLIN. *in ejus vita.* Sicuti Prætor licet inique decernens etiam jus reddere dicitur, *l. jus pluribus. ff. de juſt. & jur.* ita:

- - - - - crudelibus æque
Paretur Dominis - - - -

64. CLAUDIANUS. Non etiam Rex aut Princeps poſtulatur, ut medicus, cujus imperium durat quamdiu placet ægroto, ZACHAR. VICT.
65. *de exempt. concl. 14.* Quemadmodum in ſpectaculis theatralibus & comœdiis quilibet admittitur ſuis impenſis ſpectatum, & ſibi tribuit licentiam judicandi de Comœdorum vel præfectione vel imperfectione; Ita dum Princeps, quem in publico ideam gubernatoris potius quam hominem agere dicit, SAVEDR. *in Symb, Politic' 7.* negotia Status tractat, animique ſequitur meliores conceptus, ſubditi ſpectatores ſolummodo ſunt ſuo ære & periculo, quibus nihil relictum eſt, quam facultas & otium tacite judicandi de rebus præſenti-
66. bus & peractis. Ægyptii nihil in Reges vivos etiam malos ſtatuendum putantes, mortuos illos exponunt ad publicam accuſationem populi, convicti ſolito carent ſepulchri honore ac magnificentia; Qui timor Reges Ægyptios cogit, juſte vivere, timentes futuram poſt mortem plebis iram, atque odium ſempiternum, BOHEM. *de moribus gent. lib. I. cap. 15.* ita & Hebræorum Regum, qui male regnaſſent, cadavera extra proprium Regibus locum ſepulta, *2 Parallel.* 67.
24. v. 25. & *cap. 28. v, 27.* Galli pro honore defunctis ſuis Regibus ſtatuas erigebant, per quas demonſtrabant, qualis quisque fuerat in regimine, ſi bonus, habebat manus elevatas, ſi malus, aut unicam aut ambas habebat depreſſas, TYMP. Egregium ſubdit H. GROTIUS temperamentum, quo & ſanctimonia ſummæ poteſtatis maneret, & tamen futuri judicii metu Reges â mutatione retraherentur, *de jur. B. & P. l. 1. c. 3. n. 16.*

Qui tamen *d. l. 1. c. 4. n. 6. 1, & ſeqq.* docet, Principi à ſubditis reſiſti poſſe in hiſce caſibus. 68.
(1.) Si ſubditi ab initio acceperint hanc poteſtatem, vel poſtea ita convenerit. (2.) Si Princeps imperium abdicavit, non tamen pro derelicto habere rem cenſendus, qui eam tractat negligentius. (3.) Si Principatum alienet, & re ipſa tradere velit aut alii ſubjicere. (4.) Si vere hoſtili animo in totius populi exitium feratur. (5.) Poſt amiſſum Principatum ex Lege commiſſoria. (6.) Si partem habeat ſummi imperii, partem alteram populus aut Senatus, Principi in partem non ſuam involanti vis ju-

sta opponitur. (7.) Si in delatione imperii dictum seu capitulatum sit, ut certo eventu Principi resisti possit. Invasori etiam, antequam longa possessione aut pacto jus nactus non est:, quamdiu durat injuste possidendi causa, resisti potest, *ibid. n. 15.* In controverso autem jure possessionis privatus sibi judicium sumere non debet, sed
69. possessionem sequi, *n. 20.* Interim omnium Regum Principumque præcepta duobus illis monitis recte clauduntur: Memento, quod es homo, & memento, quod est Deus in terris, quorum alterum pertinet ad potestatem eorum coercendam, alterum ad voluntatem regendam, FR. BACO de VE-
70. RULAM, *serm. fidel. cap. 19.* Cogitent denique Municipales & subditi tyrannide pressi pro solatio suo, quod, licet stringere in tales Principes ferrum, & subjectionis & obedientiæ vinculum solvere non liceat, nullo tamen modo illos esse impunes. Alloquendi sunt sub tali jugo gementes ex JUVENAL. *Sat. 13. vers. 192.*

- - - Cur tamen hos tu
Evasisse putes, quos diri conscia facti,
Mens habet attonitos, & surdo verbere cadit,
Occultum quatiens animo tortore flagellum.
Pœna autem sæviens ex multo sævior illis
Quas & Cæditius invenit & Rhadamantus.
Nocte dieque suum gestare in pectore testem.

Et opportune huc quadrat ex Eod. JUVEN. *dict. satir. 13. v. 23.*

Hi sunt qui trepidant & ad omnia fulgura pallent.
Cum tonat exanimes primo quoque murmure cœli,
Non quasi fortuitus, nec ventorum rabie, sed
Iratus cadat in terras & vindicet ignis,
Ille nihil nocuit? cura graviore timetur
Proxima tempestas, velut hoc dilata sereno

Ita est, tuta scelera esse possunt, secura non possunt. Quare? 71.
quia prima & maxima peccantium pœna est, peccasse, nec ullum scelus licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur ac vindicet, inpunitum est, quoniam sceleris in scelere supplicium est, ut ait SENEC. *Epist. 97.*

Optimeque hic suum addit
CHRYSOSTOM. *Homil. 5. ad Timotheum 2.* dum inquit: Hic quidem & oratio arguta & callida & in constantia (addo & voluntas pro ratione stans) Principum & assentatorum greges, jus forte obnubere queunt, intra vero conscienti-

tiam nihil horum admittere talis poteſt, non adulatores adſunt, non pecuniæ quæ judicia corrumpunt, inſitum quippe in nobis eſt à Deo naturale judicium &c.

73. Incidenter ad materam hanc iniqui Principis quæritur, an Municipium cogi poſſit ut Domino non ſatis juſte belligeranti opem ferat? Quod negandum, ſi nimirum bellum ſit notoriè injuſtum Et ita Lutherus; **Wie? wann mein Herr Ohnrecht hätte zu kriegen / ſol ich ihm alsdann auch dienen? Antwort: Wenn du weiſt gewiß / daß er Ohnrecht hat / ſo ſolt du GOtt mehr fürchten und gehorchen / als den Menſchen.** Actor. 5. **und ſolt nicht kriegen noch dienen / denn du kanſt dabey kein gut Gewiſſen für GOtt haben. Ja ſprichſt du mein Herr zwinget mich / darzu werde ich verachtet und geſchändet als ein Verzagter / und Treuloſer / für der der Welt / der ſeinen Herrn in den Nöhten verläſſet / ꝛc. Antwort: Daß muſt du wagen / und um Gottes Willen laſſen fahren / was da fähret / er kan dirs wol hundertfältig wieder geben ꝛc. weil GOtt wil / Vatter und Mutter verlaſſen haben / um ſeinet willen / ſo muß man freylich auch Herren verlaſſen / wann nemlich Obrigkeit dringet Ohnrecht zu thun ꝛc. Wann du aber nicht weiſt oder kanſt nicht erfahren / ob dein Herr ohngerecht ſey / ſolt du den gewiſſen Gehorſam / um ungewiſſen Rechts willig nicht ſchwächen / ſondern nach der liebe Art / dich des beſten zu deinen Herrn verſehen.** *Tom. Genenſ. Germ. 3. pag. 328.* Si 74.
cauſa belli eſt injuſta, finis illegitimus. Nemo non ſubditus poteſt ſalva conſcientia militare, vel opitulari illi parti, quam probaliter ſuſpectam habet, quia nulla religione ſuperioritatis, cogitur cum periculo conſcientiæ ſuæ alios occidere.
Subditis quidem in cauſa manifeſtè 75.
juſta, ſed fine ſaltem dubio, incumbit ex præcepto Divino, ut opitulentur Magiſtratui ſuo opem exigenti. Sed in cauſa vel fine belli 76.
notorie injuſta, neque ad bellum defenſivum licet opitulari Magiſtratibus ſuis, quin omnia potius tormenta perferre tenentur quam ut ſcienter cooperentur, ad ullum peccatum mortale patrandum. HÜLSEMANNUS *in Extenſ. breviar. cap.* 29. Eo facit quod dicitur: Principum decreta injuſtitiam & iniquitatem continentia eſſe invalida BART. *in l. fin. C. ſi contr. jus vel util. publ.* DEC. *Conſil.* 410. & *Conſ.* 428. *n.* 8. Lex non eſt quæ juſta non eſt *C. Forus §. fin. de verb. ſign.* Obedientia Principi debita in infinitum ſeſe non extendit, ſed ea-

eatenus extendenda, quatenus ordo justitiæ requirit. THOM. 2. *quæst.* 104. *art.* 6. *in fin.* Atque
77. in illicitis obedientia est inofficiosa, & jure reprobata *Can. fin.* 15. *q.* 6. Verum ratione belli defensivi aliud videtur statuendum in vasallis, *per text. jur. feud. Lib.* II. *tit.* 28. ubi ita habetur: Domino guerram faciente alicui si sciatur, quod juste aut cum dubitatur, vasallus eum adjuvare tenetur. Sed cum palam est, quod irrationabiliter eam facit, adjuvet eum ad ejus defensionem, ad offendendum vero alium non adjuvet.

Caput XIV.

DE MUNICIPIO IN PRINCIPEM SUUM DELINQUENTE.

SUMMARIA.

1. *Magistratui extra ordinem & contra jus procedenti à quolibet resisti potest.*
2. *Municipium ex delicto suo Principi tenetur.*
3. *Senatus totam Rempubl. præsentat.*
4. *Universitas deliquisse dici potest, non tamen ita ut pœna devolvatur in singulos.*
5. *In favorabilibus Magistratus repræsentat civitatem.*
6. *In contraventionibus ut odiosis secus.*
8. *Horum delicta redundare non debent in cives innocentes.*
9. *Delictum commissum à consilio universitatis non attribuendum toti civitati.*
10. *Non communicato consilio cum communitate.*
11. *In rebus officii, senatus repræsentat civitatem.*
12. *Præjudicium Cameræ Imp.*
13. *Si singuli cum Consensu unius tantum Consulis peccent, an universitas tota teneatur?*
14. *Civitas tota quando dicatur deliquisse.*
15. *Solennis congregatio & deliberatio facit delictum Civitatis vel universitatis.*

16.

16. *Consensus solus ad id non sufficit.*
17. *Absque convocatione & deliberatione tota civitas delinquit* (1) *omittendo.*
18. (2) *Si delictum habeat tractum temporis successivum.*
19. *Hoc modo etiam Dominus ex facto suo familiaris tenetur.*
20. *Tolerantia in actu successivo comparatur mandato.*
21. (3) *Ratificatio civium absque coventione, facit delictum Civitatis.*
22. *Scientia facinoris quando in delicto universitatis excuset?*
23. *Civitas admonita à Principe justitiam administrare recusans est punibilis.*
24. *Qui prohibere potest non prohibens censetur factum approbare.*
25. *Maleficis opem favorem & consilium ferens censetur delictum approbasse.*
26. *Universitas est nomen juris, animo carens & intellectu.*
27. *Universitas consideratur vel in abstractu vel in concreto.*
28. *Municipium uti hereditas personæ vicem sustinet.*
29. *Universitati quædam competunt proprie & per se.*
30. *Quædam ex derivatione singulorum.*
31. *Universitas quatenus non possit edere actiones meriti.*
32. *Semper delinquit universitas improprie, proprie homines in ea degentes.*
33. *Dolus & metus etiam convenit universitati: Quomodo?*
34. *Universitas non potest incurrere infamiam.*
35. *Pœna infamiæ est personalis.*
36. *Infantes aliique innocentes in universitate non puniendi.*
37. *Exemplum excommunicationis collegii.*
38. *Ad pœnam pecuniariam per collectam solvendam non contribuent innocentes.*
39. *In criminibus gravioribus sæpe & innocentes puniuntur.*
40. *Universitas, quando ex facto seu delicto singulorum obligetur vel non obligetur?*
41. *Difficultas coërcendi multitudinem non inducit conniventiam in Magistratu.*
42. *Singulorum amentia Civitati non assignanda.*
43. *Exhibitione reorum Magistratus liberatur.*
44. *Particulares de Civitate non possunt præjudicare universitati.*

45. *Actus delicti singularium si sit continuatus, successivus & reiterabilis tribuitur communitati.*

46. *In actu successivo delicti & moram habente non excusantur Rectores Civitatum.*

47. *Cautela in casu delicti universitatis pro Magistratu.*

48. *Civitas in duas partes divisa, quarum alterutra delictum in consensit, non est delictum universitatis.*

49. *Exstinctis delinquentibus in universitate, pœna exstincta est.*

50. *In infligenda pœna licet major pars consenserit, separandi sunt, qui non consenserunt. Exemplum Alexandri M.*

51. *Si ingens est delinquentium numerus, pœua molliri debet.*

52. *Ob populum multum crimen pertransit inultum, & hoc quare?*

53. *Ignoscendo fit concordia in civilibus motibus stabilior.*

54. *Timeant subditi non Principem, sed pro Principe.*

55. *Decimatio, vicesimatio.*

56. *Dictum Mæcenatis ad Augustum, dum is multitudinem condemnasset.*

57. *Exemplum Titi Imperatoris magis minitando quam puniendo reprimentis perturbatores.*

58. *Princeps, ut Deus fulmine magis exterrere quam nocere debet.*

59. *Exemplum Demetrii.*

60. *Multitudo in turbis magis delinquit impetu quam voluntate.*

61. *Commissi criminis per multitudinem mox venia suppliciter petenda.*

62. *Submissionis & simul veniæ impetratæ exemplum Mediolanensium graviter in Cæsarem delinquentium.*

63. *Exemplum Leodinensium contra Carolum Burgundum rebellantium.*

64. *Impium Justiniani II. Imperatoris dictum in adversarios suos.*

65. *Clementia Principis maximam amoris vim conciliat. Exemplum Xerxis Persarum Regis.*

66. *Collegiali Magistratus jussu si peccatum fuerit, tam qui mandato quam executione peccarunt, puniendi, innocentes pœnas nullas luant.*

67. *Mandato, quo Consulibus & Senatoribus Reipublicæ administratio creditur, nihil quod contra bonos mores est, continetur.*

68. *Pœna in juribus privilegiisque Municipii, ubi universaliter peccatum est, applicanda, vel in pecuniariam vertenda est.*

69.

69. 70. 71. *Exempla Antiochenſium, Pragenſium & Burdigalenſium.*
72. *In delicto univerſitatis convenientior eſt pœna pecuniaria ob innocentes in univerſitate repertos.*

1. Cum Magiſtratui extra ordinem & contra jus procedenti, à quolibet, etiam privato, reſiſti poſſit, ſive gravamen recuperabile, ſive non ſit, MINSING. *obſerv.* 18. *cent.* 5. ALEX. & Dd. *communiter in l. ſed eximendi* §. *item ſi quis. ff. ne quis eum qui in jus* BALD.
2. *conſ.* 439. *vol.* 3. GRAM. *deciſ.* 104. *n.* 4. quanto magis Municipium ex delicto ſuo Principi tenebitur. Diſtinguendum autem hic
3. erit, aut deliquerunt officiales vel Magiſtratus, & tenetur tota univerſitas, quia Senatus totam rempublicam repræſentat.

4. Et ſic quidem deliquiſſe dicitur univerſitas, pœna tamen non devolvitur in ſingulos de univerſitate, qui enim per ſenatus contraventionem ſingularibus civibus innocentibus præjudicetur, quia delicta & pœna ſuos debent tenere auctores nec metum ulterius progredi oportet, quam ad eos qui reperiuntur deliquiſſe *C.* 1. *Romana in fin. de ſent. ex commun. in* 6. *l. ſancimus C. de pœn.* GAIL. *Lib.* 2. *Cap.* 9. *num.* 15. *de P. P.* facit eo *l. ſi ideo C. de* 5. *bis quib. ut indign.*
5. In favorabilibus quidem à ſenatu vel Magiſtratu ad cives ſingulares recte infertur, ut patet ex reſtitutionis clauſula generali *l. ergo* 22. §. 2. *ff. ex quib. cauſ. maj.* & ibi ſemper Magiſtratus repræſentat civitatem, quia jus omnis civitatis in Conſules & ſenatum à populo translatum cenſetur ZAS. *in l. civiles* 6.
n. 11. *ff. ſi cert. pet.* Secus autem eſt in contraventionibus & iis, quæ ſtrictam interpretationem recipiunt, ibi à civitate vel Senatu ad ſingulares cives vel ê contra non recte infertur, & valet regula hæc: Univerſitas & homines de univerſitate ſunt perſonæ diverſæ, una vera, altera ficta, hinc de una ad alteram non infertur, CASTRENS. *conſil.* 104. *n.* 1. *lib.* II. MEISCHNER. *deciſ. Camer. Tom.* 4. *deciſ.* 27. *n.* 67.

Sane delicta Magiſtratus peſſimi 7.
ſunt exempli, quia ſcire debent, quod cum ipſi delinquunt, tot mortibus digni ſint, quot ſubditos ad perditionis exempla transmittunt, SARESB. 8. 17. *Idem Sat.* 14. ait:

Sic natura jubet, velocius & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica magnis
Cum ſubeant animos auctoribus - -

ac facile per ejusmodi errores in

 præ-

præceps pervenitur, nec quisquam putat ſibi turpe, quod cæteris fuit fructuoſum, VELLEJUS *lib.* II. *Hiſtor. cap.* 3.

8. Sed utut delicta Magiſtratus ſint peſſima, non tamen ea in innocentes redundare debent, quia ad rite adminiſtrandum, non ad delinquendum conſtituti ſunt Conſules & Magiſtratus, FARINAC. *pr. crim quæſt.* 24. *n.* 130. BART. *de ſeditioſ.* §. 7. *n.* 3. MASCARD. *concl.* 1421. *n.* 1. MYNSING. 4. *obſ.* 79. BESOLD. *conſ.* 91. *n.* 114. *part.* 3.

9. Ergo, ſi univerſitatis conſilium ordinarium ſeu ordo decurionum delictum aliquod committat, id non debet attribui toti civitati, vel univerſitati, ſed Decurionibus tantum, qui deliquerunt, LOSÆUS *de jur. univerſit. part.* 4. *cap.* 1. *n.* 14. ROSENTH. *de feud cap.* 10. *concl.* 4. *n.* 6.

10. Imo, etiamſi Conſules habeant correos triumviros, non communicato nimirum conſilio cum communitate aut accepto ad hoc ſpeciali mandato, ex hoc delicto civitas vel univerſitas non tenetur vel punitur, ſed ipſi tantum Conſules Triumviri Senatores, &c. SOCIN. JUN. *conſil.* 115. *n.* 25. *lib.* II. CASTRENS *conſil.* 423. *n.* 7. *lib.* I. MAGER. *de advocat. arm. cap.* 16.

11. *n* 782. Iterum ex priore ratione quia Conſules & Senatores in iis tantum civitatem totam repræſentare dicendi ſunt, quæ Senatui & Conſulibus generaliter vel ſpecialiter permiſſa & commiſſa ſunt, CORNEL. *conſ.* 224. *n.* 10. *lib.* IV. CRAVETT. *conſ.* 195. *n.* 8. *lib.* I. ROMAN. *conſil.* 501. *n.* 9 BRÜNING *de var. univerſ. ſpec. concl.* 96. *lit. a.* ubi refert: Sic ab Auguſtiſſimo Imperii tribunali Conſules & Senatores civitatis N. nulla civium mentione, proſcriptos eſſe his verbis: **Darum und an der Käyserl. Majest. verkünden wir dieselbe Bürgermeister und Raht zu S. in solcher Käyserl. Majestät und des Reichs Acht.** ubi tamen hoc occurrit dubii, ſi non corpus ſed ſinguli cum conſenſu tamen unius Conſulis quid peccent, an ob illum Conſulis concurrentem conſenſum univerſitas tota teneatur? & dicimus, quod non, ut & olim voluit, OLDRAD. *conſ.* 65. CYN. *in l. jubemus.* C *de SS. Eccl.*

Aut deliquerunt cives, vel major eorum pars, idque uno animo, una voluntate comparata multitudine, ut loquitur AUGUSTIN. per ſonitum tubæ vel alium conſuetum modum, communicatoque conſilio, atque prævia fuit deliberatio; Et tota civitas dicitur deliquiſſe, BART. *in l. aut facta.* §. *ult. ff. de pœn.* PANORM. *in* C. *dilectus de Simon* BESOLD. *conſ.* 91. *n.* 111. *part.* 3.

Ita

15. Ita, ut si hæc solennis congregatio & collegialis deliberatio non præcesserit, non dicatur esse delictum totius civitatis vel universitatis, sed potius singulares istæ personæ delictum illud commisisse dicendæ & puniendæ sunt, etiamsi tota civium multitudo vexillo explicato, vel campana pulsata ad delinquendum iverit, FARIN. *d. quæst.* 24. *n.* 129. CACHER. *decis.* 93. *n.* 3, *& decis.* 138. LOSÆUS *de jur. univers. p.* 4. *cap.* 1. *n.* 18. KNIPSCH. *de priv. Civ. Imp. lib V. c.* 6. *n.* 15.

16. Ergo solus consensus in delictum non requiritur, ut tota universitas teneatur, sed necessario ad istum effectum præcedere debet consilium deliberatio, tractatio, cæterequin saltem puniendi sunt, personæ singulorum, quæ deliquerunt tanquam incitatores & seditiosi, *tot. tit. C. de seditios. ibique Dd.*

17. Sed etiam absque solenni convocatione & deliberatione simultanea, civitas deliquisse censetur & punienda venit (1.) Si delictum consistat in omittendo, JASON *in l. civitas.* 27. *n.* 4. *ff. si cert. pet.* SCHRAD. *de feud.* 2 *part.* 9. *sect.* 9. *n.* 53. § *hac conclusio.* MASCARD. *d. concl.* 1420. *u.* 20. MAGER. *cit. Tract. cap.* 16 *n.* 792.

18. (2) Si delictum commissum habeat tractum temporis successivum, veluti continua turbatio & invasio, & sic civitas indistincte non convocatis solenniter civibus, nec communicato consilio, ad pœnam tenetur; MENOCH. *recup. poss. rem.* 9. *n.* 127. GIGAS *de crim. læs. Majest. rubr. de rebell. quæst.* 12. *n.* 4. MAGER. *d. cap.* 16. *n.* 794. FELIN. *in* C. *dilectus. n.* 8. *x. de Simon.* Pari modo sicut & Do- 19.
minus ex facto familiaris non tenetur, id tamen locum non habet, quando delictum â familiari commissum non est momentaneum, sed tractum temporis habet successivum, SCHRAD. *de feud.* 2. *part.* 9. *Sect.* 9. *n* 58. *vers. tertio. civitas.* Tolerantia enim in actu suc- 20.
cessivo ratificationem quandam actus inducit, adeoque mandato comparatur, *l. fin. C. ad SCt. Maced. L. qui patitur. ff. mandat.* KNIPSCH. *cit. lib. V. cap.* 7. *n.* 20.

(3.) Si post delictum â civibus 21.
non communicato consilio perpetratum, postea ratum fuit habitum puta si delinquentes non puniantur, vel ê civitate ejiciantur, sed recipiantur defensi, ROL. â VALL. *cons.* 66. *n.* 32. BRÜNING. *de var. univ. spec. concl.* 96. MYNSING. 4. *obs.* 79. *n.* 5. ANCHORAN *cons.* 158.
Modo tamen cives non delinquen- 22.
tes admissi facinoris scientiam & sine periculo facinorosos compescendi potestatem habuerint, quo casu excusatur non capiens seditio-

 sos,

ſos, ſi hi ſint potentiores, MAGER.
23. *d. cap.* 16. *n.* 791. Eo magis ra-
tificatio ſuperveniens delicti reos
facit, ſi civitas à Principe & Do-
mino ſuo requiſita, Juſtitiam
non adminiſtrat, in eo enim ne-
gligentia talis juſtitiam adminiſtra-
re detrectans eſt punibilis, SCHRAD.
cit. loc. n. 58. verſ. quarto hæc con-
24. *cluſio.* Cum qui prohibere poteſt,
& non prohibet, videtur factum
illud approbare, maxime, ſi de
tali agitur; ad quem ſpectat prohi-
bere, DECIUS *in l. culpa caret. n. 2.*
d. R. J. in 6. adeoque ut particeps
occulti conſilii delictum ipſum per-
petraſſe recte dicatur, C. *ſicut di-*
gnum. C. *qui poteſt.* & C. *quanta in*
25. *fin. x. de ſent. excommun.* Ad ap-
probationem facti illiciti quoque
refertur, ſi quis maleficis auxi-
lium & opem contulerit, ut eò fa-
cilius delictum committi poſſit,
BART. *in l. is qui ſervum §. fin. ff.*
de furt. & *in l. is qui opem. n. 5.*
eod. ARETIN. *de maleficiis. verb. di-*
cto maleficio ſemper adſtitit. Nam
receptatores, occultatores, promo-
tores aſſociantes, opem auxilium
& favorem præſtantes aliique id
genus dicuntur eſſe participes oc-
culti conſilii, MELSCHN. *tom.* 4.
cit. deciſ. 22. n. 71.
26. Et hisce jam caſibus totum Mu-
nicipium vel tota univerſitas deli-
quiſſe dicenda eſt; Quod nec à ju-
ris ratione alienum, nam licet ſint,
putantes univerſitatem delinquere
non poſſe, quia univerſitas eſt no-
men juris & corpus quoddam in-
tellectuale, ſed animo carens &
intellectu, cum in delictis verus
dolus voluntas & conſenſus requi-
ratur, *l. 1. de furt.* JASON. *in l. 1.*
§. Municipes. n. 1. & *ſeqq. de ac-*
quir. poſſ. GAIL. *de pac. publ. lib. I.*
cap. 7. n. 11. ſciendum tamen eſt,
univerſitatem duobus modis con-
ſiderari, uno in abſtracto, quo
caſu non cadit ſub nomen perſonæ,
ſed tantum concipitur, ut corpus
aliquod intellectuale, & eo modo
univerſitas ſumta non poteſt de-
linquere. In concreto autem ſi
ſumitur, habito reſpectu ad per-
ſonas ſingulares in ipſa habitantes,
quæ convocari, deliberare & con-
cludere poſſunt, ſic perſonæ vi-
cem ſuſtinet, & delicti capax eſt,
LOSÆUS *de J. Univerſ. p. 1. cap. 1.*
puta, quatenus membra quædam
univerſitatis vel rectores & admi-
niſtratores ipſam repræſentant, nam
ſicut hæreditas, ita & Municipium
perſonæ vice fungitur, *l. mortuo*
22. ff. de fidejuſſ. GOMEZ. *var. re-*
ſolut. lib. III. cap. 1. *n.* 52. MYN-
SING. 4. *obſ. 78. n. 7.* Item ſcien-
dum, quædam dici, eſſe de uni-
verſitate proprie & per ſe, ut ha-
bere ærarium leges, jura, privile-
gia, &c. quæ ſinguli, qui ſunt de
cor-

corpore sua dicere non possunt.
30. Quædam autem competunt universitati, non nisi ex derivatione à singulis, seu primo inhærent singulis, & post inde universitas denominationem accipit. Ex hoc genere est, si dicamus universitatem aliquam pœnas esse commeritam, meritum enim convenit singulis, tanquam mentem habentibus & prout scientes & volentes
31. agere possunt. Quatenus jam universitas tanquam distinctum quid à singulis concipitur, non censetur habere animum, per quem possit edere actiones meriti, PUFFENDORFF. *de J. Nat. & G. lib. VIII. c. 3. §. 29.*

32. Hinc dicendum, cum de delicto universitatis agitur, ipsam improprie semper delinquere, proprie vero delinquunt homines in universitate degentes *l. 2. ff. de acquir. possess.* quia hi, quod deliberato consilio faciunt, ipsa universitas fecisse censetur, ABBAS *in* C. *dile-*
33. *ctus de Simon.* Jam etiam hac interpretatione salva, dolus committitur ab universitate, *l. sed & ex 9. §. 1. ff. quod met.* ubi expresse dispositum, quod etiam populus curia, collegium vel corpus metum inferre possit. Quamvis non eadem cum facilitate, qua singulares & particulares personæ, GLOSS. *in d. l. sed & ex dolo.* §. 1. *verb. facere possunt. & cit.* §. 1. *verb. collegium. quod met.* LOSÆUS *de jur. univers. all. p. 4. c. 1. n. 8.*

Nec etiam sequitur, ideo universitatem delictum committere 34.
non posse quia non potest incurrere infamiam, puta si de tali delicto quæstio est, ex quo infamia irrogatur LÖSÆ *de Jur. univ. ibid. n. 49. & seq.* Nam hoc speciali 35.
ratione nititur, quoniam universitas licet condemnata ex delicto quod infamat, tamen non efficitur infamis, *l. furt. 6. §. 2. ff. de his qui not. infam.* potius infamiæ pœna semper personam desiderat, universitas autem proprie persona non est, sic nec in eam qua talem infamia cadere potest KNIPSCH. *de pr. civ. Jmp. cit. c. 7. Lib. V. n. 13.*

Denique non impugnat opinio- 36.
nem hanc, ideo universitatem non posse delinquere, quia non potest puniri, cum in ea reperiantur infantes, pupilli, prægnantes, nascituri, aliæque personæ innocentes, quæ simul punirentur contra pœnæ intentionem; Nam pœna ita debet esse adæquata delicto, ut eam non sentiant innocentes, qui in universitate degunt. Unde 37.
optime statuit INNOCENT. in universitatem vel collegium excommunicationis pœnam non ferendam esse, ne innoxii ea quoque

irretiantur *Cap. Romana* 4. *de ſent. excommun. in 6.* ſed in illos ſaltem de collegio vel univerſitate promulganda, quos culpabiles eſſe conſtiterit juxta illud:

Nullus plectetur niſi qui peccator
38. *habetur.* Omnis itaque pœna in delicti auctores convertenda. GAIL. *de Pp. Lib. 2. cap. 9. n.* 17. BESOLD. *de jur. univerſ. cap. 7.* Etſi forte pœna pecuniaria univerſitati ſit dictata, pro qua ſolvenda eſſet collecta imponenda, ad eam innocentes contribuere non tenentur. CACHERAN. *deciſ. 99. n. 9.*
39. Niſi verſemur in terminis gravioris & atrocioris criminis per civitatem commiſſi, ut eſt læſæ Majeſtatis, ſacrilegii, hæreſis, ubi quandoque ob criminis enormitatem & ob conſequentiam, innocentes cum nocentibus puniuntur GÖDEN. *Conſil 33. n.* 21. MEISCHNER. *tom. 4. dict. deciſ. 27. n. 43.*

40. Aut deliquerunt ſinguli nullo habito tracttau præcedente nec communicato conſilio: Et univerſitas non obligatur ex facto aut delicto niſi iterum interveniſſet vel expreſſa vel tacita, conniventia populi, vel Magiſtratus ratificatio, ALEX. *Conſil.* 105. *vol.* 3. JOH. de
41. LIGN. *in Cl.* 1. *de pœn.* Pro conniventia tamen habendum non eſt, ſi Magiſtratum difficultas & impotentia puniendi excuſat puta ſi delictum puniri non poterit, vel ob potentiam vel multitudinem deliquentium vel etiam ob metum ſcandali, FELIN *in cap. Felicis §. fin. notab. 5. de pœn. in 6.* quia multitudo non ſervat modum, & nemo eſt qui furentis populi rumorem non paveat MEISCHNER. *alleg. tom. 4. deciſ.* 22. *n.* 100.

Ideo autem ſi ſinguli nullo communicato conſilio prævio, & ſine convocatione deliquerunt, univerſitas delictum commiſiſſe dici non poteſt, quia ſingulorum amentia civitati non aſſignanda eſt, ſuo quiſque furit periculo.

Adeoque exhibitione reorum à præſtatione damni omniſque pœna liberatur Magiſtratus *titul tot. de magiſt conveniend. l. cum exhibuiſſent ff. de publican.*

Et particulares de Civitate non poſſunt præjudicare univerſitati, DECIAN. *conſil.* 44. *n.* 144. *vol.* 4. KLOCK. *conſil.* 57. *n.* 269. *volum.* 1.

Vel niſi actus delicti ſit continuatus & ſucceſſivus & reiterrabilis, tunc enim licet fiat per particulares, tribuitur tamen communitati, quæ ſcit & patitur tales actus fieri, nam ex continuatis actibus præſumitur ratihabitio univerſitatis, quæ ſcit vel ſcire potuit talia fieri & non contradicit vel co-

cohibet facientes INNOC. *in c. gratum de sent. excom.* ANCH. *consil.* 158. *colum.* 5. *n.* 12. SURD. *cons.*
46. *28. n. 40.* Atque sic ex eadem paritatis ratione æque universitas deliquisse censetur sicut supra *n.* 17. *& seq.* de universitate sine solenni convocatione & deliberatione delinquente, probatum est. Nam in actu moram & tractum habente, vix excusari poterunt, Regentes
47. vel Capita, si dissimulent. In talibus itaque turbis omni studio contra nitendum est, se opponendo motibus, quatenus fieri poterit; Et si nihil aliud possunt, protestentur saltem de sua innocentia *C. olim §. fin. de offic. deleg.* Omittens quippe scienter id, quid facere debebat, præsumitur esse in dolo *l. si procuratorem §. dolo & l. dolus ff. mandat.* MARC. ANT. BLANC. *in pract. crim. n.* 135. MEICSH. *tom.* 4. *cit. decis.* 22. *n.* 62.
48. Sed quid si civitas in duas partes sit divisa, quarum una pars consilio habito in Dominum deliquit. Nec eo casu per illud delictum toti civitati præjudicatur, nec delictum universitatis dici poterit SCHRAD. *de Feud.* 2. *part* 9. *sect.* 9. *n.* 13.
49. Si solus populus vel plebs delinquat sine assensu regentium, excusantur regentes, & seditiosus populus punitur, vel præcipua rebellionis capita. *c. Romana §. in universitatem de sent. excomm. in 6.* MEISCHNER. *tom.* 4. *decis. Camer. in causa* Teutschmeisters *contra* Heilborn. *decis.* 22. *num.* 97. Quod si exstincti sint & mortui delinquentes, per quos ad universitatem ipsam etiam meritum deducebatur, tunc ipsum quoque meritum & pœnæ debitum extinctum esse censetur, cessat enim aptitudo illa ad pœnam quæ cæteroquin infligi nequit. HUG. GROT. *de Jur. bell. & P. Lib. II. cap.* 21. *n.* 8. PUFFENDORFF. *de J. N. G. lib. VIII. cap.* 3. *n.* 29.

Licet & pro decreto universitatis habeatur in quod major pars 50.
consensit *l.* 3. *ff. quod cujusque univ.* cum autem de infligenda pœna agitur, separandi omnino sunt illi, qui non consenserunt, sed victi sunt votorum pluralitate, ne alteri per alterum iniqua conditio inferatur TESMAR. *ad* GROT. *d. cap.* 21. *lit. e.* sicut captis Thebis pepercit Alexander illis, qui contradixerant decreto de abjicienda Macedonum societate. PLUTARCH. *in Alex.*

Quid si autem Princeps non 51.
pecuniariter, de quo intelligas præmissa, sed corporaliter & capitaliter delicta Municipalium plectere velit? Iterum destinguendum, aut peccavit multitudo sua sponte, sine authoritate Magistratus,

tus, & non sunt nimis multi delinquentes, & singuli in solidum tenentur ad pœnam *l.* 15, §. 2. *ff. quod vi aut clam l. ult. ff. de Sicar. l.* 11. §. 2. *ff. ad L. Aquil.* Vel ingens est deliquentium numerus & pœna potius molliri quam exasperari debet *l. pen. ff. de poen.*

52. Multitudini ideo recte parcitur in pœnarum impositione, juxta illud, ob populum multum crimen pertransit. inultum BELLAMER. *in consil.* 20. *col.* 1. *post med.* ne mortalium numerus diminuatur CRAVETT. *consil.* 137. *num.* 10. & strages multorum fiat, BALD. *in consil.* 267. *colum* 2. *lib. III.* Ad huc visum est nefas, quamvis malos, tamen homines multos, maximè supplicio capitis afficere.

53. LACTANT. *Lib. II.* Et ignoscendo stabilior fit concordia in civilibus motibus, quam summo jure agendo omnia; Sicut & Comicus experienter monuit, dum ait: Et errat longe meâ quidem sententia, qui credit, imperium gravius esse aut stabilius, vi quod fit quam illud quod amicitia adjugitur ARGEN. *consil.* 9. *num.* 241. *vol.* 1.

54. Optimè *Seneca*: qui vult amari, languida regnet manu, & metum apud hostes quærat Princeps, amorem apud subditos TACIT. II. *Annal.* ita ut timeant subditi non Principem quam pro Principe BIAS.

55. Adeoque ut carnificina & laniena eo minor sit, pœnaque ad paucos, metus ad omnes perveniat, sortitio in decimatione vel vicesimatione admittenda CIC. *pro Flacco.*

Cum Cæsar Augustus aliquando 56
jus diceret, adesset que Mœcenas, ac provideret, eum multos condemnaturum, conatus est, rejectis iis, qui circumstabant, ad Cæsarem proxime accedere, sed cum non posset, ad eum scripsit in hæc verba: Tandem aliquando surge carnifex, epistolamque illam ei in sinum conjecit, XIPHILIN. *lib.* IV. *Miscellan. cap.* 16. Nec minus pruden- 57
ter JOSEPHUS de Tito Imp. *lib.* IV. *de bell. Judaic.* Minitando magis quam puniendo reprimebat perturbatæ civitatis auctores; Multos enim propter odia domestica, vel proprias inimicitias delatores innocentiæ fore credebat, si dignos pœna discerneret, meliusque noxium relinquere metu suspensum, quam, immeritum quenquam cum eo perdere existimabat. Ut & 58
Deus tonitru ac fulmine exterret potius quam nocet, ita & Princeps minitetur magis quam immineat supplicio, juxta illud CLAUDIANUM:

Ætherii patris exemplo qui cuncta sonoro
Concutiens tonitru, Cyclopum spicula differt.

In

In scopulos & monstra maris, nostriq; cruoris
Parcus, in Oetais exercet fulmina sylvis.

59. De Demetrio tradit PLUTARCHUS in ejus vita: Urbem ingressus, minas & terrorem ut sævissime in eos consulturus, præ se tulit, sed tredecim interfectis & nonnullis in exilium pulsis liberavit no.. cæteros. Et de Augusto Ov.. *lib.* I. *de Ponto Eleg. 3.*

Multa ..ru pœna, pœna qui pauca coercet,

60. *Et jacit in..a fulmina rara manu*

Multi in turbis sine delinquunt magis impetu qua.. voluntate; Nam multitudo omnis, sicut natura maris per se immobilis est, ut venti & auræ cient, aut tranquilli aut procellosi, & causa & origo omnis furoris penes auctores est, vos contagione insanistis, SCIPIO *apud Liv. lib.* XXVIII. *cap.* 27.

61. Nulla autem aptior est captandæ clementiæ ratio, quam ut inobedientiæ & rebellionis labe infecti Municipes mox supplices criminis commissi veniam impetrent, sic salvi tandem evaserunt Mediolanenses, cum sæpius Fridericum Barbarossam irritassent, & Augustam infando dehonestamenti ge-
62. nere violassent; Rediere tandem ad sanitatis & officii rationem, missisque quatuor è Senatu Legatis, Uladislaum, Bohemiæ Regem, orant, ut in gratiam Cæsaris eos reponat, quo facto & impetrato duodecim urbis Senatores primarii pœnitentium habitu sacris induti, pedibus nudi, mœrore obscuri, facie & barbis squalidi, strictosque singuli enses collo suo succolantes, quasi statim decollandi, ante Cæsarem procubuere, diuque adgeniculati prostratique jacuere, quo tandem ferocia domita & jugum, quod toties excusserant, ultro subiere, DUBRAVIUS *histor. Bohem. lib.* XII. & ex hoc PICCART, *obs. histor. decad.* 10. *cap.* 8.

Leodinenses, cum diu Carolo 63.
Burgundo rebellassent, tandem ad deditionem compulsi discincti, nudisque capitibus prodierunt, ad genua Caroli supplices, ipsius misericordiam implorando. Dux decem solum fœdifragorum supplicio satiatus fuit, sed ut rebellio ipsis testatior esset, urbem portis mœnibusque nudavit, fossasque replevit, ut rebellandi deinceps ansam & occasionem præcideret, MAJERUS *Annal. Flandr. lib. XVII.*

Maxime ergo improbatur illud 64.
Justiniani II. Imperatoris jam pene naufragi, apud ZONARAM, *tom.* 3. qui, monitus ab iis, qui una navigabant, ut votum faceret Deo, se, si evasisset incolumis & regnum recepisset, veniam

omnibus ſuis adverſariis daturum,
reſpondit : Si cui illorum pepercero,
ſtatim hic ſubmergar, Jan.
Grut. *diſcurſ. polit. in Tacit. cap.*
65. 18. §. *6.* Clementia ſua, in pari periculo
conſtitutus, majorem conciliavit
amorem Xerxes, dum ingruente
tempeſtate maris, metu
perculſus, cum clamore interrogaret
gubernatorem navis, num
qua ſalus ei eſſet ? qui reſpondit :
Here! nulla eſt, niſi aliqui ex his
vectoribus obeant. Ad quod Xerxes:
Viri Perſæ! nunc aliquis veſtrum
declaret ſe curam habere
Regis, in vobis enim eſt ſalus
mea. Quæ ubi dixiſſet, eo adorato
deſilierunt in mare, Pezel.
mellific. Hiſt. in Xerx. Tam firmum
eſt Principis imperium, qui
amari mavult quam metui, Joseph.
Antiqu. lib. VIII. *cap. 3.* tamque
inexpugnabile eſt munimentum
amor civium, Senec. *lib.* I. *de
clement. cap. 9.*

66. Aut peccatum eſt collegiali Magiſtratus
juſſu, & puniendi ſunt,
tam, qui mandato, quam qui
ejus executione peccarunt, innocentes
autem in Municipio pro nocentibus
nullas pœnas luent, *l. 6.
C. unde vi. l.* 198. *ff. de reg. jur.
l. ult. ff. de bon damn.*

67. Nec relevat Magiſtratum, quod
omnia ex tacite ſibi commiſſo, &
credito populi conſenſu feciſſe videatur,
quia eo mandato, quo
Reipublicæ adminiſtratio creditur,
nihil quod contra bonos mores ſit,
continetur, *l. 6. §. rei turpis. l. 22.
§. qui ædem. ff. mandati. l. 1. ff. de
magiſtr. convent.*

Pœna tamen hæc non in ſingulorum corporibus, ſed in juribus 6
privilegiisque Municipio applicanda
eſt, de quibus *cap. 68. lib.* II
dictum.

Solent plerumque privile[illegible] & 6
juriſdictio civitati conce[illegible] tolli;
Sic Theodoſius An[illegible]chienſibus
rebellantibus uſum [illegible]emit balneorum,
& theatri [illegible]item dignitatem
Metropolita[illegible]m. Marcus Imperator
or[illegible]amenta publica ipſis eripuit
Vulcat. *in Avid. Caſſio.* Recentiori
ævo occurrit exemplum 7
devictæ & munitæ à Cæſare Pragæ,
Anno 1547. ubi Pragenſibus
hæ dictæ fuerunt leges, ut privilegiorum
& immunitatum exhibeant
documenta, ex quibus, quæ
Rex velit, revocet, aut ſi videbitur,
denuo largiatur & confirmet,
juriſdictioni omni ac vectigalibus
renuncient, cerevisiæ vectigal, quod
in annos tres promiſerant perpetuo
dependant; arma quæ privatim
quiſque habet, uſibus publicis,
in curia deponat, literas autem,
quibus tribuum & ſocietatum jura
continentur, conſignent, quia
turbis & diſſenſionibus cauſam de-

de-

derunt; Et dum hæc perficerentur, omnes in carcere detenti; ut refert ex THUAN. *lib. IV.* TESMAR. *ad Grot. lib.* II. *cap.* 21. §. 8. *lit.* o. Et de Burdigalensibus ex THUAN. *lib. V.* hæc: Burdigalenses, seditionis perfidiæ ac læsæ Majestatis damnantur, privilegiisque omnibus, decurionatu, concilii ac sigilli jure, jurisdictione, pecunia communi, possessionibus publicis mulctantur, ædibus etiam publicis complanatis, & tintinnabulis omnibus è templis in castella comportari jussis. Insuper decretum, quo de nefanda Mononii cæde satisfieret, nt humum, qua tectus erat, nullo ferramento, sed unguibus revellerent, & erutum cadaver à decurionibus & centum & viginti civibus, ardentes tædas proferentibus, lugubri vestitu efferetur.

71.

72. Vel pœna in pecuniariam convertitur, ut de pœna banni universitati condemnatæ indicta docet GAIL. *lib.* II. *de pac. publ. cap.* 9. *n.* 17. idque propter innocentes pupillos, minores, mulieres prægnantes, fœminas & nascituros, FARINAC. *in pr, crim. quæst.* 24. *n.* 115. PEREGRIN. JANNINIUS *de citat, real. lib.* III. *cap.* 21. *n.* 47.

Caput XV.

DE OBLIGATIONE, QUAM MUNICIPALES DEBENT DUOBUS DOMINIS DISSENTIENTIBUS.

SUMMARIA.

1. *Condomini, an sociorum instar sint, remissive.*
2. *De duobus feudi dominis.*
3. *Obligatio subditi erga Principem fortior est, quam vasalli erga Dominum.*
4. *Variæ condominii species.*
5. *Condominium cum reservatione jurium superioritati adhærentium.*
6. *Jura condominii pari vel impari jure competentia.*
7. *Regalia & superitatis jura differunt.*
8. *Condominii Municipalis descriptio,*
9. *Essentia ejus in quo consistat?*

10. *Duæ superioritates divisim statui in uno territorio non possunt.*
11. *Municipalibus, quatenus obediendum sit duobus Dominis dissentientibus perquam difficile est definire.*
12. *Maxime, si facile conveniri nequeunt coram Superiore.*
13. *Quo casu hoc obtineat?*
14. *Duobus Principibus de territorio contendentibus utrius causa potior videatur?*
15. *Actoris causa tutior existimatur.*
16. 25. *Possidentis melior præsumitur causa.*
17. *Durante hac contentione Municipium recte ambobus homagium & obsequia denegat, cum expressa tamen protestatione.*
18. *Discordantibus condominis, subditi neutri tenentur exsolvere collectas.*
19. *Nullus debitor disputantibus creditoribus hæreditatem, tenetur solvere.*
20. *In controversia juris privati debitor rem retinere potest, donec competitorum jura discussa sint.*
21. *In potentioribus controversiis nihil potest subditorum arbitrium.*
22. *Homagium, quatenus in condominio præstandum?*
23. *Si unus nomine alterius illud recipiat.*
24. *Lite nondum decisa quid faciendum subditis, si alter prohibeat.*
26. *Interest subditorum, unum & non plures habere dominos. Monstrosum est, ut in uno corpore duo existant capita.*
27. *Duobus Dominis exstantibus utrique parendum.*
28. *Si ab alterutro mandetur, quod utrique præstari nequit, illi parendum, qui prius mandavit.*
29. *Si unus Dominorum in Municipio habet jurisdictionem civilem, alter criminalem, cujus insignia muris & portis apponenda?*
30. *Insignia Principis portis, curiis, publicisq; ædificiis adpicta vel insculpta sunt symbola superioritatis.*
31. *Mediolanenses promiserunt Friderico I. Imperatori, aquilam ponere super campanile templi majoris, in signum fidelitatis.*
32. *In loco Municipii publico, si duorum condominorum arma collocata, ille pro honoratiore habendus, cujus arma â parte dextera sunt.*
33. *In pari re potior causa est prohibentis.*
34. *Subditorum est parere, non judicare.*
35. *Modus sopiendi condominos Municipii per compromissum.*

36. *Si ipsi subditi pro arbitratoribus eligantur, ut ex parte condominorum stetur eorum arbitramento.*
37. *Exemplum talis privilegiatæ constitutionis.*

1. De juribus Principum condominorum, quatenus cuique in territorio vel Municipio communi quid liceat, nihil extra materiæ semitam attingo, sed ut satis spinosam Publicistis discutiendam relinquo, qui viderint, quo colore ex juribus societatis & quatenus invito socio, alter vel pati vel facere quid cogatur, inter potentiores exortas super condominio controversias, dirimere possint.
2. Multi hic ad feudorum materiam recurrunt, quatenus duobus feudi dominis quid liceat, Rosenth. *de feud. cap. 6. concl. 52. n. 4.* Vultej. *de feud. cap. 7. n. 77.*
3. Interim obligatio subditi erga Principem fortior ratione subjectionis est, quam vasalli erga Dominum, respectu fidelitatis, Natta *consil. 554. n. 19.* Bursat. *consil.* 147. *n. 33.* Choppin. *de feud. Andegavens. lib.* II. *tit.* 1. *n.* 3. Cum de cætero argumentum à verisimili in quacunque materia procedat, Klock. *vol.* I. *consil. 13. n. 8.*

4. Varium autem esse solet condominium unius provinciæ vel Municipii, **wo ein District oder eine Stadt zwey- drey- oder vier-herrisch ist**; ubi sæpe unus habere solet **die Lands-Fürstliche Obrigkeit**, alius **die Lands-Hoheit**, tertius **die Wildbahn** quartus **die hohe Craiß und Zend**, quintus **die Vogtey und Erb-Gericht**, &c. Syring. *de pac. religios. concl. 44.* 5. Quandoque & in alieno territorio à Domino quodam exercentur Regalia, non quidem jure territorii, sed jure quasi servitutis; Concessio enim territorii sive superioritatis fieri potest, reservatis nonnullis, superioritati isti adhærentibus juribus, quæ ceu Regalia aliis territorii non dominis conceduntur, Fromman *dissert. de condomin. territ. cap* 1. *thes.* 7.
6. Condominorum jura Municipalia autem, vel recognoscuntur pari & æquali, vel impari & inæquali jure; *Illud* fit, cum duo pluresve Domini æquis partibus, sine ullo vel minimo disparitatis respectu, jura territorialia in Municipio possident communia. *Hoc*, si alter condominorum, plus juris circa unum vel alterum regale retinet; vel, quando alter condominorum territorium cum, alter sine Regalibus possidet.
7. Quoniam Regalia

& superioritatis jura, licet plerumque permisceantur & confundantur, adeoque semper fere unita sint, proprie tamen adhuc differunt, ut à plurimis traditur, KNIPSCH de jur. & privil. Civit. Imp. lib. II. cap. 5. n. 15. & 59. PAURMEIST. de jurisdict. Lib. II. C. 4. n. 44. BURGHOLDENS. *Notit. Imp. Rom. Germ. p. 2. discurs. 26. n. 9.* STEPHAN. *de jurisdict. Lib. II. part. 1. cap. 7. n. 20.* WEHNER. *obs. pract. voc.* Herrlichkeit. PRÜCKMANN. *vol 1 cons. 27. n. 7.*

8. Est autem condominium ratione unius Municipii, quando ejus superioritas territorialis penes duos vel plures Dominos simul sumtos, junctim & indivisim existit, talisque ratione istius civitatis districtus intercedit unio, ut quasi unus tantummodo superioritatis appareat Dominus, ita, ut neuter sine altero inconsulto quicquam in illo decernere & statuere possit, CASTRENS. *ad l. 18. §. 1. ff. de pign. act.* MENOCH. *vol. 1. cons. 1179. n. 5.* CARPZ. *jur. for. p. 3. const. 30. def. 12 n. 4.*

9. Itaque pro condominii talis essentia requiritur, ut possideatur Municipium à condominis, pro partibus indivisis, cum fieri nequeat, ut unius ejusdemque civitatis dominium sit penes duos pluresve in solidum, eodem respectu & habendi modo, quod jure communi inconveniens est, *l. si ut certo loco. §. si duobus fin. ff. commod.* HARPRECHT *ad princ. Inst. de usucap. n. 278.* Prout nec duæ superioritates in uno eodemque statui possunt territorio, quod in jure publico absonum est, NATTA, *cons. 636. n. 170.* ita, ut nullius pars separata sensu aliquo corporeo demonstrari queat, sed intellectu saltem percipiatur, *l. 94. §. 1. ff. de solut. l. 25. in fin. de V. S. l. 8. ff. de rei vind.* nam quilibet condominus in tali territorio & in qualibet ejus parte, territorialia jura possidet potestate terrendi, in omnes & singulos diffusa.

Municipalium jam subditorum est, (ut ad institutum meum revertar) obedire etiam duobus Dominis dissentientibus, quantum fieri poterit; Sin autem parendo uni alter offendatur, in hac difficultate consilio opus, inserviendum tempori, legibusque inattentis deferendum est necessitati, & ferendum quod mutari nequit.

Quod tunc quam maxime contingit, si vel uterque vel alteruter condominorum, in casu discordiæ propter summa territorii ura absque incommodo, coram Superiori non potest conveniri. Cum de cætero, in casu ubi in exercitio condominii non conveniunt condomini, qui facile tamen conveniri pos-

[...]ant, Superior adeundus ſit à
ſubditis, ut á plerisque ſuadetur.
Gail. *de pignor. obſ.* 20. *n.* 7. eo
nimirum modo, ut is obſequioſâ
quadam ratione condominos di-
ſponat ad concordiam. Aliud me-
dium compoſitionis ſuggerit Be-
sold *Theſ. Pract. voc.* zwey Herr-
ſchafft: Diß in denen Dörffern/
da unterſchiedliche von Adel woh-
nen/und die jurisdictio gemein iſt/
dennoch ad evitandam confuſio-
nem & rixas in eines jeden Schloß
und deſſen Umfang alle Hohe und
Nieder-Richtliche Obrigkeit/auch
was derſelben anhängig/einem je-
den poſſeſſori in ſolidum gelaſ-
ſen/ &c.

14. Interim, ſi duo Principes de
territorio quodam contendunt,
ambo volunt recognoſci, ambo
ſervitia obedientiamque à Muni-
cipiis poſcunt, quæritur utrius Do-
mini cauſa hic potior videatur?

15. Et ſunt, qui hic actoris cauſam
tutiorem & potiorem habent, Ro-
senthal *de feud. c.* 6. §. 89. ad
quod adducunt §. 4. *verſ. commo-
dum Inſtitut. de interdict. l* 1. *C. de
rei vindic.* aliosque textus, non ta-
men bene ad rem facientes.

16. Et hæc ſententia iniquitatem
nullam habet, modo neuter poſ-
ſideat, alias enim uti ſemper, ſic
& hic poſſidentis ſine dubio me-
lior erit cauſa, quia, qui agit, ut-
plurimum magis cauſæ ſuæ confi-
dit, quam qui excipiendo ſe de-
fendit.

Rectè tamen ſentiunt, ſtatuen- 17.
tes, pendente controverſia poſſeſ-
ſioneque nulla obtenta, Municipium
ambobus, recte homagium obe-
dientiam, ſervitiaque negare, & ab
utriusque occupatione propriis vi-
ribus, ſi poterit ſe defendere, ex-
preſſe proteſtando, ſe homagium
cæteraque præſtiturum, quampri-
mum reſciverit, uter litigantium
obtinere tandem debeat, ut ita in
caſu petendæ inveſtituræ feudo con-
troverſo, poſt Sonsbec. *de feud. p.*
11. *n.* 22. *verſ.* 7. Schrad. *de feud.
part.* 6. *cap.* 2. *n.* 22. Wurmser.
de feud. obſerv. 2. Vult. *de feud.
lib. I. cap.* 7. *n.* 77. itemque in ter- 18.
minis collectarum, Klock *de con-
tribut. c.* 18. *n.* 215. ubi ait: quod
diſcordantibus condominis ſubdi-
ti neutri teneantur ſolvere colle-
ctas, ſed depoſitione pecuniæ debitæ
facta & proteſtatione interpoſita,
ab omni periculo tuti ſint, ubi
etiam *n. ſeq.* 217. ex Zasio. *in l. in* 19.
ſtipulationibus. n. 8. *ff. de verb. obli-
gat.* docet, hoc ad quemvis debi-
torem diſputantibus creditoribus
hereditatem, accommodari poſſe.

Utut hæc inter privatos, ſuper 20.
eadem re controverſiam moven-
tes, procedere poſſit, ubi debitor
rem petitam penes ſe retinere, aut

ju-

judicii reſervandam tradere poteſt, donec competitorum jura, vel per ipſos litigantes liquidata vel legitime diſcuſſa fuerint, ut res petita ei, qui juſtiorem cauſam habere apparuerit, attribuatur, ZOBEL. *p. 1. differ. 19. n. 11.* COLER.
21. *deciſ. 112.* Hoc tamen inter potentiores non procedet, ſi uterque fundatam habet intentionem, ubi nihil in ſubditorum arbitrium confertur, ſed ab utroque Domino parendi neceſſitas injuncta eſt, & maxime, ſi de facili judice non conſtat, cui jura litigantium commiſſa ſunt.

22. Quoad homagium (die Erb-Huldigung) quod Municipales duobus condominis debent, notandum adhuc eſt, illud ſimul uno eodemque actu, tanquam unico pro indiviſo præſtandum eſſe, JUL. CLAR. §. *feudum. quæſt. 49. n. 1.* RITTER. *de homag. ſubj. cap. 4. n.*
23. *85.* niſi unus horum vel ex conſuetudine, vel ex conventione, nomine tamen communi illud recipere ſolitus ſit, RITTER. *cit. loc.*

24. Si lis inter condominos nondum eſt deciſa, ubi plerumque actus territoriales & jurisdictionales fiunt, & forte eveniat, ut verb. grat. alter Dominorum pro continuatione poſſeſſionis territorialis, indicat luctum publicum, das Traur-Geläut / alter vero prohibeat, quid hoc caſu, in ſimilibus Municipales facere debeant, quæritur? Licet manu militari lecto, exercitu, omnique via utrinque aliquid tentari ſoleat, quod pro dominii exercitio con- 25.
tribuere poſſit, hic tamen iterum Municipales illi obtemperant, qui in ſuperioritatis & Principatus poſſeſſione eſt, donec de alterius jure conſtiterit; Sicut in pari controverſiæ ſtatu, ratione petendæ inveſtituræ renovationis, obſervari vult. AFFLICT. *in cap. un. in fin. n. 66. de pac. ten.*

Intereſt quidem ſubditorum, 26.
unum & non plures habere Dominos, & monſtroſum dicit PACIANUS, ut in eodem corpore duo exiſtant capita, *conſ. 2. n. 76.* propterea præmiſſa proteſtatio, aut alia modeſta denegatio, vitio aut ſeditioni rebellionive verti non poteſt, TIRAQ. *de jur. primogen. quæſt. 4. n. 30.* KLOCK. *conſil. 98. n. 1, tom. 2.*

Si tamen unius Municipii duo 27.
ſunt condomini, utique utrique parendum eſt æqualiter, & ſi quid ab alterutro mandetur, quod utrique præſtari nequit, tunc illi parendum eſt, qui prius mandavit, GLOSS. *in l. cives. verſ. incolas. C. de incol.* prout idem ſtatuit in ma- 28.
materia concurrentis jurisdictionis, quod in citatione præferendus

ſit

sit is, cujus literæ citatoriæ prius sunt insinuatæ, CASP. LEIPOLD. *de concurrent. Jurisdict. quæst. 8.* addendo, alterum in culpa esse, quod non maturius mandaverit, cum jura magis faveant diligentioribus.

29. Quod si ergo in uno Municipio alius habet jurisdictionem civilem, alius criminalem, insignia muris aut portis apponenda sunt, SURD. *cons. 323. n. 38.* THOMAS MICHAEL. *de jurisdict. concl. 56. lit. D.*

30. Nam insignia Principum civitatum portis, curiis aliisque ædificiis publicis adpicta vel insculpta præbent symbolum superioritatis, KNICH. *cap. 14. Enciclop.* WESEMB. *consil. 11. n. 68. part. 1.*

31. Sic Mediolanenses promiserunt, Friderico I. Imperatori aquilam ponere super campanile Ecclesiæ majoris, in signum fidelitatis, GOLDAST. *tom. 3. Imper. p. 336.*

32. Si & forte in loco publico Municipii duorum Dominorum arma reperiantur collocata, ille pro honoratiore & digniore habendus, cujus arma â parte dextera sunt, PACIAN. *de probat. lib.* II. *cap. 26. n. 90.* MOLIN. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 13. Gloss. 3. n. 3.* sicut atiam cæteris paribus illius vexillum præcedere debet, qui est in majori dignitate, CARPZ. *decis. 27. n. 47.*

33. In difficultate hac paritionis, cum alter condominorum mandat, alter vetat, notandum adhuc, de Jure sane tuto, esse debere Municipales, qui condomino prohibenti obtemperant, quia in re pari, potior causa est prohibentis, *l. Sabinus. 27. ff. comm. divid. Can. 56. de R. J. in sexto.* Dico de jure, quia 34. tamen subditorum est, parere, non judicare, quid uni vel alteri condominorum juris competat, inde exceptio illa, quæ condominis prodest, tanquam jus tertii subditis non poterit esse proficua, *l. si donationis. 9. §. 1. ff. de condict. caus. dat. l. si socer. 44. §. 1. ff. solut. matrim.*

Tutum quidem sopiendi discordias inter Condominos remedium erit, si per transactum ex 35. compromisso id fiat. Exorbitans 36. vero est, & referendum inter illa, quæ tanquam contra rationem juris recepta, ad consequentias non producenda, quod in nostro Municipio condominio subjecto Anno 1445. inter Joh. Ducem Clivensem & Bernhardum, Comitem de Lippia in compacto, dem Erb-Vergleich/ tum temporis placitum fuit, ut nimirum, qualitate subditorum quasi seposita, ipse Lippiæ nostræ Magistratus, postremo munere arbitratorio, inter Condominos dissentientes, fungi debeat. Privilegiata & notabilis hæc constitutio hujus tenoris est: Wehre ock sa- 37.

Sacke/dat einig Gebreck off Schelling unter uns / vorgedacht unsern Erven und Nachkommen/ off unse Amtlüden opstünde / dat Gott verhöden wil/ um solck Gebreck und Schelling/söllen un willen wi keisen malck twe unser Frönde/de uns darinn scheden/ in Fröndschop offt Recht ; Können uns aber deselven unse Frönde nicht scheden / weß Gebreck und Schelling ein Duß off alle daran werden möchte/ solck Gebreck und Schelling sollen wy und de vorgedachte unse Frönde bringen an den geschwornen unsen Raht der vorgedachten Stadt Lippe / was de denn darup seggende werden/ in Fröndschop offt Recht / dar sollen wy medde gescheiden wesen / deß folgen/und uns damit genögen laten/ &c. Sed arbitramenti talis nullum reperitur exemplum, ita unquam nec in simpliciori ævo judicatum fuisse.

Caput XVI.

DE DOMESTICIS AULICIS, OFFICIALIBUS PRINCIPIS ALIISQUE NON CIVIBUS IN MUNICIPIIS DEGENTIBUS.

SUMMARIA.

1. *Tacere debet inferior ubi loquitur superior.*
2. *In concessione jurisdictionis major potestas censetur Principi reservata.*
3. *Præsentia Principis jus civitati non tollit.*
4. *Aula Principis cujus jurisdictioni sit subjecta?*
5. *Principi quæ competunt, ea ad ejus familiam extendenda.*
6. *Parlamenta in Municipiis constituta eorum jurisdictioni non subsunt.*
7. *Aulici extra aulam degentes.*
8. *Quid si civis ad officia aulica promoveatur & juri civitatis non renunciet?*
9. *Quatenus quis diversas qualitates repæsentet?*
10. *Aulicus in Municipio mercaturam exercens.*
11. *Aulicus alterius Principis si in Municipio aliquo degat.*
12. *Quid ad exemptionem Aulicorum concurrere debeat?*
13. *Forum sortiri & statutis alicujus loci ligari idem est.*

14.

14. *Minister Principis domum in Municipio comparans non tamen efficitur civis.*
15. *Ad præsumptionem domicilii quæ requirantur?*
16. *Ultro advenisse non censetur qui ex mandato Principis alicubi commoratur.*
17. *Contrahens in loco quatenus ibi forum sortiatur.*
18. *Minister Principis in Municipio contrahens, forum tamen ibi non sortitur.*
19. *Quid si minister Princips locum solutioni destinet?*
20. *Aulicus quatenus ob rem immmobilem in destrictu Municipii sitam, conveniendus.*
21. *In puncto retractus Aulicus exemptionem petere non potest.*
22. *Immobilia comparans, cum Magistratu loci ubi sunt, contraxisse censetur.*
23. *Quid circa persecutionem rerum mobilium.*
24. *Decisiones personarum qualitatibus sunt accommodandæ.*
25. *Minister Principis juri suo renuncians & in Municipio contrahens, ibi conveniri potest.*
26. *Minister Principis, cui à Municipali cessa est actio, nihilominus privilegiato foro gaudet.*
27. *Nisi cessio facta sit mala fide.*
28. *Vel rei immobilis.*
29. 30. *Minister Principis in Municipio delinquens, ubi puniendus?*
31. *Jurisdictio à Principe concessa Municipio semper censetur esse subordinata.*
32. *Aulicus delinquens in Municipio, quod non est sui Principis.*
33. *Reatus excludit privilegium.*
34. *Exauctoratus Minister ob delictum, is talis amplius non est.*
35. *Officiales Principis sub ejus tutela, & à bannimento civitatis exempti sunt.*
36. 41. *Officiales expectivati & Titulares, an eodem privilegio polleant?*
37. *Promissiones de futuro officio sunt odiosæ.*
38. *Praxi sunt receptæ. Earum origo.*
39. *Expectivæ concessio generalis.*
40. *Quatenus in expectativatis sit votum captandi mortem.*
42. *Titulares, qua immunitate in Municipiis gaudeant?*
43. *Quid de nudis expectivatis, qui nullam habent administrationem statuendum?*

44. *Ob unum officium duo frui non debent immunitate.*
45. *Concessio à Principe non censetur facta in injuriam alterius.*
46. *Officialium familia eodem jure gaudet, quo ipsi Officiales.*
47. *Etiam vidua officialis.*
48. *Nobiles in Municipiis ex necessitate habitantes jurisdictionem Magistratus illic non agnoscunt.*
49. *Nobiles domicilia civica in Municipio constituentes illic jurisdictioni subsunt.*
50. *Quæ onera Nobiles in Municipiis subire cogantur?*
51. *Ratione immobilium nulla est exemptio.*
52. *Nobiles in Municipio delinquentes.*
53. *Constitutio Pomeraniæ de Neo-Nobilibus.*
54. 56. *Patritii,* Stadt-Junckern/ *quatenus jurisdictioni Magistratus subsint?*
55. *Denominatio* der Geschlechter/ *unde dicatur?*
57. 58. *Privilegia Clericorum in Municipiis Romano-Catholicis.*
59. *Mutatio in illis post tempora Reformationis apud Protestantes.*
60. *Ratione immobilium Clerici subditi sunt illius Magistratus, ubi ea sita sunt.*
61. *Notabile de pastoribus Stralsundensibus.*
62. *Immemorialis præscriptionis efficacia in materia exemptionis.*
63. *Civitatibus provincialibus non adimendum quid ex pace Religiosa competit.*
64. *Studiosi in Municipiis qua exemptione polleant?*
65. *Studiosi noctu delinquentes à Magistratu Municip. apprehendi possunt.*
66. *Studiosus coram Magistratu Munic. litigans à cive non potest reconveniri.*
67. *Privilegium illud ad causas criminales non extendendum.*
68. *Bona immobilia Academicorum sunt regulanda juxta statuta civitatis.*
69. *Privilegia Academiæ Rostochiensis ratione successionis.*
70. *Gripswaldensis, ratione immobilium à professoribus acquisitorum.*
71. *In Academ. Leidensi Studiosus actor civem ad forum Academicum trahere potest.*
72. *Omnes exempti privilegio suo excidunt per negotiationem civicam.*

1. Si de Principis cujusdam Aulicis in municipio degentibus questio est, quatenus hi jure Municipali fruantur, & an Magistratus talis, in eos, vi jurisdictionis competentis statuere quid possit, indubie iis omnis exem-

emptio à potestate Uurbica tribuenda, in locis ubi degit Aula Principis. Ipsum enim Principem non dignitatis saltem sed simul potestatis fastigium, ab aliorum sibi inferiorum jurisdictione eximit, cum æquissimum sit, ut taceat inferior ubi loquitur superior, lumen enim mavis obfuscat minus ut ex BALDO *tradit* HEIG. 2. *quæst.* 25. *num.* 14. Et ubi leo pedem figit, cætera ani-
2. malia quiescere debent. Licet Princeps lautissima municipio cuidam, ratione jurisdictionis concesserit privilegia, majorem tamen penes se retinuisse censetur potestatem. Ideoque in omni privilegiorum concessione addi à Principe solet clausula: **Uns und unseren Rechten ohne Nachtheil.**
3. licet de cetero præsentia Principis civitati jus suum tollere non censeatur, ROSENTHAL *de feud. concl.* 5. *n.* 4. REINCK. *de Regim. Sec. lib. I.*
4. *class.* 5. *cap.* 7. *n.* 6. Tota itaque Principis aula supposita est imperio & jurisdictioni Magistri officiorum, **des Hoff-Marschalcken**/ ipse vero solius Principis judicio subjectus est, cujus dignitas splendidissima inter Illustrissimos jam olim fuit relata, *l.* 3. *C. ubi Senat. & clariss.* DN. STRYCK. *Dissert de foro Ministr. Princ. cap.* 1. §. 16.

5. Quæ autem competunt jura exemptionis ipsi Principi, ea merito quoque ad ejus familiam & ministros, ut sine quibus esse non potest, extenduntur, *C. dudum.* §. *nos igitur. de præbend. in* 6. *l. inquisitio. ibique Dd. C. de solution.* GAIL. *de pac. publ. cap.* 6. *n.* 21. MEV. *quæst. prælimin. ad jus Lub.* 3. *n.* 35. Hinc 6.
& parlamenta Principis in Municipiis constituta eorumque assessores & Consiliarii, collegiique istius membra jurisdictionem Municipii non agnoscunt, GUID. PAP. *decis.* 423. CHASSAN. *consuet. Burgund. rub.* 1. *verb. Et ducis d'icelle. n.* 110. Sicut & assessores Cameræ Imperialis Spirensium, nunc Wezlariensium jura revereri non coguntur, DENAIS. *in adsert. jur. Cameral. part.* 5. *c.* 10. *n.* 238.

Sed de iis Aulicis & Domesti- 7.
cis Principis hic potissima quæstio versatur, qui extra aulam vel officii ratione, vel occasionaliter in Municipio degunt, vel commorandi causa, vel si bona illic sita habeant, unde diversi casus, quæstione tali, separandi & decidendi sunt.

Et *primo*: Si quis civis hacte- 8.
nus, ad officia aulica promoveatur, juri autem civitatis non renunciet sed in obligatione civili adhuc permaneat, eo casu separandi veniunt ea, quæ sunt officii, à ceteris juribus civilibus; In illis exemptio-

nem consequitur, horum autem
9. ratione civis manebit. Cum ignotum in jure non sit, pro diversis qualitatibus diversos respectus tribui. CAVALCAN, *decis.* 23. *n.* 13. *l.* 5. GAIL. *de arrest. cap.* 16. *n.* 14. tali casu status hominis dividuus est, & distractionem patitur,
10. DAUTH. *de testament n.* 150. Nec & privilegio suo juvabitur Aulicus, si in Municipio adhuc societatem aliquam mercatoriam iniverit, vel vulgari civium negotiationi se applicuerit, quo casu legibus societatis obstrictus, jurisdictioni Municipali subest, puta, ad quam tale negotium, tanquam civile spectat, *l. fin. C. de jurisd. omn. jud.*

11. *Secundo*: Si in Municipiis degat Aulicus vel Officiatis alterius Principis, vel etiam ipsius Domini territorialis, qui tamen officia aulica ibi non sustinet, talis inepte sibi blanditur, quod sub aulæ titulo velit esse immunis & exemptus, cum aula ibi non est, vel officium Aulici ibi non agnoscitur, ut loquitur *cit.* MEV. *quæst. prælim.* 3. *n.* 47.
12. Alterutrum ergo ad exemptionem Aulicorum ratione jurisdictionis concurrere debet, vel aula in civitate esse, vel officium aulicum ibi exerceri debet; quo casu neque cives neque incolæ, sed nudi habitatores sunt, *l.* 1. §. 9. *ff. de his, quæ effud. vel dej.* & forensibus æquiparantur, & nec Municipii jurisdictioni, nec ejus statutis subsunt, hæc enim pari semper passu ambulant, forum sortiri & statutis alicujus loci ligari, BICHIUS, *decis. Rot. Rom.* 288. *n.* 40. quæ & assertio inverso ordine vera est, in quibus causis Minister Principis forum sortitur, in iisdem etiam statutis ligatur, DN. STRYCK *cit. dissert. de foro Ministr. Prncip. cap.* 1. *in fin. Infr. lib. III. cap.* 34 *n.* 54.

Tertio: Notandum, quod Minister Principis in Municipio aliquo officii ratione degens, licet domum illic sibi comparaverit, vel per decem annos ibidem habitaverit, tamen civis non efficitur, quia non perpetuo commorandi animo, sed melius munus suum exercendi causa illic degere videtur, COTHM. *consil.* 21. *n.* 96. *vol.* 1. MEV. *dict. quæst. prælim.* 5. *n.* 39. sola quippe domus possessio non facit vel parit domicilii jura: Constitutio domicilii est juris, habitatio autem sola est facta quo facit, *l.* 17. §. 13. *ff. ad Municip. l.* 27 §. 2. *eod.* Conjecturæ pro animo ad perpetuam commorationem, vel pro constituendo domicilio non est locus, quoties ex singulari conditione personæ contrarium apparet, STRUV. *S. J. Civ. Exerc.* 9. *th.* 25. Nec ultro advenisse in civitatem censetu

tur, qui ex mandato Superioris ibi subsistit, suoque fungitur officio, licet de cætero civitas exerceat in cives suos jurisdictionem plenissimam, Heig. *p. 2. quæst. 25. n.* 18. Myler ab Ehrenbach. *in Hypparchol. cap. 9. §. 3.* qui hoc adeo verum esse dicit §. 5. ut etsi Minister Principis actus nonnullos, voluntatem domicilii constituendi arguentes exercuerit, id potius tanquam simplex habitator fecisse videatur Dn. Strxck *d. diss. cap.* 1. §. 23.

17. *Quarto.* Licet de jure civili contrahens forum sortiatur in loco, ubi contraxit, *l. 1. ff. de obl. & act. l. un. C. ibi conv. qui cert. loc.* Nec eo jure interest, an illic deprehendatur vel non, ob textus generalitatem, *in l. 19. §. 1. ff. de judic.* jure tamen Canonico contrahens ad locum contractus revocari non potest, nisi ibi deprehendatur, *C. 1. vers. contrahentes de foro compet. in 6.* Dn. Strxck. *in Us. modern. d. tit. de judiciis,* §. 21.

18. Verum Minister Principis in Municipio quodam contrahens, forum tamen ibi non sortitur, nec civis instar conveniri potest, sed servatur adhuc qualitatis personalis ejus prærogativa, Fulgos. *in l. heres absens. § 1. n. 6. de judic.* limitationem tradit Carleval. *tract. de judic. tom. 1. tit. 1. disp. quæst. 8. Sect. 3. n. 115.* quoties is cum alio 19. contrahens certum locum solutioni destinet, quod casu eo privilegio fori renunciasse censeatur, arg. *l. 21. ff. de O & A.* adeoque in loco destinatæ solutionis actione directa, arbitraria autem in foro suo usitato conveniendus, Gonzalez. *Comment. c. 17. pe. for. comp. n. 4.*

Quinto. Quando Aulicus vel 20. Minister Principis rem immobilem in districtu Municipii habet sitam, ibi eam propter conveniri potest & respondere tenetur *tit. C. ubi in rem act.* quia sic nullus habetur respectus conditionis aut qualitatis personæ, *l. 38. in fin. ff. de judic* Gail. 2. *observ.* 124. *n.* 18. Pflaez. de Meres. *Tr. de majoratu Hisp. p. 1. q. 58. n. 8.* ubi ait: quod ratione bonorum quis sortiatur forum, & etiamsi sit Dux Comes aut Marchio, tamen sit subditus alterius Principis vel Domini, in cujus dominio bona sunt sita. Nec etiam in aliis casibus ho- 21. rum intuitu ex. gr. in materia retractus, de quo illic disponit statutum Municipale, exemptionem prætendere potest Aulicus, Myler *d. tract. Cap 9. §. 7.* licet enim ab oneribus personalibus civibus aliis impositis, sit immunis, tamen im- 22. mobilia bona comparans cum Magistratu loci, ubi ea sita sunt, quasi con-

nem consequitur, horum autem
9. ratione civis manebit. Cum ignotum in jure non sit, pro diversis qualitatibus diversos respectus tribui. CAVALCAN, *decis.* 23. *n.* 13. *l.* 5. GAIL. *de arrest. cap.* 16. *n.* 14. tali casu status hominis dividuus est, & distractionem patitur,
10. DAUTH. *de testament. n.* 150. Nec & privilegio suo juvabitur Aulicus, si in Municipio adhuc societatem aliquam mercatoriam iniverit, vel vulgari civium negotiationi se applicuerit, quo casu legibus societatis obstrictus, jurisdictioni Municipali subest, puta, ad quam tale negotium, tanquam civile spectat, *l. fin. C. de jurisd. omn. jud.*

11. *Secundo*: Si in Municipiis degat Aulicus vel Officiatis alterius Principis, vel etiam ipsius Domini territorialis, qui tamen officia aulica ibi non sustinet, talis inepte sibi blanditur, quod sub aulæ titulo velit esse immunis & exemptus, cum aula ibi non est, vel officium Aulici ibi non agnoscitur, ut loquitur *cit.* MEV. *quæst. prælim.* 3. *n.* 47.
12. Alterutrum ergo ad exemptionem Aulicorum ratione jurisdictionis concurrere debet, vel aula in civitate esse, vel officium aulicum ibi exerceri debet; quo casu neque cives neque incolæ, sed nudi habitatores sunt, *l.* 1. §. 9. *ff. de his, quæ effud. vel dej.* & forensibus 13.
æquiparantur, & nec Municipii jurisdictioni, nec ejus statutis subsunt, hæc enim pari semper passu ambulant, forum sortiri & statutis alicujus loci ligari, BICHIUS, *decis. Rot. Rom.* 288. *n.* 40. quæ & assertio inverso ordine vera est, in quibus causis Minister Principis forum sortitur, in iisdem etiam statutis ligatur, DN. STRYCK *cit. dissert. de foro Ministr. Prncip. cap.* 1. *in fin. Infr. lib. III. cap.* 34 *n.* 54.

Tertio: Notandum, quod Mi- 14.
nister Principis in Municipio aliquo officii ratione degens, licet domum illic sibi comparaverit, vel per decem annos ibidem habitaverit, tamen civis non efficitur, quia non perpetuo commorandi animo, sed melius munus suum exercendi causa illic degere videtur, COTHM.
consil. 21. *n:* 96. *vol.* 1. MEV. *dict.* 15.
quæst. prælim. 5. *n.* 39. sola quippe domus possessio non facit vel parit domicilii jura: Constitutio domicilii est juris, habitatio autem sola est facta quo facit, *l.* 17. §. 13. *ff. ad Municip. l.* 27 §. 2. *eod.* Conjecturæ pro animo ad perpetuam commorationem, vel pro constituendo domicilio non est locus, quoties ex singulari conditione personæ contrarium apparet, STRUV. *S. J. Civ. Exerc.* 9. *th.* 25. Nec 16
ultro advenisse in civitatem censetur,

tur, qui ex mandato Superioris ibi subsistit, suoque fungitur officio, licet de cætero civitas exerceat in cives suos jurisdictionem plenissimam, HEIG. *p. 2. quæst. 25. n. 18.* MYLER ab EHRENBACH. *in Hyppar-chol. cap. 9. §. 3.* qui hoc adeo verum esse dicit §. 5. ut etsi Minister Principis actus nonnullos, voluntatem domicilii constituendi arguentes exercuerit, id potius tanquam simplex habitator fecisse videatur DN. STRYCK *d. diss. cap.* 1. §. 23.

17. *Quarto.* Licet de jure civili contrahens forum sortiatur in loco, ubi contraxit, *l. 1. ff. de obl. & act. l. un. C. ibi conv. qui cert. loc.* Nec eo jure interest, an illic deprehendatur vel non, ob textus generalitatem, *in l. 19. §. 1. ff. de judic.* jure tamen Canonico contrahens ad locum contractus revocari non potest, nisi ibi deprehendatur, *C. 1. vers. contrahentes de foro compet. in 6.* DN. STRYCK. *in Us. modern. d. tit. de judiciis.* §. 21.

18. Verum Minister Principis in Municipio quodam contrahens, forum tamen ibi non sortitur, nec civis instar conveniri potest, sed servatur adhuc qualitatis personalis ejus prærogativa, FULGOS. *in l. heres absens. § 1. n. 6. de judic.* limitationem tradit CARLEVAL. *tract. de judic. tom. 1. tit. 1. disp. quæst. 8. Sect. 3. n. 115.* quoties is cum alio contrahens certum locum solutioni destinet, quod casu eo privilegio fori renunciasse censeatur, arg. *l. 21. ff. de O & A.* adeoque in loco destinatæ solutionis actione directa, arbitraria autem in foro suo usitato conveniendus, GONZALEZ. *Comment. c. 17. pe. for. comp. n. 4.* 19.

20. *Quinto.* Quando Aulicus vel Minister Principis rem immobilem in districtu Municipii habet sitam, ibi eam propter conveniri potest & respondere tenetur *tit. C. ubi in rem act.* quia sic nullus habetur respectus conditionis aut qualitatis personæ, *l. 38. in fin. ff. de judic* GAIL. 2. *observ.* 124. *n.* 18. PELAEZ. de MERES. *Tr. de majoratu Hisp. p. 1. q. 58. n. 8.* ubi ait: quod ratione bonorum quis sortiatur forum, & etiamsi sit Dux Comes aut Marchio, tamen sit subditus alterius Principis vel Domini, in cujus dominio bona sunt sita. Nec etiam in aliis casibus ho- 21.
rum intuitu ex. gr. in materia retractus, de quo illic disponit statutum Municipale, exemptionem prætendere potest Aulicus, MYLER *d. tract. Cap 9. §. 7.* licet enim ab oneribus personalibus civibus aliis impositis, sit immunis, tamen im- 22.
mobilia bona comparans cum Magistratu loci, ubi ea sita sunt, quasi con-

contraxiſſe videtur, quod omnia onera hisce bonis impoſita non minus quam alii ſufferre velit, *cit.* PELAEZ *de Majorat, Hiſp. p.* 1.
23. *quæſt.* 58. *n.* 8. Circa perſecutionem rerum mobilium ratione hujus materiæ ſecus dicendum videtur, ita, ut Miniſter Principis quidem ſortiatur forum, ubi res eſt, non tamen ita, ut coram quocunque inferiore poſſit conveniri, attenta ſemper qualitate perſonæ, MARTA *de jurisdict. p.* 4. *cent.* 2.
24. *caſ.* 125. Hoc enim commune & generale eſt omnibus deciſionibus, ut perſonarum qualitatibus ſint accommodandæ atque aptandæ, *arg. l.* 12. §. 4. *ff. de uſu & habit.*, Ergo coram ſummo Tribunali, ſi in loco tali ſit, conveniendus eſt, cum quemadmodum perſona, ſic & bona talia ſint exempta, nec ſubjaceant jurisdictioni ejus judicii, ubi perſona conveniri non poteſt, DN. STRXCK. *cit. diſſert. cap.* 2. §. 6.

25. *Sexto* quod ſi Miniſter Principis in Municipio degens, ibique contrahens, fori Privilegio nude & ſimpliciter, id eſt, absque prorogatione renunciaverit cum quilibet favori pro ſe introducto licite renunciare poſſit, *l.* 28. *C. de pact.* eo caſu coram ſenatu Urbano ubi contractus celebratus eſt conveniri poterit quia jure communi forum ſenatus eſt competens ratione contractuum, quod forum antea talis Miniſter declinare poterat, cui exceptioni renunciando ſeſe ſubmiſit jurisdictioni ſenatus DN. STRICK. *ibid. cap.* 3. §. 14.

Septimo & is notandus eſt caſus, ſi municipalis quidem Miniſtro Principis actionem ſuam cedat, ex cauſa vel lucrativa aut oneroſa, hoc jure nihilominus privilegiato foro gaudet, quia ceſſio eſt ex genere permiſſorum, ſemperque licita, niſi in caſibus exceptis OLEA *de ceſſion. action. tit.* 2. *quæſt.* 4. *n* 57. Modo tamen ceſſio talis ſit facta bona fide, & juſtam ob rationem, non autem, ut adverſario potentiorem objiciat, cæteroquin obtinet diſpoſitio *l.* 2. *C. ne liceat potent. patroc. litig. præſt*, & Edictum Prætoris *de alienat. judic. mut. cauſ fact.* Secunda limitatio obvenit, ſi tali facta ſit ceſſio rei immobilis, ejusque intuitu conveniendus ſit, ubi & Miniſter ſequi tenetur forum rei ſitæ ex ratione *ſupr. n.* 20. alligata Ea enim rei immobilis natura eſt, ut ejus qualitas tranſeat in quemcunque poſſeſſorem, & ut ſubjiceatur, poſſidens judicio rei ſitæ.

Ultimo loco de Miniſtro Principis in Municipio delinquentis notandum quod licet MEV. *cit. quæſt.*

quæst. 3. *n.* 49. *& seq.* rationi juris consentaneum putet, contra quam HEIG. *cit. part.* 2. *quæst.* 25. decidit, ob omnimodam jurisdictionem civitati Municipali vel privilegio vel præscriptione vel titulo oneroso quæsitam, & privativè competentem, cognitionem istius delicti non auferendam Municipio, quod Principi talis Ministri
30. delinquentis subjectum est. Attamen ipso Auctore suadentius tutius & conducibilius est, ut relicto stricto jure, si modo jus civitatum alias salvum esse possit, honori Principis deferatur, eique cognitio istius criminis committa-
31. tur *cit. quæst.* 2. *n.* 56. Et licet jurisdictio criminalis à Municipio legitime sit acquisita, in tali tamen acquisitione, semper auctoritas concedentis censetur reservata, & illæsa conservata. Nec enim Princeps fontes suos ita foras derivasse censetur, ut nihil penes se remaneat. Ad minimum jurisdictio à Principe concessa Municipio, subordinata concessa videtur, nimirum ut ad ipsum per viam appellationis iterum devolvatur Dn. STRICK. *dict. differt. de foro Ministr. Princ. cap.* 2. *n.* 18. *& in usu modern. ff. de jurisdict.* §. 26.

32. In eo tamen casu nulla prærogativa gaudebit minister Principis delinquens in Municipio, quod non est de territorio ipsius Principis, ubi prædicta ratio cessat & remissio talis delinquentis quam alius cujusque hodie non est necessitatis sed urbanitatis RICHTER. *p.* 1. *decis.* 15. *n.* 3. nec obstat dig- 33.
nitas istius delinquentis quia reatus excludit honorem & Privilegium *l.* 1. *C. ubi senat. & clariss. l.* 16. *ff. de dignitat.*, tum & cessare volunt honorem prædicto modo Principi debitum, si Minister Principis ob delictum, officio, & dignitate sua privatus, imo tanquam privatus in sortem vulgarem conjectus est *l.* 7. *&* 12. *C. de dignitat.* Quamvis re penitius inspecta, ista 34.
exceptio non contineatur sub regula, quia hic agimus de Ministro delinquente, id est, de tali qui tempore delicti fuit, adhuc Minister & impunitus, non de eo qui Minister fuit & qui ob delictum antecedens privationem honoris & dignitatis jam passus est.

Quæ jam de Ministris & Au- 35.
licis Principis in Municipio degentibus, contrahentibus, bona immobilia illic possidentibus & delinquentibus recensita sunt ea suo modo & ad relquos Principis officiales, **Beampte und Bediente** vocatos, extendi possunt, missi enim vel constituti etiam sunt à Principe in Municipium, ut officio suo fungantur, & officii ratio-

tione illic degant & commorentur, adeoque in tutelam Principis recepti ſunt, ut à bannimentis ut loquuntur, ſint exempti BONACOSSA *de famul. quæſt.* 15, VIVIUS *deciſ.* 119. *lib.* 1.

36. Officiales qui expectativam of-
ficii vel nudum ejus titulum ſal-
tem habent, ſive Titulares, an ea-
dem immunitate in Municipio
gaudeant non inutilis quæſtionis
37. eſt. Et quamvis ejusmodi pro-
miſſiones, de jure Canonico ra-
tione beneficiorum Eccleſiaſtico-
rum ſint deteſtabiles & iniquæ
C. 5. *X. de pact.* quia ob impor-
tunitatem nimiam & ambitionem
improbam inducunt votum cap-
tandæ mortis alterius *C.* 2. *&* 3.
de Conceſſ. præb. in 6. *c.* 2. *x. eod.*
eademque ratio in negotiis civilibus
militare videtur, ob odium voti
iſtius *l.* 29. *§. fin. & l. ſeq. ff. de*
38. *denot. l. fin. C. de pact.* Praxis ta-
men contrariam ejus induxit ob-
ſervantiam. Quod cacoethes origi-
nem traxiſſe videtur ex curia Pon-
tificia, juxta cujus ſtylum inter-
dum duodecim bullæ, de provi-
dendo uno beneficio nondum va-
cante conceduntur MYLER *ab* EH-
RENBACH *in ſua Hyparcho, cap* 1.
39. §. 52. ex quo fonte iſte mos dif-
fuſus cenſetur qui tolerabilior ad-
huc eſt, ſi expectativæ conceſſio
ſit tributa generalis non adſtricta
ad certum aliquod officium dann
ſolche Leute ſitzen einem redlichen Bedienten immer auf dem Ke ſicht / und warten mit Verlangen immer auf ſeinen Tod / *arg. l. ult. C. de pact.* GAIL. 2. *obſerv.* 155. *n.* 6. Votum autem illud captandi mortem non procedit ex vitio concedentis, ſed vitio ejus qui hac conceſſione abutitur DN. STRICK. *de ſucceß. ab inteſt. diſp.* 8. *cap.* 12. *n.* 33.

Talibus officiariis expectivatis, ſi ſimul ad negotia expedienda Principi inſerviunt, nec ſine ulla functione dignitatis nomen gerunt, privilegia exemptionis non denegeganda, *arg. l.* 2. *C. de offic. Magiſtr. officior. l.* 3. *C. de Tyron.* FRANC. CYRIAC. NIGRI. *Controv. forenſ.* 201. *n.* 42. ubi tradit, quod ad hoc ut quis habeat prælationem, immunitatem & privilegium ſui officii, neceſſe ſit, ut illud actu exerceat. De titularibus quidem dicendum videtur, quia ea intentione honorariis codicillis à Principe condecorati ſunt, ut nudum titulum ſine adminiſtratione gerant, exemptionem illis non denegandam, alias talis beneficentia Principis omni careret effectu, *l.* 3. *§.* 2. *C. ubi Senat. & clariſſ.* Et collato titulo non deneganda ſunt quæ ejusmodi titulus innuere ſolet, PUFFEND. *de J. N. & G. lib. I.* §. 18.

Nu-

43. Nudos expectativos quod attinet, iis quia spem saltem successionis in officio habent, sine ulla adhuc ejus administratione, idem non censetur tribuendum, quia inter spem & rem multa intervenire solent; Nec videtur Principis esse
44. intentio, ut ob unum officium duo fruantur immunitate officio tali juncta, & quidem in detrimentum Municipalium cæterorum, opera enim talia, quibus aliquis subtrahitur, reliquis necessario accedunt, quod genus juris accrescendi in Municipiis perquam est exo-
45. sum. Atque privilegia, etsi alias non injusta, quatenus tamen devergunt in detrimentum publicum, vel in aliorum injuriam, fiunt iniqua, qualis concessio in Principe non præsumitur, nisi de expressa & certa ejus voluntate constet, AVAZED. *Constit. Regn. Hispan. lib, VI. tit.* 1. *n.* 81. KLOCK. *de contribut. cap.* 16. *n.* 19. MEV. *p.* 7. *dec.* 30.

46. Uxores, liberi, famuli, & integra officialium familia pari in Municipiis privilegio gaudent, *l.* 12. *pr. C. de proxim. sacr. scrin. l* 3. *C. de privil. scholar. auth. habita C. ne fil. pro patr.*

47. Uxor defuncti officialis, statu viduitatis ipsius non commutato, corruscat adhuc radiis defuncti mariti, *arg. l.* 22. §. 1. *ff. ad Municip.* hinc & Magistratus Municipalis eandem illi deferre immunitatem debet, qua maritus quondam gavisus est.

Nobiles Municipia inhabitantes, an & quatenus exemptione potiantur & Magistratus jurisdictionem agnoscere cogantur, distinctio hæc notanda: Aut enim commorantur in Municipiis quietis saltem vel conversationis causa, ut tempore belli, pestis, contagii, exilii, sine animo domicilium ibi figendi, quo sane casu nec Magistratui quoad jurisdictionem subsunt, vel civica onera sustinent. Est enim contra hospitalitatis & humanitatis jura, miseros gravare, quos omni potius benignitate sublevare, & vere Christianum & Magistraticum est; Aut 48.
domicilium ibidem constituerunt, & domos civicas inhabitant, quo casu eodem jure cum aliis civibus censentur, nisi aliud ex consuetudine & privilegio introductum, sibi enim merito imputent, qui misceri civibus volunt, cum regulariter inter vitia ducat Nobilitas, habitare in urbibus, TIRAQUELL. *de Nobilit. cap.* 2. *n.* 61. COTHM. *cons.* 73. *n.* 28. *& seqq. vol.* 2. 49.

Nobiles ergo sunt non minus ac plebeji, de corpore civitatis, in qua domicilium constituerunt, CHOPPIN. *de LL. Andegavens. lib. I. cap.* 50.

cap. 10. *n.* 10. de cujus obſervantia teſtatur MERCKELBACH. *in Conſil.* KLOCK. 13. *n. fin. vol.* I. Nec tales tantum realia ſeu patrimonialia ſed etiam perſonalia præſtabunt onera, ita tamen, ut dignitati
51. perſonæ nihil decedat, MEV. *p.* 7. *dec.* 70. *n.* 4. cum ratione immobilium, quæ in Municipio poſſident, reliquis ſint æquales, nam transeunt bona cum ſuo onere, etiam in Nobiles eorumque ſucceſſores, FABER. *C. lib. IX. tit.* 49. *def.* 4.

52. Nobiles, licet ſecuritatis cauſa, vel ad aliquid expediendum, in Municipio degant, per delictum tamen ibi forum ſortiuntur, ſi Magiſtratus loci habet merum & mixtum Imperium, quia delinquendo ſe ejus jurisdictioni ſubjicit, AUTH. *qua in provinc. C. ubi de crim.* BRUNNEM. *proc. Inquiſ. cap.* 3. *n.* 32. quod non ſaltem locum habet in Nobilibus ſimplicibus, ſed & immediatis Imperii, SURD. *conſ.* 574. *n.* 26. COTHM. *vol.* 5. *conſil.* 2. atque ita de praxi teſtatur KNIPSCH. *de priv. civ. Imp. lib. II. cap.* 5. *n.* 102.

53. De ulteriori Pomerania notabile hoc refertur, quod Neo-Nobiles privilegiis Nobilitati competentibus gaudere non poſſint, niſi juſtas cauſas docuerint, quare Nobilitatem petierint, atque ita perſonam ſuam Electori Brandenburgico legitimaverint. Quod probatur per *Receß. provincial.* zu Stargard / *de Anno* 1654. in verb. Wie dann ohne das keiner solcher Adelichen Privilegien und Titul in unseren Landen sich gebrauchen sol/er habe sich denn bey uns angegeben/und die Ursach / warum er sich nobilitiren lassen exponirt und also seine Person bey uns debite legitimirt.

Patet jam ex dictis, quid ſtatuendum de Patriciis in Municipio degentibus, quos vocare ſolemus Stadt-Junckern/Geschlechter/die aus dem Geschlecht sind/ qui quidnam proprie ſint, definiri non poſſe ſcribit JOH. JAC. DRACO *in tract. de orig. & jur. patric.* item quibus ſalinarum jura feudi titulo conceſſa ſunt, Saltz-Junckern. Denominationem der Geschlechter acceperunt, non quod reliqui ſine gente & familia ſint, ſed quia Patricii vere non ſunt Nobiles ſive Equites, Ritter-Bürtige / interim tamen inter promiſcuam plebem in obſcuro degentem, non referendi, adeoque per excellentiam ita nominari conſueverunt, KNIPSCH. *de J. & P. Civ. Imp. lib. II. cap.* 29. *n.* 50. tales autem jurisdictionem civicam quoque agnoſcere, niſi uſu & privilegio contrarium edoceant, non dubitandum, quod & quotidiana Praxis Municipiorum noſtrorum corroborat.

Cle-

57. Clerici & personæ Ecclesiasticæ apud Romano-Catholicos ex Imperatorum & Regum devotione singularia obtinuerunt indulta, propriosque Magistratus Ecclesiasticos, cum omnimoda in eos jurisdictione Ecclesiastica, unde hoc jure non sunt subditi secularis potestatis, BALD. *cons.* 8. NATTA *cons.* 27. *n.* 1. PETR. ANDR. de PETRA *de potest. Princip. cap.* 4. *n.* 34. BESOLD. *consil.* 127. *n.* 4. *l. placet.* 5. C. *de SS. Eccles. Auth. statuimus & Auth. Item nulla C. de Episc. &*

58. *Cleric.* Ut non tantum ipsi eorumque Ministri, sed etiam eorum concubinæ, etiamsi sint putida membra, judicem Ecclesiasticum habere dicantur, *C. si concubinæ* 55. *x. de sent. excomm.* Adeoque Clerici non dicuntur cives, nec veniunt appellatione populi *d. l. placet.* BESOLD. *cit. loc. n.* 15. In quem sensum PRÜCKMANN colligit, etiamsi Clerici in Municipiis sua habeant domicilia, propterea tamen illos ideo non esse subditos, *consil.* 27. *n* 64. *vol.* 1. FRIDERIC. *Process. lib. II. cap.* 46. *n.* 4.

59. Verum post tempora Reformationis ratione Statuum Protestantium, forma jurisdictionis Ecclesiasticæ valde immutata & ad dictos Status jure superioritatis devoluta est, **R. A.** *de Anno* 1555, §. **damit auch obberührte beyde Religion-Verwandten.** MEV. *d. quæst. prælim.* 3. *n.* 16. Et licet 60. eorum jura personalia juxta formam jurisdictionis Ecclesiasticam & secundum Consistorialia in quoquo Municipio regulentur; Ratione tamen bonorum immobilium subditi sunt illius Magistratus, ubi illa sita sunt, SCHURFF. *cent.* 2, *consil.* 26. *n.* 2, *v. & confirmatur.* CARPZ. *lib. VI. tit.* 4. *Respons.* 42. *n.* 8. De Strahlsundensibus pro notabili refert *cit.* MEV. 61. *n.* 20. vocationes pastorum, non modo eam conditionem annexam habere, ut in Politicis causis Magistratui urbano obtemperent, sed & receptos observantiam eandem stipulata manu promittere teneri. Nec etiam civitatibus provincialibus jus illud, quod ex transactione Passaviensi & Constitutione pacis religiosæ competit, adimendum, ut pluribus rationibus corroborat COTHMANN. *consil.* 33. *n.* 39. *& fere per tot. vol.* 4.

In qua tamen exemptionis materia multum præstare solet immemorialis temporis præscriptio 62. CRAVETT. *Cons.* 614. *n.* 12. SURD. *decis.* 1. *n.* 10. *l. hoc jure* §. *ductus aquæ ff. de aqua quot. & æstiv. Cit.* COTHM. qui de materia hac ita concludit *dict. Cons.* 33. *n.* 51. Et 63. si enim penes Reges & Principes solos, omnem potestatem, omnem-

nemque jurisdictionem etiam Ecclesiasticam fuisse, non inficiamur, procedente tamen tempore, ad inferiores quoque Magistratus, qui merum mixtumque habent Imperium, jus tale, iu aliquo traslatum esse, historiæ probant, ac præsens rerum experientia comprobat Ideoque semper præsens status, & præsens possessio est intuenda, & cum Prætore dicendum, uti possidetis ita possideatis, idque omni hæsitatione carere, si possessio sit immemorialis sed de materia hac Religiosa pro iustituto uberius adhuc agitur *cap.* 12. *hujus lib. n.* 23. 24. *& seq.*

64. Studiosos in Academiis vel Scholis Illustribus, sive Gymnasiis, qui peculiari gaudent senatu Schul-Raht / Schul-Conceß à Magistratu Municipali conveniri non posse, extra controversiam est *Auth. habita C. n. fil. pro patr.*

65. Magistratus autem loci ubi Academia est, studiosos noctu delinquentes comprehendere quidem in ipso facto, sed non inquirere, multo minus eosdem punire posse, non ambigitur BRUNNEM. *ad l.* 1. *C. de Rect. prov. n.* 9. Item quod privilegium illud extra locum Academiæ non extenden-

66. dum BARTH. *ad. d. Authentic.* Studiosus tamen coram Magistratu Municipali litigans non potest à cive ibidem conveniri, ob speciale privilegium *d. Authentic.* digntati Studiosorum concessum, ne si unus à non suo judice judicaretur, injuriam pateretur totus ordo. STEPHAN. *de jurisdict. lib. III. p.* 2. *cap.* 12. *n.* 49. Quod tamen pri- 67.
vilegium ad causas criminales non extendendum, cum Imperat Frideric. *Auth. Habita* loquatur de *lite ex negotio*, quæ verba denotant causas civiles non criminales, Nisi senatus Academicus contrarium legitimo modo obtinuerit.

Bona immobilia Academicorum regulariter, quatenus Urba- 68.
næ jurisdictioni subsunt, etiam postquam ab Academicis sunt acquisita, regulanda] veniunt juxta statuta & mores Civitatis, per ea quæ tradit COLER *de process. Executiv. p.* 1. *cap.* 3. *n.* 232. cui sententiæ subscribit MEV. *cit. quæst.* 3. *n.* 29. Sed adversatur COTHM. *consil. Academ.* 27. Inspiciendus tamen hisce casibus est præprimis usus, qui multis in locis legibus derogat.

Rostochii inolevit sine discrimi- 69.
ne bonorum iis, qui sunt sub sceptris Academicis, succedi, non jure statutario sed communi, etsi alias quoad bona, quæ sub civica jurisdictione antea fuerunt, civilibus oneribus subjiciantur.

Grips-

70. Gripswaldensis Academia obtinuit, quod omnia bona, quæ Professoribus acquiruntur, etsi jurisdictioni civitatis antea obnoxia, **ob sie schon zu Bürger-Recht gelegen gewesen** / quamdiu à civitatibus Academicis tenentur, immunitate, jurisdictione & statutis Academicis continentur, Mev. *ibid. n. 31.*

71. In Academia Leidensi etiam Studiosus actor civem loci ad forum Academicum trahere potest, Limn. *jur. publ. lib. VIII. cap. 9. n. 68.* atque Studiosi in illa Universitate tam in civilibus quam criminalibus, sive actores sive rei sint, nullum aliud judicium, nisi Rectoris & Assessorum, quorum nomine Consules & bini Scabini veniunt, subire coguntur, Bechmann. *de privileg. Studiosor. cap. 10. n. 21.*

72. Immunitatis & exemptionis ratione, conclusionis loco non omittendum, omnes exemptos privilegio suo non frui, si negotiationem civicam exerceant, **wenn sie Bürgerliche Nahrung treiben.** Quia per excessum à conditione privilegiata aliquis statim duplicem personam & respectum obtinet, & inde diversimode censetur, ac in eo, quod extra officium est, æstimatur, ut alius quisque civis, Cavalcan. *decis. 23. n. 13. lib. V.* Mev. *p. 3. decis. 404. n. 5. in not.*

Caput XVII.

DE MUNICIPIORUM JURE FOEDERUM, ET CLIENTELÆ INSCIO PRINCIPE, EX NECESSITATE COMPETENTE.

SUMMARIA.

1. *De fœderum causa, materia, forma, fine, remissive.*
2. *An Municipium cum aliis non præhabita permissione à Domino territoriali fœdus inire possit?*
3. *Jus belli & fœderis à pari procedunt.*
4. *Fœdera, quomodo à Romanis facta? Feciales, unde dicti?*
5. *Jus fœdera faciendi inter Regalia refertur.*
6. *Fœdera in recognoscentibus Superiorem præsumuntur illicita.*
7. *Inferiores & subditi sunt in tutela & protectione Superioris.*

8.

8. *Quando & quo casu valeat fœdus Municipii?*
9. *Ita ut potius concordia, quam conspiratio dicatur.*
10. *Colligationes ad bonum finem sunt licitæ*
11. *Jurisconsultorum comprobatio, licitum esse civitatibus tale fœdus ob sui defensionem in necessitate.*
12. *Quod propter bonum pacis fit, jure fit. Omnia entia appetunt naturaliter pacem & quietem.*
13. *Confœderatio unum corpus ê fœdere junctis constituit & pacem quærit.*
14. *Fœderis Hanseatici initium & causa.*
15. *Fœdera hæc fiunt salvo jure Principis.*
16. *Exempla confœderationum talium â civitatibus initorum tempore Interregni, sub Friderico II. Imperatore.*
17. *Approbatio istius fœderis.*
18. *Aliud exemplum talis confœderationis inter permultas civitates & oppida Rheni.*
19. *Homagio quandoque præcavetur, ne civitates vel subditi aliunde protectionem & auxilia quærant.*
20. *Apologus de erinaceo & lepusculo omnibus inferioribus, qui fœdera cogitant, probe notandus.*
21. *Clientela jurisdictioni summi Magistratus nihil derogat.*
22. *Princeps alienus invito Domino non potest alterius subditos in clientelam adsciscere.*
23. *Ex jure clientelæ subditorum obedientia paulatim minuitur.*
24. *Quatenus Municipales Principis alterius clientelam subire possint?*
25. *Sententiæ hujus auctoritates.*
26. *Ratio.*
27. *Expectanda est extrema necessitas.*
28. *Necessitas hæc consistere debet in defectu defensionis intuitu Domini.*
29. 30. *Auctoritas Dd. pro confirmanda sententia hac.*
31. *Voluntas defensionis in Principe non sufficit.*
32. *Ratione subditorum requiritur impossibilitas se aliter tuendi.*
33. *Majoris mali vitandi causa leges multa permittunt.*
34. *Causæ justi metus pro subditis.*
35. *Si Princeps defensionem promittat.*
36. *Si læsio nondum est actualis.*
37. *Coacte facere, quid sit?*

38. *Ipsa defensio Principis sed serotina, excusat subditos, ratione fœderis & clientelæ.*
39. *Videant civitates, ne ex protectoribus fiant devoratores.*
40. *Apologus de accipitre, quem columbæ eligerunt protectorem.*
41. *Consilium pro Municipiis in casu subeundæ clientelæ.*
42. *Exemplum Lippiæ.*

1. De fœderum causa, materia, forma & fine, fuse lateque dicere nihil attinet, cum hoc ab omnibus fere Politicis innumeris pagellis & á WAREM. ab EHRENBERG peculiari & eleganti Tractatu, factitatum sit, id solummodo, pro ratione instituti impræsentiarum disquirere restat. An Municipia
2. cum aliis exterisque non præhabita permissione & authoritate Domini territorialis fœdus percutere ac ligam (ut barbare vocant) inire possint?

Quod videtur negari debere,
3. *Primo:* Quia jus belli & fœderum pari procedunt passu, ut est communis DD. & Politicorum opinio: qui itaque non habet jus belli, uti Municipium, ei & recte denega-
4. tur jus fœderum; Nam apud Romanos fœdera non solebant Peragi, nisi per feciales, addito patre Patrato; Quos feciales à faciendo, quod nimirum belli pacisque faciendæ apud eos jus esset, nuncupatos indicat NONIUS, *ut &* LÆT. *de sacerdot. Rom. idems docet.*
5. *Secundo:* Quia jus fœdera faciendi inter Regalia, quæ non competere Municipiis ex præmissis constat, refertur FR. MARC. *decis. 364. n. 3. & 4. p. 1.* CHOPIN. *de Doman. Franc. lib. III. tit. 26. n. 19.* RULAND. *de commiss. p. 4. l. 2. c. 3. n. 1.* SIXTIN. *de regal. lib. II. cap. 1. n. 29* unde illud apud SALUST. Senatus, uti par erat, decrevit suo atque populi jussu, nullum posse fœdus fieri. Et EURIP.

- - - Adrastum hunc opus
Jurare, namque is jus habet regni potens,
Ut civitatem fœdere obstringat suo.

Tertio: Quia in superiorem recognoscentibus fœdera & ligæ præsumuntur illicitæ, *arg. l. denunciamus C. de his qui ad Eccles. l. 1. & 2. C. de seditios l. conventicula C. de Episc. & Cler.* MART. *de jurisdict.. lib. II. cap. 23. n. 8.* 6.

Sunt enim inferiores & subditi in tutela ex protectione superioris, ideoque non opus habent quærere aliorum auxilium, quod tendat in contemptum & præjudicium Domini, suspicionemque rebellionis & seditionis præbeat REINCKING. *de regim. secul. & Eccles. 2. class. 3. c. 3. num. 26.* 7.

Hi-

8. Hisce tamen & similibus non obstantibus concluditur; Si Municipium Dverisimiliter timet, offensionem, n ominusque in terra Municipii no residet, sed longe abest, ita ut ejus auxilium & assistentia semper haberi non possit, tunc si defensionem tantum sapiat liga & confœderatio Municipii, valet, neque conspirationis speciem adversus superiorem admixtam habet, *post* RAPHAEL CUMAN. *in l. 2. n. 12. ff. ad L. Jul. Maj.* MENOCN. *consf. 102.* REINCHING. *d.*
9. *loc. n. 28.* ubi addit, talia fœdera rectius concordiam, quam conspirationem dici adducta ad hoc autoritate ROL. *à* VALLE *consf. 17. n. 31. lib.* III. CRAV. *consf. 4. n.* 1. 14. *&* 17. MYNS. *6. obs. 2. n. 4. 5. 6.* qui pro fitmanda sententia hac ita ait: Permittit jus conventicula & colliga-
10. tiones si fiunt ad aliquod bonum puta si quis timetet se oppressum iri á suo adversario, nam cum defensio tam rerum quam personarum licita sit, & jure permissa, *l. ut vim ibiq; Dd. ff. de just. & jur. & l. 1. unde vi.* talem ligam sive consotiationem facere licet, nec incurritur ulla pœna legis, quia jure permittente fit, *l. Gracchus C. ad L.*
11. *Jul. de adult.* citatque ibidem BART. expresse tenentem *in extravag. ad reprimend. in verb. occulte*; Ligas vel societatés, quæ hodie fiunt inter Civitates vel Barones aut alios, recognoscentes Superiorem, si fiant ad ipsorum defensionem, jure subsistere sententiam hanc approbat, ut exceptionem a regula, KNIPSCH. *de Civ. Imperial. lib. II. cap. 23. n. 21.* Eo magis ergo societas talis veniam meretur, quia non fit in præjudicium alterius, nec & ipsius Principis, sed saltem ob publicam utilitatem pro conservandis juribus ipsius universitatis, CRAVETT. *citat. loc. n. 17.* quibus adhuc adstipulatur CARDIN. MANTIC. *de tacit. & ambig. convent.* dicens: Neque enim intelliguntur prohibitæ confœderationes, quæ fiunt inter civitates, absente Principe, ad protegendum se ab oppressionibus Tyrannorum vel improborum hominum, ad injurias propellendas, & justitiam conservandam, *lib. XVII. tit. 7. n. 7.* Ipsa natura ad defensionem nostri nos invitat, & ad fœdera descendere jubet, cum bonum publicum id exigit, BRÜNING. *de var. univers. specieb. th. 17.*

Quicquid autem propter bonum pacis quis facit, jure fieri censetur, ANTON. CORSET. *in Tract. de privileg. pac. privil. 6.* CORN. *consf.* 185. *col. fin. vol. 3.* ubi ex mente THOM. AQUIN. dicit, omnia entia appetere naturaliter pacem & quietem, FARIN. *pract. crim.*

art

art. 14. *n.* 11. Confœderatio autem (quæ confœderatorum unum quasi corpus constituit, imo uno & mutuo quasi spiritu vivere facit. BALD. *cons.* 29. *vol.* 2. ROSENTHAL *de feud. c.* 10. *concl.* 20. *n.* 18. FELIN. *in rubric. de Treng.*) nihil aliud quærit, quam piam & æternam pacem, ZAS. *cons.* 1. *n.* 4. *vol.* 2.

14. Et quod Municipia fœdera icere possint, exempla luculentissima præbet societas sive confœderatio Hanseatica, sub qua hic & alibi plurimæ civitates Superiorem recognoscentes sunt comprehensæ, unde illæ *superius* relatæ querelæ Principum & Statuum Imperii, **daß etliche Fürsten und Herren Städte zu nachtheiligem Abbruch der Stände/ so solche Städte haben/ an ihren Hohen Ober- und Gerechtigkeiten/ sich von ihrer Obrigkeit schuldigem Gehorsam** per fœdus Anseaticum **zu entziehen und zu befreyen unterstehen/** *d. Rec. Imp. de A.* 1548. *in Comit. August.* §. **Und als erstlich/** &c.

15. Fœdus hoc cœpit sub Anno Christi 1200. & quidem propter necessariam defensionem, & mutuum commerciorum usum, cum exteris & vicinis initum, CHYTRÆUS *Chron. Saxon. fol.* 671. THUAN. *histor. lib. XXXIX.* atque huic fœderi Municipia aliter se non conjungunt, nisi salvo jure Principum & Dominorum suorum itaque ex eo argumentum exemtionis petere minime valent, REINCKING. *de regim. secul. lib. I. class.* 4. *cap.* 20. *n.* 60. *& seqq.*

Exemplum fœderis talis, de quo hoc capite agitur, ex mera necessitate á civitatibus, inter quas & Municipales fuerunt Anno 1524. initi suppeditat LEHMANN *Chron. Spirens. lib. V. cap.* 29. & quidem tempore funesti istius Interregni, post fata Friderici II. Imperat. ubi nulla alia causa suberat, quam destituta regia defensio, & desolatus civitatum status. Verba *Auctoris citati* sunt: **Nach der Königl. Wahl Landgrafen Heinrich zu Thüringen / und Graff Wilhelm zu Holland / hat sich gantz Teutschland in Unsicherheit befunden/ daß niemand/ weder zu Wasser noch zu Lande/ sicher reisen können; Wer den andern überwältigen können/ der hat es nicht unterlassen. Diesen betrübten Zustand des Römischen Reichs haben etliche Städte zu Gemüthe gezogen/ und demselben zu begegnen/ und in ihrem Ort Sicherheit zu Lande und zu Wasser zu verfügen / dis Mittel erfunden/ so von dieser Zeit hernach offt und vielfach** practisiret **worden. Der Anfang ist gemacht von Maynz / Worms/** 16.

Speyer/Franckfurth/ Binge und Oppenheim, wozu in währender Tractation mehr als sechtzig andere sich darzu geschlagen / (inter quas recensentur Heidelberg/Marpurg/ Fulda/ Wesel/ Boppart/ Bonn/ Neus/ Münster/ Bremen/ Hirschfeld / &c.) welche viel Kriegs-Volck in Bestallung genommen/ so auf die Strassen-Räuber gestreifft / die Raub-Schlösser geplündert und zerstöret / auch die neue und ersteigerte Zölle abgethan/ und die Strassen in Frieden und Sicherheit erhalten. Ex Peucero ibi *laud. Auct.* addit: Nec aliter servari res communes possunt, publicis periculis augescen-
17. tibus. Deinceps Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, laudabilem hanc societatem non solum approbavit, verum etiam ei sese junxit, omne ipsi auxilium & operas pro-
18. mittendo. Aliud adhuc ejusmodi consociationis exemplum profert laudatissimus Auctor *lib.* VII. *cap.* 66. de anno 1381. quod renovatum anno sequenti, & triginta trium civitatum sigillis corroboratum fuit, & quidem ob avertendum belli periculum â vicinis Principibus intentatum; De quo fœdere ex Sponhemico Chronico tradit: Omnes fere Civitates & oppida Imperii circa Rhenum, & in Suevia contracto inter se fædere, cum exercitu octo fere millium, Duces Bavariæ, & quosdam alios sibi in circuitu molestos rapina & incendio oppugnant.

Atque tales confœderationes ininiri posse & solere exinde patet, quod interdum expresse der Erb-Huldigung / inseratur, daß Städte und Unterthanen anderer Orter keinen Schirm suchen wollen noch sollen Besold. *in thesaur. pract. lit. h. n. 70.*

Videant autem Municipales cum quo & quo modo, in terminis nimirum licitis contrahant fœderationes, memores illius Apologi veteris: Erinaceus ad lepusculi cavum accessit, rogavitque hospitium, cui lepusculus miti responso: doleo, inquit mi frater, quod te cogar excludere vestis tibi nimis est hispida, sub uno tecto, quod ipse facile conjicias, profecto non convenie-mus, O mi optime frater, inquit erinaceus, si de mea veste solum lis sit, hospitium spero non negabis, ita me contrahere possum, ut me ipso minor sim, quicquid aculeorum est, velut vagina condo, ut neminem lædam: Quod si bellum ingruat, ducem me simul & militem habebis, pro te meque pugnabo, non est quod amici mea arma formident illa ego in hostes expedio. Quicquid por-

porro lepusculus objecit, id erinaceus verbis blandis refutavit, ut demum hospitio receptus sit. Sed non diu novus hic hospes naturam dissimulavit, aculeos sensim laxavit, atque se quantum potuit dilatavit, hic lepusculus: Ohe! frater, inquit, hoc quidem pacta, & fœdera tollit, aliud præstas: ait erinaceus irridens: Hic meus est mos, inquit si cui non placet exeat.

21. Lubet adhuc inquirere, an Municipium clientelæ alterius Principis se submittere possit? Licet autem clientela summi Magistratus jurisdictioni nihil deroget GAIL. 2. *obs. 54.* juxta illud: **Schutz und Schirmes-Gerechtigkeit machet keine Obrigkeit.**

22. Contrarium tamen merito obtinet ob constitutiones Imp. quibus vetitum ne Principes renitente Domino alterius subditos in protectionem adsciscant *R. Imp. de Anno. 1592.* §. **Wir auch Chur-Fürsten.** *Item R. J. de Anno 1544.* §. **Doch sol kein Stand den andern seine Unterthanen / wider ihre Obrigkeit in Schutz und Schirm nehmen** quod & repetitum *R. J. de Anno 1555.* §. **Es soll auch kein Stand** &c. *Et capitul. Leopold* §. 7. 8. 9.

23. semper enim Civitates provinciales summam summi Principis rationem habebunt, nihil quicquam ut jam dictum, in ejus præjudicium tentando. Cum ex ejusmodi protectione, obedientia erga superiorem paulatim minuatur & defensoris augeatur ZAS. *Consil. 7. n. 5. Lib. II.*

Sed hic iterum nemo sobriæ 24. mentis inficias ibit, subditos cum nihil auxilii contra vim externam & ipsius violentiam apparet, recte absque crimine, Principis alicujus protectioni se subdere posse BURGER. *Cent. 1. observationum quæst. 48.* illibata nimirum fide & salva superioris Majestate reliquisque juribus, quorum quis nexu tenetur. Quam sententiam 25. inevitabili necessitate nixam comprobant HÖPPING. *de jur. protect. conclus. 23. lit. B.* RUMEL. *Ad aur. Bull.* VIETOR. *de Exempt. Conclus. 20.* MAUL. *de Homag. cap. 11. n. 8.* MAGER. *de advocat. arm. cap. 6. n. 344.* BRUNING. *de var. univers. spec. Thes. 16.* WESENBECK. *vol. 1. cons. 48. n. 23.* SCURFF. *cent. 3. Consil. 23.* Et quidem ex ea sola 26. ratione, quia causa defensionis undecunque petenda, quæ facultatis naturalis omni jure permissa est.

Ut itaque omnis inculpatio in 27. hac materia absit, ante omnia durum necessitatis telum expectandum est: Nec enim quodlibet

periculum anſam ſubjectioni alterius præbebit; Nam levitas & inconſtantia ſumma eſt, ad nutum fortunæ absque ulla prægnate cauſa dominum ſuum deſerere & potentiori ſeſe ſubmittere BÜRGERS. *d. C.* 1. *obſ.* 48 *verſ. Cæterum*
28. *hiſce.* Ratio autem neceſſitatis in eo conſiſtit, ut adſit intuitu Domini defectus defenſionis, puta qua Dominus ſubditos ſuos ob abſentiam, vel alias cauſas defendere non poteſt, vel non vult, quibus caſibus naturali ratione ſic dictante ſubditis, defenſionem undecunque quærere permititur; quam ſententiam tuentur SIXTIN. *conſ. Marb. 8. n.* 104. *vol. 3.* WESENB. *Conſ. 48. n. 23.* STEPH. *de jurdiſt. L.* 1. *parc.* 2. *cap.* 2. *n.* 128. ARUM. 1. *diſc.* 28. *concl.* 66. FELIN. *in C. Cæterum de jud.* ubi ita
29. ait: Si quæ Civitas, ſubjecta Imperio, patiatur moleſtias belli à potentioribus & implorato auxilio Imperatoris ipſe det verba, nec ſit aliqua ſpes de auxilio per ipſum exhibendo, tunc licitè & absque metu perjurii ſe poteſt ſubmittere alteri, propter non habitam defenſionem ab eo, qui tueri ſubditos ab injuriis debebat, idem repetit, *in Cap. cum non licet X de*
30. *præſcript.* Eandem opinionem fovet ZOANETT. *rerum quotidianar. cap. 28. n. 8.* dicendo licere ſubditis à Domini Imperio ſe ipſos eximere & alterius ſubjicere poteſtati, quoties prior Dominus rogatus, vel nolit vel nequeat opem indigentibus opitulari, illosque tueri, præſertim ſi aliter ipſis conſuli non
potuit. Hinc licitè concluditur, 31.
ſolam voluntatem tuitionis in Principe non ſufficere, nam voluntas & poteſtas, ad perfectionem cujuslibet actus ſimul concurrere debent, *cap. cum ſuper. 23. x. de off. & poteſt. judic. de legat.* RIMINALD. *conſ. 297.* DEC. *conſ. 198. n. 3.* CRAVETT. *conc. 385. n. 15.*
BURSAT. *conc. 396. n. 24.* Prout 32.
jam in Principe requiritur defectus defenſionis, ut Municipium ad fœdus vel clientelam cum alio Principe prolabi poſſit; Sic reſpectu ſubditorum concurrere debet cauſa neceſſaria, & urgentiſſima, ſcilicet impoſſibilitas, ut contra inminens periculum vim & tyrannidem aliter defenſioni locus
non ſit. Quo metu inducti nihil 33.
conferunt ſecundum proprium motum, ſed potius pati, quam agere videntur. *L. vim paſſa ff. de adult.* facileque id indulgetur, per quod multorum incolumitas procuratur. *L. Provinciarum 10, Cod. de feriis* cum multa vitandi majoris mali cauſa permittant leges, quæ alioquin non permitterent, a quorum diſpoſitione recedendum

eſt,

est, si aliter tumultus sedari nequeat *Can. 23. q. 4. Canut. constitueretur dist. 50. L. pen. ff. ad l.*
34. *Corn. de Sic.* Quatenus autem metus & necessitas probetur, hoc arbitrio judicis discernendum committitur. Causa autem justi metus est, timor amissionis vitæ bonorumque omnium, qui verè timor mortis est DEC. *cons. 690 n. 8.* CRAVETT. *cons.* 49. *n.* 7. MENOCH. *arbit. jud. qu. cas.* 135. GAIL. *lib.* 2. *obs.* 93. *n.* 8.
35. Ex prædictis liquet sententiam hanc procedere, licet Princeps promittat Municipio defensionem, quæ tamen de facto non præstatur. Defensio enim est facti & esse debet actualis. BURGERS *dic. cent. & obs.*
36. *vers. quæ conclusio ampliatur.* Deducitur ex hoc porro, materiam fœderis & clientelæ hujus thematis subsistere, licet læsio non sit actualis, sed in potentia proxima: Nam in multis casibus tam potentia, quam actus nocendi inspicitur *l. Labio ff. de stat. lib. c. non solum de Apell. in 6.* SICH. *cons.*
37. *crim.* 10. *n.* 34. & is dicitur coacte facere, qui scit se posse cogi, & faciendo prævenit violentiam ANCH. *cons.* 299. præsertim si persona minitans ejus sit qualitatis & potentiæ, ut absque impedimento minas effectui dare & exsequi possit & soleat GAIL. *lib.* 1. *cap.* 3. *de pac. publ.* Imo & ipsa serotina Principis defensio excusationem 38.
Municipalibus adhuc confert; Nam obligatio defensionis impleta non dicitur, si suo tempore præstò non sit, & quod intempestive fit, idem est, ac si planè factum non sit.

Iugruente tamen periculi extremo, videant civitates protectionem 39.
amplectentes nec ex protectoribus fiant devoratores, juxta illud: Aus denen Schirm-Herren wer- 40.
den offters Sturm-Herren. Eo facit apologus SIGONII. *lib. XVIII. fol. 18.* hisce versiculis contentus.

Accipitrem milvi pulsurum bella columbæ,
Accipiunt Regem; Rex magis hoste nocet.
Incipiunt de Rege queri, quia satius esset.
Milvi bella pati, quam sine Marte mori.

Optimum autem pro Munici- 41.
piis, ad omnes cum Superiore evitandas molestias, circa susceptionem clientelæ consilium est, ut, invadente & necessitatis & calamitatis telo, si quo se vertant nesciunt, prius Domini sui absentis impediti vel impotentis & quocunque locorum degentis consensum, per literas implorent & obtineant, ac tum demum, modo mora à periculo non præveniatur, protectionem alterius suscipiant,

Ex-

42. Exemplum hujus præbet hæc Lippia nostra, prout ex relatione seniorum adhuc traditur, quæ inter tricennalis belli Germanici inundationes hostiles, omni destituta præsidio & auxilio, cum consensu Superiorum Hassorum suppetias imploravit & hoc pacto pro sui tuitione, feliciorem adhuc quam cæteræ Civitates vicinæ, sortem obtnuit.

Caput XVIII.

APOLOGETICUM,

Pro

AUCTORE ICHNOGRAPHIÆ MUNICIPALIS, CONTRA RELFENDSO HEREMONTANUM.

SUMMARIA.

1. *Invectiva Relfendsi Heremontani Pseudonomi in Auctorem Ichnographiæ Municipalis.*
2. *Verba Relfendsi.*
3. *Ratio pro Apologia.*
4. *Iniqua aggressoris indignatio.*
5. *Quatenus Zahnius jus iciendorum fœderum Civitatibus Municipalibus tribuerit.*
6. *Dira necessitatis efficacia & pro ea excusatio.*
7. *Defensio multa pacta & facta cæteroquin illicita, reddit licita.*
8. *Ob rerum suarum jacturam licet aggressorem quandoque interimere.*
9. *Cui plus licet, quod minus est, non debet non licere.*
10. *Rigorosissimæ leges Divinæ habent exceptionem summæ necessitatis. Exempla ex sacris.*
11. *Necessitas hominum tyranna Divinam quandam legum reverentiam seponit.*
12. *Canonum & Constitutionum Imperii adstipulatio.*

13. *Exemplum Henrici I. Poloniæ Regis, Regnum illud deſerentis.*
14. *Potius idololatriam committere, quam ſine potentia eſſe voluerunt Iſraelitæ.*
15. *Pactum ſubditorum, quo Principi ſubmiſſio debetur, eſt ratione defenſionis reciprocum.*
16. *Deficiens protectio Superioris, ſubditos in ſtatum illum collocat, quo ante ſubjectionem fuerunt.*
17. *Subditi ſine fatali illa neceſſitate nunquam de alieno auxilio cogitarent.*
18. *Exemplum confœderationis inter civitates Comitatus Marcani, contra Archi-Epiſcopum Colonienſem.*
19. *Cauſa confœderationis iſtius.*
20. *Suſatum, caput iſtius fœderis. Relatio ex veteri M. S.* Soeſtiſche Fehde.
21. *Deficiente Tremonia in fœdus hoc erecti ſunt Comites quidam & Lippia civitas.*
22. *Fœdus hoc ab Adolpho, Duce Clivenſi, ut territorii iſtius Domino, non fuit improbatum.*
23. *Danielis Balthaſaris Zahnii Diſcurſus Apologetici M. S.*
24. *Illicite ſibi jura belli arrogarunt Bremenſes, inſcio Archi-Epiſcopo, illorum Domino.*
25. *Abſente Principe privata defenſio contra Tyrannum non eſt illicita.*
26. *Argumentum civitatis Monaſterienſis allatum â Relfendſo, contra Zahnium.*
27. *Epiſcopus Monaſterienſis Chriſtophorus Bernhardus â Relfendſo non illæſus.*
28. *Hiſtoria belli Monaſterienſis iſtius ævi. Senatus Principi homagium præſtat.*
29. *Mallingcrotii Cathedralis Capituli Decani motus conttra Principem.*
30. *Pro eo, ob factum hoc excommunicato ſtabat Magiſtratus conniventia, & vulgi favor.*
31. *Princeps Monaſterienſis pro evitandis turbis Magiſtratui, ut Mallincerottium cuſtodia detinerent.*
32. *Senatus reſcribit, civitatis privilegia velle rogationem non mandata â Principe.*

33. *Decanus per Nuncium Apostolicum absolvitur ab excommunicatione, qui postea tamen mentem mutavit.*
34. *Instat Princeps de attinendo Decano, sed frustra.*
35. *Prodeunt contra Principem libelli famosi, simul & contra Jesuitas à partibus ejus stantes.*
36. *Magistratus à militibus Principis detentus à populo liberatur.*
37. *Invaditur & fere diripitur Jesuitarum collegium.*
38. *Magistratus Monasteriensis inquisitionem in seditiosos promittit, sed sine effectu. Elabitur Decanus.*
39. *Christoph. Bernhardus fœdus cum Principibus Rhenanis pangit.*
40. *Tumultuatur civitas & ad defensionem se præparat.*
41. *Pactio Schöneslitiana inter Principem & civitatenses initur.*
42. *Super puncto præsidii civitas rem ad Cæsarem defert, & Municipalem se non, sed liberam dicit.*
43. *Monasterienses implorant suppetias à Civitatibus Hanseaticis.*
44. *Civitas obsidetur & deditur Anno 1657.*
45. *Reviviscit simultas. Monasterienses Hollandorum implorant opem.*
46. *Monasterienses etiam exemptis imponunt vecturarum & frumenti onus,* Wagen-Zeichen und Multer-Steur.
47. *Apud Cæsarem civitas se liberam & jura fœderum sibi asserit.*
48. *Fœdera Princeps ad jura Majestatis refert, civitatemque Monasteriensem Municipalem dicit.*
49. *Privilegia civitatis à Principe promanasse, civitatemque mixtam non esse adstruitur.*
50. *Fœdera civitati Princeps non permittit, nisi suo auxilio destituta.*
51. *Præsidia Hollandica à Monasteriensibus expetuntur, omni posthabita subjectione Principis.*
52. *Imperat Imperator revocationem Ablegatorum è Belgio; Legiones in Westfaliam destinat.*
53. *Batavi civitati pecuniam mutuant, arctiora Cæsar mandata edit.*
54. *Civitas denique obsidetur, & cum plenaria submissione à Principe occupatur, Anno 1661.*
55. *Numus à Principe, in memoriam istius redactæ obedientiæ cuditur.*
56. *Novus ab eo creatur Magistratus, rejecta omni tribunitia auctoritate.*
57. *Domus tribunitiæ in armamentaria convertuntur.*
58. *Domui sutoriæ Chronographicum istius anni affigitur.*

59.

59. *Auctor hiſtoriam hanc Monaſterienſem deſcribens.*
60. *Ex hac hiſtoria inepta fit applicatio ad jura fœderum Municipalium, de quibus cap. precedenti eſt actum.*
61. *Inde ſententia Zahnii minime convellitur.*
62. *Allocutio ad invaſorem.*

1. Illam Auctoris ſententiam, de pangendis fœderibus Municipio caſu plane excepto licitis, tot auctoritatibus exemplis & rationibus ſuperiori capite firmatam, aculeato epiphonemate, immaturo perquam & abſono calore percitus, perſtrinxit, quidam larvati nominis RELFENDSO HEREMONTANUS in opuſculo ſuo *de ſumma Principum German. poteſtate p m. 169.*
2. & ita invehendo: *Abſurdus itaque eſt invalidus ille Provincialium civitatum patronus, D. Balthaſar Conrad Zahn in Ichnograph. Municip. cap. 35. illas Hanſeatico fœdere deceptus jus pangendorum fœderum tribuens.* Talemque conſociationem cum alia civitate vel Principe factam, magis conjurationem quam fœdus vocat.

Suadet hic filialis affectus & pia
3. honoratiſſimi Parentis mei recordatio, ejusque vindicanda memoria, quæ in benedictione eſt, ut vellicationi huic pauca ſaltem, Apologiæ loco, hoc Capite reponam.

4. Primitus patet, prædictum aggreſſorem, qui in præfato ſcripto præterquam Ariſtoteli ſuo, fere nemini pepercit, Ichnographiæ auctorem vel nunquam vel perfunctorie ſaltem inſpexiſſe, vel fervore & ſui amore præpeditum, mentem Parentis perpendere, dignatum non fuiſſe. Nec enim vel per ſomnium ipſi obvenit, prout ex in- 5.
tegro illo *Ichnographiæ 35 capite* patet, Civitatibus Municipalibus, iciendorum fœderum ſummis Principibus & Majeſtatis Regalibus annexorum jus tribuere; Sed hoc ſaltem intendit, poſſe Municipes ob periculum extrorſum imminens, cui abigendo propriæ vires non ſufficiunt, nec quidquam ſpei & opis in Principe apparet, per innoxia confœderationis auxilia, in extrema hac neceſſitate conſtitutos, vitæ rerumque ſuarum pericula avertere. Quid enim non 6.
ſuadet dirum illud neceſſitatis telum & naturalis propriæ defenſionis inſtinctus? qui non inſeritur, ſed innaſcitur, & ipſis animantibus cunctis ineſt, ut SENECA ait. *Epiſt. 3. in fin.* Imo natura omnium rerum, quæ nos genuit, induit nobis, inolevitque in ipſis ſtatim principiis, quibus nati ſumus amorem, noſtri & charitatem, ita prorſus, ut nihil quicquam eſſet

charius pensiusque nobis, quam nos-
met ipsi, GELLIUS *lib. XII. c. 5* &
ut GROTIUS ait: Fœdera belli
causa facta sunt favorabilia, sed
se tuendi causa, adhuc propius ad
favorem accedunt, *de J. B. lib.* II.
cap. 16. *a.* 16. Defensio ne di-
cam pacta, sed & facta, cæteroquin
illicita reddit legitima, ut nec vel
Princeps vel Imperator adimere
possit facultatem illam se tutandi,
etiam cum internicione alterius,
l. 4. *ff. ad L. aquil. l.* 3. *de just. &*
8. *J.* GROT. *d. tr. lib.* II. *cap.* 1. §. 10.
quod & non saltem ob vitæ peri-
culum, sed ob rerum suarum ja-
cturam obtinet, ut aggressorem si
aliter evadendi occasio non est,
cum ejus internicione avertere
liceat. Quæ magna inæqualitas
favore innocentis & odio raptoris
compensatur, ut idem sustinet *cit.*
9. *loc.* §. 11. cui jam plus licet, ei,
quod minus est, non debet non li-
cere, sic & ligæ & confœderatio-
nes ceteroquin prohibitæ, defen-
sionis causa fiunt licitæ, ANGEL.
consil. 376. *in princip.* ALEX. *consil.*
138. *concl.* 132. *part.* 2. *verb. infi-*
10. *deles.* Imo & leges Divinæ, qui-
bus rigorosissima paritio compete-
bat, exceptionem habent summæ
necessitatis. Sic Samson impune
attigit morticinium, urgente fa-
me, *Jud.* 15. Vota Deo facta ad
implementum obstringebant, *n.* 30.
v. 3. Sed si sufflamen aliquod in-
jiceret necessitas, nexu solveban-
tur, qui voverant, BURMANN. *ibid.*
David panibus propositionis sacer-
dotali auctoritate accersita, famem
pepulit, 1 *Sam.* 21. *v.* 3. *& seqq.*
facto hoc â Salvatore comproba-
to, *Matth.* 13. Necessitas homi- 11.
num tyranna Divinam quandam
legum reverentiam seponit, *l.* 21.
ibiq. GOTHOFRED. C. *de SS. Ec-
cles.* Confer quæ *infra lib.* II. *cap.*
69. *n.* 59. de jure obstagii regu-
lariter Municipiis non competente
tradita sunt. Adstipulantur *Cano-* 12.
nes C. 1. *x. de pignor. Canon.* 12.
quæst. 2. Concordant Imperii san-
ctiones *R. Imp. de Anno* 1542. §.
Aber der Kirchen. *de Anno* 1544.
& de Anno 1582. §. 17. §. Wir
wollen ordnen und setzen.

Henricus Galliæ R. III. & Po- 13.
loniæ primus, cum rescito Regis
Caroli IX. fratris obitu patriam
repeteret, datis ad Archi-Episco-
pum Cracoviensem literis de 14
Sept. 1574. increpuit status, quod
se neglecto & præterito privata
auctoritate, conventus indictos,
lustrationes armatas, & id genus
alia habuerant, verum illi eo,
quod hostiles exercitus in propin-
quo erant, extremo necessitatis ca-
su, excusationem meriti sunt, AN-
DR. MAXIMILIAN FREDRO *in histor.
dict. Reg. pag. mihi* 210.

Ni-

14. Niſi ergo quis negaverit, quovis meliori modo adverſus pericula ſeſe tutari licitum eſſe, aſſerti noſtri veritatem nunquam impugnabit. Idololatriam potius commiſere Iſraelitæ, quam ut ſine defenſore eſſent, cum nimirum de reditu Moiſis dubitare cœpiſſent, *Exod. 32.* ubi Coccejus vir magni encomii, obſervandum inculcat, non ſaltem filios hominum ut in Caino videre eſt, ſed etiam filios Dei potentiam aliquam pro ſecuritate ſua deſideraſſe, Deos ſcilicet, qui anteirent & propugnarent.

15. Nec obſtat illa ſubmiſſio & ſumma reverentia Principi debita, quibus cives jus ſuum ipſi contulerunt, nam pactum illud eſt reciprocum, ubi Princeps ſimul communem ſingulorum & univerſitatis protectionem ſuſcipit, quæ, ſi
16. ob ejus abſentiam, imponentiam, vel aliud quodvis impedimentum haberi non poteſt, pactum hoc neceſſario vim ſuam ſuſpendit, resque in ſtatum naturalem & ſua principia redit, ac priſtinum jus eo reviviſcit, ut durante impedimento cives aliunde ſibi conſulere poſſint, ita, ut cuique liberum ſit, defenſionem ſibi parare, nec patrocininm Superioris in vanum exſpectare & uti beneficio legis naturæ, atque illo ſequi, quo trahit neceſſitas, VERNUL. *Inſtit. Polit. lib.* III. *tit.* 10. *cap.* 2. *in Explicat.*

Salva interim & citra ullam noxam manet illibata Principis poteſtas, ingruente fatali neceſſitate, omni lege & exceptione deſtituta, ut ſine qua ſubditis nunquam in animum venturum foret, alienæ potentiæ auxilia quærere. 17.

Exemplis ſuperiori capite allatis, unum adhuc confœderationis noſtri thematis ſuperaddam, quod in Comitatu Marchiæ noſtræ, inter vicinas Civitates mere provinciales ſive Municipales, pro defenſione & auxilio contra Archi-Epiſcopum Colonienſem, Theodoricum, Comitem de Moers / Anno 1435. contigit. Is enim exhauſto bellicis expeditionibus ærario, ex ſacris undique ac profanis cenſum conſcripſit, pagosque atque diſtrictus integros, aliis erga mutuum antiechretice conceſſit, quod cum idem à Weſtfalico Ducatu poſceretur, Suſatum fœdere cum aliis civitatibus ſibi proſpexit, prout pateſcit ex veteri M. S. quo belli iſtius ſeries deſcribitur, **die Soiſtiſche Vehde**/ubi hæc habentur. **In dem Jair 1443. worth tot dem Hamme een Verbond gemacket/ tüſchen den füff Höfetſteden in Weſtfalen/ als Münſter/ Oſenbrügge/ Soeſt/ Dortmund/ Paderborne/lut Seegel un Breve by**

18.
19.
20.

21. ener iden Stadt leggende. Deficiente postmodum Tremonia, quod ægre tulerunt Susatenses, subintrarunt in ejus locum Comites Lippiacus, Hohenstein & Schomberg, una cum urbe Lippiæ nostræ, ut patet ex §. *dict. MSti.* **Des andern Tages quemen de Frönde von Soist weder von der Lippe / mit summigen andern Frointden / do worden Verbundes-Breve versegelt / tüschen der Stadt Münster / Soist / Lippe / Hamme / vor alle Stede des Landes von der**
22. **Marck** / &c. Et quidem fœdus hoc â Dominis territorii, nullibi improbatum legimus, nec unquam Adolphus, qui tunc Cliviæ Dux Dux erat, Princeps prudens & agendorum peritus, de discutienda consociatione hac cogitavit, quod nullatenus intermisisset, si ea sibi ac posterorum juribus nocitura fuisset, potius subditos suos fideles suique amantes semper habuit.

23. Plura adhuc pro refutatione prædicti auctoris & aggressoris in peculiari scripto, per aliquot Discursus Apologeticos congessit, ac latius simul & eruditius fœderis hujus materiam deduxit, frater meus p. m. Dilectissimus DANIEL BALTHASAR ZAHN, JCtus Percelebris, & Civitatum Comitatus Marcani quondam Syndicus, sed fata pagellas istas interruperunt, luci autem exhibendas & supplendas, modo vitam mihi, vires & otium largiatur DEUS.

Pro stabilienda hac materia ulterius adjicio, quod KLOCKIUS *consil. 14. n. 45. vol. 1.* exprobret, 24.
quidem Civitati Bremensi, ipsam confœderationes cum vicinis, inscio Archi-Episcopo, iniisse simul ac jus belli indicendi sibi arrogare tanquam actum mere subditis plane illicitum, prout ex superioribus patescit, nec cuiquam Politicorum, nisi vesani judicii aliter in mentem venit, addit tamen ibidem auctoritate BARTOLI *ad Constit. Qui sunt rebelles. verb. occulte.*
n. 2. ejusmodi congregationes ad- 25.
mittendas, Principe absente, ad defendendum se ab oppositionibus Tyrannorum, adducitque illic consentientem LOSÆUM, *tract. de jurib. Universit. part. 1. cap. 2. n. 72.*

Pro ulteriori confutatione Parentis, præmomeratus Relfendso 26.
objicit exemplum Monasterii Westfal. hisce: *Recens habemus exemplum in urbe Monasteriensi, quæ quia cum Hollandis Anno 1658. ad sui defensionem fœdus percussisset, ei omnes contradixerunt Politicorum filii.*

Ut allegatæ hujus historiæ huc 27.
apprimè deservientis circumstantias ab ovo, ut ajunt, super addam,

dam, ſciendum eſt, poſtquam laudatiſſimus Monaſterienſis Diœceſis Præſul Chriſtophorus Bernhardus (quem Aggreſſor noſter, nec illæſum dimittit, *eumque magis armis tractandis quam Miſſis legendis*
28. *aptiorem dicit*,) Anno 1652. ritè tum ante biennium electus, coram Senatu ac tribuum Magiſtris debitum homagium præſtari feciſſet,
29. atque interjecto tempore Mallingcrottius Capituli Cathedralis Decanus varios motus, contra Principis electionem intentaſſet, de eo ſimul jam tum ob ſupinam proterviam excommunicato, ſeverius quid ſtatuendi Princeps de-
30. creviſſet, extrema tunc apparuit in negotio hoc multorum execratione damnato, Magiſtratus conniventia, accedebat vulgi favor, & prona in Decanum ſtudia etiam Religioſos excitarunt, præter Jeſuitas, quos infenſo odio quia à Principis parte ſtabant proſequutus eſt Decanis. Gliſcente
31. interim hujus contumacia & populi factione, Princeps inevitabiles proſpiciens turbas, ſtatuit refractarium hunc honeſta cuſtodia detinere ſcribitque ad Senatum ac mandat ut pro deducendo per urbem Mallingcrotio pro arcendis turbem apparitores præſto ſint. Senatus
32. non ſolum non audiens fuit, ſed miſſis ad principem literis ipſi exprobavit quod per modum mandati placita ſua propoſuerit, privilegia civitatis velle ſaltem rogationem & requiſitionem.

Hiſce peractis abſolvitur Decanus per Nuntium Apoſtolicum ab 33.
excommunicatione, movetur populus quod Princeps abſolutionem ipſam ad valvas templi affigere prohibuerat, miſſis ad oſtium prætorianis. Dum Nuntius Apoſt. contra refractarium hunc mentem mutaſſet, de attinendo Mallingcrotio nova inſtantia fit, ad Senatum, ſed irrrito conatu, ubi una opificum in officinis & helluonum in tabernis erat vox, vivat Decanus. 34.
Simul & prodiebant in Principem 35.
& Jeſuitas libelli famoſi conniventе perpetim Magiſtratu quo morbus hic inſanabilis factus. Tandem anno 1654. Decanus a milite prætoriano detentus fuit, quo 36.
non mediocriter turbati cives & populus captivum magno ſtrepitu libertati reſtituunt. Invaditur inde Jeſuitarum collegium, fere à 37.
furibunda plebe direptum, diſcurrit in petulantias effuſa turba ut religioſis his nihil fuerit reliquum, quam in latrebris de ſalute ſibi proſpicere. Princeps ſeditioſo hoc facto turbatus, Magiſtratum citat Cosfeldiam qui tandem 38.
promittit in tumultus auctores diligenter ſe inquiſiturum, irrito tamen

men effectu. Mallingcrotius clam Monasterio feliciter egressus, Coloniam tendit, sed impari successu ejus scriba à milite captivus Ahusium deducitur, multum criminante desuper plebe.
39. Inter hos motus Christophorus Bernhardus pro stabilienda auctoritate sua, fœdus cum Principibus Rhenanis pangit & anno 1655. armatam existimationis læsæ vindictam meditatur, non obsidione sed stratagemate urbem submissurus, sed inani conamine.
40. Tota tunc urbe ad arma clamatur, etiam feminis tympana pulsantibus: Paulo post irata civitas audacius agere, & Hollandorum opem expetere gessit, effrontioribus quibusdam aliquoties in curiam irruentibus superbe comminando Senatoribus, neminem salvis ossibus abiturum, si cive inconsulto cum Principe transigatur.
41. Tandem instante Principe Neoburgico, in arce Schöneflit pactio initur, qua controversiæ Principem inter & Civitatem ratione præsidii & custodiæ portarum sopitæ, quo Episcopus urbem festivo comitatu ingreditur exceptus à civibus scloporum plausu;
42. Princeps dein dolet non servari pactionem hanc, & controversia super puncto juris præsidii quod totum sibi civitas vindicabat, ad Cæsarem defertur, ubi Monasterienses simul petunt urbem suam liberam & Imperialem declarari, quod autem rejicitur, eò quod civitas illa nunquam voto & sessione in conventu Imperii vel circulari gavisa fuerit, vel Recessui Imper. nomen dederit. Dum utrinque rei hujus controversæ merita apud aulam Cæsaream ventilantur, Monasterienses implorant urbes Hanseaticas, arctiorem cum iis societatem innovaturi, à quibus ad Batavos remittuntur, denuo tandem inter eorum deliberationes & civium continuam proterviam, apparatus ad obsidionem fiunt; Civitas obsidetur, machinis pyrobolorum infestatur quatefacta, horribili fragore; Obsessi strenua defensione & sanguinolentis eruptionibus magis se firmant; Nobiles sese interponunt Batavi, & suam mediationem amicabilem offerunt, tandem armatam decernunt, Cives ad constantiam sese animantes certam spem concipiunt opis ex Hollandia propediem adfuturæ, sed deditur civitas Anno 1657. 17 Octobr. Inter deditionis capita hospitatio militum quidem concessa, sed lis de clavibus portarum Cæsari adhuc submissa fuit.

Hæc prima theatri hujus bellici scena fuit, Anno sequenti Hollandiæ Proceres de novo ra-

tio

tione quæſiti fœderis Hanſeatici interpellantur, dehortati à Principibus confœderatis & ab ipſo Monaſterienſium Principe. Quod cum civitatis petito moram injiceret, ea clam cum Ordinibus Fœderatis, ſuper præſidio imponendo tractat. Incidunt alia diſſidiorum fomenta, dum Monaſterienſes vecturis & frumento Wagen-Zeichen und Mulſter-Steuer / ſine exemptorum diſcrimine vectigal imponerent. Interim pilæ quædam igniariæ miſſiles (Granaten) alibi à ſenatu coemtæ, in via interceptæ, juſſu Principis Warendorpium evehuntur. Anno

47. " 1659. Apud Cæſarem civitas " jus præſidii adſtruit ſimul & diſceptat cur non & ipſi liceret " cum unito Belgio ſocietatem " paciſci, licere hoc collegio " Hanſeatico; Monaſterium non " eſſe civitatem mere Municipalem ſed mixtam cui hanc poteſtatem nemo Politices gnarus " neget, imo & Municipales " non prohiberi in fœdera coire, " quæ tenderent ad ſui defenſionem & commerciorum ſecuritatem.

48. Contra diſſerebat Princeps " fœderis ineundi jus pertinere ad " jus Majeſtatis, Monaſterium eſſe Municipalem & ſubditam civitatem cui ſine permiſſu ſuperioris nulla ſuppetat facultas " fœdera componendi. Inde & " fœdus quod Anno 1614 Magdeburgum cum Hollandis firmarat, authoritate Cæſaris annullatum fuiſſe. Privilegia ſi quæ 49.
habeat Monaſterium, non à Cæſare vel Imperio, ſed Principe ſuo promanaſſe, unde mixtam dici civitatem non poſſe. Nam poſt furorem Anabaptiſtarum Civitatem privilegiis ſuis exutam eſſe, & quanquam ſolius Principis indulgentia nonnulla receperit, mere tamen Diœceſanam, & Præſuli ſuo ſubjectam permanſiſſe. " Fœdera 50.
" ad ſui defenſionem ſubditis " haud permitti, ſi auxilio Principis ſui non deſtituantur. Nec " poſſe alterius clientelæ ſe ſubmittere ſubditos, niſi forſan indefenſi maneant aut Princeps " ſit Tyrannus.

51. Quibus tamen rationibus haud moti; Hagæ Comitis plenipotentiarium conſtituunt ad ſollicitandum militem Batavum, pro urbis præſidio. Interim contra Civitatem prodit ſententia Cæſarea, ſubſecutis executorialibus, Quo tanto acrius expetuntur Subſidia Hollandica, ubi tandem deputatus Civitatis, in hæc erupiſſe verba dicitur; *Si Monaſterienſes in Hollandia audiri nequeant, tractaturos ſe cum Suecis, ſi nec illi velint, malle ſe Turcæ imo Dæmonis quam Epiſco-*

52. *pi subesse Imperio.* Atque ut urbs
imperata non faciens, ad obse-
quium stringeretur, postquam à
Cæsare sub pœna banni revocatio
Ablegatorum è Belgio confœde-
rato mandata esset, destinat legio-
nes in Westfaliam Cæsar, quæ
multum protestante Monasterio,
sumptibus Dioecesanis sustenta-
53. tæ sunt. Anno 1660. Batavi Mo-
nasteriensibus pecuniam mutuan-
tur ea conditione ne fœdera cum
aliis coeant, nec alterius præsidia
admittant nisi Republ. consentien-
te. Protestatur desuper Princeps,
novaque & arctiora mandata edit
Cæsar, pro executione sententiæ
& revocandis ablegatis. Hostilia
54. parat Episcopus ac secunda & ul-
tima obsidione civitatem refracta-
riam cingit, quæ post multas velita-
tiones & eruptiones, dum per octo
menses obsidentium arma experta
esset, Principi suo, cum plenaria
submissionis tessera, juramento fir-
mata, sese dedit Anno 1661.

55. Christophorus Bernhardus in pe-
renne consummatissimæ expeditio-
nis hujus monumentum metallio-
nem, cum hac inscriptione excudi
fecit: *Monasterium ad obedientiam re-*
56. *dastnm.* Novus deinde ab eo cratus
Magistratus, sublata tribuum pote-
state, ut quæ non parum ad ob-
stinatam & improbam resistenti-
am, sæpe etiam reluctante Senatu
contribuerant, prout plerumq; dam-
nosa in Municipiis nimia harum ex-
tra sphæram licentia esse solet. Atq; 57
ultor Princeps Tribunitias domus,
ceu malorum sæpe consiliorum offi-
cinas in armamentaria, granaria, py-
robolorum & pyreumatum labora-
toria convertit; Ubi in abdicatio- 58
nem tribunitiæ authoritatis quidam
chronographice, sutoriæ domus
foribus illud Plinianum adscripsit:
Ne sVtor VLtra CrepIDaM.

Rerum Monasteriensium cir-
cumstantias has ex JOHANNIS ab 59
ALPEN, accuratissimi de vita & re-
bus Christophori Bernhardi Episc.
& Principis Monast. scriptoris
Decade lib. II. III. & IV. excerpsi.

Et prædictus invasor ex hac 60
historia dignoscat, hic non
agi de Municipio contra extero-
rum insultus absente & impedito
Domino, pro sui tutione, inter sum-
mæ necessitatis angustias, auxilia
quærente, sed de subditis in præ-
judicium & offensionem legitimi
Principis & superioris sui, non
sine rebellionis & conspirationis
labe exterorum oppetias flagitanti-
bus: Discatque, quid Prælauda- 61
tus is Princeps, de cætero Jurium
suorum observantissimus, subdi-
tis suis largiturus, si de expetendo
fœdere nostri thematis, apud Mo-
nasterienses quæstio mota fuisset,
prout ex proprio ejus argumento,
su-

ſupra *n. 50.* allato pateſcit. Atque ex facti ac theſium noſtrarum diſparitate diſpiciat, rationibus, auctoritatibus & exemplis firmo talo ſtabilitam manere *Ichnographiæ* Auctoris ZAHNII, in *præced. capit.* ſententiam, atque judicent Politicorum filii an non Aggreſſoris hujus abſurda potius ſit iniquitas, & invalidus refutationis conatus.

62. Tu interim ſcito Larvate Relvendſo, permoleſtum & intolerandum eſſe *abſurdum & invalidum* pronunciari Auctorem inconcuſſi nominis & fama celebris, cujus opus ut abſurdum & futile hactenus à ſanioribus taxatum non eſt. Addo hic ex JOHANNIS LUDOV. VIVIS *præfatione in commentarios ad Auguſtini tractatum de Civitate Dei.* Quod nec legeris, nec forſan ſi legeris, inveneris uſque adeo multa, quæ convellas, vel ipſe ſi tantundem præſtare tentes, vel non valeas, vel ſudes ſatis. Et hæc pro hac Apologia & libri primi tractatione

SATIS.

POLITIÆ MUNICIPALIS LIBER SECUNDUS,

Exhibens

Jura Municipalia, intuitu ipsius Magistratus & Universitatis.

Caput I.

DE MUNICIPIORUM JURE ELIGENDI MAGISTRATUM VEL SENATUM, von freyer Rahts-Wahl/ UBI & DE SENATORIBUS.

SUMMARIA.

1. *Magistratus nomen quidam à Magis Persarum ducunt.*
2. *Glossa nomen id à τὸ major derivat.*
3. *Quidam à magis ter.*
4. *Magistratus à Magister recte etymon trabit. Vanitas allusionum contemnenda.*
5. *Magistratus nomen quando Romæ invaluerit?*
6. *Magistratus quid denotet?*
7. *Magistratus gerunt vices Principis.*
8. *Magistratus inferiores sunt ministri legum.*
9. *Magistratus Municipalis, quis?*
10. *Magistratus vox, duplicis significationis.*
11. *Magistratum esse ambulatorium, tam Reipublicæ, quam ipsis Magistratum gerentibus, utile est.*

12. *Durabile nimis regimen administratores insolentiores reddit.*
13. *Honorum continuatio libertati publicæ obest.*
14. *Superbiæ perpetui Magistratus exempla.*
15. *Exemplum Scipionis Africani, recusantis perpetuum Consulatum.*
16. *Bene de republica meritis aditus ad honores non præcludendus.*
17. *Grata est inter cives æqualitas.*
18. *Gratiores adhuc inter cives sunt discursus Magistrales.*
19. *Senatus ambulatorius reddit studiosiores virtutis.*
20. *Ubi Magistratus non est perpetuus, ibi id agunt, ne in posterum excludantur.*
21. *Magistratus perpetui creatio efficit, ut studia in Municipiis vilescant.*
22. *In oppidulis Senatus honor est summus.*
23. *Ob rationes reddendas Magistratus ambulatorius facilius convenitur.*
24. *Exemplum Claudii.*
25. *Poloni ob perpetuitatem Palatinatus taxati.*
26. *Remittendus est animus à curarum mole.*
27. *Exempla eorum, qui ob curam rei familiaris à functionibus publicis respirarunt.*
28. *Honos onus; Regiminis incommoda.*
29. *Pallia Senatoria multis miseriis sunt referta.*
30. *Magistratus trium meminisse debet.*
31. *Officia perpetua sunt ingrata, licet fidelia:*
32 *Vulgo sicut pueris omne novum est in pretio.*
33 *Beneficia florum instar sunt, facile exarescunt.*
34. *Præcipue illa quæ civitati conferuntur.*
35 *Optimum vulgaris vitii hujus remedium.*
36. *Officia in tempore deponenda.*
37. *Exemplo testudinum multi inter natandi oblectamenta obruuntur.*
38. *Episcopus ob plebis malitiam regimen recte abdicat.*
39. *Renunciatio licita est, nec honori obstat.*
40. *Incommoda regiminis annui.*
41. *Consules in Magistratu ambulatorio similes sunt abacorum calculis.*
42. *Ambulatorius Magistratus notat statum Democraticum.*
43. *Dulcedo nominis,* der freyen Rahts-Wahl.

44. *Perpetua potestas in Regnis & Provinciis ob tyrannidem est periculosa, secus est in officio Magistratus Municipalis.*
45. *Novi Magistratus nova quæque appetunt.*
46. *Magistratus temporarius facile connivet.*
47. *Quinam ex eligentibus non faveant Magistratui.*
48. *Officium ad finem decurrens segnius expeditur.*
49. *Ambulatorii Magistratus incommoda â Principe reformanda sunt.*
50. *Conservatio jurium, ne in perniciem civitatis vertantur.*
51. *Ab honoribus venalibus excluduntur tenues & inidonei.*
52. *Non simul integer Senatus relegendus.*
53. *Ordinatio Civitatis Lippiæ,* Herrschafftlich *Reglement.*
54. *Repudiati,* die man sitzen lässet/*mox iterum recipiuntur.*
55. *A- & Exconsulum taxationes & censuræ.*
56. *Cur mutatio Magistratus fiat circa festum D. Petri.*
57. *Sæpe novos administratores, ut novas hirudines & muscas, recipere molestum est.*
58. *Natura ordo vicissitudines amat.*
59. *Antiquus & receptus modus, eligendi per vices.*
60. *Electio Magistratus pertinet ad jurisdictionem Municipalem.*
61. *Nota tamen superioritatis Principis circa eam reservata.*
62. *Confirmatio Magistratus â Principe, quid operetur?*
63. *Quid faciendum Magistratui, si Princeps eum confirmare nolit.*
64. *Olim Magistratus electio fuit Regale.*
65. *Diis secundis relinquenda officia minora.*
66. *Quis modus eligendi melior?*
67. *Jus eligendi traditum aliquibus ê populo.*
68. *Creatio Magistratus Romani olim â populo facta.*
69. *Antiquus eligendi modus in Municipiis servandus.*
70. *Convivium â noviter electis quandoque dandum.*
71. *Desuper jus Bremense.*
72. *Eligentium numerus ex tribubus.*
73. *An paria eligentium vota sorti committenda?*
74. *Sorti non temere hic committendum.*
75. *Municipia in quasi possessione eligendi manutenenda?*
76. *Decuriones & Duumviri, unde sumantur?*
77. *Decuriones, unde dicti?*

78. *Senatores â senio vocantur; Inde Italice Signore. Annii Prisci exemplum.*
79. Rahts-Herren *aliquando â* rahten *dicti.*
80. *Quinam inter plures eodem tempore electos præferantur?*
81. *Senatus necessitas.*
82. *Consulum & Senatorum juramentum.*
83. *Quid contineat?*
84. *Quomodo juramentum hoc interpretandum?*
85. *Consulum & Senatorum officia anuua.*
86. *Officia non diuturna libertati conveniunt.*
87. *Officia Senatoria etiam jure locali sunt annua.*
88. *Deposito officio respondendum de gestis.*
89. *Delicta stante officio commissa sunt odiosa.*
90. *Quinam in Senatum non assumendi?*
91. *Senatorius ordo vitio carebit.*
92. *Quinam ex debitoribus civitatis non eligendi?*
93. *Cur notati infamia ineligibiles?*
94. *Non distinguitur, qualis sit infamia.*
95. *Per sententiam quis esse debet declaratus infamis.*
96. *Arcendæ sunt personæ viles.*
97. *Cur sordidi negotiatores non sumendi?*
98. *Lex Thebanorum de assumendis in Senatum.*
99. *Artifices manuarii in militia non arcentur à dignitatibus.*
100. *Humili loco nati non excludendi.*
101. *Quid de iis, qui in religione sani non sunt?*
102. *Quid de Separatistis & Quakeris?*
103. *Officiales Principis in Senatum non sumendi.*
104. *Desuper statutum Hamburgense.*
105. *Nisi Ministerium cum Senatu sit compatibile.*
106. *Advenæ & novelli cives non statim in Senatum cooptandi.*
107. *Mores civium Magistratui debent esse cogniti.*
108. *Statutum Eslingense desuper. Cœlibatus non obstat.*
109. *Electi in Senatum, si modo extra civitatem degant, cogi possunt, ut revertantur.*
110. *Idem hoc evenit in ipsis eligentibus.*
111. *Electus semel si recuset, non potest postea pœnitere.*

112.

112. *Quando in eligentibus pœnitentiæ locus est?*
113. *Consul nemo amplius quam semel esse cogitur, quod limitatur.*
114. *Coactionis ad Consulatum rara sunt exempla.*
115. *Lex in detrectantes officia merito dicitur virgo illibata.*
116. *Sit dignitas hæc honos vel onus, semper per vices deferenda.*
117. *Detrectantes intra decendium appellare possunt.*
118. *Nisi à Principe confirmatio facta.*
119. *Modo confirmatio facta sine appellatione interposita.*
120. *A nominatione permittenda appellatio.*
121. *Post susceptum Magistratum cessat appellatio.*
122. Chur- vel Köhr-Herren.
123. *Quandoque electio restricta ad certas tribus.*
124. *Eligentes ex indigni electione Reipublicæ tenentur.*
125. *Et jure eligendi privantur.*
126. *Electio indigni non censetur dolo facta.*
127. *Quid si appareat, studio electum esse indignum.*
128. *Indigne præterito competit actio.*
129. *Qui dolo impedit testatorem ne leget, is tenetur.*
130. *Potius contemnenda ista injuria.*
131. *Bruta gregibus suis præficiunt maxima corpora.*
132. *De reparando damno per pravam electionem dato, Novell. Justin.*
133. *Electio plerumque fit, ut animi passio eligentium fert.*
134. *Electio ex odio aut inimicitia valet.*
135. *Electio per seditionem est illegitima.*
136. *Stolida quorundam religio circa juramentum eligentium.*
137. *Distrahitur Respublica, cum magis quorum illa in manu, quam ut incolumis sit, quæritur.*
138. *Insolita cautela & in juramentis sunt suspecta.*
119. *Juramentum silentii inter ipsos eligentes.*
140. *Ob jurantium levitatem juramenta non sunt deferenda.*
141. *Perjurium Atheismo detestabilius.*
142. *Homicida est perjurium permittens.*
143. *Juramentum calumniæ non appretiatur unum obolum.*
144. *Mercurio Planetæ assimilatur juramentum.*
145. *Mercurius eloquentiæ & mendaciorum Patronus.*
146. *Quidam curant juramenta, ut domus vetusta fumum.*

147. *Gravius puniendum perjurium, quia facilius pejeratur.*
148. Schweren *unde dictum?*
149. *Quatenus Bremæ eligentes jurent?*
150. *Consanguinitas suspicionem inducit.*
151. *Infeudatio à Prælato facta consanguineo, non subsistit.*
152. *Naturale est, propinquos habere charos.*
153. *In conferendis beneficiis servandi gradus societatis hominum.*
154. *Hodie ex observantia arcentur è Senatu certo gradu juncti.*
155 *Ratio hujus observantiæ.*
156. *Desuper statutum Lubecense.*
157. *Item Bremense.*
158. *Restrictio observantiæ hujus.*
159. *Quinam hic Patris appellatione veniant?*
160. *Quid de fratribus statuendum?*
161. *Quid de affinibus?*
162. *Excipitur hic necessitas in parvis Municipiis.*
163. *An quis se ipsum possit eligere.*
164. *Relatorum utrumque in eandem nequit subsistere persona.*
165. *Operam ingerenti non fidendum.*
166. *Joannes Papa eo, quod se ipsum nominasset, sede motus est.*
167. *Impudentia evitanda.*
168. Einem das Rahts-Küssen nach Hause schicken.
169. *Ratio moris hujus.*
170. *Causæ, ob quas remotio è Senatu licita.*
171. *Reverenda est dignitas.*
172. *Corruptio Senatoris grave malum.*
173. *Et revelatio arcani.*
174. *Quæ negligentia Senatori noceat?*
175. *Semel senatu motus non repetendus, idque ob vindictæ metum.*
176. *Senator prius suspendendus quam removendus.*
177. *Nec sine causæ cognitione amovendus.*
178. *Cæteroquin agi potest possessorio recuperandæ.*
179. *Et actione injuriarum.*
180. *Etiam à Principe spoliatus restituendus.*
181. *Exemplum Senatus Stralsundensis.*

182 *Numerus Sanatorum in Municipiis non ſit exceſſivus.*
183. *Exconſules & Exſenatores dignitatem retinent.*
184. *Prior receptus honoratior eſt.*
185. *Ultimo regens inter Conſules præcedit.*
186. *Abdicatio ab officio Magiſtratus videtur illicita.*
187. *Ad quæ cogi poſſumus, ea abdicare non poſſumus.*
188. *Deſuper Jus Lubecenſe.*
189. *Cauſæ juſtæ reſignationis.*
190. *Neceſſe eſt, accedat ratificatio Principis, ob diſpenſationem à juramento.*
191. *Niſi fiat renunciatio ante præſtitum juramentum.*
192. *Manet abdicatis priſtinus ordo honoris.*
193. *Exceptio hujus.*
194. *Concluſio capitis.*

1. Electione in Municipiis conſtitui Magiſtratum, nemini ignotum eſt, unde autem Magiſtratus nomen habeat, & quid denotet, huic materiæ præmittendum erit.

Nomen *Magiſtratus* quidam à Magis Perſarum ſapientibus, quidam ab adverbio *Magis* dictum volun, *ut eſt apud* WERDENHAGEN *in Polit. General. lib. III. cap. 18.*

2. Gloſſa nomen *Magiſtratus* derivat quod in majori ſint ſtatione *in Clem. 2. verb. doctoratus de Magiſtr.* ſicut *Miniſter* qui minor eſt in ſtatione, ſed merito inepta hæc dicitur
3. derivatio auctorem habens ISIDORUM HISPALENS. *Epiſc.* Et magis adhuc ridiculi ſunt, qui vocem deducunt à *Magiſter* quod ter aliis eruditis major ſit. Teſte WISSEMBACH. *ad l. 57. ff. de V. S. n. 2.* potius, hinc Magiſtratus dicuntur quia per imperia ſunt potiores privatis THOLOS. *de Rep. lib. XVIII. c. 2. n. 9.* qui magis, quam cæteri diligentiam & ſolicitueinem rebus quibus præſunt, debent, hi dicuntur Magiſtri. Sicut Magiſter haſtæ 4.
qui auctionibus præeſt, Magiſter pecoris ipſe cuſtos, Magiſter navis cui cura navis demandata eſt. ALCIAT. *ad all. l. 75. de V. S. n. 3. 4. 5.* Ergo à *Magiſtro* nomen dationem ſuam non in concinne trahit Magiſtratus per *U. l. 57. ff. de Rerb. ſignif.* Et mirum eſt cùm ad initialia verba tam egregie & ingenioſe alludunt, cur non ad finalia idem faciant, & *ſtratum* à *ſterno* derivent, ut ita Magiſtratus, quaſi ejus Status, magis ſit ſtratus, quam aliorum civium, dicatur, cujus alluſionis ſeu ſoni ſimilitudini eandem vim & rationem eſſe

esse puto, quæ est in derivatione testamenti â testatione & mente, de quo vide Bachov. *ad Tr. disp. de testam. lit. A. hujusmodi notationes salse ludentem.* De quibus recte dicimus cum Justiniano *in l. 2. §. 2. C. de Constit. pecun.* cum de sensu constat, vana vocabula curanda non sunt.

5. Nomen hoc tunc temporis Romæ invaluit, quo creatus est Magister populi, â quo qui minorem potestatem acceperant, dicti sunt Magistratus, quia minores erant, quam hi ministri, sicut ab *albo* derivatur *albatus*; prout hæc explicat Varro *lib. IV. Ling. Latin.* Sed generaliter hæc vox significat eos qui in potestate aliqua sunt constituti, quod explicat Cic. *lib. III.*
6. *de leg.* Videtis igitur, hanc esse Magistratus vim, ut præsit præscribatque recta & utilia & conjuncta cum legibus. Ut enim Magistratibus leges, ita populo præsunt Magistratus, vereque dici potest, Magistratum esse legem loquentem, legem autem esse mutum Magistratum. Aliæ nationes aliis nominibus ejusmodi Magistros nominarunt, ut præpositos Tribunos, Decanos, Deos, Judices, Principes, archontes, potestates, Italis La podestà, Petr. Gregor. *de Republ. lib. IV. cap. 5. n. 2.*

7. Igitur Magistratus proprie suffecti sunt in locum populi & Principis, vel aliorum, qui per se potestatem aliquam habent, quam vel exercere nolunt vel non possunt. Sicut enim Principes, sic & Vicarii eorum publicam curam suscipiunt, nomine Principum, non suo, dicuntur que publicæ personæ, §. *Nos autem 5. J. de Attil. tut.* Imo Magistratus dicitur Civitatis Princeps, *l. spadonem 15. §. si civitatis 9. ff. de Excus. tut.* Atque ut Princeps legum publicarum habent potestatem *l. leges sacratissimæ C. de L L.* Ita & istis concesserunt legum executionem & conservationem *l. injuriam 13. §. 1. ff.*
de Injur. Itaque inferiores Magi- 8.
stratus, de quibus nobis sermo est, sunt Ministri legum, non arbitri & in negotiis occurrentibus id observare debent, quod religio suggerit *l. 79. ff. de jud.* Rittersh. *ad Nov. p. IX. c. 6. n. 123.* Unde & pro anima legis sunt Magistratus, alioquin enim parum esset jura in civitate esse, nisi sint qui ad effectum ea deducant *l. 2. §. post originem ff. de orig. Jur.* Petr. Gregor. *Synt. lib. VIII. c. 3. n. 4.*
Magistratus autem Municipalis, 9.
nobis est persona publica quæ jurisdictioni præest in Municipiis *l. 13 §. 1. ff. de Jurisdict.* Nec obstat quod dicitur *in l. 32. ff. de injur.* minores Magistratus potestatem

 non

non habere: Quia potestas ibi sumitur pro Majestate, sacrove regali seu imperio, quod Consules Romanos habuisse notum est. Liv. *Lib. II. arg. l. 13. §. 1. ff. de jurisdict.*
10. Duplicem autem vox Magistratus habet significationem: aut enim *personam ipsam* demonstrat, ut cum dicitur: Magistratus jussit, *aut honorem*, ut cum dicitur: Titio Magistratus datus est. Festus ubi & magistrare exponit pro regere, temperare, moderari.

11. Quærunt autem Politici, utrum præstet Magistratum ambulatorium vel perpetuum, perennem & vicissitudinis expertem esse? Et in eo major illorum pars convenit, prius tam ipsi Reip. quam ipsis Magistratum gerentibus utilissimum esse. *Reipublicæ.* Ex notis hisce cuivis rationibus.

12. (I.) Ne nimirum durabile nimis regimen administratores, insolentiores, ferociores, audacesque nimium reddat: juxta illud: Superbiunt homines annua designatione, quid si honorem per quinquennium agitent? Tacit. 2.
13. *Annal.* Est enim insolens res & prope intolerabilis, nimia illa aliis imperandi & cupiditas & licentia Omphal. *Civil. Polit. lib. I. cap. 7. n. 5.* Tum & (II.) Honores non sunt continuandi, ne aucta firmataque diuturnitate temporis potestas, & libertas publica imminuatur. Gloss. *ad L. Jul. C. de ambit. & in l. Divus 18. ff. ad Municip.* Wesemb. *in parat. ff. de Decur. n. 3.* Hinc designati Con- 14.
sules Romani, more recepto gratias agebant populo, cujus suffrationibus facti essent augustiores. Omphal. *dict. loc.*

Propter Hyperionis superbiam Megarenses annuos crearunt Magistratus Pausan. *in Attic.* Hannibal, cum ordo Judicum Carthagine dominaretur, eò maxime, quod iidem perpetui essent, ambulatoria fecit eorum officia. Liv. *lib. XXXV.*

Scipio Africanus cum ei conti- 15.
nuum per omnes vitæ annos Consulatum, perpetuamque Dictaturam tribuere vellent, id neque sibi, plebiscito, neque Senatus Consulto decerni, patiendo, tantum in recusandis honoribus se gessit, quam ageret in merendo Val. M. *lib. IV.*

(III.) Ne bonis & bene de 16.
Rep. meritis accessus ad Consulatum perpetuitate Consulum præcludatur: Recte enim ait *idem* Tacit. vix per singulos annos offensiones vitari, quamvis repulsam spes propinqua soletur; Quantum itaque odii futurum ab his qui ultra quinquennium projiciuntur.

Tam

17. Tam grata eſt in civitatibus æqualitas, velintque omnes cives capaces eſſe ſceptri CASSIODOR. *L. III. Polit. cap. 3.* Plebs Romana non quievit, niſi admitterentur ad Magiſtratus Curules. Status popularis eſt, Magiſtratum nullum habere perpetuum; Nec vero ſi plures inter cives officio digni ſint unus præ altero excludi debet, quod in perpetuitate officiorum fieret, tum quia unius virtus neſcit alterius imperio ſubjici. ARISTOT. *lib. VI. Polit. cap. 2.* TACIT. *2. Annal.* Et evileſcit ardor virtutis, niſi honore alatur. *Senec.* Idem carpebat Cato, quoties idem Magiſtratus ſæpius reficeretur, quaſi plures digni non eſſent. PLUT. *in Caton.*

18. Et hodie civibus noſtris, inter curas rei familiaris, nihil gratius eſt, quam ut interdum, diſcurſus Magiſtrales injicere fas ſit, & quæ in regimine civitatico emendare non poſſunt, cenſuræ ſaltem ſubjicere ipſis liceat.

19. (IV.) Ut multi, qui ad honores, quos unicuique ſingulis annis patere vident, aſpirant, ſtudioſiores virtuti reddantur, atque ii qui
20. regimen ſibi creditum breviſſimis circumſeptum, & incluſum terminis ac ſpaciis ſciunt, ita agant, ne à futuris ſucceſſoribus in perpetuum excludantur.

Si enim paucis ſaltem & in perpetuum clavus reipubl. concredendus, etiam ſtudia liberaliora in Municipiis evileſcerent, cum quisque dubitare debeat, num tandem ex paucis unus ſit futurus. Quam 22. 21.
plurimis in oppidulis ſupremum hoc honoris faſtigium eſt, aſſumi in Senatum, ubi ſæpe auditur illud: **Wer wolte ſeine Kinder ſtudiren laſſen wann ſie hernach nicht Hoffnung haben ſolten / in den Raht zu kommen?**

(V) Videtur & hoc ſuadere ipſa juſtitia, ut nimirum annui & ambulatorii, depoſito Magiſtratu ad reddendas rationes adminiſtrationis cogi, & ſubinde ob dolum culpamve, ut privati, conveniri queant. Hac voce Tribuni minitabantur Manlio *apud.* LIVIUM, quod privatus redditurus ſit rationes, quoniam Conſul noluiſſet. Nec novum eſt, Magiſtratibus, etiam depoſito officio, litem poſſe intendi, ut ex reſcripto D. Hadriani notum *l. pars literarum 48. ff. de Judic.* Claudius vetuit, Magiſtratus in provinciis vertente anno, manere cum legatione ne Magiſtratuum continuatione, tempus exigendarum rationum eluderetur. DION. *in Claud.* Hinc MICHOV. taxat Polonos, quod Palatinos, Caſtellanos, & Capitaneos faciant perpetuos quia compertum, ait, eſt, 23. 24. 25.

eos neglecto publico commodo, inpropria intentos esse, cum timere non habeant, ut vertente Magistratu, ratio administrationis ab iis exigatur CHRON. *lib. I. cap. 4.*

26. Superioribus rationibus & maxime (VI.) hæc addenda; ut qui uno anno, onus Consulare vel senatorium sustulit, maxime hoc miserrimo tempore, ubi pulpita curiarum lacrymis miserabilium madent, ubi inter fletus & gemitus vix cosilio locus, ubi prudentissimi hominis acumen durissimas sæpe difficultates quibus res civicæ circumseptæ sunt, penetrare non potis est, ut inquam habeat, quo animum alienis curis imple-

27. tum, tandem remitrere possit. Ob hanc rationem mutabiles facti sunt Magistratus Veneti, quod alias rei familiari consulere non potuissent. Et nisi Pritanes Athenienses, post annum ad res suas rediissent, non potuissent, sine jactura familiæ, totos dies in Pritanæo causas audire. *Ex* JANOTT. *de Rep. Ven.* ULPIANO *in Timocl. poll recenset* ARNISÆUS *in Polit. cap.* 13. Addendo quod propterea Athenienses, Carthaginenses, Megarenses, Hædui, ac omnes ferè populares Civitates, ambulatorios

28. constituerint officiales. Nam omnis honos & onus est, Würde ist Bürde. Atque optima ratione Johannes II. Arragoniæ & Siciliæ Rex, felicem exclamavit pauperum conditionem, illorumque securam vitam, & beatam, qui panem comedunt in sudore vultus sui, & qui vivunt labore manuum suarum; addendo: Mihi misero quid regnum? quid homines, quid obsequia contulerunt? quid? labores magnos, & multa corporis atque animæ pericula, nec unquam ætate longa, potui mihi dies aliquos videre bonos. MARINAS. *de Reb. Hisp. lib. II. C. 1. n. 14* Demostenes ait, si alterum mihi sit eligendum, in exilium abire malim, quam in tribunal & suggestum PLUT. Et quod Antigonus Rex de diademate dixit, id majori ratione in pallia nostra Consularia & Senatoria quadrat: O nobilem magis quam felicem pannum quem si penitus, quis cognoscat, quam multis solicitudinibus & miseriis sit refertus, ne humi quidem jacentem tollere vellet, VALER. MAX. *lib. II. cap. 2.* *Et* OVID *lib III. trist. Crede mihi bene qui latuit bene vixit.* Eo facit nostrum: Ein vergessener Mann ist ein glücklicher Mann.

Recte enim Agathon dixit: Magistratum trium meminisse oportere, primum quod imperare

ret hominibus; deinde, quod ſe-
cundum leges, tertium, quod non
ſemper Stobæ. *ſermon. 43.* Deinde
expedit Magiſtratus ambulatori-
us & ipſis Magiſtratum gerenti-
31. bus: Quia officia, etſi fideliſſi-
ma, ſi continua & perpetua, vul-
go, cui, ſicut pueris, omne no-
vum in pretio eſt, *ut ait* Seneca,
& ex opinione omnia judicat Cic.
32. *pro Roſc.* ingrata redduntur. Be-
neficium collatum in puerum per-
ditur; quia ſuccreſcente ætatula,
oblivioni facillime datur: Perdi-
tur itidem collatum in ſenem,
quia mors in ejus hærede memo-
33. riam & gratitudinem tollit; Peſſi-
me autem perditur collatum meri-
tum in populum, cum nemo pri-
vatim ſibi attribuat, quod in pub-
licum impenſum eſt. Marmix
*Reſol. polit. in addit, ad ſect. 1. n.
13.* Et apud vulgum cupiditas ac-
cipiendorum, oblivionem facit ac-
ceptorum Senec. *de beneſ.* Quam
plurimi utuntur beneficiis ceu flo-
ribus, tam diu gratis quam diu re-
centibus Strad. *de bell. Belgic.
Lib. I.* Breves & infauſti, populi
ſemper amores Tacit. *lib. II. An-
nal.* Nemo civium, ſuum reputat
honorem aut beneficium, quod
in univerſam confertur communi-
tatem, offenſam tamen & ſuſpi-
cionem omnes ad ſe arbitrantur
pertinere, ſi præmio afficiendus
aliquis, vix pauculi ſuffragantur,
contra ut reum faciant, nemo
non ſatagit Savedr. *Symb. polit.
16.* Communitas quippe frontem
non habet, quæ poſſit erubeſcere
Id ibid.

Suaviter canit Poeta Gallus:

Les chaines des bienfaits, ſont de
chaines de roſes,
On le rompt aiſement & pour de
moindres choſes,

ſparſa in commune gratia, ab
omnibus accipitur, redditur à ne-
mine Strad. *d. loc. de Bell. Belg.*
Legeram & hominum dari genus,
quos tutius eſſet offendiſſe, quam
officiis demeruiſſe; Non crede-
bam donec experientia fidem fe-
cit; multo eſſe periculoſius malis
bene facere, quam bonis male.
Erasm. *Cent. 4. Epiſt. 6.* In me-
moriam hiec venit illud cujusdam 34.
dicentis. **Wann jemand auch die
Stadt mit einer güldenen Ket-
ten ümzöge / so hätte er doch kei-
nen Danck davon / man würde
das Ende davon dennoch mit
Koht beunflätigen.** Sed optimum 35.
in hoc vulgari vitio eſt, non meri-
tis & gratitudini ſtudere, ſed bo-
næ conſcientiæ, cum juxta Sene-
cam. recte factorum ſola merces
ſit feciſſe; Ergo conſultius eſt
ſarcinam abjicere tempeſtive,
quam ſub onere iniquo concidere.
Erasm. Ac ſalutare eſt monitum 36.
Hi-

Historici : Cum plerosque opulentissimorum Mercatorum in fine fallere, nominibusque renunciare, navigantium mergi, gubernantium male finire videamus; Quid melius quam officia, ut onera diu circumlata, in tempore leniter deponere? Honor enim tam anxie & laboriose diu quæsitus quam leviter & in Momento perditur. GUICCH.

37. Plinius de Indicis quibusdam testudinibus scribit, quod sub calore solis natatu se oblectent, illis autem delitiis tam diu indulgeant, donec ardore solis earum chelonium seu testaceum integumentum adeo indurescat & obrigeat, ut nec nare, nec moveri, nec piscatorum retia evitare queant; Sic non paucos diutinis suis officiis & honoribus delectari videmus donec nescientes inscii-
38. que obruantur. Si etiam Episcopus vel Prælatus cogitur propter malitiam plebis sæpe declinare regimen, quando plebs adeo duræ cervicis existit, ut proficere nequeat apud ipsam *C. nisi cum 10. v. propter malitiam x. de renunciat.*
39. Idem & licitum erit Consuli vel Senatori. Quemlibet enim dignitatum titulis & officiis renunciare posse scribit REINCK. *ad l. fin. C. de edend. n. 6.* Quod Consuli & Senatori ideo non durum, quia ipsis post depositum officium non minor debetur honor quam in ipso officio. PAR. DE PUT. *in l. ult. ff. de Decur.* TIRAQUELL. *tract. cessante caus. limit. 17. num 6.*

Non inficior tamen, hoc genus 4
regiminis ambulatorii, quod certis temporis periodis exuitur, & deponitur, suis etiam incommodis vix carere, ubi enim videt plebs fatuella, ex sua voce suoque arbitrio constitutionem Magistratus pendere, illosque quos sibi rectores facit, recidiva devolutione annuatim ad sortem omnibus communem redire, tunc non Consules sed ipsum annum consulatus revetetur. Uti animalculum illud Æsopicum, quod quam diu cum tauris per prata spaciatur, pro terribili reputatur bestia, cum ad paludem & ad socios revertitur, rana est ridicula : Ita etiam Consules in Ma- 4
gistratu ambulatorio sunt similes abacorum calculis, qui secundum voluntatem calculatoris modo talentum, modo obolum æreum valent : *ut ait* POLYB. *lib. V. de anlicis.* Ex hoc quod primaria urbis officia non sunt perpetua sed tem- 4
poraria & ambulatoria propriam desumi notam status Democratici, docet THOLOSAN. *de Republ. lib. V. cap. 2.* DANEUS. *lib. 6. polit cap. 5.* Quia popularis regiminis propositum est libertas, cujus ipsius pars

pars una in eo conſiſtit ut per vices imperent & pareant *Id.* THOLOS. *d. loc. n. 3. & lib. IV. cap. 5.*
43. *n. 35.* Hinc in Municipiis nihil delicatius aures vulgi perſtringit, quam clamor de libera Magiſtratus electione: Die freye Raths-Wahl/quæ clavus eſt, cui magna prærogativa appendet, & qui Municipia eo privare vellet, omnes, ex vulgi mente, civitatis columnas ſubduceret, omniaque tecta conciderent.

44. Rationes, quæ ſtant pro Senatu ambulatorio, deſumtæ ſunt præcipue ex ſtatu Democratico, cujus gubernatio honorum æqualitatem deſiderat. Ergo mutabiles Magiſtratus ſint oportet, ne dulcedine poteſtatis continuatæ illecti, ad innovandam Rempublicam, & invadendam tyrannidem, adducantur, cum per ejusmodi continuationem Tyranni ſæpe, vel ad minimum turbatores evaſerint, THOLOS *d. loc. cap. 4 n. 35.* Ideoque juxta CASSIODOR. Provinciarum dignitates annua ſucceſſione debuerunt reparari, ne diuturna poteſtate unus inſoleſceret, & multorum provectus gaudia reperirent. Verum in Municipiis ſub Principe conſtitutis non eſt, quod tyrannis timeatur, potius ſi Magiſtratus male adminiſtrat, pœnæ etiam ſubjiciendus erit, nam populus eſt mutabilis, Princeps vero ſtabilis, firmus & prudens in electione honorandorum & conſervatione honoratorum, & honor à Principe delatus, finem certi temporis ac loci non habet, *l. Jurisperitos 30. ff. de excuſat.* THOLOS. *cit. loc. de Republ. n. 36.* Ubi de mutatione 45.
Magiſtratus hæc addit: Mutatio Magiſtratuum nihil boni adfert Reipublicæ, ſed potius detrimentum. Nullus enim eſt ad Magiſtratum noviter adſcitus, qui non ſemper apportet quid novi, cui non diſpliceat aliquid ex ſtylo majorum, & jam cœpta ſub præcedentibus irrita fiunt, antequam nuper adeptus Magiſtratum, ea vel recenſere poſſit vel cognoſcere; Ut juxta Ulpianum tolerabilius ſit, abſentem judicem, qui ſemel cognoverit, tantiſper exſpectare, quam judici novo rem rurſum judicandam committere, *l. præter 13. in fin. ff. de vacat. & excuſ. Mun.*

Huic accedit alia ratio, quod 46.
Magiſtratus temporarius non ita ſe opponit, malorum inſolentiæ, nec crimina perditorum tam audacter punire audet, quam is, qui de perpetua auctoritate Magiſtratus, quam diu rite functus fuerit officio, ſecurus eſt, ut liquet (*ait* THOLOS. *cit. loc.*) quotidianis exemplis adminiſtrantium Municipales Magiſtratus, quos vocant *Con-*

fules, *Eschevinos* (nos autem Amtmannos, Camerarios sive Pro-Consules) qui strenue magis & fortiter justitiam excolere solent, si non à volubili vulgi arbitrio, sed à Majori dependent. Unde
47. Consul reeligendus non facile, propitium habebit illum ex eligentibus, der Chur-Herren/ nobis Bau-Richter / contra quem olim forte executionem mandavit, vel si nescio, quid rancoris alta mente penes ipsos manseris repostum.

48. Tandem etiam probat experientia, quod in annua mutatione officium Magistratus ad finem decurrens negligentius administretur, ubi expeditu difficilia ambigua & ponderosa successoribus explicanda pro arrha relinquuntur, hi rursus qua possunt dilatione ea subsequentibus destinant, donec onus illud coutinua volutatione instar globi nivei adauctum, integrum Senatum supprimat.

Summa, abusus liberæ electio-
49. nis, der freyen Rahts-Wahl/ magnos ciet motus in Municipiis, nam ejus gratia varia inter plebejos (quibus tamen in dispendium opificii, res civicas tractare, quam maxime est volupe) instituuntur sympofia, weil auf denen Bier-Bäncken der Raht zuerst gewählet / und allerhand Kuperey gepflogen wird / ut merito Principes & Domini territorii, pro conservando bono publico unum vel alterum Con- & Pro-Consulem constituant perpetuum, tamdiu in officio stantem, donec recte egerit. 50.

Conservatio Jurium Municipalium unicuique civium cordi quidem esse debet, optandum autem, ne speciosum privilegiorum nomen, in perniciem civitatis rerumque publicarum convertatur.
Nam experientia nos docuit, quod 51.
ad honores sæpe non evehantur, qui illos mercari non possunt, qui licet sat idonei sint, sed dextera tenent lapidem inopiæ, qui eos remoratur, cum altera sustinent ingenii alas, quibus si darentur & non venirent Magistratus, emergere ex latebris possent, THOLOS. *de Rep. lib. IV. cap. 6. n. 4. Princ.*

Aliquibus in locis & salutari 52.
instituto invaluit, non ut omnis simul Senatus, sed unus annuatim Con- & Pro Consul mutetur, quo fit, ut reliqui cæteros de rebus peragendis informent, nec in spem annuæ dimissionis expedienda successoribus committant. Convenit ergo, ne semel electus & statione sua dignus pro levitate eligentium sine merito rursus rejiciatur. 53.
Eo collimat Ordinatio nostra civica, vulgo das Herrschaffti-

liche Reglement de Anno 1700. in verbis artic. 12. Indem auch ferner beyderseits Herrschafften mißhellig vernehmen/ wie die dortige Rahts-Wahl mehr von Passionen des gemeinen Pöbels/ als von Verständiger Gutfinden reguliret / und dahero erfahrne und verständige Leute mehrentheils zurück gesetzet / hingegen die/ so cum plebe in guter Harmonie und dessen Sauffgenossen seynd/ erhaben werden/wodurch also salus publica und der gantzen Stadt Aufnehmen nicht allein leiden/sondern auch die Justice vom Raht-Haus relegirt seyn muß/so haben &c.&c. gut gefunden/daß hinkünfftig kein Senatus ambulatorius mehr / sondern / &c. &c.

54. De Sinensibus testatur Lipsius, quod Deunculos suos magni haud faciunt, sed si aliquid præter spem & vota evenit, ab ipsis pœnas exigunt, atque adeo flagris cæsos in publicum sæpe exponunt; Mox tamen pœnitentia recipiunt, iterumque adorant, placant, supplicant, verbis, thure, mero. Monit. Polit. *lib. I. cap.* 3. §. 7. sic & quam sæpissime in Municipiis Magistratus habentur, qui hoc anno sub juramenti religione tanquam indigni, ab eligentibus repudiantur, die man sitzen lässet/ vel ut insolens plebecula judicat & jactat, der auf schmaler Weide / vel auf dem schmalen Mersch gehen muß/hos, anno subsequenti rursus creant & recreant, parum solliciti quatenus tres juramenti comites præsto sint, sufficit pro passionum moderamine abdicare & recipere posse.

Quibus & hoc accedit: quod A-& Exconsules illi, qui clavem regni à S. Petro expectant (ad Festum enim *S.* Petri ad Cathedram in hisce terris fiunt mutationes Senatus) Omnes Consulis actiones, Reipublicæ alias non inutiles clam palamque taxent, vituperent, damnentque, non pro salute populi, sed commodo proprio, ut nimirum ad Cathedram, quæ jam habet alium Petrum, scalas gradusque sibi admoveant. Ubi autem id, quod tam anxie ambierunt, consecuti sunt, non solum, quod in aliis carpserunt, ipsi committunt, sed & multo turpius auræ aurique populari famulantur, ut solummodo S. Petrum cum omnibus suis Petrificis sibi semper habeant propitium. 55.

Cur autem in Municipiis hisce nostris mutatio Magistratus, die Rahts-Veränderung / vel die Neue Rahts-Wahl fiat circa festum sancti istius Clavigeri, non liquet; si conjecturæ locus est, hæc ratio esse poterit, quia, ut 56.

juxta Romanam Ecclesiam D. Petrus primatus summas â Deo obtinuit, *C. Cum Beatissimus 24. quæst. 1.* & potestatem regni accepit, *C. Petrus 2. q. 2.* Hinc non inconcinnum putavit vetusta simplicitas sub auspiciis tanti Apostoli, qui summo honore eminet, etiam regiminis Civitatici fasces suscipere.

Occasione eorum, qui Magistratum, quo omni conatu adspirant, contumeliis perstringunt, vulgata recenseri solet narratio, quod quidam cum maxime contra Magistratum ejusque regimen debachatus esset, postea ipse in Senatum receptus dixerit: **Ich hätte nimmer gemeynet / daß es so redlich am Rahthause zuginge.** Facit
57. huc & illud: Quod civibus non parum molestiæ creet, novos annuatim exspectare Consules. Tyberius *apud Dion.* dixit: Hirudines veteres multo sanguine hausto quiescunt, recentium morsus autem acerrimi, cui consonum illud: Nec facile, nec celeriter præfecturæ mutandæ. Præfecti enim pecuniæ lucrique cupidi, & muscarum similes, quæ quod diutius corporibus insident, minus graves & molestæ fiunt, quippe quæ jam repletæ. Niceph. *lib. I. cap. 17.* Quod an recte huc applicari queat, ambigo: Caveat quisque, ne ve-
58. rum sit. Sed prudentiæ est, naturam ipsam, optimam veræ Politiæ magistram adhibere in consilium, quæ cœlestibus illis lucis ministris imperium quoddam & vicariam potestatem in orbem hunc inferiorem largita est quidem, non perpetuam tamen, sed statis temporibus, ut videre licet in motibus dominiisque planetarum, ne scilicet horum cura & provisione sese omnino abdicarent, neque tamen ipsi naturæ imperium sibi arrogarent. Nam illud ignorare non poterat, terram oppressum iri penitus, si semper aut Melancholia Saturni, aut furor Martis, aut Jovis severitas, aut Mercurii calliditas aut levitas Veneris, aut lunæ inconstantia rebus hisce inferioribus dominarentur. Savedr. *Symb. Polit. 54. in fin. princip.* Hinc reliquis non attentis, nostratia & omnia fere Municipia hunc, per vices eligendi Magistratum, modum legitimum minusque suspectum, (de quo Tacitus *1 Histor.* ait: Optimum quemque electio invenit, itemque cooptandi judicium integrum est, & si eligere velis, consensu monstratur) Et antiquissimum *l. 11. ff. de Decur.* Wesemb. *in parat. C. de Magistrat. Munic. n. 4.* Halicarn. *lib. VI. Antiquit.* uti & hoc de Atheniensi aliisque Græciæ civitatibus testatur Euripides *in Theseo*:

Nou

- - - *Non enim jugum*
Patitur ſub uno civitas, ſed liberam
Populus gubernat Regis inſtar per vices
Solitus in annum dignitates credere.

60. reputant atque arbitrantur.

Et hanc electionem & remotionem Magiſtratus, quam ad juriſdictionem pertinere elicitur, *ex l. 2. ff. de orig. Jur.* Municipalibus competere nemini propter notorietatem ſtyli & obſervantiæ dubium reor.

61. Pro variorum tamen locorum obſervantia Princeps ratione electionis Magiſtratus notam ſuperioritatis ſibi reſervare ſolet, ſic plurima dantur Municipia (quod jus & apud nos obtinet) ubi vel Princeps ipſe, vel Officiales, nomine Principis Magiſtratum noviter electum confirmare debent, antequam gubernationem ſuſcipiant;

62. Atque ubi hic mos invaluit, ibi electio Senatus à Principis confirmatione robur accipit, *C. inter dilectos x. de fid. inſtrum.* nullumque jus electi ante confirmationem conſequuntur, ſed qui ſeſe taliter ingerunt, jure ſuo merito privan-

63. tur, *C. avaritiæ de Elect. in 6.* Sed quid ſi Princeps confirmare nolit Senatum? Reſp. id ſuppliciter ab eo petendum, ut confirmet, alias tamen quam perſonas electas confirmare non poterit, niſi electæ ſint minus idoneæ, quia confirmatio non extendit actum, ſed tantum corroborat, *l. 58. §. 1. ff. de libert. leg.* DECIUS *in rubr. x. de confirm. util. & inutil.* BRUNNEM. *dec. 43. cent. 1. à n. 1. ad 6.*

Magiſtratus quidem creatio ma- 64.
jeſtaticum ac regale fuit, *l. unic. ff. ad L. Jul. de ambit.* de quo tamen Principes tractu temporis remiſerunt, *ſupra libr. I. cap. 5. n. 41.* Atque quemadmodum PLATO in gubernatione mundi dicit: Deum 65.
Deorum relinquere Diis ſecundis minora officia, Magiſtratuum creationem Municipalibus reliquerunt, CLAPMAR. *de arcan. rerump. l. 1. c. 14.*

A Politicis quæritur, quis 66.
modus eligendi ſit melior, is, qui fit ab omnibus civibus, vel à civibus tantum quibusdam? TIMPLER *Polit. lib. II. cap. II. quæſt. 4.* quæſtionem hanc expedit, ſtatuendo, eum modum eſſe præferendum, 67.
quo univerſus populus aliquos communi conſenſu eligit, iisque jus eligendi tradit, modo illi pauciores quibus â toto populo jus eligendi conceſſum, ſint viri boni, cæteris prudentiores bonaque fide electionem inſtituant & perficiant.
Atque hac ratione ad populum 68.
Romanum creatio Magiſtratuum pertinuit, cum Reſpublica quam maxime eſſet florentiſſima. Quæ lex non ſolum à Romulo, ſed & dein-

deinceps à Valerio Publicola Conf. lata fuit, ut qui aliter quam à populo Magistratum acciperet, Sacer esset, id est, execratus & capitalis. Ex DION. HALICARNASS. refert KNIPSCH. *de Civ. Imp. lib. II. cap. 8. n. 20.*

69. IN Municipiis certus eligendi modus sanctione quadam pragmatica constitus est, ad literam observandus, & merito ut lex Municipii atque perpetua consuetudo spectatur, *l. item eorum 6. pr. ff. quod quisque univers.* Si mos antiquus & consueta in electione officialium non serventur, totus actus dicitur nullus in *l. actuarios 7. ibique* BART. *C. de Numer. actuar. lib. XII.* Ratio quia, quod consuetum est fieri, dicitur non arbitrarium, sed necessarium, *C. ex parte 18. x. de censib.* EVERHARD. *loc. ab usitato seu solitis. n. 15.* Et quod contra consuetudinem & stylum fit, æque est nullum ac contra legem factum, quia legi comparatur. WESEMB. *d. cons. 260. n. 13.* Imo Princeps, si revocaverit ejusmodi, quæ promisit servare, deceptus præsumitur ab aliis, MYNSINC. *cent. 3. obs. 41. & Consil 286. n. 4. 5. & 8.*

70. Plerisque locis receptum est, ut noviter in Senatum electus collegis suis consanguineis & ministris publicis convivium apparare debeat, quod statutis alicubi certo ferculorum numero adstrictum est, sicut Bremæ *stat. 2. in fin.* **Def** 71.
schoU einBurgemeister/oderRaht-mann im ersten Jahre / als he in dem Raht te sittende kümpt / der gantzen Witheit / de to Rade geit/ einen Dienst thun / und schall geven ses richte Koste / und nicht mehr / und des anderen Morgen mag he hebben sine Fründe to sesten Schottelen Koste/ darthe des Rades Baden und Dener, de em Raht Pflecht tho kledende / und nicht von Dienstes wegen mehr koste. Wehret/dat yt jemand brecke / de scholl yt betheaen mit thein Marck. SPECKHAN. *Cent. 2. class. 1.*

Aliquibus locis ex tribubus, **aus** 72.
den Aemtern totius civitatis, certus constituitur eligentium numerus. Apud quosdam vetus Senatus reeligit novum, **muß der alte Raht den neuen kiesen (oder wählen)** simulque per quarteria sive **Hoven** eliguntur eligentes, in quorum arbitrio est, conferre vel adimere fasces Consulares cum securi.

Ubique autem eligentes, **die Köhr-Herren** / gravissimo juramento obstringuntur, de quo *in seqq.* Sed quæritur, ubi numerus 73.
eligentium est par, an non sorte possit fieri electio, eo casu, quo utraque medietas votum mutare non

non velit? Experientia nobis tradit, sæpe tam obstinatas fuisse eligentium partes, dum neutra cedere voluerit, ut aliquot dies præter stylum, actu electionis spe victoriæ insumserint, donec tandem Syndicus vel Secretarius insolitæ expectationis pertæsus, sorte dissi-
74. dium diremerit. Ratione sortis autem hic obiter notandum, quod hic modus regulariter improbetur, cum indignnm sit, civitatem quasi jactu alearum perdere, ac sors sæpius cadat in fatuos quam in prudentes, atque ideo ea tantum sunt committenda sorti, quæ aliter confici non possunt, sed tentare fortunam, ubi consilio est opus, temerarium est, KNIPSCH. *d. cap. 8. n 28.*

75. Municipia autem in quasi possessione eligendi Magistratum manuteneri debent, POST. *de Manut. obs. 10. n. 40.*

76. Eliguntur è civibus decuriones, sive ut nunc dicimus, Senatores: Ex corpore decurionum, quod seminarium honorum Reip. est, sumuntur Duumviri vel Consules *l. honores §. is qui ff. de decur.* Qui Burgimagistri dicuntur *à* WESENB. *Con.. 40. n. 31.* De quibus in *cap.*
77. *seq. Decuriones* ita dicti, quod cum coloniæ deducerentur, decima pars migrantium consilii publici gratia conscribi, eique præfici solita fuerit *l. 239. §. decuriones ff. de V. S.*

Senatores etymon sortiuntur à 78.
Senio vel senectute, quos initio Romulus elegit centum, quorum consilio rempublicam administraret; Itaque etiam patres appellati sunt, nec vocantur *Senatores* ante, quam in senioribus sunt censi, FESTUS Quasi juveniles impetus omnes, ardoresque consenuerint, & adoleverit illa ratio, quæ suam in homine maturitatem adepta est. HOENON. *polit. disp. 4. Concl. 12.* Annius Priscus Senex cum raso capite & barba in senatum veniret, etsi vocem adferret senis, tamen quia juvenis videri corporis habitu voluit, capitolio ejectus, & omni honore privatus in exilium missus est, Rogantibus quis & cur Capitolium ingredi ausus esset; Ego Annius Priscus Senex sum, qui fit ut me non agnoscatis? Responsum ipsi: Si Annius Priscus esses non ita rasus venires; Nemo enim in senatu hoc sacro ad gubernandam rempubl. adesse fas est, nisi præter vitæ honestatem cano capite sit conspicuus. WENDELIN. *in moral. lib. I. cap. 12. in fin.*

Nomen hoc dignitatis, Italico Hispanico & Gallico idiomate tantum invaluit, ut *Dominus* appelletur Senior, *Signore*, *Señnor*, *Seigneur.*

gneur. ULPIAN. *in l. nuptæ 12. §. 1. ff. de Senator.* Senatores accipiendos ait, eos qui à patriciis & Consulibus, usque ad omnes illustres viros descendunt, quia & hi soli in senatu sententiam dicere possunt.

79. Nobis dicuntur Rats-Herren / Rahts-Verwante / Rats-Freunde / Rahts-Glieder / ex *quibus* Senatus constituitur, TIMPLER. *lib. III. polit. cap. 3. quæst. 13. in fin.* & Raht Senatus dicitur à consulendo vom Rahten und Raht-geben / sed in quibusdam sæpe accidit, ut à divinando dicantur Rahts-Herren / weil Sie das jenige / was aufm Raht-Hause vorfält / nicht wissen / sondern rahten müssen.

80. Circa electionem Senatorum notandum; Quod inter plures eodem tempore electos præferantur nobiles, licet in cæteris sint æquales, & inter nobiles ii qui diutius in Magistratu fuere & sic etiam seniores junioribus ætate præferuntur, quantumvis in cæteris sint pares. CHRISTINÆUS *decis. Belgic. 106. n. 7. & 8. vol. 5.*

81. Senatus itaque est concilium ipsam civitatem, repræsentans, pro explicandis negotiis, & pro consensu rebus gerendis accommodando. MEV. *p. 3. dec. 228. n. 2.* Nam cum grave, & cum rei familiaris jactura conjunctum sit, singulos cives, omnibus & singulis congregationibus, quæ pro Reipubl. necessitate suscipiuntur, interesse. COLER. *de Process. executiv. p. 2. cap. 3. n. 378.* & negotia, quæ haud raro celerem requirunt expeditionem, propter nimium plebis dissensum, ad quem natura faciles dicuntur homines *l. 17. §. 6. ff. de recept. arbitr.* & diversi diversa sentiant. *C. suder literis 20. in princ. x. de rescript.* necessitas perduxit curam civitatis ad concilium civitatis sive Senatum, ipsam civitatem repræsentantem MENOCH. *p. 2. Consil. 134. n. 14.* BRUNING. *de var. univ. specieb. th. 44. & seq.*

Tam consules, quam Senatores 82. Municipiis singulari sacramento obstringuntur, quod singulis vicibus, etiam continuato per casus contingentiam Consulatu, præcise repetitur; Licet alias prorogato officio, non opus sit novo juramento SURD. *cons. 261. n. 17. in fin.* Quo promittere debent se ju- 83. stitiam administraturos, cives defensuros, & quicquid privilegii & rationabilis consuetudinis habent, id eis salvum illibatumque mansurum STEPH. *de Jurisd. lib. II. p. 2. C. 2. n. 282. & seq.* Daß sie der Stadt Nutzen und Bestes befordern / Recht und Gerechtigkeit handhaben / auch auf die al-

alte Privilegia und her-gebrachte löbliche Gewohnheiten unablässig
84. halten wollen &c. Et non debet præcise illud & ad literam intelligi, sed ad æquitatem reduci *Novell. 8. tit. fin. §. & æquus ero*, PAP. *decis. 206.* WESEMB. *Cons. 53. n. 58.* Nam licet regulariter juramenti stricta sit interpretatio, ita tamen illa sumi debet, ne justitia & æquitas, quæ comes est juramenti, lædatur; Interpretatio omnis juramenti sumitur ex natura actus, cui adjungitur, imo intentio jurantis, veri similiter intendit, quam minimum sibi noceri ABBAS. PANORM. *in cap. cum Clericus in fin. x. de Verb. obl.* Ita etiam jurandum, ut propria & communis fert verborum significatio ZOES. *ad ff. de Jurejur. n. 98.* Ergo si in juramento Senatoris reperitur: Daß er so offt er gefordert wird zu Raht-Hause/willig erscheinen wolle / ita tamen sumendum, nisi inevitabili impedimento detineatur.

85. Et sicut de Jure Romano antiquo generaliter honorum continuatio est prohibita *l. honor. §. gerendorum ff. de muner l. proconsules ff. de offic. proconsul l. nemo de domesticis C. de Assess. l. unic. C. ad L. Jul. de Ambit. l. 1. 2. & 3. C. de Muner. non contin. Lib. X* GLOSSA *in l. sponte ff. de mun. & honor.* ita & Romanorum mos & ipsis proprium fuit, annua esse officia, VULT. *de feud. C. 1. num. 14.* Quo facit illud LIVII: libertatis magna 86.
est custodia, si Imperia diuturna esse non sinas, & temporis modus imponatur, quibus juris non potest, *lib. IV.*

Etiam nostro locali jure sunt 87.
annua, ut *ad initium capitis hujus* dictum est, idque *arg. l. neminem. C. de suscept. l. 3. C. de execut.* GODOFR. *in l. juxta in fin. C. de suscept.* Quod ad hoc utile, quod 88.
iterum repeto, ut Magistratus Municipalis ita se gerat, ut non injuste agat, neminique injuriam faciat, deposito namque post annum officio tenetur respondere de gestis per se in officio, *per l. nec Magistratibus. ff. de injur.* Tamque 89.
odiosa sunt, quæ officialis contra juramenti præstiti tenorem commisit, ut ejusmodi delicta, stante officio, perpetrata, etiam per testes minus idoneos probari queant. FRANC. MARC. *decis. 683. part. 2.* MART. NEOPOLIT. *Digest. Noviss. tom. 4. tit. officialis. c. 43.* ut qui sine dedecore & rubore in publicum prodire non audent, SCHÖNBORN. *lib. II. Polit cap. 6. n. 2.*

Eligi autem aut assumi in Sena- 90.
tum non debent rei criminum, *l. 21. §. 5. ff. ad Municip. l. 7. ff. de minor.* Debitores rerumpubl.

l. 6. §. 1. ff. de muner. Notati infamia. *l. 6. §. 3. ff. de decur. l. 2. C. de dignit* Viles personæ. *l. 12. ff. de decur.* Operarii sordidique negotiatores, *l. 6. C. de dignit.* aliique qui, ut ait BARCL. *in Satyr.* de sterquilino surgunt, & vix dum totis manibus rerumpublicarum
91. negotia tractare prætendunt. Vtque ideo Senatorius ordo vitio carere debet, ne qui de aliorum vitiis judicat, ipse ob delictum aliquod infamia notatus comperiatur, BESOLD *Consil.* 117. *part 3. n. 20* Et impossibile, ut alios contineat, qui se ipsum non continet, CICERO *pro L. Manil.* vel commode puniat flagitia, quibus se quoque vel affinem vel deditum esse novit, KNIPSCH. *de Civ. Imper. lib.* II. *c.* 8. *n.* 125. Imo Magistratus non tantum à crimine sed ab omni criminis suspicione liber, & virtus proprium ipsius bonum esse debet, si diu salubriter regnare velit, SCHÖNBORN. *d. loc.* Qui cæteris præsunt, aliorum judicio subjacent, & tanquam ædificia in sublimi posita, facile carpuntur. Inde veteres recens electo Magistratui faces ardentes prætulerunt, ut ceteris virtutis & æquitatis splendore prælucere noverit. PARADIN. *Symb. Herric.*

92. Quod de debitoribus civitatis in Senatorum numerum non recipiendis *n. 90.* dictum est, tunc obtinet, nisi Reipublicæ solverint aut satisfecerint vel caverint, & intelligendum de talibus, qui civitati ex administratione quid debent, non qui ex pollicitatione, mutuo, vel alio contractu obligati sunt, *all. l. 6. §. 1. ff. de muner.* BRUNNEM. *ad d. l. in C. n. 2.* quia tales debitores solent idoneis fidejussoribus vel pignoribus civitati cavere, quo casu ipsæ poterunt esse securæ, atque hoc idem est, ac si solvant, PEREZ *ad C. de debit. civit. in fin.* Hoc rationem videtur habere ex eo, quod Magistratus sint, quasi tutores civitatis; Iis autem tutela demandari nequit, qui debitores sunt pupilli, *Auth. minoris C. qui dar. tut.* Notati infamia ideo ineligibiles sunt, quia eligendi in Magistratum tales erunt, qui metuunt infamiam apud homines, præsentes & posteros, HOENON *Polit. disput. 3. concl. 20. lit. a.* hinc dicit BALDUS, quod judex debet habere duplicem salem, scientiæ, sine qua insipidus & conscientiæ, sine qua diabolicus, *in l. 2. C. de sent. ex brevic recit..* Et generaliter infamibus portæ dignitatum non patebunt, *C. 87. de R. J. in 6.* usque adeo, ut infames non solum non admittendi, sed etiam, si stante dignitate maculantur, ab ea possint removeri, *l.*

94. *l. infam. 8. C. de decur.* Nec distinguitur an infamia sit juris vel facti, cum tales cum hominibus integræ famæ ne quidem debeant communicare. *d. l. infamia l. 1. §. ait prætor. ff. de posthum. her. inst.* Dergleichen Ehrlose Persohnen werden in keinen redlichen Gesellschafften geduldet.
95. Cæterum non sufficit, ut in Magistratum eligendus, sit delatus tanquam infamis sed oportet, ut per sententiam quis sit declaratus talis, juxta MUXELLAN. *ad d. reg. 87.*

96. Arcendæ quoque sunt viles personæ: *S*olon infimæ classis cives à Magistratibus repulit. PLUT. *in Solon.* Et Romæ ante Canuleji & Julii rogationes, nullus ex plebe ad eosdem admissus fuit. LIV. *lib. III.* nec & libertis, sed solum eorum liberis aditus patuit; Et patritios tam male habuit, quod Phaleras & annulos gestari viderent à Cajo Flavio scriba (*de quo l. 2. §. 8. ff. de orig. Jur.*) ut ea omnia omnes deponerent FLOR. *epit. 9,*

97. Item sordidi negotiatores; nam qui parvis & vilibus rebus occupati sunt, sublimes & generosos spiritus concipere nequeunt, ait DEMOSTH. *in orat. de republ. ordin.* & licet ejusmodi viliores opifices per se non sint contemti, secus tamen est ratione illorum qui dignitate aliqua coruscant. *l 6. C de dignit. lib. XII.* Itaque qui sordidis artibus & abjectis opificiis utuntur, nonsolum ad dignitatem Magistratus adspirare vetantur, sed & promoti repelluntur. *Nov. 91. cap. 1.* Ergo hac in re maxime peccavit Heliogabalus, qui omnes artifices & theatricos, ad maximas imperii dignitates promovit teste HERODOT. *lib. VI.* De 98.
his Thebanorum lex quædam fuisse legitur, qua decem perpetuos annos à foro desistere coacti, nec ad Magistratum vocati fuerunt, nisi postea suis honeste acquisitis vixerint POL. *lib. VI. cap. 7.* VAL. MAX. *lib. IV. cap. 4.*
Et licet artifices manuarii non fa- 99.
cile ad dignitates civiles evehantur, hoc tamen exceptionem patitur in militia. BRUNNEM. *ad tit. C. d. dignit. n. 54.* Quæro, quid sta- 100.
tuendum de iis, qui humili & obscuro loco nati sunt? Resp. illi â Magistratu plane excludendi non sunt, quia in Magistratu eligendo virtutis maxime habenda ratio, neque enim tam homines quam hominum actiones in bene constituta Republica considerandæ, eique plurimum tribuendum, cujus animo virtus inest; Sic Deus, qui in altis habitat, respicit nihilominus humilia, suscitat ê terra inopem & de stercore pauperem erigit.

PSAL. 113. v. 6. 7. KNIPSCH. *all.*
101. *lib.* II. *c.* 8. *n.* 91. Deinde quæritur: An qui in religione ſani non ſunt, ſumendi ſint in Magiſtratum? Notum eſt, hæreticos ab omni honore eſſe excludendos, *Nov.* 45. *princ.* SCHÖNBORN. *Polit. lib.* II. *cap.* 6. *n.* 3. Hodie tamen ſecundum pacificationem Monaſterienſem & Osnabrugenſem admittendi ſunt, ii de tribus religionibus in Imperio Germanico permiſſis, eorumque in Municipiis ſemper ratio habetur, ubi reſcripta noſtra in puncto electionis expreſſum tenent illud: Ohne Unterſcheid der Religion/ &c. Me-
102. rito itaque honoris portæ non patebunt, hodiernis Separatiſtis, Donatiſtis, Quakeris, iſtiusque farinæ hominibus, qui affectata & imaginaria quadam pietate præ cæteris præcellere geſtiunt, interim Enthuſiaſticis inſpirationibus decepti, privata fovent conventicula, atque inde dum ſe à cœtu prædictarum in Imperio toleratarum religionum ſecludunt, ne quidem in republica, nedum in curiarum ſcamnis, ferendi ſunt.

103. Subjungenda denique quæſtio, quid ſtatuendum de officialibus Principis, welche der Lands-Obrigkeitlichen Herrſchafft in Eyd und Pflicht ſtehen? Dicendum eſt generaliter, duas res, magnas præſertim, non modo agere uno tempore, ſed ne cogitando quidem explicare neminem poſſe, ut ait CICERO *Philipp.* 12. Rationem dat. IMPER. *l Nemo* 14. *princ.* C. *de adſeſſ. & domeſt.* quia neceſſariis duabus rebus, unus vix ſufficit. Nec æquum eſt, omnia conferri in unum, ubi plurimum haberi copia poteſt, ut nihil relinquatur cæteris, qui æque merentur honores & munera; Et honorem ſuſtinenti munus imponi non poteſt, *l. honorem* 10. *ff. de muner. & honor.* Atque in plerisque Municipiis obſervatur, ut in Senatum non aſſumantur Officiales Principis. Idem obſervatur in civitate Hamburgenſi, teſtante ejus ſtatuto, *part.* 1. *cap. art.* 4. *verbis*: Jedoch werden diejenige/ ſo ſich in Herren und Fürſten Dienſten mit Eyden und Pflichten verwand gemacht/ ſo lange dieſelbe in den Dienſten und Eyden ſtehen/ in dem Raht nicht erwählet. Quod tamen limitationem admittit, in Miniſteriis, quæ cum Senatu non ſunt incompatibilia, ſic judicem loci ſæpe vidimus & conſulem, uno eodemque tempore; Deinde ſi quis, ſtante conſulatu, officium á Principe conſequitur, non facile illud deponere ſolet, niſi conſulatui ſit contrarium, multa enim valent, licet in caſum inciderint,

rint, à quo incipere non possunt, & incidenter sæpe permittuntur, quæ prohibentur principaliter, *l. quoties 3. C. de judiciis.*

106. Quoad advenas alienigenas, ut & novitios cives in quibusdam Municipiis etiam mos invaluit, ut hi in Senatum non promoveantur, nisi per quinquennium in numero fuerint, & separatum à parentibus domicilium habuerint; quod ita nostri effantur: **Müssen zuforderst eine Dunckreyse Bürger gewesen seyn und Hauß**

107. **gehalten haben.** Nam Magistratibus civium mores probe debent esse cogniti, quos magis habet perspectos, qui diu in civitate fuit versatus. Hinc apud Carthaginenses olim & Syracusanos, Magistratus tantum dabantur familiis vetustioribus, DIODOR *lib. II.* & apud Messalienses, nemo creabatur, nisi & liberos haberet, & ex civium sanguine per tertiam generationem ortus esset, STRABO, *lib. IV.* ARNIS. *Polit. cap. 12. v. accedit quod*, addendo, Carolum VII. Galliæ Regem statutum desuper condidisse *Anno 1431.* Quod hic

108. de quinquennio dicitur, id statuto Eslingæ confirmatum legitur, ubi peregrini in Senatum non recipiuntur, nisi integro quinquennio cives in civitate exstiterint & habitaverint, apud KNIPSCH. *lib. II. cap.* 110. *fin.* Quæritur: An obstet, quod quis uxoratus non sit? Resp. negando, hoc enim nulla ratione nititur, si secus statuatur, statuti ratio non apparet.

Electi, si in alia civitate degant, cogi possunt, ut revertantur, & officia sibi delata suscipiant, *l. 17. §. 6 ff. ad Municip.* 109.
Nisi honestis defendantur excusationibus; Non solum hoc obtinet in iis, qui in Senatum eligun- 110.
tur, sed quibusdam in locis eadem est ratio in eligentibus Senatum, **wenn von den neu-erwählten Kührherren** (nobis **Baurichtern**) **jemand aus der Stadt verreyset ist/mögen die andere auf seine Kosten so lange zehren und die Rahts-Wahl verschieben / bis er wieder kommt**; Semper enim præsumitur in culpa, ac si studio se subducat, cum singulis civibus die ante electionem indicatur, ut domi maneant.

Per ejusmodi autem excusatio- 111.
nem, aut alio modo oblatum semel recusans, non potest postea pœnitere, & acceptare electionem quam semel recusavit, nisi eligentes persistant in eadem voluntate, GLOSSA *in l. licet is fin. in fin. de procurat. in 6.* GLOSSA *in c. si tibi absenti de præbend. in 6.* SURD. *consil. 433. n.* 14.

Similiter eligentibus electione 112.

semel facta, eaque perfecta, ulterius pœnitere, aliosque eligere, non permittitur, SCHRADER. *de feud.* 10. *sect.* 10. *n.* 65. si jam electi proclamati vel publicati sunt, wenn die Bürgemeister schon ausgesprochen sind/ secus si electi durante conclavi, rursus deponuntur, quod licitum est, nam in actu electionis hoc aliquoties fieri assolet, nec prius ratione electionis jus quæsitum est, quam si jam singulis innotuit quod electi sint, reliqua sub rosa fiunt, & arctissimo juramenti vinculo ligata sunt,
113. ne pateant. Defensionem Reipublicæ nemo amplius, quam semel suscipere cogitur, *l.* 16. §. *fin. ff. de munerib.* Si tamen alii non sint æque idonei, illi qui antea gesserunt ad reassumendam semel depositam curam Reipublicæ compelli possunt, *l.* 14. §. 6. *dict. tit.*
114. Cujus quidem coactionis, præsertim si lucellum aliquod in Consulatu seu Burgimagistratu sit captandum, exemplum recens hac temporis facie exstare vix puto. Plura de coactione ad subeundum mu-
115. nus delatum vide *seq. cap* 9. Si legem quandam Municipalem super hoc ferre contingeret, dicendum foret de tali, quod dicitur de lege Academica, quæ exstat Wittebergæ, de detrectantibus Rectoratum, quod lex illa semper mansura foret virgo in perpetuum integra & illibata, TAUBM. *in Hercal. Academ. p.* 28. *post n.* 9. Ex- 116.
presse cautum reperitur *l.* 18. *ff. ad Municipal.* ne ejusmodi honores sint continui, aut enim consulatus vel Magistratus est honos aut onus; si honos, utique omnibus dignis successive merito defertur; si onus, non semper ab uno, sed per vices, ab altero quoque supportari debet, LIMN. *de jur. Publ. lib.* VIII. *c.* 5. *n.* 29. Quorum est 117.
justa querimonia, ut ait *l.* 1. C. *de magistr. Municip.* de hujusmodi compulsu licite intra decendium provocant, *l.* 6. §. 4. *ff. de Decur. l.* 8. §. *fin. ff. de vacat. muner.*

Quod si tamen non solum sit 118.
electio facta, sed & Princeps etiam electum, e. gr. Consulem confirmaverit, jam is jus appellandi vel contradicendi nullum amplius habet, quia talis persona censetur electa auctoritate Principis, unde non facile nec incommode excusare se poterit, WESEMB. *consil.* 40. *n.* 31. Et qui- 119.
dem hoc ita si persona electa & confirmata omisit appellationem, & se confirmari silentio permisit; secus ergo statuendum, si electus intra fatalia appellationis interponendæ, statim electioni reclamaverit. Nam appellatio commune est remedium & ordinarium, quod

à

à nominatione fieri ſolet, *l. 2. C. de Decurion. l. hi qui 7. l. cives. 11. C. de appellat.* Et Princeps nemini jus ſuum & idoneam facultatem excuſandi adimere intelligitur, *l. 2. §. merito. ff. ne quid in*
120. *loc. publ.* Sed appellationes à nominationibus factæ & excuſationes, tanquam juridica & legitima remedia Principes cuique permittunt, *l. ſi adſcribatur 4. C. de appellat.* ſunt enim inſtar defenſionum, quæ nemini auferendæ, & inſtar juris naturæ, *l. 2. C. de precibus Imp. offer. Clem. paſtoralis de ſent. &*
121. *re Judic.* Hoc autem ante ſuſceptum Magiſtratum fieri debet, poſtea enim non audiuntur, *l pen. §. fin. ff. de Decur. Vide de hac materia* WESEMB. *conſil. 40. per tot.*

122. Et hæc Magiſtratus creatio in Municipiis noſtris certis perſonis ad id juratis, noſtroqne idiomate Chur-Herren dictis, committitur, qui Reipublicæ jurato tenentur ad eligendum eum, qui dignus ſit, ideoqne tale formale præſcriptum habent, dat ſie willen bringen fromme barve Männer / &c.

123. In multis Municipiis reſtrictus eſt honor Senatorius ad certas quasdam tribus, quas vocant Churmäſſige Aemter / ita, ut de aliis collegiis electi non admittantur in ordinem Senatorium, ſi autem quis ex non admiſſibilibus opificio ſuo & collegio renunciet, ex eo tempore capax fit ad obeunda munia, à quibus alias excluſus fuiſſet, CHRISTIN. *ad L. Mun. Mechlin. tit. 1. art. 41.*

Ad juramentum hoc exigendum, respublica quævis ſuum habet jus proprium, quare, ſi ex 124.
indigni electione damnum tulerit Reſpublica, eligentes id reſarcire tenentur, HUGO GROT. *de jure belli & pac. lib II. c. 17. n. 3. cui adſtipulatur* CRAVETT. *conſ. 8. n. 25.* WESEMB. *conſ. 53. n. 29.* ubi ait, conſulem minus idoneum, qui eligunt aut tetinent, in culpa eſſe.

Eligens ſcienter indignum pri- 125.
vatur jure eligendi, FONTAN. *claſſ. 4. gloſſ. 10. p. 1. n. 44.* quod ibi reſtringit, verum tantum eſſe pro illa vice *n. 41.* ſi autem electio non potuit ſortiri effectum, poterit eligens iterum eligere, *n.*
49. Cæterum præſumtio pro eli- 126.
gente indignum, eſt, ut cenſeatur, id feciſſe ignoranter, non ſcienter, *n. 50.* Quod ſi autem mani- 127.
feſto conſtet, ſtudio indignum eſſe electum, inde non ſaltem Reſpublica detrimentum ſentit, verum etiam dignior, qui notorie præteritus eſt, ad intereſſe agere, & ſuper injuria queri poterit. Licet enim talis jus proprium non habeat, ad officium hoc, habet ta-
men verum jus petendi juxta alios, ſi 128.
per

per vim aut dolum in eo impediatur, GROT. *de J. B. & P. all. cap.*
129. 14. §. 3. Eodem modo, ut qui dolo impedit testatorem, ne cui leget, ei contra talem impostorem actio competit, *tot. tit.* C. *si quis aliq. testari prohibuerit.* CARPZ. *p.* 3. *const.* 5. de *f.* 8. & 9. Tali modo præteritus poterit applicare verba SALUSTII, Omnis gratia, potentia, honos, apud illos sunt, ubi illi volunt, nobis reliquerunt,
130. pericula repulsa. Verum judicio TESMARI *ad. d. loc. Grot. lit. g.* quia honores nihil aliud sunt quam maxima incommoda (maxime in plerisque Municipiis, ubi candela sæpe pretiosior est ipso ludo, cui lucet, secundum illud Gallorum, *le jeu ne vaut pas la chandelle.*) Sapienter admodum faciunt, qui injurias ejusmodi cum Camillis,
131. Catonibus aliisque viris prudenter contemnunt. Interim talia Municipia habent, quod ex brutis discant, inter quæ juxta Senecam gregibus præsunt corpora maxima & vehementissima; Non præ-
132. cedit armenta degener taurus, elephantorum gregem excelsissimus ducit, *Epist.* 90. De pravis administratoribus civitatis, quod damnum per eos civitati factum in eligentes redundet, exstat constitutio *Novell.* 128, *cap.* 16. *in fin.* his verbis: Scientibus iis, qui denominant eos, quia si quod damnum civitati contigerit, ex propriis substantiis hoc medebuntur. Verum pauca hac de re exstabunt præjudicia, ut misera sint Municipia, si hunc saltem habent regressum, illo autem haud probe 133.
attento In multis Municipiis reperitur verum esse, quod scribit Nicetas: Igitur alii atque alii (successores) varie nominabantur, sed omnes, qui sibi opporruni aut utiles essent, nominabant, de eo autem eligendo, qui optime & ex usu publico imperaret, nulli cura aut cogitatio erat. Electio ex 134.
odio aut inimicitia facta non nocet, cum publicæ utilitatis intersit creationes fieri æstimatione vera & commodo Reipublicæ, *l. unic.* C. *si propt. inimic. creat.*

Si quis forte per motum vel se- 135.
ditionem popularem sine justa & ordinaria electione in dignitate succederet, nomen Consulis Senatorisve indigne sustinet, quicquid gerit & decernit, etiam publico civitatis sigillo confirmato, non obligas cives, utut formidine potentiæ, regimen & jurisdictionem ad tempus concesserint, sed cum liberior aura aspirat, contradicendo impugnari potest, COLER. *de processibus Execut. d.* 2. *cap.* 3. *n.* 356. MEV. *ad J. Lub lib. I. tit.* 1. *princip. n.* 46.

Di-

136. Dixi *n. 22.* ejusmodi eligentes esse juratos, ubi notanda quorundam Municipiornm stolida & & inconsulta religio, quæ ab hisce personis tam horrenda sumunt juramenta, ac si non magister cujusdam oppiduli, sed Cæsar Romanus eligendus esset. Cum tamen sciant, quid in hisce electionibus experientia dicat & arguat, quam pauci eligentium sint me-
137. mores *Liviani illius:* Distrahitur laceraturque Respublica, cum magis quorum in manu sit, quam ut incolumis sit, quæritur, *lib. II.* Sciunt hæc Magistratus, & nihilominus tot apertissima & præconcepta quandoque perjuria jubent.

138. Quia juramentis simplicitas quam maxime convenit, ideo insolitæ ejus clausulæ facile simulationem arguere poterunt, ut de pactis insolitis attestatur MENOCH. *lib. III. præsumt.* 122. *n.* 65. Et quo magis contrahentes insolitas cautelas excogitant, ex hoc ipso fraus argui solet, adeo, ut quo plus cautelæ, eo plus fraudis præsumant, Dd. KLOCK. *vol. 2. consf.* 48. *n.* 9. SIXTIN. *consf. Marp. vol. 3. consf.* 12. *n.* 36. Insolitæ clausulæ contractum reddunt suspectum, HERING. *de fidejuss. cap.* 17. *n.* 13. STRYCK. *de caut. cont. sect.* 1. *cap.* 1. §. 15. Hinc non contenti eligentes quod favoris vel odii rationem habere nolint: **Nicht aus Haus-Freundschafft / Feindschafft /** sed quibusdam locis addi solet, **noch ichtwas welches die Son ne beschei-nen mag /** &c. Imo alicubi juramentum silentii præstant, digitis circulo creta conscripto impo- 139.
sitis, quod tamdiu plerumque servari solet, donec occasio divulgandi se præbeat. Huc optime facit TACIT. effatum: parvæ res magnis motibus aguntur.

Ex Jure Civili Canonicoque scimus, ob periculum perjurii & 140.
præsumptam levitatem jurantium nec feminas ad abjurandas secundas nuptias, nec Clericos ad ejiciendas concubinas cogi debere, *l. 2. C. de indict. vid. c. 3. de cohabit. cler.* Magistratus autem horum Municipiorum perjuria in electionibus committi non tantum patiuntur, sed scientes prudentesque ad perjuria cogunt. Tam atrox & grave crimen est perjurium, ut 141.
Atheismo sit detestabilius, cum perjurii Numen agnoscant quidem, ipsum tamen irridere, eique mentiri audeant, adeoque delictum in Deum recte dici poterit, quod Deum contristat. Et qui Deum falsi in testimonium vocat, quid aliud agit, quam ut eum irrideat aut facinorum ministrum esse jubeat, ZAHN. *de mendac lib.* III. *cap.* 12. *n.* 22.

Sit ergo Magistratus Municipa- 142.

lis memor illius, quod qui jurare facit eum, quem verisimiliter perjurium commissurum, aut vincula juramenti perrupturum agnoscit, plus quam homicida sit, *argum.* C. *Ille qui hominem.* 22. *q.* 5.

143. Baldus *in l. si post C. de Evict.* de juramento calumniæ, *teste* BACCHOVIO, dicit illud non appretiari unum obolum, quia non juratur calumnia omittenda sed committenda. Quale igitur pretium hujus juramenti erit, ubi tam strenue de committendis collusionibus & suffragiorum nundinationibus juratur?

144. Non sine ratione veteres dixerunt: Juramentum Mercurio Planetæ assimilari, qui in domo boni planetæ bonus, in domo mali malus est, ZAS. *in l.* 1. *n.* 4. *ff. de jurejur.* COTHMANN 1. *cons.* 7. *n.*
145. 14. *vol.* 4. Quapropter Magistratus videant, in quam domum Mercurium, qui tam eloquentiæ quam mendaciorum ac fallaciarum patronus à Poëtis habitus fuit,
146. immittant. Reperiuntur enim hoc exulcerato & incurioso seculo multi hominum, qui juramenta non magis curant, quam domus vetusta fumum curat, GILH. *in Tract. de injur.* §. 9. *n.* 38. PRÜCKMANN. *cons.* 16. *n.* 36. *vol.* 2.

147. Quanquam non negandum, quod horum perjuriorum crebrorum causa sit hominum malitia, non lex quæ perjuria prohibet & punit, jubetque juramenta sancte & integre præstari, ac servari, ideo quanto magis contempta jurisjurandi religione homines pejerare solent, tanto gravius perjuria punienda sunt, JOH. à SANDE *Decis. Fris. lib.* I. *tit.* 9. *defin.* 2.

Sed nesciunt hi, quam grave 1 onus in se suscipiant, à qua gravitate schweren dicitur, Ad cœli & terræ enim tribunal tremendum in omnium superarum inferarumque rerum velut constituti præsentia, universam naturam contra se ipsos cient; Sie stellen sich für gehegte Banck / fällen selbst ein Urtheil/ und schreyen Zetter über sich / post JACOB. EBERT. *in histor. juram.* BESOLD *in thesaur. Pract. lit. S. n.* 59. Juramenta certe non debent ludibrio haberi, Dd. *in c. quamvis & c. cum contingat de jurejur.* PARIS. *cons.* 75. *n.* 7 *vol.* 3. *Argentorat. consil.* 9. *n.* 223. *vol.* 1.

SPECKHAN. de statutis patriæ suæ 1 Bremensis testatur, quod ibi eligentes jurare debeant, electum ad Magistratum gerendum aptum & idoneum esse, seque in tota civitate magis commodum ad gerendum invenire non posse, *cent.* 2. *class.* 1. *quæst.* 5 *n.* 4.

Quæritur autem hic, An ejus- 1 modi jurati eligentes salvo tali jura-

ramento ſalvaque conſcientia pa-
tres, fratres aliosque conjunctos
eligere, aliisque præferre queant?
Pro negativa facere videtur, quod
conſanguinitas ſuſpicionem indu-
cat, GLOSS. *in* C. 1. *verb. occult.*
ut Eccleſ. benefic. Et favorabilio-
res ſunt homines ſine judicio quan-
doque in perſonis conjunctis, ut
151. ait BALDUS, unde eſt, quod tra-
dunt Doctores, infeudationem à
Prælato conſanguineis ſuis factam
non ſubſiſtere, GLOSS. *in* C. 1. §.
hæc omnia verba in clericorum, *ſi de*
inveſtit. inter Dom. & Vaſall. GLOSS.
in C. 1. *verb. Archi-Epiſc. qui ſuc-*
ceſſ. feud. dar. ten. MARTIN. LAU-
DENS. *ibid. n.* 8. BALD. *in authen.*
quibuscunque modis C. *de SS. Eccl.*
Novell. 120. *c.* 5. §. *Oeconomis.*
152. Affirmativa tamen verior, modo
illi tales ſint, ut juxta formulam
juramenti præſtiti idonei habean-
tur, naturale enim eſt, ut propin-
quos & cognatos noſtros chario-
res habeamus, C. *non æſtimemus*
153. 13. *quæſt.* 2. Et in beneficiis con-
ferendis obſervandi ſunt gradus
ſocietatis hominum, ut ſicut no-
bis eſt conjunctiſſimus, ita pluri-
mum ipſi tribuamus, CIC. *lib. I.*
154. *offic.* Anne ergo & hac ratione
ex una aliqua familia plures ſimul
in Senatum non poſſunt recipi?
Et dicendum licet de Jure Civili
admitti poterint ad Senatum ſimul
pater & filius, *l.* 1. C. *de muner. &*
honor. Hodie tamen ſtatutis &
obſervantia plerorumque Munici-
piorum arceri ſolere certo cogna-
tionis gradu junctos, hinc duo fra-
tres ne quidem admittuntur ſimul,
prout collegium juridicum in Aca-
demia Helmſtadienſi ſæpius reſpon-
diſſe teſtatur HAHN. *ad Weſemb.*
lib. L. tit. 2. *n.* 2. *in fin.*
Ratio Politica hujus obſervan- 155.
tiæ eſt, ne illorum conſpiratione
vota cæterorum ſuperentur aut
pervertantur, nec vincat ſententia
melior, ſed quæ plurimum calculis
onerata eſt, BODIN. *de Republ.*
lib. IV. cap. 4. Vel ne una familia
nimis excreſcat & plus æquo po-
teſtatis ſibi tribuat: Expreſſe hoc 156.
cautum reperitur jure Lubecenſ.
lib. I. tit. 1. *a.* 5. Vater und
Sohn / ſo wol auch zween Brü-
der / können zugleich nicht Raht-
Mann ſeyn / noch gekohren wer-
den / verſtirbet aber der eine oder
verziehet mit Wiſſen und Willen
des Rahts / ſo mag man den an-
dern / wenn er des Stands würdig /
wol zu Raht kieſen. Juxta ſtatu- 157.
tum Bremenſe, nec pater cum fi-
lio nec duorum fratrum ſororum-
que liberi in Senatum ſimul eligi
poſſunt, MATTH. STEPH *de juris-*
dict. lib. II. d. 2. *n.* 276. Hoc
& antiquitus obtinuit, nam He-
duis legibus duo ex una familia,

utroque vivo, non ſolum Magiſtratus non creari, ſed ne quidem in Senatu uno tempore eſſe poterant, *de Bello Gall. lib. II.*

158. Hoc tamen intelligendum, ſi tales perſonæ conjunctæ in uno ſunt Senatu, non ſi in diverſis, e. gr, in locis, ubi datur **der alte und neue Raht** / ubi duo diſtincta
159. quaſi ſunt corpora. Patris appellatione veniunt omnes aſcendentes, ut & ſocer non tamen vitricus, qui cum privigno non eſt de eadem familia, atque hi ſibi invicem privatim ſuſpecti præſumuntur, *l*, *1. ibiq*;. Gloss. C. *ubi pupill. educ. deb. l. 4. ff. inoff. teſtam.*
160. Fratres tam conſanguinei & uterini quam germani excluduntur non comprivigni, nec frater cum fratris filio, Mev. *ad Jus Lub. d. loc.*

161. Affines ſtatuto quorundam Municipiorum etiam non ſubſiſtunt ſimul in Senatu, juxta illud vulgatum: **Schwieger-Raht thut ſelten gut** / ubi ſciendum, quod mortuis illis perſonis, per quas affinitas coaluerat, illam non attendi, niſi in cauſa matrimoniali ob ſolam honeſtatem, *ibid. art. 7. n. 22.* ſed & plerumque in maximis familiis, exigua reperitur amicitia & colluſionis ſuſpicio, ut verum ſit illud: **Eine groſſe Verwandſchafft / aber kleine Freundſchafft.**

Hujus aſſerti limitationem parere 162.
poterit neceſſitas, ſi nimirum præſertim in parvis Municipiis, ubi prudentum & capacium virorum copia non æque reperitur, ac in celebrioribus, in illis enim non conſuetum ſed periculoſum eſt, ex capite conſanguinitatis & affinitatis & colluſionis imaginario ſæpe metu, idoneos negligere, at ineptos in eorum locum ſubſtituere, Knipsch. *d. cap. 8. lib. II. n. 155.*

Similiter quæritur, an eligentes 163.
ſe ipſos nominare poſſint in Conſules vel Senatores? Quod negatur diſſuadente ratione, quod ſuſpectum ſit teſtimonium in cauſa propria, *l. unic.* C. *ne quis in ſua cauſ. jud. l. 10. ff. teſtib.* Qui autem ſe nominat de ſua habilitate & æqualitate ad faſces Conſulares teſtimonium ex proprio ore perhibet. Deinde eligens & ele- 164.
ctus cenſentur relata, relatorum autem utrumque in eadem perſona ſubſiſtere nequit, hinc deciſum, quod is, ad quem ſpectat collatio dignitatum, ſe ipſum eligere non poſſit, C. *fin. extr. de inſtit.* De- 165.
ſiderantibus honor eſt negandus, fugientibus offerendus, C. *in ſcripturis. 8. quæſt. 1.* Et ſuſpectus eſt, 166.
qui operam ultro ingerit, *l. 25. ff. de procurat.* Johannes XXIV. Pontifex Max. ex compromiſſo jus Pontificem renunciandi habens, ſe-

que

que ipsum nominans, à Concilio Basiliensi sede turbatus est, BESOLD. *Polit. 1. cap. 5. n. 38.* GRIESHEIM *in delin. jurispubl. dissert. 2.*
167. *th. 39.* Imo est hoc contra omnem modestiam & verecundiam, cujus fines qui semel prætergressus, is postea fit impudentior; Gravissimus autem inter homines morborum omnium est impudentia, EURIP, Atque etiam obscœna suam quodammodo habent verecundiam, quod probat SENECA *lib. I. natur. quæst.*

168. Semel electus Senatu non removendus, quod nostrate dicitur: Einem das Rahts-Küssen nach Hause senden / nisi ob gravissimas causas, *l. & si severior. C. ex quib. caus. infam. l. falsi. §. 1. ff. ad leg. Corn. de fals. l. ordine. ff. ad Muni-*
169. *cip.* Quasi dignus sessione Senatoria amplius non sit. Inter quædam opificum collegia, ubi de gravioribus negotiis per compotationes deliberari solet, obtinet mos, ut removendo remittant urceum, schicken ihm die Kanne nach Haus / & dici solet: Sie haben ihn aus dem Amt gesoffen.

170. Inter remotionis causas præcipue referendæ sunt hæ: (1.) delictum capitale commissum, *l. 17. §. 12. ff. ad Municipal.* MYNSING. *cons. 19. n. 6.* STEPH. *de jurisd. lib. II. p. 1. cap. n. 154.* (2.) Si Senator turpibus lucris & vilissimis artibus occupari cœperit, *l. ne quis 6. C. de dignit.* (3.) Si contumaciter 171.
refragatur Senatus decretis, nam indignus est dignitate, qui eam debito modo non reveretur, & nihil æquius, ac contemnentem Senatum per eundem puniri; Nec excusabit Senatorem dicere volentem, quod ipse & alii secum, Senatus decretis contradixerint, quia etsi re integra & inter votandum singulis dissentire licet, post factam autem conclusionem, quod pluribus placuit, cunctis tuendum, MEV. *ad Lub. Lib. I. tit. 1. art. 2. n. 34. seqq.* (4.) Senatores, qui 172.
munera capiunt, non tantum tenentur, *ex L. repetundarum, l. 4. ff. d. L. Jul. repet.* sed etiam Senatu moventur, *l. 2. ff. de Senator.* ubi non attenditur, an alicui nocuerint corrupti Senatores acceptione munerum, sed sufficit, illos quid à partibus acceptasse, *l. & generaliter 3. §. si igitur. 1. ff. de calumniat.* MENOCH. *de arbitr. jud.* 173.
quæst. cas. 342. n. 30. (5.) Si arcana revelet in detrimentum Reipublicæ, ZAS. *de feud. p. 10. n. 36.* nam taciturnitas optimum & tutissimum rerum administrandarum est vinculum, KNIPSCH. *d. lib. II. cap. 8. n. 169.* (6.) Si Se- 174.
nator negligens & Municipio inutilis existit, nam negligentia hoc

passu æquiparatur dolo, C. *placuit. 11. quæst. 3. c. quoniam dist. 100.* Sed necesse est, ut negligentia talis sit supina, quæ dolo æquiparatur, *l. magna culpa 216. ff. de V. S.* Cavendum tamen hoc casu, ne hoc prætextu honores ab ambitiosis injustissime invadantur, THOLOSAN. *de Republ. lib. XXVI. cap. 6. n.* 1.
175. Semel autem juste & legitime à Senatu moti, non facile rursus admittendi, quia injuriam, quam semel illatam putant, vindicare velle præsumuntur, etiam ad extremum vitæ halitum, unde nec illos solum, sed eorum liberos arcendos monent Politici, quia eadem voluntas & affectio liberorum, quæ parentum præsumitur, imo jura vindictam hanc ad quartum usque gradum præsumunt, CRAVETT. *cons.* 12. *n.* 3. OHEMIUS
176. *de Consulib. cap. 2. n. fin.* In quibusdam Municipiis pro jure est, ut quis culpæ vel criminis alicujus insimulatus suspendatur à Senatu. Non autem quis indefensus atque non satis convictus aut condemnatus Senatu moveri debet, MODESTIN. PIST. *cons.* 25. *n.* 55. *&* 56. *vol.* 1.

177. Antequam ad famosam talem remotionem perveniatur, plenaria causæ cognitio præcedere debet, nam hæc est pars defensionis, quam ne Princeps quidem supremus omittere & parti auferre potest, *Clem. Pastoralis de re judiciata. Clem. sæpe de V. S.* Talis itaque Senator prius citandus, ejusque defensiones audiendæ, *l.* 6. *C. de mod. multar.*

Sine causæ cognitione Senatu 178.
motus recte contra Senatum agit possessorio recuperandæ, *idem* PISTOR. *cons.* 26. *n.* 59. *&* 60. *vol.* 1.
Si sit in quasi possessione honoris 179.
Senatorii, competit deposito non tantum actio spolii, sed injuriarum, ut judicatum *in Camera in causa Imlin contra* Heilbrunn / 20 *April.* 1591. Et si agatur actione spolii durat illa triginta annos, & potest injuriarum actio cumulari, modo intra annum intentetur, RULAND. *lib. VIII. de remed. adversus res infirm. c.* 4. *n.* 10. Nec enim 180.
iterum superior de plenitudine potestatis possessionem alicui tollere & illa spoliare sine justa causa, ejusdemque cognitione & legitimo judicio potest, CRAVETT. *cons.* 241. *n.* 12. *& seqq.* Ergo si à Principe nedum ab inferiore judice spoliatus ante omnia restitui debet, C. *conquirente de restit. spoliat.* WESEMB. *cons.* 260. *n.* 57. Sed innocentes moti, digne restituendi veniunt, sic legitur, quod cum Anno Christi 1379. Senatus Strahl- 181.
sundensis à plebe urbe pulsus esset, Dux Wartislaviæ eò rem direxerit,

rit ac confecerit, ut Senatus restitueretur in pristinum honorem, antequam autem id factum, & unus Senatorum remotorum, nomine *Done* mortuus esset, ejus cognati exanimem in locum consuetum curiæ reposuerunt, eo significantes, eum sine læsione honoris Senatu pulsum, MICREL. *Chron. Pomeran.*

182. Pro ulteriori elucidatione hujus capitis quæro de numero Senatorum, quantus Municipio sufficiat? Resp. in genere quod is ad numerum civium & multitudinem negotiorum merito componi debeat, hinc pro monstro erit, si parvum Municipium tam ingenti pollet capite, dantur enim eorum non pauca, sed simul exigua, tot stipata Senatoribus, ut regendæ provinciæ sufficiant, ne dicam, numerum pluralem consilia sat fideliter custodire posse, sed pauci semper honore digni sunt, & fatuum est, per plures expedire, quod per pauciores licebit. Vid. ARUM. *Polit. cap.* 15. *in fin.*

183. Denique de Ex-Consulibus vel Exsenatoribus adhuc notandum, quod legitime abdicati vel alternantes, vulgo die abgetretene Herren/ dignitatis magistraticæ retineant pristinam præeminentiam, sicut & alia privilegia, ordinem & dignitates, *arg. l. fin. ff. de Decur* DEC. *in l. omnibus causis ff. de R. J.* HAHN. *ad Wesemb. de decurion. n.* 5. Inter eos autem is 184. honoratior est, qui prior receptus & cooptatus in Senatum fuit, *l. fin.* C. *de privileg. eor. qui in sacr. palat.* Quis enim in uno eodemque genere dignitatis prior esse debuerat, nisi qui prior meruit dignitatem, cum posterior, etiamsi ejusdem honoris prætendat auspicia, cedere tamen illius temporis Consuli debeat, quo ipse non fuerit, prout statuunt IMP. *l.* 1 C. *de Consul. lib. XII.* nisi deinceps ite- 185. rum fuerit præteritus, nam in Municipiis nostris præcedentiam obtinet inter Exconsules is, qui ultimo fuit regens, *l.* 1. C. *de Consulibus, lib. XII.* sed habentes dignitatem cum administratione, semper actu præferuntur habentibus eandem dignitatem sine administratione, THOLOSAN. *de Republ. lib. XIV. cap.* 6. *n.* 9.

Superest, ut quædam de resi- 186. gnatione & abdicatione officii Consularis & Senatorii adjiciam. An hæc licita sit, quæritur. Negativam tuetur STEPHAN. *de jurisdict. lib. I. cap.* 15. *n.* 16. his rationibus, quia nemo simpliciter Imperium vel Magistratum abdicando amittit, sed talis abdicatio est ipso jure nulla, *l. pen ff. de off. Præsid. l.* 20. *eod.* (2.) Quia ea quæ jur- 187.
ris

ris publici sunt, & ad quæ susci-
pienda inviti cogi possumus, non
licet abdicare sine consensu Princi-
pis Senatus vel populi, DONELL. *lib.*
XVII. Comment. cap. 8. ibique HIL-
LIGER *Lit. E.* hinc quod ab invito
suscipitur etiam ab invito perfun-
188. gendum est. Hinc jure Lubec.
cautum, abdicationem non aliter
fieri posse, quam sciente & adsti-
pulante Senatu, wenn einer verzie-
het mit wissen und Willen des
Rahts / *lib. I. art. 5. ibique* MEV.
n. 21. & seqq.

189. Verum ab hoc rigore mores de-
flexerunt, licet ipsum jus non re-
cesserit, obtinet tamen merito istis
in locis, ubi Dominus territorialis ac
Princeps Senatum confirmat, die
Rahts-Bestätigung / ibi utique
& ejus consensus ad abdicationem
talem requiritur. Coram quo do-
cendæ sunt causæ resignationis, qua-
les sunt, gravis senectus, morbus
190. sonticus, aliæque similes. Eò ma-
gis consensus Principis tanquam
Episcopi requiritur, ut super præ-
stito juramento Senatorio vel Con-
sulari dispensationem largiatur.
Cum notum sit, Principes Prote-
stantes, vi pacis religiosæ Jura Epi-
scopalia in territoriis suis usurpare
atque inde potestatem hanc absol-
vendi ipsis competere, ZAHN. *de*
Mendac. lib. III. *cap. 9. n. 24.* Si 191.
autem quis tempore nominatio-
nis se excuset, nondum præstito
juramento, tunc talis resignatio
minus difficultatis habet, ob jus
Senatui nondum quæsitum.

Qui autem legitime dignitatem 192.
Senatoriam abdicavit, der da ab-
gedancket hat / priorem adhuc
præeminentiam & dignitatem re-
tinet, ob memoriam pristini or-
dinis, MENOCH. *consil. 78. n. 7.*
DECIUS *in l. in omnibus causis 39.*
ff. de R. J. Exceptionem tamen 193.
addit, nisi quid oneri & labori
potius quam honori debeatur,
FRITSCH. *de resign. cap. 5. per tot.*

Et hæc sufficiant pro institu- 194.
to dixisse de frequentiori modo
in Municipiis eligendi Senatum,
alii aliter procedunt, adeo, ut
modus ritusque assumendi in Se-
natum sit multiplex & varius; re-
cte itaque laudabiliter facit unum-
quodque Municipium, si in hoc
antiquum obtineat, non enim est
recedendum ab ea forma, quam
antiquitas tradidit, KLOCK. *cons.*
10. n. 51. tom. 2.

Caput II.

DE MUNICIPIORUM CONSULIBUS, EORUMQUE REQUISITIS PRÆCIPUIS QUALITATIBUS.

SUMMARIA.

1. *Consules à consulendo dicti.*
2. *Summa eorum erat Romæ potestas.*
3. *Sunt caput Senatus.*
4. *Quid possint præ ceteris è Senatu?*
5. *Primarius Consulum alter.*
6. *Officium primarii Consulis.*
7. *Primarius habere solet domi apparitores, ad servitia obeunda.*
8. *Consulum alternatio vicissitudinaria.*
9. *Consul primarius deputationibus non onerandus.*
10. *An injuria sit, si civis Consulem titulo consulari non honoraverit.*
11. *Consules habent mandatum cum libera.*
12. *Consules cum Senatu repræsentant civitatem.*
13. *Consules possunt facere, quæ prædecessores fecerunt, idque absque culpa.*
14. *Consules observare debent, quæ prædecessores statuerunt.*
15. *Incertis præceptis non fluctuabit Respublica.*
16. *Successores facient, quod feceris prædecessoribus.*
17. *Consules ne Senatores despectui habeant.*
18. *Consules possunt quæ potest Procurator cum speciali mandato.*
19. *Non tamen soli possunt obligare civitatem.*
20. *Finito officio, non tenetur Consul ut privatus.*
21. *Consules cur duo in Municipiis?*

22\. 24. *Consul se inutilem sentiens, sacrilegus est, & abstinet à regimine.*

23\. *Ignorantia circa proprium honorem est supina.*

25\. 27. *Pietas justitiæ fundamentum.*

26\. *Pietas sit vera, non affectata.*

28\. 29. *Pietas est vinculum Reipublicæ.*

30. *In terra maxima parte sublevati esse debemus.*
31. *Biblia hodie ad rationem status accommodantur.*
32. *Cyclopica quorundam impietas.*
33 *Cur conscientia requiratur in Magistratu?*
34. *Colentibus Deum prospera cedunt omnia.*
35. *Consul sit justus.*
36. *Regula justi Judicis.*
37. *Magistratus est executor legis.*
38. *Exemplum Ludovici sancti R. Galliæ.*
39. *Abeundum à Justitia in parvis, ut salva maneat in magnis.*
40. *Deus vindex est injustitiæ.*
41. *Injustus non homo, sed sub humana forma bestia est.*
42. *Exemplum viduæ, Trajanum Imp. pro justitia alloquentis.*
43. *Consules justitiæ.*
44. *Justitiæ comes sit prudentia.*
45. *Multæ dantur Justitiæ larvæ, non effigies.*
46. *Pessima injustitia quæ.*
47. *Consules ex imperitia injusti.*
48. *In officio publico non excusat imperitia.*
49. *Ex ignorantia male judicantes arbitrarie puniendi.*
50. *Affectus in Consule sint exules.*
51 *Callistrati ICti præscriptum salutare.*
52. *Obcæcat amor, odium, & proprium commodum.*
53. *Absit in Consule timor.*
54. *Absit odium, ejus pœna talionis.*
55. *Absit amor.*
56. *Judex sit amicus usque ad aras.*
57. *Pœnitentia Chilonis inter duos amicos arbitrium interponere nolentis.*
58. *Templa justitiæ sunt speluncæ latronum.*
59. *Causæ decidendæ, non incidendæ.*
60. *Judicia instar rubi fugientem ovem retinentis.*
61. *Judicans quid cogitare debeat?*
62. *Gradatim ad severiora procedendum.*
63. *Deus testis in judicio.*
64 *Judicis cordi & ori insit religio & veritas.*

65. *Justitia assimilatur litteris Hebrais.*
66. *Lubrica est semita justitiæ.*
67. *Exemplum Catonis contra opes pronunciantis.*
68. *Constans sit Consul.*
69. *Sapiens sæpe mutatus tamen manet idem.*
70. *Periculum periculo vincendum.*
71. *Difficilia sunt multa, quia non audemus.*
72. *Constantia quid?*
73. *Palladium scutum.*
74 *Thomæ Mori exemplum constantiæ.*
75. *Constantia Catonis adhuc pueri.*
76 *Inconstantia vitanda.*
77. *Consules sunt Patres patriæ.*
78. *Boni publici habenda ratio.*
79. *Sæpe fabri ex ferro publico sibi clavos cudunt.*
80. *Major navis cura, quam mercium habenda.*
81. *Privata cedunt publicis.*
82. *Avaritiæ vituperium.*
83. *Avaritiæ filiæ.*
84. *Avarus similis est asino balneatorum.*
85. *Avaro nihil committendum.*
86. *Avaritia noverca justitiæ.*
87. *Munerum acceptio periculosa.*
88. *Per salaria evitanda sunt munera.*
89. *Juramento adstringendi officiarii, ne munera capiant.*
90. *Constitutio Reg. Borussiæ desuper.*
91. *Juramentum judicum Atheniensium.*
92. *Lex Cincia.*
93. *Curiæ sint castæ virgines.*
94. *Ephialtis exemplum.*
95. *Esculenta & poculenta non excipienda.*
96. *Quatenus esculenta sumenda & quæ donaria?*
97. *Magistratus Romani & de nocte fores habebant apertas.*
98. *Monitum Callistrati ICti.*
99. *Paupercula mulieris dictum ad Philippum R. Macedon.*
100. *Duri & morosi quoque sunt ferendi.*

101. *Iracundia gignit insaniam.*
102. *Iracundus ignem vomit.*
103. *Iracundus à furioso quid distet?*
104. *Ira est dira & dura Domina*
105. *Ira sit fortitudinis comes non dux.*
106. *Finis iræ, principium pœnitentiæ.*
107. *Sublimis animus semper quietus.*
108. *Benignitatis & lenitatis laus.*
109. *Lenitas sit mixta severitate.*
110. *Judicium temperet clementiam.*
111. *Patientia requiritur in Consule.*
112. *Patientia ne lædatur cavendum*
113. *Parvæ Civitates bonis Consulibus fiunt magnæ.*
114. *Parva Municipia ob parvitatem non despicienda.*

1. Consules dicti videntur quod Reipublicæ consulere debeant *l.* 2. §. *ex actis* 16. *ff. de orig. Jur.* Quorum potestas, exactis Regibus, Romæ summa quoque erat, nihilque â regia differebat, nisi quod per annum saltem eorum officium durabat *dict. l.* 2. & sic ex dignitate perpetua singulari per abusum injusta, facta fuit annua, facta duplex, facta reformata, justa. OHEMIUS. *de Consul. cap.* 1. *n.* 9.

2. *A senibus nomen mite senatus habet.*

Et ille;

A senibus prisci sumptum dixere senatum,
Et robur juvenum, consiliumque senum.

3. Caput sunt Consules Senatus, Senatus, ita tamen, ut ipse Senatus sit observator & moderator Consularis potestatis, HALICARN. *lib.* VII. *Antiquit.*

Nihil hi præ cæteris juris, in reliquos ex Senatu habent, quam quod Senatum convocent, proponant, vota requirant, & conclusa exequantur, KNIPSCH. *de civ. Imp. l.* 1. *cap.* 8. *n.* 25. Cui & hoc addendum, quod in causis moram non ferentibus jussionem primam interponere possunt, **kan das erste Gebot und Verbot verrichten/** donec super hoc negotio collegialiter deliberatur; Duo hinc in Municipiis esse solent Consules, quorum primarius tamen in Consulem collegam & secundarium nullum habet imperium, *l. ille* 13. §. *tempestivum. ff. ad SCt. Trebell.*

5. Primarius dicitur regens, der regierende Wort-haltende oder sprechende Burgemeister / & habetur pro capite, AUCT. *conf. Friedberg.* 6. *part.* 1. *punct.* 2. *n.* 106. Cujus officium est, literas ad civitatem missas resignare & legere, supplices libellos recipere, partium querelas audire, Senatum convocare, tractanda exponere, vota & suffragia collegæ & Senatorum requirere, colligere conclusa, & sententiam aperire atque executioni mandare, KNIPSCH. *de* 7. *civit. Imp. lib. V. c.* 1. *n.* 14. Item primarius Consul solet unum vel duos ex apparitoribus, von den Stadts-Dieneren domi suæ, ad servitia obeunda paratos habere, quod vocare solemus die Auffwar- 8. tung haben. Consules hi per vices alternare assolent, vel per semestre vel per annuum spatium pro loci consuetudine & moribus, Primarius quoque contra volunta- 9. tem emissionibus, profectionibus aut deputationibus non est onerandus, sed id rei alteri incumbit, quod à jure antiquo Romano haud alienum, de quo ita legitur: Ex duobus tamen Consulibus ei, qui minor natu foret, comitiorum habendorum habendorum munus dari consuevit,
10. ALEX. *ab Alex. l.* 4. *c.* 3. *fin.*

Quæritur: An quis injuriarum teneatur, quod civis, compellando Consulem titulo Consulari eum non honoraverit? Quod, etsi tacite & implicite quem perstringens injuriarum possit conveniri, negat tamen quæstionem propositam, CARPZ. *decis.* 119. *n.* 21. *& seqq.*

Consules in Municipiis mandatum generale cum libera habent, 11. SURD. *consil.* 335. *n.* 48. *vol.* 3. PRÜCKMANN. *conf.* 3. *n.* 111. *vol.* 1.

Consules cum Senatu totum 12. populum & integram civitatem præsentant, ejusque potestatem obtinent, BESOLD. *de jure univers. cap.* 4. *n.* 2. ZAS. *in l. civitas. n.* 11. *ff. si cert. petatur.* Et id quod proceres sive Senatus civitatis, quibus gubernatio & omnis administratio rerumpublicarum concessa est, faciunt, id pro eo habetur, ac si tota civitas fecisset, *l. item Magistri* 14. *ff. de pact.*

Et omnia posse in administratione Reipublicæ facere, quæ præ- 13. decessores in officio fecerunt, AUG. BEROIUS *conf.* 157. *in pr. vol.* 3. PRÜCKMANN. *d. consil.* 3. *n.* 123. BURSAT. *consil.* 193. *n.* 24. *vol.* 2.

Cui addendum, quod merito 14. Consules sint observatores eorum, quæ à prædecessoribus salutariter sunt introducta & statuta, nihil enim res curiæ magis vilipendio afficit, quam si instabili consilio, quod heri ab uno decisum est,

cras ab alio rescinditur atque tollitur, quia omnis ordinatio & lex sui natura debet esse stabilis & perpetua, C. *fin. x. de offic. legat.*

15. Cum ad rectam Reipublicæ gubernationem requirantur præcepta firma, quæ sint certæ ac permanentes regulæ ac operationes, quæ parum conducent bono publico nisi sint stabiles, atqne uniformes; cæteroquin, dum incerto jure utimur, sæpe fluctuaret respublica, ZOES. *ad ff. tit. de LL. n. 8.*

16. Hinc probe observandum illud monitum Politicum: Memoriam prædecessoris tui illæsam conserva, hoc si feceris, debitum tibi hoc à successore tuo rependetur, FRANC. BACO de VERULAM. *sermon. fidel. cap.* 11.

17. Consulibus autem cum Senatoribus convenire decenter convenit, nec hi illis despectui esse debent. Lucius Philippus Consul, segnitiem Senatus pro Rostris publice exprobrans, alio sibi Senatu opus esse dixit, tantúmque à pœnitentia dicti abfuit, ut etiam L. Crasso, summæ dignitatis & eloquentiæ viro, id iu curia graviter ferenti, manum injici juberent, ille rejecto lictore, non es, inquit, mihi Philippe, Consul, quia nec ego tibi sum Senator, VALER. MAXIM. *lib. VI. c. 2.*

Possunt etiam omnia illa Con- 18.
sules, quæ potest Procurator speciale habens mandatum, JAS. *in l. præses. n. 7.* C. *de transact.* SURD. *cons.* 335. *u. 48. vol. 3.* Hæc ta- 19.
men potestas eo se non extendit, ut Consules civitatem possint obligare, vel res ejus alienare, sed ibi & tribunorum consensus accedere debet, DD. *in l. civitas.* 28. *ff. de Reb. Cred.* MEV. *p. 2. dec.* 36. *n. 4. De quo infra cap. 59.*

Et prout post finitum mandatum
in Procuratorem de eo, quod gessit, 20.
non est actio, sed contra Dominum, *Id. p. 6. d. 44. n. 5.* sic etiam Consul post Consulatum non tenebitur de eo, ut privatus, quæ ratione officii bene gessit. Quod 21.
duo in Municipiis sint Consules, à Romanis est, qui eam ob caussam pro uno Rege duos crearunt Consules, ut si unus malus esse voluisset, alter habens potestatem similem, eum coërceret, EUTROP.
lib. I. In tantum ergo boni & 22.
utiles eligendi sunt Consules, ut si electi se inutiles sciant, & nihilominus munus hoc suscipiant, sacrilegium committere dicantur, *l. si quis* 1. C. *ut dignit. ord. serv.* quia sacrilegus est, qui in leges admittit, *l.* 1. C. *de petit. bonor.*
sublato. Et hoc casu nec igno- 23.
rantia, ne quidem facti, prodest, quod speciale notat BRUNNEM. quia

quia ea circa proprium honorem nimis supina est, *ad d. l. si quis n.*
24. *3.* Et CICER. *lib. I. de offic.* ait, iis, qui habent à natura adjumenta rerum gerendarum, abjecta omni cunctatione, adipiscendi Magistratus sunt, & gerenda respublica est, sed ad rem gerendam qui accedit, caveat, ne id modo consideret, quam illa res honesta sit, sed etiam, ut habeat efficiendi facultatem, SPECKHAN. *Cent. 2. class. 1. quæst. 5. n. 4.*

25. Prima autem sit qualitas boni Consulis, ut pietati studeat, pietas enim primum est justitiæ fundamentum, LACT. *Epist. 3.* Omnia post religionem ponenda & semper nostra civitas hoc duxit, etiam in quibus summæ Majestatis conspici decus voluit, ait de sua Roma VAL. MAX. *rubr.* I.

Quæ tamen vera sit, non ficta
26. aut simulata; Ut enim poma in Judæa nascuntur, quæ contacta in fimum abeunt & vaporem, talis verbosa illa pietas, sine vitali operum succu. LIPS. POLIT. *lib. I. cap. 6.* sitque magis in corde, quam ore, factisque potius exerceatur quam verbis.

27. Pietas, viro in conspicuo posito tam necessaria, ut sine illa virtute honestus quis nunquam sit, IDEM *Epist. 69. Cent. 2.* Pietas fundamentum omnium virtutum, ait CICERO *pro Cn. Planc.* Sed ê veriori fonte emanat illud: Timor Domini est initium sapientiæ, *Prov. 1. v. 7.* Pietas est vinculum & firmamentum Rerumpu- 28.
blicarum, sine qua societas non erit, quia non fides, non justitia, non virtus sed fraus, licentia, protervitas, & uno verbo confusio hominum ac rerum, LIPS. *in Monit. Polit. cap. 2 in pr.*

Pietate adversus Deos sublata, 29.
pietas etiam & societas generis humani, & una excellentissima virtus justitia tollatur necesse est, CIC. *I. de natura Deor.* REINKING *de Regim. Secul. lib. I. cl. 1. cap. 1. n. 1.*

Ut rota, quæ in terra volvi- 30.
tur parte ima & minima, eam tangit, cætera exstat & in alto est: Sic nos in quovis officio oportet decurrere per hæc humilia, optima & maxima parte altos & sublevatos, *Idem* LIPS.

Sed non deerunt hisce dissolu- 31.
tis ævi periodis, qui cum legato Iberico, Consuli Helvetico casu quodam Politico scripturam alleganti ad præmissa respondebunt: Ea nunc esse tempora, quibus ratio status non ad Biblia, sed Biblia ad rationem status accommodari oporteat, AUTHOR. *Exeq. pacif. Pragens.*

Imo, qui, quamvis non ore, ta- 32.
men

men re & corde, cum Cyclope apud Euripidem, dicant:

Non illa Numinum expavesco cœlitum
Sed victimas uni Deorum maximo
Ventri offerre, Deos ignoro cæteros.

WENDELIN. *in Philosoph. moral. cap. 9. in fin.*

33. Conſcientioſi & propterea Magiſtratus eſſe debent, ut agnoſcant ſe quoque habere aliquem Superiorem, quem non regant, ſed à quo regantur, quippe ſibi metuendus ſit. Deinde ut agnoſcant, ſe quoque habere normas actionum ſuarum, etiamſi aliis normas præſcribere poſſint, normas nimirum Divinarum & humanarum legum, ſecundum quas regimen ſuum conſtituere debeant, ut etiam metuant infamiam apud homines præſentes & poſteros, poſt HOENON. *Polit. diſp. 3. th. 20. lit. a.* KNIPSCH. *ad cap. 8. n. 34*

34. Sed inde lacrymæ & tot ruinæ caſusque adverſi urbium ac regionum; omnia enim proſpera eveniunt colentibus Deos, adverſa ſpernentibus; LIV. *lib. V.* atque

Di multa neglecti dederunt
Heſperiæ mala luctuoſæ. HORAT.

35. II. Sit juſtus; Non enim judex aut Magiſtratus dicendus, ſi non ſit in illo juſtitia, *c. juſtum. cauſ. 23. quæſt. 3.* Juſtitia eſt Divina lex & vinculum ſocietatis humanæ; In hoc imitaberis Deum, ut velis omnibus prodeſſe & nulli nocere, & tunc te juſtum virum appellabunt omnes, omnes ſequentur, venerabuntur & diligent, SENECA *lib. de quat. virt.* Theodoricus Veronenſis, Italiæ Rex, judicem ſuum ſic inſtruit: Eſto innocentiæ templum temperantiæ ſacrarium, ara juſtitiæ, abſit à judiciariis mentibus aliquid profanum. CASSIOD. *lib. I. Epiſt. 12.* JOH. GERHARD. *de magiſtr. Polit. n. 282.*. Ad judicem ire eſt ad legem ire, quia judex eſt lex animata, ARISTOT. *5. Polit. 7.* 36.

Juſtitiæ tanta vis eſt, ut nec ii, qui ſcelere & maleficio paſcuntur, poſſint ſine particula juſtitiæ vivere.

Bias damnaturus quempiam ad mortem lachrymatus eſt, & cum dixiſſet quidam, quid eſt, quod fleas, cum penes te ſit, vel abſolvere vel condemnare? Reſpondit, quia neceſſarium eſt naturæ quidem condolere, legi autem ſuffragari, MAX. *ſerm. 6.* Nam Magiſtratus eſt Miniſter & executor legis, NOVELL. *82. §. oportet 10.* ergo non debet in remittendis ſuppliciis eſſe lege & jure clementior. 37.

Ludovicus, cognomento Divus, Galliæ Rex, cum aliquando ex Pſalmis Davidicis legiſſet 106. *v. 3.* beati, qui faciunt juſtitiam omni tem- 38.

tempore, & modo aliquis pro capitalis criminis reo gratiam peteret, illam prius concessam protinus revocavit, addendo: Princeps, qui punire potest crimen & non punit, non minus coram Deo reus est, ac si ipse id perpetrasset. CAMER. *horis subscisiv. part. 1. cap. 100.*

39. Necessarium tamen est quandoque in parvis à justitia abire, qui salvam eam vult in magnis, PLUTARCH. Habet namque aliquid ex iniquo, quod contra singulos ex utilitate publica rependitur, TACIT. 14 *Annal.*

40. Interim tamen: Abs quo stat jus, ab eo Deus. JOSEPH. *Antiq.* A Deo juste punitur per justitiam, qui ejus imaginem lædit aut supprimit per injustitiam, si ullius peccati, certe injustitiæ serva satelles pœna. PRUDENT. *Apotheos.* Consolatio sit nobis, quod hac injustitia Deo justa fiat injuria, THEOPH. *ad Luc. 20.* Omnes sequentur juxta illud Claudiani:

- - non sic flectere sensus
Humanos edicta valent, quam verba regentis.

41. Justitia in quolibet regimine & regente tam necessaria est, ut Pædalii gens Indica in sacris suis aliud nihil à Diis precati fuerint, nisi justitiam, quod ab hac cætera bonorum genera abesse nunquam possent, WENDELIN. *Moral. cap.* 28. Nemo injustus est homo, sed potius bestia, humana forma prædita, PHILO *in lib. de Abraham.*

Memorabile illud, quod legitur apud GUEVAR. *in horol. Princip. lib. I. cap. 37.* De Trajano Imperatore, quem ad bellum euntem vidua quædam cum Cæsar profecturus equum jam ascendisset ejus pede compresso, lamentabiliter querens, sibi justitiam flagitans punirique severe illos, qui filium ejus innocuum occiderant, ita alloquitur: Tu, Auguste! imperas, & ego tam atrocem patiar injuriam? Cui Princeps: Tibi satisfaciam redux; Reponit illa: Quid si non redieris? Successor, inquit, Imperator hoc faciet, sed illa ita instat. Quid tibi exinde laudis, si alius recte fecerit, quod tu mihi aliisque debes, nonne injurius injustusque eris, debitum non reddens, successor tuus non sua te, sed se solummodo liberabit justitia & beneficentia. 42.

Municipiorum curatores vocantur jure Pontificio Consules justitiæ, *C. licet. 10. x. de foro compet.* 43.

Huic requisito Consulari, puta *justitia*, merito quoque adponenda est prudentia, quia illa sine hac non consistit NORDERM. de *Jur. Princip.* Quod sol in mundo, hoc prudentia in regimine, ut sol mundi est oculus, sic prudentia so- 44.

sola præit & ducit ad recte faciendum Plat. *in Men.* Quod animus in homine, hoc prudens Magistratus in civitate Tapia §. 5. *fin. de potest. Princ.* Hinc magistratus in Civitate vocantur Wohl-weise und Fürsichtige. Knipsch *all. cap. 8. lib. II. n. 36. in fin.*

45. Vereor autem, ne & in multis Municipiis verum sit, quod ait ille: in Pharmacopoliis innumera vasa, pyxides, ollæ, subscudes scyphi è ligno, è testa, è stanno, ê marmore, è vitro; Hic omnibus suæ schedæ quas speciosa fronte præferunt: Hic saccarum rosarum, ibi Rhabarbarum, illic flores, & tinctura voilarum, istic manna, tussilago, cassia, nota Pharmacopæis nomina, sed aperi, obsecro unam harum pyxidum, præter inanias & araneas nihil reperies: venustum caput, sed sine cerebro, formosum corpus, sed sine animo, ita plane sæpius non immerito interroges; Quis iste quæso Dominus? Respondebunt, promotor Juris, Consiliarius Principis, prætor seu Consul urbis, administrator Justitiæ. Eho! speciosæ schedæ, pyxides venustæ, veneranda nomina, & pulchra vasa; Aperi aspice & in iis nec scientiam, nec conscientiam, nec diligentiam invenies. O testas Samias & pulchras sed vacuas justitiæ larvas, non effigies veras Drexel. *in Salomon. cap.* 12. §. 3.

Sed non est major aut capita- 4
lior injustia, quam eorum qui cum maxime decipiunt id agunt, ut boni viri videantur. Saresb. *l. V. cap.* 13.

Sed quid si Consules non ex 4
depravata animi intentione, sed ex imperitia male judicent prout, proh dolor! inter patres patriæ ignorantes sæpe evenit? Et dicendum cum Augustino, quod ignorantia Judicis plerumque sit calamitas innocentis, merito ipsorum imperitia annumeratur culpæ *l. si quis. 9. §. 5. ff. locat. l. qua actione 7. §. fin. & l. seq. ad L. Aquil. l. 29. in fin. C. de pact.* Indeque non ex injuria, sed ex quasi maleficio dicuntur obligati. *l. si quis. 5. §. 4. ff. de O. & A* Peinl. Hals-G. *art.* 1. Et licet merito aliquid dandum imbecillitati humanæ, cum in nullo errare magis sit Divinitatis quam mortilitatis §. *si quid, autem C. de Veter. Jur. enucl.* Interim tamen publi- 4
cum judicandi officium, ubi quam maxime jus tertii versatur, imperitia aliorum subverti non potest, qui & judicantes hanc purgandi causam prætexunt, propriam allegant turpitudinem, quo in casu audiendi non sunt *l. transactione 30. C. de transact. l. 5. C. de serv. pign.*

pign. dat. l. cum profitearis 4. C. de revoc. donat. Exploratas denique vires suas habebit judex, quas si in officio impares deprehendit, potius est, ab eo ut sese abstineat *arg. l. Julianus 13. §. quid tamen 3.*
49. *ff. de act. empt.* Qua vero pœna hi ignorantes afficiendi, patet ex *L. fin. ff. de extraordin. cognit.* puta in quantum religioni judicantis visum fuerit. MYNSING. *consil. 90. cent. 2. n. 12.* MENOCH. *arbitr. jud. cas. 581. n. 2. & cas. 339.* OHEM. *de Consul cap. 4. in fin.*

III. Sit Vacuus ab affectibus seu
50. passionibus quæ obcœcant animum & judicium hominis, juxta illud: Quatuor modis pervertitur humanum judicium; *Timore*: dum, metu potestatis alicujus, veritatem loqui pertimescimus *Cupiditate*: dum, præmio animum alicujus corrumpimus. *Odio*: dum contra quemlibet adversarium molimur. *Amore*: dum amico vel propinquo complacere contendimus. *C. quatuor. 11. quæst. 3.*

51. Emphatice Callistratus officium hoc describit: in cognoscendo, neque excandescere, adversus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum inlacrymari oportet, id enim non est constantis & recti judicis, cujus animi motum vultus detegit, & summatim ita jus reddet, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat *l. observandum §. 1. ff. de off. præsid.* Et 52.
verissimum est, amorem, odium & proprium commodum facere, ut Judex sæpe verum non cognoscat. ARIST. *lib. I. Rhet. ad Theod. cap. 1.*

Absit *Timor*; Quisquis enim 53.
metu cujuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se provocat, quia magis timet hominem quam Deum, *C. 80. quisquis 11. quæst. 3.* Ne quæras fieri Judex, ait ECCLESIASTIC. ne non valeas injuste facta tollere, ne quando metuas à facie potentis, & ponas offensionem in recto itinere tuo. *cap. 7. v. 6.* Hinc prætori Thraciæ Justinianus rescripsit: Propterea gravioribus viris & auctoritate plenis ejusmodi tradimus officia, ne quid necesse habeant remittere his, qui opibus suis freti, aliis velint inferre injuriam. *Novell. 26. cap. 3. in fin.*

Absit *odium*; pœna autem odio- 54.
so judici, nulla indici poterit commodior & justior, quam talionis. *arg. l. Lex Julia. 7. §. fin. ad L. Jul. repet.* Sit itaque Consul in deliberationibus prudens, in executionibus constans, amicorum se amicum, inimicorum inimicum ostendat, primos extollet; secundos deprimet; Odium vero semper evitabit à duabus rebus civium

abstinendo, nempe à facultatibus & sanguine eorum. ANNIB. SCOT. *ad Tacit. lib I. n. 40.*

Absit *Amor*; quo fit, ut cre-
55. brio justius hodie periclitentur tribunalia, prout multi magno rei, famæ, vitæ naufragio experiuntur, ejusque frequentiæ vitium in proverbium & veriverbium abiit: *Plus valet favor in judice, quam lex in Codice.* Sequantur hoc passu ju-
56. dices hodierni Periclis sapientissimum enunciatum, cum â quodam amicitiæ vinculo conjunctissimo rogaretur, ut inique judicaret, quo in causa controversa superaret adversarium, cui reposuit: *Sum tibi quidem amicus, sed tamen usque ad aras*, id est, quatenus justititia & æquitas non repugnant, OHEM. *de Consul. cap. 4. n. 74.* Omni enim
57. amicitiæ præferenda est justitia, quod Chilo satis seria, sed sera nimis insinuat confessione, cum designatus aliquando esset arbiter in causa duorum amicorum, ubi arbitrium interponere recusavit, ne alterutrum offenderet, cujus eum facti tanta in posterum subiit pœnitudo, ut nunquam re aliqua in vita ante acta, gravius hac unica justitiæ recusatione, suæ conscientiæ inflictum vulnus sancte affirmaret, FULV PAC. *lib. II. cap. 44. n. 90. de probat.*
58. Affectus faciunt, ut judicia, quæ esse deberent delubra æquitatis, AMMIAN *lib. XXX.* Et templa, seu aræ justitiæ, sint cæca antra, barathra impietatis, & speluncæ latronum, in quas si captus ceciderit quisquam, non nisi per multa exilict lustra ad usque ipsas medullas exsuctus, GOTHOFR. *ad l. 1. lit. L. ff. Extraord. cognit.* Multi quippe judices causas tanquam nodum aliquem Gordium potius incidunt, quam legitime decidunt, AUCT. *Rat. Stat. Imp. R. Germ. p. 2, c. 8. sect. 5.* Sæpe etiam judicia assimilanda veniunt rubo, quo ovis tempestate fugiens, velleris partem amittit, BAC. *de Verulam. serm. fidel. cap. 54.*

Rectissime CICERO: Illud est hominis magni & sapientis, *illud est boni Consulis*, cum judicandi causa tabellam sumserit, non se putare, esse solum, neque sibi, quodcunque cupierit, licere, sed habere in consilio legem, religionem, æquitatem, libidinem autem, odium & invidiam, metum, cupiditatesque amovere, maxmeque æstimare conscientiam mentis suæ, quam â Deo accepimus, quæ à nobis divelli non potest, quæ si optimorum consiliorum atque factorum testis in omni vita nobis erit, sine ullo metu, summa etiam cum honestate vivemus.

Quam

Quam pulchrum est digito monstrari & dicier hic est,
Quem justitiæ
- - - - *Rectiq; tenorem*
Flectere non odium, non vis, non gratia cogit.

Ut Medicus omnia tentat,
62. priusquam ad sectionem aut ustionem accedat; Ita legum Præsidem, civitatisque Rectorem decet quamdiu potest, verbis & his mollibus ingenia curare; Transeat deinde ad tristiorem orationem, qua moneat adhuc & exprobret, novissime ad pœnas & has adhuc leves & revocabiles decurrat, ultima supplicia sceleribus ultimis ponat, ut nemo pereat, nisi quem perire, pereuntis etiam intersit, LIPS, *in libr. contr. Dialog.*

63. Cum Judici dicenda erit sententia meminerit, se Deum habere testem, CIC. *lib. III. Offic.* Hebræi dixerunt, Angelos interesse judiciis. Inde in Æthiopia judices insidentes sellis, earum relinquunt quasdam vacuas, dicuntque has esse Angelorum sedes, GÖDEMAN. *de sagis lib. III. cap. 1. n. 7.*

Inter Ægyptiorum judices, qui
64. principalem obtinebat locum, ex illius collo imago Numinis pendebat, gemmis auroque exornata, quam virtutem nuncupabant, quo signo innuebant, judicis cordi orique religionem & veritatem inesse semper debere, DIOD. SICUL.

Sed lubrica est semita justitiæ 65.
in qua & boni sæpe labuntur, & offendunt, unde apposite *modo citatus*: Cum characteres Hebræi pinguntur, aut typis exprimuntur, diligentia ingenti opus est, nam punctulum unum mutat verbum aut sensum totum, ita in rebus justitiæ, levis neglectus, omissio non grandis, guttula amicitiæ aut odii potest è causa bona malam, è mala bonam reddere, DREX. *in Salo-* 66.
mon. cap. 12. §. *3.* Lubrica, inquam, est semita justitiæ. Alcibiades, cum ad causam dicendam, è Sicilia ab Atheniensibus vocaretur, obtemperare noluit, quibusdam dicentibus, an non credis te ipsum patriæ? Imo ne matri quidem crederem, respondit: Timerem enim, ne forte per imprudentiam aut errorem veritatis nigrum calculum pro albo submitteret, ÆLIAN. *lib. XIII. Histor.*

M. P. Cato tanta justitiæ inte- 67.
gritate vixit, ut cum causam quinquagies dixisset, semper obtinuerit, nec id gratia & opibus, sed contra gratiam & opes, obque hoc ei probitas & severitas sua plurimos inimicos aut invidos dedisset, legitur, quod nemini parcere aut amicus esse didicerit, qui Reipublicæ bonoque publico non esset, LIPS, *Mon. Polit. lib. I. cap. 7.*

68. IV. Sit conſtans: ut illum non ferrum, non ignes, non calumniæ, aut rumores populares ab officio deterreant, TACIT. *Annal.* 16. Sit minantibus intrepidus, adverſus blandientes incorruptus, IDEM *Hiſtor. lib. I.*

69. Sapiens non ſemper it uno gradu, ſed una via, nec ſe in aliquibus mutat, ſed potius aptat, ſicut manus, quæ eadem eſt, cum in palmam extenditur, & cum in pugnum adſtringitur, SENECA.

70. Qui vult domare leones, non debet timere muſculos, nunquam periculum ſine periculo vincitur, MIM. PUBL. Et nihil gravius audienti quam ignavis patiendum, TACIT. *Annal. lib* XIV. Subito metu ac motu incitati non raro ſibi periculum accerſunt, NICEPH. GREG. 10. 8. ignavi eſt, nihil audere & indignum ſe omni honore judicare, SAVEDR. *ſymb.* 31. Lætius eſt, quoties magno ſibi conſtat honeſtum, LUCAN. *lib.* IX. Plura ſunt, quæ nos terrent, quam premunt, & plures periculi metus ſuſtulit, quam ipſum periculum,
71. SAVEDR. *Symb.* 37. Plurima, non quia difficillima ſunt, non audemus, ſed quia non audemus, difficilia ſunt, SENEC. *Epiſt.* 104 Multa per inſomnium territamento fuerunt, quæ dies in riſum convertit: Interim inter prudentiam & temeritatem egregia ſæpe facinora deſignat fortitudo, SAVEDR *Symb.* 37. & providentia timida præſtantior, quam pœnitentia, DIO *lib.* II.

Conſtantia eſt animi erecti magnitudo, qui utrique fortunæ par eſt, nec attollendus à læta, nec ab altera deprimendus, LIPSIUS. 72.

Quam glorioſum eſt in cauſa bona intentione ſalutari dicere, cum eodem Lipſio: Hæc mea mens non ſolum cum folia in me cadunt, ſed & cum arbores; nec aliud, quam palladium illud ſcutum pectori appreſſerim. *Non moveri. in Epiſt.* 73.

Cujus in exemplum allegatur Thomas Morus, Britanniæ Cancellarius, qui, rogatus in carcere, an non ſententiam mutaſſet Regiis decretis ſubſcripturus, inſtare diem ſupremi fati: jam vero, inquit, Morus mutavi, ad eam vocem ſubito adſtantium ingens fuit gaudium & applauſus. At Morus ſuæ vocis interpres: Mutavi, ait, ſententiam; conſtitueram enim antea barbam ſolam, nunc autem re penſiculatius examinata conſultiſſimum judicavi, barbam ſimul & comam præbere attondendam, THOM. STAPLETON. *in ejus vita.* Refertur adhuc exemplum pueri in conſtantiam nati, M. Catonis, nimirum is, cum adoleſcentulus in domo Druſi avunculi ſui moraretur, Latino- 74. 75.

norumque Legati ad Drusum de Civitate impetranda venissent, rogatur puer ab his, ut eos apud avunculum juvaret constanti vultu; Se nolle, sæpius respondit, tandem ab his in excelsam ædium partem elevatum, abjecturos inde, nisi faceret, minati, nec tamen voluit, quare commotus dixit Princeps Latinorum Popedius, gratulemur nobis, hunc adhuc puerum esse, quo Senatore, ne sperare quidem de civitate liceret, VAL. MAX. *lib.* III.

Quam vile autem & servile est,
76. Vertumno Romanorum, Proteo Ægyptiorum & Empusa Græcorum mutabilior dici & haberi, audireque illud antiquum:

Cœpisti melius, quam desinis, ultima primis
Dedecori sunt.

V. Bonum publicum, non pri-
77. vatum quærat commodum, dicuntur Consules Patres civitatis; Pater autem conrra stimulos naturæ facit, cui filiorum causa curæ non est.

78. Una ratio est, si privatas obliviscamur injurias. Omnia nostra consilia & cogitationes conferamus ad publicam utilitatem, meminerimus, Regis incolumitatem ita nostræ fidei commissam, ut rationibus obnoxii simus, igitur, sicuti antea pravo studio certavimus, uter nostrûm honoribus & auctoritate auctior esset, ita imposterum contendamus, uter moderatione & justitia alterum antecedat; dixit olim Prorex Scotiæ, diffidens à Cancellario in consilii consessu, referente BUCHANANO, *lib.* II. *rer. Scoticar.*

Pereant hi fabri, ceu capita cen- 79.
tum fulminibus digna, qui ex ferro publico privatos sibi clavos formant, qui nihil etiam in prætensa ac larvata sua functione incipiunt aut agunt, nisi cujus fructus ante
providerint, TACIT. II. *Annal.* qui- 80.
bus cum Vespasiano lucri bonus est odor ex re qualibet. Hi sunt illi navigatores, qui majorem mercium, quam navis, qua feruntur, curam habent.

Nihil est proclivius, quam ut 81.
talis respublica nutet, languescat, intereat & collabatur tota, quando hoc illi proprium, ut in ea suum quisque privatum spectet emolumentum, SLEIDAN. *in Orat. ad Princ. & Ord. Imp. in fin.* Probi Magistratus præ cura publicarum rerum, plerumque obliviscuntur privatarum, sicut Cato fuit dicere solitus, PLATO *in Caton. Major. n. 4. sicut.* P. Valerius Publicola ætatem Reipublicæ ita impendit & rem privatam adeo neglexit, ut funeri ipsius sumtus defuerit, & de publico elatus fuerit, LIV. *lib.* II. PLUT. *in publ.* Hi

Hi ſacrilegi vultures ob hanc
82. ſolam avaritiam quæ vehementiſſima humani generis peſtis, SENEC. Maximum vitiorum CICER. fidem probitatem cæteraque bona evertens, bellua fera immanis, intoleranda, quæ fana atque domos vaſtant, divina, cum humanis permiſcet, SALUST. improbitatis metro-
83. polis, *Bion*, cui *Iſidorus* novem attribuit filias, quæ ſunt mendacium, fraus, furtum, turpis lucri appetitus, perjurium, teſtimonium falſum, violentia, inhumanitas & rapacitas, merito à curia omnibus curialibus honoribus deſtituti removentur & excluduntur; Nam

Quis metus aut pudor eſt unquam properantis avari?

Plutarchus ſcite avarum aſino Bal-
84. neatoris comparat, qui ligna & malleolos identidem adportans, fumo ſemper & favilla oppletus in nullam lavacri, caloris, mundiciæque partem venit, WENDELIN. *in moral. lib.* I. *cap*, *25*. Hi aſini, qui tam ſordido fumo ac impia favilla ſe contaminant, pol digni imo digniſſimi ſunt, ut nunquam in mundiciæ & honoris publici
85. partem adſciſcantur. Monito illo ſapientiſſimo: Si quis eſt, qui tibi unquam in ſuſpicionem avaritiæ venerit, ei nihil committendum, & credendum rectiſſime putem, CIC. *ad Q. fratrem*.

Ad judicium merito eligendi viri honeſti, qui oderint avaritiam, 86.
Exod. 18. *v.* 21. Nam avaritia eſt noverca juſtitiæ & nutrix gehennæ, ut ait *Auguſtin*. Cum avarus gratius intueatur auri molem, quam juſtitiæ Solem, *C. ſicut Diſt.* 47. Unde hoc vitium mater audit omnium malorum, *Tim.* 6. *v.* 10. maxime quando non privatorum ſed judicum inhæret animabus, *Nov.* 8. *præf.* & §. 1. *in fin.*

Caveat itaque ſibi bonus Con- 87.
ſul ab omni munerum acceptatione, quæ veritatis dicitur prævaricatio, *c. qui cauſ.* 11. *q.* 3. manus ubi ad accipiendum aperiuntur, ibi cor, aures & oculi, illico clauduntur & obturantur. Qui munerum rationem habet, ſemper pronunciat ſecundum eos, qui graviores habent manus, quorum & cauſam meliorem pronunciare ſolent, MURET. *in Orat. de Offic. jud.* Merito à bonis ergo & muneribus ſibi temperent, *l. ſolent ff. de Off. Proconſ. ut manus habeant*
puras, *Nov.* 8. *princ.* Et ne mune- 88.
ra accipiant Magiſtratus, ipſis potius ſalaria de publico conſtituenda ſunt, quæ ad tuendam eorum dignitatem ſufficiant, & ne quæſtum facere & lucrum ex officio quærere teneantur, VERNUL. *Inſtit. Polit. lib.* II. *tit.* 8. *quæſt.* 5. REINCK. *de Reg. Sec.* & *Eccl. lib.* II, *cl.* 2. *cap.*

1.

12. n. 18. Eo facit *Nov.* 28. c. 4.
89. Hinc caute agunt Principes ac Domini, qui officialium juramento apponunt, ne sibi munera dari patiantur, & bene quoque consultum esset Municipiis si juramento Consulum insererent clausulam, quam insertam habemus in Edicto Serenissimi ac Potentissimi Regis ac Principis nostri de Anno 1695. 16 Novembr.
90. sub rubro formula juramenti. Eines Justitz und Hoff-Gerichts-Rahts: Daß er seines Ampts halber keines weges Gifften / Gaben / Præsenten oder Promessen / von was natur oder Eygenschafft / dieselbe immermehr seyn konnen oder mögen / von keinem Menschen / weder von Auswärtigen noch einheimischen / weder von Hohen noch Niedrigen / und daß weder durch sich selbst / noch durch andere / sie seyn seine Angehörige / Domestiquen und Verwandte oder Freunde / empfangen oder annehmen / sondern / so bald ihm etwas dergleichen offerirt oder versprochen wird / er solches anzeigen und im geringsten / weder directe noch indirecte, davon nicht profitiren / sondern die unpartheyische Administration der Justiz ihm angelegen seyn lassen und befordern / &c.
91. Huc optime quadrat, quod Athenis judices & Magistratus omnes jurarunt his verbis: Judicii causa neque dona, munerave ulla accipiam, neque in rem eam alius, sed neque ullum arte, fraudeve aliqua quidquam accipere patiar, sciens dolo malo, PLUTARCH. *in Solon.*

Lege. Cincia quippiam Magistratibus accipere prohibitum fuit, 92.
CIC. *pro Leg. Manil.* quod & *in l. 6. C. ad L. Jul.* expresse sancitum reperitur. Curiæ sint castæ virgines, â quibus corruptelæ 93.
& largitiones omnino removendæ, PLATO, *lib. XII. de LL.*

Ephialtes, qui licet pauperrimus esset, attamen, cum amici ipsi decem talenta dono darent, non accepit, hæc, inquiens, me cogerent, siquidem reverentes vos haberem, aliquid præter jus concedere, sin minus vos observarem, ingratissimum haberi, ÆLIAN. *lib. II.* Viscata & hamata sunt munera, quibus datis, exspectantur ab accipientibus majora, PLIN. *in Epist.* Non est, quod hoc in esculentis & poculentis velit limitari, videmus enim, ut Magistratu ejusmodi esculenta comedente, stuporem dentium miser litigator sentiat, DN. LE BLEU *in instruct. cons. cap. 11. n. 6.* Facit quidem huc *l. 6.* 96.
§. 1. ff. de offic. Proconf. quod declarat DAMHOUDERUS *Pract. crim. cap. 130. de corruptela n. 9.* in lepo-

ribus, perdicibus, ſalmonibus, & ſimilis generis, ut & in metreta vini, ein Stübichen Weins/Koll. *ad Jus Lubec. art. 4.* Excipitur item, quod Senatori ex more civitatis ab amicis & conſanguineis ex affectu vel loco ſportularum aut pro labore datur. Mev. *ad jus Lubec. lib. I. tit. 1. 4.*

97. VI. Sit affabilis, cives ſine difficultate aut moroſitate audiat; Apud Magiſtratus Romanos non ſolum de die, verum etiam de nocte patuerunt fores, ne deeſſet imploranti egentique ullo quoquam tempore auxilium, Scip. Gentil. *Parerg. lib. I. cap. 32.* Prückm. *conſ.*

98. *15. n. 119.* Hic rurſus quadrat monitum Callistrati ſupra alleg. *l. obſervandum 19. pr. ff. de offic. præſid.* Obſervandum eſt jus reddenti, ut in adeundo quidem facilem ſe præbeat, ſed contemni non patiatur, unde mandatis adjicitur, ne Præſides provinciarum in ulteriorem familiaritatem provinciales admittant, nam ex converſatione æquali contemtio dignitatis naſcitur. Ergo id agendum, ne facilitas auctoritatem aut ſeveritas amorem diminuat, Tacit. *in agricult. n. 24.*

99. Etiam infimos & minimos benigne audiat, alias optimo jure quod olim â paupercula muliere Philippo Macedonico dictum fuit: *Aut me audi, aut Rex eſſe deſine*, & conſuli dicetur: *Aut audi, aut Conſulem exue.*

Duros itemque moroſos ferat, parum enim, nec artis eſt, converſari & in pace eſſe cum iis, qui in omnibus nobis aſſentiunt, ſed pacifice vivere poſſe, cum perverſis & contrariantibus nobis, id ſapientiæ & ex dono Dei eſt, Thomas Kempis *de imitatione Chriſti, lib. II. cap. 3.* Maxime privata odia publicis utilitatibus remittenda, Tacit. *Annal. lib. III.*

VII. Non ſit præceps in iracundiam, quæ gignit inſaniam, Luc. *de penn. in l. omnes. C. de decur. in l. 10.* ſecundum illud, quod habet *Philemon* Poëta Græcus: Inſania omnes nos habet, cum iraſcimur. Indomitum hoc venenum cum ſe rationi ſuperfundit, ut ait Brunner *in ſua hiſtoria*, cum iracundus, velut pyrites lapis quacunque ſui parte cum ſilice collidatur, ignem vomit, cum flagrant & micant oculi, cum æſtuante ab imis præcordiis ſanguine, labia quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent ac ſubriguntur capilli, cum fœda viſu & horrenda facies, Senec. *lib. I. de ira*, quid tunc iracundus â furioſo diſtat? Non niſi tempore, dixit Cato Priscus recte Poëta:

Nunc face ſuppoſita ferveſcit ſanguis & ira

Sciu-

Scintillant oculi, dicisq; facisq; quod ipse
Non sani esse hominis, non sanus juret Orestes.

Pers. *Satyr. 3.*

104. Optime nuncupatur ira dira ac dura Domina â *Philone Judæo*, damnosa insania, impotens sui decoris oblita, necessitudinum immemor, rationi consiliisque præclusa, causis vanitatis agitata, ruinis simillima, Seneca *de ira lib. I. & Epist.*

105. Furorem & rabiem tunc vitabimus, si iram in fortitudine comitem non ducem sequemur. Qui per iracundiam ducuntur, bestiarum mores imitari videntur, quæ dum excandescunt, ultionem appetunt; Qui dolore & ira perciti, bellum ineunt, pugnaces quidem illi, non fortes dicuntur, non enim honestate & ratione, sed perturbatione animi, rem expediendam suscipiunt, Bodenstein. *Arcan. Disquisit. Polit. lib. II. cap. 44.*

106. Nulla pestis generi humano pluris stetit, quam iracundia *idem*, adeoque semper finis iræ est principium pœnitentiæ, *Idem in Proverb.*

107. Quod maxime attendant omnes, qui in populo eminere optant, sudantque; Juxta magni illius Sophi elogium, pars superior mundi & ordinatior ac propinqua sideribus, nec in connubem cogitur, nec in tempestatem impellitur, nec versatur in turbinem; omni tumultu caret, interiora fulminantur. Eodem modo sublimis animus quietus semper & in statione tranquilla collocatus intra se premens, quibus ira contrahitur, modestus & venerabilis est, & dispositus, quorum nihil invenies in irato, Seneca, *lib. III. de ira.* Ni- 108.
hil amabilius est miti ac benigno Rectore, cui non est ferreum pectus, nec cor silice concretum, Fab. *declam. 6.* Nihil ad urbium tutelam conducibilius, Sabell. *lib. VII. c. 2.*

109. Lenitas mixta sit cum aliqua severitate, ex quo utroque justum æquumque sit temperamentum, ut nec duritie exulcerentur cives, nec nimia benignitate aut indulgentia solvantur, Gregor. *lib. II. mor. cap. 8.* Difficile est nimium misereri & sapere, Agesilaus. Non sine ultione pius nec simplicitate severus, misericordia sine justitia est stultitia, justitia sine misericordia est crudelitas. Nihil perniciosius est administratore Rerumpublicarum, ultra quam par est clemente, Savedr. *Symb. 22.* Haud minus crudelis est, qui omnibus veniam dat, quam qui nemini. Cœlum fruges procreat quidem roris benignitate, sed rigore pruinæ ac nivium tutatur eas & altioribus de-

110. figit radicibus, IDEM *dict. symb.* Definitur itaque à Politicis clementia, quod sit virtus animi, à pœna & vindicta ad lenitatem cum judicio inclinans, LIPS. *Polit.* Ex quo judicio est, ut affectans suavis ac blandi nominis laudem, studens acrimoniam, severi judicis inflectere, SYMMACH. *lib. X. cap. 36.* non obliviscatur illius, quod gravius interdum impunitate & indulgentia peccetur, quam ipso delicto; audacia enim, quæ veniam sibi pollicetur, assumit malitiam, SAVEDR. *d. symb. 22.* & sine severitate civitas administrari non potest; CICERO *I. Offic.*

111. Inter qualitates boni Consulis merito denique censenda venit patientia, quæ utique ipsi inter varias Municipiorum molestias & solicitudines, quas tolerare convenit, non est abjicienda. Quod si Coriolanus fecisset, ejus vitam, tanta non fuissent consecuta pericula, cum optimum dolori remedium sit patientia, qua ferenda non culpanda sunt, quæ mutari non possunt. Hac animi moderatione & tolerantia præditus Consul facile modum inveniet, dolores, tam privatos quam publicos, concoquendi; Ubi & inter ipsam pa- 112.
tientiam ipsi studendum, ne multitudine injuriarum concitatus, effervescat, quia patientia sæpius læsa furorem inducit, cæteroquin omnis dolor patientia vincitur, BODENSTEIN. *Polit lib. II. cap. 41.*

Plura quidem hisce attexi pos- 113.
sent, sed hæc ad descriptionem boni Consulis pro parvis Municipiis, qui tali Consule se magna quod prædicent, habent, sufficiant. Non 114.
ideo tamen sunt despicienda, quia grandia corpora grandes infirmitates pati solent, SAVEDR. *Symb. 36.* Magna civitas, magna sæpe solitudo, quia in magnis urbibus amici & necessarii remotius dispergun- tur, adeo, ut minus plerumque familiariter & in consortio vivatur, quam in viciniis angustioribus, FR. BACO *de Verulam. serm. fidel. cap. 27.*

Caput III.

DE AMBIENTIBUS CONSULATUM.

SUMMARIA.

1. *Accismus, quid sit?*
2. *Simulationis effectus.*

3.

3. *Occulta probabiliter ignorantur.*
4. *Simulatio mendax.*
5. *Accismus erumpens ridiculam generat simulationem.*
6. *Quandoque periculosa est simulatio.*
7. *Ridendi, qui simulare nesciunt, cum opus est.*
8. *Simulantes hi similes sunt remigibus.*
9. *Ambitio sine continentia, quæ?*
10. *Laudari à plebe aditum dat ad Senatum.*
11. *Stulti tibicines. Sol sine precibus exoritur & statim fulget.*
12. *Domini precarii,* Gerne Bürgemeistere.
13. *Eorum indoles.*
14. *Ambitiosi hi morum prudentiam simulare solent.*
15. *Captatio benevolentiæ vulgi maxime iis apta est.*
16. *Fallax est multitudo.*
17. *Superba est præsumtio in ambientibus.*
18. *Vir bonus a natura designatur Magistratus?*
19. *Vir appetibilis est Magistratus ob onera & servitia.*
20. *Ter servi sunt in Magistratu collocati.*
21. *Consulum Placentinorum timor.*
22. *Qui non Placentiæ sed Veronæ studueruut, sine timore castigant malos.*
23. *Qui provinciam Magistraticam parvi æstimat, prudentia ad regendum necessaria caret.*
24. *In Republica exigua sæpe constantissimi etiam fiducia.*
25. *Nemo in alieno, sed in suo glorietur.*
26. *Qui male regit, Deo displicet, qui bene, civibus.*
27. *Sapientis non est, auram popularem venari.*
28. *Malus virtutis judex est populus.*
29. *Vulgi judicium, quale? Ejus favor instar iridis est.*
30. *Qui vulgo fidit, luto inædificat & similis est tabulæ à rapido flumine jactatæ.*
31. *Exemplum Sodorii Principatum Florentiæ respuentis.*
32. *Gratia popularis non est solida. Exemplum Romæ Clarissimorum.*
33. *Augusti de gratia populari votum.*
34. *Rebus turbidis à regimine abstinere tutum, turbido cœlo apes non volant.*
35. *Cœlo turbido navis virum quærit.*

36. *Mendicantes emendicatiq; Consules.*
37. *Plebs mavult decipi, quam cogi.*
38. *Histriones palliati.*
39. *Colossi exterius Deorum tridentes & fulmina minantes, intrinsecus aranearum telis repleti.*
40. *Atlantes & Caryatides.*
41. *Templa Ægyptia.*
42. *Simiæ, ubi extremum ascendendo attigerunt culmen, transeuntibus ostendunt nates.*
43. *Domicelli ex ordine mendicantium D. Petri. C. Figuli repulsam Consulatus passi dictum.*
44. *Juramenti à Justiniano in Novell. forma præscripta.*
45. *Similis forma præscripta ab Imperatore, pro regendis provinciis.*
46. *Persona præficienda muneri, non munus personæ.*
47. *Turpissimus est ambitus, ubi honor pretio emitur.*
48. *Magistratus ab omni ambitione debet esse alienus.*
49. *Optimi sunt gubernatores, qui rogantur detrectantes.*
50. *Sanctuaria justitiæ precibus vel pecunia non sunt expugnanda.*
51. *De affectato honore Sententiæ.*
52. *Padareti memorabile dictum factumque.*
53. *Phœnices in Municipiis qui?*
54. *Virtus nescit repulsam.*
55. Leges *variæ ad cohibendam ambitionem latæ.*
56. *De ambitu ap. Romanos quo Candidati usi.*
57. *Candidati absque toga erant.*
58. *Candidati sæpe erant ridiculi, exemplum L. Crassi.*

I. Ad resolvendam hanc materiam sciendum est, duplicem esse modum, quo ambitiosi plebem infatuant. Primus dicitur Accismus; cum quæ optantur, simulate recusantur, specieque recusationis flagrantissime cupiuntur, TACIT. *de August.* De hoc modo ait SUETON. *in Tiberio.* Tandem quasi coactus & querens miseram onerosamque sibi injungi servitutem, recepit imperium.

De hoc accismo ita CYRICUS LENTULUS: Qui accismus Augusto non minus adfuit, quam Tiberio, sed gratior in illo, quod moderatione temperatur & rariori usu, Nihil enim æque fastiditur, quam quæ frequenti attritione se ipsam pro-

dit simulatio *in Augusto*. De hoc modo simulandi dicit *Erasm. Francisci* Traversaal. Er schlug solchen Vorschlag zwar mit beyden Händen von sich ab / aber zog ihn heimlich wieder zu sich / schlug den Ball wider solche Wand / von welcher er wieder zurück prallen / und ihm gewiß in die Hände fliegen muste.

3. Cujus si sit cauta continentia tolerari potest, quia ea, quæ occulte fiunt, probabiliter ignorantur GLOSS. *in l. 14. §. 3. verb. ignorantiam ff. quod met. caus.*

4. Multis simulationum involucris tegitur & quasi velis quibusdam obtenditur unius cujusque natura frons, oculi, vultus, persæpe mentiuntur. CICER. *ad Q. Fr.*

5. Magna autem prudentia Accismus hic fingi debet, si enim erumpat & vulgetur, inepta & ridicula est simulatio, *ut ait* CLAPM. *de arcan. Rerump. lib. II. cap. 16.*

6. Imo & sæpe periculosa est, ut ait THOLOSAN. Consideravi aliquando hypocrisin deceptricem arguere semper tempora periculosa, dum occupaverit vel regnum vel civitatem, vel domum, non minus quam quando proditores incogniti nobiscum conversantur, observantes & captantes per singula momenta occasionem nocendi, ut non inmerito illud væ! sæpe hypocritis à Domino nostro Iesu Christo sit objectum. *De Republ. lib. XIII. cap. 12. n. 23.*

Nam rideri merito hos videmus, qui simulare nesciunt, cum opus 7.
est rideri, qui dissimulare nesciunt, quod simulent, larva enim opus est, ne quis videat quid agas, & hæc ipsa risum movet sapientioribus, si alibi apparet. HEINS. *in laud. asin.*

Simulantes hæ Reipublicæ simiæ, similes sunt remigibus qui recta, prospiciendo retrorsum, vehuntur. 8.

Secundus modus consistit in ambitione sine continentia, cum per 9.
præcones emissariosve subornatos quis publice in popinis aliisve conventiculis tribulium, se commendari procurat, vel ipse ut seplasiarius circulator aut theriacæ trivialis propola suas sibi laudes & animi dotes ad Rempubl. gerendam incomparabiles decantat.

Haud ignarus illius: Laudarier à 10.
plebe, aditum dat ad Senatum SCALIG. *in Epidorp. lib.*

Qui stulti sui tibicines & in- 11.
sensati Thrasones, immemores sunt nobilis illius documenti, quod ingerit sapiens ille: sicut sol preces & blandimenta non expectat, ut exoriatur sed statim fulget & ab omnibus salutatur: Sic tu nec plausus expecta, nec strepitus vel laudes, ut bene facias,

Sed

ſed ſponte benefacias & pariter ac ſol clarus eris, EPICTETUS.

12. De quibus Dominis precariis, **Gerne Bürgemeiſteren/** omiſſis aliorum argumentationibus, quas pro & contra dicunt, libere aſſevero, illos Magiſtratu omnino eſſe indignos; ſuſpectus enim omnibus merito videtur, qui operam ultro ingerit, *l. quæ omnia ff. de procurat.* Omnisque anima indocta eſt curioſa ſeu ambitioſa, AUGUST. *de agon. Chriſt. cap. 4.*

13. De his dixit MULLERUS Profeſſor Groningenſis: **Dieſe wollen anfangs gerne ſitzen auf Küſſen/ auf welchen der Stadt Wapen ſtehet/und wenn ſie ein Jahr oder zwey darauf geſeſſen/ wollen ſie gern ſehen/ daß ihnen daſſelbe an die Bruch (Hoſen) genehet wäre.** WEIDNER. *Apophthegm.* Sed ut hi eo felicius ſcopum attingant, miram ſimulare ſolent prudentiam, idque adeo, ut non mercator aliquis obæratus, nec decoctor rei familiaris occultus, tot artificiis ſe muniat ad divitias ſimulandas, quot homines iſti vera prudentia deſtituti utuntur, ad prudentiæ ſuæ prætenſæ opinionem tuendam. Certe hi faſtidioſi formaliſtæ opinionem vulgi facile aucupari poſſunt, ſed ad negotia gravia tractanda, nemo talium delectum faciat, BACO. *de Verulam. ſermon. fidel. cap. 26.*

Primum enim ſolet eſſe conſulatus veſtibulum captatio benevolentiæ vulgi, ut ab eo audiat: **Solche Leute müſſen wir haben; Er iſt ein guter Bürger-Mann.** 15.
ac ut TACITUS ait, ſed de ſuperiori claſſe: Adorare vulgum videbatur, jacere oſcula, & omnia ſerviliter pro dominatione gerere, *lib. I Hiſtor.* Interim qui in multitudinis temeritate ſpem ſuam collocat, facile decipitur, cum non æque ut innovandis rebus alacritatem & ſtudium, ita iisdem tuendis conſtantiam retineat. Huic accedit, quod æſtimare ſe idoneum & ſufficientem ad Magiſtratus adminiſtrationem præſumtio eſt, quæ dicitur filia ſuperbiæ, LUC. de PENN. & JOHANN de PLAT. *in l. neminem. g. de ſuſceptor.* Quod intelligendum ait de his, qui honores & Magiſtratus immoderate adpetunt, CHRISTIN. *deciſ. Belg.* 124. *n.* 10. *vol.* 5.

16. 17.

18. Si enim ſe dignos regimine crederent, ſi ſibi conſciis confiderent meritis, non emendicarent, quod bonis & idoneis nunquam negatur, nam vir idoneus à natura Magiſtratus deſignatur, & quidem perpetuus, PLUTARCH. *in præcept. Polit.*

19. Si moleſtias curiæ perpendimus, vix dices dari ambientes Magiſtratum, quo facit, quod SIDONI-

cus ait, sententiæ tali ego nunquam assentior, ut fortunatos putem, qui Reipublicæ præcipitibus ac lubricis culminibus insistunt,
20. *lib.* II. 13. Nam viri in Magistratu collocati ter sunt servi, servi Principis vel Politiæ, servi famæ, & servi negotiorum, adeo, ut libertate neutiquam fruantur, neque in personis, neque in actionibus, neque in temporibus suis, BACON. *serm. fidel. cap.* 11. cum singuli teneantur ad singula, Magistratui onera imminent universa, SARESB. *lib. I. cap.* 1. Atque Magistratus suus non est, sed subditorum, ID. *lib. IV. cap.* 5.

21. Quomodo civitatem ille regeret, qui se suamque aviditatem gubernandi capistrare nequit, quo bono publico hujusmodi Consules Placentini, suarumque laudum ridiculi ebucinatores Reipublicæ præerunt, qui in justissimis etiam nihil audent, ne regimen, quod precibus donisque acceperunt, subito perdant.

22. Nam Placentiæ hujusmodi Consules magis studuerunt, quam Veronæ; hinc indicant, quia tam sordide ad dignitates adspirarunt, quod veram virtutem contemserint, SIMAN. *de Rep. cap.* 8. Pericles libere & sine timore ausus castigare, eo, quod sine malis artibus ad dignitatem adspiraverat, THUCYD. *lib. I. Hist.*

Qui provinciam Magistraticam bene considerat, non ingerit se 23.
ipsum ex levitate, vel inanis gloriæ cupiditate, quod qui non æstimat & suo momento ponderat, prudentia ad imperandum necessaria destituitur ut post ÆLIAN. *lib.* IX *Var. Hist.* GERH.. *in loc. Theol. de Magistrat. Polit. cap.* 4. *n.* 115. subdens suis verbis: Qui rem levem existimat Reipublicæ administrationem, difficultatibus negotiorum postea fractus, animo deficit, & pedem cum pudore refert, quem temere Reipublicæ inferre voluit, cum maxime ambitiosi hi
cogitare debeant, quam exigua 24.
sæpe in publica trepidatione etiam constantissimi fiducia sit, & sæpe veritas hujus incidit.

Nunc manibus rapidis opus est, nunc arte magistra.

Interim nemo gloriari nisi in
suo debet, propria virtus est in vi- 25.
te fertilitas, in homine quoque id laudandum, quod ipsius est, cætera non in ipso, sed circa ipsum sunt, denique inanis gloria nihil aliud est, quam spes magnitudinis falsæ, SENECA.

Quod novit Chrysippus, qui 26.
rogatus, cur non administraret Rempublicam, dixit: Qui, si quis male rexerit, Diis displicet, si bene, civibus, STOB. *serm.* 43. Quantum est odium, si regas malos?

quanto majus, si malus ipse? Joh. Ludov. Viv. *introduct. ad sapient.*

27. Et quid est, sapientem in tantillo dignitatulæ Municipalis punctulo gloriolam quærere, auram popularem venari, atque in fine decipi, rectissime ait ille: Non scintilla est solidæ gloriæ, tametsi vulgus omne una te voce laudet; nulla pronior ad errorem atque præcipitium via est, quam per vulgi vestigia.

28. Malus quippe dignitatis aut virtutis Judex est populus, & multi à populo, pro mercede pœnam, pro laude ignominiam, pro gratia indignationem acceperunt, Lips. *in præfat. variar. lect. lib. I.*

Quicquid pene vulgus laudat,
29. vituperio dignum est, quicquid loquitur, falsum est, quicquid improbat, bonum est, quicquid approbat, malum est; quicquid prædicat, infame est. I nunc & insanis sermunculis gloriare. Ecquin omnium laus, quid omnis humanus favor est? Pulchra & multicolor iris. Et quid iris est? Nubes opaca & roscida, in àquam brevi abitura, Drexel. *in Phaeth.*
30. *cap. 44. n. 5.* Qui vulgo fidit, innititur baculo ficulneo, juxta proverbium Italicum: *Chi fonda in sul populo, fonda in sul fango*, Machiavell. *libr. del Princip. cap. 9.* Atque ut Johannes Dux Burgundiæ dixerat, videns, nihil in vulgo fidei esse. *Il fut bien, que l' asſurance du peuple fut plus foible & perilleuse, qu' une planche tournée à travers, d' un furieux torrent.* Matth. *lib.* IV. *narr. 2. c. 2.* Sodorius oblatum sibi à Florentinis Principatum respuit, dicendo: Omni multitudini insunt levitas, inconstantia & temeritas, itaque cum, quem civitatis Principem (dicamus saltem Consulem) agnovit, altissimo gradu gloriæ dejicit, alium eodem loco constituit, eundem quem antea desideraverat, improbat, & agit præcipitem, eundem restituit, quem paulo antea ignominia affecit.

Quis ergo, obsecro, in civitate adeo erit popularis, qui speret, ulla se unquam bene merendi ratione, solidam à populo gratiam inire? In ea civitate, quæ gloriæ atque imperii domicilium, maximarumque virtutum omnium habuit constitutum (puta Roma) Camillum, Scipionem, Marium, viros fortissimos ac clarissimos Imperatores, devictis hostibus ac liberata patria, summa cum gloria triumphantes, damnatos eosdem, in exiliumque actos. Ex Mich. Brut recenset Arnis. *Polit. lib.* II. *cap. 7. sect. 2. n. 50.*

Augustus Cæsar, cum sibi accerneretur, titulus patris patriæ à popu-

pulo, respondit: Nihil aliud habere se precari Deos immortales, quam ut hunc consensum populi, sibi ad ultimum vitæ finem perferre liceret, SUET. *in Aug. cap. 58.* veritus, ne innata mobilitate judicium in odium verteret, prout ominabatur Tiberius apud TACIT. *lib.* IV.

34. Præsertim tutum optimumque est, rebus turbidis & tumultuosis regimine abstinere: Quibus recte uti apes cœlo pluvio & sparsis per aerem nebulis in alvearia confiiciendo melli se recipiunt; Sic homines bonæ mentis in se ipsos descendunt, secum ipsi habitant, & sibi mel faciunt, nec in apertum ad publicum suo periculo evolant.

35. Ut cœlo etenim sereno & mari quieto, minor cura & inquisitio de gubernatore est, quivis pene sufficit, at turbido, virum navis quærit veterem & peritum: Sic & Reipublicæ, si procellis nimbisque jactatur, magni interest, quem in curam tutelamque ejus recipi. videamus, LIPS. *cent. 3. epist. 55.* Gubernator in tempestate dignoscitur, in acie miles probatur, CYPRIAN. *serm. 4.* SIDON. *8. 10.*

36. De mendicantibus emendicatisque Consulibus, qui in hæc non penetrant, notandum illud veriverbium SENECÆ *lib. VI. de clem.* Fides, imo omnis eorum actio, in obsequium servile submissa est; nemo ex animi sui sententia suadet dissuadetque, sed adulandi certamen est, & unum omnium officium, una contentio, quibus blandissime fallant, certe fallunt falluntur que omnes, qui gratiosis clementissimisque illis cœcis cœcorum ductoribus rogatisque Dominis Cumanis palpum obtrudunt.

Antiquum est, plebem malle decipi quam cogi, CLAPMAR. *arcan. Rei ump.* Ex sententia Platonis, multitudo promiscua & imperita non potest contineri in officio, nisi nonnunquam fuco doloque bono fallatur, ERASM. *cent. 2. Epist. 4.* 37.

Decipiant itaque plebem fatuellam hi stulti stultorum magistri, histrionesque palliati, qui aliud intus habent, aliud foris ostentant, GREGOR. MAGN. 38.

Qui sunt similes illis Colossis famosis, qui exterius mutuatis coloribus micant, nihilqne nisi Deorum tridentes & fulmina minantur, intrinsecus autem aranearum telis, muribus sordibusque repleti, *Resol. Polit. Gallicè les maximes d' estat, in addit. ad sect. 1. n. 7.* Imo inane magnum & majestaticum nihil sunt. 39.

Sunt hi picti & sculpti illi Atlantes & Caryatides, qui speciem præ se ferunt enitentium, ut fulciant ædificium, ne ruat; cum tamen nihil agant, cum ma- 40.

magna præstituri nihil faciant.

41. Simillimi sunt tales templis Ægyptiis, de quibus CLEMENS ALEXANDRINUS. Apud Ægyptios templa, porticus, vestibula ac luci magnifice instructi, & atria multis columnis cincta sunt; ita ut nihil desit. Parietes lapidibus externis & artificiose depictis resplendent; ædes auro, argento & electro collucent, & ex India ac Æthiopia variis fulgentibus lapillis, adyta intextis auro adumbrantur peplis; Sed si penetralia templi ambitus subieris, & ad ejus, quod præstantius est, spectaculum properans, imaginem, qnæ templum habitat, quæsieris, non invenietur Deus, qui quærebatur & expectabatur sub tanto apparatu; sed felis vel crocodilus, vel serpens indigena, vel alia ejusmodi bellua, quæ templo est indigna, & antro speluncæ ac cœno magis congruit, CLEM. ALEX. *lib.* III. *Pædag. cap.* 2.

42. Quadrat in hos, quod dixit Olivarius regni Gallicani olim Cancellarius; Ejusmodi homines similes esse simiis, quæ arbores altissimas de uno ramo ad alium adscendunt, nec ascendere desinunt, donec extremum attigerint culmen, ex quo tandem transeuntibus ostendunt nates, LE BLEU *in instruct. fut. Conf. cap.* 14. *n.* 15.

43. Si ejusmodi Domicelli ex ordine mendicantium, non Francisci, sed Petri (quorum numero C. Figulus fuit, qui consulatus repulsa, dolore accensus, cum ad eum postero Comitiorum die multi consulendi causa venissent, omnes dimisit, dixitque, omnes consulere scitis, consulem facere nescitis, VAL. MAX. *lib.* IX. *cap.* 3.) secundum formam à JUSTIN. *in Nov.* 8. *c.* 9. præscriptam solenni juramento obstringi deberent, se nihil dedisse vel daturos esse, vel etiam promisisse ad consequendum Consulatum; bone Deus! quanta & quam splendida juramenta, quam turpes, sordidæ, detestabilesque mercantiæ detegerentur. 44.

Parem præscribunt formam Imperatores Theodosius & Valentinus illis, qui ad provincias regendas accedunt, ne ad honoris insignia ambitione vel pretio, sed probatæ vitæ testimonio promoveantur, ubi & jurati inter gesta depromant, se pro administrationibus sortiendis, neque dedisse quidpiam, neque daturos unquam postmodum fore, sive per se, sive per interpositam personam in fraudem legis sacramentique, *l. sancimus.* 6 *C. ad L. Jul. repet.* 45.

Nam juxta Comicum in *Amphitr.* Virtute ambire oportet, non favitoribus. Et persona præficienda muneri, non munus personæ, 46.

man

man muß die Aemter mit Persoh- nen versehen / und nicht die Per-
47. sohnen mit Aemteren. Sed multo turpior & perniciosior est ambitus, si honor pretio emitur, venditur, fieri enim non potest, quin pecunia pecuniæ lucrandæ causa expendatur, ut ii, qui pretio emunt honores, non velint non maximum & turpissimum quæstum ex illis facere, FAUST. ab ASCHAFF. *class. 10. Ord. 777. cons. 12.*

48. Quicunque recte gesturus est Magistratum, in tantum ab ambitione debet esse sepositus, ut quæratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat; sola illi suffragetur necessitas excusandi.

49. Plato optimos putavit gubernatores Reipublicæ, quos rogari vel cogi sit necesse, *lib.* VII. *de Republ.* Manlius delato sibi Consulalatu dixisse fertur: Alium quærite, in quem hunc honorem deferatis. Nam si me eum gerere coegeritis, nec ego mores vestros nec vos malum imperium ferre poteritis, VAL. MAX. *lib. VI. c.* 4. Alexander Severus Imperator fugientes & detrectantes ad Magistratum trahens dixit, invitos & non ambientes in rempublicam conlocandos.

Quis enim locus tutus, aut quæ
50. causa poterit esse excusata, si veneranda justitiæ templa, curarumque publicarum sanctuaria pecuniis vel precibus expugnentur, *l, quenquam 31. C. de Episc. & Cler.* Potius quantum quisque mercatur, non quantum dare sufficiat, æstimetur, *d. l. 31.* Nam multo
honoratius in se fugit honor, quam 51.
affectatur. Et excelsius per injuriam negatur, quam citra meritum defertur; Unde Cato, malle se dixit, ab hominibus, cur statuam non haberet, quam cur haberet, requiri, PLUTARCH, *in Apopht.*
Quod & imitatus Pædaretus Laco- 52.
nicus, qui, cum in numerum trecentorum non esset, electus abiit fronte serena, addendo: gratias ago vobis, Dii, quod tot homines meliores me huic civitati dedistis, BRUS. *lib. I. cap.* 18. JOANN. CAMBES. *apopht. tit. de bono viro.*

Sed tales Phænices in Munici- 53.
piis vix quingentesimo anno gignuntur, potius prece vel pretio Consulatum adipiscunrur, parum solliciti, habilitas post fautores collocatur, und sind zufrieden / wenn sie nur einen Burgemeister bedeu-
ten. Vero etenim verius est, quod 54.
Poëta canit:

Virtus repulsæ nescia sordidæ
Intaminatis gaudet honoribus,
Nec sumit, aut ponit secures
Arbitrio popularis auræ.

A Romanis etiam leges Petilia, 55.
Æmilia, Calfurnia, Fabia, Maria,

Licinia, Ebulia, Cincia, aliæque
ad cohibendam ambitionem latæ
sunt, BORELL. *lib. I. cap. 9.*

De ambitu, quo olim Candi-
56. dati apud Romanos usi, ejusque
modo & differentia, vide BUT. *in
annot. ad tit. de Evict.* MENOCH.
arbitr. quæst. cas. 401. *per tot.*

Candidatis erat moris in tuni-
57. ca absque toga esse, ne argentum
sinu ferentes, ipsi alios corrumpe-
rent cives, PLUTARCHUS. BLOND.
lib. III. triumph. Rom. Quam ri-
diculi autem hi fuerint, ex illo li- 58.
quet, quod L. Crassus, cum
omnium Candidatorum more cir-
cum forum supplex populo ire co-
geretur, nunquam adduci potue-
rit, ut id præsente Q. Scævola gra-
vissimo & sapientissimo viro, loce-
to suo, faceret, itaque rogaverit
eum, ut à se dum ineptæ rei inser-
viret, discederet, majorem vere-
cundiam dignitatis ejus, quam
candidæ togæ ejus respectum agens,
VALER. MAX. *lib. IV.*

Caput IV.

DE CONSULE ELIGENDO VEL NON, ANTEQUAM SENATOR FACTUS.

SUMMARIA.

1. *In novorum hominum electione nimium festinari videmus.*
2. *Populi ingenium novitatis avidum, populis præsentibus servit, abeuntes deserit.*
3. *Per gradus, non per saltum, ad honores eundum.*
4 *Momentaneus sacerdos nescit habere humilitatem.*
5. *Pro regenda Universitate, licet minuta, non sufficit scientia theoretica.*
6. *Qualitates boni Regentis.*
7. *Scientia per experientiam comparata, similis est aqua viva.*
8. *Facta prioris ævi cum experientia sunt necessaria. Exemplum Tiberii.*
9. *Natura non illico sed gradatim ad perfectionem perducit.*
10. *Romæ non nisi probati & expertes ad potestatem evecti sunt.*
11. *Miserum est, eum fieri Magistrum, qui necdum didicit esse discipulus.*
12. *Abbas mox à professione eligi non potest.*
13. *Per gradus honorum documentum sui quis dat.*
14. *Ex tyrone non statim fit Tribunus, Circitor, Biarchus, Ducenarius, Primicerius.*

15.

15. *Vectoribus periculosum est, novitio clavum committere.*
16. *Quilibet nautarum vectorumq; tranquillo mari gubernare potest.*
17. *Juvenes prius remis, quam gubernaculis admovendi.*
18. *Rebus in non cognitis nemo promptus sit.*
19. *Gradatim honores deferendi, ita, ut à minoribus ad majores perveniatur. Et quare hoc?*
20. *Indorum mos ritusq; eligendi Magistratum.*
21. *Officium magnum statim desiderare generosi quidem animi est indicium, majus autem desiderato bene persungi.*
22. *Per gradus evectus non exponitur æmulorum invidiæ.*
23. *In parvis Municipiis exceptio à regula hac occurrit.*
24. *Regula hic perpetuo observanda.*

1. Quamvis in non paucis Municipiis ita novorum hominum electione festinari videamus, ut, antequam mores legesve Senatus & civitatis vix per transennam adspexerint, à primo statim limine ad supremum Magistratus gradum
2. provehantur, vel quia nunquam sibi constans populi ingenium novitatis avidum, vel juxta illud antiquum: Venientes semper prætores expectant, præsentibus serviunt, abeuntes deserunt, CICERO *pro Flacco*.
3. Id ipsum tamen Politicis non probari notum est; postulat enim decentia ordinis, ut per gradus ad honores & dignitates eatur, non per saltum; quia facile casum petit, qui ad summa fastigia postpositis gradibus per prærupta quærit ascensum, ut loquitur GREGOR.
4. Atque *secundum Cyprianum* momentaneus Sacerdos nescit habere humilitatem; Sic extemporanei illi Consules, qui prima figuli manu, ut hoc utitur exemplo JUSTIN. *in Novell.* 137. *cap.* 1. Non mediocres urcei, sed statim amphoræ exeunt, raro satis student modestiæ Municipali.

Non exigui enim momenti est, Universitatem, quamvis minutam, 5.
alicui gubernandam concredere, ubi non sufficit, ut quis theoretica scientia saltem sit imbutus, cum magis sæpe pro salutari regimine conducat experientia, quam nuda scientia. Nam qui ejusmo- 6.
di administrationem suscepit, multorum curæ accommodus esse debet. Et ut CIC. 1 *de leg.* Est ei necessaria oratio & sapientia, qua regat populum, stabiliat leges, castiget improbos, tueatur bonos, præcepta laudis & salutis, apta ad persuadendum, dat civibus suis

qua

qua hortari ad decus, revocare à
flagitio, conſolari poſſit afflictos, &c. Multa certe in curia obveniunt, quæ inexpertus ignoret,
7. expertus exhorreat. Sic Dux Albanus appellitavit ſcientiam, quam
libris addiſcimus, aquam ciſternæ,
illam vero, quam per experientiam nobis comparamus, aquam
vivam & ipſius fontis, recenſente
ex PIERRE MATTHIEU, LIMN. *Jur.*
8. *publ. lib. I. cap. 3. n. 11.* Et ſicut
in navi dirigenda reſpectus habendus ad Cynoſuram, ſic in publica
adminiſtratione ad facta prioris
ævi, LIPS. *in præfat. Annal. Tacit.*
Tiberius, quamvis tyrannus, ſuos
tamen nepotes absque iſthac conſideratione promovere nunquam
voluit. Factum re ipſa cum Druſo, cui tribunitiam poteſtatem
non propere contulit, ſed per octo
annos capto experimento, TACIT.
lib. III. Annal. SAVEDR, *ſymb. Polit 52.* Natura ipſa nobis exem-
9. plo ad id eſt, quæ non illico, ſed
ſenſim & gradatim perfectum
quiddam producit, tum aliarum
etiam rerum, quæ ſummo gradu
prius non perficiuntur, quam in
mediis & inferioribus data fuerint
10 documenta. Fuit obſervatum aliquando in Republica Romana, ut
non niſi probatis, & qui jam aliquam operam Reipublicæ impendiſſent, Magiſtratus poteſtatesve
militares aut civiles concederentur, prout ex POLYB. tradit THOLOSAN. *de Republ. lib. IV. c. 5. n. 45.*

Facit & ad hoc *Text. in C. cum* 11.
in Magiſtrum extr. de elect. ubi miſerum dicitur eum fieri Magiſtrum,
qui necdum didicit eſſe diſcipu-
lus. Et *Text. in cap. officii eodem,* 12.
ubi electio alicujus in Abbatem
mox à profeſſione facta irrita pronunciatur.

Habemus etiam exemplum Ro-
manum apud LIV. *lib. XXXII.* ubi 13.
memorat, Tribunos plebis ſe interpoſuiſſe, ne T. Quintius, Flaminius ex quæſtura ad Conſulatum
pertingeret, dicendo, jam ædilitatem præturamque faſtidiri, nec
per honorum gradus documentum ſui dantes nobiles homines
tendere ad Conſulatum, ſed transſcendendo media, ſumma imis
confundere, Sic Rufus diu manipularis, dein centurio, mox gradatim præfectus, TACIT. *lib. II.*

In militia non ſtatim ex tyrone 14.
fit tribunus, ſed inter hos adhuc
medii ſunt miles, Circitor, Biarchus, Ducenarius, Senator, Primicerius, VEGET. *de re milit. lib.* II.
uti itaque in ſago, ſic in toga, recto & gradato ordine, ad ſummum quis adſpirare debet.

Nam ſicut periculoſum vectori- 15.
bus eſſet novitio cuidam, qui nec
dum rudentes complicare, velumque

que laxare novit, clavum statim committere: sic & inconsultum, aliquem antequam bonus sit Senator, nec ne, sciamus, saltuatim ad summum Municipii gradum provehere.

16. Præsertim cum facile evenire possit, ut non eadem per annum maneat Municipii facies, secundum illud Livii: Quilibet nautarum vectorumque tranquillo mari gubernare potest, sed ubi sæva orta tempestas, ac turbato mari rapitur vento navis, tunc viro & gubernatore opus est, *lib. XXI.*

17. Ideo Mario Juniori recte dictum; Juvenes prius remis, quam gubernaculis admovendos esse.

18. Sint memores hi Novellistæ illius dicterii: Ego nunquam alteri author esse velim, ut rebus in non cognitis promptus siet, Sophocl.

19. Est ad hoc *text. expreß. in l. 11. ff. de munerib. & honorib.* ubi Modestinus gradatim honores vult deferri, ut â minoribus ad majores perveniatur, ita, ut rem bene gessisse in minori officio ostendat is, qui altiorem Magistratum aditurus est. *l. unic. C. ut omnes Judic.* *Latius hoc thema tractat post* Borell. *de Magistrat. lib. I. c. 16.* Zypæ *Tract. de judic. Magistr. &c. lib. I. cap. 24.*

20. Tam maximi momenti apud Indiæ populos fuit Procerum electio, ut omnes in loco publico electionique novi Consulis prædestinato, die dicta solenniter congregati fuerint, ubi ad dignitatem summam adspirantes ritu consueto in medium processerunt, quibus singulis permagni ponderis trabs ferenda imposita fuit; Qui tandem ex illis constantissimus in onere gestando perseverare potuit; hic cum omnium applausu laurea cinctus, primarius salutatus fuit. Quo in- 21.
digitare voluerunt: Esse quidem aliquam generosi animi notam, magnum statim desiderare officium, majorem vero desiderato officio rite perfungi: Maximum autem peroptato obtentoque officio diu ac bene præesse posse, Le Bleu *instruct. fut. conf. c. 14. n. 1.*

Consectarium denique ex decisione thematis hoc cap. propositi 22.
fluit, quod per gradus evectus ad Consulatus honores, non in tantum exponatur æmulorum invidiæ, quam si per saltum & ex abrupto inde evehatur, ut enim radii solis in clivo ardentiores sunt, quam in plano; Sic, qui per gradus ascendunt, minorem subeunt invidiam, quam qui per saltum, Franc. Baco de Verulam. *Serm. fidel. cap. 9.*

Ceterum regula hæc iterum ex- 23.
ceptionem patitur in illis, qui per saltum Consules eliguntur, & nomi-

mini per hanc collatam dignitatem injuriam faciunt, quam incapacioribus, quod in parvis municipiis ſæpe ob penuriam hominum accidit & tunc neceſſitas legem frangit, ut habet. *all. l. 11.* §. *2. ff. de muner.* illiusque *l.* §. *1.* immota ſtat ſententia; Etſi lege Municipali caveatur, ut præferren- 2
tur in honoribus certæ conditionis homines, attamen ſciendum eſt, hoc eſſe obſervandum ſi idonei ſint.

Caput V.

DE JURE-PERITIS DOCTIS VEL INDOCTIS ELIGENDIS.

SUMMARIA.

1.
2. } *Scommata, quibus advocati & Doctores à maleſeriatis quibusdam petuntur.*
3.
4.
5. *Epheſi neminem oportebat excellere.*
6. *Nihil ſapere videtur quibusdam vita optima.*
7. *Moſcovitæ omnes ſcholas ſubvertunt.*
8. *Ratio inſtituti hujus.*
9. *Quare indocti doctos ſibi adjungi tam ægre patiantur?*
10. *Unus cocles omnibus cæcis oculatior. Literarum cultura emollit mores.*
11. *Indocti non facile rationibus moventur.*
12. *Difficile eſt regere homines.*
13. *Multo difficilius quam imperare brutis.*
14. *Illiteratus ſedet in publico, ut lapis ſupra lapidem.*
15. *In multis curiis non niſi ligna ſuper ligno ſedent: Quod pro arcano ſalutis habent.*
16. *Præterita florentia ſecula, non tribuenda ſunt incultis civitatum moderatoribus.*
17. *Vaſtitas Juris civilis.*

18. 20. 22. *Encomia & epitheta Jure-Consultorum.*
19. *Honor exhibitus Jasoni à Ludov. XII. Gall. R. Pompei M. exemplum.*
21. *Cur JCti dicantur milites?*
23. *Principes ad gradum Doctoratus evecti.*
24. *Constitutio Frieder. III. Imp. contra DD. Juris lata nunquam fuit recepta.*
25. *Inscitia judicantium, calamitas innocentium. Imperito nihil injustius.*
26. *Vitium est Reip. peritis legum causas dijudicandas non tradere. In Laicis vix tolerabilis inscitia.*
27 *Magistratibus scientia juris necessaria.*
28. *Lex à Francisco Olivario in Gallia lata.*
29. *Bonus doctusque quandoque à puero in arithmeticis superatur.*
30. *Rabularum vitia Advocatis non imputanda.*
31. *Vitia illa referuntur ad semidoctos & semicoctos.*
32. *Rabulæ qui?*
33. Gerichts-Plauderer / Zungen-Drescher.
34. *Causidici empirici & circulatores.*
35. *Corrigenda eorum protervia.*
36. *Alios dum defendunt, alios offendunt.*
37. *Mediocria ingenia sunt optima ad Consulatum.*
38. *Doctorum nomine non veniunt, nomine saltem tales.*
39. *Differt Doctoratus à Doctore.*
40. *Exercitati sine doctrina non sunt excludendi ab honoribus.*
41. 44. *Usus quotidianus supplet literaturam.*
42. *Usus plus valet quam Bartolus & Baldus.*
43. *Boccalini judicium de Bartolo.*
45. *Indoctis Consulibus, Syndici in Municipiis sunt adjumento. Syndici in parvis oppidis solent esse os & oraculum civitatis.*

1. Probrose quidem advocati jurisque periti à Doctoromastigibus audiunt; quod jurgiorum Præceptores sint
2. *ut ait* Barcl. *in Argen.* Quod clamosi jurgia fori, improbas iras & verba locent Senec. *teste Lapid. allegat.* 55. Quod fora venenent, judices ludificentur, quietem turbent, Remp. collegia, statum, ordinem, instituta, evertere contendant, Diis exosi ac hominibus

ZASIUS *in l. 2. n. 45. ff. de orig. Jur.*

Queis lites pendere diu, vindemia quadam est.

3. In quibus omne venale est, maxime lingua, quæ nisi funibus argenteis ligetur, damnifica est CASSIOD.

Verba dare hi possunt, caute, pugnare dolose,
Insidias facere ut hostes sint omnibus omnes.

4. Quibus assonat PLUTARCH. scribens forum muricibus sterni: Atque LIPSIUS: sine Causidicis satis felices olim fuere, futuræque sunt urbes *Polit. 2. cap. 11 n. 10.*

5. Hisce male mota sunt Municipia quædam, ut de salute populi actum fore putent; Si Docti Doctoresque in Senatum eligantur; Ubi tanquam olim Ephesi, oportet neminem doctum esse, multo minus excellere, *ut ait* BARCL. *in Satir.*

Jurabunt hi osores Doctrinæ.
6. & Doctorum *cum* SOPHOCL.

Nihil sapere enim vitam facit suavissimam
Nam non sapere doloris expers est malum.

7. Cur non hi Domicelli cum Moscovitis omnes scholas omniaque literaria collegia subvertunt, atque ita omnem scientiam in herba ac semine, quod ajunt opprimunt? *ut de illis scribit* MYTR. *lib.* I. *Chron. Sax.*

Cujus gentis perversi instituti 8.
causa hæc fuit, tum ut hac ratione hæresium occasiones omnino præcidant, tum ne Principe ipsorum quispiam videatur doctior & sapientior. LIMN. *Dissert.* 1. *de Academ. th. 8. Litt. D.*

Misere autem fallunt falluntur- 9.
que ejusmodi hostes bonarum literarum & artium, qui tam eruditi ut eruditos possint cotemnere, *ut ait* PUTEAN. *in Como.* Propterea doctos sibi adjungi non sinunt, ne eorum inscitia & fæda ignorantia in vulgus prodeat, ne unus Cocles omnibus cæcis corde & cerebello sit oculatior, juxta illud Gallorum proverbium: *Dans le Royaume des aveugles, le borgne veut être Roy.*

Nec enim tam literæ & studia 10.
scholastica bonum efficiunt Consulem, quam animus (quem Salustius vocat Regem & moderatorem mortalium) sedulo literarum studio excultus & moderatus. Nihil enim magis ex Musarum placido commercio homines capiunt, quam quod naturam mitigent & mansuetam faciant, ratione & doctrina, prout ex PLUTARCH. *in C. M. Coriolan.* refert KNIPSCH. *de Civ. Imp. all. c. 8. lib. II. n. 48.* Et quo quisque magis, quod se deceat, intel-

telligit, eo vehementius ipsum neglecti pudet officii, ac etiamsi non omnino sibi temperet à maleficio, tamen ne modum plane excedat, cavet. Quo & facit illud OVID. *l. de Pont. 7.*

Artibus ingenuis quarum tibi maxima cura est,
Pectora mollescunt, asperitasq; fugit.
- - - didicisse fideliter artes
Emollit mores, nec sinit esse feros.

11. Docti facile sentiunt, quid jure fundatum & profuturum sit, indocti vero & imperiti, qui principia ignorant, vel non credunt, semper hærent, nec rationibus facile moventur.

12. Hominem regere est disciplina disciplinarum & ars artium, nam inter omnes animantes maxime est moribus varius & voluntate diversus. Norit Magistratus Reipublicæ causa, quaslibet ferre molestias, tolerare injurias & civium rusticitatem & ingratitudinem, KNIPSCH. *cit. loc. n. 47.* XENOPHON scribit *lib. I. In-*

13. *stit. Cyri:* facilius est, quibuslibet animantibus imperare, quam hominibus, greges & armenta eò pergunt, quo abiguntur, & quo delata sunt, quiete pascuntur, & facile ab iis abstinent, â quibus prohibentur, nec unquam compertum est, gregem adversus pastorem insurrexisse, vel detrectasse obedientiam: Quin & multo difficiliores se præbent greges alienis & ignotis, quam moderatoribus & ducibus; Homines vero in nullos magis insurgunt, quam in eos, quos imperium in se affectare sentiscunt. Ideo Reipublicæ moderatoribus summopere necessaria est eruditio, imperandi ars & scientia.

Aristippus percunctanti cuidam, quid melior evasurus filius, si erudiretur; ut nihil aliud inquit, certe vel in theatro non sedebit lapis supra lapidem, LAERT. *lib. II. cap. 8.* Et hi miselli fatui strenue eò 14. 15.
allaborant, ut in suis curiis non sint nisi lapides supra lapides & ligna supra ligna, autumantes, urbem non feliciter regi, nec prospere curari, nisi exterminata & exclusa omnis eruditionis humanitate, id arcanum salutare dicentes: wenn ihre Stadt von guten/ schlechten/albernen Bürgers-Leuten regiret wird.

Vel hoc ipsis consuetum & familiare est: Wie noch einfältige und unstudirte Bürgemeister waren / da stund es besser um die Stadt / als nun / da die Gelehrten am Raht-Hause sind. Quasi vero, olim præterita florentia tempora, dum nemus omne virebat, ut ait VIRGIL. prudentiæ inculto-rum magistrorum horum tribuenda 16.

da sint. Potius iis quadrat adagium *prac. cap. n.* 16. relatum, tranquillo quisque facile gubernator est. Verum hodie cum omnia in pejus ruant, cum veluti in excrementis seculi hæreamus, & turbato æquore, juxta illud Virgilianum:
Non tali auxilio, nec defensoribus istis
Tempus eget - - -

17. Risum teneatis amici, quasi jurisperiti non boni sint cives aut jura Municipalia ignorent, qui vastum illud jus civile percallent, de qua vastitate juris ita habet Barcl. *in Satyr.* Quid laborlosius illa arte, quam in compendium redigere putavit, qui ejus licentiam intra quinquaginta libros coegit, torque voluminibus diffusa, ut nec maria prodigiosam seriem librorum, distinctis per ventum fluctibus exæquent.

18. Quasi viri illi ordine Senatorculorum in Municipiis digni non sint, sed jurisdictio & judicatura negotiorum Municipalium fratribus tantummodo ignorantiæ committenda sunt. Viri illi, qui justitiæ sacerdotes, qui nobiles, *l. 4. ff. de postul. l. providendum C. eod.* Qui illustres, *rubric. de vir. illustr.* Qui celsi & honorati, *l. 2. & 3. C. de Offic. divers.* Qui maximum decus, *Proam. Digest. circ. fin.* judicum Præceptores & Sacerdotes, *l. 32. ff. de damn. infect. l. 1. §. 1. ff. de just. & jure.* Patres juris, *l. 1. C. de excus. art.* Quibus janua Imperialis semper patere dicitur, *l. 3. C. de Offic. divers. jud.* Quorum domus civitatis oracula, Luc. Crass. *apud Cic. lib.* III. *de Orat.* Qui amici & Patres Principis, *l. 4. C. locat.*

1 Hinc Ludovicus XII. Galliæ Rex, cum subacta Genua de Liguribus triumphasset, Academiam Ticinensem honoris causa adivit, cum ad collegium perventum esset, Jasoni sinister adequitavit cum his verbis: Nunc, Jason, incipit regnum tuum, Mich. Piccard. *Observ. histor. Polit. Decad. 7. c. 1.* Pompejus Magnus susceptis in Mithridatem armis, Rhodum profectus liberalium artium Magistros audivit & privatis Doctorum januis summæ potentiæ & dignitatis fasces submisit, Aurelian. *var. hist. lib.* VII.

2 Sunt inqam justitiæ satellites & judiciorum athletæ & gubernatores, *§. discipuli in proam. Digest.* Justitiæ & Reipublicæ ministri, *ibid.* Sacri Romani Imperii milites, humanarumque fortunarum, rei, spei, vitæ, posteritatisque defensores, *l. advocati 14. C. de advocat. divers. jud.* Milites ideo dicuntur, quia bello nihil tam simile, quam lis & judicium, *d. l. 14. ibiq.* Gothofr. *lit. L.* sed hæc militia non in hastis & clypeis, sed in gloriosæ vo-

vocis munimine consistit, quo causarum patroni confisi militantes, laborantium spem, vitam & posteros defendunt, *ibid.* Hinc & quia milites dicuntur, ipsis armorum usum concedunt, GALIAN. *in l. centurio. n. 43. ff. de vulg. & pup. subst. Jason. in l. ad egregias. n. 10. ff. de injur.* PETR. DUON. *in reg. 55. limitat. 7.* Quinimo advocaturam Nobilitati non esse adversariam, scite probat PAUL. CHRISTIN. *vol. 2. decis.* 201. *n. 3. & 4.* Utique Advocati decenter utentes
22. legibus, meliorem quam religiosi & prædicatores ducere vitam dicuntur, à CAVALC. *decis. 33. n.* 21. VIV. *decis.* 123. *n. 42.* BEN. *de privileg. jurisconsult. p. 3. privil.* 71. *n.* 1.

Qui juris nodos & legum ænigmata solvunt.

23. Tanti pretii Doctoratus & doctrina fuit Principibus, ut horum quidam ejus honores amplecti non erubuerint. Sic Joannes, Venetorum & Mediolanensium Dux, in Academia Parisiensi gradum Doctoris consecutus. Hermannus Landgrafius Hassiæ, Magisterii insignibus condecoratus, Comes Albertus ab Hohenburg, Decretorum Doctor est creatus, NOLDEN *de Stat. Nobil. civil. sub fin.*

24. Nec est, quod osores literatorum patrocinium captare & malevolos dentes acuere velint, Constitutione, quadam Friderici III. Imperatoris Wormatiæ Anno Christi 1441. art. 5. facta, qua sancitum: **Daß alle Doctores der Rechten im Heil. Röm. Reiche Teutscher Nation sollen an keinem Gericht bey keinen Rechten und in keines Fürsten und andern Rähten mehr gelitten / sondern gantz abgethan werden. Sie sollen auch fürbaß hinfüro in Gericht oder Recht nicht mehr rahten/schreiben noch Raht geben / sintemahl Gott dem Menschen mit seiner eigenen Weißheit begnadet/** GOLDAST. *in* **Reichs-Satzungen**/*p.* 164. *seqq.* Cum hæc Constitutio, teste LIMN. nunquam recepta nec illis, quibus aceum in corde est, probata sit, *jure publ. lib.* VIII. *Tom. 3. cap. 4. n.* 11.

Interim notum est, inscitiam judicantium esse calamitatem innocentium, AUGUSTIN. *& juxta Comicum.* Homine imperito nihil injustius, cum imperiti etiam nolentes ob ignorantiam lædant. 25.
Certe enim vitium est Reipublicæ, peritis legum causas dijudicandas non tradere, *Nov. 8. pr.* Nam si in Laicis vix tolerabilis est inscitia, quanto magis in iis, qui præsunt, nec excusatione digna est nec venia, *C. si in Laicis. distinct.* 38. Quid turpius est, quam civilium 26.

con-

controversiarum cognitionem suscipere eum, qui est legum & juris civilis ignarus, Cic. *de Orat.*

27. Ante omnia gubernatoribus civitatum jurisprudentiam necessariam judicat THOLOSAN. *de Republ. lib. X. c. 4.* atque cum quilibet Magistratus civibus suis pro modulo jurisdictionis teneatur jus & justitiam reddere, necessarium omnino erit, ut qualem qualem juris scientiam habeat.

28. Lege quidem à Francisco Olivario in Gallia lata, cautum fuit, ne Patroni causarum & id genus Pragmatici in collegium Decurionum legerentur; quia ii homines in causis privatorum & judiciis obeundis occupati, atque ut plurimum rationum sumptuariarum rudes haud eadem parsimonia & fide, quam mercatores & opifices publicam pecuniam administrare comperiantur ex THUAN. *Histor. lib. 3.* LE BLEU *in instruct. consil. cap. 3. n. 26.*

29. Sed hoc ad Regimen Juridicopoliticum non extendendum. Et videmus quandoque bonum doctumque Consulem â puero in schola Arithmetica ponendo calculo superari.

30. Ad scommata sub initium *hujus cap.* mentionata hoc responsi damus cum ANT. FABR. Tanti mali causam in advocatos, quod à plerisque fit, detorquere non debemus, ne quod aliquorum singulare vitium est, in universi ordinis invidiam non temere minus, quam injuriose deflectatur, juxta illud,

Parcite paucorum diffundere crimen in omnes.

Et vitia artificum non vitiant artem KECKERMAN. *lib. I. præcog. philos. c. 4.* Pertinent ergo *primo* ista vitia ad Semidoctos & semicoctos Jurisconsultos, quos vocamus halb Gelehrte und selbst Gewachsene / qui in exculta & imaginaria cognitione juris, tot processuum griphis, intricare norunt lites, ut ex labyrinto Dædali citius evadas, & nodos Gordios exsolvas, quam has aranearum telas. *Secundo* ad Rabulas à rabie morbo isto canino ita dictos FEST. *lib. XVI.* dum præter modum excandescunt. THOLOS. *Synt. Jur. lib. XLIX. cap. 6. n. 2.* litium concinnatores CUJAC. *4. obs. 40.* quorum canina foro latrat facundia toto PRUDENT. qui non recte & pro sanctimonia legum agunt, allecti, seductique illo metalli genere, quod propter multos insidiatores semper pallere, dixit DIOGENES. qui unice illud curant ut bursam suam faciant hydropicam, ut ita loquitur CAROL. à KIRCHBERG. *tract. de feud. ex pact.*

& prov. cap. 4. n. 109. Isti sunt rabiosi & clamosi pecuniæ æruscatores, emunctores nummorum, nugatores, locutulei, Causidici, qui inter garriendum & velitandum sinum conspuunt, linguam rotant & dentes arctant, CALVIN. *in Lexic.* Nævoli rabulosi, rabiosculi, qui vi adamantina, lites ad se pertrahunt, & suadent, ut litem moveant, KNICH. *de pact. vestit. cap. 3. n. 60.* VENT. *de Valent. Parthen. litig. lib.* I. *cap.*
33. *9. n.* 15. Qui & vocantur Gerichts-Plauderer à GAIL. *Tr. de Arrest. c. 9. n.* 17. Zungen-Drescher / de quorum linguis saltem comedere voluit diabolus quidam ægrotans, & reliquos cibos fastidiens, ut refert d. VALENT. *all. cap. 9. n. 41.* Hi litium concinnatores, judiciorum blaterones, hirudines forenses, togati vultures, Pharmiones clamosi, improbi sycophantæ & Holophantæ, præcones actionum graphice depinguntur à MANTUAN. *Eclog. 6.*

Stultorum est aliud genus immedicabile quoddam,
Causidici, latratores, rabulæq; forenses,
Nummorum aucupium docti legumq; tyranni,
Ære patrocinium vendunt. - -

34. Qui in symposiis cerevisiariis, auf denen Bier-Bäncken/ compotatoribus facundiam suam & postulandi artem deprædicant, iisque enumerant, quot causas vicerint, quos recte voces causidicos, empiricos, circulatores & circumforaneos, de quorum procacia & temeritate coercenda vide sis SPECKHAN. *Cent. 2. class. 4. quæst. 40.* LATHER. *de censib. lib.* II. *cap. 7.* Et utinam leges correctoriæ, qui- 35.
bus Domini territoriales huic malo mederi satagunt, in Municipiis nostris continua praxi essent firmatæ, ubi & salutare foret, si per speciale adhuc statutum effrenatis istis blateronibus, qui nil didicerunt, quam civium facultates emungere, pessulus objiceretur. Non enim tunc uti quandoque evenit, illic ex finitimis locis convolarent, professionis desertores, qui ruralibus primo quæstibus inescati in forum prolabuntur, ac deinde aliquantulum saginati, tanta 36.
protervia & stolido tastu se extollunt, ut impune putent, cordatos JCtos rusticæ facundiæ suæ reliquii taxare & carpere, decorum rati, alios offendere, cum alios juvare volunt, contra quam monet, QUINTILIAN. *Lib. XII. just. orat. cap. 9.*

Quod autem de Doctoribus 37.
assertum est, non sumendum de excellentibus & subtilibus illis ingeniis, quæ ignea vocat LIPS. *Po-*

 lit.

lit. III. cap. 4. sed Pro-Consulatus munio subeundo etiam sufficiunt mediocria, magna etenim ingenia magis novandis quam gerendis sunt aptiora, & sæpe istæ mentes quas tantopere miramur, inutiles videmus Reipublicæ nasci, nec aptari ad negotiorum usum. Quemadmodum fructus quidam ad videndi sunt voluptatem, quos si velis ad gustum transferre, tamen ingrato & noxio succo fallunt, BARCL. *in Argen.* Hinc Italis est proverbium: *Arbori grandi fanno più ombra che frutto.* Dein-
38. de si dicitur, Doctores ad Consulatum, vel in Senatum assumendos, eo nomine non veniunt Doctores, solo nomine superbientes, intus autem & in cute Idiotæ, qui Doctorati potius vocandi, quam
39. Doctores, ut Gregor. XIII. Papa ante Pontificatum Hugo Buon-Compagnus nominatus, Professor Bononiensis juris utriusque Doctor Clarissimus, beneficia alicui petenti facete dixit: Dic mihi, utrum Doctor sis vel Doctoratus, CASP. ENR. *Epidorp. lib. I.*
40. Denique Doctoribus & jurepe ritis in Senatum assumendis, sine omni exceptione in tantum favendum non est, ac si indoctis & simplicioribus, ad dignitatem hanc aspirare plane concessum non sit. Excludendi utique non sunt, licet literarum imperiti, tamen quæstionibus occurrentibus exercitati. Cum enim à Justiniano concessa sit militaribus judicandi facultas, *l. 17. C. de judic.* hac illic addita ratione: Quid enim obstaculi est,
homines qui alicujus rei peritiam 4
habent, ea de re judicare? cum sciamus, omnes tales per usum quotidianum jam esse approbatos, ut & audiant lites, easque dirimant. An non & sæpe melius geri possunt munia ab iis, qui vulgarium negotiorum arcana, ex usu quotidiano didicerunt, quam qui oleum & operam libris impenderunt? Non enim ex Corpore Juris semper inter fluctus mundi se patitur regi navis Reipublicæ, MEV.
jur. Lub. lib. I. tit. 1. n. 40. Quo- 4
ties usus plus valet quam Bartolus & Baldus? Quia dexteritas judicii
non reperitur registrata in libris. 4
Desuper ita ratiocinatur BOCCALINI: *Consideratione tanto necessaria, che alcuni Giure Consulti ne' igoverni, che havevano havuti di molte Provincie, vi havevano fatto inettissima riuscita. Come chiaro testimonio ne rendeva la stessa lucerna delle leggi Bartolo, il quale, con tutta la sua scienza legale fu sforzato, saltar dalle finestre del Palazzo di Todi, per non esser manomesso da quelli che piu non potevano sopportare le impertinenze di quel huomo saggio di lingua, poco pru-*

prudente di cervello. Ragguagli di Parnaſ. cent. 1. relat. 42. Hinc & expertes literarum decuriones munera peragere non prohibentur *l. Expertes C. de Decur.*

44. Imo ex idiotis quosdam nonnunquam deprehendi licet, qui Doctorum Virorum prudentiæ non ceſſerint, nam experientia ſupplet literaturam SPEC. *ad tit.*

45. *de Jud. deleg. §. 8.* Tum & in Municipiis, licet minoribus, aſſumi ſolent Syndici & Secretarii literati, qui in collegio ignorantiæ non ſolum ſunt os, ſed & oraculum Civitatis, ad cujus nutum Capita iſta moveri ſolent, cum eorum officium ſit, ut Conſulibus & Senatui ſua ſcientia & peritia in dijudicandis cauſis, aliiſque conſultationibus Politicis ſint adjumento *Nov. 82.* OHEMIUS. *de Conſulib. Cap. 2. num. 43.*

Caput VI.

DE ÆTATE REQUISITA AD MAGISTRATUM MUNICIPALEM.

SUMMARIA.

1. *Excludere & admittere Juvenes non ſine cenſura eſt.*
2. *Ætas certa Magiſtratibus apud Romanos deſinita.*
3. *Quanam apud eos ætas requiſita Conſulum, Quæſtorum, Decurionum & Judicum?*
4. *Anni ad Præturam & Ædilitatem apti.*
5. *Ætas minorennis non convenit Senatoribus.*
6. *Ætatem legitimam facit virtus.*
7. *Olim Romæ non licebat gerere Magiſtratum, antequam quis militaſſet.*
8. *Annus trigeſimus convenit Senatoribus.*
9. *Sinenſes conferunt honores majores & minores juxta ætatem.*
10. *Vir Conſularis omnibus. quaſi pater conſulat.*
11. *Antiquiſſimi Romanorum maxime colebant ætate grandes.*
12. *Inſtructiores ad remp. ſunt magis experientia, quam præceptis edocti. Senatores à Senio dicti.*

13. *Senectus experimentis instructa est.*
14. *Juvenes non sunt expertes ob defectum temporis.*
15. *Juvenes Magistratus similes sunt novellis cytharedis & pullis Gallinaceis.*
16. *Sæpe barba & pallium, non Philosophus apparet. Pueri centum annorum.*
17. *Cano capiti sæpe deest cerebrum.*
18. *In multis post pueritiam puerilitas remanet.*
19. *Externa non semper testantur de internis.*
20. *Turpe est argumentum sapientiæ ex ætate desumere.*
21. *Multi non diu vixerunt, sed diu fuerunt.*
22. *Sæpe frigent senis consilia.*
23. *Juvenes facilius instruuntur quam Senes revocantur.*
24. *Juventutis laus.*
25. *Juvenes quando & quibus in Magistratu præferendi.*
26. *Ætas sine prudentia non æstimatur.*
27. *Non semper antiquior auctoritate prævalet.*
28. *Dictum Jobi.*
29. *Annorum numerus non exigitur ab optima indole.*
30. *Nulla ætas improbanda.*
31. *Juvenes dantur, in quibus aliquid senile.*
32. *Quando Juvenis præferendus Seniori?*
33. *Spectata virtus annalibus legibus subjecta non est.*
34. *Paulus & Julianus JCti seniores in Celsi adolescentis sententiam iverunt.*
35. *Pytheæ adolescentis exemplum.*
36. *Multi inter pueros Juvenes, in consiliis autem senes sunt.*
37. *Desuper exempla Romanorum.*
38. *Juvenis Doctor Juris pro juvene non habendus.*
39. *Virtus perfectam reddit ætatem.*
40. *Gloriosius est sua virtute, quam temporis dono sapere.*
41. *Adolescentiæ perpetuum propositum nova facere & loqui.*
42. *Consilia adolescentum periculosa.*
43. *In qua ætate homo vere vivere dicatur.*
44. *Qui proprie sint adolescentes?*
45. *Quilibet Juvenis suo tempore insanit.*

46. 48 *Ex consiliis senum & Juvenum optima fit mixtura.*
47. *Et juvenibus & senibus sui nævi.*
49. *Juxta annosas arbores novæ plantæ inserendæ.*
50. *Juvenes docti indoctis senibus sunt præferendi in adoptione ad Senatum.*
51. *Anno uno plus ex libris hauritur quam centum annis ab experientia capitur.*
52 *Quinam senes in senatu reprobandi?*
53. *Quinam & optime Consulatum recusent.*

1. De hac materia scribit Politicus quidam, quid hic agam, quid scribam, nescio, nam si juvenes excludam, Scipionis virgulam, si vero admittam, Catonis censuram
2. timeo. Apud Romanos certam ætatem Magistratibus definitam habet LIV. *lib. XL.* Apud Athenienses minorem triginta annis Senatorem fieri non potuisse, XENOPH.
3. *I. memorab.* Consul apud eos non eligebatur minor 25 annis, *l. un.* §. *2. ff. de offic. Consul.* ubi notat Gothofredus, olim Consulatus adipiscendi annum fuisse quadragesimum tertium. Quæstor non creabatur infra annum vigesimum septimum, MENOCH *arbitr. jud. cas. 540. n. 6.* In Senatorum ætate variant Dd. de quo vid. dict. MENOCH. *loc. cit. n. 10.* Decurio minor 25 annis, nisi ex rationabili causa, non creabatur, *l. non tantum* 11. *ff. de Decur. l. 8. ff. de mun. & hon.* Judex admittitur, qui est major annis 18. *l. quidam. 57. de re judicat.* Prætura peti 4.
non poterat 39 anno, nec geri ante quadragesimum annum. Ædilitas nec peti ante 26, nec geri ante 27 annum jure poterat. Et generaliter Ulpianus statuit *d. l. 8. de mun.* ad Rempublicam administrandam ante vigesimum quintum annum admitti minores non oportere. Quod & Mœcenas suasit 5.
Octaviano, ne ad senatoriam dignitatem minores viginti quinque annorum deligeret, addendo: Cum enim illis bonorum suorum administratio non concedatur, cur concederetur respublica? DION CASS. *lib. LIII. Hist.* Quin & maledictionis Divinæ erat, dum pueri darentur, qui imperarent populo, *Esa. 4. v. 5.* THOLOS. *ibid.* Hinc decisum est, majoribus 25 annis dignitatem Magistratieam non denegandam esse, *l. 11. ff. de Dec.* Sed 6.
apud majores virtutis erat, si bonis artibus fiderent, petere Magistratus ac nec ætas quidem distinguebatur, TACIT. *lib.* II. *Hist.* Gothis

this ætatem legitimam faciebat
virtus, Cassiod. *lib.* I. *Epist.* 38.
7. Julius Tribunus plebis legem tu-
lit *anno U. C.* 574. nulli civium
Romanorum licere ullum Magi-
ſtratum urbanum gerere, qui de-
cem annos non militaſſent, Liv.
8. *lib.* X. De trigeſimo ætatis anno
ſciendum, quod Solon Athenien-
ſis lege ſanxit, ne quis admodum
juvenis ad Magiſtratum aut con-
ſultationes admitteretur, quamvis
prudentiſſimus eſſet viſus, propter
inconſiderationem rerum utilium,
Stob. *Serm.* 114. inde Socrati in-
terroganti, ad quot usque annos
exiſtimandum ſit, homines eſſe ju-
venes, Charides reſpondit: Quo
usque Senatoribus eſſe non licet,
nimirum trigeſimum, Xenoph.
9. *lib. I. memorab.* Apud Sinenſes ho-
nores conferuntur, juxta ætatem
majores majoribus, minores mi-
noribus, juxta Giovan. Boter.
Benes. *Les Rois de la Chine donnent
les Magiſtrats par ordre, à ſcavoir,
aux jeunes & apprentiſs les plus bas,
& aux experimentès les plus hauts:
afin que par l' experience des uns, les
autres trouvent le chemin, de mon-
ter. Du gouvernement d' Etat livr.* 1.
10. *fol. m.* 38. Vir Conſularis Corn.
Tacito dicitur, qui omnibus qua-
ſi pater conſulat, & in conſultatio-
nibus ac contradictionibus recti-
us nos ſeniores ſequi, Bald. *in l.*
cum in antiquit. n. 11. *C. de jure
delib.* Apud antiquiſſimos Roma- I
nos neque generi, neque pecuniæ
præſtantior honos tribui ſolitus,
quam ætati, majoresque nati à
minoribus colebantur, ad Deûm
prope & parentum vicem, Aul.
Gell. *lib.* II. *cap.* 15. Inſtructio- I
resque eſſe ad Rempublicam ge-
rendam, qui periculis & rerum
experientia quam qui artis præce-
ptis edocti ſunt, Plat. Quodque
Romulus centum ex ſenioribus ele-
gerit, quos Senatores, propter ſe-
nectutem, patres ob ſimilitudinem
curæ nominavit, ſcimus nec con-
tradicimus, *ſupr. cap.* 1. *n.* 78. De
quibus ita Ovid.

Conſule queis ætas longa magiſtra fuit.

Ex Manil. *lib.* I.

Longa dies acuit mortalia corda. --

Senectutis quippe prolixæ bene- I
ficio multis experimentis inſtrui-
mur, Apul. *de aſin. lib. V.* Opti-
me de futuris conſultant, qui re-
rum futurarum exempla ex præ-
teritis ſumunt, Dion. *lib.* VI. ju-
venes non prudentes, quia parti-
cularium eſt prudentia, quæ ex
experientia innoteſcunt, hi autem
ideo experti non ſunt, quia expe-
rientiam temporis adfert longitu-
do, Arist. *lib.* IV. *Ethic. cap.* 12. I
In juvene, per ætatem infirma eſt
ſapientia, Ambros. *de Cain & A-
bel* 13. Apud Eurip. juventus eſt
vi-

vicina lapſibus, IDEM *de viduit.* & vanam homini mentem reddit cum pube juventus, ut canit Poëta. De juvenum regimine ita OWENUS:

Urbes, regna, domos, juvenum quas rexerit ardor,
Sint nunquam fortes, certa ruina manet.

Jocoſta ad Eteoclem filium ita loquitur:

O fili, non omnia mala ſenectuti
Adſunt Etiocle, ſed experientia,
Habent aliquid dicere ſapientius,
Quam juvenes.

Et SALUST. Corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum.

15. Quemadmodnm novelli cytharedi multas cytharas perdunt, ita cupidi juvenes Rempublicam utplurimum evertunt, XENOPH. Juvenilia namque &ejusmodi accenſa ingenia haud abſimilia ſunt pullis gallinaceis, ingenti ſtudio, indeſinenti cantu decantantibus,cum tamen ſuo cantu noctis & diei tempora magis confundant, quam indicent,ubi è contrario galli adultiores parcius intervallis debitis & convenientibus vocem attollant, JOH. SIBRAND *jur. publ. p.* 1. *Sect.* 14. *n.* 94.

16. Quia autem aliquando videmus, canitiem, barbam & pallium, Philoſophum autem non videmus, ut ait GELL. *noct. Attic.* *lib* IX. puerique annorum centum moriuntur, ISAI *cap.* 65. *v.* 2. hinc & non ſemper cani capilli adferunt 17.
prudentiam, LIPS. *de una religione* & Italorum ſcitum hoc eſt proverbium: *à teſta bianca ſpeſſo il cervello manca*, id eſt: cano capiti ſæpe cerebrum deeſt. Nec ut ſemper virtus, ita nec ſapientia comes eſt canitudini, VARR.

In Albania gigni homines, qui in pueritia caneſcunt, teſtatur 18.
AGELL. *lib* IX. *cap.* 4. Pandoras in Africa annos vivere ducentos, ac in juventute canos, in ſenectute autem nigerrimos habere capillos, LYCOSTEN. *de prodig. & oſtent. in princ.* Quorum capillos ſi inſpicias, multum remanet in ſenibus, de quibus, ſed ſenſu morali, queritur SENECA: Adhuc non pueritia in nobis, ſed quod eſt gravius, puerilitas remanet, & hoc quidem pejus eſt, quod auctoritatem habemus ſenum, vitia puerorum. *Epiſt.* 4. *lib.* I.

Externa non ſemper teſtantur 19.
de internis, hinc nec religioſæ vitæ argumentum eſt pallii ac promiſſæ barbæ oſtentatio, ISIDOR. PALUSIN. *lib.* I. *Epiſt.* 220.

Cenſes barbam mentis effectricem eſſe,
Et ob id nutris amiciſſime, muſcarium
Detonde, mihi credens cito, hac enim barba

Pe-

Pediculorum effectrix non sapientiæ facta est.

AMMIAN. *lib.* II. *Anthol. cap.* 52.

Si promissa facit sapientem barba quid obstat,

Barbatus possit, quin caper esse Plato?

PALLAD. *Epigram.*

juxta illud: **Viele haben mehr im Kinn / als im Sinn.**

20. Et SENECA nihil turpius esse putat, quam grandis natu senex, qui nullum habet aliud argumentum, quo probet, se sapere præter ætatem, *lib.* I. *de tranquill. vit. idemq́.*

21. Non est, quod quenquam propter canos & rugas putes diu vixisse; non ille diu vixit, sed diu fuit. Quid enim illum putas multum navigasse, quem sæva tempestas é portu exceptum huc illucque tulit, ac viribus ventorum ex adverso furentium per eadem vestigia in orbem egit: Non ille multum navigavit, sed multum jactatus est. SENEC. *lib.* II. *de brevitate vitæ.*

22. Veterani consilii scientia intellectus maturitate, non vitæ longævitate confertur AMBROS. *Psal.* 118. Interim tamen sæpius frigent & torpent senis consilia, LIV. *lib.* VI.

23. A *Pompejo* dictum traditur: Solem orientem à pluribus, quam occidentem adorari: Facilius etiam est instruere novos ad virtutem, quam revocare emeritos homines, ut habet VEGET. *de re milit. lib.* III.

Tempora virtutem non prima negant, non ultima donant, DARES. Et melior ætas, quam sequitur spes, quam ea, quam mors, VARR. 24.

Rem ut compendifaciam, adstruo juvenes doctos, peritos, prudentesque, quorum senilem juventutem dixit CATO CENSORIUS æque ac senes superficialistas ad gubernacula Rerumpublicarum admittendos; iis vero, qui plus in mento quam cerebello gerunt, & non ingenii, sed senii argumento se viros esse probant, omnino præferendos esse. 25.

Inde ætati Senum prærogativam nullam tribuunt, nisi prudentia excellant, BOEM. *de morib. gent. lib.* II. *c.* 8. non de annis quisque suis, sed de meritis, æstimandus, CYPRIAN. 2. *Epist.* Senes non eos sacra scriptura vocare consuevit, qui sola temporum quantitate, sed si qui morum gravitate maturi sunt. 26.

Ideoque quod *in C. Domino sancto distinct.* 50. ISIDORUS scribit: Quotiescunque in gestis Conciliorum discors sententia invenitur, illius Concilii sententia magis teneatur, cujus antiquior & potior exstat auctoritas, GLOSS. *in verb. antiquitas* ita limitat, si ambo consilia sint æqualis pietatis, alioquin senex absolute præferendus non est, nec rusticus senex juveni Philosopho anteponen- 27.

uendus, ARNIS. *Polit. cap.* 12, *v. ceterum senectus*.

28. His senibus optime convenit illud Jobi: Non magni sapiunt & Senes intelligunt judicium, vel ut Lutherus vertit, **Die Grossen sind nicht die weisesten / und die Alten verstehen nicht das Recht**/*cap.* 32.
29. *v.* 9. Ab optima indole non exigitur annorum numerus, PLIN. *in Epist.* inque eo non expectanda ætas, qui & virtutibus fulget & moribus pollet, VOPISC. *in Probo.*
30. Hortari vos volui, *ait ille*, ne ullam ætatem improbaretis, sed ex omnibus potius quærendus, si quis forte existeret, qui de præsenti statu rerum utiliter admoneret, ISOCRAT. Atque ut Senes quidam semper pueri, ita sunt juvenes, in quibus aliquid senile, CIC. *in Cat.*
31. *maj.* Multi Seniorum tempora antevertunt meritis, defectumque ætatulæ virtutibus supplent: Quam multis virtus contigit ante diem. RIGORD. generosioris arboris, statim planta cum fructu est, FAB.
32. *lib.* VIII. *cap.* 4. Et tunc in genere juvenis præferendus est seniori, si in illo tanta sit indoles, ut ejus admiratio auctoritatem suppleat, qualis fuit in Papyrio, MACROB. *lib.* I. *sat.* 6. Papiniano, COTTA *in memorabil. de JCt.* Nerva, *l.* 3. §. *initium.* 3. *ff. de postul.* Cæso, *l. si servus* 91. §. *sequitur.* 3. *ff. de V. O.*
& de pueto decenni, qui coram Hentico Imperatore de Philosophicis & Theologicis rebus disseruit, CRAMER. *in Chron. Pomer.*

Unde illud SCIPIONIS: Sat ha- 33.
beo annorum, si populus me Consulem fieri voluerit. Spectata etenim virtus annalibus legibus subjecta non est, jamque honoris infulis adultam cingere dignus est cæsariem, quisquis meritorum laude ætatis præjudicia superavit, CAS-
SIOD. Sic legimus, Paulum & 34.
Julianum, priscorum jure consultorum Coriphæos, in Celsi adolescentis adhuc sententiam ivisse, *l. si servum* §. *sequitur. ff. de verb. obligat.* PRUCM. *Cons.* 8. *n.* 8. *vol.* 1.

Pytheas, etiamnum adolescens, 35.
progrediebatur in publicum, dicturus contra decreta de Alexandro promulgata, cum diceret quidam: Tu, adolescens cum sis, de rebus tantis audes dicere? Enimvero, inquit, Alexander, quem vos Deum decreto vestro facitis, natu quam ego minor est, PLUTARCHUS *in Apophth.*

Nonnulli inter pueros juvenes, 36.
in consiliis autem senes, PYNDAR. inter quos numerandus ille, de quo LUCANUS ita:

Est mihi, crede meis animus constantior annis,
Quamvis nunc juvenile decus mihi pingere malas,

Cœperit, & nondum vicesima venerit
æstas

Et Silius

Ore puer, puerique habitu sed mente
sagaci
Æquebat senium, atque astu supe-
raverat omnes.

37. De Pompejo testatur Plutarchus, quod in vigore floreque juventutis, senilis & regiâ eluxerit Majestas. *In vita ejus.*

Publ. Scipio Africanus 24. annorum Prætor in Hispaniam missus, Consul ante ætatem factus. Liv. *lib. XXI.* Q. Metellus Pius adolescens in petitione præturæ & Pontificatus, Consularibus Viris prælatus. C. Marius filius, 25. annorum, immaturum honorem consulatus adeptus. Aurel. Vict. *Cap. 63. & 99.* C. Cæsar cum novendecim annos haberet, Consul creatus Liv. *in Epit.*

38. Occasione hujus notandum hic venit obiter: quod etsi Doctor juris sit adhuc juvenis, illum tamen inter cæteros juvenes proprie non numerandum esse, quia Doctor dicitur contrahere matrimonium cum scientia, & propterea traditur ei, pro solennibus insigniis annulus. Fontinell. *de pact. nupt. d. 3. gl. 3. n. 7.*

39. Ibi perfecta est ætas, ubi perfecta virtus Ambros. *in obit. Theodos. Imper.* Non ætate verum ingenio adipiscitur quis sapientiam Plaut. *in Trinum.* Apud majores namque virtutis id primum fuerat, cunctisque civibus, si bonis artibus fiderent, licitum petere Magistratus, nec ætas quidem distinguebatur, quin prima juventa consulatum aut dictaturam inirent Tacit. *lib. XI. annal.*

Constat illiteratos nomine Magistratus indignos esse, *Nov. 28. pr.* certumque & indubitatum est; gloriosius multo esse sua virtute, quam temporis dono senuisse & sapere, Drexel. alias vero verius est, quod dicitur, infantes sumus & senes videmur, Mart. *lib. VI.*

Quæ autem de juventute dico, non de adolescentia (cujus ingratum semper senectuti consilium, perpetuumque propositum nova facere & loqui, ut ait Satyricus) nondum suis annis matura, sed de stata ætate media inter adolescentiæ præcipua vel principia, pondusque senectutis accipi volo, in qua ætate *ut author iconis animi cap. 1. circ. fin. argute dicit.*

Adeo cum animo corpus viget, ut tunc demum hominem vivere credideris, datamque in illorum annorum gratiam quantacunque est, mortalibus vita.

Adolescentiæ consilia periculosa dicit Gallenettus *de jur. publ. lib. II. tit. 4. n. 11.* imprudenter mul-

multa facere, nec rerum exitus ante videre, *n. 13. ibid.*

44. Tutiſſima fere per medium via, quia utriusque ultimum vitium eſt, FAB. *lib. II.* Hi proprie ſunt adoleſcentes, de quibus dicimus, daß ſie die Kinder- oder Narren-Schuh

45. ſchon abgetreten haben. Ita enim dixiſſe fertur Imperator Maximilianus I. Ein jeder Junger Geſell muß ſieben Jahr die Narren-Schuh tragen / und wenn er eine Stunde daran verſäumet / muß er die Narren-Schuh von neuem wieder anfahen. Der nicht raſet in der Jugend / der vernarret im Alter / ZEIL. *Epiſt. 5. cent. 1.* ut quo generoſius vina adolitura ſunt, eò adhuc recentia turbulentius deſpumant; ita hominum ad humanitatem, prudentiam factorum adoleſcentia, inſano incautoque impetu, utplurimum fervet, BARCL. *Icon anim. cap. 3.*

46. Et dum Senex JOANN PEILL Conſil. Brand. in aula Clivenſi, quamvis in ſuo Tractatu de *privileg. Senum* ex profeſſo præferentiam Senum tractet, ita tamen privilegium 9. concludit: Nolim tamen conſilia juvenum in Collegiis Conſiliariorum vel Senatorum ſperni; quinimo jungantur, & utraque quaſi miſceantur ad inſtar aquæ, quæ vino aſpero mixta, illud reddit moderatius, puta: Senes juvenum conſilia & quæ iis ſæpe inſunt, ambitionem & temeritatem, ebullientes & vehementes affectus, ſui reverentia corrigant, & attemperent; juvenes è contra lenta & quandoque timida conſilia ſenum pro ſua alacritate & magnanimitate promoveant & expediant, hæc ille:

Sanguine præcalido fervet nervoſa juventa. 47.

PRUDENT. Temeritas eſt florentis ætatis, prudentia ſenectutis, CIC. *de ſenect.*

Videmus etiam ingenia

- - - - *Tabeſcere & ire*
Ad ſcopulum ſpatio ætatis defeſſa vetuſta.

Bonum certe fuerit, in negotiis mixturam adhiberi & ſenum & juvenum, illud enim in præſens utile erit, ut virtutes utriusque ætatis defectus earum corrigant, illud etiam in futurum utile erit, ut juvenes perdiſcant dum ſenes moderentur. Senes enim auctoritate, juvenes gratia & popularitate pollent, FR. BACO de VERUL. *ſerm. fidel cap. 40.* 48.

Mixtura præmentionata maxime prodeſt civitatibus, ut expedit juxta annoſas arbores plantas novas inſerere vel plantare, quæ poſt interitum vetuſtarum in locum earundem ſuccedant, PETR. GREG. *de Republ. lib. XXIV. cap. 6. n. 2.* 49.

Sic admittendi cum ſenibus probi juvenes, qui ex ſeniorum factis dictisque diſcant in poſterum ſimilia & dicere & conſulere, ſic admiſſi aliquando ſunt in curiam cum patribus filii, GELL. *lib. I. c. 25.* Et optimum factu eſt, in collegio Senatorio miſceri ſenibus juniores, ut illorum tarditas & frigiditas horum alacritate & fervore incaleſcat ad juſtam moderationem, BESOLD. *de legat. cap. 4.*

50. Cum bono itaque ac doctiſſimo ſene mihi lis nulla intercedit; theſis enim mea eſt, juvenes doctos indoctis ſenibus in regimine præferendos; cui nihil obeſt, quod á quibusdam analphabetis rugoſis ſola prudentia, quam ad Rempublicam gerendam ſufficere perperam ſibi habent perſuaſum, prætenditur.

51. Cum enim in dubio ſit, plus uno anno ex libris hauriri, quam centum annis ſola experientia capi. Miſer ille Medicus, qui nullis aliis morbis, quam quos in corpore ſuo expertus, mederi valet, Miſerabilior longe prudens, cujus prudentia ultra viſa & audita non extenditur.

52. Quæcunque tandem de prærogativa ſenum hoc capite dicta & notata ſunt, eò proprie reſtringenda veniunt, ut excludantur ſenes decrepiti, qui inter calidiſſima curiæ negotia vel dormire, vel puerilia ſæpe agere ſolent, de quibus ita CORNEL. GALLUS:

Stat dubius tremulusq́, ſenex ſemperque malorum,
Credulus & ſtultus, quæ facit, ipſe timet.
Laudat præteritos, præſentes deſpicit annos,
Hoc tantum rectum, quod facit, ipſe putat.

Hique ſunt, de quibus SENECA ait, quod ſint ſtantes in extrema tegula, *in Epiſt.* Qui dicuntur ſenes, quaſi *ſe neſcientes*, vel *ſemineces*, quod in eis vires omnes ſint enecatæ. Quibus hebeſcunt ſenſus, membra torpent, præmoritur viſus, auditus, inceſſus, PLIN. *lib. VII. cap. 50.* Qui cuncta carpunt, nihil corrigunt. 53. Hi tales ſibi & civitati optime conſulunt, ſi decrepitæ ætatis vitio, cum Q. Fabio Conſulatum recuſant, quod nec temporis, nec animi idem qui ante, vigor eſſet, PLUT. *in ejus vita.* Quibus dicere convenit cum EURIPIDE: Nos ſenes nihil aliud, quam turba ſumus & figura tantum ſomniorumque ſimulacra ſerpimus. Themiſtocles, cum moreretur anno centeſimo ſeptimo, ſe dolere dixit, quod tunc egrederetur vita, cum primum ſapere cœpiſſet, HIERON. *ad Nepot. de vita Cler.*

Caput VII.

DE DIVITIBUS VEL PAUPERIBUS IN MAGISTRATUM MUNICIPALEM ELIGENDIS, VEL NON.

SUMMARIA.

1. *Virtus non fortuna in homine honoranda.*
2. *Privata facultates officiunt publicis negotiis. Pauperes in jure suspecti.*
3. *Officia Magistratica sunt testimonia probitatis.*
4. *Inopia patet corruptelis.*
5. *Inopes non sunt ferendis oneribus pares.*
6. *Persona Magistratica debent esse splendida.*
7 *Divitia sunt obsidis loco apud Rempubl. officiariorum bona tacite Reip. obligata sunt.*
8. *Comparatio inter tutores & administratores civitatis.*
9. *Uterque gaudet beneficio divisionis.*
10. *Tutores & administratores civitatis sumptus non necessarios non repetunt.*
11. *Ut pecunia pupillaris sic & civitatica exponenda est fœneri.*
12. *Ad tutores & Magistratus pertinet periculum nominum.*
13. *Rationes administrationis civitatis pari modo reddenda ut tutelares.*
14. *Error calculi potest corrigi.*
15. *Magistratus tenetur ut tutor de dolo & negligentia.*
Inanis est actio, quam excludit debitoris inopia.
16. *Quibusdam in Municipiis non admittuntur Senatores, nisi qui mille in bonis habent.*
17. *Statutum Bremense desuper, ejusque ratio.*
18. *Exemplum Lysandri Atheniensis, qui assumsit facultatibus pollentes.*
19. 20. *Paupertas multis dat occasionem delinquendi.*
21. *Exemplum Catilina & Cæsaris ad Principatum adspirantium.*
22. *Sine Divitiis vix dignitas est, paupertas contemtibiles facit.*
23. *Dives existimatur sapiens, pauper omnium est fatuus.*
24. *Pauper vilescit, qualis etiam ille sit.*
25. *Ditioribus ut munera publica conferantur, juris est.*

26. *Qui propriis optime præest, is etiam publicis consulit.*
27. *Ventidias Bassus ex agasone Consul.*
28. *Divites magis abstinent muneribus seu donis oblatis.*
29. *Munera quid possint?*
30. *Munera corrumpunt Justitiam.*
31. *In officio constitutus clausos habeat oculos, manus contractas.*
32. *Munera sunt poma Sodomitica.*
33. *Quænam Esculenta inter munera non veniant?*
34. *Ditiores & potentiores in Magistratu sunt suspecti.*
35. *Raro obedire norunt.*
36. *Optimum est, ut Consules non sint nimis opulenti, nec nimis egeni.*
37. *Mediocres optimi sunt Gubernatores.*
38. *Mediocres optimi sunt legislatores.*
39. *Scipionis de paupere & avaro judicium.*
40. *Nummatiores Senatores non semper sunt optimi.*
Discipulus Apellis cum non posset pingere Venerem pulchram, fecit divitem.
41. *Simonides primus inter Deas monetam posuit.*
42. *In paupertatem lapsi Senatu non movendi.*
43. *Dives est, cui cum paupertate bene convenit.*
44. *Sæpe eniti non possunt, qui tenuioris fortunæ sunt.*
45. *Boni mores supplent divitias.*
46. *Valerius Publicola ter Consul, tam inops ut pecunia publica sepultus fuerit.*
47. Exemplum *Menenii Agrippæ.*
48. *Aurum quid?*
49. *Divitiæ quid?*
50 *Divitiis cum vitiis, arcta cognatio.*
51. *Lex Valeria, Lex Licia.*
52. *Virtutis opus agunt nummi.*
53. *Homo sine opibus nonnunquam, opes sine homine nonnunqam, considerari debent.*
54. *Pauper probus præferendus in electione est diviti improbo.*

I. Ad hanc capitis tractationem, ut statim concludam sic statuo: Etsi virtus, non autem fortuna, in homine honeretur, nec ideo quis humilis & abjectus, quia pauper. *l. 7. C. de incest. & inutil. nupt.*

2. *nupt.* Privatæque facultates *secundum* LIVIUM. semper officiant publicis negotiis : Tutius tamen & honestius esse , ut in assumendo Magistratu ditiores pauperioribus præferantur. Hi enim quibus est angusta domi res , quomodo suspecti sint , videre est , *apud DD.*
3. *in materiis de testib. & tutelis.* Quæ ideo hic bene applicari poterunt , quia officia Magistratica non sunt nisi testificationes probitatis tutelæ publicæ : Propterea dixi divitis electionem tam tutiorem quam honestiorem esse.

4. Quia contemnere fulmina pauper creditur , atque Deos. JUVEN. *Sat.* 3. Magnum pauperies opprobrium , jubet quidvis & tacere & pati, virtututisque viam deserit arduam. HORAT. 3. *od* 24. Non itaque sine discrimine muneribus publicis , præficiuntur qui nimia paupertate conflictantur , cum ejusmodi inopia corruptelis aliisque rebus illicitis paret aditum.
5. Ergo interest Reip. Decuriones facultatibus esse idoneos ad subeunda munera publica, nec enim inopes sunt ferendis oneribus pares *l. si quis 1. C. de præd. decur. sin decr. non alien. lib. X.*

6. Dignitati Magistratus inesse debet splendor , ut eam majori auctoritate tueri possit , hinc quibusdam locis juramento eligentium injungi solet ! Daß sie solche wehlen sollen / welche ehrlich und herlich sind.

Tutior est electio talis , quia *ex sensu* GELL. *lib.* VI. *cap.* 10, Res pecuniaque familiaris , obsidiis vice, 7.
pignorisque videtur esse apud Remp. amorisque in patriam fides quædam in ea firmamentumque est. Sic & legibus antiquis Decuriones Reip. cavere necesse habebant : Quæ cautio etsi hodie cesset , tamen bona eorum adhuc Reip. tacite obligata & hypothecata sunt *arg. l. fin. C. quo quisq. ord. conv.* ALEX. *in l. 1. §. si heres ff. ad* SCT. *Trebell.* NEGUZ. *de pignor. p. 2. membr.* 4. *n.* 119.

Assimilantur enim administratores tutoribus , civitates vero pupillis & minoribus CARPZ. *p. 1. Const. 28. def.* 115 , adeoque *primo* 8.
Quemadmodum tutores ita & administratores , si plures sint , unus tenetur pro alio , nec beneficium divisionis , quando alii non sunt solvendo ; habet locum *L. Curatores. 3. in princ. ff. de administr. rer. ad civit.* PETR. GREGOR. *Synt. Jur univ. Lib. XIII. C. fin.* 9.
HART. PIST. *p. 1. q. 6. n. 8. Secundo* sicut & tutores , ita & administratores sumptus haud necessarios & immodicos non repetunt BART. *in L. pupillis. ff. de tut. & rat. distr.* WESEMB. *in Parat. ff. de contr. tut.* 10.

11. *tut. & util. action. Tertio.* Quemadmodum tutores, si pecuniam pupillarem fœneri non exponant, ipsi usuras præstare tenentur *l. 49. ff. de administr. tut. l. 1. & 3. C. de usur. pupill.* ita pari ratione & administrator civitatum *l. fin. ff. de magistr. conven.* Nec amplius observatur, quod in *Nov. 72. cap. 6.* cautum est, sed reditum est ad jus Pandectarum & Codicis. BART.
12. *in l. Divi 89. ff. ad L. falcid.* *Quarto*, uti ad tutores periculum nominum pertinet, quæ tempore tutelæ aliis mutuo dederant, si postea illorum culpa deteriora facta sunt *l. 15. ff. de administ. tut. L. 2. C. eod.* Eodem & modo administratores civitatum tenentur *l. 2. §. 7. & l. fin. §. pen. ff. de admi-*
13. *nist. rer ad civit. pert.* *Quinto* quomodo tutores rationem tutelæ reddere tenentur & quidem in loco administrationis RICHTER. *decis. 13. part. 1. n. 20.* Sic & administratoribus incumbit, ut rationes reddant; Etsi forsan error calculi sit commissus & repertus, ille poterit coargui, etiam post approbatas rationes, ad 30 annos *l. 8. ff. de admin. rer. ad civ.* nisi super errore transactum vel de rationibus judicatum aut juratum fuerit. *l. un C. de errore calc.* de quo RICHTER tale exhibet præju-
14. dicium: Wann gleich die administratores civitatis ihre Rechnung gethan und darüber quittirt, dennoch wo sich ein error calculi oder etzliche defecten befinden / sind sie solche zu justificiren und die Mängel gut zu machen schuldig / *tract. de jur. & privil. creditor. Disp. 8. th. 4.* desuper videantur plura *infr. cap. 46.* Prout etiam Magistratus, ut administrator civitatis æque ac tutor non de dolo solum sed & de negligentia tenetur *l. 6. ff. de administr. rer. ad civ. pert. l. 4. ff. de Magistr. conv.* ita inanis erit omnis actio, quam habet Municipium contra suos administratores, cum eam excludat suorum inopia debitorum *l. 6. ff. de dol. mal.* Ex hoc est quod legitur in quibusdam locis juris statuarii esse, neminem ad dignitatem Senatoriam admitti, nisi mille in bonis habeat ALBER. de ROSATE *in l. si. vero §. qui pro rei num. 5. ff. qui satisd. cog.*

Statutis Bremensibus cautum est, Ock schall he hebben binnen Bremen eigens Erve / dat ydt werdt sy/hundert Marck oder darent baven: Item de gene / de thom Rahtmanne oder Burgemeister werd gekahren / de schall sick deß nicht verweigern/ydt were denne/ dat he ydt mit sinem Eyde erholden müchte / dat he deß nicht vermüchte / an Lyff oder Gude/

SPECK-

SPECKHAN. *cent. 2. quæſt. 5. n. 5.* Nec ſine ratione, quia tanto tutius divites quam pauperes muneribus publicis præficiuntur, quanto facultates majores poſſident, & magis propter eas Rempublicam amant, ſalvamque & incolumem
18. diu ſtare exoptant, CASUS *in ſphær. civ. cap. 7.* Hinc Lyſander, cum de conſilio Alcibiadis Democratiam Athenarum in obligarchiam committere vellet, in numerum eorum, quibus commiſſurus eſſet Rempublicam non aſſumit, niſi qui & pecuniis & corporibus publico Senatui præeſſe poſſent, THUCYD. *lib. VIII.*
19. Quibus & hoc annumerandum, quod paupertas multis det occaſionem delinquendi, juxta illud LACTANTII *de ira Dei cap. 20.* Multa ſunt, quæ ad peccandum invitant, ætas, egeſtas, occaſio. Egeſtas, dum ſaturari quærit, à juſtitia declinat, AMBROS. & MANTUAN. *Eclog. 1.*

Pauperies inimica bonis eſt moribus, omne
Labitur in vitium culpæ, ſcelerumq; miniſtra eſt.

Omnia egenti cum pretio honeſta videntur, SALUST. *in Jugurth.* & PHILEBON. Poëta Comicus dixit, inopiam promptam eſ-
20. ſe in perpetrandis malis, STOB. *ſerm. 94.* Eò facit proverbium: Eine hungerige Lauß beiſſet ſcharff ſceleri proclivis egeſtas, SILIUS *lib. XIII.* & ſicut nimia abundantia vitioſos reddit, ita nimia paupertas avaritiæ & expilationis incentivum, GUEVAR *horolog. Princ. cap. 6. n. 476.*

Catilina, cum voluit turbare 21.
Rempublicam Romanam, ſibi quæſivit illos, qui erant aut vitæ, aut fortunæ deploratæ. Hinc homini potentiam ambienti egentiſſimus quisque opportuniſſimus eſt, cui neque ſua cara, quippe quæ nulla ſunt. Et non abs cauſa Cæſar ad Principatum patriæ adſpirans, ejusmodi pro obtinendo ſcopo ſelegit, qui vel mole debitorum, vel alio fortunæ diſcrimine neceſſitati ſubacti, nec ſua ſorte contenti erant, unde aptos judicavit ad evertendam Rempublicam, GIOV. BOTER. *Du gouvernement d' Etat lib. IV. fol. m. 148.*

Honeſtior etiam electio eſt: Quia 22.
ſine divitiis vix dignitas, ut habet ANGEL. *in* §. 1. *Inſt. per quas perſonas cuiq;.* Atque paupertas ridiculos & contemptibiles homines facit, ut ſi Magiſtratum gerant, non habeant populum dicto audientem, juſſis, edictis, & præceptis obedientem. Interim nihil pernicioſius eſt Magiſtratui, quam contemni, LIPS. *Polit. lib. IV. c. 9. n. 11.* Adeoque exoſa eſt ſapien-

pientia pauperis & egeni, ut licet per eam liberet civitatem ab obsidione, nec quisquam tamen recordatur viri indigi illius, & verba ejus non audiuntur, ut ait Salomon *Eccl. 9. v. 15. 16. 17. 18.* Haud illepide ita Italus quidam: *Chi è felice ha prudenza da vendere, ma un fortunato benche fosse un Salomone è mente catto*, id est, cui fortunæ satis, ei prudentiæ tam inexhausta penus est, ut, quod exuberat, venum veluti exponat. Eodem sensu ait ENNIUS: Cum opulenti loquuntur pariter atque ignobiles, eadem dicta, eademque oratio æqua non æque valet. Adeoque errorem & ineptias exhaurit auctoritas.

23. Ea est hominum insipientia, ut divitem sapientem existiment, pauperes insipientes & stolidos, juxta illud HORAT.

Vos sapere & solos ajo bene vivere, quorum
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.

Ut & illud JUVENALIS:

Atticus eximie si cœnat, lautus habetur,
Si Rutilus, demens; Quid enim majore cachinno
Excipitur vulgo, quam miser? - -

RASSIUS *Tract. de nobilit. lib. I. sect. poster. reg. 2.*

24. Atque vilescit pauper, etiamsi sit Ecclesia, ac quamcunque habens dignitatem & honorem, ALEX. *cons. 52. n. 43. lib.* IV. Et ut honestioribus & ditioribus munera publica collocemus, textus est apertus in *l. 6. pr. ff. de munerib.* qui sic habet: Si quidam ita te- 2
nues exhausti, ut non modo publicis honoribus pares non sint, sed & vix de suo victum sustinere possint minus utile & nequaquam honestum est, talibus mandari Magistratum, præsertim, cum sint, qui convenienter suæ fortunæ & splendori publico possint creari. Est & ad hoc textus notabilis *Nov. 15. in pr.* sanciens, non admittendos esse eos, quibus domi non est
victus & vita sufficiens. Sic enim 2
ex opinione communi judicatur, illum optime prodesse Reipublicæ, qui decenter consulit propriæ, quia hominis tota dependet auctoritas â familia bene vel male constituta, neque ulla res difficilior, quam domum habere propriam, bene compositam. SAVEDR. *Symb. Polit. 31.* ubi addit illud TACITI: Primum domum suam coercuit, quod plerisque haud minus arduum est, quam provinciam regere, *in vita Agricolæ.* Et multi Principes Status suos regere possunt, pauci suas domos, idem SAVEDR. *loc. cit.*

Sine honestate hac civili, quam 2
mun-

mundus ex divitiis æſtimat, electus audiet, quod de *Ventidio Baſſo* olim dictum eſt: Concurrite Augures, Auruſpices, portentum inuſitatum conflatum eſt recens, nam mulos qui fricabat, Conſul factus eſt, GELL. *lib. XV. cap.* 4.

28. Addendum & illud, quod cui domi abunde eſt, facilius alieno, & muneribus abſtinet, atque adeo majori authoritate valet, ut ſcribit ZYPÆUS *de judic. lib. I. cap.* 32. *n.* 1. ut enim arx præſidio deſtituta, nullo conſcenditur negotio; ſic munera, quæ placant, hominesque Deosque emolliunt commoventque eos, qui robur & æs triplex

29. circa pectus habent, egentes facillime expugnant, juxta illud PLAUTI: Inde in amicitiam inſinuavit cum matre, & mecum ſimul blanditiis, muneribus, donis.

30. Vulneratæ undique juſtitiæ lethale adhuc incutitur vulnus, ſi vulneri ejus admidiſtratores corruptionibus manum tendunt & animum, nam munera excœcant oculos, officiunt juſtitiæ, mentemque à recta ratione cogunt diſcedere, PLATO *de judice.* ſed illorum potiſſimum apud quos nihil efficitur, niſi plumbea eorum corda aureo vel argenteo malleo emolliantur, SARESB. *lib. XV. cap.* 10.

31. Optimum ergo eſt, ut omnes in officio publico conſtituti oculos habeant clauſos & manus contractas, uti monet PERICLES. Nam 32.
munera ſunt poma Sodomitica, quæ ſub aureo cortice cineres habent impuros. Aurum potentius inter homines eſt, quam infinitæ orationes, EURIP.

Ad ejusmodi autem munera & 33.
corruptelas, ut hoc obiter adjiciam, non referuntur eſculenta xenia modica, *l. 6. §. 1. ff. de offic. Pro-Conſ.* quod declarat DAMHOUDER. *in pract. crim. C.* 130. *rubr. de corrupt. n.* 9. in leporibus, perdicibus, ſalmonibus, & ſimilis generis. Et in metreta vini, Ein Stübichen Weins / KOLL. *ad jur. Lubec. art.* 4. Excipitur item, quod Senatori ex more civitatis ab amicis & conſanguineis, ex affectu vel loco ſportularum aut pro labore datur, MEV. *ad jus Lub. lib. I. tit.* 1. *& D.*

Hic tamen notandum, quod uti 34.
ex pauperibus dedecus Reipublicæ oritur, ita etiam ex ditioribus & potentioribus periculum Reipublicæ creetur; Nam boni miniſtri eſſe ſolent, qui amicis abundant, florentque fortunis ac opibus. Hi 35.
enim, cum non egeant Principe, & in affluentia fortunæ, virium, opum & amicorum aliorumqne talium conſtituti ſint, pericula & labores defugiunt, & regi atque obedire neque volunt neque norunt,

norunt, ut neque propter delicias etiam in ſcholis obedire præceptoribus conſueverint, ſed & ipſi aliis tanquam Domini ſervis volunt imperare, SAVEDR. *Symb. Polit.* 52.
36. *poſt* ARISTOT. *lib. IV. c.* 11. Quod olim Tiberius Imperator in decernendis officiis animadvertit, ideoque recte monet BARCL. *in Argen.* Tales ſint officiarii, qui nec egeni nec opibus potentes, ſperare â conſtituentibus plurima; nihil tamen extorquere poſſint. Rectiſſime itemque Plato in ſua Republica cuſtodes civitatum nec nimis volebat divites, nec nimis pauperes.

37. Quod ſi Magiſtratus & gubernatores ſumantur de mediis, ſeu mediocribus, optime gubernabitur civitas, neque enim iſti aliena concupiſcent, ut faciunt pauperes, neque eorum bona cupiuntur ab aliis, ut accidit divitibus, & ita ipſi quia nec inſidiantur aliis, nec alii ipſis, ſine periculo degunt. Qui tamen ad divitias & potentiam magis declinant, quam ad paupertatem, quia divites magis cupiunt in luce vivere, pauperes autem deliteſcere, resque domeſticas quam publica negotia curare malunt, ARIST. 4 *Polit. c.* 11.
38. Signum hujus eſt, quod qui optime leges condiderunt, ex mediocribus civibus fuerunt, ut Solon, Lycurgus, Charondas & ſimiles. Plato reprehendit Carthaginenſis legislatoris errorem, quod ex ditiſſimis voluerit creandos Magiſtratus, quaſi impoſſibile eſſet, egenum bene Magiſtratum gerere, aut quietem optare, præcluditur inde ad virtutes, etiam interdum divitiæ pretioſiores fiunt virtutibus, THOLOS. *de Republ. lib.* IV. *c.* 5. *n.* 18.

Recte in Senatu Romano, cum ſententiæ aliquando rogarentur, cuinam procuratio Hiſpaniæ demandanda eſſet, multorumque ſuffragiis Sulpitius Galba & Aurelius Cotta in eam rem nominarentur, dixit Scipio: Neutrum ſibi placere, unum, quod nihil omnino poſſideret, alterum, quod nihil ei ſufficeret, VALER. MAX. *lib.* VI *c.* 4. ROVANDUS *in ſpec. judic.*

Quæ itaque in ſuperioribus de divitiis notata ſunt, non ita nude ac crude accipienda, ac ſi quod olim de diſcipulo Apellis, picturo Venerem, dictum eſt; *Adoleſcens, cum non poſſet pingere pulchram, fecit divitem*, CLEM. ALEX. Cum velimus habere bonos Senatores, ſemper aſſumamus nummatiores, ut ait APUL. *in aſin. aur.* Atque ita cum Simonide inter Deas monetam ponamus; ut Divæ virtuti locum nullum faciamus, nec contemnamus Senatores, quibus eſt anguſta domi res, ut eo modo tracten-

ctentur, prout fecit Claudius Imperator, aureum illud pecus, qui lapsos in paupertatem Senatu movit, CYRIAC. LENTULUS *in suo Aug.* Sed cum Themistocle fateamur, malle nos in Republica virum pecunia egentem, quam pecuniam viro, PLUTARCH.

43. Ille enim cui cum paupertate bene convenit (quod paupertatem eleganter ferre dicit ARIST. apud PLUTARCH.) dives est, SENECA. Et omnia ei adsunt bona, quem penes est virtus, ut ait COMICUS, atque

- - - *Rectius occupat*
Nomen beati, qui Deorum
Muneribus sapienter uti
Duramque callet pauperiem pati,
Pejus letho flagitium timet.
HORAT.

44. Recte namque Petronius: Nescio, quomodo bonæ mentis soror est paupertas *in Satyr. & Solon.* Sæpe malus dives est, sæpe miserrima virtus; Unde non sine Reipublicæ detrimento tenuioris fortunæ ingenia, in obscuro delitescunt, nec ideo possunt eniti, quia fortunam & fortunatos patiuntur adversarios.

45. Boni certe mores supplent divitias *l. scire oportet. §. cum reliquis ff. de tutorib. & curat. dat.* Et idonei, non tam patrimonio quam fide æstimantur. *l. 112. in fin. ff. de verb. oblig.* Nullique parvus est sensus, cui magnus est animus. *Leo Pap.* Exemplo nobis sit Vale-

rius ille Publicola, post tres Con- 46.
sulatus gloriosissimos vita defunctus, ex publica pecunia, inopia propriæ sepultus; Unde patet quantum vivus possederit, cui mortuo lectus funebris & rogus defuit. VAL. MAXIM. Quod & accidit

Menenio Agrippæ Senatori, & 47.
conciliatori pacis publicæ, inter populum & patricios, pluribusq; aliis, ad Magistratum evocatis, quibus non tam paupertas obfuit, quantum probitas Magistratum detulit DIONIS. HALIC. *lib. 8.*

Test: AUGUSTINO apud plurimos
aurum est enervatio virtutis, ma- 48.
lus Dominus, proditor servus *in Epist.* Nec vane admodum Chilon
divitias Thesaurum malorum, ca- 49.
lamitatis viaticum, improbitatis suppeditationem dixit: Et alius:
arctam divitiis cum vitiis cogna- 50.
tionem esse DREXEL ut & Diogenes: Neque in Domo neque in civitate opulenta locum esse virtuti STOBÆ. *serm. 19.*

Quamobrem non sine ratione
apud antiquos Romanos lege Va- 51.
leria & lege Licia cautum fuit, ne quis civium possideret plus 50 Jugerum, *ex* HALICARN. & LIV. CLAP. *de arcan. rerump. lib. II. cap. 13.* Nemo enim non animadvertit,
quanto cum reip. malo id in ple- 52.
risque Municipiis jugiter sine ju-

 di-

dicio & diſcretione practicetur

Protinus ad cenſum, de moribus ultima fiat
Quæſtio - - -

Juven. *Satyr. 3.*

Et queritur Barcl. virtutis opus agunt nummi, ubi quisque ad decies centena pervenit, facillime de plebis tabula nomen eruit, & curiæ ſcandit pulpita. Summa
53. itaque, ſeu caput ſit eorum, quæ impræſentiarum deduco ut in electione ad curas curiales, homo ſine opibus nonnnnquam conſideretur, opes autem ſine homine nunquam admittantur.

Interim pauperes non plane ſunt excludendi, quia non facultas ſed virtus, non adjumenta fortunæ, ſed ornamenta animi in electione ſpectanda ſunt Arist. 3. *polit. Lib. III.* Et longe præferendum eſſe divitem improbo, verum ſanus pauperem probum longe prænegabit Timpler, *Lib. II. Polit. cap. 2. Quæſt. 12.*

Caput VIII.

DE MODO ARCENDI PLEBEJOS AB OFFICIO MAGISTRATUS.

SUMMARIA.

1. *Quinam in civitate cives, quinam plebs dicantur?*
2 *Quinam pro vulgo habendi?*
3. 4. *Vulgi deſcriptio & mores.*
5. *Vulgus & monſtrum & bellua cum mixtura vitiorum ſine virtute.*
6. *Imperitis nautis inter ſcopulos male committuntur navigium.*
7. *In Municipiis potius fames ſubitur quam famam itrandi in ſenatum negligitur.*
8. *Apologus de cauda, bellum ob regnandi cupidinem capiti indicente.*
9. *Vulgus ratione tribuum ſeu Gildarum ad Magiſtratum aſpirans.*
10. *Plebs vult magis decipi quam cogi.*
Vulgus & pueri eodem modo ſanari volunt.
11. *Vulgus ſi vi ab honoribus excluderetur, plena foret civitas hoſtium.*
12. *Illis qui ſunt de plebe, pœna non imponenda ſi in ſenatum non venerint.*
13. *Sufficit plebi acceſſum tantum ad gubernacula dare.*
Senatores e numero plebis, cui ſimiles?

14. *Æditui hi sunt, qui altaria non de sua cera ornata volunt.*
15. *Officium quod à plebejis ob impensas seu molestias non proficuas recusatur, ab aliis acceptatur.*
16. *Simulacra plebejæ potestatis.*
17. *Vulgus saltem externis movetur.*
18. *Tam nescire quædam, quam scire subditos oportet.*
19. *Si vi statuti eminentiores sumendi, tunc his non exstantibus, ad plebem itur.*

1. Pro ingressu hujus capitis præliminariter sciendum, quinam in civitate pro civibus proprie dictis, & quinam p-o plebejis quatenus civibus opponuntur, habendi. Et cives hoc sensu sumuntur, pro puriore parte inhabitantium, mechanicis artibus operam non dant, plebs vero est, quæ quotidiano opere & mechanico victum parat CHRISTINÆUS *ad leg. Municip. Mechl. tit. 1. art. 1. n. 2.*

2. Vulgus est multitudo non tantum præceps sed & pavida & socors TACIT. *lib. IV. Hist.* melius, pejus, prosit, obsit, non videt nisi quod ante pedes ponitur, à nemine melius flectitur quam ab eo, quem temeraria persuasione suæ salutis arbitrum & moderatorem constituit. ARUM. *de Republ. sect. 2. cap. 7 n. 47.* aut servit humiliter,
3. aut superbe dominatur, libertatem quæ media est, nec spernere modice, nec habere sciunt LIV. *lib. XXIV.* Est multitudo quæ facile in fraudem impellitur & in omnes partes flexibilis est. POLIB. *lib. CIV.* Et multitudo cui inest levitas, inconstantia temeritas, abjectio animi, sordes & cupiditas, quæ nullam rationem & modum sed eodem modo cuncta posita 4.
habet, cui omnia venalia sunt, imo & libertas, modo licitator & emtor adsit; Quem civitatis rectorem modo agnovit, altissimo gradu gloriæ dejicit, alium eodem loco constituit, ex humili fortuna provectum, eundem iterum desiderio illius quem improbavit, agit præcipitem, eundemque restituit, quem paulo ante ignominia affecit, MICH. BRUT. *Hist. Hor. lib. V.* Hæc in epitomen colligit SCIPIO 5.
AMMIR. *Lib. 20. disc. 4.* *El volgo è un monstro terribile, leggiero, pigro, pauroso, precipitoso, desideroso di cose nuove ingrato, ed in somma un mescolamento di vizii, senza compagnia d' alcuna virtù*, juxta tritum illud PLATONIS *lib. VI. de Republ.* est bestia multorum capitum, quam si cum ratione moderari velles, idem faceres, ac si cum ratione insanires.

Hac

Hac deſcriptione prævia, facile
innoteſcit, quanto periculo ſub-
jiciatur navigium, ab ejuſmodi im-
peritis nautis regendum, maxime,
cum conclamatis hisce tempori-
bus ſcopuloſa dentur in civitati-
bus littora, in quæ leviſſimo ven-
to, illud transverſum trahi & abri-
7. pi poteſt. Interim tamen ſi quæ
in Municipiis ſtatuta reperiuntur,
quorum vigore quidam ex tribu-
bus ſeu Gildis in Magiſtratum eli-
gi debeant, famem potius cum di-
ſpendio rei familiari iſti ſubibunt,
quam ut famam hanc negligant,
gradus ille honoris conſcendendus
eſt, licet ſine conſilio, ſine ratione
& diſcrimine, ſufficit regatur, non
attento, quomodo regatur, modo
privilegium hoc electionis conſer-
vetur, nec intereſt, interim per-
ſuaſiſſimi ſint, ſe tam ineptos eſ-
ſe, ad clavum Reipublicæ geren-
dum, quam apte exercere norunt
ſellularia opificia & opera manuum
8. ſuarum. Inſipidæ huic ſimul &
arroganti plebeculæ evenit, prout
refert apologus PLUTARCH. *in vita
Agid.* Cauda indixerat bellum ca-
piti, quod ejus ad arbitrium ſem-
per traheretur, nec interim ſuam
præcedendi prærogativam perinde
haberet, ac illud, obtinuit tan-
dem viciſſitudinem præcedendi, ſed
cum viam ingrederetur, tunc de-
mum oculos ſibi deeſſe deprehen-
dit, ad inveſtigandam viam.

Ergo, ſi in Municipiis non ſine 9.
incommodo Municipiorum, lege
Municipali, electionis ratione tri-
buum ſeu Gildarum ejuſmodi uſus
invaluit, ut ſæpe ſervari videmus
quomodo hi in impetuoſa & indi-
ſcreta ſua gubernandi libidine ho-
neſte coerceantur, arcana duo
nobis prodita ſunt.

Cum certum ſit, plebem deci- 10.
pi malle quam cogi, quod ſcitiſ-
ſime approbat BARCL. *in Argen.*
dum ita ait: Vulgo corrigendo,
ſicut ægrotis pueris, medicamina
conciliari debent, ubi medicum cum
poculo vident, faſtidiunt valetudi-
nem, quæ tanti emenda eſt, ſed qui
ætatem illam curant, vel mitibus
ſuccis vim domant acerbi ſaporis,
vel præmiis invitant ad ſalutem, de-
ceptisque pulchritudine oculis,
non videre nec ſcire patiuntur,
quid hauriendum ſit.

Simili ſane modo & hic non vi 11.
nec æſtu, ſed aſtu res aggredien-
da. Si enim vi ab honoribus ex-
cluderetur vulgus, plena foret ci-
vitas hoſtium, ut ait ARIST. *Polit. 7.*
Honori quippe incumbit tam igna-
vus quam bonus, IDEM *lib. VI.
Polit.*

Primum itaque arcanum inſi- 12.
nuat CLAPM. *in ſuis arcan. lib. II.
c. 3.* docendo: pœnam dicendam
eſſe patriciis aliisque ad Rempu-
blicam habilibus, ſi ad Senatum
non

non veniant, plebi vero eam omnino remittendam. Qua fallacia faſcinata plebs, *ut ille loquitur*, operis domeſtici cauſa facile emanebit; Sufficit enim plebi, acceſſum ſibi dari ad gubernaculum, à quo tamen melius eſt ut abſtineat. Hi Senatores ſunt ſimiles illis foliis, in chartis luſoriis, quæ etſi deſint, non deſiderantur valde; Cum autem non adſunt, integrale chartarum deſtruitur.
14. *Secundum eſt:* ut onera gravia & ſumptuoſa officia Magiſtratui injungantur, quæ plebem eò magis â Reipublicæ adminiſtratione abſterreant, IDEM *eod. lib. Cap.* 9. Hi enim homines ſunt illi æditui, qui altaria publica ſplendidiſſima luce, ſed non de ſua cera, ornata volunt. Et ut TACITUS loquitur, paucis decus publicum curæ, *lib. XII. Annal.*

15. Exemplum ejus eſſe poterit, quod de officio Ædilium legitur apud LIV. *lib. VI.* recuſantibus id munus (quia multum curæ ac moleſtiæ, parum emolumenti ac lucelli fortaſſe habuit) Ædilibus plebis conclamatum eſt à patriciis juvenibus, ſe id honoris Deûm cauſa libenter acturos, ut Ædiles fierent.

Ubi hiſce arcanis plebs à curia abſtineri nequit, certe ita capiſtranda ac cohibenda erit, ne ad clavum ipſaque ſecreta Reipublicæ adyta admittatur. Sed pro complemento numeri & ſimulacris plebejæ poteſtatis ſaltem in ſubſelliis ſpectetur. 16.

Vulgus etenim hominum externa rerum ſpecie ſæpe magis quam rebus ipſis movetur, quæ viris ſapientibus dimittere, dum pro umbra corpus habeant, haud ærumnoſum eſt, CYRIAC. LENTUL. *in ſuo Auguſto*. 17.

Quæ tamen omnia quam cautiſſime efficienda, ad monitum illud TACITI *lib. I. Hiſtor.* tam neſcire quædam ſubditos, quam ſcire oportet. 18.

Si autem ſtatuto civitatis cautum, ut Patriciorum vel aliorum eminentium præ cæteris in electione habeatur ratio, & idonei non adſint, vel plane nulli Patricii, hoc caſu alii aſſumendi ſunt, *l.* 11. *ff. de muner. & honor.* 19.

Caput IX.

DE INVITO IN MAGISTRATUM ELIGENDO VEL NON.

SUMMARIA.

1. *In Municipiis magis de ambitu, quam de vacationibus Magistratus quæstio est.*
2. *Exempla eorum, qui reformidarunt honores administrationis Reip.*
3. *Calamitas causa esse potest cogendi aliquem ad Magistratum subeundum.*
4. *In Municipiis penuria est idoneorum.*
5. *Cum uni multa curationes demandantur, is similis est verulucernæ.*
6. *Inviti canes ducendi non sunt venatum.*
7. 32. *Tutius invitis, quam ambitiosis committitur gubernatio.*
8. *Excusationes in honoribus non admittendæ.*
 Licet remissum sit publicum munus.
9. *Magistratus ut quis sit, magis ad honorem, quam ad munera pertinet.*
10. *In Republica, ut in navi, tenentur inviti.*
11. *Licet quis juraverit se non suscepturum Magistratum.*
12. *Ab ordinariis oneribus nil excusat.*
13. *Differentia inter munus & honorem.*
14. *Munera sunt vel realia vel personalia.*
15. *Personalium tria sunt genera.*
16. *Realia sunt duplicia.*
17. *Alia sunt ordinaria alia extraordinaria.*
18. *Municeps per juramentum civium se ad obsequium obligavit.*
19. *Juramentum est religiosum vinculum, quo Deo teste promittimus.*
20. *Juramentum senatorium aliquando continet administrationem officii.*
21. *Inter civem & civitatem intercedit contractus ultro citroque obligatorius,*
22. *Civis inobediens & municipio depelli potest.*
23. *Desuper jus Lubecense.*
24. *Non saltem civis, sed & incola ad id constringi potest.*
 Exemplum Romanorum & Atheniensium.
25. *Refractarius talis amissione habitationis mulctatus pro relegato non habendus.* 26.

26. *Refractariis his & pœna arbitraria injungi potest.*
27. *Civis sine delicto expelli non potest.*
28. *Facilior est non admissio, quam ejectio.*
29. *Ratio, cur civis pro lubitu emigrare, civitas vero illum invitum pellere non possit.*
30. *Interest Reipubl. eam per digniores & conspicuos regi.*
31. *Etiam ad tutelam subeundam invitus quis cogi potest.*
33. *Sacerdotium conferendum est invitis.*
34. *Patriæ quis non minus quam Parentibus nascitur.*
35. *Patria charior esse debet, quam proxima quæque cognatio.*
36. *Patria defendenda ad sanguinem usque.*
37. *Pœna Advocati contra patriam patrocinantis.*
38. *Exempla insignis erga patriam amoris.*
39. *Honestius fugitur, quam pugnatur contra patriam.*
40. *Egregie culpatur is, cui saltem Patria objicitur.*
41. *Parentis aspera verba, filius patienter audiat.*
42. *Doctoribus invitis Consulatus obtrudi nequit.*
43. *A muneribus his etiam immunes sunt Syndici, Physici & Secretarii civitatis.*
44. *Ejus ratio.*
45. *Honoribus majoribus antea functus invitus ad minores non devocandus.*
46. *Honores non descendendo, sed asceudendo couferri debent.*
47. *Doctor juris non vocandus, ad docendum Grammatticam.*
48. *Ignominiosum est officium priore inferius suscipere.*
49. *Nisi fieri debeat ob civium inopiam.*
50. *Vocationes publicæ ad munera, privatis affectibus subjacere non debent.*
51. *Nobilis in civitate degens & hac excusatione uti potest.*
52. *Nobilis non excusatur, si jura civitatis sit adeptus.*
53. *Boni publici favore multa fiunt contra regulas.*
54. *Electus intermissa quadam solennitate, invitus non cogitur ad subeundum munus.*
55. *Forma omissa actum vitiat.*
56. *Imbecilla ætas ad annum 55. excusationem à muneribus præbet.*
57. *Non impellendi admodum, qui ad centrum devenerunt.*

58. *Plures causæ imperfectæ hic non juvant.*
59. *A nominatione ad dignitatem Magistratus appellari potest.*
60. *Tunc appellandum, cum per officialem injuncta citatio ad suscipiendum munus*
61. *In materia tutelari excusans non appellat.*
62. *Appellatio hæc tum demum obtinet si omnia facta sunt solenniter.*

1. Licet in municipiis magis de ambitu, quam de vocationibus & excusationibus quæstio sit, & que-
2. rimonia exoriatur, interim aliquando occurrit Heraclitus, qui malit cum infantibus ludere, quam ad senatum venire; Vel Chrisippus qui Magistratus administrationem abjicit, vel Xenophon, qui ob invidiæ vel periculorum metum Imperium recusat, vel Demostenes qui dixit: Si unum sibi eligendum foret, in exilium abire, quam in suggestum vel tribunal, malle se
3. prius eligere, vel etiam includere possunt tempore, ut quicquid est honoris oneris atque periculi gravitate suffocetur, quod nonsolum belli sed & pacis tempore accidere potest, ad incitas redactis reditibus, vel à creditoribus sequestiatis salarus Dn. SCHILTER.
4. *Exerc. ad. ff. 1. §. 23.* Ergo nec immerito hæc licet raro occurrens materia, discussioni submittitur, quia in municipiis sæpius quam in magnis civitatibus ei locus est, in his enim plura dantur subjecta, ad singula officia designanda capacia, quibus singulis sua cuique munera demandentur; In illis autem ob hominum penuriam sæpe existit incommodum ratione eorum, qui sunt idonei. ARISTOT. *lib. IV. Pol. cap. 15.* Cæte- 5.
roquin multæ curationes, uni non sunt demandandæ, & Magistratus tanquam verulucerna pluribus officiis præesse tenetur, est enim hoc instrumentum domesticum, ex una parte figendis & assandis carnibus ex altera vero luminibus accommodatum, & deserviens, vel ut olim gladius Delphicus ad multos usus debebat esse habilis GIPHAN. *ad cit. loc. Arist.*
p. m. 508. Quamvis autem invitos 6.
canes venatum ducere, improbet Comicus, nec quicquam violentum diuturnum statuat Philosophorum senatus, atque secundum Platonem officium gubernandæ Patriæ si justum sit, voluntarium esse debeat, tamen quia magis ex- 7.
pedit invitis, quam ambitiosis, & premia pro lucri cupidine sectantibus, munera & gubernacula publica concredere; Hinc merito affirmativa pro rubro capitis hujus

jus probatur *p. l. sextum decimum 2. §. 1. & l. honorem pr. ff. de vacat.*
8. *& excusat muner.* Ubi dicitur, quod excusationes alias relevantes & validæ non tamen admittantur in honoribus, & per consequens, nec à muneribus quæ honori cohærent *ut docet* GLOSS. *in l. 3. C. qui ætat. se excus. itemque.* GLOSS. *in l. vacantis 19. C. de Decur.* Ubi habetur, in remissione publici muneris non intelligi remissum munus subeundi Magistratum ALBER. *in d. l. 2. ff. de vacat. & excus. muner.*

9. Habemus & ad hoc loquentem in terminis textum *l. 12. ff. de muner.* ubi rotundis perspicuisque legitur verbis, quod ei cui muneris publici vocatio datur, non remittatur, ne Magistratus fiat, quia hoc magis ad honorem quam ad munera pertineat.

10. Nam quemadmodum, qui semel navim & mare ingressi, in arbitrio ventorum sunt, nec redeunt ad terram, cum volunt cum terram maxime spectant, retrahit aliquis æstus, sic & respublica tenet multos invitos, LIPS. *Epist.* 10.
11. *Cent. 2.* Imo licet quis juraverit, se non fore Magistratum, vel susceptūrum officium, etiamsi millies eligatur, potest tamen, non obstante juramento, Magistratu fungi, HERING *de fidejuss. cap. 1. n. 81.* ROMAN. *Singul. 517.* tale enim juramentum, ceu temerarium & comitibus suis orbatum, non erit attendendum.

Deinde, cum nihil excuset ab ordinariis muneribus realibus vel mixtis, sed tantum ab extraordinariis, *l. qui immunitatem. l. professio. C. de muner. patrim. l. 2. l. pen. de privil. veteran.* THOM. *Tract. de collect. §. medici, n. 1. cum seqq.* Sequitur, & idem obtinere debere in personalibus ordinariis, ut sunt honores Magistratici. 12.

Munus autem est administratio Reipublicæ sine dignitate, honor est, qui fit cum dignitate, *arg. l. 14. ff. de muner.* Et munera duplicia personalia & realia, personalia sunt, quæ personis imponuntur sine patrimonii consideratione, & consistunt in labore & sollicitudine animi & vigilantia personæ, *l. 1. §. 2. & fin. ff. de muner.* Realia sunt in quibus sumtus maxime desideratur & patrimonii habetur ratio *d. l. 1. §. 3. eod. tit.* Iterum personalium munerum tria sunt genera, alia dignitatem annexam habent, quæ honores vocamus. *l. 14. princ. d. t.* alia quæ utilitatem exercitii habent annexam *l. 12. & 13. C. de excus. muner.* alia sunt media nec honorata nec sordida MEV. *Jur. Lubec. lib. I. tit. 1. art. 6. n. 7.* 13. 14. 15.

 Re-

16 Realia iterum ſunt duplicia, mere realia & non mere realia; Illa de re capiuntur propter rem, hæc imponuntur perſonæ propter rem, quando autem utrumque requiritur tunc dicuntur mixta *L.* 18. §. *26. ff. de muner.* BRUNNEM. *ad l. 1. ibid.*

17. Munera ordinaria ſunt, quæ ob cauſam ordinariam imponuntur, ut ſunt Conſulatus & Senatoria dignitas; Extraordinaria, quæ ſaltem publica neceſſitate vel utilitate poſtulante indicuntur. *l.* 18. §. *3. ff. de muner.*

18. Tertio eo facit juramentum, quod municeps acquirendo ſibi civitatem, Magiſtratui præſtitit, quo ſe ad obſequium in re quavis licita ac honeſta obligavit,
19. quod jus jurandum, utpote religioſum illud vinculum, quod Deo teſte, promittimus, omnino tenendum eſt, nec ſub ullo prætextu violandum *C. etſi Chriſtus de jure jur.* de quo uberius *lib. III.*
20. *cap.* 1.

Hinc pluribus in locis ei, qui munera civitatica ſuſcipit, ſpeciale deſuper juramentum non injungitur, ſed adminiſtratio officii continetur ſub fide juramenti, quo tanquam Senator vel Conſul obſtrictus eſt, **wird ihm ſolches auf ſeinen Rahts-oder Burgemeiſter-**
21. **Eyd aufgetragen.**

Inter civem & civitatem tacite intercedit contractus ultro citroque obligatorius, quo Municeps juxta etymon ſui nominis ad munera & obſequium, civitas ad defenſionem & protectionem adſtringitur, BART. *in tract. de Repreſſ. in 5. quæſt. n. 1.* Adeoque unusquisque civium & Reipublicæ membrum, pro ſalute ejus pro viribus promovenda obſtrictus eſt, hoc enim juſtitiæ fundamentum requirit, ut communi utilitati ſerviatur, ARIST. *2 Polit. cap. 9.* Ex quo bona deducitur 22.
conſequentia, hoc caſu civi refractario defenſionem juraque civitatica recte negari atque ita illum ex Municipio depelli. Jure Lube- 23.
cenſi diſpoſitum eſt: **Niemand/ der zu Rahte oder Burgemeiſter gekohren wird/kan ſich deſſen wehren/bey Verluſt der Stadt Wohnung/ und 10 Marck lötigen Goldes** / *lib.* I. *tit. 1. art. 6.* Quod 24.
jam dictum eſt de cive, detrectante & coercendo, non modo ad cives pertinet, ſed etiam ad incolas, qui domicilium ſeu Larem fortunarum ſuarum, cum animo commorandi, alicubi conſtituerunt, MEV. *ad cit. loc. n. 19.* Lacedæmonii ejusmodi tergiverſantes exilio, Romani libertatis diſpendio, Athenienſes capitis ſupplicio multarunt. CASUS *in ſphær. civit. lib. IV. c. 9.* Quæritur autem, 25
an hujusmodi refractarius, qui ob de-

detrectationem muneris civici, amissionne habitationis in urbe mulctatus est, non pro relegato habendus? Et negatur. Nam huic in civitatem redire permissum non est, *l. relegati. 4. ff. de pœn.* illi autem commorandi jura non sunt denegata, saltem ipsi auffertur incolatus & civilium beneficiorum usus, MEV, *loc. cit. n. 27.* cui similis est impositio venditionis ac migrationis ex certo aliquo pago. **Wenn den Unterthanen aufferlegt wird / ihre Güter unter den Gerichten zu verkauffen / und sich anderswohin zu wenden.** CARPZ. *crim. p. 3. q.* 130. *n.* 56.

26. Injungitur ejusmodi detrectantibus munera publica, & alia pœna, ut pecuniaria, carceris vel alia, insuper & talis omnia damna & sumptus pro ipso compellendo impensos, sustinere debet, *l. 20. & 51. C. de decur.* HAHN ad WESEMBEC. *eod. tit. n. 2.*

27. Ceterum, ratione materiæ hujus de expellendo tali cive, hoc deduco, quod civitas pro arbitrio civem invitum sine delicto præce-
28. dente expellere non possit. Nec obstat, quod civis pro arbitrio Magistratus recipiatur, nam juxta tritum illud: Facilior est non admissio, quam ejectio. Tum & hic favor nemini injuriam inferre debet, maxime, cum civitas potius amplianda, quam minuenda, *l. pen. in fin. C. Commun. de manum.* quæ magis augetur adjectione hominum quam pecuniarum, *l. 7. §. 3. ff. de bon. damnat.* Nec in- 29.
videndum est civi, quod ei hoc casu plus liceat, quam civitati, quod nimirum ille pro lubitu emigrare potest, illa autem invitos pellere nequit, nam si ipse se ad leges Municipii non componat, facile in ordinem redigi poterit, civi vero si publica administratio displicuerit, nihil amplius relictum est, quam patientia aut emigratio, PUFFEND. *de J. N. & G. lib. VIII. c. 11. §. 6.*

Porro sequeretur inde absurdum 30.
illud: Quod si dignioribus & honestioribus, quibus munera publica indicenda sunt, *l. in honoribus ubi* ALBER. *in pr. ff. de Decur. l. unic. C. de potior. ad munera nom.* licentia daretur recusandi, vilioribus hujusmodi honores necessario conferendi essent, interest autem Reipublicæ, eam per digniores & conspicuos, non per pauperes & abjectos regi, CHASS. *in consuet. Burgund. rubr. 7. de success. §.* 12. *n.* 14. & 15.

Imo si ad alia munera publica, 31.
veluti tutelam, *§. 7. de excus. tut.* etiam invitus quis cogi potest, *l. 1. pr. ff de administr. tut. l. munus 214. de V. S.* merito etiam alia publi-

blica privatis non declinanda ſunt, *l.* 18. *C. de decur. l. 20. C. de ne-*
32. *got. geſt.* Nec eſt, ut ratione invitorum incommodi quippiam timeatur, quia his tutius quam ambientibus officia conferenda ſunt, *ſupr. n. 7. hoc. cap.* Sicut dixit Alexander Severus, LAMPRID. *in ejus vita.* Et Galba non dedit ſenatoria officia niſi recuſantibus, SUET. *in Galb.*

33. Imo & ipſum ſacerdotium in tantum ab ambitu debet eſſe ſepoſitum, ut indignus cenſendus ſit antiſtes, niſi ſit ordinatus invitus, ergo quæratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat, ſola illi ſuffragetur neceſſitas excuſandi, *l.* 31. *C. de Epiſc. & Cler.*

34. Ratio prædicta coercitionis conſiſtit in eo, quod quis non ſolum parentibus ſed & patriæ natus ſit, *l.* 1. §. 15. *ff. de ventr. in poſſ. mitt. l. 2. ff. de juſt. & jur. l.* 1. *in fin. ff. ad L. Jul. Maj. l.* 19. §. 7. *ff. de captiv. l.* 14. §. 4. *ff. de munerib. & honor.* Conſequens erit neceſſarium, quenquam non minus patriæ quam patri ad obſequium ob-
35. ligatum eſſe. Nam patria nobis charior eſſe debet, quam patria bona: *l. 9. §. filius fam. ff. de capt. & poſtl.* imo quam Parentes, *l. 9. ff. de relig. & ſumpt. fun.* Carior liberis, *l. 3. §. quod pater ff. de mun.* Nulla cognatio eſt propior, quam patriæ, CIC. *Philipp. 5.* Patriæ ſalus cedit vitæ & ſanguini, *l. in ſervorum* 10. *in fin. de pœn.*

Hinc Ulpianus patriam æquiparavit parentibus, *l. 3. ff. de J. & J.* 36.
quæ defendenda ad ſanguinem, ACCURS. *ibid.* qui eam derelinquit, hoſtium numero habendus, *l. poſtliminium, §. transfuga deceptio.* Eamque ob cauſam Advocatus 37.
patrocinium contra patriam ſuam præſtare prohibetur, *l. pen. §. de poſtul. l. 2. C. de Advoc. diverſor. judicior.* taliſque privandus eſt civitate & quocunque commodo ipſius patriæ, BALD. *in l. 2. C. de infant. expoſ.* CÆPOLL. *vol. 1. conſil. 58. n. 9.* CRAVETT. *conſil.* 132. *n.* 24.

Sectorius cum adverſus Metel- 38.
lum & Pompejum maxima victoria potiretur, dixit: Si ipſi reditus in patriam concedatur, malle ſe Romæ omnium civium obſcuriſſimum, quam in exilio omnium aliorum Imperatorem eſſe, PLUTARCHUS. Sic Codrus, Athenienſium Princeps, Leonidas, Spartanorum Rex, Decius Mus, pater & filius, Conſules Romani, pro ſalva & incolumi patria ultro ſe devoverunt, JUSTIN. *lib. II. cap. 6. & 11.* HEROD. *lib. IX.* LIVIUS, *cap. 9. lib. VIII. & lib. X. c. 28.* Digna illa vox Æmilii Pauli ad Senatum, Cum in maximo proventu

tu felicitatis veſtræ, Quirites, timerem, ne quid mali fortuna moliretur, Jovem Junonemque Reginam & Minervam precatus ſum, ut, ſi adverſi quid populo Romano immineret, totum in meam domum converteretur, VALER. MAX. *lib. V. cap. 10.* Themiſtocles inique depulſus à ſuis, cum ei à Rege Artaxerxe honorabilis admodum conditio in exilio ſuo oblata fuiſſet, mori veneno ſuo maluit, quam etiam in ſui vindictam con-
39 tra patriam pugnare. Unde dicitur: Fugeris honeſtius quam pugnaveris contra patriam, LIV. *lib. VII* Ob hunc ingenitum affectum patriam ſortiri ſepulturam, felicitatem quandam dixit CICER. *lib. IV. Epiſt. 6.*

Mixta patrum cineri mollius oſſa cubant.

40. Præſumitur contra aliquem, quod malus ſit, quia nationis eſt infamatæ, *arg. l. quod ſi nolit.* §. *qui Municipia. ff. de adilit. edict.* eliditur tamen illa præſumtio, eo, quod egregie culpetur is, cui nihil objici poteſt præter patriam, TACIT. *Annal.* 11. Anacharſis, Philoſophus exprobranti cuidam Attico, quod natus eſſet in Scythia, mihi, inquit, probro eſt patria, tu patriæ, LAERT. *lib. I. cap. 6.*

41. Ergo amor hic efficit, ut civis patriæ incommoda & onera merito & lubens ferat, quæ extraneus ſpernit, ſicut parentis aſpera aliqua verba filius patienter audit, extraneus vero aſpernatur, LIPS. 42.
cent. miſcell. Epiſt. 9.

Limitantur hæc, *primo* in Doctoribus, quibus invitis Duumviratus Municipalis obtrudi non poteſt, *l. 1. l. medicos 6. & l. fin. C. de profeſſ. & medic.* ubi indiſtincte ab omnibus muneribus perſonalibus excuſantur, ANGEL. *in* §. *item Roma. inſt. de excuſat. tut.* Hinc BRUNNEM. hunc recenſet modum evitandi munera, honori tamen non adnexa, & ut ea obeunda evitet in curia vel templo ſi literatus ſit, ut ſcilicet petat à Collegio Juridico gradum Docturæ vel Licentiaturæ vel Magiſterii, ita', ut à muneribus iſtis excuſetur, *ad l. 12. ff. de muner.* Et quod Doctores ad Conſulatum vel Senatum in Municipiis & cæteris civitatibus inviti cogi non poſſint, tradit poſt SIBRAND. MEY. *ſupr. cit. l. 1. art. 6. n. 40.*

Ab hac neceſſitate ſubeundi mu- 43.
nera etiam cum Doctoribus excipiuntur illi, qui ſingulari Senatus vocatione ad alia Reipublicæ munia vocati ſunt, ut Syndici, Phy-
ſici, Secretarii civitatis; quia ſub 44.
fide publica & certa conditione in civitatem migrarunt, & pro certo ſalario Reipublicæ inſerviunt, indignum erit, eos arctare ad alia

 one-

onera, quam quæ ſponte ſuſcepe-runt, & hoc caſu ceſſat obligatio illa, quæ eſt inter Rempublicam & incolam, atque cæteræ ſuperius allegatæ rationes locum non habent, poſt BARTOL. *d. quæſt. 5. de repreſſal.* MEV. *cit. n.* 22.

45. *Secundo*: in eo, qui antea majoribus honoribus functus, is invitus ad minores non eſt devocandus per textum ad hoc ſatis luculentum, *l.* 2: C. *quemadmod. civil.*
46. *muner. indic.* Aſcendendo enim conferri debent honores, *l. ut gradatim. ff. de munerib. l. quæ utiliter,* 45. *ff. negot. geſt.* Non deſcendendo, GLOSS. *in d. l.* 2. Quia, ut inquit BALD. *ibid.* non cogitur quis incedere retro circa honores, & qui ſemel aſſumptus eſt ad Digeſta, non cogitur redire ad volumen, *c. cum in tuæ de conſuet. in* 6. Quod ſpectaret ad injuriam & vilipendium electi aut nominati, JOAN. de PLAT. *in d. l.* 2. *n.* 7. ALBER. *in d. l. ut gradatim in pr.*

47. Hoc enim eſt, parvicare majorem ordinem prius obtentum, ut dicit LUCAS de PENNA *in d. l.* 2 C. Et idem eſt, ac ſi Doctot Juris vocaretur ad docendam Grammaticam. In aſcendendo conſiſtit honor in deſcendendo dedecus. Hinc & Archi-Epiſcopus non debet transferri ad Epiſcopatum, ſed è contra *C.* 1. *de translat. Epiſc. l. Major. C. de dignit. lib. XII. l. ad ſplendoris. C. de diverſ. off. eod. lib.* Idem adhuc 48.
obtinet, licet prior collatus honor adhuc duret, niſi volenti & non invito, una cum majori etiam minus imponatur officium. Nam ſemper turpe eſt & ignominioſum officium impar & inferius priore ſuſcipere, *l.* 63. C. *de Decur.* WESEMB. *conſ.* 40. *n.* 63. Exceptio 49.
vel ſublimatio horum eſt in caſu ſi aliorum civium copia non ſit, qui obſequiis civilibus fungi queant *l.* 2. & 3. C. *Quemadm. Civit. muner indic. lib. X.* & *d. C. ut gradatim* THOLOS. *Synt. lib. XVIII. c.* 13. *n.* 31.

Tertio limitatur in illo, qui ha- 50.
bet ſuſpicionem & indicia quod ejusmodi electio ſeu nominatio in Magiſtratum ex aculeo quodam, inimicitiæ cauſa, ut ægre electo fiat, facta fuerit; Cum publicæ vocationes privatis affectibus ſubjacere non debent *l. unic. C. ſi propt. inimicit.* ALBERT. *loc. cit.* MESEMB. *conſ.* 40. *ubi hoc Thema pluribus proſequitur.*

Quær. an hac excuſatione uti 51.
poſſit, nobilis in civitate quadam degens, electus Conſul? Et ſic puto, quia talis electio, dignitati nobili obſtat, cum conſulatus ſit dignitas civiis non equeſtris, exiſtimationis autem habenda utique eſt ratio. *l. Quintus* 48. *in princip. ff.* Man-

52. *Mandat.* Sed secus est si nobilis jura civitatis adeptus fuerit, eoque jure indignum se non existimavit, quo casu, præposteram nobilitatis ambitionem vocat, & pœnam statuto dictatam fuisse impositam, refert MEV. *cit. lib. I. art. 6. n. 33.* Nisi tamen ex aculeo inimicitiæ collata sit hæc dignitas.

53. Quamvis hoc favore boni publici, quod fortissimam infert exceptionem á regula communi etiam juris, non semper obtineat, ut supra *cap.* 1. *n.* 124. dictum est.

54. *Quarto* Limitatur in eo, qui intermissa quadam solennitate electionis nominatus est, *l. si constat. ff. de appellat. l nominationes, C. eodem. l. si ut proponis. C. quomodo & quando. Jud.* ALBER. *in repet. rubr. de munerib. n. 7.* Nam for-
55. ma & solennitas omissa, semper actum vitiat & reddit nullum, *l. 46. §. 9. C. de Episc. & Cler. auth. offeratur,* C. *de litis cont.* secundum illud: Recedens à forma videtur recedere à substantia.

56. Quær. (1.) an ab ejusmodi muneribus, quibus honor & dignitas conjungitur, excuset ætas 70. annorum æque ac in materia tutelæ? §. 13. *J. de Excus. tut.* BRUNNEM. *ad l. 8. ff. de muner.* negat & excusationem alicujus ad assessoratum vocati rejectam esse ex SANDE *Decis. Fris. lib. V. tit. 10. def. 1.* recenset. Quamvis nemo forte negabit, quod senectutis decrepitæ cum imbecillitate corporis conjunctæ in declinandis muneribus habeatur ratio, *l. 2. § 7. ff. de vacat. mun.* Sed indulgentia Imperatorum restrinxerunt ætatem hanc ad 55. annum, scilicet, quod ea ætate invitus nemo ad personalia munera evocari possit, *l. 3. C. qui ætate se*
excus. Ratio hujus est, ut juxta 57.
SENECAM detur aliquando otium quiesque fessis, nec nimis ad motum impellendi, qui ad centrum pervenerunt, PEIL. *de privil. senum privil. 20.*

Quæritur (2.) An ratione ex- 58.
cusationis plures imperfectæ causæ non possint cumulari, ut unam faciant perfectam, sicut alias, ubi singula non possunt, cumulata tamen prosunt. Et negat BRUNNEM. quia hic plures causæ imperfectæ sunt dissimiles, ergo non juvant, *ad l. 1. n. 5. ff. de vacat. & exc. mun.* Idem obtinet ratione tutelæ, *l. 15. §. 11. ff. de excusat.*
Quibus ominbus casibus reclaman- 59
ti intra decendium appellare á facta nominatione licet, *l. 2. de decur. l. 7. l. 11.* C. *de appell.* GLOSS. *in l. veteranis.* C. *quando provoc.* BALD. *in d. l. in honoribus. §. fin.* GLOSS. JOAN de PLAT. & LUC. *de pen. in l. 2.* C. *de decur.*

Appellationis tempus autem tum de-

demum incipit currere electo, cum illi per publicum Officialem sit insinuata electio, & ad suscipiendum munus citatio personaliter facta sit, *Clem. causam de elect.* Et quidem toties appellandum, quoties fit electio, BRUNNEM. *ad d. l.*
61. *1. de vacat. n. 3.* Ergo in hoc passu differt hæc materia à tutelari, ubi excusationes saltem proponendæ sine appellatione, §. 16. *J. de excus. tut.* SCACC *de appell. quæst.* *17. lim. 33. n. 2.* Et hæc procedunt, si electio facta est debite, 62.
solenniter & cum deliberatione consueta, LUC. de PEN. *cit.* secus si eligentes non sint functi partibus suis ad plenum, *l. si ut proponis C. quomodo & quando jud.* atque tunc appellatione opus non est, donec omnia legitime fuerint facta, WESEMBEC. *cit. cons. 40. n. 78.*

Caput X.

DE SPURIO IN MAGISTRATUM ELIGENDO VEL NON.

SUMMARIA.

1. *Jephta fuit filius meretricis & tamen Princeps.*
2. *Bastardus, bastart,* Banckart *unde dicatur?*
3. *Jeptha quia illegitime natus, solum vertit.*
4. *Alia illustrium nothorum nomina & exempla.*
5. *Crimen paternum maculam filiis inurere non potest.*
6. *Illegitime nasci non ejus culpa, qui nascitur, sed qui generat.*
7. *Spurius sæpè multis legitimis melior.*
8. *Turpis est is, qui crimine mentem implicat.*
9. *Spurium vel cæcum nasci idem est.*
10. *Infamem esse inter pœnas reputandum.*
11. *Infantes, utpote à culpa vacui, dici non possunt infames.*
12. *Patris culpam non feret filius.*
13. *Natura non distinguit inter legitimos & naturales.*
14. *Prudentes spuriis nibil vitio dant.*
15. *Lege tacente & nobis tacendum.*
16. *Non est impedienda dignitas ejus, qui nihil admisit.*

17. *In bene constitutis rebus publicis nothi ad regimen non admittuntur.*
18. *Senatorius ordo speculum est morale.*
19. *Natus ex spurio legitimè, admittendus ad honores.*
20. *Qui non habet participium legis, is nec habet participium honoris.*
21. *Certo saltem modo spurius dignitatum est capax.*
22. *Decuriones erunt honesti.*
23. *Spurius infamis licet non sit, non tamen caret macula omni.*
24. *Spurius maculæ, qua laborat, reus non est.*
25. *Utilitas publica spurii sordes eluit.*
26. *Spurius deficientibus legitime natis in decurionatum assumendus.*
27. *Spurios ad senatum admittere est libidinis faces in civitate accendere.*
28. *In spurio deest culpa, deest tamen justa causa.*
29. *Labem in fronte gerentes aliis prælucere non debent.*
30. *Lege Divina spurii invisi sunt.*
31. *Ex venenata radice venenatus exit surculus.*
32. *Legitimorum discrimina impediunt libidinis impetum.*
33. *Lex Solonis de spuriis.*
34. *Jure feudali & Canonico, labes originis officit.*
35. *Deficientibus licet legitimis.*
36. *Collegia opificum non admittunt illegitimos.*
37. *Desuper præjudicium.*
38. *Mores Germaniæ hac in materia.*
39. *Spurii quare mali?*
Leges sunt idea naturæ.
Qualis radix talis ramus.
40. *Spurius si bonus, casu est.*
41. *Exempla in contrarium naturalem præsumtionem non destruunt.*
42. *Spurius nequam facit officium suum.*
43. *Execratio in nothos.*
44. *Legitimati per rescriptum principis vel per Comitem Palatinum licet admittantur ad consortia civica non tamen ad curiam.*
45. *In legitimatis & si dematur nota, manet tamen litera.*
46. *Manet nota licet ejus causa extinguatur.*
47. *Quid Jus Saxon: hac de re statuat?*

1. Cum superius Magistratui Municipali jus eligendi Senatum indubitato competere evictum sit; Quæstiones nonnullas Municipiis circa electionem notandas annectere lubet, quarum illa: An spurius, nothus, vel Bastardus in Ordinem Magistratus cooptari possit?

Et quamvis non desint affirmativæ patroni strenui, qui pro illa sustinenda multa congerunt, ut ex sacris exemplum Jepthæ, qui fuit filius meretricis, nihilominus tamen in Principem electus, *Judic. cap. 11. v. 1.*

2. Bastardi autem ita dicuntur à Bast / *cortex*, & Art / *genus*, welche nicht vom rechten Stamm gewachsen / sondern / als frembde Reiser / in dem Bast bekleibet sind / qui insititii sunt, atque in familia non agnati; Vocantur etiam Banckart / parentibus elapsi, die gleichsam von der Banck gefallen sind / BESOLD *thes. pract. hac voc.*

De Jephtha tamen sciendum, 3. quod coactus, eo, quod ex illegitimo coitu natus solum vertere, & ex aliena terra ad militiam & Principatum necessitate urgente vocatus fuerit.

4. Ex prophanis historiis, Herculis, Thesei, Menelai, Themistoclis, M. Bruti, Arnolphi Imperatoris, Heliogabali, exempla sunt.

Ex jure, quod crimen paternum non possit filio maculam infligere, *l. crimen. ff. de pœn. c. undecunque. dist. 56. l. generaliter. §. 1. l. infamia. l. spurii, ff. de Decur.* ubi non impediendam esse dignitatem ejus, qui nihil admisit, legimus. 5.

Ex authoritate Patrum, nasci de adulterio sive fornicatione non est ejus culpa, qui nascitur, sed qui generat, HIERON. Ab experientia ex illegitimo thoro magnæ virtutis natos exiisse, juxta illud EURIP. Spurius multis sæpe legitimis melior & similia, quæ coacervat, PALÆOT. *Tract. de spur. c. 55.* ubi tam gnavum nothorum suscipit patrocinium, ut non immerito Bachovio propriam defendere causam videatur; Et spuriorum patronus vocetur à PETR. HEIG. *quæst. 21. n. 35.* THOMINGIUS, *decis. 48. n. 25.* Sententia Palæotti, puta, quod spurius à dignitatibus removendus non sit, hisce rationibus defenditur: (1.) Ii demum homines in notam vitii & reprehensionis incurrunt, qui flagitiose vitam egerunt vel culpæ labem admiserunt, quia actiones honestas vel turpes suscipere in ipsorum arbitrio positum est ac potestate, mali utique non sunt, nisi qui crimine mentem implicant, *C. illa post med. 15. quæst. 1. Aristot. lib. III. Ethic.* 6. 7. 8.

At

9. At cum in spurii potestate non consistat, an ex illegitimo concubitu nascatur, an non, quomodo ergo talis nativitas illi vitio esse poterit? non magis quam si quis luscus quam cœcus in hanc lucem prodeat. Sic enim, sed sine eorum culpa nati sunt, cum natura eos sic & non aliter nasci voluerit. Ex hoc fit ut etiam ii, qui talibus objiciunt, quod illegitime nati vel claudi, lusci, cœci, sint, injuriarum teneantur *C. cum te, ibique* PANORMIT, *n. 27. & seq. X. de re jud.* BOER *Cons. 4. n. 32.* Ex quo fluit
10. (2.) quod præter culpam, nihil cuiquam præstandum *l. aliud fraus 131. pr. ff. de V. S.* Sed infamem esse inter pœnas refertur? quia infamia honorum & dignitatis privationem conjunctam habet. GLOSS *in l. cognitionum verb. existimatio ff. de var. & extraord. cogn.* (3.) Si
11. spurii pro infamibus habendi, tunc ab ineunte ætate, imo ab incunabilis habendi sunt pro talibus, sed durum est dicere, infantes peccasse, atque doli & culpæ capaces esse *l. si quis suo 33. §. legis 1. C. de in off. testam.* Qui quod vident, ignorant *l. un. in fin. C. de fals. mo-*
12. *net.* (4.) Parentes spurios procreantes culpam committunt *l. fin. C. de natur. lib.* Patris autem nota filius maculari non debet *l. 2. §. in avo ff. de decur.* atque nullum Patris delictum innocenti debet esse pœnæ *ibid. §. si ad tempus* sicut cum iniquitate conjunctum est, ut filius portet iniquitatem patris sui, (5.) Natura non 13.
facit discrimen inter legitios & naturales *l. adoptivus 14. §. servilem 2. ff. de rit. nupt.* TIRAQUELL. *de nobilit. cap. 15. n. 35.* Ergo undecunque nascuntur homines, si parentum vitia non sequantur & recte vivant, honesti ac salvi erunt. GLOSS. *in c. per venerabilem qui fil. sint. legit.* Et semen hominis, ex qualicunque etiam homine promanet, Dei creatura est *C. sicut satius 32. quæst. 4.* Quod vero hi pro vero & legitimo partu habendi non sint, id saltem ex fictione juris accidit §. *si adversus 12. J. de nupt.* Ergo & si nomen habeant culpabile, natura tamen eorum est æqualis. Et quisquis bonus fuerit non corrumpitur nomine STOBÆUS *serm. 77.* (6.) Infamia 14.
facti nihil est aliud quam gravis & sinistra hominum opinio *l. 2. in fin. de obseq. libert.* Prudentes autem spuriis nihil vitio dabunt, quod sine illorum culpa ex illegitimo amplexu nati sint; Nam ab imperitia & multitudine qui pendet, in magnis viris non est numerandus juxta CICER. (7.) Pœnæ, privatio- 15.
nis nunquam relinquitur locus, nisi hoc legibus manifeste cautum & sancitum fuerit BALD. *auth. ex testa-*

ex testamento C. de secund. nupt. Sed nullibi in jure cautum, spurios infamium loco habendos, quo pacto ergo infamia facti laborabunt, cum erubescendum merito sit sine lege
16. loqui? (8.) Imo spurii si vitæ honestæ sunt, ad honores recipiuntur *l. generaliter. 3. §. spurios 2. ff. de decur.* cujus ratio est in *l. spurii. 6. pr. ff. eod.* In fine alleg. TOMINGIUS concludit, hanc opinionem & ad veritatem & ad æquitatem esse propensiorem.

17. In omnibus tamen bene constitutis Municipiis reliquisque civitatibus, non admittuntur Nothi sive Bastardi, *Ord. Cam. p. 1. tit.* 18. GAIL. 1 *Observ.* 43. *n.* 8. WESEMB.
18. *in parat. ff. de procurat. n.* 4. Ordo Senatorius namque est speculum, quod populus pro componendis moribus intuetur, CRAVETT. *cons.* 338. *n.* 27. CARPZ. *dec.* 111.
19. *n.* 6. ubi tamen recte defendit, ex spurio in legitimo matrimonio natum, ad senatoriam dignitatem be-
20. ne admitti, *per tot.* Cum enim hi non habeant participium legis, ut loquitur CAPR. *consil.* 136. *cum multis seqq.* Ita nec particiqium honoris.

21. An ergo spurius omnium dignitatum in Republica capax erit, aut an aliquarum, aut an nullius? medium confirmat *all. l. 3. §. 2. & l. 6. ff. de Decurion.* sed nimis tenaciter & avare; videlicet non simpliciter & semper spurium ad Decurionatum admittit, sed demum ex casu necessitatis & eo quo legitimum non habet competitorem; Hunc enim spurio præferendum determinat. Cur vero hoc? An quia legalior, dignior aptiorque est persona legitime quæsiti, hoc est, ex justis prognati nuptiis, quam spurii? Vitam cum 22.
re spurii si spectes, ejus scilicet, qui decurionatus capax est, æque illa honesta esse debet, ut legitime quæsiti, *d. l. 3. §. 2.* scilicet honestis moribus debet esse instructus Decurio, & præterea facultatibus ut Reipublicæ, cujus pecuniam publicam tractat, consultum sit, *l. 2. §. 1. ad Municip.* Ratio- 23.
nem dubitandi, quam ipsa format lex, spurios quantum attinet, una cum decidendi ratione, si exacte perpenderimus, illud in aperto erit, spurium, ut maxime inter infames Prætoria non fuerit relatus censura (talis enim uti ad reliquos honores, ita ad Decurionatum non admittitur, *l. 12. ff. de Decur. l. 8. C. eod.*) nihilominus sorde & macula omni non carere, eam vero, propter publicam utilitatem insuper haberi, præsertim cum ni- 24.
hil ipse quoque admiserit, aut ad eam, qua laborat maculam quidquam attulerit, sed ex aliena cul-

pa

pa totam traxerit. Hæc legis inductio, ne inter abſurdas locum mereatur, ita mihi progrediendum
25. arbitror; Poſtquam Ulpianus caſum explicuerat, quo ſpurius ad Decurionatum admittendus, ſatis perſpectum habens, multis hanc deciſionem poſſe peti telis, imprimis vero collegio Decurionum, ſordi futurum, ſpurios ſi admittat ad idem omnium primum voluit reſpondere, ex utilitate ordinis eſſe, ſemper ordinem plenum habere, unde patet, Ulpianum non negare, ſpurios ſordibus eſſe infectos, ſed illud tantum agere, ut monſtret utilitatem publicam, quæ cum utilitate collegii cohæret, hanc
26. ſpurii Decurionis ſordes eluere; Aut ad minimum, cum Decuriones non pura voluntate, ſed deficientibus legitime natis, ducti neceſſitate, ſpurium ſibi collegam ſumſerint, ſordibus alienis nec ſe, nec ordinem commaculare. Et *paulo poſt*: Inhoneſtum puto eſſe, hujusmodi perſonas in ordinem Decurionum recipi, maxime in eis civitatibus, quæ copiam virorum habent. Ita hæc Limn. *jur. publ. lib.* VIII. *cap.* 8. *n.* 80. *ſeq.*

27. Quid enim aliud eſt, ſpurios ad Senatum civitatis admittere, quam libidinis quaſi faces accendere, inquit Casus *in Sphær. civit.*
28 *lib.* IV. *c.* 6. *q.* 2. Hinc dicit Heigius *citat. loco.* quod licet hic deſit in ſpurio culpa non tamen deeſſe juſtam cauſam, *n.* 31. præſertim ſi agatur de bonis externis, quæ in poteſtate ſint Legislatoris, *l.* 2. *ff. de LL.* Inconveniens ergo non eſſe, *ibid. n. ſeqq* aſſerit, ut pars pœnæ parentum ad liberos tranſeat, non quod offenderint ſpurii, ſed ut libidinoſi hac pœna inflicta ab ejusmodi ſceleribus abſterreantur. Addendo ibi ex Joh. 29.
Caſ. ſphær. civit. lib. IV. *c.* 6. rem infamiæ plenam eſſe, ut nothi, qui ſanguinem labis in fronte gerunt, in altis civitatum ſedibus præluceant. Quo & ipſe refert verba Imperatoris *ex Novell.* 74 *cap.* 6. eſſe etiam hoc ſupplicium patrum, ut agnoſcant, quia neque quicquam peccatriciis concupiſcentiæ eorum habebunt filii. Probra ita- 30.
que non tantum definiuntur lege, ſed & moribus & opinione hominum, *l probrum* 42. *ff. de V. S.* Lex Divina denique eradit ſpurios ex tribu, ex familiis, & univerſo populo & cœtu Judæorum, *Deut.* 23. *v.* 3. Deus Davidem punit morte filii ex adulterio ſuſcepti, *2 Sam.* 12. & *Eccleſiaſt. cap.* 23. *in fin.* Liberi adulteræ ejicientur ex populo, & portabunt iniquitates matris. Poſteritas ejus non vireſcet, nec fructus matureſcet. Ipſa relinquit poſt ſe damnabilem

memoriam, ignominia ejus nunquam obliterabitur, & contagio ſuo inficit, quicquid ex inquinato fonte fluit. FREHER. *de exiſtimat. lib.* III.

31. Sicut enim abominabilis color, quo ſemen plantarum alte inficitur, in ſtirpe refloreſcit, & ex venenata radice venenatus exit ſurculus, ita labes originis adſpergitur fœtui, & contagium ſeminis prorepit in id, quod ex ſemine naſcitur, ARNIS. *de Republ. lib. II.*
32. *cap. 2. ſect.* 13. *n.* 21. Relaxa paulum frena libidini, legitimorumque diſcrimina tolle, an quenquam putas intra unius lecti ſtolas voluptatis ſuæ impetum coerciturum?

Sic lege Solonis cautum reperi-
33. tur, ut ſpurius eſſet publicum civitatis mancipium, GUEVAR. *in Horol. Princip.* Apud Athenienſes ſpurii ad officia publica non admiſſi, PLUTARCH. *in Peric.* apud Suecos Norvegosque vix olim licuit ſpuriis in honeſtorum conſortio vivere, JOAN. MAGN. *lib. XVIII. c. 6.*

Ex pari hac ratione Henricus
3 Auceps à torneamentis etiam eos exeſſe juſſit, qui avos atavosque legitimos docere non poſſent. Ad officia Eccleſiaſtica capeſſenda, licet illegitimi natales non obſtent, *diſt.* 56. attamen diſpenſatione & venia Pontificis opus eſt, ut talis origo intelligatur vitæ honeſtate deleta, C. *innotuit de elect.* feuda quoque ſucceſſorem non admittunt niſi legitimum, 2. *ff.* 26. §. *naturales.* FORCAT. *de feud. c.* 5. *n.* 18. quia jus feudale in genere legitimam nativitatem requirit STRUV.
ſynt. feud. cap. 9. *th.* 3. *n.* 7. Imo 35.
nec ſuccedunt, etiamſi liberi legitimi deficiant, SCHRAD, *de feud. p.* 7. *c.* 5. *n.* 20.

Quod magis eſt, nec ſtatuta
collegiorum opificum illegitime 36.
natos admittunt, quæ ideo laudantur, daß diejenige / ſo unehrlicher Gebuhrt / in Zünfften und Gilden nicht aufzunehmen / ab HAHN ad WESEMBEC. *ff. quæ not.*
infam. n. 8. *v. infamia facti.* At- 37.
que ita reſponſum refert BEIER. Demnach auch derſelbe / ſo nicht ehelich / ſondern von einer Concubinen gebohren / zu eurem Handwerck des Orts für einen Meiſter nicht zu verſtatten ſey. *de colleg. opific.* 1. *c.* 5. §. 3. *n.* 223. adden-
do ex BEUST. *in l.* 3. *n.* 26. *ff. de* 38.
jurej. per totam fere Germaniam obſervari, quod ſpurii ad dignitatem non admittantur, daß die Unehlichen in keine Innungen / Zünfften / Gaffeln oder Gilden genommen werden / & tale ſtatutum valere aſſerit RICHTER. *Deciſ* 80. *n.* 10.

Spu-

9. Spurii, ut docet MAGNUS ille SCALIGER *de ſubtilit. ad Cardan*, mali ſunt, quia ex malis: mali enim qui contra ea, quæ jubent leges, agunt, leges autem naturæ ideo ſunt & ut canit MART.

Qui viret in ramis venit à radicibus humor,
Et Patrum in natos abeunt cum ſemine mores.

0. Eſt & notum illud de nothis dicterium: Spurius ſi bonus, caſu, ſi perverſus, natura accidit. Quod Galli ita exprimunt: *Bon Baſtard, c' eſt d'aventure; mais méchant c'eſt de nature.* Dicunturque ſpurii hominibus non honorabiles, nec Deo amabiles *in c. ſi gens diſtinct. 56* Et
1. licet multi ſpurii & ex inceſtis nuptiis nati, ſæpe floruerint, & magnas dignitates adepti ſint, hoc tamen naturalem præſumtionem non deſtruit. Sæpe etiam multi Nobilium degenerant, interim ſemper præſumtio eſt pro paternarum virtutum propagatione. Multi mortalium ſiniſtra expeditius utuntur, quam dextra, nec tamen propterea dextræ prærogativa detrahitur ARNISÆUS *notit. lib. 2. cap. 2. ſect. 13.*
2. *n. 32.* Ergo peſſimi fere ſunt ſpurii, quin etiam publico Italicæ gentis proverbio lex quædam quaſi naturæ canitur: ſpurium qui nequam facit, officium ſuum facere.
43. Et verum manet illud, quod liberi mœchorum non conſequentur perfectionem, & ſemen ex illegitimo cubili natum delebitur, & enim ſi longævi ſint, nihili æſtimantur & inhonora ad finem uſque eſt ſenectus eorum SAPIENT. 3. *v. 16, 17.* filii ſcortatorum non mittent, radicem & rami iſtius non ferent fructum, relinquet ad execrationem memoriam ſui & probrum iſtius non delebitur. ECCLESIASTIC. 23. *v. 32. & ſeqq.*

Quod etiam obſervatur in ſpuriis nothisque legitimatis per reſcriptum Principis, vel per Comitem Palatinum; qui ſcite à Baldo, auro Alchimiſtico aſſimilantur quod facit apparere, quod non eſt; Ut hi quanquam ad Jura civitatis civiumque conſortia admittantur, adhuc tamen à curia excludantur CARPZ. *p. 2. conſtit. 6. definit. 16.* 44.
Etſi enim dematur per legitimationem nota, litera tamen manet, à vulnere quidem ſanati, cicatricem tamen apparentem ſecum ferunt. Inde dicitur quod ſpurius licet legitimetur, non ceſſet tamen in totum infamia; quia æquiparatur morboſo ex arte curato, ut ſemper adſint reliquiæ. MARSIL. *ſingular. 273. num. 6.* 45.

Hæret itaque ſemper aliquid, & ſæpe infamiæ nota manet, licet cauſa ſit extincta MYNSING. *cent. 4. obſ. 31. fin.* Ille[gi]tim[u]s tamen 46.

men legitimari posse, ut ad dignitates admittantur, & ab iis non
47. excludantur ex sentent Lipsii post Weichbild sub rubr. wie die unrechte Kinder durch die folgende Ehe/ auch sonst Kayserliche Freyheit Ehlich werden/ tradit Beust. *supr. all. tr. n.* 28.

Caput XI.

DE MUNICIPIORUM JURE CIRCA TURBATUM JUS ELECTIONIS.

SUMMARIA.

1. *Municipium si turbatur à Domino in Jure electionis, habet pro se fundatum remedium possessorium.*
2. *Nisi hoc jus neglectum atque ita à superiori sibi accommodatum fuerit.*
3. *Princeps obtrudere volens Municipio contra jus eligendi à se nominatum, non agit interdicto uti possidetis.*
4. *Sed aliis actionibus experitur, ut confessoria, &c.*
5. *Princeps & Municipales si pariter eligant aut nominent, cui interim obtemperandum?*
6. *Ratio hujus juris.*
7. *Contra Principem remedia possessoria ratione electionis cessant, si jure suo Princeps uti velit.*
8. *Municipales ipsi causam turbatæ electionis plerumque dant.*
9. *Municipia libero jure electionis abutentes eo excidunt.*
10. *Privilegia merito revocantur quatenus publico derogant.*
11. *Privilegia abusu perimuntur.*
12. *Principis officium pro conservanda quiete publica.*
13. *Principis est judicare, subditorum obtemperare.*

1. Municipium, quod sibi eligendi magistratum jus, vel scriptum vel non scriptum habet, si in ejusmodi quasi possessione à Principe vel alio Domino territoriali qui forte authoritatem eligendi prætendit, turbetur, habet pro se fundatum remedium possessorium, *uti possidetis*; Nisi 2. municipium Jus suum eligendi negligat, atque sic Princeps vel superio-

rior Jus illud per negligentiam,
amissum sibi accommodet juxta
BART. in l. 1. §. *hujus autem inter-*
dicti num. 3. ff. uti possid. JOANN.
à PLAT. *in §. retinendæ col. 2. vers.*
item competit. Inst. de interdict. RE-
BUFF. *in comment. ad constit. Gall.*
tom. 3. tit. de caus. benefic. poss. in
præfat. num. 5. FRANC. de MARCH.
quæst. 104. *p.* 2.

3. Si superior, non attento Muni-
cipii jure quæsito, alium eligat
Municipalibusque obtrudat, op-
pidani autem illum admittere ei-
que parere recusent; Principi hoc
4 interdictum *uti possidetis* nullatenus
competit, sed aliis actionibus, uti
confessoria vel implorato Judicis
officio contra municipium proce-
dere debet BART. *in d. §. hujus au-*
tem interdicti. n. 3. vers. primo modo.
RUIN. *cons.* 53. *num.* 3. *lib IV.*
FRANC. de MARCH. *quæst.* 447. *in* 1.
part. ARETIN *in §. retinendæ num.*
5. 3 *Inst. de inderdict.* Si Princeps
Municipiumq; pariter eligant, Ma-
gistratui electo à municipalibus, ob
competens hoc remedium posses-
sorium, interim donec controver-
sia finiatur, optemperari debet,
MENOCH. *remed. retin. possess.* 3.
num. 148.

6. Ubi rationem addit, quia uni-
versitas non debet saltem animo
possidere, & hic est effectus civilis
possessionis, quæ dicitur vera & ve-
ros parit possessionis effectus. *Id.*
dict. rem. 3. *n.* 31. Verum cum 7.
Princeps Jure superioritatis terri-
torialis, in re publica summam ha-
beat potestatem, ut Jura munici-
palia ratione regiminis mutare,
Magistratus & senatum suo Judi-
cio constituere possit, ita ut prop-
ter constituentis Majestatem, à
Principe nominati præferantur his,
qui à municipiis ipsis electi, licet
municipali jure antea functi, SCHIL-
TER *Exerc. ad pand.* 50. §. 23. vix
est, ut remedia possessionis ratio-
ne liberæ electionis prodesse Magi-
stratui possint, nedum ad effectum
deduci queant. Maxime cum te- 8.
ste quotidiana experientia, plerique
qui de turbato hoc electionis jure
conquerentur ipsimet, quietem &
pacem civitatis libero hoc exerci-
tio, immane quantum turbent, ut
merito Princeps & Dominus terri-
torii, non saltem vi summæ pote-
statis confirmationem Magistratus
sibi reservet, sed pro Justitiæ &
tranquillitatis moderamine ipsam
constitutionem Consulum sibi tri-
buat; prout videmus quam pluri-
ma oppida privilegio suo electio-
nis der freyen Rahts-Wahl muro
isto aheneo excidisse, non aliam 9.
ob rationem, quam quod eo pro
dictamine passionum suarum mu-
nicipales abusi sint, & pro parvo
satis negotio, magnos nimis mo-

10. tus concitaverint. Nec est quod hoc passu, de conservatione privilegiorum suorum clamitent, nam privilegia, licet alias non injusta, tamen quatenus vergunt in detrimentum publicum, vel in injuriam aliorum, eo ipso statim fiunt iniqua, ideoque tevocanda. Luc. *de* Penna *in rubr. C. de excusat. mun.* Azevedo. *Constit. Reg. Hisp. lib. 6. tit. 1. n. 81. Cit. à* Mev. *part. 7. de-*
11. *cis. 30. n. 2.* Hæc enim privilegiorum est natura quod eorum abusu perimantur, semperque subsistunt, quatenus Reipubl. sunt innoxia, ubi autem ad noxam civitatis tendunt, non amplius attenduntur sed cassantur & revocantur *C. suggestum de Decim. ibique* Dectus *n. 14.* Rol. *à vall. Consil. 1. num. 162.*
12. *vol. 1.* Ubi ne quidquam Principi imputandum cujus cura unica est, salus reipubl. Welcher Macht hat/ gute Ordnungen im Lande auffzurichten/ dadurch Gerechtigkeit Friede/ und Ruhe und das Vermögen des Landes und der Leute/ in dem schwang gebracht/ erhalten/ das böse gestraffet und das Gute geschützet werde. Seckendorff. Teutsch. Fürsten Staat. *part. 2. cap. 1. in fin.* Ut 13.
merito hoc passu verbis M. Terentii Equitis Romani, in oratione sua ad Tiberium, utendum, quæ habet. Tacit. *lib. VI. Annal. c.* 10. *Non est nostrum Judicare, quem supra cæteros & quibus de causis exlollas: Tibi summum rerum Judicium Dii dedere, nobis obsequii gloria relicta est.*

Caput XII.

DE MUNICIPIORUM MERO ET MIXTO IMPERIO.

SUMMARIA.

1. *Merum Imperium dicitur respectu mixti quia seperatum à jurisdictione.*
2. *Merum dicitur quod est purum sine mixtura.*
3. *Merum imperium quatenus sit penes Magistratum?*
4. *Controversia inter JCtos Lotarium & Azonem, quatenus merum imperinm sit penes Magistratum.*
5. *Cur merum imperium separatum dicatur à Jurisdictione?*
6. *Merum imperium olim concessum non intelligebatur, nisi diserte demandatum.*

7. Ejus

7. Ejus ratio.
8. *An distinctio sit inter imperium merum, & Jurisdictionem criminalem.*
9. *Executio causarum criminalium non potest esse sine cognitione.*
10. *Cur imperium merum dicatur potestas?*
11. *Potestas gladii hodieno nostro significatu.*
12. *Quare imperium vocetur mixtum?*
13. *Imperium mixtum triplex. Magnum quid sit?*
14. *Quid sit imperium mixtum mediocre?*
15. *Quid parvum?*
16. *Municipiis jus meri imperii non denegatum.*
17. *Merum imperium, quomodo acquirant municipia.*
18. *Meri imperii à municipibus acquisiti stricta interpretatio est.*
19. *Concessio meri Imperii habet naturam privilegii.*
20. *Cur municipiis ejusmodi privilegia dentur.*
21. *Alexandri M. & Thesei exemplum.*
22. *Si municipio concessum sit* das Blut-Bann/ Hals-Gericht/ Stock und Galgen *quid eo intelligatur?*
23. *Municipia nostra, ratione meri imperii plerumque sunt limitata.*
24. *Municipia per contractum acquirere possunt merum imp.*
25. *An Municipales & Regalium sint capaces?*
26. *Regalia sunt individua & incommunicabilia.*
27. *Facta concessione in inferiores à Principe, superioritas territorialis intelligitur excepta.*
28. *Regalia majora sunt consectarium Majestatis & summa potestatis.*
29. *Regalia primario ab Imperatore sunt.*
30. *Cur municipia regalium proprie dictorum capacia non sint?*
31. *Concessio municipiis facta magis fit nomine privilegii quam regalium.*
32. *Princeps semper reservat superioritatem.*
33. *Exemplum Friederici I. Imp. concedentis regalia Cremonensibus.*
34. *In feudo Dominium directum manet penes dominum.*
35. *Regalia minora quæ?*
36. *Regalia minora in Municipia cadunt.*
37. *Ejus ratio.*
38. *Exemplum regalis fluminum.*
39. *Distinctio inter regalia majora & minora defensa.*
40. *Regalia minora quæ sint, inter publicistas non convenit.*

41. De-

41. *Descriptio regalium minorum.*
42. *Imperio mero; quomodo praescribatur tempore longissimo.*
43. *Ex longissimi temporis silentio praesumitur tacita concessio.*
44. *Quaenam praescriptio regalium obtineat ratione Municipiorum?*
45. *An ad praescriptionem meri Imperii requiratur tempus immemoriale?*
46. *An in praescriptione immemoriali necessaria sit Principis scientia & patientia?*
47. *Temporis immemorialis efficacia.*
48. *Bartolus scientiam superioris in hac praescriptione requirit.*
49. *Refutatus à Jasone.*
50. *Regalia privative, non cumulative per praescriptionem acquiruntur.*
51. *Praescriptio immemorialis stricte accipienda.*
52. *Jurisdictio praescribitur contra Episcopum privative. Ejus ratio.*
53. *In omni Jurisdictione consuetudo spectanda.*
54. *Negligentia praescribentis locum facit Jurisdictioni Principis generali.*
55. *Lite super Jurisdictione contra Principem pendente, princeps interim Jure suo utitur.*
56. *Praescriptio immemorialis quando malae fidei praesumtionem tollat?*
57. *Quod exemplificatur.*
58. *Aequitas Juris Canon. etiam in terris secularibus servanda.*
59. *De Jure Canon. vitiosum initium, in aeternum praescriptioni obstat.*
60. *Etiam mala fides praesumta obstat praescriptioni.*
61. *De Jnre Civili in praescriptione immemoriali bona fides non requiritur.*
62. *Praescriptio centum annorum, an eadem sit cum immemoriali?*
63. *Municipia etiam non usu merum imperium amittunt.*
64. *Modo casus puniendi facinorosos sese obtulerint.*
65. *Non valenti agere non currit praescriptio.*
66. *Imperium ex privilegio censetur non privative. sed cumulative concessum.*
67. *Quot modis hoc procedat?*
68. *Concessum ad beneplacitum* so lang es dem Landes-Fürsten gefällig *an morte concedentis finiatur?*
69. *Post mortem nemo amplius quid velle dicendus.*
70. *Quod expresse non mutatum, cur stare prohibeatur?*
71. *In privilegii revocatione contraria voluntate opus est.*

72. *Mors*

72. *Mors non tollit sed confirmat voluntatem.*
73. *Medium est inter velle & nolle, sc. non nolle.*
74. *In dubiis facta præsumuntur perpetua.*
75. *Post mortem quatenus voluntas cesset?*
76. *Voluntas reipublicæ non moritur.*
77. *Quatenus regalia à Principe concessa municipio, possint revocari.*
78. *Princeps Prædecessoris contractus annullans eligit sibi viam, per quam & ejusdem acta evertantur.*
79. *Principi non est honestum revocare concessa.*
80. *Papa Cælestinus demane gratiam faciens, de sero revocans animal irrationale, non homo, dictus.*
81. *Reservatio quæ causam revocandi privilegii infert.*
82. *Princeps cum Municipio contrahens privati instar est.*
83. *Contractui tali nec nova conditio potest apponi.*
84. *Princeps contractui contraveniens agit ex plenitudine tempestatis.*
85. *Privilegium est concessio sine causa, hinc auferri potest.*
86. *Principis alteri jus quæsitum non auferentis encomia.*
87. *Hæres non potest contravenire promisso prædecessoris.*
88. *Exemplum confirmationis privilegiorum civitatis M.*
89. *Exemplum confirmationis privilegiorum cum juramento apposito.*
90. *Cautela pro Municipiis ut revocatio privilegiorum evitetur.*
91. *Consuetudo tribuit Imperium privatæ personæ etiam villulæ.*
92. *Publica persona facilius præscribit imperium quam privata.*
93. *Municipiis quibuscunque Jus vitæ necisque tradere, an consultum?*
94. *Ferrum acutum pueris non tradendum. Imperium apud nescios gubernare Periculosum depositum est summum*
95. *In criminalibus summa discretione opus.*
96. *Malus processus criminalis æque nocivus ac delictorum impunitas.*
97. *Municipia minora acta criminalia ad extraneos transmittere solent.*
98. *Exceptio est in pœnis per edictum principis dictatis.*
99. *Indocti Judices causarum criminalium in oppidis.*
100. *Municipia ob denegatum jus gladii ne sint sollicita.*
101. *Non levis, sed periculo plena res est de vita hominis agere.*
102. *Baldus super capitalibus consulere noluit.*

103. *Supplicia cum gaudio adſpicere, conſcientiam polluit.*
104. *Exemplum Luſitaniæ R. qui inter vota abſolventium & damnantium, abſolutoriam pronunciavit.*
105. *Bono Chriſtiano ut quidam putant vix licet accuſare de crimine capitali.*
106. *Exercendo juſtitiam, ne exuamus charitatem.*
107. *Oneri eſt municipio habere Jus gladii.*
108. *Jurisdictiones non ſunt ad lucrum inventæ.*
109. *Reus criminalis nunquam temere litigat.*
110. *Mors omnia ſolvit.*
111. *Municipia furcas erectas ſemper habeant, furcæ ſunt trophæa juſtitiæ.*
112. *Quare furcæ ſemper debeant eſſe erectæ.*
113. *Sufficit ſignum licet deficiat ſignatum.*
114. *Erectio furcarum refertur inter onera meri Imperii.*
115. *Horum onerum intuitu in Saxonia fiſcus ſumit geradam.*
116. *Fabris lignariis & opificibus deſpectui non eſt patibula ædificare.*
117. *Textores ad patibulorum erectionem minime compellendi.*
118. *Cautio pro Magiſtratu Municipali in erigendis furcis.*
119. *Quandoque ex Senatu quidam, iſti operi primam manum injicere debent.*
120. *Lite pendente furcæ erectæ de poſſeſſione docent.*
121. *Furcæ de facto erectæ de facto tolli poſſunt.*
122. *Furca denotat fines jurisdictionis.*
123. *Furca quomodo ponenda?*
124. *Galge unde dicatur?*
125. *Patibuli etymon.*
126. *Inter furcam & patibulum quæ differentia. Furciferi.*
127. *Municipia non poſſunt condonare,* Begnadigen.
128. *Nec Comites Barones de mero Imp. inveſtiti aggratiandi jus habent.*
129. *In Hiſpaniæ Regnis nemo inferior Rege Jus hoc habet.*
130. *Apud Venetos, ne ſoli Duci quidem id competit.*
131. *Jure aggratiandi caute utendum.*
132. *Gratia non perimit actionem civilem, aggravat reiterati delicti pœnam.*

133. Quan-

133. *Quandoque gratia delinquentibus perniciosa.*
134. *Gratia non leviter, non in omnibus, non sine consensu partis fieri debet.*
135. *Secundum sperat effugium qui prioris criminis laqueum evasit.*
136. *Magistratus non debent legibus esse mitiores.*
137. *Carol. V. licet Mediolanensibus potestatem Regiam dederit, damnatorum tamen restitutionem excepit.*
138. *Jus restituendi damnatos ne Reginæ quidem tribuendum.*
139. *Municipia* Jus *asyli constituendi non habent.*
140. *Municipales pœnam severiorem mitigare non possunt.*
141. *Nisi arbitraria pæna injuncta.*
142. *Facinorosus in Municipium aufugiens mox inquisitioni subjiciendus.*
143. *An remissio delinquentis à Magistratu fieri possit* gegen einen *revers, inconsulto Principe.*
144. *Merum imperium concessum est Municipio ut delinquentes puniantur.*
145. *Magistratus Municip. remittens delinquentem, nescit, an alibi puniendus sit.*
146. *Quomodo transitus captivo per Municipium concedendus, ad aliud territorium ducendo.*
147. *Jus conducendi ad superioritatem refertur.*
148. *Inspectio cadaveris* Noth=Gericht.
149. *Desuper factio Crimin. Carl. V.*
150. *Cur inspectio cadaveris fiat?*
151. *Quid si inspectio cadaveris à magistratu Municip. negligatur?*
152. *Quid si quis in instanti ex vulnere decedat?*
153. *Cautio pro magistratu Munic. ratione cadaveris inspiciendi.*
154. *Corpora in aquis reperta similiter inspicienda.*
155. *Cur horum calcanei in aqua linquantur?*
156. *Privatis non licet corpora reperta tollere & sepelire.*
157. *Quid actu inspectionis examinandum à Magistratu?*
158. *Cadaver agnitum propinquis tradendum sepulturæ causa.*

159. *Quid si corpus sit ignotum?*
160. *An Magistratus Municipalis cadavera punitorum ad dissectionem anatomicam concedere possit?*

1. Merum Imperium dicitur respectu mixti Goed. *ad l. vis ff. de verb. signif.* quia ab omni Jurisdictione separatum est Govean. *ad l. 3. ff. de Jurisdict.*
2. Vel Imperium hoc dicitur merum, quia purum & per se solum est, alterius rei mixturam non habens, sicut dicimus merum jus gentium, quod non est mixtum cum praeceptis civilibus *l. bona fides* 31. *ff. deposit.* mera donatio, id est, simplex. *l. Aquilius* 27. *ff. de donat.* merum vinum, quod non est aqua dilutum. Vinn. *quaest. lib. I. q.* 3.

3. Hoc Imperium penes Principem esse, sicut olim apud populum fuit, in confesso est. Inter Lotharium autem & Azonem Juris Consultis Bononiae, maxima fuit controversia coram Imperatore Conrado IV. ventilata, an merum imperium sit penes Magistratum Jure, vel solo exercitio duntaxat?
4. Lotharius quidem blandiendo respondit, eum solummodo & neminem alium merum Imperium habere & equo fuit donatus, Azo vero veritatem dixit, illud residere in Imperatore, ut in fonte, sed tamen & ob publicam utilitatem alios Judices illud habere. Azo remuneratus non fuit, hinc natum proverbium: *Lotharius inquium dixit & equum habuit, Azo aequum dixit, & equum perdidit.* Zas *ad l. Imperium 3. ff. de Jurisd. n.* 36. Gudelin. *de Jur. noviss. lib. V. c.* 13. *in fin.*

Merum autem Imperium ab omni Jurisdictione dicitur separatum, ad differentiam mixti Imperii, quod Jurisdictioni cohaeret, subservit, inest, consistens in modica coercitione, & executione decretorum & pronunciatorum in causis civilibus, merum autem saltem versatur circa animadversionem criminum. *l. 1. in fin. l. ult.* §. *1. ff. de offic. ejus cui.* Hoc autem merum Imperium, quod summa potestas dicitur. *In l. 1. in pr. ff. de offic. Praefect. Prat.* nec olim concessum intelligebatur nisi diserte demandatum esset, quia in libera adhuc Rep. parce de capite civis Romani statuebatur, idque magna ceremonia & populo convocato Zypeus *de Judic. l. 2. c. 1. n.* 7. 5. 6. 7.
Quidam distinguunt inter merum Imperium & Jurisdictionem criminalem, ita ut illud consistat in irrogatione poenarum, haec vero sit Jus de causis criminalibus cognoscendi Obrecht *de Jurisdict. c. 3. n.* 8. Sed nimis subtiliter, nam ille qui 8. 9.

qui executionem causarum criminalium habet, utique cognitionem præmittere debet, cum ad finem processus qui est executio, sine Principio, puta, cognitione deveniri non possit. BESOLD. *Thes. pract. voc.* Hals-Gericht. STEPH. *de Jurisd, lib. I. c. 3. n.* 4. Et ideo
10. hoc Imperium dicitur potestas quia magis est animadvertere in corpus quam cognoscere de bonis, adeoque hoc Imperium per excellentiam dicitur potestas, non quod omnis potestas in eo consistat, sed quia hæc præcipua & maxima est in Judiciis PETR. GREGOR. *Synt. lib. XLVII. cap. 13. n. 5.* Nihil enim habent homines quod pro pœna imponere possint ultra mor-
11. tem. Hinc Imperium hoc dicitur **Hals-Gericht / Ober-Gericht** Saxonibus **Blut/Bann/Freiß/Zent Peinlich Gericht** / WEHNER *obs. pract. voc.* **Zent**/ & nostratibus potestas gladii vocatur: **Er hat macht zu Halß und zu Bauch zu richten/über Haut und Haar/ etc.**

Mixtum dicitur à commixtione
12. Imperii & Jurisdictionis; Coercitio, coactio & violentia ad criminales causas propriè pertinet, In quibus ultro sententiæ non paretur; In civilibus debitores ipsi agnoscere bonam fidem, & sponte sententiæ satis facere deberent, quia autem in Judiciis civilibus non raro morosi & refractarii reperiuntur suasit necessitas, partem aliquam ex Imperio Jurisdictioni adjicere, ne sententia sit elusoria, ob quam Jurisdictioni adjectam Imperii portionem, vocatur Imperium mixtum *ut hisce verbis docet* BACH. *ad Tr. disp. 3. lit. B.* Hoc
Imperium mixtum triplex reddit 13.
ZASIUS & distinguit in magnum, mediocre & parvum. *Illud* consistere vult in officio Judicis nobili, cum plenaria causæ cognitione, quod & realem & personalem causæ cognitionem continet, ut restitutio in integrum, missio in possessionem, reum ex possessione expellere, item cum secundum illud, qui non habet in ære luat in corpore proceditur, qualia olim majoribus magistratibus, ut Præsidibus, competebant, nec demandari poterant
l. ea quæ magis 26. ff. ad municip. Me- 14.
diocre quod quidem plenam causæ cognitionem requirit, sed sine reali coercitione, ut est tutoris datio, bonorum possessio quæ tamen delegari possunt *l. Jubere 4. ff. de Jurisd. Parvum* consistit in his, quæ 15.
cum summaria causa cognitione explicantur, & quæcunque non solum majoribus Magistratibus sed & minimis, quibus & modica est coercitio, competit. *ad d. l. Imperium 3. n. 38. n. 39. 40.* & secundum hanc distinctionem videmus

hodie municipia mixtum Imperium varie exercere.

16. Municipiis non prorsus negatum esse Imperium merum, in luculenta est experientia, ut & id de civitatibus provincialib. Saxoniæ inferioris & Westphal. testatur KLOCK. *de contribut. c. 3. n.* 168. Ut & MATTH. STEPH. *hisce verbis:* At hoc nostro tempore civitates

17. provinciales non solum Jurisdictiones & mixtum Imperium sed & merum Imperium habent *discurs. Academ. 9. n.* 7. Idque municipia sibi acquirunt, vel ex contractu puta emptionis, aut alio oneroso, vel ex præscriptione, vel concessione singulari & gratiosa Principis vel consuetudine. MYNS. *respons.* 16. *n.* 45. MATTH. STEPH. *dict. loc.*

18. In quaqunque autem acquisitione stricta capienda est ratio, nec quicquam magis præscriptum & acquisitum intelligitur, quam municipium reapse possedit, nam cum sub speciali indultu vel privilegio principis acquisitio hæc fundata sit, ergo ob strictam privilegii interpretationem, nulla extensiva interpretatio locum habet. Sed illud solum concessum censetur, quod in ipsa concessione expressum est, eaque restrictio fieri debet, ut ab una specie ad aliam non fiat illa-

19. tio vel extensio ROL. à VALLE. *Cons.* 1. *n.* 17. *vol.* 2. KOPPEN *quæst.* 32. *n.* 4. & 8. MEICHSN. *dec.* 4. *n.* 174. *tom.* 2. Nam privilegia sunt præcepta particularia contra tenorem rationis generalis ob singularem utilitatem, aut conditionem personæ, vel causæ, auctoritate constituentium, introducta *l. Jus singulare* 16. *de L. L.* eam autem minime egrediuntur *l. in his* 15. *ff. eod. tit.*

Monent Politici, ideo munici- 20.
piis & Civitatibus privilegia danda esse, quia taliter privilegiata facilius replentur habitantibus, quam non privilegiata quod suo exemplo illustravit Alexander Magnus 21.
qui Civitati sui nominis Alexandriæ, singularia privilegia eaque magna concessit, unde brevi tempore undique confluentibus hominibus ea in splendidissimam evasit civitatem; Id ipsum fecit, Theseus in Athenarum ædificatione & alii complures prout recenset ex JOSEPH. *Bell. Jud. c. 8.* PET. GREGOR. *de Republ. lib. IV. c. 4. n.* 18.

Si autem Princeps concesserit
municipio des Blut-Bañs/Hals- 22.
Gerichts Stock und Galgen/ an per talem concessionem omnimodum merum Imperium collatum sit merito dubitaveris, per ea quæ tradit KNIPSCH. de civitat. Imp. *lib. II. cap. 6. n.* 18. & 19. Vult enim saltem per eam intelligi ipsam executionem, non vero criminalem Jurisdictionem, cum privilegiorum con-

concessio extensivam interpretationem non admittat, sed plenarium merum imperum pleniorem expressionem requirat. ex. gr. **Hoch- und Nieder-Gericht/Bann übers Blut zu richten/Vogtey/Herrlichkeit und Gerechtigkeit/** &c. Prout hanc vocem in causa Mindelheimia declaravit Imp. Rudolph. II. **Daß nemlich das Hals-Gericht die** cognitionem criminalem **und der Blut Bann die** execution **an** Malefitz-**Personen begreiffe.** BESOLD.
23. *part.* 1. *Consil.* 3. *cap.* 1. *n.* 3. Hinc videmus Municipia nostra, quæ mero Imperio gaudent, usum ejus habere maxime limitatum, & si exemtitias & mixtas civitates tollas, plerumque vel Judex loci, assessoris officio in Judicio criminali fungitur, vel sententia jam lata, sine confirmatione Domini territorialis executioni mandari non potest.

24. Quod per contractum à Principe aliquando omnimodum aliquando mixtum Imperium municipales habere possint, vix dubium
25. recipit. Illud hic quæri video, an municipales, ut Imperii sic & regalium majorum, sint capaces? Quod negat. SIXTIN. *de regali Lib.*
26. *I. c.* 5. Ubi tradit regalia formata individua & incommunicabilia; Ideoque Princeps si inferioribus per contractum vel gratiam de reservatis quid concedat, in omnibus hujusmodi concessionibus superioritatem territorialem **die Lands-Fürstliche Hoheit** semper 27.
intelligi exceptam KNICHEN. *de Jure territor. cap.* 1. *num.* 350.

Regalia majora proprie sunt jura Majestatis, majestas autem est ipsum Jus quod in summa potestate ejusque veneratione consistit. 28.
ARNISÆUS *de Jure Majest. cap.* 1. *n.* 6. Ergo si Majestas à Principe tanquam Reip. capite divelli non potest, hinc etiam regalia summæ potestatis consectarium sunt, majestatem perpetuo comitantia BODIN. *de Republ. Lib.* I. *cap.* 8.

Nec Imperatori saltem & Regibus sed etiam cuicunque superiorem non agnoscenti competunt. SIXTIN. *de Regal. c.* 1. *n.* 15. FERRAR. *de feud. lib. V. n.* 7. Licet pri- 29.
mario & Principaliter omnia regalia Jurisdictiones & feuda ab Imperatore tanquam fonte sint, à quo sicut rivuli ad cæteros Principes decurrunt. CAR MOLIN. *In consuet. Paris* § 2. *Gloss.* 3. *n.* 10. ANCHOR. *Cons.* 310. *col.* 3.

Ideo autem si inferioribus rega- 30.
lia concessa sunt, superioritas excepta intelligitur, quia regale est accidens in subjecto, ex quo emergit Jus territoriale; Illud autem territorium particulare, quo fundatæ sunt civitates Municipales, incapax est regalium & præeminen-

tis

tis illius dignitatis, quæ territorio adhæret, MATTH. STEPH. *de jurisd. liq. II. p. 2. c. 2. n. 24. & seqq.*
31. Et concessio illa, de qua hic loquimur, quocunque titulo acquisita sit, non proprie est regalium & eminentis dignitatis sed certi alicujus privilegii, non jure Magistratus sed titulo singulari ascititio, ex accidenti, puta ex emto donato, vel præscriptione possessa, sicut si indicuntur in Muncipio collectæ, ad sustinenda onera universitatis, illa non jure regalium, sed vigore pactorum sustinentur, WESEMB. *consil. 27. n.*
32. *26.* In quo imitatur Princeps ordinationem divinam, quando majestatis suæ particulas subditis concedendo, superioritatem tamen sibi reservat, ut ita, quicquid sit in sua Republica, à se solo dependeat, & ad se solum referatur, ARNIS. *d. l. c. 2. n. 8.*

33. Hinc cum Imperator Fridericus I. anno 1162. Cremonensibus regalia quædam concessisset, superioritatem & fidelitatem tamen conceptis verbis sibi reservavit, ut potestas semper maneret penes concedentem. Nam quemadmo-
34. dum, si quid ex feudo alicui concessum eit, quoties directum manet dominium, penes dominum feudi, nihil alienatum censetur, ZOANETT. *de Rom. Imp. q. 168.* ita nec majestas dici potest, perdidisse potestatem, cujus supremum domininm penes se retinuit, STEPH. *d. tr. lib. II. p. 1. c. 1. memb. n. 86. & seqq.*

Regalia autem minora, quæ simulacra Imperii, quia non ita res ipsa, ut ejus species possidetur, 35.
vocat CLAPM. *de arcan. Rerumpl. lib. VI. c. 7.* In municipia cadere constat, idque titulis ante dictis. 36.

Et hanc opinionem solide tuetur & declarat MEV. *jur. Lub. part. 2. tit. 3. in pr. n. 9. & seqq.* quid enim prohibet ejusmodi jura aut regalia ab his juste possideri, qui ea vel ab iis, qui eadem habuerunt ex concessione obtinent, vel adversus eos justo tempore præscribunt, IDEM *d. tract. quæst. prælim. 8. n. 21.* 37.

Exemplo hujusmodi regalium poterit esse jus fluminis, quod iis 38.
accensendum, *c. un. x. quæ sint regal.* PEREGRIN. *de jur. Fisc. lib. I. n. 19.* præscriptione tamen ad civitates Provinciales transit, THOM. MICHAEL *disp de jurisdict. concl. 46.* SIXTIN. *de regalib. lib. I. cap. 1.*

BOCERUS *de regalibus c. 2. n. 3. & 4.* distinctionem regalium in majora & minora rejicit, quæ tamen 39.
subsistere potest, cum majora proprie sint, in quibus suprema est potestas, & dignitas majestatis consistit, BARO *de orig. subd. cap. 1. n.*

n. 12. SIXTIN. *c.* 2. *lib.* I. *n.* 2. & quæ personæ Principis adhærent, atque ad gubernationem & ipsum Reipublicæ statum spectant, qualis *est potestas* legislatoria, jus belli & pacis, quæque sunt mere personalia, personæ & ossibus adhærentia. Quænam autem minora
40. proprie sint apud DD. juris publici non satis convenit, ut patet ex iis, quæ habet SIXTIN. *d. l. n.* 46. 47. *& seq.* Rejecta ergo distinctione in personalia & fiscalia, in primi & secundi ordinis, in imminentia & transeuntia, melius est statuamus, quod minora regalia
41. sint commoda & emolumenta, quæ ex bonis publicis, vel alias ratione Imperii ab eo, qui summam in Republica potestatem habet, percipiuntur, quæ utilia magis sunt Reip. quam necessaria, & ita quidem utilia, ut effectus utilitatis in privato quoque aut inferiori, quatenus tali subsistere possit, SCHWEDER. *part. spec. sect.* 1. *cap.* 4. *n.*] 3. Eo facit *tit. feudor.* 56. *qua sint regalia.*

42. Cum ex præscriptione merum Imperium prætenditur, requiritur tempus longissimum, quod est 30 vel 40 annotum, si nimirum per tanti temporis decursum Princeps vel alius Superior Municipales jura Imperii exercere sciverit, illisque non contradixerit, PAURMEIST. *de jurisdict. lib. I. c.* 29. *n.* 36. KNICHEN *d. lib.* I. *c.* 3. *n.* 344.

Ratio est, quia ex tali silentio 43.
inducitur, tacita concessio ex eo, quod tacens maxime, qui contradicendi facultatem habet, consentire videtur, cui robur addit temporis lapsus, cætetoquin cum agitur de jure alicujus imminuendo tacens pro consentiente non habetur, WISSEMB. *ad l. qui tacet.* 142. *ff de Reg. Jur. n.* 2. *& seqq.*

De præscriptione regalium in genere sciendum, quod Munici- 44.
pium ea saltem præscribere possit, quæ Princeps sibi reservat, in signum singularis privilegii, nam quæ reservata sunt in signum subjectionis & superioritatis, nullius præscriptioni subjacent, ROSENTH. *de feud. cap.* 5. *concl* 16.

In præscriptione immemoriali 45.
(quam alii semper in usurpando imperio requirunt, ut in illa opinione est BONACOSS. *comm. opin. lit. M. verb. merum & mixtum imperium*) an scientia & patientia Prin- 46.
cipis ejusve Officialium necessaria sit? controvertitur. Et verior videtur negativa, cui subscribit SIXTIN. *de regal. lib.* I. *c.* 5. *n.* 16. 47.
163. *& sdqq. & sub. n.* 169. & hæc opinio tutissima est, quia usus tanti temporis vim habet specialis privilegii & pacti, *l. hoc jure.* §. *ductus. ff. de aq. quot. & æst.* imo

 &

& vim legis, *l. 1. fin. ff. de aq. pluv.*
arc. & tantæ efficaciæ, ut inducat
præſumtionem juris & de jure,
contra quam non admittitur pro-
batio in contrarium, adeo, ut
omnia quæſibilia privilegia tanto
temporis decurſu acquiſita cenſean-
tur, OLDRAD. *conſ.* 172.
48. Scientiam & patientiam Supe-
rioris in præſcriptione meri Impe-
rii neceſſariam eſſe, defendit BART.
49. *in* 1. §. *denique ff. de aqua pluv.*
arc Sed refutatur à JASONE *ad l.*
Imperium 3. *ff. de jurisd.* ex ratio-
ne, quia hæc præſcriptio habet fo-
mentum à lege, & vim conſtituti
ſeu privilegii, & ſic non ſtat in
terminis præſcriptionis proprie di-
ctæ, & ALEXAND. *conſ. 6. vol.* 1. *in*
fin. hanc Bartoli opinionem com-
50. muniter dicit damnatam. Et hu-
jusmodi regalia privative non cu-
mulative per præſcriptionem ac-
51. quiruntur. Quæ præſcriptio ta-
men tam ſtricte accipienda eſt, ut
neque de re ad rem, neque de per-
ſona ad perſonam, neque de loco
ad locum extendatur, SIXTIN. *d.*
52. *loc. n.* 173. *&* 175. Pari modo,
uti jurisdictio Epiſcopalis poteſt,
ab aliquo acquiri, citra Epiſcopum
in aliena diœceſi, & quidem tota-
liter, ita ut locus non ſit præven-
tioni, ex ratione, quia ex quo iſte
inferior exercuit jurisdictionem,
tanto tempore, quantum ad præ-
ſcriptionem ſufficit, videtur per
non uſum abdicata illa jurisdictio,
ABB. PANORMIT *in c. paſtoralis*
8. *de offic. jud. ordin. n.* 7. Ideo
autem extenſio in præſcriptione 53
hac non facienda, quia ſpectan-
dum eſt, quid circa merum impe-
rium præſcriptione acquiſitum con-
ſuetudo ferat. Nam hæc jurisdictio-
num omnium eſt forma, origo &
principium, BALB. *de præſcript.* 2.
part. 5. *princ.* ubi incipit: *Tertio* 54
eſt, n. 1. præſcribens contra Supe-
riorem tantum acquirit, quantum
eſt ſollicitus & vigil, in ea exer-
cenda, ſed data ejus negligentia
poteſt Superior ſuam jurisdictio-
nem generalem exercere, PANOR-
MIT. *in cap. irrefragabili* 13. *n.* 1. *d.*
t. de off. jud. ordin. Ubi pariter no- 55
tandum, quod donec lis & proba-
tio pendet ſuper præſcriptione me-
ri Imperii, Princeps, quia funda-
tam intentionem habet, interim
poteſt uti jure ſuo, FELIN. *in c.*
cum nobis de elect. n. 7. Quo facit
caſus *in c. cum perſonæ de privileg.*
in 6. Hic curſim notandum, quod
etſi præſcriptio immemorialis ma- 56
læ fidei præſumtionem tollat, C. 1.
de præſcript. in 6. MASCARD. *de pro-*
bat. concl. 1213. *n.* 54. Si ta-
men probetur vitioſum poſſeſſio-
nis initium, tunc præſcriptionem
etiam immemorialem excludi poſ-
ſe, *c. vigilanti c. fin. de præſcript. c.*
2.

57. *2. de reg. jur. in 6.* MENOCH *lib.* III. *præsumpt.* 131. *n.* 49. Quod exemplificant, si ex instrumentis, quæ in Municipiorum chartophylaciis reperiuntur contrarium contra præscriptionem Municipibus notum sit, CRAV. *conf. 2. n. 7. 8. & 16. & consil. 3. n. 6.* tutior enim in conscientia semper opinio est, nulli actioni vel reali vel personali præscribi, si in mala fide præscribens
58. existat. Atque ita de jure Canonico dispositum, quod propter æquitatem suam in hoc passu etiam in foro seculari observandum esse docent BART. & BALD. *in l. privilegia C. de SS. Eccles.* RIPA *in repet. c. cum Ecclesia. n.* 117. *x. de caus. poss. & propriet.* NATTA *conf.*
59. *226. n. 4.* In tantum enim jura Canonica malam fidem aversantur, ut nec in æternum præscriptionem valere velint, cujus initium fuit vitiosum, ALEXAND. *consil. 13. n.* 4. quem refert CRAV. *conf.* 146.
60. *n. 2.* Quod DD. juris Canonici de vera mala fide ad præsumtam extendunt, ut si illa bonæ fidei præsumtæ præponderet, adhuc præscriptioni obstare per ea, quæ habet BOER. *in decis.* 211. *n. 6.* referente FAUST. ab ASCHAFF. *conf. pro ætat. class.* 9. *consil.* 42. *ord.*
61. *760. concl.* 4. Sed de jure civili in præscriptione immemoriali nulla bona fides, nullus titulus, nulla rei qualitas attenditur, sed tantum rem vel jus esse neglectum tanto tempore, cujus initii memoria non exstat *l. 23. & auth. subjuncta c. de SS. Eccles.*

Obiter hic notandum præscrip- 62.
tionem centum annorum præcise loquendo, non eandem esse cum immemoriali ex ratione quia centum annorum lapsus, non absolute est, cujus non exstat memoria CARPZ. *p. 2. Const. 1. def.* 7. Et sic in Saxonia observari docet, nostris autem locis plerumque hæ præscriptiones confunduntur, eo quod tempus centenarium sit hominis maxime longævi.

Prout merum imperium usu 63.
potest præscribi, vel quovis modo acquiri, inde etiam illud Municipium non usu potest amittere, & de privilegiis civitatibus concessis in genere, quod non usu amittantur, non dubitat BRUNING. *de var. univers. spec. concl.* 59. Si 64.
tamen casus puniendi facinorosos sese non obtulerit, merum imperium non amittitur, GAIL. 2 *obs. 60. n. 6.* Imo etiamsi ultra hominum memoriam etiam per mille annos civitas illo usa non sit, tamen non usus nihil obstat, BRUNNEM. *alleg. loco.* Quia hic nulla negligentiæ culpa non utenti imputari potest, cum non valenti agere non currat præscriptio, *arg. l. 1. §. 3. C. de annal. except.*

66 Ex concessione singulari vel privilegio si imperium & regalia minora Princeps largiatur, id regulariter non privative, sed cumulative factum esse censetur PRÜCKM. *ad rubr. quæ sunt regal. t. 20. n. 94.* ALCIAT. *consil. 103. n. 6. 9. & 10.* Cujus tamen ampliationes & limitationes habet BERLICH. *p. 1. concl. 2. per tot.* Et quidem hoc evenire ait (1.) Si Dominus superior
67. privilegium quidem concedit, sed de mente ejus non satis constat. (2.) Si concessa est jurisdictio cum hac clausula: Ut nullii judici, qui habet jurisdictionem ordinariam, vel delegatam cognoscere liceat, quia à solo Principe concedente omnis jurisdictio emanat, *l. 1. §. cum urbem de off. præf. urbi.* (3.) Quando Princeps eodem tempore contulit jurisdictionem universalem duobus Magistratibus. (4.) Quando ex odio certarum personarum conceditur jurisdictio. (5.) Si Magistratui jam creato datur vicarius vel assessor, qui de certis causis cognoscere possit, alleg. BERLICH. *p. 1. concl. 2. n. 23. & seqq.*

68. Concessa autem Municipio regalia vel jnra Imperii ad beneplacitum, so lang es dem Lands-Fürsten gefällig/ an morte concedentis finiantur? Quæritur! Et videtur affirmativa probari per rationem juris, quæ vult, voluntatem ideo morte expirare, quia post mortem nemo amplius quid velle dicendus, probatur item per *per c. si gratiose 5. de rescript. in 6.* Et habet hæc sententia suffragatores, NATT. *consil. 608. n. 5. Cost. cons. 58. n. 4.* Negativa è contrario sustinetur, *arg. l. sancimus C. de testam.* ubi dicitur, cur stare prohibetur, quod expresse mutatum non reperitur, *per l. 8, §. 1. & l. 12. §. 1. ff. & c. ult. de precar.* 69. 70.

Sed quia in revocatione privilegii contraria voluntate opus est, uti communiter traditur, hanc negativam veriorem puto, quia mors non tollit voluntatem nostram, sed potius eam confirmat & perpetuat; quod enim quis non loquitur, id nec velle præsumitur, *l. Labeo. ff. de supell. legat.* Et qui moritur, non quidem omnino velle videtur, attamen nec nolle dici potest, cum medium quoddam sit inter velle & nolle, scilicet non nolle, DEC. *& alii in l. 3. ff. de reg. jur.* Atque in dubiis & incertis (quale est beneplacitum & revocatio morientis) omnia perpetua facta præsumuntur, VALER. REIMER. *de Jurisdict. veter. & moder. magistr. q. 2.* GAIL. *2. obs. 60. n. 16.* Idem sustinet, cum multis ibi allegatis auctoribus; Interim propria experientia edoctus refert, 71. 72. 73. 74. 75.

hanc

hanc clausulam privilegio appositam morte concedentis sæpe finitam esse, quia voluntas morte solvitur & exstinguitur; Ad revocationem tamen utique expressis verbis opus est, *C. si delegatus de off. & potest. jud. deleg. in 6.* nam licet per mortem voluntas cesset, per eam tamen nihil contrarii ponitur, FAUST. ab ASCHAFF. *class. 3. ord. 120.* WEHNER. *obs. pract. voc.* **auf Wohlgefallen.** KLOCK. *de contribut. cap. 16. 1. n. 120. seqq.*

76. Deinde licet mors concedentis voluntatem tollat, hoc tamen exceptionem patitur in persona publica, ex potestate Magistratus & Reipublicæ, qualis est concessio privilegiorum, nam talis potestas non moritur, nec voluntas Reipublicæ cessat, licet homines eam administrantes intereant, CARPZ. *dec. 82. & 83.*

77. Affines quæstiones, an regalia Municipio concessa ab ipso Principe vel ejus successore pro lubitu & sine causa revocari vel aboleri possint? Itemque de privilegiis remuneratoriis & in vim contractus subsistentibus & similibus, quomodo rescindantur, non ventilo. Quia animus non est de hisce amplissimis juris materiis plenarie & actum, quod ajunt, agere, sed solummodo digito quasi illas ad jus Municipale vocare, vide interim de hisce privilegiis & concessionibus apud SCHRAD. *cons. 21. n. 47. & 48. vol. 2.* ALEX. *cons. 11. n. 6. vol. 6.* SURD. *consil. 262. n. 65.* MENOCH. *cons. 8. & consil. 508.* VULTEJ. *cons. Marpurg. 35. n. 100. vol. 3. & præter hos privilegii materiam ex professo tractantes.* Ad priorem 78.
tamen quæstionem singulariter notandum, quod dicitur, Principem prædecessoris sui contractus vel concessiones annullantem, eligere sibi viam, per quam ejusdem acta aliquando pariter evertantur; ut & illud: non esse honestum Principi revocare etiam ex liberalitate 79.
concessa, MENOCH. *consil. 1003. n. 83.* CAMPEG. *consil. 2. n. 27.* de Papa Cœlestino, qui de mane gra- 80.
tiam faciebat, & de sero illam revocabat, dictum est, illum fuisse animal irrationale, & non hominem, BALD. *cons. 327. n. 3. vol. 1.* JAS. *consil. 1. n. 24. lib. I.* KLOCK, *cons 7. n 675. & 678. vol. 1.*

Sint memores itaque Principes illius:

- - - Rescindere nunquam
Dî licet acta Deum - - -

OVID. *Metam.*

Ergo non abs ratione in præmis- 81.
sa quæstione, *n. 77.* additur, an revocatio privilegiorum possit fieri sine causa? Causa ergo justa revocationis est, si Princeps confirmationibus privilegiorum inseruit,

ut plerumque inserere solent : **Jedoch behalten wir uns bevor/ dieselbige zu verändern / zu vermehren/zu vermindern/ oder gäntzlich abzuthun / oder aufzuheben/** RAUCHB. *lib. II. quæst.* 11. *n.* 87. Civitas itaque Municipalis, si privi-
82. legium vi contractus acquisiverit, in eo Princeps privati instar obligatus est. Ea ratione, quia contractus sunt juris gentium, quo Princeps æque ac privatus tenetur, THOLOS, *lib. VIII. de Republ. cap.* 9. & licet Princeps non ligetur lege legis, tamen ligatur lege conventionis, cæteroquin nemo cum illo contraheret, & sic privaretur commercio hominum, ANT. QUETTA. *consil.* 12. *n.* 6. Non tantum Princeps concedens, sed
83. & ejus successores tale privilegium illæsum servare debent, BRÜNING. *de var. univers. specieb. concl.* 60. addendo *in fine*, quod nec novum onus, nec novam conditionem, quæ non venit ex ipsa natura rei, eis apponere potest, nam qui non potest tollere, nec potest interpretari, ea interpretatione, ex qua ad correctionem actus devenitur. Et contractus habet præstationis necessitatem, etiam in persona summi Principis, REINLK. *de reg. sec. & Eccles. lib, I. class.* 8. *c* 12.
84. Et si Princeps licet summus contractui contraveniret, potestate sua diceretur abuti, essetque hoc plenitudo tempestatis, non potestatis, & qui omnium est præsul, esset tanquam exul, CARPZ, *Decis.* 67. *n. I.*

Interim multi & magni nominis auctores hanc privilegii revo- 85.
cutionem sine omni causa licitam esse censent, NATTA *cons.* 431. *n.* 19. STEPH. *de jurisdict. lib. II. p. I. c.* 7. *n.* 294. COVARR. *var resol. lib. III. cap.* 6. *n.* 1. Quia id duntaxat auffert, quod sine causa concesserat, & quia privilegium omne privata quædam lex est, *Auth. quas actiones, C. de SS. Eccle.* lex autem non ligat Principem concedentem, cum is eam sibi imponere legem non possit, á qua non liceat sibi recedere, *l. si quis in pr. ff. de legat.* 3. *l. non potest* 15. *ff. de acq. rer. dom* Verum his non
obstantibus Principi licitum non 86.
erit, jus alteri quæsitum invito sine causa aufferre, MYNS 5. *obs.* 97. HARTM. *pistor. ip.* 2. *quæst.* 40. *n.* 43. HARP. *ad Princ. J. de R. D. n.* 94. *& seqq. eo facit text. Ezech.* 46. *v.* 18. Tum nemo sub fide & auctoritate Principis decipiendus est, *l.* 1. *C. de his qui ven. at.* nec quicquam est, quod clariore lumine refulgeat, quam recta fides in Principe, *l, inter claras C. de summ. Trinit.* Et si privatus fidem non debet fallere, multo minus Prin-

Princeps, qui unum calamum & unam linguam habere debet, BALD. *conf.* 327. *n.* 4. *vol.* 1. Tum & privilegia sui natura sunt perpetua, KLOCK *de contrib.* c. 16. *sect.* 1. *n.* 140. & *vol.* 1. *consil.* 11. *n.* 12. Nec etiam admittenda distinctio inter Principem electivum & hæ-
87. reditarium: Nam nec hæres potest contravenire promissioni ejus, cujus hæreditatem agnovit, *l. cum à matre* 14. *C. de rei vind.* Et ex qua persona quis lucrum capit, ejus & factum præstare debet, *l. ex qua* 149. *ff. de R. J.* prout Imperator, Fridericus I. ejusque filius, Henricus VI. privilegia antecessorum civitatibus confirmaverunt, *tit. de pace Constant. v. Hoc quod nos.* CARPZ. *decis.* 88. *n.* 11.

88. In confirmatione generali privilegiorum civitati M. concessorum sic legitur: Bekennen hiemit und thun kund und offenbahr bezeugende in und mit diesem Briefe/ für uns und für unsere Nachkommen/ daß wir unsere liebe Getreue und Unter-Sassen / Bürgermeistere und Raht unserer Stadt M. wollen und sollen nirgends mit Bedrengen / mit einiger Beschatzung/ Gelde und anders/ sondern sie und die Ihrige vollkommen bey ihren Privilegien/ Gerechtigkeiten/ Sitten und Gewohnheiten lassen/ ihnen die vielmehr zu verbessern/ als zu vermindern / welches wir ihnen reden und geloben zu halten bey unserm Churfürstlichen wahren Wort und guten Glauben. Dessen Uhrkund / &c.

Aliquando si per modum pacti 89.
privilegia civitatis constituuntur vel confirmantur, juramentum intervenire solet. Quale est illud D. C. de anno 1444. civitati S. præstitum, ubi habent verba finalia: Stet / fast und unverbrocken tho halden/ tho vollentrecken/ und datweder nit to doin und dat oick vor uns und unsere Erven/ mit unsen Liefflicken/ fleßlicken/ fingeren / recht gestafedes Eydes tho den Hilligen geschworen / und des to Getüge und Uhrkund der Wahrheit / &c.

Bene autem Municipium ratio- 90.
ne privilegiorum sibi consulet, posito, quod Princeps illa certis de caussis revocare possit, si privilegium suum statutis civitatis, casu, quo denuo à novo Principe confirmandum, inseratur, aut saltem cum hac clausula impetretur. *Et hoc privilegium addatur statutis civitatis nostræ N. N. & pro statuto etiam intelligatur.* Hac ratione aliis privilegiis licet, revocatis, hoc tamen adhuc subsistit, nisi expresse ejus fiat mentio, tradente Clariss. SCHILTER. *Exercit. ad ff.* 1. §. 29.

Di-

91. Dixi *n.* 17. Et consuetudine Municipia sibi acquirere merum & mixtum imperium, quod probatur ex eo, quod etiam consuetudo merum imperium tribuat privatæ personæ, CORN. *cons. 268. n.* 24. *vol. 4.* imo etiam villulæ, post BART. *in l.* 1. *in fin. ff. de damn. infect.* DEC. *consil.* 197. *n. 3.* KLOCK *consil. 14. n.* 29. *& 30. tom.* 1. Facilius tamen præscribitur, merum
92. imperium à persona publica quam privata, quia in habentibus symbolum facilior est transitus, BALB, *de præscript. 2 part. 5. per inscript. Tertia est n. 1. lit. a.*

93. Dispicere hic libet, an Principes bene faciant, qui merum imperium vel jus gladii Municipiis quibuscunque & sine discrimine concedunt.

94. Ut Municipia alia aliis clariora & superiora sunt, sic de illis, ubi copia doctorum discretorumque Senatorum & judicum haberi potest, nihil dico, illisque sua jura & jurisdictionalia juste quæsita beneque administrata minime invideo.

De aliis autem, ubi ex sutrina fabrica aliisque officinis mechanicis judicium criminale capitaleque convocari & formari debeat, constanter assero, illis tam bono consilio jus gladii, ut pueris ferrum acutum tradi, quam periculosum enim depositum sit summum imperium apud nescios gubernare, exempla antiqua & recentia nobis affatim loquuntur. Ejusmodi enim civitatibus suæ prærogativæ 95
merito sunt servandæ, etiam in his, quæ ambitionis & honoris tantum non per omnia emolumenti sunt, *l. observare 4. §. 5. ff. de offic. ProConf. & leg.* JOH. WAMES *de jure Pontif. conf. 25. n.* 3.

Maxima interim in criminalibus discretione opus est. Non minus enim Rejpublicæ interest justo ac debito modo procedi, litesque criminales expediri ac ipsamet crimina puniri, *l. ita vulneratus* 51. *ff. ad L. Aquil.* Nec minus in- 96
commodum proh dolor! ex malo judicii criminalis processu ejusque abusu, quam ex delictorum impunitate exoritur, haud absque ingenti hominum innocentium damno, CARPZ. *Pract. crim. p. 3. q.* 103. *n.* 1. quo facit *art.* 1. *const. crim.* Alsdann zu diesen grossen Sachen / welche des Menschen Ehre / Leib / Leben und Gut belangen / Eyfer und bedachter Fleiß gehöret.

Ergo licet jurisperitorum in 97
Magistratu detur copia, nihilominus ipsimet facultatem decernendi pœnam raro habent, sed eam transmissis actis & requisito Jurisconsultorum consilio irrogabunt, quod

quod innuit *Conſt. crim. art. ult.* Quia plerique judices tales non ſunt, quales eſſe deberent, ubi plures rationes ſubnectit. CARPZ. *p. 3. quæſt. crim.* 116. *per tot.* Ex-
98. ceptio eſt, ſi Princeps vel Superior certis delictis determinatam per modum edicti ſtatuit Pœnam e. gr. quando Cingaris, den Zigeunern / ubicunque deprehenſis, fuſtigatio dictatur; Quia nullus hic formatur proceſſus, ſed volun-
99. tas Superioris ſaltem executioni mandatur. De indoctis judicibus cauſarum criminalium ita CARPZ. queritur: Accidit ſæpius ut in oppidulis merum imperium exerceant plebeji & mechanici, in pagis ſcribæ, Præfecti & ejusmodi ſimiles, qui volunt apparere Fiſcales & criminaliſtæ, ſed interim tam legum, quam rerum criminalium ignari ſæpe ordinem procedendi invertentes, *d. loc. quæſt,*
100. 103. *n.* 2.

Nec propter denegatum hoc arduum & periculoſum jus gladii ſollicita debent eſſe Municipia, tum quia non eſt magnum, hominem jugulare, ut dixit Veſpaſianus. Et ARISTOT. difficillimus omnium Magiſtratuum, qui verſatur circa
101. executiones damnatorum, 6 *Polit,* 8. omnesque pœnæ, capitales præcipue, quamvis, juſta ratione conſtitutæ, odioſæ tamen ſunt, *arg. l. pen. ff. de pœn.* Non enim levis, ſed periculo plena res eſt, de vita hominis, qui pars mundi eſt, & animantium numerum complet agere & conſultare, ex MARCELL. *lib.* XXIX. PETR. FAB. *ff. de juſt. & jur.* BOER. *deciſ.* 168. *in pr.* 102.
ſubdens, Baldum & nonnullos alios eximios Juriſconſultos noluiſſe ſuper capitalibus unquam conſulere, GRÆV. ad GAIL. *conſul.* 100. *pr. lib.* II juxta illud: Adhuc videbatur 103.
nefas, quamvis malos, tamen homines ſupplicio capitis afficere, LACTANT. *lib.* II. Ex quibus deducunt, quod qui hominem, quamvis ob merita, ſupplicio affici pro voluptate computat & cum gaudio adſpicit, æque ſuam polluat conſcientiam, quam ſi homicidii, quod fit occulte ſpectator & particeps fiat, ex LACTANT. *lib, VI. de vero cult. cap.* 20.

Emanuel Luſitaniæ Rex gra- 104.
tias agebat cuidam, quod argumenta quædam reperiiſſet, quibus reum capitis, morti poſſit eripere. Alius item Luſitaniæ Rex, Johannes Tertius, quæſtioni cuidam criminali præſens aderat, cumque ſententiis rogatis, paria eſſent, tum abſolventium tum condemnantium ſuffragia ſolumque ipſius expectaretur, reſpondiſſe fertur; Quod hunc morti adjudicaveritis juſtiſſime factum arbitror, cuperemque, alii omnes in eandem

ivissent sententiam ; Ego tamen absolvendum ipsum censeo, ne quis dicat, Regis suffragio subditum capite damnatum esse. SAVEDR. *Symb. Polit.*

Etiam sunt qui sustinent, quod
105. bono Christiano accusare quempiam de crimine capitali vix liceat, quia accusatio dicitur genus illaudabilis intentionis, GAIL, *de pac. publ. lib. I. c. 8. n. 3.* Quod probati volunt exemplo Josephi educatoris Domini nostri, qui cum uxorem suam adulterii compertam crederet, divortio se liberare maluit, quam committere ut traduceretur, atque id fecisse dicitur, quia justus erat, id est probus ac facilis; Ad quem locum AMBROS. ait: Non tantum ab ultionis atrocitate, sed etiam ab accusationis severitate alienam esse justi personam. Sic & LACTANT. neque accusare quempiam crimine capitali justo licebit HUH. GROT. *de jure belli ac pac. lib. II. cap. 20. n. 10.*
106. *in fin.* Capitalia quidem supplicia in plectendis reis nihil iniquitatis habent. *Rom.* 13. probe tamen videndum ne exercendo justitiam exuamus charitatem. AUGUST. *in Epist.* 54. relata *caus.* 23. *q.* 5. *c.* 4. formetur ultio cognitoris, ut nec intercessoris religio contemnatur, quia plectendo & ignoscendo, hoc solum bene agitur, ut vita hominum corrigatur. Propterea Municipes non magni facere debent, se jure sanguinolenti judicii carere.

Tum etiam propterea, quod 107.
oneri est Municipiis habere merum imperium, tenentur enim omnes sumptus & expensas spectantes ad puniendum & justitiam exequendam sustinere. CHASSAN. *ad Consue. Burg. tit. de confis. §. 1. n. 2.* BOER. *in consuet. Bituric. tit. de jurisdict. omn. Jud.* CAPEL. THOLOS. *decis.* 41. BESOLD. *Cons.* 36. *n.* 2. *p.* 2. Ut & in genere ju- 108.
risdictiones non sunt quæstuariæ sive ad lucrum inventæ BALD. *Consil.* 410. *n.* 1. *vol.* 5. KLOCK *cons.* 51. *n.* 122. *tom.* 2. Sed an non 109.
reus victus victori Fisco refundet expensas; ergo si hæc regula procedit, nulli sumtus à Municipio ad sustinendum merum imperium erogandi erunt. Verum alia hic est ratio, quia reus in criminalibus utut victus, etiamsi injustissimam causam foveat, nunquam tamen temere litigat, nam unicuique sanguinem suum tueri ac redimere licet, *l. 2. ff. de bon. eor. qui ant. sent. mort. sibi.* Tum & iniquum 110.
esset, ut quis ad emendam pœnam sanguinis propria pecunia teneretur. Porro mors omnia solvit, ergo præter mortem ulterior solutio á reo non exigenda. Quin po-

potius reus sustinendo poenam mortis, & judici & actori satisfacit, atque publicum & privatum solvit CARPZ. *p. 3. Crim. quæst. 138. n. 7. & seq.*

111. Ut redeamus eò, quo digressi sumus, Municipia, quæ merum imperium habent, bene & consulto faciunt, si furcas semper erectas conservent, non quidem propterea, ut suppliciorum memoria renovetur, atque per hoc tanquam lectione quadam continua, homines à maleficiis arceantur. LUD. à PEQUERA *decis.* 81. *n.* 2. ZIERIZ *ad art.* 216. *const. crim.* unde furcæ trophæa justitiæ dicuntur ab OLDRAD. *consil.* 161.

112. Sed ut conservetur possessio vel quasi, meri imperii, cum jurisdictio probetur per solam furcarum erectionem MASCARD. *concl.* 646. *n.* 10. MEISCHNER. *decis.* 4. *n.* 159.

113. *tom.* 2. *lib.* 1. Et sufficiat signum licet deficitat signatum GIG. *de crim. Majest. quæst.* 41. *lib.* 1. AFFLICT. *in c.*1. *n.* 38. *quid sit invest.* TUSCUS. *lit. F. concl.* 537. *ubi plura de erectione furcarum.* Symbola enim illa patibularis justitiæ, seu repræsentant signatum, nimirum jurisdictionis, & imperii quasi possessionem.

114. Hinc inter onera meri imperii, & merito referenda, erectio furcarum, palorum, rotarum aliorumque signorum jurisdictionalium quæ Magistratus Municipalis suis sumtibus curare debet. CARPZ. *p. 3. Crim. quæst.* 13. 8. *n.* 52. Ubi dicit, quod in Saxonia fiscus sumat geradam sine herede relictam, in compensationem horum onerum, Das Gerade wird ihm darum gefolget / daß er Stöcke Galgen / Pranger &c. halten soll. WEICHBILD. *lib.* 1. *art.* 59. *ibiq.* GLOSS. 115. 116.

Et licet quoad ædificationem & erectionem patibulorum *art.* 215. *Const. Crim.* salutariter statutum quod fabri lignarii, eo absque opificii præjudicio compelli possint, in verbis: Um ein gewöhnlich Tag-Lohn auch derhalb von niemand geschmähet / verachtet / oder verkleinert werden sol &c. Interim ratione erectionis furcarum sæpe satis solliciti Magistratus sunt. Et merito iste mos rejicitur & 117. damnatur, quo textores tanquam præ ceteris opificibus sordidiores essent, ad id opus compelluntur, cum *per Receß. Imp. de Anno* 1548. Von reformation guter Policey Item von Hand-Wercks-Söhnen Et Reichs-Abschied. 1577. Policey-Ordnung *tit.* 38. Hi tales deterioris conditionis non sint, ac reliqua opificum Collegia Ergo in erigendis furcis 118. cautiores sunt Magistratus Municipales, si apparitores lictores & vi-

viliores incolas Municipii, pretio ad id conducant, & noctu, semotis arbitris vulgo famosum hoc opus perfici curant, Sæpe etiam ligna-
119. rii & murarii in ejusmodi operibus exstruendis contra tenorem alleg. *Const. Crim.* tam scrupulosi sunt ut nihil inchoent, antequam aliquis ex Senatu manum prius injecerit bis jemand vom Rath mit Hand angeschlagen. Eadem ratio est ut numellarum Stöcke/ Pränger/ quæ in locis publicis, non autem coemiteriis, exstruenda esse docet. COLER. *p. 2. decis* 240. *n.* 5.

120. Conservatio furcarum in tantum proficit, ut si de mero Imperio controversia inter vicinos oriatur, is qui furcas erectas habet, lite pendente in possessio-
121. ne vel quasi imperii præferatur, adeo ut si de facto ab adversario furcæ erigantur, eas possit propria auctoritate tollere. BRÜNING. *sæp. all. tract. de var. univ. spec concl. 59* GAIL. 2. *obs. 60. n.* 8. LANCELLOT. *de attent. p. 2. cap.* 4. *declar.* 4. *n.* 22. nam licet possessori propria auctoritate tollere, quicquid fit auctoritate privata in ejus præjudicium, *l. quemadmodum* 29. §. 1. *ff. ad L. Aquil.*

122. Facit ad hoc ut denotet fines jurisdictionis, ubi invenitur furca erecta, eousque protendi jurisdictionem, nemo ambigit, BRUNN. *Consil. 34. num. 6.* HIER. *de* MONTE *tract. de finib. c.* 52. *num.* 4. *Grav. concl.* 60. *consil.* 2. *n.* 14. *L.* II. Hinc plerumque ad fines juris- 12
dictionis ponuntur, ita tamen, ne cum umbra solis longissima est, territorium vicinum attingat, spectatoresque supplicii pedibus illud premant SCHNEIDEW. *in tract. feud. p. 2. tit. quæ res in feud. dar. poss. n. 75.* M. STEP. tamen & ZIRIZ. tradunt, hodie tolerari erectionem furcarum, si distent à finibus vicini per 24 ulnas *ad art. constit. crim.* 215. *ad fin.* Idem tradit COLER. *decis.* 144, licet umbra projiciatur in fundos vicini, nisi aliter incommodetur vicinus. BESOLD. *voc.* Galg. *sed hodie* deriva- 12
tionem vocis Galge quod attinet quidam deducunt à *Golgatha.* Alii à gälig præceps, abruptus, quod patibula locis editis collocari soleant terroris publici causa. Alii à *Gabulo* veteri voce crucem vel furcarum denotante; hinc Gabel/ Gaffel/ & Gallicum *Gaveliere* NONIUS *cap. 2. Gabulum* crucem dici veteres volunt. Nos barbari, quod innocentes in Gabulum suffigimus homines. LIPSIUS. *lib. I. de cruce* vult eam derivare ab Hebr. *Gabal.* id est stipes in agris, quia crux in excelso erecta est. MARTIN. *Lexic. Etymol. in verb. Gabulus.* Pati-

ti-

tibulum vero, vel à patendo, quasi crux patens, vel à patiendo dixeris.

126. Inter furcam & patibulum hanc ponunt veteres differentiam; Furca erat lignum geminum in modum literæ V. ita ut initium & caput esset à tergo hominis quod ob minima delicta ferre solebant servi, collo furcæ inserto, hinc *furciferi dicti*. Patibulum vero erat stipes transversus quem noxii dispessis in eum manibus circumferebant, antequam tollerentur in crucem *Hinc* SALUST. *lib VI. Histor.* patibulo eminens affigebatur. Posterior ætas furcam usurpavit pro patibulo, quo fures suspenduntur POPMA *de differ. verb. Furca.*

127. Municipia etiamsi merum imperium habeant, non tamen in illorum potestate est condonatio seu impunitas scelerum, **die Begnadigung** quia id juribus Majestatis & Regalibus annumeratur, SIXTIN. *de regal. c. 2. n. 17. lib. I.* CLAPM. *de arcan. rerump.* BODIN. *de rep. c. ult. n. 164.* ZIEGLER *in com. concl.* §. *civitas n. 8.* SCHE-

128. PLITZ *ad consuet. Brandenb. p. 2. tit. 12. fol. 154.* Hinc Comites, Barones, & similes Superiorem non recognoscentes, nec posse pœnas corporales remittere, docent JAC. de S. GREGOR. *de feud. verb. cum mero n. 9.* PEREGRIN. *de jur. Fisci. lib. IV. cap. 9. n. 19. seq.* ZORN *ad Arum. Tom. 2. discurs. concl. 5. n. 7.* & quamvis vasallo merum imperium vel generaliter regalia concessa fuerint, eum jus aggratiandi tamen non habere dicit, BRÜNING. *de var. univers. specieb. concl. 28.* In regnis Hispaniarum 129.
ac in Neapolitano, inferiores à Rege hanc potestatem non habere scribit AZEVEDUS *lib VIII. tit. des perdonnès.* GARSI MASTRIL. *in indul. gener. Phil. 3. Regi Hispan. cap. 2. n. 4. & 7.* REINCK. *de reg. sec. lib. I. class. 5. cap. 6. n. 29.* Et 130.
apud Venetos nulli, ne Duci quidem, jus esse restituere damnatos sed toti Senatui majori hoc relictum esse refert HUNN. *in coll. crim. disp. 10. concl. 20.* CLAPM. *de jur. Imp. l. 1. cap. 17. recensente* KNIPS. *de Civitat. Imp. l. 2. c. 27. n. 3. & 4. ubi n. 14. circa fin. addit*, quod 131.
licet in Germania Status Imperii jus aggratiandi in suis territoriis habeant, se suasorem tamen illis esse, ut in remissione pœnarum capitalium magna utantur circumspectione, eamque nec ad quælibet delicta, nec ad quaslibet extendant personas, juxta LIMN. *de jure publ. lib. IV. cap. 8. n. 277.* HEIG. *2 quæst. 22. n. 27.* CARPZ. *de lege Reg. cap. 9. sect. 11. n. 7.* ne scilicet ex gratia fiat injuria & benefaciendo labefactetur justitia.

132. Per digressionem notandum, quod
gratia à Principe facta non peri-
mat actionem civilem, aliis ex eo
delicto competentem, MASTRIL.
133. *decis.* 205. Et abolet quidem
ejusmodi gratia delictum, reite-
ratum tamen aggravat, & constat,
gratiam interdum ipsis delinquen-
tibus esse perniciosam, wenn sie
hernacher ärger sündigen / und
dannenhero auch schärffer abzu-
134. straffen seyn. Gratia sive condo-
natio hæc non leviter, etiamsi po-
testas condonandi seu aggratiandi,
ut loquuntur, adsit, nec in omni-
bus delictis, nec sine consensu
partis fieri debet, HERING. *de ho-
micid. fol.* 23. & 317. SESSE *decis.*
178. BESOLD. *in th. pract. lit. B.*
135. *n.* 21. Nam delicta post immuni-
tatem commissa ab ipso Magistra-
tu veniam dante commissa viden-
tur, REINCK. *d. tr. l.* 2. *class.* 1.
cap. 8. *n.* 58. Et nimia lenitas
peccandi occasionem præbet, imo
libidinem effrenatæ juventutis ac-
cendit, *C. ut Clericorum x. de vit.
& honest.* Qui enim uni indul-
get, ad prolapsionis contagium
provocat universos, & impunitas
delicti incensivum est delinquendi,
C. est injusta 33. *cau quæst.* 4. nec
facile secundum desperat effugium,
qui laqueum prioris criminis eva-
sit, SYMACH. *lib. X. Epist.* 44.
136. Facit & ad præmissa, quod ni-
mirum Municipia jus remittendi
pœnam capitalem non habeant,
patet enim Magistratuum sum-
mam potestatem non habentium
corruptas & injustas esse senten-
tias, si legibus velint esse mitio-
res, MENOCH. *arbitr. quæst.* 69. *lib. I.*
TIRAQ. *de pœn. mitig. in præfat. n.*
21. BESOLD *consil.* 73. *p.* 2. *n.* 5.
ibi, welches wir doch also verste-
hen / daß die Herren / als Unter-
Richter / von gesetzter Straffe nicht
wohl abweichen können. itemque 137.
illud: Quod licet Carolus V. Se-
natui Mediolanensi potestatem fe-
re regiam dederit, attamen da-
mnatorum restitutionem excepit,
BODIN, *lib. I. de Rep. cap.* 10. *n.* 64.
ubi simul refert, cum Franciscus 138.
Rex Galliæ, matri potestatem fe-
cisset, damnatos restituendi cu-
riam judicasse, id jus ne Reginæ
quidem concedi posse. Unusquis-
que ergo, cui concreditum est ju-
risdictionis exercitium, id agere
debet, ut justitiam æqualiter ad-
ministret, quanto magis id Civi-
tati Provinciali incumbet?

Similiter Municipium, nec mi- 139.
nus asyla constituendi jus sibi tri-
buere poterit, quale jus ad reser-
vata Imperatoris refert MILER. *de
de Stat. Imp. concl.* 57. Quæ & in
Gallia generali constitutione Fran-
cisci I. Anno 1535. in civilibus &
criminalibus abolita sunt. MOLIN.

ad

ad Alex. Conſ. 145. *n.* 3. *lit. A. vol.* 7. & in quorum conceſſione Canoniſtæ Ethnicis liberaliores ſunt, LIMN. *not. regn.* FRANC. *l.* 1. *c.* 9. *lit. K.*

140. Pari modo nec Municipales poterunt pœnam ſeveriorem, e. g. rotæ vel ignis, in pœnam gladii convertere, HEIG. *p.* 2. *quæſt.* 22. MENOCH. *arbitr. lib. I. quæſt.* 69. *n.* 21. quia hoc non eſſet ſecundum leges judicare, & pœnæ perſecutio non voluntati judicis, ſed legis auctoritati reſervatur, *l.* 1. §. *quorum* 4. *ad SCt. Turp. l. ordine* 15. *princ. ff. ad Municip.* Nec etiam judex erit clementior lege aut ipſis legibus ſeverior, contra

141. præceptum Juſtiniani: *Nov.* 22. *cap.* 10. Multo minus Municipalis Magiſtratus licet mero imperio gaudeat, fuſtigationis vel relegationis in pecuniariam convertet, HEIG. *d. loc. n.* 13. niſi arbitraria pœna ſit injuncta, ubi illa dictari poterit, quæ circumſtantiarum ratione crimini æqualis exiſtimabitur, *l. mores* 9 §. *iſta. l. perſpiciendum* 11, *l. hodie* 13. *l. aut facta* 16. *ff. de pœn.*

142. Huic capiti adjiciendum adhuc duco, de extraditione facinoroſorum, eorumque remiſſione ad locum domicilii vel delicti, caſu, quo delinquens in Municipium auffugiens, ibi deprehenſus ſit. Ubi Magiſtratus Municipalis ad inquiſitionem & coercitionem mox procedat, non habita ratione delicti, nec ſumtuum cauſa quidquam negligat, ne delictum maneat impunitum, *l.* 51. §. 2. *ff. ad L. Aquil.* Nam judex loci, ubi delinquens reperitur, proximus eſt ad puniendum, & cui potiſſimum ad præventionem hoc incumbit, CARPZ. *p.* 3. *pract. crim. quæſt.* 110. *n.* 73.

Sed quid hoc caſu delinquens in Municipio deprehendatur, & oblato reverſali **gegen einen** Revers (ſcilicet quo Magiſtratus remiſſionem petens cavet, nullum præjudicium per hanc remiſſionem quam non jure ſed precibus obtinuiſſet, ipſius jurisdictioni inde generatum iri, ſeque in caſu ſimili idem facturum, CARPZ. *quæſt.* 110. *n.* 57.) remiſſio ad locum delicti vel domicilii petatur, â judice quopiam, vel ejusdem, vel alieni territorii, quæritur, an Magiſtratus Municipii, inconſulto Principe, propria auctoritate remiſſionem hanc facere poſſit? Et dicendum, licet hodie, remiſſio fa- 143.

cinoroſorum vicinitatis & amicitiæ jure fieri ſoleat, GAIL. *de pac. P. c.* RAUCHBAR. *p.* 1. *quæſt.* 50. *n.* 25. RICHT. *p.* 1 *deciſ.* 15, *n.* 4. tamen Municipio id jus ſine conſenſu Domini territolialis non 144.

com-

competet. Nam inferiores Magistratus jurisdictionem non suo proprio sed Superioris nomine & jure administrationis, adeoque alieno beneficio exercent, *l. mores ff. de jurisd.* Heig. *supra alleg.* & stricta privilegiorum interpretatio nullam extensionem patitur, *l. quod contra* 14. *ff. de LL.* merum autem imperium Municipio concessum est, ut delinquentes ibi puniat, non ut alio puniendos remittat, nam si in puniendo negligens est Magistratus, ipse pœnam incurret, *c. negligere caus.* 2. *qu.* 7. *l. fin. C. ad L. Jul. de vi publ.* Et
145. utut requisitio remissionis fiat, ad magis facilitandam inquisitionem, Mev. *Jur. Lubec. lib. IV. tit.* 4. *art.* 15. Magistratus tamen nescit, an remissionem delinquentis petens, dein non remissionem ipsius delicti faciat; Ergo tali casu merito, & jure Municipales Principis sui consensum requirunt.

Quæritur porro, si delinquens
146 ad alienum territorinm per Municipium aliquod ducatur, an transitus captivi concedendus à Magistratu Municipali merum illic imperium habente, an vero ab officialibus Domini, von denen Herrschafftlichen Beamten / venia ejus roganda sit? Et pariter statuendum, id Magistratui soli non licere, cum hoc ad jus conducendi referatur, quod superioritatis territolialis ejusque indicium est, juxta Knichen *de J. Episcop. c.* 28. *&* Encyclop. *c.* 12. *n.* 1. Principes 147
autem territorialia magis quam patrimonialia curare solent, ut ait Klock.. Hinc literis requisitorialibus rogari solet, ut captivum per proprium territorium ducant, eumque requirentibus ad limina territorii tradant, vel etiam literæ salvi conductus pro innoxio transitu ducentium & captivi, petuntur, begehren Geleit / zu Durchführung eines Delinquenten. Besold. *thes. pract. lit. D. verb.* Durchführung der *Maleficanten*.

Ad actus denique meri imperii 148
Municipio competentis refertur cognitio super corpore occiso, vulgo das Noht-Gericht zu halten / item inspectio vulnerum & dissectio cadaveris ad processum contra delinquentes melius formandum; sed inspectio hæc non obiter & perfunctorie in Municipiis iisque locis tractanda, ubi commissum est de vita & sanguine civis Romani statuere, Quo collimat sanctio criminalis Caroli V. art. 149.
in verbis: Den todten Cörper vor 149
der Begräbniß mit Fleiß besichtigen / und alle seine empfangene Wunden / Schläge / Aufwürffe / wider jedes befinden / und erwiesen würde / mit Fleiß mercken und verzeich-

zeichnen lassen. Scopus ergo est,
150. ut inquiri illico in homicidam possit, neque is evadat vel aufugiat, *arg. l. 25. pr. ff. ad L. Aquil. l. 3. & 6. ff. de cust. & exhib. reor.* Et institutum hoc habet Deum auctorem, *Deut.* 21. A eoque
151. necessaria hæc inspectio est, ut si eam judices vel Magistratus ex avaritia pro parcendis sumtibus omittant, tunc sibi suisque iram Divinam thesaurizent, ut ait BRUNNEM. *proc. Inquis. cap. 7. n.* 20. corpus occisum denuo effodi debeat, ut salva maneat Respubl. ratione delictorum non impunitorum DAMHOUD. *pract. crim. cap.* 75. *n.* 1. CARPZ. *prax. Cr. n* 1. *q.* 26. *n.* 23. Quod & speciali edicto Clivis promulgato sancitum, est à Gloriois. Elect. Brandeb. Friederico Guilhelmo anno 1665. Cæteroquin inspectione hac neglecta, reus ordinariæ pœnæ non subjiciendus CARPZ. *quæst. 26. n.* 32. BRUNN. *d. c.* 7. *n.* 10. nisi
152. quis illico ictu teli animam efflasset, quia tunc ridicula esset inspectio quæ saltem in re dubia desideratur *C. C. Carol. art.* 147. *Oldekap. dec. ad* 1. *Crim. quæst.* 8. *n.* 5. cum in re clara non opus sit conjecturis *l.* 137. §. 2. *in fin. ff. de V. o.* interim memini, homicidium commissum Coloniæ Agrip. cum illic studiis operam navarem, ubi licet ense transfixus in numeroso symposio subitanea & rigida morte exspirasset, nihilominus reus apprehensus, ex sola inspectione cadaveris neglecta in columis evasit, hac subjecta in consilio juris mihi communicato ratione, quia in momento inflicti vulneris, symptomata alia ex. gr. pavoris, iracundiæ &c. aliaque supervenire potuerunt accelerandæ mortis: Quam tamen ratiunculam auctori suo relinquo. Interim firma maneat cau-
tio, ut Magistratus, cui gladii jus 153.
competit, inspectionis hoc casu semper rationem habeat, ne polluta simul conscientia, superioris sui rigidam censuram incurrat. adhibendi sunt huic actui Medici atque Chirurgi de quibus criminalistæ latius.

Corpora in aquis reperta, quod 154.
attinet, solent illa jussu Magistratus, conductis mercede hominibus extrahi. Si autem ab alio quoquam, casu in flumine vel stagno reperiantur, ad ripam juxta aquam sic poni ea moris est, ut calcanei linquantur in aquis, atque hoc ubique in usu esse, nulla tamen expressa lege exstante, testatur FELTMANN. *in tract. de Cadav. inspic. C.* 9. *n.* 13. Ratio autem in eo con- 155.
sistere videtur, ut repertor cadaveris pro titulo innocentiæ ostendat, quo genere mortis homo is de-

functus sit vel ut cadaver in eodem statu conservetur neque pereant indicia, quæ ex corpore in
156. aquis suffocato difluere solent. FELTM. *cit. loc. n.* 20. In genere autem privatis permissum non est, ejusmodi corpora reperta ante inspectionem tollere & sepelire. VASQ. *quæst. illustr.* 3. *q.* 96. *n.* 10. CARPZ. *Consistor. tit.* 24. *def.* 375.
157. *n. ult..* Quando Magistratus, vel cui inspiciendi cura competit, ad corpus accessit, examinare summatim debet eos qui præsentes sunt, an probe sciant, quod casu in aqua forte vel suo fato is homo sit defunctus, neque permittet loculos ejus excuti. Si ex habitu constat honestioris conditionis esse eum, qui mortuus est, non permittat Magistratus, ut corpus tale diu vulgi oculis exponatur, quia hoc aliquo modo injuriosum censetur. MOLINA *de J. & J. tom* 3. *post. tract.* 3. *disp.* 2. *n.* 9. Cada-
158. ver agnitum sepeliendum propinquis concedendum, idem hoc ipsis permissum si defunctus in multorum hominum conspectu periisset, licet Judex vel Magistratus ad inspiciendum non venerit, quia in re clara non opus est conjecturis. *d. l.* 137. §. 2. *in. fin. de V.*
O. Si corpus autem plane est ignotum, publico ære sepulturæ tradendum. Lugduni Batav. si nemo est, qui pietate ductus illud funerari velit, duo stuferi titulo egestatis imponuntur, ut miseratione humanæ sortis, nonnulli è vulgo moti illud tollant & ad nosocomium transportent. *alleg.* FELTM. *d. tract. cap.* 14. *n.* 7. 159.

Pro Coronide capitis quær. an 160. Magistratui Municipali permissum cadavera punitorum, ad dissectionem anatomicam concedere? Quod merito ob limitatam undique in Municipiis Jurisdictionem criminalem negatur, quorundam enim cadavera, præcipue suspensorum, rota punitorum, & latronum gladio plexorum, exemplo terroris incutiendi insepulta communi consuetudine relinquuntur. DAMHOUD. *prax Crim. c.* 153. *n.* 13. Desuper ergo Princeps consulendus ejusque licentia impetranda. CARPZ. *Crim. p.* 3. *quæst.* 138. *n.* 74. ubi plerumque ratio familiæ & conditio puniti perpenduntur JUL. CLAR. *lib. V. sent.* §. *ult. quæst.* 100. *n.* 2. MENOCH. *arbitr. Cas.* 185. *in fin.*

Caput XIII.

DE MUNICIPIORUM JURE PRÆSTANDI SECURITATEM SEU SALVUM CONDUCTUM.

SUMMARIA.

1. *Citatio judicis securitatem citato tuto veniendi & recedendi dat*, Ladung bringet das Geleit mit sich.
2. Ladung trägt das Geleit auf dem Rücken.
3. *Coram Magistratu litigans, ratione injuriarum in ipsum evomitatarum salvum conductum ab ipso Magistratu petit.*
4. *Quid agendum, si Magistratus Municipalis securitatem dare recuset?*
5. *Judicia sunt sancta & securitatem dare debent.*
6. *Desuper præjudicium.*
7. *Fragilis in citatione est securitas.*
8. *Subintellectæ securitati se non fidunt citati rei.*
9. *Ejus ratio.*
10. *Salvus conductus jure Divino fundatus est.*
11. *Exemplum Caini.*
12. *Salvi conductus hujus singularis erat concessio.*
13. *Quibus salvus conductus concedendus & quare?*
14. *Salvus conductus securitatem præstat à violentia facti, non juris.*
15. *Formula salvi conductus.*
16. *Cautio danda est in concessione salvi conductus.*
17. *Pecuniam sub cautione debitam in casu emansionis lucratur Magistratus Municipalis. Limitatio ejus.*
18. *An & quando juratoria cautioni sit locus?*
19. *Jus dandi securitatem communiter ad regalia refertur.*
20. *Quisnam salvus conductus ad regalia referatur?*
21. *Salvus conductus competens Electoribus ad actum electionis proficiscentibus.*
22. *Salvus conductus mercatorum ad nundinas solennes euntium.*
23. Geleidliche Obrigkeit. Geleit-Zetteln.

24. *Salva guardia, quomodo distinguatur à salvo conductu?*
25. *Municipales securitatem hanc concedunt.*
26. *Non refertur jus securitatis inter regalia.*
27. *Mixti imperii tres sunt species.*
28. 32. *Ratio, cur Magistratui Municipali hæc securitatis concessio non denegandà.*
29. *Judex criminalis veritatem investigabit.*
30. *Auctoritas sententiæ n. 38. & 32.*
31. *Statutum Mindense.*
33. *Quatenus jus dandi salvi conductus competat Municipiis?*
34. *Quando pro salvo conductu adeundus est superior?*
35. *Limitata causa limitatum producit effectum.*
36. *Salvus conductus cur concedendus?*
37. *Quando concedendus?*
38. *An salvus conductus etiam concedendus in notorio maleficio?*
39. *Potius securitas danda, quam coercitio criminis omnino intermittenda.*
40. *Causæ semper à petente salvum conductum allegandæ.*
41. *In delictis levioribus quibus per fidejussores satisfit, facile salvus conductus concedendus.*
42. *Ægroto vel prægnanti facile datur.*
43. *Infirmitas justa liberat à carcere.*
44. *Qui offendit habentem salvum conductum, graviter puniendus.*
45. *Qualiter puniendus, qui offendit habentem salvum conductum.*
46. *An offendens incidat in crimen Majestatis?*
47. *Pœnæ arbitrariæ est locus.*
48. *Quid, si quis offendat talem ex odio Principis?*
49. *Securitas concessa*, vor unrechte Gewalt.
50. *An salvus conductus servandus, si datus sit simpliciter.*
51. *Securitas promissa transit in speciem contractus.*
52. *Sub fide Magistratus nemo decipiendus.*
53. *Omnis violentia est prohibita.*
54. *Petens salvum conductum prætendit innocentiam.*
55. *Salvus conductus non promittit impunitatem delicti.*
56. *Crimen nunquam à Magistratu remittendum.*
57. *Quis finis sit salvi conductus?*
58. *Securitate pendente nihil innovandum.*

59. *Quando ratio salvi conductus cesset?*
60. *Salvus conductus instar privilegii strictam capit interpretationem.*
61. *Actus non excedit intentionem.*
62. *Reus confessus in carcerem conjiciendus.*
63. *Salvus conductus debet esse scutum innocentiæ.*
64. *Interest Reipublicæ, delicta puniri.*
65. *Limitatur affirmativa præmissæ quæstionis, n. 49.*
66. *Jurato concessus salvus conductus quandoque non servatur.*
67. *Quid si habens salvum conductum, offendat concedentem.*
68. *Fides non servanda illi, qui fidem frangit.*
69. *Offensio, quæ violat salvum conductum, de futuro sumenda, non de præterito.*
70. *Salvus conductus datus ad locum judicii etiam valet in locis intermediis.*
71. *Verba salvi conductus sunt verba fidei.*
72. *Reus petit, ut sit salvus per omnia.*
73. *Securitas data ad finem, etiam data censetur ad media.*
74. *Fide & auctoritate sua nemini periculum creandum.*
75. *Salvus conductus, ad quas personas extendatur per consequentiam.*
76. *Mulier tuta erit sub auctoritate viri.*
77. *Securitas reo concessa extendenda ad integram ejus familiam.*
78. *Rei defensores, Procuratores & Advocati simul erunt tuti.*

1. Dicitur quidem vulgo, omnem citationem judicis tribuere securitatem citato, tuto veniendi & recedendi, Ladung bringet das Geleit mit sich. 2. Alii dicunt citationes securitatem in dorso secum ferre. Die Ladung trägt das Geleit auf dem Rücken. Et quis absque hac securitate ad locum non tutum accederet, ac non potius exceptione loci non tuti se tueretur? *c. accedens x. ut lit. non contest.* Heig. *p. 2. quæst. 22. n,* 8.

3. Ex hoc axiomate deduci potest, quod si quis coram Magistratu litiget, vel causa ad illum confirmata sententia remittatur, interim litigans forte ob injurias contra Magistratum Municipalem evomitas periclitetur, ob metum vindictæ, litiganti non licebit, salvum conductum à superiori judice petere, sed ab ipso Magistratu inferiori, quia salvus conductus inhæret jurisdictioni, & ei competit, cui competit jurisdictio, ergo talis à Superiori non erit turbandus; nisi Magistratus Municipalis securitatem dare recuset, vel remore- 4.

 tur,

tur, hinc ad Superiorem patet aditus per querelam denegatæ aut protractæ justitiæ, cujus pars non postrema est, ut securus sit ad judicem accessus, nam in effectu negatur defensio, cui non præstatur secura, COLER. *Proceß. execut. p. 4. Cap.* 10. *n.* 206. Et fundata est ea petitio in certo jure, quod in
5. judiciis securitatem litigantibus addicit. Nam judicia Divinum atque humanum jus effecit sancta, ut omnibus sint secura, atque salutis præsidia, BART. *in l. si qui rem. n.* 12. *ff. de publ. jud.* Et hæc securitas denegata appellationi locum dat, *per C. ex parte* 47. *x. de appellat.* MEV. *p.* 4. *dec.* 211.
6. Eo facit sententia Scabini Lipsi: **Wenn gleich der** Citation **das Geleit ausdrücklich nicht einverleibet worden wäre/ dieweil aber dennoch eine jede** Citation **das gemeine sichere Geleit mit sich bringet/ so habt ihr euch auch dessen/ vermöge der ergangenen** Citation/**billich zu erfreuen**/CARPZ. *quæst. crim.* 112. *n.* 19. A quo tamen dissentit Co-
7. LER. qui nemini auctor esse vult, ut nudæ isti citationi fidat, cum fragilis ista sit spes & sæpe fallat, addendo, quod inconsulta talis comparitio alicujus Nobilis, qui alium interfecerat, multum negotii moverit, antequam ipsum è carceribus liberare potuerit, *Proceß. Execut. part,* 4. *cap.* 1. *n.* 216.

Quia igitur citati ob crimen aliquod plerumque illo non satis 8.
sibi cautum esse existimant, semper fere præter subintellectam illam emanatæ citationis securitatem, seorsim quandam cautionem securitatis, quam in promptu, ubi opus fuerit, habeant, sub sigillo publico sibi mitti postulant, & tum demum citationi parituros profitentur, MÖLLER. *lib. II. semestr.* 9.
cap. 1. *à princ.* Idque ad evitandam injuriam carceri, ne ex vinculis respondere cogantur.

Salvi conductus datio æquitate non destituitur, cum & in sacris 10.
Oraculis variorum securitatis generum conspicua admodum exstent vestigia. Primus enim facinorosorum, qui salvum conductum adeptus est, Divina auctoritate illum 11.
obtinuit Cainus fratricida, atque signum à Deo impressum traditur, *Genes. cap.* 4. *v.* 15. ne à quoquam cui obviaret, interficeretur, quod quale signum fuerit, concilient 12.
Theologi. Interim singularis fuit & hæc salvi conductus concessio, utpote quæ à delicti pœna simul dispensationem dabat, & quidem tunc ob raritatem hominum, aut quia paucis adhuc grassantibus, minus opus erat exemplo, GROT. *de J. B. & P. lib. I. c.* 2. §. 5. *n.* 3.
Ergo salvus conductus saltem locum 13.

cum habet, in reis nondum incar-
13. ceratis, qui adhuc innocentiæ suæ confidunt, ut metu carceris liberati, commodius defensionis & innocentiæ prætensæ telam pertexere possint. COLER. *processf. execut. p 2. cap. 3. n. 84.* Oblatio enim de se sistendo indicat conscientiam integram, & crimen, ejusque qualitatem & vindictam dubiam reddit, diciturque das Geleit zu Ausführung berühmter Unschuld/ in qua dubitatione, an nocens sit reus, condemnatio ad finem judicii differri debet, MEV.
14. *p. 1. decis. 3. n. 6.* Interim conductus hic contra vim & injuriam non contra jus proficit, quod & cautum *Const. crim. art. 116. in fin.* Und sol derselbige zum rechten für unrechter Gewalt/ und nicht weiter vergleitet werden/ ergo tutus est saltem à violentia facti, non juris; Formula talis est: Es wird
15. ihm auf vorhergehende Caution/ daß er des Rechtens jederzeit auswarten und dulden und leiden wolle / was ihm das Recht zuerkannt/ seinem oder seiner Frauen und Defensoren suchen / nach ein frey sicher Geleit zu Recht und vor unrechter Gewalt/ so lange bis etwas peinliches wider ihn erkannt/ billig mitgetheilt / und er ist dann auf alle und jede Gerichte persöhn- zu erscheinen / auf die Anklage sich einzulassen/und gebührlich zu verfahren schuldig / ZANGER *de exception, part. 2. c. 5. n. 10.* Cautio 16.
ergo maxime necessaria est in concessione salvi conductus specialis, & plerumque fit datis fidejussoribus sub pœna 2. 3. 4. vel 500. Imperial. & quidem ad reum toties, quoties opus fuerit in judicio præsentandum. Ubi in casum 17.
emansionis pecuniam cautione debitam lucrari Magistratum Municipalem qui judicium illud criminale exercet, non dubitandum puto, quando per viam inquisitionis procedit, cæteroquin accusanti debebitur, juxta CARPZ. *all. p. 3. q. 112. n. 109. & seqq.* ubi *n. 128.* subjungit, hanc summam non esse ipso jure commissam, sed licere fidejussoribus moram Principalis sui purgare. Ju- 18.
ratoria cautio locum hic non habet, nisi vel in levibus criminibus vel si jam aliquo modo de innocentia rei constet, ne talis ob paupertatem in carceribus marcescat, JUL. CLAR. *lib. V. sent. §. fin. qu. 46. n. 14.*

Hoc jus dandi securitatem tuto 19.
ad judicium veniendi recedendique ad jura, superioritatis & regalia communiter fere pertinere statuunt, *Dd. per l. relegati in fin. ff. de pœn. l. ad bestias 31. eod. l. 3. §. de qua ff. de postul. l. nulli. C. de*

na-

navic. BOER. *decis.* 179. MEISCHN. *tom.* 2. *lib. II. decis.* 4. *n.* 172. KNICHEN *de Sax. Jur. non provoc. Cap.* 5. *n.* 102. *& in Encyclop. Cap.* 12. *in pr.* NATT. *consil.* 636. *n.* 65. *Consult. Saxon. p.* 4. *n.* 7. *& seqq.*

Sed non unius generis est sal-
20. vus conductus, ille ad regalia refertur, quem ratione territorii, dominus concedit ob securitatem in viis publicis, die Geleitliche Obrigkeit auf Käyserl. freyer Heer- und Reichs-Strassen / HENR. BRUNING. *de var. univ. spec. th.* 30. de quo salvi conductus genere, item de absoluta illa & plena securitate, quæ est pax perpetua & indulgentia criminis, tractant *superiori n.* allegati auct. Vid. & SIXTIN. *de de Regal. lib. II. cap.* 2. *n.* 41. *& seqq.* Quod jus in Gallia olim Magistratus civiles asseruisse, sed Anno 1536. edicto Regio *art.* 15. iis ademtum esse, idem tradit. Quo & publica illa & inviolabilis
21. securitas à Statibus Imperii Electoribus ad actum electionis proficiscentibus, secundum præscriptum
22. AUREÆ BULLÆ *cap.* 1. præstanda refertur. Item illa, quæ mercatoribus ad nundinas solennes proficiscentibus præstari solet, neminique deneganda, R. A. *de anno* 1458. §. ferner noch zu mehrer 20. ibi. Daß einem jeden ein frey sicher Geleit gegeben / und also männiglich/zu Befoderung des gemeinen Nutzens/allenthalben frey sicher ziehen/handlen und wandlen möge. Atque hi Principes vo- 23.
cantur die geleitliche Obrigkeit/ & hoc idem est, quod jus conducendi, daturque balletis seu litteris, Geleits-Zettel oder Briefe/vel adjunctis hominibus, qui custodiant transeuntes. Unde ille conductus vocatur das schrifftliche Geleit/ hic vero das persöhnliche Geleit/MAUL *de jure conduct. lit.* 5.

Distinguendum ergo inter sal- 24.
vum conductum & salvam Guardiam, quæ nomen conductus simpliciter sæpe retinet, cujus concessio est de Regalibus, BOER. *de Regalib. c.* 2. *n.* 235. CAVALCAN. *de brach. Reg. p.* 2. *n.* 3.

Civitates tamen Municipales 25.
jurisdictionem à Superiori habentes hanc securitatem concedere posse docent MENOCH *de arbitr. jud. lib. I. quæst.* 81 *n.* 13. *& consil.* 144. *vol.* 3. HEIG. *part.* 2. *quæst.* c2. *n.* 42. JUL. CLAR. *pract. crim.* §. *fin. quæst.* 32. *n.* 14. ZIEGLER. *in* §. *civitas. concl.* 1. *n.* 68.

Uti enim hoc jus securitatis in- 26.
ter regalia non numeratur *in c. unic. quæ sint. regal. lib.* 2. *Feud.* 56. Ita veritate inspecta non est regale; nam non respicit ullo modo fiscum vel publicam utilitatem, ideo-

ideoque nec mero imperio, imo ne minima ejus specie expeditur;
27. Sed mixto Imperio: Cumque hoc mixtum imperium in tres species distinguatur, magnum, mediocre & parvum, ut dixi *proced. c. n. 13.* huic ultimæ speciei securitatis datio attribuitur. ZAS. *ad l. Imperium ff. de jurisdict. n.* 40. Et ita securitatem omnis civitas, omnisque Judex circa delictorum punitionem quid habens concede-
28. re potest. BESOLD. *Th. pract. lit. G. n. 61.* Ratio ejus est quia ubi Magistratui Municipali concessa est Jurisdictio & merum Imperium, ibi etiam id concessum videtur, quod pro commodiori exercitio jurisdictionis suæ ipsi expedit *l. 2. ff. de Jurisdict.* HEIG. *part. 2. quæst. 22 n. 41.* Imo & Decuriones civitatis, quibus datum est arbitrium super bono & pacifico statu civitatis, hanc securitatem concedere possunt MARSIL. *pract. Crim.*
29. *§. aggredior n.* 104. quia Judex studere debet omni conatu, ut veritatem inveniat *l. 2. C. si contr. Jus vel util. public.* At in maleficiis veritas optime invenitur delinquentis præsentia & ejus confrontatione cum magna sumatur conjectura, ex vultu & motu animi, ac qua constantia vel trepidatione quis respondeat *l. de minore 10. §. plurimum ff. de quæst.* MENOCH. *all.*
lib. A. J. quæst. 81. n. 3. WESEMB. 30.
concessionem securitatis illis quoque concedit, quibus merum Imperium obvenit, eamque inter jurisdictionis probationes refert *Cons. 95. n. 25.* Inter casus etiam saltem Jurisdictionales & meri imperii, salvi conductus concessiouem recenset. MEISCHN. *tom. 3. decis. 23. n.* 44. Item Senatui Northusiano responderunt Scabini, quod non obstante securitate reus confessus in carcerem conjici & puniri possit, prout docet. MOLLER. *Semest.*
lib. II. c. 1. n. 4. Eò denique facit 31.
statutum Mindense, *lib. III. art. 2.* **Da der Rath Jemand in ihr geleit genommen Er sey Jude oder Christ / daran soll sich niemand gewaltsamlich vergreiffen / bey willkührlicher Ernstlicher Straff.**

Nec quidquam absurditatis, ha- 32.
bet, civitatibus municipalibus hoc Jus tribuere, puta quæ Jurisdict. Criminali gaudent, nam utique tales in criminibus sententiam ferre possunt, ad eam vero nisi accusatus auditus fuerit, perveniri non potest, audiri autem non aliter quis solet, quam qui judicio præsens est, *l. pen. §. 1. ff. de publ. Jud.* CLAR. *lib. V. sent. §. fin. quæst.* 32. Imo si pro salvo conductu impetrando superior adiri deberet, judicium inferius interea sileat necesse est, quod tamen neutiquam

 feren-

ferendum ARUM. *ad Aur. Bull. 1.*
33. *th. 18.* Quæ tamen ſententia ita temperanda venit, ſi Municipium mero Imperio abſolute pollet, ubi valet regula BARTOLI, quod Judex poſſit dare fidentiam, ſi velit, *in l. is qui reus n. 12. ff de publ. Judic.*
34. Si autem Jurisdictio criminalis vel cumulative, vel certis reſtrictioniqus Municipio competit, tum & Magiſtratui & delinquenti melius conſulitur, ut pro obtinendo ſalvo conductu ſuperiorem adeat. Quia limitata cauſa limitatum
35. producit effectum *L. in agris 16. ff. de A.R.D.* & quatenus Judex de criminibus cognoſcit illaque punit, eatenus etiam ſecuritatem impertit. Sic tradit JASO *in l. conventionum n. 4. ff. de pact.* ubi idem atteſtatur de BARTOL. ANGEL. & BALD.

36. Conceditur autem hæc ſecuritas ob has præcipue cauſas; quia alias nemo citatus absque hac ſecuritate ad locum judicii veniret, cum ad locum non tutum, nemo ſe ſiſtere teneatur; quia carceris metus eſt, & à contumacia, excuſare poteſt: Quia alias facile fieret, ut abſentis defenſionibus non auditis ille innocens condemnaretur, &c MOLLER. 2. *ſemeſtr. cap. 1.*

37. Non tamen concedi debet hæc ſecuritas, niſi ex prævia inquiſitione liqueat probaliter, delinquentem impetrantem per hanc obtentam ſecuritatem, innocentiam ſuam probare poſſe. RITTERSHUS. *de Jure Aſyl. c. 7. num. 14.* Vel aliàs interveniant graves urgentesque cauſæ, DAMHOUD. *pract. crim. cap. 26. n. 3. & 4.* Ergo negandum 38.
non eſt, quod pro notorio & manifeſto maleficio ſecuritas, nequaquam ſit danda, ne ejusmodi conceſſio tendant in perniciem Reipubl. Hinc merito cauſæ cognitio præcedere debet, utrum rationes à citato allegatæ, ſufficientes ſint ad ſecuritatem præſtandam nec ne. CARPZ. *Crim. p. 3. q. 112. n. 32.* Sed hoc aſſertum eam me- 39.
rito limitationem admittit, in caſu, ubi reus adhuc in fuga perſeverat, ut copia ejus omnino haberi non poſſit, licet tunc crimen commiſſum vitæ & ſanguinis pœnam inferat, Magiſtratus tamen ſi literis patentibus, mit offenen ſteck Brieffen delinquentem omni ſtudio deprehendere nequit, ſecuritatem nocenti potius concedit, quam ut coercitio, criminis omnino intermittatur, nam durante abſentia & fuga rei, nulla omnino ſpes eſt pœnam executioni mandandi, ſic ſentit. CARPZOV. *alleg. num. ſubſeq. addendo n. 36.* à ſe obſervatum, quod & in delictis atrociſſimis ſalvus conductus petentibus conceſſus fuerit. Interim tamen 40.
nun-

nunquam concedendus ad nudam
40. petitionem ſine expreſſione cauſæ & periculi, ne in cujusdam præjudicium vergat, quod fieri facile poteſt, ſi tam indefinite interpretaretur, MEV. *part.* 3. *dec.* 169. & *p.* 7. *dec.* 401. *n.* 1. Facilius ergo
41. adhuc datur in delictis levioribus, quæ pœna pecuniaria carceris, vel relegationis coerceti poſſunt, cui æque per fide-juſſorem quam per Principalem ſatisfieri poteſt, *arg. l. denique* 19. & 20. *ff. de jure Fiſc.* quo refertur *l.* 3. *ff. de cuſt. reor.* non eſſe in vincula conjiciendum eum, qui fidejuſſores dare paratus eſt, BART. *in l.* 1. *n.* 1. *de cuſtod. & exhib. reor.* CARPZ. *d. p.* 3. *qu.* 112. *n.* 45. ubi ſubjungit formulam ſententionandi talem: So wird inquiſit gegen Beſtellung eines Vorſtands ſich zu jeder Zeit/ wenn es erfordert / wiederum zu geſtellen / der gefänglichen Hafft billig entlediget / v R. w. Deinde
42. urgens cauſa concedendi ſalvum conductum eſt, quando reus eſt infirmus, vel mulier incarcerata prægnans, vel partui proxima, nec enim æquitati convenire videtur, carceratos ob carcerum incommoda in carceribus detineri, ut inde mors inſequi poſſit, FARIN. *pract. crim. qu.* 33. *n.* 78. FÖLLER. *pract. crim. n.* 16. *fin*, ubi ita
43. tradit: Quod ſi quis eſt carceratus pro cauſa criminali, infirmitate ſuperveniente, ſi commode in carcere non poteſt curari, & infirmitas eſt gravis, habita dehoc fide medici, debet liberari ſub fidejuſſoribus de redeundo, recuperata ſanitate. Nam infirmitas, ſi eſt legitima cauſa diſpenſandi ſuper pœna delicti, multo magis ſuper carcere, FÖLLER. *d. loc. n.* 28.

Qui ſcienter & doloſe offendit 44.
habentem talem ſalvum conductum ſeu ſecuritatem etiam à Magiſtratu Municipali, graviter puniendus venit, MENOCH *arbitr. jud. caſ.* 337. *n.* 1. COSTA *in remed. ſubſid. n.* 4. & *ſeqq.* De pœ- 45.
na ejus, qui offendit habentem ſalvum conductum, varie ſentiunt DD. Quidam ſimpliciter exiſtimant, ejusmodi violantes incidere in crimen Majeſtatis, inter quos MATTH. de AFFL. *c. un.* §. *bona committentium* 58. *tit. quæ ſunt Regalia in uſib. feud.* GIGAS *de crim. læſ. Majeſt. lib. I. quæſt.* 18. *n.* 1 *ſeqq.* BOER. *deciſ.* 179. STEPH. *de jurisdict. lib. II. cap.* 1. *memb.* 2. *n.* 160. SCHÖNBORN. *lib V. Polit. c.* 25. MYNSING. *decad.* 5. *Reſp.* 44. *n.* 5. qui omnes fere nituntur textu *l.* 1. §. *ad L. J. Ma-*
jeſt. Alii diſtinguunt inter ſecuritatem datam ab ipſo Principe, & 46.
datam ab inferiore Megiſtratu; ibi

ibi committi crimen læsæ Majestatis hic arbitrariam pœnam obtinere volunt, Guid. Pap. *decis.* 418. *lit. a.* Petr. Greg. *Syntagm. lib. XXXV. cap. 9 n. 2.* Satius tamen est statuere, simpliciter hoc casu arbitrariam pœnam obtinere, donec de certa pœna legibus constituta aperte doceatur, Menoch. *de arbitr. jud. quæst. cas.* 336. *n.* 3. Guilh. de Cuneo *de securit. n.* 33. Carpz. *p.* 3. *q.* 112. *n.* 80. ergo si quis violando salvum conductum talem hominem occiderit, non teneretur ex L. Jul Majest. sed ex

48. L. Jul. de sicariis. Nisi tamen quis offenderit ejusmodi hominem tantum ex odio Principis, qui salvum conductum largitus est, ac in contemptum ipsius auctoritatis directo peccaverit, hoc casu ab offendente crimen læsæ Majestatis committi, nemo dubitaverit, *l.* 3. *§. & l. quisquis* 5. *in fin. princ. C. ad L. Majest.* Farin. *q.* 29. *n.* 18. 19. Fachin. *lib. IX. controv.* 60.

49. Sed quæritur: An salvus conductus datus semper & ubique sit servandus? Et distinguitur; Aut fuit securitas concessa **zu rechte und vor ohnrechte Gewalt.** Et nullum est dubium, quin reo convicto & confesso possit inferri, non obstante conductu, quod commeruit, cum reo convicto, nulla iniqua vis & injuria, sed quod juris est, fiat.

Vel fuit concessa simpliciter, sine ejusmodi limitatione, & sustinetur affirmativa, quod nimirum & reo nocenti convictoque, securitas simpliciter data, omnino servanda sit, ex eo (1.) Quod concessa securitas transeat in speciem contractus, ex quo judex vel Magistratus efficaciter obligatur, *arg. l.* 1. *ff. de pact. l.* 1. *ff. de constit. pec. l.* 3. *C. de LL. l.* 6. *ff. de just. & jur. l. fin C. de quadr. præscript. l.* 15. *de publican. l.* 1. *ff.* 1. *& l. seq. ff. de offic. Procons.* (2.) Quod reus se commiserit fidei Magistratus, sub qua nemo decipi debet, *arg. l.* 1. *C. de his qui ven. ætat. impet. l si ventre §. in bonis. ff. de bon. auth. jud. poss.* (3.) Quod alias nulla possit videri salvi conductus utilitas, cum jure etiam communi violentia & injuria omnis prohibita sit. Negativa autem probatur (1.) Quod ille, qui salvum conductum petit, non sceleri suo patrocinium, sed propter metum injuriæ, & contra hanc præsidium petere, atque ita nil nisi innocentiam prætendere videatur, Herculan. *tract. de non offend. c.* 37. Coler. *de process. execut. p.* 1. *C.* 4. *n.* 176. (2.) Quod ex altera parte Magistratus concedens ejusmodi petenti, contra præsumtam timiditatem & suspicionem, de loco vel judice, securitatem, præsi-

50. 51. 52. 53. 54. 55.

sidium & munimentum, nullo autem modo impunitatem delicti dare & promittere voluisse intelligendus sit. (3) Quod non possit
56. Magistratus crimen confessatum bona conscientia remittere; Quod Stoicorum opinione confirmatur, negantium, unquam delictis veniam dare licere, ex illo argumento, quod venia debitæ pœnæ remissio sit, sapiens autem quod facere debet, facit. Porro ex hisce
57. rationibus secundum mentem auctorum negativa quæstionis hujus obtinet, nam finis & intentio salvi conductus est, ut reus facultatem habeat, litis durantis tempore, in loco judicii, cum suis commorari, negotia tractare, & super defensione innocentiæ suæ deliberare. COLER. *de process. Execut. p.* 4. *c.* 1. *n.* 255. ZANGER. *de except. p. c.* 5. *n.* 19. quod & innuunt verba salvo conductui inseri solita, bis etwas peinliches wider
58. ihn erkannt werde. Ergo hac securitate pendente nihil innovare potest judex, MOD. PIST. *vol.* 2. *consil* 49. *n.* 29. ZANGER. *d. loc. n.* 20. Sicut enim appellatione interposita judicatum suspenditur, *l. accusatorum.* 1. §. 14. *ff. ad SCt. Turp. l. si causa* 32. *C. de transact.* & nihil innovandum. *tit. ff. nihil innov. appell. pend.* Ita nec securitate pendente pariter innovandum, sed semel concessa servanda. COLER. *d. loc. n.* 228. ZANG. *ibid. n.* 9.
Hæc tamen omnia cessant, quando vel pœna capitali vel corporis afflictiva reum afficiendum vel quæstioni subjiciendum esse, judex pronunciaverit, eaque sententia publicata sit, MÖLLER. *lib. II. semest. c.* I. *n.* I. Nam salvus conductus est instar privilegii, quod strictam patitur interpretationem, PANORMIT. *in t.* 2. *x. de treg. & pac.* ergo intentio concedentis per verba, bis etwas peinliches wider ihn erkannt, ulterius extendenda non venit, cum actus agentium non operentur ultra eorum intentionem, *l. non omnis* 19. *in princ. ff de reb. cred.* Et ex actibus nostris nunquam elicienda est præsumtio, ultra quam ipsi de necessitate inducant, ut ait JAS. *In l. qui Roma.* §. *duo fratres. n.* 30. *ff. de V. O.* quod maxime obtinet in casu tam arduo, in quo salus Reipublicæ versatur. Et refert BALD. *in l. generaliter. C. de non num. pec.* Cassiodorum dixisse, nullum esse majus mentis testimonium, quam qualitatem acquisitam verborum.

In tantum etiam crimen confessatum pœnæ exactionem requirit, ut non obstante securitate reus confessus statim in carcerem conjici & puniri possit, quia in confessum nullæ aliæ sunt partes ju-

59. 60. 61. 62.

judicis, quam condemnatio, *l. proinde si 25. §. notandum. ff. ad L. Aquil.* HYPPOL. de MARSIL. *pr. crim. §. quoniam n.* 18. Tum etiam
63. salvus conductus ei saltem conceditur, qui sub innocentiæ scuto securus esse sperat, ZANGER. & COLER, *aliquoties alleg.* hinc si reus crimen simpliciter confessus sit, securitas talis ipsum non reddet securum, eaque non obstante in carcerem conjiciendus & puniendus erit, atque sic rectissime affirmatum, ait CARPZOV. *p. 3. q.* 112. *n.* 84.

64. Et Reipublicæ interest, delicta puniri, nec gratior victima potest offerri Deo, quam homo iniquus; quæ opinio videtur verior. Li-
65. mitatur tamen, si fortasse judex seu Magistratus in promittenda securitate non tam pœnam rei, quam delicti probationem aut quid aliud spectarit, vel si reus quod sibi objicitur, crimen esse neget & se offerat ad purgationem, quod in crimine hæreseos usu venire possit, ut docet BACCHOVIUS.

Illo casu si maleficus supra causam concessi salvi conductus enor-
66. mius aliquod crimen committat nihil obstante securitate, etiamsi jurato data fuerit, poterit comprehendi & condemnari, quod factum dicitur, ex Baldo in civitate Padua, ubi cuidam Bannito concessus fuerat salvus conductus, tuto libereque adeundi civitatem, quam cum ingressus fuisset, denuo recens commisit flagitium, expendendo scilicet adulterinam falsamque monetam, ob quod nihil patrocinante salvo conductu, illico laqueo suspensus, DAMHOUD. *d. c. 26. n. 7.*

Sic salvus conductus prodesse 67.
non debet reo, si & concedentem offenderit, nam tribuit salvus conductus saltem securitatem à violentia facti illicita, non autem a licita violentia juris, & semper salvus conductus intelligendus de violentia, quæ de facto contra jus infertur, ut jam supra *n.* 14. dictnm, SCHÖRBORN. *lib. V. Polit. c. 28.* BACCHOV. *ad Treut. vol.* 1. *Disp. 5. th 6. verbo non concedendum.* Eo tendit formula *in princ. hic alleg. ex art.* 156. *Ord crimin.* **Wir geleiten dich zu Recht und vor unrechter Gewalt / und nicht weiter;** quæ enim vis de jure infertur adversus ipsam securitas concedi nequit, *art.* 76. ibid, Et fru- 68.
stra fidem servari sibi postulat, qui ipse fidem servare recusat, *c. frustra 75. d. R. J. in 6.* quia salvus conductus hanc tacitam habere censetur conditionem, nisi assecuratus concedentem postea offenderis, HART. HARTM. *lib. I. miscell. c. 1. obs. 12. n.* 14. Concedentem ve-

vero Principem vel Magistratum, per delicta offendi ambigendum non est, *ob. l. 15. ff. ad L. Aquil.*

69. Dico *postea* ergo, hoc saltem procedit in delictis futuris, non præteritis, ne reus sub data publica fide decipiatur, quod iniquissimum, MENOCH *de A J. Q 339. n. 7.*

70. Antequam materiam hanc dimittam, quæro adhuc, an salvus conductus accusato concessus ad locum judicii, etiam ad intermedia loca, per quæ ipsi eundum est, extendi debeat? Quod quidem ex dispensationum & privilegiorum stricta materia multi ne-

71. gant, Pro affirmativa tamen magis militat ratio, quia securitatis promissio est bonæ fidei, & salvi conductus verba sunt verba fidei datæ, sapiuntque naturam pacti, PETR. PREM. *de secur. prom. quæst. 6.* De natura autem bonæ fidei & pacti est, ut promissum servetur, *l. 1. ff. de pact.* Atqui securitas generaliter sine ullius loci expressione vel exemtione promissa est per dictam formulam: **Wir geben dir / zu Ausführung deiner Unschuld / ein Geleit zu Recht und vor unrechter Gewalt** / alleg. COLER. *de pr. ex c. 1. p. 2. 247.* ergo etiam generaliter exaudienda est. Deinde concessio petitioni

72. debet esse conformis, ut responsio interrogationi, *l. si sine 9. §. 5. ff. de interrog. in jur. fac.* Reus autem per omnia sine exceptione salvum conductum petiit. *Tertio* posito consequente, datum quoque censetur antecedens, ergo concessa 73. securitas ad locum judicii, etiam porrigenda ad loca intermedia, quæ illuc ducunt, MELAND. *ad process.* 74. NOÆ MEURERS *p. 1. n. 54.* BALD. *cons.* 414, Demum à viri boni officio alienum esse debet fide & auctoritate sua periculum alicui creare, potius sollicitus esse debet, ut reus ubivis à captura & injusta violentia sit securus, COLER. *all. loc. p. 4. n. 213.*

Porro adhuc notandum quod salvus conductus, non solum reis Principalibus, sed & iis concessus 75. intelligatur, qui ipsos in negotio contingunt, hinc merito extenditur (1.) Ad uxorem impetrantis, quia 76. mulier dependet à viro, ergo etiam ab ejus securitate, proinde sub illa tuta erit FARINAC. *pr. Cr. quæst. 20. n. 50.* SCHRAD. *de feud. p. 9. c. 3. n. 5.* PETR. PREM. *de secur. prom. quæst. 6.* Pari modo ut injuria illata uxori, etiam redundat in maritum. *l. injuria 1. §. fin. ff. de injur.* (2.) Patet etiam securitatis con- 77. cessio toti delinquentis familiæ, æque ac habitationis commoditas relicta alicui, etiam relicta censetur pro ejus familia, §. *item is qui ædium J. de us. & habit.* & privilegium da-

datum personæ, extenditur etiam ad ejus familiares, DECIUS *ad l. in omnibus 39. n. 8. ff. de R. J.* idem obtinet in privilegio fori,
78. CARPZ. *dec.* 12. (3.) Comprehenduntur etiam Advocati & Procuratores rei, aliæque personæ interesse habentes, item testes examinandi, nam judicii locus omnibus debet esse tutus, AYRER. *proc. p. 1. c. 2. obs. 5. n. 7.* SCACC *lib. I. de judic. c. 32. u. 33.* GAIL. *lib. I. obs. 52. n. 9.*

Caput XIV.

DE MUNICIPIORUM JURISDICTIONE SIMPLICI, TANQUAM ESSENTIALI EORUM REQUISITO.

SUMMARIA.

1. *Simplex jurisdictio competit Magistratui Municipali.*
2. *Hæc dicitur jurisdictio Municipalis.*
3. *Quæ referantur ad simplicem jurisdictionem.*
4. *Cognitio hæc olim erat restricta, hodie secus*
6. *Quid competat Magistratui jurisdictionem non habenti.*
7. *Jurisdictio quæ dicatur limitata?*
8. Rahts Gebot und Verbot.
9. *Vis mixti imperii quæ?*
10. *Præcepta Magistratus ne sint sine cautione.*
41. *Sine regimine Magistratico Magistratus est nullus.*
12. *Civium forma in regimine consistit.*
13. *Jurisdictio gubernativa est essentia Municipiorum.*
14. *Corpus monstrosum est, si omnia membra uno velint esse loco.*
15. *Humani generis est, imperare & imperari.*
16. *Respublica, ut corpus, consistit ex capite & membris.*
17. *Populus unum dicitur corpus.*
18. *Comparitio inter corpus mysticum Ecclesiæ & corpus Politicum.*
19. *Quotuplicia sint corpora?*
20. *Vulgus bestia indomita.*
21. *Sine jurisdictionis capistro quale monstrum vulgus?*

22.

22. *Quid populus ferociens sine rectore?*
23. *Quid civitas sine lege?*
24. *Cohibenda naturalis superbia hominis.*
25. *Vulgi mores.*
26. *In turba confusa nemo audit neminem.*
27. *Fundamina Reipublicæ sunt mores & leges.*
28. 29. *Reipublicæ spiritus vitalis quis?*
30. *Jurisdictio hæc concessa civitati etiam in continentibus concessa intelligitur.*
31. *Jurisdictio non est sine appendicibus.*
32. *Consules & Senatores Municipiorum adeundi sunt, ut ordinarii Magistratus.*
33. *Quatenus Consules & Senatores totam civitatem repræsentent?*
34. *Quomodo in nostris Municipiis Jurisdictio Magistratus, cum judicio loci concurrens sit.*
35. *Magistratus Municipalis in cognitione non impediendus.*
36. *Qualiter Municipia exerceant Jurisdictionem.*
37. *Magistratus Municipalis ratione Jurisdictionis concessæ est instar vasalli.*
38 *Ad superiorem regulariter non devolvuntur causæ, nisi per appellationem.*
39. *Cur avocatio causarum regulariter fiat.*
40. *Superiori præscripta non est lex.*
41. *Statutum civitatis Luneburgensis.*
42. 43. 44. 45. 46. 47. *Justæ causæ pro avocatione causarum.*
48. *Causæ pecuniosæ plerumque ab aulicis avocari solent.*
49. *Sine edictis & interdictis urbs non potest defendi.*
50. *Subditi sunt sphæra jurisdictionis.*
51. *Quatenus comparatio inter defensores civitatis jure veteri, cum hodiernis Magistratibus Municip. conveniat?*
52. Rahts Gebott und Verbott / *ultra jurisdictionem non extendendum.*
53. *Cur ad merum Imperium non referatur?*
54. *Jurisdictio vulgaris quæ?*
55. *Vigore Jurisdictionis ordinariæ, Senatus Principis personam sustinet.*
56. *Quatenus Senatus personam Principis represente?*

57. *Uti Princeps secundum religionem.*
58. *Ita Senatus secundum conscientiam, rejecta subtilitate judicare debet.*
59. *Desuper Constitutio Senatus Spirensis.*
60. *Magistratus sibi competentia, per actus Jurisdictionales firmet stabiliatque.*
61. *Per unum actum jurisdictionalem tota acquiritur Jurisdictio.*
62. *Hujus ratio.*
63. *Licet in una specie saltem sit exercita, ratio.*
64. *Exemplum hujus in servitute hauriendæ aquæ, & equo cum ornamentis instructo vendito.*
65. *An in prædiis à Municipio ex confini territorio Principis comparatis etiam Municipium acquirat jurisdictionem?*
66. *Magistratus Municipalis, cives suos ad aliud judicium indebite vocatos, jure revocat.*
67. *An in statu innocentiæ, Magistratus, vel regimen politicum expectari potuerit?*
68. *Subjectio servile quid, Dominium vero imaginis Divinæ pars.*
69. *Lites sunt objecta jurisdictionum.*
70. *Magistratus officium subditis grave ac onerosum.*
71. *Deus noluit hominem homini dominari.*
72. *Ordo entium magister, ubi non est, ibi omnium rerum confusio, sine ordine natura constare non potest.*
73. *Inter Angelos sunt ordines.*
74. *Homines natura sociabiles; Sine ordine nulla Societas.*
75. *Distinctio inter subjectionem servilem & filialem, inter regimen despoticum & patrium &c.*
76. *Cum peccato omnes artes sumsere principium practicum.*
77. *In Paradiso cum Adamo servatus fuit ordo judiciarius.*

I. Magistratum Municipalem habere simplicem, sive ut vulgo dicitur bassam, inferiorem, & limitatam, jurisdictionem, textus sunt, *in l. 29. ff. ad L. Aquil. l. 4. §. duas ff. de damn. infect. l. incola. l. ea quæ ff. ad Municip. Novell. 15. c. 3.* OBRECHT. *de Jurisd. 299. num.* 304. SCIP. GENTIL. *de Jurisdict. lib. II. cap. 5. & 6.*

In all. l. incola 29. ad Municip. hæc jurisdictio in specie vocatur Municipalis, atque illa est, quæ competit Magistratui jure Magistratus, quo & spectat simplex co-

cognitio in criminalibus, incarceratio custodiæ causa, & ad hunc effectum, ut rei ad majores suos judices remittantur & quæ plura tradit THOLOS. *Syntag. lib. XVII. cap.* 21. *n.* 16.

3. Hæc causarum civilium cognitio die Nieder-Gerechtigkeit vocatur, quo referuntur die Ordinar-Steuren / gewöhnliche gemeine Pflichte / Gebott und Verbott / Dienst-Frohn / Item Güld / Schuld / liegende und fahrende bewegliche

4. und unbewegliche Gütere / Jure civili erat restricta ad trecentos aureos *Nov.* 15. *cap.* 13. §. *fin.* Quæ tamen restrictio hodie non obtinet. BESOLD. *Thes. pr. verb.* Unter- und Erb-Gericht REINCK. *de reg. sec. l.* 2. *class.* 2. *cap.* 17. *n.*

5. 13. In genere ad hanc Jurisdictionem spectant omnes causæ civiles, quæ non inveniuntur esse commissæ, majoribus, ut majoribus, nec interdictæ Magistratibus Municipalibus, item quæ non sunt de mero Imperio, dicuntur bassæ vel simplicis Jurisdictionis MYNSING. *dec.* 3. *Resp.* 25. *n.* 16.

Imo licet Magistratus Jurisdi-

6. ctionem plane non habeat, tamen facultas ipsi concessa videtur circa administrationem bonorum suorum BART. *ad l. ult. C. de colleg. illic.* quo refertur id quod *in tit. ff. de administr. rer. ad civitat. pertin.* traditum est. Tunc Jurisdictio 7.

dicitur limitata, quando Princeps partem Jurisdictionis sibi solet reservare, ut quando Impp. Otto & Henricus devictis Vandalis, in superiori Germania, concesserunt Jurisdictionem pro media parte, altera sibi reservata; Idem fecere Duces Pomeraniæ. STEPHAN. *de jurisdict. lib. II. p.* 2. *cap.* 2. *n.* 13. 14.

Et hæc Jurisdictio simplex con- 8.

sistit in potestate præcipiendi & vetandi in des Rahts-Gebott und Verbott MEICHSN. *tom.* 3. *decis.* 13. *num.* 135. HIERON. *de* MONT. *tract. de fimb. c.* 5. *n* 8. Nam mixti Im- 9.

perii vis potissima in jubendo, decernendo & persequendo consistit *l. jubere* 4. *ff. de Jurisdict. l.* 4. §. *fin. ff. de off. ej. cui mand.* BOCER. *de Jurisdict. c.* 4. *n.* 15. *seq.* & ad jurisdict. pertin. & MYNSING *d. Resp.* 25. *n.* 22. *dec.* 3. Itaque pessime 10.

consulitur & Magistratui & civibus si revera evenit quod per jocum refert COTHM. *vol.* 3. *Cons.* 47. *n.* 275. Wann die Obrigkeit hat das Heissen und Verbieten / aber die Bürger das Thun und Lassen / & quo vulgo dici solet, wann die Burgermeistere befehlen wie Männer / aber exequiren wie Kinder.

Dixi in *lib.* 1 *cap.* 5. Munici- 11.

pia a Principe jus civitatis accipere, consequens igitur est, ut &

jurisdictionem sive regimen aliquod civitaticum, sine quo urbs aut Magistratus nunquam consistet, habeant, *arg. l. 2. ff. de jurisdict. & l. 4. in fin. pr. de offic.*
12. *ejus cui mand. est jurisdict.* Consociatio enim civica requirit ipsam rectam civium ac rerum communium administrationem, bonis legibus temperatam, in quibus imperantium & parentium ordo consistit VERNULÆ *Instit. polit. lib. I. tit. 1. quæst. 1.* adeoque ipsa civium forma in ipsa vi Imperii, vel regiminis consistit. BESOLD. *de Monarch. cap. 2. n. 3.*

13. Sine Jurisdictione, gubernationem nullam esse *testatur* WESEMB. *consil.* 181. *num.* 45. Et hæc jurisdictio gubernativa est essentiale & necessarium requisitum omnium
14. Municipiorum. Civitas enim seu Municipium est corpus compositum ex pluribus membris, quod sane monstrosum esset, si omnia eodem membra velint esse loco; Ex lapidibus coacervatis non fit ædificium, nisi recte & ordinatim singuli fuerint dispositi: Sic deforme & confusum diceremus Municipium, si nihil jurisdictionis penes Magistratum in reliqua inferiora membra esset.

15. Natura duas res necessarias, easque salutares humano generi comparavit, ut alii cum Imperio essent, alii ei subjicerentur, nihilque citra hæc, ne minimo quidem spacio potest perdurare DION. *lib. XLI.* Idem porro ait: Spes non est ad salutem, si qui parere debeat, velit imperare; Cogitate quis futurus sit ordo in familia, si à juvenibus senes spernantur, unde sanitas ægrotantium si non per omnia medicis pareant, quid tuti navigantibus, si plebs nautica, gubernantium jussa contemnat? natura quippe id necessarium & hominibus salutare ducit ut alii quidem imperent, alii vero pareant.

Itaque quævis respublica habetur, ut corpus, cujus caput est 16.
Princeps, Magistratus membra nobilora, cæteri omnes subditi membra crassiora, TURAN. *de LL. cap. 3. p. 2.* RUMIREZ. *L. Regia* §. 6. GIURB. *obs.* 91. *n. 2.* Imo societas humana speciem habet fraternitatis ULPIAN. *in l. verum 63. ff. pro soc. &* CIC. *pro Roscio Amer.* Facit Respublica unum corpus 17
collectum ex pluribus hominibus, tanquam ex membris se mutuo juvantibus, ita populus unum corpus & legio & grex dicitur, apud POMPON. JCtum *l. rerum 30. ff. de usucap.* pro monstro autem habetur, videre fratres sine patre, corpus sine capite; Qua etiam ratione Persarum Magi eo tempore, quo Roxanes, puerum capite caren-

carentem peperit, Cambysi dixerunt, ejus prodigii significationem esse, nullum regni successorem ab eo relictum iri, PETR. GREGOR. *de Repul. lib. VI. c.* 1. *n.* 15. Quod PAULUS *Apost.* docet de
18. corpore mystico Ecclesiæ, idem potest dici de corpore politico, quod corpus non est unum membrum sed multa, ubi & posuit Deus membra, unumquodque eorum, sicut voluit. 1. *Corinth.* 12.
19. Quædam autem corpora sunt continua ut homo, quædam composita, ut navis, domus, omnia denique, quorum partes diversæ juncturæ in unum sunt coactæ, quædam ex distantibus, quorum adhuc membra separata sunt, tanquam exercitus, populus, senatus. SENEC. *Epist.* 102.

20. Quis oppidanum vulgus, bestiam, juxta Domosthenem & Platonem tam indomitam, tam ferocem & intractabilem belluam chimæram tot capitum, sine jurisdictione regeret?

Sine legitime jurisdictionis ca-
21. pistro vulgus monstrum tale foret, cujus omnia membra nervos ac vires in perniciem salutis humanæ Diabolus exitaret & armaret, ut ejus auxilio convelleret religionis, concordiæ tranquillitatisque publicæ fundamenta ex PIPHIO *in Herc. prod.* ZEIL. *Epist. German.* 80. *cent.* 1. Demosthenes inter fugiendum ab urbe, deinde respi- 22.
ciens ad arcem Palladis, sublatis manibus, dixit: O Pallas, urbium Domina, cur tribus infaustissimis bestiis delectaris, noctua, dracone, & populo. PLUTARCH. Quod est ruptis nubibus, cœlique cataractis ex improviso solutis aquarum vis, irresistibili stagnatione, obvia quæque abripiens, hoc populus sine rectore & domitore ferociens.

Quod enim est mens in corpo- 23.
re humano, id est lex in civitate, qua sublata, civitas non est amplius, DION. Nec leges sunt, nec judicia, nec simulacrum aliquod ad vestigium civitatis, CICER. *lib. X. Epist.* 1.

Cui accedit naturalis superbia
hominis, quæ nisi fræno quodam 24.
rationis & legis ab aliquo, qui eam facultatem præscribendi habet, cohibeatur, & se ipsum in barathrum corporis & animæ præcipitem dat & rebus omnibus dum putat, omnia sibi licere, abutitur, THOLOS. *de Republ. lib. VI. c.* 1. *n.* 10.

Mobile vulgus & invidum est,
si frena laxentur, fastidit statum 25.
bonum præsentem, simul & suspiciosum est, se lacessitum bona administratione existimans, jugum excutere nititur, libertatis, seu potius

tius agendi quod velit, studiosus, ideo innovationi vacat, & rejectis bonis & ingenuis rectoribus, meliores adhiberi postulat, vocat autem meliores, qui magis ei indulgeant. His vivis coloribus vulgi effrenatam depingit licentiam, PLATO *de Republ. lib. VIII.*

26. Quid esset civitas sine jurisdictione aliud quam confusa turba, nemo ubi audit neminem, EURIP.
27. *in Cyclop.* Nam cujusvis Reipublicæ fundamina sunt mores & leges, POLYB. *lib. VI.* Optimum quoque est, si quis in moribus labatur, non deesse corrigendi auctoritatem, TACIT. *2 Annal.*

28. Magistratus est vinculum illud, per quod Respublica cohæret, est spiritus ille vitalis, quem hæc tot millia trahunt, nihil ipsa per se futura, nisi onus & præda, si mens illa imperii subtrahatur, SENEC. *de clem. cap. 4.*

29. Wie den Menschen die Vernunfft regieret/den Leib die lebendige Seele/die Sonne den Himmel/ ein Schiff der Steurmann/also ist ein Raht der Stadt Verstand/ Leben/ Licht und Ancker des Friedens. Und wie der Leib ohne einer lebendigen Seele todt und erstorben/also kan ohne einem Raht die Stadt auch nicht bestehen. LEHMANN. *Chron. Spir. lib. IV. cap.* 13. *pag. m.* 316.

Jurisdictio hæc si concedatur civitati, ea etiam in continentibus concessa censetur, *l. 1. §. cum urbem ff. de offic. præf. urb.* BART. *in l. 2. in pr. in* 1. *oppos. & ibid.* ALCIAT. *n.* 1. *ff. de verb. signif.* BESOLD. *consil. 70. n. 29. p. 2.* 30.

Jurisdictionem habere nemo dici potest, qui necessariis appendicibus destituatur & illis ipsis rebus careat, ex quibus omnibus jurisdictio principaliter consistit, & vim suam exserit, *l. fin. ff. de off. ejus cui demand. l. 3. C. de sport. & sumt.* COTHM. *vol.* 3. *Consil.* 47. *n.* 103. In Civitatibus Provincialibus, quæ quæsitam sibi habet jurisdictionem, Consules & Senatores, tanquam ordinarii Magistratus, respectu civium sunt adeundi in prima instantia, THOMING. *cons.* 24. *n.* 10. *& seqq.* COLER. *de process. execut. p.* 2. *c.* 1. *n.* 159. 31. 32.

Potestas autem eorum pro varia Reipublicæ forma in nonnullis civitatibus major in aliis minor & restrictior est. Nam in aliquibus civitatibus id quod per Consules & Senatores agitur, perinde habetur, ac si à tota civitate, vel ab omnibus civibus peractum sit, ubi vero tribuum consensus requiritur, quæ regiminis forma Democratiæ magis accedit, soli Consules & Senatores civitatem non repræsentant, KNIPSCH. *de Civit. Imp. lib. II.* 33.

34. *II. c. 1. n. 82.* Quædam autem Municipia cum judice loci concurrentem habent jurisdictionem, quædam saltem quidquid de plano, sine strepitu decidi potest, quædam autem, quæ præ reliquis magis sunt privilegiatæ, secundam habent sive appellationis instantiam. Alia aliis conditionibus ratione jurisdictionis sunt limitata & restricta. Unde plerumque videmus, ratione exercendæ jurisdictionis judices & Magistratus Municipales perpetuis dissidiis & litibus implicari, cum quilibet studere soleat, ut quodvis ad suum modulum trahat.

35. In cognitione itaque causarum & excercitio Magistratus Munic. per Superiorem impediri non debet, *c. Metropolitarum, ubi gloss. 2. qu. 7. l. solemus 61. §. latrunculator. ff. de judiciis.* MÖLLER. *lib. IV. semestr. cap. 49. n. 9.* MATTH. STEPH. *di-*
36. *scurs. Academ. 9. n. 8.* Nam Municipia non exercent ordinariam jurisdictionem, sed mediatam, à Principe obtentam, jure proprio autem eam exercent ipsi Status Imperii, quibus commodum visum fuit, eam ad justitiam administrandam Municipibus suis concedere, CARPZ. *Process. tit. 2. art. 2. §. 9. n. 179. & seqq.* Et licet Municipia diversis gaudeant privilegiis, quoad exercitium jurisdictionis, tamen in hoc omnes conveniunt, quod in eo non debeant impediri nec turbari, KNICHEN *de jure Saxon. non provocand. verb. Ducum. cap. 7. n.* 13. 14. ubi Magistratus idem jus habet respectu 37.
jurisdictionis concessæ, quam quod vasallus à Domino feudi obtinuit, BERLICH. *p.* I. *concl. 2. n. 4.* Cum & Dominus immediatus tantam in vasallos sibi subjectos censetur habere potestatem, ut eo invito in negotiis ad vasallos ejus pertinentibus Superior immiscere se non valeat, HARTM. PIST. *2 quæst. 45. n.* 13. Et hic est effectus jurisdictionis privativè concessæ, ubi ma- 38.
jor Magistratus impedire nec vult, nec solet, nisi per appellationem vel denegationem justitiæ ad eum devolvatur causa, PANORMIT. *in n.* 15. *&* 17. *x. de jud.* Hinc consequens est, quod causæ coram Magistratu Municipali pendentes, à Superiore regulariter non avocentur, COVARRUV. *pract. quæst. lib. I. quæst. 9. n. 1.* SCHRADER. *de feud. p.* 10. *sect.* I. *n.* 180. quia tendit ad turbationem justi 39.
ordinis, ad litigantium captionem, & denique ad quandam contumeliam judicum, MEV. *p. 2. decis.* 134. *n.* 12. quæ ideo, ut res odiosa, restringenda est. *c.* 15. *de reg. J. in 6.* Et licet Superiori non sit 40.
præscripta regula, nec imposita lex, quæ ipsum pro non facienda avo-

avocatione obstringat. Attamen de honestate id sine justa causa non facere solet, ne, quod jam dedit, mox iterum aufferat, REBUFF. *de*
41. *evocat. quæst. 6. n. 59.* Hinc Magistratus Civitatis Lüneburgensis per expressum statutum sibi reservavit jus avocandi causas ab inferiori judicio, *part.* 1. *tit.* Was vor Sachen an das Unter-Gericht gehören / *in verb.* Jedoch sol uns jederzeit frey stehen / dieselbe vom Unter-Gericht an das Ober-Gericht zu avociren.

Rationes itaque, quæ Superiorem ad avocationem causarum coram Magistratu Municipali & quocunque inferiori judicio pendentium movere possunt; Hæ sunt
42. (1.) publica utilitas, MYNSING. *dec. 3. Reip. 21. n. 72.* quæ cuivis privati privilegio præferenda, *l.* 10.
43. *C. de SS. Eccles.* (2) Si causa est ardua & maximi momenti, *l 32. §. 7. ff. de recept. arbit.* quo & facit *Ordin. Cam. part. 2. tit. 7.* (3) Si
44. Municipium recusatur, ut suspectum, FABER. C. *lib. III def.* 1 *& def. 9. pr.* CARPZ. *Processʃ. tit. 3. art. 4. n. 99.* Deficiens quippe jurisdictio inferioris locum facit Superiori, cujus est defectus inferioris supplere, MEV. *p. 2. dec.* 215.
46. *n. 3.* (4.) Si Municipium denegat justitiam, ex eo iterum quoad illam causam jurisdictionem amittit, CARPZ. *d. loc. n. 48.* MEV. *ad jus Lub. lib. V. tit. 3. art. 4. n. 25.* Nec interest, an justitia denegetur simpliciter vel per protractionem, secundum distinctionem *Ordin. Cam. p. 2. tit. 1. §. 1.* Daß einem zu Recht nicht verholffen / oder mit Gefehrde verzogen werde. (5.) Si cives à Magistratu Municipali nimia crudelitate graventur, BORELL. *in summ. decis. tom. 2. tit. 27. n. 6.* cum & ob eam rationem inferioribus in totum aufferri jurisdictio possit, MYNSING. *Cent.* 46.
5. obs. 8. n. 5. GAIL. *lib. I. obs. 17. n. 2. & 4.* (6.) Justam à Municipio avocandi causam præbet causæ continentia, quarum 47.
una absque altera recte tractari non potest, SICHARD. *in l. 1. C. de transact. n. 3. C. 43. x. de rescript.* In qua tamen materia notabile quoddam adjicit COLERUS puta non raro fieri, quod Aulici 48.
suis rationibus forsan innixi, causas arduas & pecuniosas, earumque cognitionem quæ alias ad inferiorem Magistratum spectabant, ad se revocent, secuti Canonistas, qui omnia quæstuosa ad suum molendinum trahunt & suæ discretioni reservant, juxta ZASIUM *in l. hoc modo 61. n. 28. ff. de verb. obl.* minoris interim quæstus & præjudicii causis ad civiles Magistratus remissis, *de processʃ. execut. p. 2. Cap. 2. n. 165. & seqq.*

Di-

Dixi in præmissis *n.* 8. jurisdictionem simplicem consistere in potestate præcipiendi & vetandi, in Gebot und Verbot/ qui hoc non habet, Magistratus non est dicendus. Sine edictis enim & interdictis urbs non potest defendi, & disciplina custodiri, quod Magistratui Municipali incumbit, *per text. l. non tantum. ff. ad Municip. l. ad Remp. ff. de munerib. l. per omnes. l. defensores. C. defens. civit.*

50. Quod jus saltem est in subditos, non alios, sicut enim agentia naturalia, ut loquuntur Philosophi, non agunt ultra sphæram activitatis; Ita Magistratus, qui sunt quasi agentia naturalia, non nisi in suos tantum sibi subditos, qui sunt quasi sphæra suæ jurisdictionis, potestatem exercere poterunt, BERNHARD BARILIS *de potest. legis Municipal. disquisit. l. §. 3. n. 4.*
51. Inde est, quod plerumque argumentum desumatur *ex tit. C. de defensor. civitat. ad Magistrat. Municip.* cum tamen magna inter hos sit differentia, ut patet ex *l. fin. C. de Judic.* & licet olim defensores civitatis speciem quandam jurisdictionis habuerint, si tamen hodie de Magistratuum Municipalium jurisdictione est controversia, ad vulgatam juris regulam confugiendum est, quæ habet quod tantum sit adquisitum & habitum, quantum possessum COTHMAN *vol. Cons. 47. n. 188. & seq.* THOLOS. *Syntag. lib. XXXII. cap. 10. in fin.*

Non tamen illud Rahts Gebot und Verbott / licet generaliter acceptum, tam merum & mixtum Imperium, quam simplicem jurisdictionem referatur *l. 1. l. 2. & 4. ff. de Jurisdict. l. ait prætor. ff. de re judic. l. ex omnibus in fin. ff. de offic. præsid.* ultra jurisdictionem Municipiis datam extendi potest BESOLD. *in Thes. pract. lit. G. num.* 11. Nam merum Imperium, prout supra vidimus, denotat potestatem cum augustiori & exellentiori auctoritate junctam, quæ Magistratibus Municipalibus denegatur CAROL. SIGON. *l. 3. de antiquit. Jur. prov. c. 5.* Et jurisdictio suos habet gradus ac in majori Magistratu est excellentior, in minori humilior; Ergo quæ non sunt cujuslibet Magistratus, dicuntur magis esse Imperii, quam jurisdictionis vulgaris, id est quæ quibuslibet Magistratibus etiam minoribus inest *l. cum prætor. 12. §. 1. ff. de Jud.* STRUV. *Syntag. ad tit. de jurisd. Thes. 57.*

Vigore hujus jurisdictionis ordinariæ senatus Principis personam sustinet *l. quod Princeps in pr. ff. de aq. pluv. arc. ibique Jas. in 2. notabili.* Non quod loco Principis sit, sed

52. 53. 54. 55. 56.

ſed quia à Principe conſtitutus, at-
que confirmatus eſt, ad hunc fi-
nem ut civitati præſit, & jus quo-
ad formam & limites jurisdictio
nis, adminiſtret, huc quadrant quæ
habent MINDAN. *de Proceſs. lib. I.*
57. *c.* 13. *n.* 3. 4. Ideo ſicut Princeps
veritate inſpecta & ſecundum reli-
gionem judicare debet, BART. *in
l. Æmilius circ. fin. ff. de minor.
& l. unica in fin. C. ut quæ deſunt
advoc. Felin. in c. paſtoralis § quia
vero num. 23. in 2. limit. de offic.
delegat.* JAS *in § ſi minus num. 15.
in fin. inſt. de act.* Ita & Senatus
58. Municipalis intuitu ipſius juſtitiæ
veritate inſpea & ſecundum con-
ſcientiam, ſubtilitate rejecta, judi-
care debet. *poſt* GUID. PAP. RE-
BUFF. *&* DEC. CRAVET. *Conſ.* 680.
n. 12. *in fin.*

59. In Conſtitutione ſenatus Spiren-
ſis ab Henrico V. Imp. facta pa-
riter cautum eſt: **Daß ein Raht
das Justiz-Wesen verwalte / des-
sen man in diesem Leben so we-
nig als der Sonnen Licht am
Himmel entrahten kan / und
wann man daran solte Mangel
haben / würde weder Gottes /
noch der Obrigkeit Gebott / ge-
halten werden** &c.

60. Et ſit cautus atque curioſus Ma-
giſtratus Municipalis, ut illa, quæ
ſibi competere putat, per actus ju-
risdictionales bene firmet ſtabiliat-
que; Quorum actuum notabiles
hi ſunt effectus.

(1.) Quod exercens unum 6
actum jurisdictionalem in loco,
videatur in totum Jurisdictionem
acquirere, dummodo alius non ſit
in poſſeſſione ABB. *Conſil.* 71. *col.
peu. vol.* 3. ALEX. *conſil.* 48. *vol.* 2.
DEC. *conſil.* 261. *col.* 2. *vol.* 2. Nam
ſi unicus actus exercitæ jurisdictio- 6
nis appareat, defendendus erit ta-
lis in quaſi poſſeſſione jurisdictio-
nis; Cum exercita ſemel jurisdi-
ctio faciat præſumtionem ſemper
competentis. MASCARD. *concl.* 946.
n. 6. MYNSING *Cent.* 1. *Obſ.* 39.
Ratio, quia jurisdictio eſt quid
univerſale, quod unum eſt, licet
multis modis exerceatur TIRA-
QUEL. *de jur. primogen. quæſt.* 39.
n. 2. ideo per actum aliquem ſin-
gularem obtinetur & retinetur
poſſeſſio totius jurisdictionis in uni-
verſo. MEV. *p.* 7. *dec.* 34. *n.* 2.
Quod data jurisdictione per iſtius- 6
modi actus principaliori, illa con-
ceſſa quoque videatur, quoad co-
nexa & inſeparabilia BALD. *in l.
eos C. de uſurp. & text. in l. ſi in
aliena.* §. 7. *ff. de uſur. Roman.
conſil.* 182. HYPOPL. *conſ.* 84. *n.*
18. SCHUREE. *conſil.* 86. *cent.* 2.
Unde licet quis jurisdictionem
nunquam niſi in una aliqua ſpe-
cie exercuit, tamen in omni ejus-
dem genere eandem habet & re-
ti-

tinet, SURD. *Conf.* 390. *n.* 3. *seqq.* Ratio, quia qui habet jurisdictionem quoad omnes personas vel causas, constituitur in possessione quoad omnia connexa. Quod ex-
64. emplis declarat ZASIUS, ut cui aquæ hauriendæ servitus conceditur, ei etiam facultas ad fontem per alienum fundum eundi concessa censetur, *l.* 4. *ff. de servit. rustic præd.* Item si equus ornamentis instructus venditur, licet solus equus vendatur, ornamenta tamen comprehenduntur, *in l. cui jurisdictio* 2. *ff. de jurisdict. n.* 2. 3.

65. Non inconcinne ad hanc materiam quæritur. Quod si Princeps Municipio privilegium concesserit, prædia ex confini ejus territorio comparandi, an in illis & jurisdictonem sibi asserere Municipium possit? Et sic dicendum videtur, quia bona comparata, civitati acquiruntur eique adjiciuntur, & tanquam accessio ipsius conditionem sequuntur, *per l.* 2. *C. de alluo.* tum etiam ex natura privilegii, quod est jus singulare tribuens aliquid, à jure alienum, cum privilegium ita accipiendum, ne parum proficiat, sed insigne aliquid operetur FELIN. *in cap.* 1. *n.* 4. *de rescript.* tum etiam modicum hic versatur Principis præjudicium, utpote cujus nihil ex territorio decedit, sed prima saltem instantia mutatur; nam superior illa, jure territoriali manet, privilegia autem, quæ non lædunt jura superioritatis Principum, latam capiunt interpretationem, ROGER. *de interpretatione jur. part.* 6. *n.* 12. *seqq.* tradente MEVIO, *p.* 5. *decis.* 182. Quo referendum & illud, ut Magistratus Municipalis suos, 66.
alienam curiam aliudve judicium indebite adeuntes, pænalibus revocet mandatis, quod juste fieri posse docent CHOPPIN. *de leg. Andeg. lib.* I. *cap.* 65. *n.* 7. MANDOS. *tract. de inhib. cap.* 123. *n.* 5. pari modo, ut lege Imperii cautum, quod extra Germaniam ad extera judicia evocari cives non debeant, AUR. BULL. *cap.* 11. *pr. Et Ordin. Cam. part.* 2. *tit.* 1. *verb.* Daß alle des H. Reichs Verwandten und Unterthanen bey ihren ordentlichen Gerichten gelassen werden. Idem cautum *Capit.* CAROL. V. *art.* 15.

Pro additamento ad hoc caput obiter notanda illa quæstio, quæ 67.
inter Theologos ac Politicos movetur: An etiam in Statu innocentiæ Magistratus, sive regimen Politicum aliquod exspectandum fuisset?

Sunt, qui negant (1.) ex creationis conditionisve integritatis 68.
modo ac nobilitate, quæ fuit imago Dei, quæ præsupponit, non

subjectionem, utpote servile quid; sed dominium, tanquam imaginis Divinæ partem.

69. (2.) Ex deficientia objectorum quæ sunt lites & ex illis judicia; quæ sine dubio in statu innocentiæ cessare debuissent.

70. (3.) Ex incommodis & oneribus subditorum, quæ Magistratus officium concomitantur, adeoque tanquam gravia ac acerba status illius beati conditionem mutassent.

71. (4.) Authoritate AUGUSTINI dicentis: Deus rationalem factum ad imaginem sui noluit, nisi irrationalibus dominari, non hominem homini, sed hominem pecori, *de civit. Dei lib. XIX. cap.* 15.

72. Affirmant cæteri (1.) Ex ipsa necessitate, cum enim juxta Philosophos, ubi non est ordo, qui dicitur entium Magister, ibi omnium rerum confusio. Et ut ait SCALIGER *de subtilit. exercit.* 2. Sine ordine natura consistere non potest; Non credendum est, Deum, qui non est Deus confusionis, sed ordinis, sine certis capitibus ordinumque Magistris multiplicatum toties genus humanum constare voluisse.

73. (2,) Argumento ducto à majori & perfectiori, quod nimirum inter ipsos Angelos, ordines, Divina instituit providentia.

(3.) Ex ipsa natura hominis, 74.
quæ & ab initio fuit sociabilis, sine ordine autem nulla unquam consistere potuit societas.

Quæ posterior tam valida vide- 75.
tur opinio, ut distinctioni D. GERHARDI *de Magistr. Pol. c.* 2. *n.* 23. *&* 26. haud ægre subscribendum rear, ubi distinguendum docet, inter subjectionem servilem, inter regimen despoticum & patrium, inter imperium coactum & spontaneam submissionem, inter dominium servituti oppositum & prælationem quandam in officio consulendi & dirigendi, ex BIELL. *sent.* 4. *dist.* 15. *quæst.* 15.

Ad jurisdictionis materiam fa- 76.
cit & illud, quod statim atque Adam peccaverat, principium practicum sumserint omnes artes atque scientiæ, quippe singulis illis homo indigebat, quibus miserias & necessitates suas sublevaret. Omnium prima, quæ in Paradiso initium habuit, fuit jurispru-
dentia, in qua fundatus fuit pro- 77.
cessus, eodem illo ordine judiciali, qui etiam nunc in viridi est observantia, ita, ut pars citaretur & proponeretur actio, quam sequebatur responsio rei, ac demum sententia judicis ac condemnatio, JAN. HUARTUS *de scrutinio ingen. pag.* 33.

Ca-

Caput XV.

DE MUNICIPIORUM JURE COGNOSCENDI IN CRIMINALIBUS NON CAPITALIBUS, EORUMQUE JURE CARCERIS.

SUMMARIA.

1. *Olim etiam Magistratus Municipalis in criminalibus habuit coercitionem.*
2. *Respublica consistit in quatuor elementis.*
3. 4. *Non subsistit Respublica sine coercitione criminum.*
5. *De quibus causis Defensores civitatum cognoscere potuerint,*
6. *Cognitio Defensorum civitatis super modica summa postea fuit extensa & quare?*
7. *Jure incarcerandi olim destituti erant Defensores civitatum.*
8. *Carcer unde dictus?*
9. *Municipia jus apprehensionis vel absolute vel concurrenter habent.*
10. *Alicubi prævia requisitione Magistratus extradunt lictores.*
11. *Captura caute decernenda.*
12. *Jure Susat. in carcerem projiciuntur saltem facinorosi in flagranti deprehensi.*
13. *Officiales. qui extra mœnia criminosos captant, non nisi cum consensu Magistratus carceribus urbis utuntur.*
14. *Quidam criminosi facile crceri mancipantur.*
15. *Ad incarcerationem adesse debent prægnantia indicia.*
16. *Inspiciendi sunt carceres, ne nimis sint squalidi.*
17. *Personæ honestiores squalido carceri non includendæ.*
18. *Nondum convictus, mitiori custodia detinendus est.*
19. *Quid si quis captivum è manibus apparitorum eximat.*
20. *Quid si captivus incuria apparitorum elabatur?*
21. *Dispositio juris Divini desuper.*
22. *An Magistratui hoc casu quippiam imputandum?*
23. *Quis alimenta carcerato præstare debeat?*
24. *Quid de pecunia custodiæ,* Schließ-Geld / *statuendum?*

25. *Carceres obedientiarum.*
26. Die Bürger-Leistung / *arrestum civium.*
27. *Quam custodiam carcer talis designet?*
28. *Quid si civis arrestum tale violet & refractarius sit?*
29. *Mores hodierni desuper.*
30. *Ad obedientiam subditi Magistratui suo jure naturali tenentur.*
31. *Licet Magistratus iniqua præcipiat.*
32. *Magistratus, licet inferior, tamen est publica persona.*
33. *Carceres debitorum,* Schuld-Thurn / *horum usus merito in Municipiis introducendus.*
34. 37. *Quando carceri huic sit locus?*
35. *Quinam debitores à carcere sint immunes?*
36. *Quis debitor jure Saxonico incarcerandus?*
38. *Expositio publici ludibrii causa,* Narren-Häuslein / Thoren-Kasten / Rollhäuslein.
39. *Pœna hujus sat quandoque est rudis.*
40. *Quo casu?*
41. *Cautela pro Magistratu, ne ratione talium delinquentium pœna excedat delictum.*
42. *Exemplum cujusdam, qui numellis hisce impositus, mortem inde conciliavit.*
43. *Ratio medica horum symptomatum.*
44. *Evomitiones horum unde oriantur?*
45. *Unde eorum vertigo procedat?*
46, *Ex quibus causis mors insecuta sit?*
47. *Per concitatum numellarum gyrum, ruptis cerebri fibris, pori invertuntur?*
48. *An pœna hæc,* des Rollhauses / *infamet?*
49. *Ob eam nemo excludendus è collegio opificum.*
50. *Infamiam inferunt non nisi causæ famosæ.*
51. *Pœna impositi lapidis,* Straffe des Laster-Steins / des Schand-Steins.
52. Das Flaschentragen / *quibus pœna hæc dictanda?*
53. *Impositio mitræ stultorum,* Narren-Kappe.
54. *Pœna serti straminei,* Stroh-Krantz.

55. *Municipium non habens jus incarcerandi delinquentem, tamen eum capere & Superiori sistere potest.*
56. *Fustigatio & hodie Municipiis concessa.*
57. *Fustigatio unde dicta? differebat à flagellatione.*
58. *Flagellum quid apud Hebraeos?*
59. *Judaei cur triginta novem ictus inflixerint iis, qui flagellis caedendi erant?*
60. *Scorpiones in flagris quid fuerint?*
61. Stock und Hals-Eysen / *ad quam jurisdictionem referantur?*
62. *Fustigatio, ad quam jurisdictionem pertineat?*
63. *Auriculae abscissio. an ejus poena minoribus Magistratibus competat.*
64. *Quid in dictanda hac poena Magistratui cavendum?*
65. *Exemplum, ubi profunda auriculae abscissio mortem provocavit.*
66, 68. *Ratio medica hoc casu acceleratae mortis.*
67. *Aliud exemplum, ubi abscissio brachii fuit lethalis.*
69. *Poena non infligenda sententia durior, sed esse debet delicto adaequata.*
70. *Cur in levioribus delictis favore publicae utilitatis, coercitio Magistratibus inferioribus concessa?*
71. *Magistratus Municipalis mero imperio carens generaliter inquirere potest.*
72. *Quaenam delicta spectent* zum Ober-Gerichte.
73. *Levia delicta, quae?*
74. *Municipia si contumacem conclavi includant,. crimen privati carceris non committunt.*
75. *Etiam collegia opificum contumaces collegas camera includunt.*
76. *Correctionis causa si detentio fit, non committitur crimen privati carceris.*
77. *Cur privata incarceratio exosa?*
78. *Nec à privato quis compedibus coercendus est.*
79. *Cessat poena, si incarceratus consentiat.*
80. *Rigorosa poena privati carceris hodie cessat.*
81. *Pater potest privatim in camera captivare filium.*
82. *Cur liberi Parentibus debeant esse subjecti?*
83. *Liberi degeneres procul à correctura sunt.*
84. *Maritus captivare potest uxorem.*
85. *In castigatione uxoris maritus ne modum excedat.*

86.

86. *Dominus servum captivare potest.*
87. *Olim Dominis licitum erat, in servos sævire, posterioribus temporibus secus.*
88. *Abbas monachum captivare potest.*
89. *Carceres Monastici & Scholastici ad Parentum rationem redigendi.*
90. *Municipium carens jure carceris, per 24 horas delinquentem incarcerare potest.*
91. *Casus in quibus licitum est etiam privato, delinquentem incarcerare.*
92. *Marito licet adulterum cum uxore deprehensum domi suæ concludere.*

1. Olim etiam Magistratum Municipalem in criminalibus modicam coercitionem habuisse juris vestigia demonstrant *in l. 15. §. unde quærit. 39. ff. de injur. l. 17. §. 2. eod. l. 12. ff. de jurisdict. l. 1. & 8. C. de defens. civit. Nov. 15.* ubi hæc leguntur verba: Audiant defensores civitatum leviora crimina, & castigationi competenti tradant, & eos, qui in majoribus criminibus capiuntur, detrudant in carcerem, & mittant ad provinciæ Præsidem, sic fruetur unaquæque civitas cura judiciali, & omnis gens sub majori constituta judice, majorem sentiet providentiam, *cap. 6. §. 1,*
2. Omnis Respublica consistit in quatuor elementis, populus est terra, qui portat onus, omniaque sustentat, ignis Nobilitas, Clerus aqua, super cujus servitio omnia reliqua navigant, aer Magistratus qui purgat malos humores in conservationem boni publici, ANTHON. PEREZ *epist. 100. tom. 1.*
3. Et ut anima corpus vivificat, quamdiu in eo est, sic justitia Rempublicam, PETR. GREG. *de Republ. lib. X. cap. 2. n. 1.* Nulla domus, nulla Respublica stare potest, si in ea nec recte factis præmia extent, nec supplicia peccatis, CIC. *Lib. III. de nat. Deor.* quibus duabus rebus Rempublicam contineri & conservari dixit Solon, SCHÖNB. *lib. III. Polit. c. 20.* 4 Nec graviores motus civitatum & frequentiores Rerumpublicarum, quam utriusque hujus rei neglectione contigisse testis est BODIN. *de Republ. lib. V.* Socrates interrogatus, quænam civitas recte gubernari possit? Respondit: cum boni invitantur præmiis, injusti dant pœnas PLUTARCH. 5 De Defensoribus civitatum hoc interim notandum olim eos fuisse tribunos plebis in Municipiis, vel vicarios Præsidum, qui cognoscere poterant de causis levioribus, ut de fuga servorum, vel de summa 50 solidorum, nam majoris quantitatis causæ, cognitioni Præsidis Provinciæ relictæ erant. BRUNNEM. *ad d.*

6. *d. 1. de defens. civit.* Hæc tamen cognitio super tam modica summa postea ab Imperatore Justiniano magis fuit extensa, puta ad trecentos aureos, *Nov. 15. c. 3. §. fin.* Nam ut cum majori autoritate hoc officium suum præstarent, Imperator hoc modo ipsorum honores & auctoritatem adaugere censuit, cum in principio defensorum nomen sat conculcatum fuerit, ut in injuria potius quam in qualibet jaceret potestate, ut ait
7. idem IMPER. *dict. Nov. in princ.* Jure incarcerandi olim destituti erant defensores civitatum, *per l. pen. C. Theod. de exhib. reis*, ubi quidem de levioribus criminibus cognoscebant, sed in gravioribus reos remittere debebant, *Authent. Præsides de Episc. Aud.*

8. Jus apprehensionis, sive detrudendi in carcerem (qui dicitur à coercendo, quia prohibet exire,
9. *l. 8, § 9. ff. de pœn.* vel ab arcendo, dictus quasi arcer, ISID. *lib. XV. cap. 2.*) de jure moderno vel absolute & solitarie vel concurrenter retinuisse Municipia videmus; absolute, cum in limitibus suæ jurisdictionis, non requisitis officialibus Principis, per suos servos publicos capiunt & incarcerant; Concurrenter, cum non nisi præsciis Officiariis Principis, nec hi sine Magistratus scientia in urbibus apprehendunt. Alicubi captivi illis sunt tradendi, aliis vero in locis, ipsis competit apprehensio, der Angriff / sed requisito prius Magistratu, ad extradendos servos, daß sie die Diener wollen verleyhen / prout hoc vel consuetudine, vel per Recessus (qui plerumque lites inter Magistratum & Officiales pro ingressu habent) concordata & statuta temperatum est. Magistratus autem si negligens sit in apprehendendis delinquentibus, ipsis Officialibus apprehensio competit. 10.

Ratione capturæ tamen omnes monent criminalistæ, ut cauti sint Magistratus & judices, nec in ea dictanda nimis faciles, quia carcer est mala mansio, torturæ species, morti comparatur, propter squalorem, inediam, frigus & tenebras, *l. 2. C. de custodia reor.* Et sepultura vivorum, consummatio bonorum, consolatio inimicorum & experientia amicorum, ut ait FARINAC. *quæst. 27. n. 1. seq.* & injusta captura non modo ultorem habet Deum, sed & pœnam à judice subeundam meretur, HYPPOL. à MARS. *pr. crim. §. constante. n. 3.* CARPZ. *p. 3. crim. q. 111. n. 3.* Eam ob causam forte jure Susatensi cautum, ne à carcere contra facinorosos, nisi in flagranti deprehensos inchoetur proces- 11. 12.

 sus,

sus, *art. 88.* Keinen Bürger vnd Bürgersche buten oder binnen der Stadt sal man Handfast macken/ et en si Sacke/ dat men eenen kriegt up schiener Dat/anders sal men en laten verboden tho dreyen gemeinen Klage-Dagen/ und verfolgen en mit Rechte/ off oock ein Bürger befamet oft beschryen würde/ sal man een ock nicht Handfast macken/ et sy Sacke/ dat he dreymahl verbot sy. Ex prioribus
13. est, ut etiamsi Officiales Principis non intra, sed etiam extra Municipiorum mœnia & limites criminosos capiant, eos non nisi consensu Municipalium in carceres urbis conjicere possint, quamvis in criminalibus Municipium fere nihil habeat, sic ii carceribus solummodo ex concessione Magistratus uti solent. In personis autem delinquen-
14. tibus carceri mancipandis, tutior non est Magistratus, quam si sint viles, levioris notæ, vagabundi, qui immobilia non possident, qui levitate sua facile judicia eludunt, quod metuendum non est in eo, qui honestæ alias conditionis est, aut bona possidet, CARPZ. *cit. n.* 10.
15. Deinde, antequam eò deveniatur, præcedere debent indicia prægnantia, juxta *Const. crim. art. 6. in princ.* So jemand einer Ubelthat durch gemeinen Leumuht berüchtiget/ oder andere glaubwürdige Anzeigungen/ &c. Et *Art. 218.* Daß durch die Obrigkeit etwan leichtlich auch ehrbahre Persohnen ohne vorgehende Berüchtigungen/ bösen Leumuht/und andere gnugsame Anzeigung angegriffen/und in Gefängniß gebracht werden/ und in solchem Angriff etwan durch die Obrigkeit geschwindlich und unbedachtlich gehandelt / dadurch der Angegriffene an seiner Ehren Nachtheil erleidet/ &c. quænam autem indicia ad capturam sint sufficientia, hoc relinquitur arbitrio judicis, JUL. CLAR. *quæst. 28. n.* 1.

Hic iterum recurrendum ad ea, quæ infra sub *fin. cap.* 18. *hoc lib. II.* de oculari inspectione notavi, 16
ut Magistratus eò prospiciat, ne nimis squalidi & tetri sint carceres, qui sæpe nimis longa facinorosis sunt detentio, unde merito damnantur subterranei, qui ut plurimum in Municipiis nostris dantur, inde crebræ fluunt querelæ, CARPZOV. *p. 3. quæst.* 106. *n.* 45. ubi responsum refert *n.* 49. So wird der Verbrecher in einem solchen Gefängniß verwahrlich gehalten / darinn er nicht des Tages Licht beraubet/ noch an seiner Gesundheit/ wegen Kälte oder anderer grossen Beschwerungen / Schaden leiden möge/ V. R. W.
Sed hoc passu circumstantiæ iter- 17
um

rum variat jus, nam personæ honestioris conditionis etiam honestiori custodia observari solent, vilis vero carceri includitur, *l. 1. ff. de cust. reor.* Et licet crimen sit gravius, tamen contra personas honestiores semper cum majori temperamento procedi debet, quam contra alias, FARIN. *quæst. 20. n.*
18. *65.* Reus nondum convictus, sed in quem ruunt suspiciones, carceri quidem mandatur, sed absque compedibus, *l. 2. C. de exhib. & transmit. reis.* aliquando etiam pro carcere decernitur ipsa civitas, ut in honoratioribus sæpe obtinet, WESEMB. *cons. 269. n. 33.*

Eximens aliquem é manibus ap-
19. paritorum tenetur lege Julia, de vi privata, THOMING. *decis. 15. n. 4. vid. infra cap. 33.* Quod si autem captivus ex carcere elaba-
20. tur, & quidem incuria & negligentia apparitorum, quibus custodia concredita est, ipsi puniendi sunt, nam cum publice expediat, delicta puniri, quod ne eveniat, si quis opera sua efficit, is tanquam saluris publicæ proditor, coercendus est, hinc jure communi, si carceris custos opem & auxilium fugienti reo præstat, eadem pœna affici debet, quam reus incarceratus meruit, *l. ad Commentariensem C. de custod. reor. Ord. crim. Car.*
21. *V. art. 180. pr.* Et jure Divino carcerum custodes, cum quis custodia ipsorum elaberetur, eadem qua afficiendi fuerant elapsi, tenebantur pœna, quod colligunt ex 1 *Reg. 20. v. 39. Custodi virum istum, si desiderando desiderabitur, anima tua loco animæ ipsius erit,* GODWYN. *Moses & Aron, lib. V. C. 8. §. 3.* hoc tamen hoc casu nihil 22.
quicquam Magistratui imputandum, si nil factum est ipsius culpa, *l. carcer. 8. l. mites 12. & l. fin. §. fin. ff. de custod. reor.* quia Domini non tenentur ex factis ministrornm, nisi in iis voluntas, aut circa ea culpa quædam illorum accesserit, ut si in ministeriis eligendis fuerint negligentes, *l. si servus 27. §. 9. ff. ad L. Aquil.* MEV. *p. 3. dec. 147.*

Quoad alimenta carcerati sciendum, quod si habet unde se alat, sumtibus propriis id præstabit, cæteroquin hoc incumbit illi, qui carcerari fecit; SURD. *de aliment. tit. q. 72.* COLER. *p. 2. decis. 281. n. 1.* inter quas expensas etiam computentur sumtus custodiæ, si captura fit ad petitionem accusatoris, ID. *16. n. 2.* Si vero carceratus pro sua salute vel rebus agendis domi suæ, vel alibi custodiri desideret, ipse carceratus tenetur custodibus ratione expensarum, BOER. *decis. 303.* Ratione 23.
des Schließ-Geldes notandum, 24.

 quod

quod pessima dicatur consuetudo, si captivi præter carceris pœnam adhuc hanc pecuniam solvere cogantur, à FAUST. *cons. pr. ærar. class. 4. cons. 90. Ord.* 241. usus tamen morem hunc comprobat.

25. Municipia quædam habent suas incarcerationes obedientiarum, quæ sunt carceres super portis & muris quibus contumaces cives, aliique ad tempus attinentur, & pro arbitrio Municipalium emittuntur, ut de hisce scribit KÖPEN. *decis.* 29. *n.* 20.

26. Detentionis quoque modus nobis est, die Bürger-Leistung. Et licet die Leistung sit obstagii genus, quod in vim pactorum conventorum promittitur, quæ pacta si non serventur, taliter obligatus per literas creditoris admonetur, ut se juxta obligationis formulam in loco convento sistat, non recessurus, donec promissa adimpleat, WEHNER *obs. pract. in verb.* Lei-
27. stung. GAIL. 2. *obs.* 45. *n.* 1. tamen hoc coercitionis civicæ genus usu pluribus locis sub eo nomine invaluit, & idem est, ac si civis contumax per obstagium se sistere debeat in curia, ubi Magistratui obedientiam promisit, sed vi violavit. Ast talis obedientiæ carcer laxioribus cancellis solet circumscribi, & hoc modo incarceratus, welcher in der Bürger-Leistung ist, curiæ fores habet apertas, ut & extra curiam, limitato quo- 28.
dam circuitu deambulare possit. Interim domum se non recipit, nisi relaxatus obedientiam in posterum repromittat. Jure statutario Mindensi refractarius amissione juris civitatis punitur, *Tit.* 4. *art.* 2. Würde ein Bürger wegen Schulden oder Unthat auf die Veste verwiesen/und derselbe aus Muhtwillen davon ginge/ sol er seine Bürger Gerechtigkeit damit gäntzlich verlohren haben. CRUSIUS tamen *ibid.* addit, hoc fori usu moderno adeo stricte non observari. Moribus nostris si civis injussus 29.
obstagium violat, tum non habita consideratione personæ ejus, an honoratior sit, vel non, per apparitores ad curiam ducitur, ibique includitur, donec resipuerit. Ad 30.
obedientiam enim subditi suo Magistratui naturali jure tenentur, HIERON. GIGAS *de crim. læs. Majest.* p. 1. *quæst.* 68. *n.* 9. FR. ZOANETT. *in l. ut vim. part.* 3. *n.* 36. *& seqq. ff. de justit. & jur.*

Primus sane paritionis actus 31.
esse debet, legibus & mandatis Magistratus parere, PACIAN. *de prob. lib. II. c.* 35. ZIEGLER. §. *Landsassii, concl.* 1. *n.* 147. Imo licet Magistratus aliquo modo iniqua præcipiat, modo tamen cum Dei & naturæ legibus non pugnent,

guent, sed privatam tantum utilitatem respiciant, præstabilius est obedire, quam jussa recusando reliquis rebellandi occasionem præbere, *c. quod culpatur. §. sed si humana. causa. 23. qu. 1.* PRÜCKM. *de regalib. c. 4 n. 32.* Nec obstat, quod Magistratus Municipa-
32. lis sit ex inferiori gradu & potestati superiori adhuc subsit, nam respectu inferiorum & civium est superior, ejusque officium tunc demum suspenditur, quando & supremus intervenit Magistratus; sicut vidimus *supra lib. I. cap. 6. n. 89.*

Antequam ex carceris materia
33. discedam, aliquid adjiciendum duco de carcere debitorum, vom Schuld-Thurn. Et licet in Municipiis nostris ejusmodi carceres non usque adeo in usu sint, optandum tamen foret, ut contra quosdam malitiosos debitores qui inopia sua freti, bonam fidem creditorum suorum, petulanter infringere non erubescunt, qui ultimum solatium in creditoris actione inani ponunt, qui ideo debita contrahunt, quia ad solutionis necessitatem executive constringi se non posse haut ignorant, ut inquam contra tales, juris Saxonici rigor introduceretur Land-Recht. *lib. III. art. 39.* quo debitor malitiosus carceri mancipandus; Et in Italia statuta sunt, quibus præcise incarcerem ire cogitur, neque cedendo bonis liberatur. MENOCH. *Arb. Jud. lib. II. c. 138. n. 9.* PECK. *de jur. sist. c. 4. n. 2.* Sed ad hanc extremitatem tum ve-
niendum, si alio modo creditori 34.
satis fieri non possit, nam per carcerem affligitur quidem reus, sed creditori non solvitur, juxta illud der Kerker quälet aber zahlet nichts. Deinde carcer non dictandus illis
qui fortunæ saltem vitio, ad ino- 35.
piam redacti sunt; Detestatur enim jurisprudentia humanitatis studiosa pœnas adversus innocentes & atrocia delictis suis non meritos, unde saltem vindictæ truculentæ gaudium, nullum vero creditæ pecuniæ reddendæ hostimentum recipitur MEVIUS. *in discuss. levam*
credit cap. 4. n. 17. Et hoc casu 36.
etiam jure Saxon debitor semper intelligendus est ille qui bona sua decoxit, & fraudulenter in rebus suis versatus fuit. HEIG. *p. 1. q. 35. n. 56. & 58.* Vel etiam ita proceditur contra debitorem, cui
non desunt media, sed saltem sol- 37.
vendi voluntas & studium, ubi usurpatur carcer, ut debitor tædio molestiæ excitatus, conquirat diligenter, unde creditoribus satis faciat, & ejusmodi carcer vocatur *tædialis* à MEV. *d. loc. n. 18. per. l. 7. C. de exact. trib. ibique alleg.*

OLDENDORP. *de Act. class.* 1. *act.* 12. *in defens. rei n.* 2. §. *fin.*

38. Et præter id, observantia hoc satis devincit, si forte hoc jure carceris, destituti sint Municipales, ad minimum tamen coercitio illis competit, quæ non tam ad pœnam vel tædium custodiæ, aut incarcerationis, quam ad expositionem publici ludibrii spectat, nobisque Narren-Häußlein Thoren-Kasten dicitur.

Aliis locis vocatur das
39. Roll-Häußlein vel die Triffel / cujus tamen pœna plus quam ludibrium plerumque continet, nam evenit, ut delinquentes per velocissimum gyrum vertigine vexati ad bilem usque evomere cogantur;
40. Sic sæpe pœna delictum excedit, quod tum quam maxime contingit, quando ejusmodi delinquentes, ludibrio nebulonum & petulantiæ puerorum per aliquot horas relicti, maximum patiuntur incommodum, ex pæna, quam saltem ridiculam diceres; Unde &
41. in ea infligenda, cauti sunt magistratus, qui servos publicos die Stadt-Knechte / tanquam custodes adponunt, ut ab omni non merita insolentia rei sint immunes, & si ludibrii causa saltem exponendi sunt, ne circum agantur, vel etiam, si hanc pœnam merentur, ne in ea modus excedatur & sanitati eorum noceatur; Novi enim & vidi exemplum, ubi in 42.
civitate quadam puer satis improbæ notæ, falsa attestata paupertatis falsche Bettel-Briefe circumferens ac deprehensus, istiusmodi casulæ, sive numellis versatilibus, imponebatur, qui cum per trihorium, cœno conspurcatus fere continue rotaretur, post immensissimum vomitum, quasi animi deliquio correptus, concidit, sine motu & omni querela, sed & sine commiseratione relictus, tandem libertati restitutus, verum eousque dirum hoc ei fuit supplicium, ut paucos post dies ruri diem obiret.

Rationes horum symptomatum mihi suggessit frater meus aman- 43.
tissimus GODFRIED ANDR. ZAHN, *Med. Pract. & Reipubl. Susat. Pro-Consul* desuper à me curiositatis causa consultus, quas literis ad me missis ita exponit: *Casus certè qui considerationem meretur; Num igitur spiritus animales è statu suo tranquillitatis dejecti, nunquam in placidum ordinem redigi potuerunt? Satis ordinariæ sunt vomitiones in qua-* 44.
vis Scotomia, eo quod portitores hi, individuo tramite affluere consueti, in motum inordinatum acti, in fibras stomachi tumultuariè irruentes eas subvertunt, & in vomitum cient, propter continuum enim itum & re- 45.
di-

ditum pori nervorum patentiores facti, ſervato vel interrupto ordine pro coctione juvanda, frequentes adpellunt, quod dum fit eundem characterem viſceribus imprimunt quem in primis ſtativis acceperunt, dum ſic à motu recti-lineo detorti in ſe ipſos reſiliunt, & in cerebro vertiginis cauſa exiſtunt, fibras ventriculi propter conſenſum exagitant, ut cogatur actionem naturæ plane contrariam,
46. *qualis eſt vomitus, inſtituere. Supereſt diſquirere, quomodo ſupplicii hoc genus, inſecta ſit ultima linea rerum. Quamvis ſpiritus volatiles & maxime, activi facile avolent, & in lympham degenerent, faciliime ex ſanguine æquabiliter mixto & vitalitate ſua conſtante, regenerantur, hic autem nullus eos reproducendi locus fuit,*
47. *manifeſto indicio, citatiſſima actione & reactione, repetitis gyris, tenſione nimia facta, delicatiſſimas cerebri fibras abruptas, poros totaliter inverſos, ipſamque officinam generationi ſpirituum deſtinatam, quaſi à pulvere pyrio elatam & ſubverſam, inde motu inteſtino & locali ceſſante, ſanguinis circulus torpidiori motu actus dein plane ſubſiſtere debuit; Quod ſi quis contendat vertiginoſum hunc factum apoplecticum, ei lites non movebo.* Hæc ille.

48. Sed quæritur ſi quis hac pœna affectus fuit, **Wann er im Nol-Häußgen oder Thoren-Kaſten geſeſſen** / an pœna hæc infamiæ notam indat? Inter opoſices hanc quæſtionem motam memini, utpote qui in delectu recipiendorum, ad ſuperſtitionem uſque ſunt curioſi, juxta ipſorum proverbium: **Es müſſen die Aempter und Zünffte ſo rein ſeyn / als ob ſie eine Taube ausgeleſen hätte.** Bayer. *de collegiis opif. cap. 5. §. 1.* Sed reſpondendum, quia ſupra 49.
memorata pœna ſaltem pro levioribus delictis, non autem pro turpibus & infamatoriis irrogari ſolet, hinc infamiam non inurit, nec ſufficiens cauſa habetur, exclusionis ex collegio opificum. Carpz. *pr. Crim. quæſt.* 129 *n.* 14. ſola namque pœna non infamat, ſed cauſa, propter quam quis eam pati meruit, ſi ea fuit, quæ infamiam damnato irrogat, ut ait Marcellus *in l. nullam* 14. *C. ex quibus cauſis infam. irrogatur.* Ex 50.
cauſis publicis & famoſis, demum levior licet pœna impoſita, infamia tamen infertur, *l.* 1. C. *d. t.* Wesemb. *conſil.* 19. *in fin.* ubi ex facti ſpecie propoſita decidit, quod relegatus ob homicidium culpoſum infamis non fiat, ſed ſalvam exiſtimationem retineat.

Ad expoſitionem publici ludi- 51.
brii ſpectat quoque jus imponendi lapidem famoſum, **die Straffe des Laſter-Steins** / quem delinqueu-

quentes in conspectu populi, vel
in collo vel in manu circumferre
coguntur, quæ pœnæ inflictio
quoque est jurisdictioni Superioris
seu meri Imperii, Zas.
ad L. Imperium 3. ff. de jurisdict.
Vocatur quibusdam in locis lapis
scandali, der Schand-Stein/
quam pœnam frequentari in quibusdam
Sueviæ civitatibus testatur
Mynsing. *consil* 16. *n.*
52. 25. Alibi pœna lagenarum dicitur
das Flaschen tragen/ ubi bini
lapides in forma lagenarum ad curias
pendere solent, imponunturque
potissimum mulierculis rixosis,
quæ facile à verbis ad verbera
53. perveniunt. Refertur huc etiam
impositio mitræ stultorum, die
Auffsetzung einer Narren-Kappe/
de qua mentio facta *infra cap.* 4.
lib. III. ratione edicti nostri Regii
54. de Anno 1795. Cui similis est
pœna serti straminei, der Stroh-
Krantz/ quod in quibusdam civitatibus
majoris ignominiæ causa
imponitur scortis relegandis,
Bechmann. *dissert. de jure numellarum
cap.* 4. *th.* 6.

55. Municipium jus incarcerandi
nullatenus habens, jurisdictione tamen
inferiori gaudens delinquentem
capere & Superiori sistere potest,
Besold. *consil.* 211. *n.* 4. *part.*
5.

56. Nec omnino usitatum & extra
praxin experientiæ positum est, ut
Municipiis & hodie quandoque
fustigatio, daß sie einen mögen gar
staupenschlagen / oder am Pranger
streichen / concessa sit.

Fustigatio apud Romanos pri- 57.
mitus fiebat fustibus, eorumque
verbera inferebantur vestitis, flagellatio
autem nudatis & quidem
virgis. Sed apud Hebræos flagellum
habebat tria lora, ita ut singulis
ictibus reus trifariam cæderetur,
unde in severissima flagellatione
tantum 39 ictus inflicti sunt
hoc est 40 minus una plaga, &
licet 40 ictus infligere, Deus per- 58.
misert. *Deut.* 25. v. 2. Judæi tamen
ipsa lege studebant esse sanctiores,
& in extrema flagellatione,
saltem 39 impegerunt, attestante
Paulo 2. *Corinth.* 11. 24. Godwin.
Mos. & Aron lib. V. c. 8. §.
12. *seq.* Aliquando ad coer- 59.
cendos insignes nebulones, lororum
extremitatibus adnectebantur
plumbei boli vel spinæ, quæ
flagra Græcis erant taxillata, in S.
Scriptura vocantur scorpiones de
quibus 1. *Reg* 12. §. 11. God-
wyn. *ibid.* Hæc per viam. 60.

Stock- und Hals-Eisen postellum,
quoque simplicis seu
Bassæ jurisdictionis est, quia ibi
pœna infligitur pro levioribus delictis,
Leh. Jacob. *in pract. in
libello jurisdictionis n.* 14. alii mero
im-

imperio parvo ea adscribunt, Co-
62. LER. *dec.* 249. *n.* 1. Fustigatio tamen à Criminalistis, quia corporis afflictiva est inter altam jurisdictionem, refertur, cum juxta CARPZ. nec ad numellas sistantur, nisi qui tale crimen perpetrarunt, quod sua indole ad supremam ju-
63. risdictionem pertinet, *Prax. crim. p.* 3. *q.* 109. *n.* 73. Huc & à quibusdam auriculæ & digiti abscissio refertur, ut & illa in modica castigatione, quæ minoribus Magistratibus competit, includatur ALBER. de Ros. *in l. Imperium col.* 5. *n.* 16. *v. item quæro, an abscissio auric. & n.* 17. *ff. de jurisdict.* Quæ tamen opinio à reliquis reprehenditur, DEC. *in d. l. Imperium, n.* 51. *v. non obstat. consil. Argentor.* 22. *n.* 59.

64. Auriculæ abscissionem quod attinet, si hæc per sententiam dictata executione danda est, præcaveat Magistratus & omnis judex, ne executor sententiæ profunda nimis abscissione membri hujus
65. pœnam reddat capitalem. Iterum enim contigit ævo nostro, non dudum in urbe quadam non exigui nominis, ubi abscissa auricula & ignominiæ palo, æstuantibus solis radiis affixa, intervallo quatuordecim dierum, malefico necem dedit. Profunda namque amputatione saucius & cruore perfusus, dum civitate ejectus esset, super terram noviter aratro versam volutatus refocillationem quæsivit, vulnere interim ab affrictione exasperato: medelæ locus non cessit, & sic pœna hæc, quæ superficiaria videtur, dira magis fuit, quam si gladius mortem accelerasset. Cujus relatio attonitum me 66.
impulit, ut ex consilio supra memorati Medici causam non meriti hujus fati perquirerem. Is casum hunc mihi illustravit, alio pariter funesto. Muliercula quædam é 67.
superiori Palatinatu oriunda, filium decennem circumtulit, cui brachium ense rescissum (Gallici furoris, in miseros incolas istos desævientis erat vestigium) in ignem conjectum fuit, vulnus hoc, sanie cruenta diffluum, nullam admisit medelam, nullam consolidationem, non aliter, quam si recenter contigisset, licet octo menses ab inflictione effluxissent.

In utroque vulnere parem subesse causam, Medici assertum est, 68.
quia in posteriori hoc, ipsius ignis, ac in priori igneæ solis atomi, jugiter appulsæ extruncato membro ad partem læsam inoffenso tramite sicut fluctus fluctum trudit, defluxerunt, unde balsamum naturale & blandæ sanguinis partes sulphureæ, lege circulationis eò adductæ inversæ & stigmare inu-

 ustæ,

justæ, appositione partium chilosarum aperte contrariæ, tono partium destructo & labefacto, maxime in priori exemplo propter viciniam capitis & cerebri inflammationem & gangrænam, subsequentemque mortem prompte induxerunt. Quicquid sit, ratio hæc
69. cæteris displiceat nec ne, nemo certe probabit, infligendam esse pœnam sententia duriorem, & ultimum supplicium subeundum, cui levior saltem & corporis afflictiva pœna citra vitæ & sanitatis dispendium injuncta est, cum ea potius omnis delicto adæquata esse debeat, *l. 8. C. ad L. Jul. de vi publ. l. 3. de Episcop. audient. l. 28. §. 10. ff. de pœn.* Et in ferenda sententia ratio ne excedat, *l. 13. d. l. de pœn.*

70. Ad leviora delicta in Municipiis compescenda, ut revertar, etiamsi omnes coercitiones judicis officio nobili expedienda; cognitio tamen in delictis levioribus defensoribus civitatum & Magistratibus inferioribus favore publicæ utilitatis per legem concessa; Ne maleficia maneant impunita, & ut facilius puniantur delinquentes, nam levia delicta sunt multum frequentia, & si oporteret semper adire judicem majorem, tunc multa remanerent impunita, CACCIALUP. *in rep. l. imperium in 12 quæst. n. 31.* & CURT. JUN. *ibid. n. 33. ff. de jurisdict. Argentorat. consil. 22. n. 54. vol. 2.* Sed in gravioribus delictis inferior Magistratus, qui merum imperium non habet, generaliter inquirere potest, non ea 71.
fini, ut delictum ab ipso puniatur, sed ut competenti judici denuncietur, nam generalis inquisitio nemini fert injuriam, cum contra personam directa non sit, CARPZ. *p. 3. quæst. crim. 107. n. 15.* Illa autem delicta non sunt levia, sed 72.
gravia, & spectant ad supremam jurisdictionem, zum Ober-Gericht/ quorum pœna est ultimum supplicium, fustigatio, manus amputatio, Jur. Saxon. *Ord. Provinc. de Anno* 1555. *tit.* was zu Ober-Nieder- oder Erb-Gericht gehöret/ *in verb.* was hohe Brüche sind/ welcher Straffe Halß/ Hand/und andere Lebens-Straffen/oder auch Verweisung betrifft. Levia delicta sunt, quorum pœna est pecu- 73.
niaria, carceris ad modicum tempus, quæ per processum inquisitorium non puniuntur, & in quibus non tam principaliter Reipublicæ quam partis offensæ jus ac interesse intenditur, CARPZ. *all. loc. n. 31.*

Municipia si ex causis ad suam jurisdictionem quodammodo 74.
pertinentibus contumaces conclavi curiæ concludant, ut su-

pe-

perioribus hoc superadjiciam, crimen privati carceris non incurrunt, etiamsi jus carceris non habeant.

75. Nam & inveteratis moribus quorundam Collegiorum opificum contumaces, **die ungehorsame Amts-Brüder**, in camera concluduntur, quod vocant, **in die Amts-Leistung legen / um dem Handwerck Gehorsam zu halten.** Si autem statuta eorum usque adeo non extensa reperiantur, merito hoc casu ad Magistratum ordinarium recurrent, BAYER *de colleg. opific. cap.* 16. §. 9. *n.* 1311.

76. In aperto enim est, pœnam privati carceris non habere locum, etiam in privatis, qui detinent aliquem correctionis causa in carceribus.

77. Incarceratio facta à privatis, tam exosa est jure civili, ut Imperator Zeno illis tanquam læsæ Majestatis reis ultimum supplicium dictaverit, *l.* 1. *C. de priv. carc. inhib.* quia merum imperium sibi usurpant, usurpatæ autem jurisdictionis crimen læsæ Majestatis est, *l.* 3. *ff. ad L. Jul. Maj.*

78. Cui pœnæ & subjecti sunt, qui compedibus vel vinculis aliquem coercent, prout hanc regulam ampliat FARINAC. *lib. I. tit.* 4. *quæst.* 27. *n.* 11.

79. Nisi tamen & consentiente carcerato ob certas causas fiat, FARINAC. *alleg. n.* 30.

80. Verum hæc rigorosa Zenonis sanctio in practica hodie non obtinet, sed privati carceris rei, mitius pro arbitrio judicis puniri solent, CLAR. *lib. V. sentent.* §. *ult. quæst.* 68.

Sic pater potest privatim in camera captivare filium, *l.* 3. §. 1. 81.
& 2. ff. de lib. hom. exhib. l. 1. *& 2. C. de patr. potest.* FELIN. *in c. cum contingat. in fin. de for. comp.* MARSIL. *in tract. de bannit. in verb. carcerati, p.* 60. BOER. *decis.* 275. *n.* 1. CLAUD. BERTAZZ. *in addit. ad consil. patris crim.* 426. *v. primo itaque.*

Antiquæ Romanorum leges, respicientes tum ad eam, quæ à natura est, eminentiam, tum ad labores, quos pro liberis parentes sustinent, voluerunt & propterea liberos parentibus sine exceptione subjectos esse, quæ subjectio in tantum extensa, ut & venundare imo impune occidere illos potuerint, SIMPLIC. *ad Epict. Enchirid.* 82.
Interim tamen potestas hæc sive correctio patria non in atrocitate, sed in pietate consistere debet, *l. Divus Hadrianus ff. ad L. Pomp. de parric.* Si autem liberi plane sint degeneres, tum correctura paterna prorsus deponitur, sic Aristippus Philosophus, cum degeneres filios negligeret, accusatus ob id à quodam, an non, inquit, & pituitam & pediculos é nobis, velut 83.

lut inutiles procul à nobis abjicimus, LAERT. *lib. VI.* si peccent filii in parentes, nihil tunc evitare majori studio debent, quam ne vitiis liberorum suorum supra modum irritati, dirum iis imprecentur, MEURSIUS *lib. III. Hist. Dan.*

84. Sic maritus castigationis causâ in vincula uxorem mittere, & in privato carcere detinere potest, PARIS de PUT. *in c. placuit 24. q. 2. & in C. quemadmodum in fin. & ibi gloss. ult. extra de jurejur.* FELIN. *in d. C. cum contingat ad fin. extra de for. comp.* GIGAS *de crim. læs. Majest. lib. I. quæst.* 35. *n.* 8.

85. Marito enim adimenda non est potestas uxorem castigandi, videat autem, ne modum excedat, & castigatio in sævitiam degeneret, *l. si constante matrim. 24. §. si maritus ff. solut. matrim.* cujus pœnam, quæ arbitraria est, ipse maritus non evadet, e. gr. carceris, relegationis vel fustigationis, CARPZ. *jur. Cons. lib. II. tit. 12. def.* 221. *n.* 3. *&* 4.

86. Ut & Dominus servum potest castigare, GLOSS. *in l. un. & ibid.* BALD. CYN. & ALB. C. *de priv. carc.* BART. CYN. & ALB. C. *de privat. carc.* BART. *in l. 5. ff. de adult.* MARSIL. *Cons.* 136. BETR. *Consil.* 182. *vol.* 1. BOER. *d. decis.* 275. *n.* 4.

87. Licet olim Dominis licitum fuerit, ad necem usque in servos sævire, posterioribus tamen Constitutionibus ea libertas restricta fuit, & si servus grave crimen admisit, debet eum Dominus apud competentem judicem accusare, *l. 5. ff. de accus. l.* 11. *§. fin. ad L. Corn. de sicar.* De coercitionis materia fusius tractavi *lib. III. cap.* 31. *n, 36. & seqq.*

Itemque Abbas Monachum, BART. *in l. 1. & ibid.* SALYC. *C. ubi quis decurial.* BOER. *decis. 275. n. 2.* GIG. *d. tract. de crim. læs. Majest. q. 35. n. 13. lib. I.* 88.

Sed carceres Monastici & Scholastici ad Parentum, Dominorumve rationem rediguntur, disciplinæ servandæ & levibus excessibus puniendis permissi, nam graviorum scelerum vindictæ censuræ & jurisdictioni ordinariorum reservatur, PEREZ. *ad C. de privat carcer. n. 2.* 89.

Tandem & hoc pro Municipiis notandum, quod illa etiamsi jure carceris omnino destituta sint, possint tamen delinquentem per viginti horas incarcerare. Facit ad hoc *l. 25. pr. ff. ad L. Jul. de adult. ibiq;* BART *& in l. 1. C. de priv. carc. & in l. 1. de exhib. reis.* INNOC. ABB. & FEL. *in c. ut fama de sent. excomm.* JODOC. *in pr. crim. tit. de captur. c. 15. n. 5.* BERTAZ. *cons. crim. 436. n. 5. vol. 2.* mo- 90.

do

do hæc incarceratio fiat non animo captivum retinendi, sed judici
91. præsentandi. Sunt & noti casus, quibus non Municipio tantum, sed privato cuique absque judicis authoritate & mandato licitum & necessum est, delinquentes capere, veluti monetarum falsatores, *l.* I. C. *de fals. monet.* Latrones & viarum grassatores, *l. capitalium.* §. *famosos ff. de pœn.* Incendiarios, *d. l. capitalium.* §. *incendiarii.- l. qui ædes ff. de incend. l. qui ultimo. ff. de pœn.* Raptores fœminarum, *l. raptores* C. *de Episc. & Cler. l. unic. C. de rapt. virginis.* Milites stipendiarios, qui furtim Duces effugiunt, *l. 3. ff. de re milit. l.* I. C. *de desert.* Arboris & vinearum incisores, *l. 2. ff. de arb. furt. cæs.* Furem acclamante populo fugientem. *l. si quis in servitute in fin. l. interdum.* §. *qui fures ff. de furt.* Veneficos & incantatores, *l. fin. C. de malef. & mathem.* Et criminosum in flagranti repertum, FARIN. *pr. crim. quæst.* 27. *n.* 23.

Sic & licet L. Julia, marito 92.
adulterum cum uxore deprehensum concludere domi suæ, & horis viginti retinere, testandæ & probandæ ejus rei causa, de qua agit supra *all. l.* 25. *ff. ad l. Jul. de adult.* varii denique generis maleficos judici offerendos retinere permissum est.

Caput XVI.

DE MUNICIPIORUM JURE COGNOSCENDI IN CIVILIBUS.

SUMMARIA.

1. *Quousque jurisdictio urbica se extendat certis regulis in jure non est descriptum.*
2. *In quo consistat jurisdictio urbica.*
3. *Ex observantia desumitur quæ ad cognitionem Municipalium spectant, eorumque exempla.*
4. *Quid sit officii Magistratus Municip. quoad hereditates in casu deficientium Executorum.*
5. *Causæ debitorum in Municipiis quibusdam spectant ad judicem à Principe constitutum.*

6. *In quibusdam ad Magistratum.*
7. *Quid juris* in den Frieden-Pfälen zwischen den Feld-Marcken.
8. *Jurisdict. Magistratus Municip. non est intra mœnia inclusa.*
9. *Controversiæ agrariæ spectant ad Magistrat. Municip.*
10. *Pro iis terminandis constituendi finium rectores vel finitores.*
11. Fluhr-Recht.
12. *Pro dirimendis litibus agrariis adhibendi sunt perit agrimensores.*
13. *Quatenus licet agrum suum sepimento claudere.*
14. *Vicino liberum esse debet aratrum ambigere.*
15. Rahts-Tage.
16. *Sententia lata ad consultationem peritorum, nomine Municipii publicanda.*
17. *In terminis Senatoriis* Rahts-Tagen *si quidam emaneant, quid contra eos statuendum, & quo jure.*
18. *Commissarii Municipales, eorumque officium.*
19. *Differentia inter Legatos Deputatos & Commissarios.*
20. *Commissarii è Senatu representant ipsum Senatum. Jus Lubecense*
21. *Commissiones has etiam inviti Senatores succipere debent.*
22. *A quibus conferendæ hæ commissiones.*
23. *Ratio Commissariorum,*
24. *Recusatio Commissariorum.*
25. *Commissiones hæ Municipalibus magis proficuæ, quam sumptuosæ.*
26. *Causæ prius concordari, quam judicio terminari debent.*
27. *Lites abbreviandæ.*
28. *Sanctio laudabilis Regni Galliæ de tendenda concordia.*
29. *Pietatis officio funguntur, qui jurgio perempto, consensu rem diri-munt.*
30. *Monitum Christianum pro conciliandis litibus.*
31. *Etiam sub justo Clypeo quis succumbere potest.*
32. *Inscriptio in pallatio Mediolanensi, de effectu controversiarum forensibus.*
33. *Forum judiciale acutis lapidibus sternendum.*
34. *In manifestis & claris, à Magistratu nemo invitus ad transactionem adigendus.*
35. *Transactione nemo lædendus est.*
36. *Nec per transactionem facienda mala, ut eveniant bona.*

37. *Lites sunt execrabiles, sed & abominabilis est læsio.*
38. *An Magistratus Municipalis in causa dubia ex casibus pro amico civi pro extraneo favere possit?*
39. *Casus pro amico, casus pro diabolo.*
40. *Bachovii opinio circa casus pro amico.*
41. *Periculosum est affectibus nimium tribuere.*
42. *Auctoritas legum ad gratiam non conferenda?*
43. *De transmissione actorum ad decisionem impartialium.*
44. *Minores judices acerbioribus censuris semper subjacent.*
45. *Quæ in transmissione actorum potissimum observanda?*
46. *Omisso uno illorum, sententia nulla est.*
47. *Cujus sumptibus transmissio fieri debeat.*
48. *Publicatio sententiæ fit nomine Magistratus, à tenore tamen sententiæ non recedendum.*
49. *Contrarium hujus praxi non fundatum.*
50. *Decisio rusticana,* Bauren-Scheid.
51. Alt Weiber-Scheid *decisio hæc dicitur.*
52. *Quando hoc modo secandi causam per medium utendum?*
53. *Panurgus talorum jactu lites diremit.*
54. *Quare justitia definiatur constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi.*
55. *Desuper statutum Spirense.*
56. *Excusatio nulla est, amici causa peccatum esse.*
57. *Leges amicitiæ legibus justitiæ cedere debent. Exemplo Cholonis.*
58. *Amicitia æque pervertitur judicium ac cæteris animi passionibus.*
59. *Amici gratia, jus & veritas non violandum.*
60. *Exempla casuum pro amico.*
61. *Excusatio auctoris, si videatur nimis propendens in causam Municipalem.*
62. *Contra Patriam Advocatus patrocinari non debet.*
63. 65. *Patriæ debetur amor patrius.*
64. *Patriæ gratus fumus.*
66. *Qui nimium blandiuntur causis Principum vel rerum publicarum. Hyppocritæ sunt.*
67. *Totum collegium recusari non potest.*
68. *Quod tamen limitatur.*

69.

69. *Quid sit recusare Magistratum vel judicem.*
70. *Quando proponenda sit recusatio?*
71. *Judex de jurisdictione sua cognoscere potest.*
72. *De recusatione vero ipse non judicabit.*
73. *Recusatione utens injuriarum reus non est.*
74. *Suspecti in collegio debent surgere & negotio controverso non interesse.*
75. *Suspectis Senatoribus Commissarii adjungendi.*
76. *Nec interest unde suspicio oriatur.*
77. *Non facile cadunt suspicionis causæ in integrum collegium.*
78. *Quando collegium integrum haberi possit suspectum*
79. *Edictum Frid. Wilhelm.* Elect, *Brandeb,*
80. *Suspectationes contra Magistratum non de facili admittendæ. Et quare?*
81. *Integer Senatus non potest recusari, eo quod Consul regens sit suspectus.*
82. *Consul magis censetur devinctus collegio quam collega.*
83. *Exceptio.*

1. Municipiis sua esse jurisdictionalia, in præcedentibus dictum est, quousque autem notio jure Magistratus competens (ut sic jurisdictionem urbicam definit CUJAC. *parat. de jurisdict.*) se extendat in jure nostro certis regulis
2. descriptum non reperitur. Illud sine omni controversia de jurisdictione urbica constat, quod consistat in potestate publica cognoscendi & statuendi de causis civilibus & pecuniariis, ZORN. *de jurisdict. concl.* 15. BOER. *de jurisdict. cap.* 3. *n.* 2.
3. Ex observantia tamen consuetudinaria est, ad cognitionem Municipalem hæc fere omnia pertinere, quæ ad res civium intra mœnia & pomœria sitas spectant, ut sunt hæreditates, servitutes prædiorum urbanorum, novi operis nunciationes, damnum infectum, &c.

De materia prædiorum urbanorum ad ædificationis jus spe- 4.
ctante, *cap.* 3. *lib. III.* tractat. Quoad hæreditates illud notandum est, Magistratum Municipalem posse, imo officii ejus esse, in casu deficientium executorum testamenti, si forte testator certæ alicui personæ munus hoc non demandavit, vel constituere executorem, vel ipsum hoc fungi mune-

nere, *arg. l. nulli 28. §. 1. v. ſin autem* C. *de Epiſc. & Cleric.* REUSNER. *de teſtament. part. 7. cap. 7. n.* 26. 27. CARPZ. *deciſ.* 198. *n.* 17. & 18. Nam Magiſtratus etiam dicitur procurator defuncti, SIMON de PRAT. *de interpr. ultimar. volunt. libr. V. interpr.* 1 *dub.* 2. *n.* 3. REUSNER. *d. tract. part.* 1. *c.* 2. *n.* 48.

Cauſas debitorum quod attinet, eæ in plerisque Municipiis ad judicem à Principe conſtitutum pro executione remittuntur. In aliquibus vero plane obtinet contrarium, & executio ſuper debitis dependet à Magiſtratu, vel ſaltem judex loci eſt obſtrictus, ut requirat apparitores, daß ihm die Diener abgefolget werden. Extra mœnia Municipia quoque ſua quandoque jurisdictionalia exercere videmus, quod certis limitibus circumſcribitur & nos in vernacula noſtra in den Frieden-Pfälen / zwiſchen den Feld-Marcken dicimus; Quod autem jurisdictio Magiſtratus Municipalis non intra mœnia ſit incluſa, ſed etiam extra civitatem in ſuo diſtrictu extendatur, probat *l. 3. ff. de tutor. dat l. duumvirum 53. C. de Decurion lib. X.*

De controverſiis agrariis ſciendum, quod Magiſtratus Municipalis illas, wann einer den andern zu nahe / oder was abgepflüget hat / und in anderen dergleichen Feld- und Garten-Streitigkeiten / auch wann die Mahl-Steine verrücket worden / vel per deputatos ex Senatu vel 10.
conſtitutos & Juratos agrimenſores, finium rectores, vel finitores decidat. Et hi finium magiſtri, quorum relatio fidem facit, ad terminorum ductum rei veſtigia, bonorumque teſtimonia, imprimis reſpicere debent. Ubi notandum obiter, quod termini novi non ſint evellendi poſt 30 annos etiamſi veteres reperiantur. CHRISTINÆUS *ad L. Munic.* MECHLIN. *tit. 14. art. 7. n. 4.* Hoc jus fi- 11.
nium Saxonibus eſt, Fluhr-Recht / agri habent ihre gewiſſe Fluhr und Bezircke. Vom Abpflügen exſtat ORDIN. PROVINC. *Magd. c. 32. & Ordin. Saxo Goth. p. 2. c. 3. tit. 35.* Sintemahl durch das Abpflügen in Felderen und ſonſten irriger Grentzen halber / viel Hader und Unkoſten gemacht wird &c. So ordnen wir / daß man alle und jede Flühren / welche nicht verſteint und vermachet ſeyn / in Beyſeyn beyderſeits Nachbarn durch die geſchworne Stein-Setzere verſteine &c. De limitibus autem & arcifiniis jam pluribus actum eſt, *infr. cap. 62. h. lib.* Peſſime autem lites agrariæ di- 12.
rimuntur, ſi periti agrimenſores in

oppidis non reperiantur, sed ubi geometriam exercent mechanici, rustici, ludi magistri, absque ulla cognitione mathematica, qui levi & simplici, una eademque, sed fallacissima methodo, omnia problemata resolvunt, & magis sorte quam arte agrimensuram expediunt, quorum gratia Philippus Landgrav. Hassiæ edidit. Eine höchst-nöthige Reformation etlicher in gemeinen üblichen Feld-Messen nach und nach eingeschlichener schädlichen Irrthümer quam recenset SCHWENTER. *Geometr. pract. p. 2. lib. III. in addit.*

13. Ratione litium agrariarum quæritur, an alicui liceat, agrum suum sepimento, figere, ita ut vicinus non possit aratrum suum circum agere, daß er seinen Pflug nicht kan umwenden / de quo ZOBEL. *p. 2. diff. jur. Civ. & Saxon. diff. 63. fin.* Et licet quis in suo possit ædificare, etiam cum damno vicini, *l. 24. & 26. ff. de damn. infect.* tamen dicendum, non licere, quia termini agrorum sunt, quinque pedum *l. quinque C. fin. regund.* & licet hodie hoc quinque

14. pedum spacium præcise non observetur, nihilo minus vicino non debet esse prohibitum, aratrum ambigere, nam iniquum est, ne quis te sua frui possit integra, contra æquitatem naturalem, & leges rei rusticæ, unde speciali concessione opus est, si fundus vel ager claudi possit, quod jus horti dicitur, Garten-Recht haben OTTING. *de limit. lib. I. cap. 10. n. 11.* welche Felder Garten-Recht haben / die darff man zu keinen Zeiten mit Trieb oder Weyd besuchen / weil sie beschlossene Güter sind. DN. SCHILTER. *ad ff. exerc. 20. §. 46. sed de his latius vid. lib. III. cap. 5.*

Hujuscemodi autem causæ civiles statis terminis an den Rahts-Tagen disceptantur & peraguntur, 15.
sententia autem ad consultationem lata, nomine consulentis Municipii publicari debet. PACIAN. *de probat. lib. I. cap. 47. n. 88.* THES. *decis. 28. n. 3.* HYP. de MARSIL. *singular. 427.* 16.

Ut se sistant in terminis illis Senatores, certa pœna in multis Municipiis in absentes seu emanentes dictatur, Romanorum fortassis antiquo exemplo, apud quos si ad senatum consiliumve collegii vocatus, non comparuisset, hunc Magistratus pignoribus, interdum etiam ruina domus coegit, ubi Marcus Antonius Consul, Ciceroni, nisi in senatum vocatus veniret, domum ejus se eversurum comminatus est BODIN. *de Republ. lib. III. cap. 7.* LIMN. J. *P. lib. IV. C. 7. n. 46.* 17.

So-

18. Solent etiam quandoque ex ordine Senatus dari Commiſſarii, quorum eſt officii, ut annitantur municipes litigantes concordes reddere;

19. Obiter hic notandum, inter Legatos Deputatos & Commiſſarios hanc eſſe differentiam: Mittuntur *Legati* ad parem, *Deputati* ad ſuperiorem & *Commiſſarii* ad inferiorem BESOLD. *de legat. cap. 2. n. 5.*

20 Hi autem commiſſarii ob commiſſionem ſibi factam Senatum repræſentare videntur, ex quo eſt, quod de jure Lubecenſi, ſi ex Senatoribus deputatis, unus vel plures mortui fuerint, ſuperſtitis teſtimonium tanti valeat, quantum plurium aſſertionibus tribuitur, imo ſi fides illius in dubium vocetur, juraro aſſerere poſſit, defunctos negotiis interfuiſſe, & ut relatum, ita actum eſſe. *Lib.*

21. *I. tit. 1. art. 3.* Ejusmodi commiſſiones â ſenatu factas, Senatores inviti ſuſcipere tenentur, niſi prægnanti excuſatione ſe immunes

22. demonſtrent. Et hæ commiſſiones etiam à Conſulibus ſine ſenatu recte decernuntur, nec habent electi Commiſſarii facultatem ſubſtituendi. MEV. *ibid. n. 44.*

23. *& ſeqq.* Commiſſariorum relatio apud Senatum inſtar actorum eſt, eundemque effectum habet, ac ſi omnia coram Magiſtratu geſta eſſent *Id. n. 44.* Licitum tamen erit partibus, ſuſpectos Commiſſarios recuſare, nam recuſatio ex Jure naturali deſcendit, inde nec à ſummo Principe tolli poteſt. GLOSS. *in cap. ad hoc X, de Reſcript.* interim cognitio ſuper cauſis recuſationis pertinet ad Magiſtratum & non ad Commiſſarios ſecundum ea, quæ habet IMBERT. *Inſtit. Forenſ. c. 39. n. 2.* 24.

Hæc commiſſionis materia Municipalibus maxime eſt proficua & 25.
pro avertendis litibus apta, ideoque fructuoſa, non ſumtuoſa, qualis eſt petitio Commiſſariorum, qui à Principe petuntur, & formam proceſſus loco Judicis ordinarii ſervant. Ideo Jocoſe *commiſſio* à quibusdam dicitur quaſi **fomm iß.** 26.
Cauſæ enim, ut axioma Juris habet, prius concordari, quam Judicio terminari debent; *c. 1. de mut. pet. cap. querela de Simon.* DECIAN. *conſil. 19. num. 17. vol. 4.* KLOCK. *conſil. 7. num. 1089. tom. 1.*

Nam hoc medio lites in Judiciis diminuuntur, vel abbreviantur, quod autem ad litium abbreviationem ſpectat, ſemper anteferendum, dum eas facere quam breviſſimas, Juſtum atque utile eſt *l. Labeo 3. §. 1. ff. de recept. arbit.* ſimul & ad litigantium utilitatem hoc ſpectat *l. omnes 12. de Judic.* Quotidiana experientia ſuffragante 27.

te habemus, quod lites non modo hominum, sed interdum corvorum & cervorum ætates superare soleant PETR. FRIDER. *lib. 2. de mandat. cap. 13. sect. 15.*

28. Adeoque recte ANT. FAB. Constitutionibus Regni Galliæ sancitum esse docet, ut in Judiciis inter consanguineos semper tentetur concordia, quod & non tantum inter cognatos sed & eos qui nullo sanguinis (Societatis tamen civitaticæ) vinculo ligantur, suadendum putat: Imo Principes vel Magistratus lege latâ sanciant, inter omnes tentandam pacem, quod si culpa partium omittatur sive deinde victores sive victi fuerint, semper in expensas condemnentur *lib. IX. Cod. tit. 22.*

29. Pietatis enim officio, piè Papinianus dicit, eos fungi, qui Jurgio perempto consensu rem dirimunt.
30. *l. fin. ff. fam. eriscund.* Hoc omnibus Judicibus ex Christiana charitate velim esse familiare, ut quoties coram ipsis ullus processus intentatur partes per se, vel per alios, concordiam curent, si possint, priusquam ad odiosas & voracissimas lites descendant, id enim facientes non tantum pii Judicis, sed etiam veri & sinceri Christiani hominis officium referunt, Apostolicam doctrinam sequuntur, & ad Servatoris nostri pacifici exemplum se componunt illudque imitatione exprimere curant. DAMHOUD. *prax. civ. cap. 199.* Nam sæpe etiam quis sub Justo clypeo 31.
succumbit, & cogitatio ejus non vituperanda, qui lites execratur *l. 4. §. 1. in fin ff. de alien. Jud. mut. caus.* nec prudenter fortunæ arbitrio committitur, quod per concordiam obtineri potest, juxta illud: Utilius macre concordium, quam pinguis sententia. KNICHEN *de Saxon. non proc. c. 3. n. 73.* citatus à DN. STRYCK. *Introduct. ad prax. for. c. 2. n. 2.* In pallatio Mediolanensi, hæc verba marmori incisa leguntur: In controversiis causarum 32.
capitales inimicitiæ oriuntur, fit amissio expensarum labor animi exercetur, corpus quotidie fatigatur, multa inhonesta crimina inde consequuntur, bona & opera utilia postponuntur, & qui sæpe credunt, se obtinere, frequentius succumbunt, & si obtinent computatis laboribus & expensis nihil acquirunt, referente, NEVIZAN. *Sylv. Nupt. n. 8.* & CHYTR. *delit. itiner. p. 244.* Hinc non sine causa Cato Censorius forum Judiciale acutis lapi- 33.
dibus, ne populus litibus assuesceret, sterni fecit. THOLOS. *de Republ. cap. 6. n. 9.*

A quo tamen alii secedunt, statuentes, in casibus dubiis concor- 34.
diam, etiam invitis partibus à Magistra-

gistratibus suadendam, secus in claris; Nam ubi iniquitas alterius litigantium manu tangitur, inique egerit Magistratus, si alterum ad transigendum & de jure suo remittendum, vel consilio suo adegerit, ut docet ZYPÆ *Tract. de judic. & Magistr lib. I. cap. 26. n. 3.*

35. Nam licet modo dictum, publice expediat, ut lites transactione sopiantur, minime tamen expedit, ut quis transactione lædatur invitus, QUETT. *cons. 30. n. 15. v. mirandum.* Utut enim transigendo recedatur à lite, esse tamen potest, ut quis in tantum lædatur, transactione, ut melius sibi fuisset, vexari expensis & fastidio litis, quam transegisse cum suo nimis gravi detrimento, SFORT. ODD. *de restit. in integr. part. 2. quæst. 66. art. 4. v. ad primum.* Et

36. quamvis transactionum occasio finalis sit, ut finis habeatur litium, interim tamen determinatio litium fieri debet secundum metas justitiæ, sicuti finis omnium contractuum, sententiarum, juramentorum & aliarum actionum est, ne peccetur contra axioma, illud vulgatissimum, & quidem canonizatum: Non sunt facienda mala, ut inde eveniant bona,

37. KÖPPEN. *decis. 58. n. 6.* Esto igitur, odiosas & execrabiles esse lites, non minus tamen abominabilis & exosa res est læsio alterius contra jus manifestum, WESEMB. *consil. 15. n. 48.* EVERH. JUN. *cons. 24. n. 91.* CONSIL. MARP. *32. n. 91. vol. 4.*

Si coram Magistratu Municipali inter civem & extrane- 38.
um lis sit, causa autem admodum dubia & intricata, an Municipium civi suo ex casibus pro amico, ut loquuntur, favere & gratificari possit? Quær. Quod etsi communiter adeo nege- 39.
tur, ut THES. *decis. 89. & 206.* tales casus pro diabolo appellitet, BACCHOVIUS tamen in *disput. 1. ad* 40.
Treuth. th. 1. in illa est opinione, quod si fundetur causa in quæstione mere civili opinionibusque interpretum ita utrinque agitata, ut judici aqua hæreat, ut ipse loquitur, tunc nisi conscientia alio vocet, judicem pro amico judicare posse.

Quod ego tamen valde pericu- 41.
losum puto, affectibus hominum tantum tribuere, ideoque consultius dicerem, ut Magistratus ad decisionem aliorum, non partialium, non facta mentione sui civis causam remittat, vel amicabili interpositione medietatem quandam sectetur, *arg. l. 3. v. quid est ergo ff. si pars hered. pet.* §. *cum ex aliena, ibi, placuit, Inst. de rer. divis.*

Nimium est frequens Juriscon- 42.
sultis, aut falli, aut fallere, cum

sanctæ professionis auctoritatem
non ad rationes & leges, sed ad
gratiam conferunt, HUGO GROT.
de Mari libero, cap. 3.

Non tantum in dicto casu, sed
43. alias semper, etiamsi Municipio-
rum Senatus viris sapientibus do-
ctisque non omnino careat, tutis-
simum reor, ut acta coram Magi-
stratu Municipali ventilata ad Ju-
reconsultos probatos transmittan-
44. tur; Cum enim minores judices
majoribus, & quidem acerbiori-
bus censuris semper subjaceant, hac
via facillime omnem à se rejiciunt
suspicionem, modo in præmen-
tionata transmissione hæc probe
observentur, 1. Ut partes, ante-
45. quam ad consilium peritorum acta
transmittantur, legitime citentur
ad hoc, ut unusquisque litigato-
rum Magistratui significet, qui-
nam Doctores sibi suspecti sint, ne
ex suspectis unus eligatur; Item-
que ut unusquisque Magistratus
indicet, quorum Doctorum con-
silio & opera in ea causa fuit usus,
2. Ut partes citentur ad collatio-
nem, & inrotulationem actorum,
ne acta imperfecta & manca trans-
mittantur. 3. Ut denique citen-
tur partes, ad videndum, aperiri
& resignari consilium, seu senten-
tiam.

46. Quæ requisita tam stricte ob-
servanda, ut si illorum uno omis-
so, judex ad transmissionem acto-
rum processerit, sententia omnia-
que acta & gesta ipso jure nulla
sint. Et istiusmodi transmissio
fieri debet sumtibus communibus 47.
utriusque partis, etiamsi alterutra
tantum partium transmissionem
petat, BERLICH. *concl.* 59. *n.* 14.
15. 16. 17. 18. 19. 20. *&* 23.
part. 1. De transmissione acto-
rum notandum adhuc, quod licet
Magistratus Municipalis publica- 48.
tionem sententiæ faciat suo nomi-
ne, ab ejus tamen tenore nec rece-
dere, nec ante publicationem re-
signare acta ipsi liceat sine suspecti
judicis nota, DN. SCHILTER. *ad ff.*
Exerc. 2. §. 6. Licet contrarium
statuat SCHRADER. *consil.* 2. *n.* 1.
dum ait: Es ist zu Recht verse- 49.
hen / und wird von denen Rechts-
gelehrten einhellig und in gemein
dahin geschlossen / daß kein Richter
schuldig / die acta derselben Sa-
chen / so vor ihm in Recht anhängig
zuvor gesprochen / an einen andern
Ort zu übersenden / und sich da-
selbsten des Rechtens zu erholen /
besonder daß ein jeder Richter wol
befugt / ohne erhaltene Beleh-
rung bey anderen Leuten / auf die
vor ihnen ergangene Acta für sich
selbst ein Urthel zu begreiffen / und
dasselbe zu publiciren. Cum mul-
tis, quos ibi allegat. Verum prior
sententia praxi juris Municipalis
magis conveniens est.

Di-

Dixi superius *n.* 41. quod Ma-
50. gistratus amicabili interpositione medietatem quandam sectari debeat; Ad quod obiter & per digressionem notandum, quod Gloss. *Ordin. ad l. Nesennius* 34. *ff. de negot. gest.* vulgarem dicat rusticorum opinionem, quæstionem per medium dividere, ut si petam decem, quinque dari putant, quo Bald. *in l. cum oportet. n.* 10. C. *de bon. quæ lib.* respexit, cnm Bartoli decisionem quandam similem vocat decisioni rusticanæ, quia fecerat, sicut rustici, qui dividunt quæstionem per medium, unde Germanicum illud: Baurenscheid/ Keller. *de offic. jud. Pol. lib. II.* C. 7. §. *proinde.* Vent. de Valent. *in Parthen. litig. lib. II.* C 4. *n,* 17. Faust. *de ærar. class.* 4. *consil.* 21. *Ordin.* 172.

51. Notat Besoldus, quod Phraotes, Rex Indorum semper lite inter emptorem & venditorem de thesauro invento judicaturus, ad Apollonium, quem in consilium adhibuerat, dixerit: Se viri prudentis non esse, arbitrari, si partiri inter se aurum amicos jubeat, id enim & aniculam quamvis dicere posse, Philostrat. *lib. II. de vita Apollon. cap.* 18. Besold. *th. pract. lit. B. n.* 18. Fit itaque ex hujusmodi dimidiatione causæ non tantum ein Baurenscheid / sed etiam ein alt Weiberscheid.

Addit Besold. *dict. loc.* quod hic modus secandi causam contro- 52.
versam merito improbetur & explodatur, cum citra necessitatem vel ex imperitia usurpatur, justitia & æquitate diversum flagitante; Si vero necessitas exigat, re forsitan adeo obscura vel ambigua, ut etiam post diligentem & accuratam trutinam, utra pars præponderet, non appareat, ibi decisio ejusmodi non modo culpa vacet, sed & singularem laudem sapientiæ mereatur, exemplo illo vulgato Salomonis Regis, Besold. *citat. loc. ibique.* Speidel. *in addit.*

Qui modus adhuc saniorem ha-
bet rationem, quam Panurgi ju- 53.
dicium, welcher alle vor ihm kommende lites durch Würffel decidiret/und dennoch wetten dürffen/ daß seine Urtheile eben so gut / als des Parlaments zu Pariß/ seyn. Rabelay *la vie de Pantagruel. lib.* II.

Ut redeamns ad materiam de 54.
casibus pro amico, recte de illis scribit Zypæus: Non frustra Justinianus definivit justitiam constantem & perpetuam voluntatem tribuendi jus cuique suum, propterea, quod non hodie aliter, aliter cras sentiat in problematicis multis, ut finguntur casibus pro amico, quod non ab uno duntaxat constet, sed perpetuo eadem disponat, quod

nullis

nullis affectibus aut causis extra
causam inflectatur, sed perpetuo
in omnium negotiis sit eadem,
Tract. de Magistr. lib. I. c. 12. Ha-
55. bet Statutum Spirense: Wir sol-
len auch allen unseren Bürgeren/
armen und reichen/ zu ihren Rech-
ten getreulich beholffen sin/ und ob
einem guten Manne Ubergriff ge-
schähe/ daß ihm das gebessert werde
und wollent ihne uß Ruhe geben.
Lehmann. *Chron. Spir. lib. IV. cap.*
15. *v.* dieweil dann.

Nulla enim est excusatio pecca-
56. ti, si amici causa peccaveris, Læl.
apud Cic. In amicitia quidem ve-
57. ræ leges sunt positæ, sed non
oportet ultra id, quod fas est;
opitulari amicis, neque eorum
gratia male agendum; Ut non
immerito dubitaverit Chilo, sum-
mæ sapientiæ vir, quonam usque
debuerit contra legem, contraque
jus progredi, eaque res in fine vi-
tæ animum ejus anxit, eaque quæ-
stio à Philosophis posteris exami-
nata, ut tradit Gellius *lib.* I. C.
58. 3. Et non tantum timore, odio,
& cupiditate, sed etiam amicitia,
humanum pervertitur judicium;
Timore, dum metu potestatis ali-
cujus veritatem loqui pertimesci-
mus; *Cupiditate*, dum præmio
animum alicujus corrumpimus;
Odio, dum contra quemlibet ad-
versarium molimur; *Amore*, dum
amico vel propinquo complacere
contendimus, *Can. quatuor modis*
78. *caus.* 11, *q.* 3.

Pericles ab amico rogatus, ut in
causa quadam sui gratia falsum 59.
committeret, se ad aram usque
amicum esse dixit Plutarch. ami-
citia aram justitiæ præterire non
debet. Publius Rutilius amico
cuidam per indignationem quæ-
renti, quid tua mihi opus amici-
tia, si quæ rogo, non facis? Re-
spondit: Imo quid mihi tua, si
propter te aliquid inhonesti factu-
rus sum, Val. Max. *lib. VI. cap.* 4.

Exemplum casus pro amico ha-
bemus in Agesilao, alias accuratæ 60.
justitiæ viro, in epistola quadam
ad Hydriceum ita scribente: Ni-
ciam, si nihil peccavit, dimitte.
Si peccavit, nostri causa dimitte,
omnino autem dimitte. Plutarch.
Habemus etiam in Bartolo, de
donatione facta Pontifici Silvestro
à Constantino, sic dicente: Nos
sumus in terris amicus Ecclesiæ,
ideo dico talem donationem va-
lere, dicturus scilicet, si alibi aliter,
ut allegat Schneidew. *in rubr. inst.*
n. 8. Ex quo & ego excusatio- 61.
nem mihi polliceor, si in partem
Municipalium alicui forte videar
nimis proclivis & prodendens. Nam
ex Municipiis patriam agnosco, 62.
contra patriam autem advocatus
suum prohibetur præstare patroci-
nium

nium, *l. pen. ff. de poſtul. l. 2. C. de adv. div. jud.* JOANN BORCK. *conſ. 25. n. 233. & ſeqq. vol. 5. Variar. lect. German.*

63. Qui patriam contemnunt, exiſtimantur impii, potiſſimum, qui perſonam in ea gerunt pnblicam, quibus ſatis eſt, ſi inſerviant, *l. curiales* 21. *C. de Decurion. lib, X.* Civis eſt is, qui patriam ſuam diligit ac bona, omnes Salvos & incolumes deſiderat, CICER. *in Vatin.* Unum Jubente Patria, alterum Patre, magis obediendum Patriæ, quam Patri ANCHOR. *Conſil. 75. col.* 2. DECIAN. *Conſil. 48. n.* 12. *ſeq. vol.* 3.

64. Tam gratus eſt Patriæ fumus, ut Ulyſſes novem diebus & noctibus à vento detentus, unice illum videre cuperet HOMER. Hinc eſt quod civis Patriam ſuam in Jus vocare non poſſit, æque minus ac patrem ſine venia. SPECKHAN. *Cent. 1. quæſt.* 53. Nam cognatio major eſſe non poteſt quam patria, in qua etiam parentes continentur CIC. V. *Philipp.*

65. Et quemadmpdum benevolentia major eſt erga veros Parentes, à quibus geniti ſumus, quam erga alios, à quibus adoptati, ita terra quæ cognatione nos attingit, veluti nativitatis, vel educationis, carior eſt, quam alia ſedes, in quam poſtea fortunæ arbitrio traducti ſumus, LYCURG. *in orat. contr. Lever.* SPECKHAN. *d. quæſt, n.* 13. Sed hoc tamen ita, ne audiam illud: Emolumentis cauſisve Prin- 66.
cipum, Rerumpubl. vel Communionum, qui plus æquo blandiuntur, non JCti, ſed iniquitatis miniſtri, non ſacerdotes, ſed apoſtatæ non Philoſophantes, ſed hypocritæ improbiſſimi, ambulantes inter laudem & Placentiam, non autem Veronam verſus. ROLAND. *conſ.* 91. *n.* 55. *vol.* 2. PETR. GREGOR. *de conceſſ. feud. p.* 1. *in pr. n.* 10. KLOCK. *Conſ. 20. n. 269. vol.* 1.

Agendum & paucis erit de re- 67.
cuſatione Magiſtratus Municipalis; Regulare eſt, totum collegium, etiam Senatus Municipalis non poſſe recuſari VIV. *lib.* 1. *com. opin. in verb. ſuſpecti.* BALD. *in l. hoc modo n.* 1. *ff. de condit. & demonſtr.* Fraudem in eo præſumi dicit, qui omnes ſapientes civitatis tanquam ſuſpectos recuſat GAIL. 1. *obſerv* 33. *n.* 2. Licet ibidem plurimos in contrarium citet, *ut &* GREV. *ibid. num.* 16. Limitatur tamen hoc, 68.
traditurque, Senatum Municipii tunc tanquam ſuſpectum, recuſarii poſſe, quando, ubi conceſſum eſt municipio Jus meri mixtique Imperii, aliqui è medio Senatorum recuſantem de crimine detuliſſent REUSN. *deciſ.* 11. *pr. tot. lib. II.* GRÆV. *concl.* 33. *num.* 18. *lib.* 1.
Idoneus is demum Judex eſt, qui 69.

 neutri

neutri litigantium est suspectus *C. Judex de off. deleg. in 6.* Recusare Magistratum vel Judicem suspectum, nihil aliud est, quam causas legitimas adferre, propter quas quis dicat, Judicem cognoscere, vel Judicare, de lite non debere *C. quia suspecti 3. q 5. l. fin. C. de Jud.*

Proponenda est autem recusatio
70. ab initio litis, & post litem contestatam vix hæc exceptio admittitur, nisi post contestationem causæ recusationis demum suboriantur, vel in notitiam de novo supervenerint *l. apertissimi 16. C. de Judic.* Ex regula generali, quod exceptiones dilatoriæ, sive transferentes Jurisdictionem, initio litis proponendæ, alioquin contestatione facta amissæ, nec repeti nec litigantes pedem referre Judicio possunt, cum jam in Judicem consensum est *l. nemo C. de Jurisd omn. Jud. l. fin. C. de Except. C. inter monasterium. de sent. & re Jud. C. inducia §.*
71. *fin. 3. q. 3.* Et licet Magistratus de Jurisdictione sua, an competens sit, ipsemet cognoscere possit, per tradita à ZANGER. *de except. p 2 c. 1. n.* 447 quia Prætoris est æstimare an sua sit Jurisdictio *l. 5. ff. de Judic.* Secus tamen est in recusatione ob
72. suspicionem, ubi si facta, ferat sententiam recusatus, ea ipso Jure est nulla, & quicquid ultra factum, pro invalido & attentato habendum. MEV. *p. 2. dec 3.* BRUN. *ad d. l. Apertissimi de C. Judic. n. 7.* Nec
injuriarum reus est, qui recusatione tanquam Jure publico utitur *l. injuriarum 13. §. 1. ff. de injur.* Licet etiam sine Justa causa fiat, modo non per calumniam aut cavillationem, injuria & pœna cessat, FAB. *in C. lib. III. l. 1. def. 34. n. 1.* Ex isto abusu demum nascitur injuria MEV. 1. *dec. 51. n. 5.* 73

Alias si sint in Senatu oppidano 74
tres aut quatuor ex Senatus collegio suspecti, non ob id totum corpus suspectari debet, ut illi surgant, discedant, negotioque controverso non intersint. Docet & DAMHOUD. quod si tres aut quatuor è Principalioribus consilii seu collegii suspecti sint, Principem suis etiam terminis Magistratum posse ordinare, ut recusatione non obstante in processu procedant, ad illum instruendum usque ad sententiam exclusive, quo facto, & processu instructo, jubere recedere suspectos, & in eorum locum substituere alias personas non suspectas, à quibus processus videatur, examinetur, Judiceturque *in pract. civil. cap. 125. n. 10.* Quod præjudicio confirmat
num. 11. Suspectis etiam Senatoribus, Commissarii non suspecti à Magistratu extra corpus Senatus dari possent, qui informent processum, actaque ad decisionem impartia- 75

lium

76. lium JCtorum transmittant. Senatores quos partes, ut ſuſpectos, arguunt, allegatis probatisque juſtis ſuſpicionis cauſis, ſurgere tenentur, ſive ſuſpicio oriatur ex inimicitia, ſive ex proximitate ſanguinis, unde habet Soſtſche Schrade *art. 109.* So wanne ſick die Rhat uppe ein Recht beraden ſall/ ſo ſall die Kläger und dei dar men up Klaget/ dem Raide entwiken/ und alle ere Fronde/ dei in dem Raide mit ſitten mögen/ dat iſt Vader und Kind/ Broder und Broder/ Herr und Dochter-Mann/ dei ſüllen mit entwiken/ winte alſo lange/ dat ſick de Raid
77. beraden hefft. Suſpectio autem ſuſpectos recuſat Vivius. *Comm. opin. in verb. ſuſpecti* & firmius reputatum Judicium plurium quam unius. *C. prudentium X. de off. Jud. deleg.* magisque præſumendum pro conſilio alicujus collegii, quam pro conſiliis particularibus, imo facilius invenitur, quod à pluribus quæritur. *C. de quibus ſin. diſtinct. 20.*
78. Gail. 1. *obſ. 33. n. 3.* Niſi tamen ſuſpicionis juſtæ cauſæ, in omnes aut ad majorem partem diffundantur, vel qui ſuſpectantur, licet pauci ſint, tanta polleant auctoritate, ut cæteri contradicere non audeant Zang. *de Except. p. 2. c. 4. n. 17.* Hac de cauſa ſaluberrimè cautum Edicto Glorioſiſſ. Electoris Frid. Wilhelm. de dato Küſtrin *20. Septembr. 684. art. 2.* Wann 79.
gleich ein oder mehr Judices oder Aſſeſſores eines Collegii recuſiret werden/ ſo wird doch deßhalben das gantze collegium nicht ſuſpect, ſondern die übrige membra wieder welche keine rationes, ſuſpicionis oder recuſationis ſeyn/ ſollen dem unerachtet Rechtlicher Art nach/ in der Sache verfahren/ und dieſelbe gebührend entſcheiden und ob dann woll nicht leicht ſich begeben wird/ daß ein gantzes Collegium aus gnugſamen zureichenden Urſachen recuſirt werden könne; So iſt doch unſer gnädigſter Wille und Meinung/ daß weder in ſolchen Fall/ noch auch wann ein Richter der keine Schöffen neben ſich hat/perhorreſcirt wird das privilegium primæ inſtantiæ ceſſiren, oder die andere Inſtanz, denen anderen Partheyen dadurch benommen werden ſoll/ ſondern wir wollen/ daß in dergleichen Begebenheiten gewiſſe Commiſſarii von Unſrem dortigen Hoff-Gericht verordnet/ vor demſelben die Sache verhöret/ und alsdann die acta ad Impartiales doctos verſchicket. &c. &c.

Interim bene monent Juris Con- 80.
ſulti, non eſſe de facili accuſationem ſeu ſuſpectationem contra Magiſtratum, alioſque officiarios

 tem-

temporales, admittendam, ne concussis columnis corruat ædificium *G. qualiter. de accusat.* BERTRAND. *consil.* 83. *n.* 9 *vol.* 1. GRIVELL. *decis.* 60. *num.* 13. HOTOM. *consil.* 1. VASQ. *illustr. controv. lib.* 2. *c.* 87. *n.* 26. KLOCK. *consil.* 94. *n.* 21. *tom.* 2.

81. Quæritur, an integer Senatus possit recusari, eo quod Consul primarius est suspectus? Resp. Neg. quia affectio generalis in Collegam non sufficit ad recusandos Collegas, si non doceatur alia specialis affectio in personam vel causam. ROL. à VALL. *Cons.* 19. *n.* 12. *lib.* 1. Deinde Consul censetur 82. potiori affectu devinctus integro Senatui & Collegio, quam Collegæ, majoremque habere rationem Justitiæ, quam favoris in Collegam, nec sola reverentia quam Senatores ipsi debent, ad recusationem sufficiens est; Nisi iterum ex 83. auctoritate Consulari metus & turbatio justitiæ potius, quam ejus æquilibrium sperandum sit, per ea, quæ tradit MEV. *p.* 1. *dec.* 194.

Caput XVII.

DE MUNICIPIORUM JURISDICTIONE VOLUNTARIA SEU PROROGATA.

SUMMARIA.

1. *Municipia habent jurisdictionem voluntariam.*
2. *Quomodo voluntaria hæc jurisdictio exerceatur à Magistratu Municipali?*
3. *Horum quædam saltem desiderant auctoritatem Magistratus.*
4. *Quædam adhuc requirunt causæ cognitionem & decretum Magistratus.*
5. *Jurisdictio hæc voluntaria etiam exercetur extra territorium & quare?*
6. *Jurisdictio voluntaria, quid sit?*
7. *In quibus exerceatur potissimum?*
8. *Unio prolium, quid sit?*
9. 10. *Ejus requisita.*
11. *An requisita hæc consuetudine restringi possint?*
12. *Vi voluntariæ hujus jurisdictionis Magistratus in subhastatione potest ex æquo determinare pretium.*

13. *Ejus ratio.*
14. *Compositio partium.*
15. *Ordinatio desuper ex Recess. Imp. Noviss.*
16. *An stante ordinatione, vel statuto, pro tentanda compositione, eaque omissa processus sit nullus?*
17. *Concordia suadenda, non imperanda.*
18. *Quomodo per Commissarios ex Senatu compositio inter litigantes instituenda?*
19. *Impetrata transactio summariter scripto concipienda.*
20. *Compositio amicabilis liberat litigantes à vulturibus judiciariis. Horum descriptio. Consultum est, stulta litigantium capita auctoritate sua temperare.*
21. *Judicii ordinarii tela magnas moras implicat.*
22. *Corpora Rerumpublicarum plus medicina, quam morbo laborant.*
23. *Difficultas executionis merito absterrebit litigantes.*
24. *Cara sæpe est nuda victoriæ gloria.*
25. *Molestia litium & litigantium.*
26. *Satius est semel vinci, quam sæpius vincere & diutius litigare.*
27. *Æterna sunt jurgia.*
28. *Processus est labyrinthus Dædali.*
29. *Quidam breviorem vitam, quam litem malle videntur.*
30. *Pauperum causæ, quomodo agantur?*
31. *Reipublicæ interest, cives habere locupletes, nec litibus extenuatos.*
32. *Sæpe magis in oppidis, quam præclaris urbibus litigatur.*
33. *Sententia de infausto litium exitu.*
34. *Lis, cur fœminini generis?*
35. *Hodiernorum judiciorum abusus.*
36. *Ditescendi aviditas fomentum præbet litibus.*
37. *Et obstinatio litigantium.*
38. *Jurisdictio prorogata.*
39. *Quatenus prorogationi locus.*
40. *Quatenus non?*
41. *Prorogatio etiam obtinet in Magistratu, cujus jurisdictio est limitata.*
42. *Etiam locus est prorogationi, si civitas contra civitatem litigat.*
43. *Jus arbitrii.*

Antiquorum rudis, sed beata æquitas.

44. *Interpositio Magistratus.*
Consulum quotidiana audientia.
45. *Ideoque Consulibus statutum est salarium.*
46. *Quatenus salarium transmittatur ad heredes?*

1. Quod Municipia habeant jurisdictionem voluntariam, arguitur ex collatione *l.* 1. *cum l.* 2. *ff. ff. de offic. Proconf.* & patet ex *l.* 14. *pr. ff. de manumiss. l.* 37. §. 1. *ff. de adopt. l.* 15. *in fin. de manumiss. vindicta.* GLOSS. *in l.* 1. *ff. de offic. prætor.*

2. Voluntaria hæc jurisdictio exercetur, auctore Magistratu, in volentes, atque in iis, quæ geruntur extra judicii strepitum;
3. Eorum autem, quæ ad hanc jurisdictionem pertinent, quædam præter approbationem & auctoritatem Magistratus nihil desiderant, ut sunt adoptio, manumissio, bonorum possessio edictalis, insinuatio testamentorum & donationum summam quingentorum
4. aureorum excedentium &c. Quædam adhuc desiderant causæ cognitionem & decretum Magistratus, qualia sunt transactio de alimentis testamento relictis, prædiorum minorum alienatio, arrogatio impuberis, decretalis bonorum possessio. VINN. *tract. de Jurisd.*
5. *cap.* 6. §. 6. Jurisdictio hæc voluntaria ubique exerceri potest, etiam extra territorium *l.* 2. *ff. de off. pro conf. l.* 17. *ff. de manumiss. vind.* Et hoc provenit non ex voluntate & prorogatione privatorum, sed ex natura ipsius Jurisdictionis. *Id* VINN. *quæst select. lib.* 1. *cap.* 4.

Et est Jurisdictio hæc simplex, quæ agentium consensu explicatur; 6.
exerceturque maxime in Jure, puta in emancipationibus, manumissionibus, adoptionibus & similibus, VULT. *Jurisprud. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 14. Imo etiam arrogatio *arg.* §. *fin. Instit. de adopt.* Unio prolium 7.
arg l. 36. *ff. de adopt. l. fin. C. eod.* & id genus alia, in hanc classem ponuntur.

Unionem prolium quod attinet, illa ex genere voluntariæ 8.
Jurisdictionis est, quæ cum causæ cognitione fit, interposito decreto, Germ. Die Einkindschafft/ quæ moribus successit in locum adoptionis imperfectæ. Ea non 9.
saltem coram Magistratu fieri debet, sed & præsentibus tutoribus & curatoribus facta discussione bonorum vel facultatum liberorum, quorum nomine parificatio prolium petitur. RICKIUS *tract. singul. de union. prol. cap.* 6. Adesse 10.
quoque convenit consanguineos & amicos eorum, quorum parificatio petitur, ut & hi ex compara-

tione facultatum dispiciant, an ea liberis futura sit salubris, ut ita omnis doli præsumtio excludatur, sicut & in adoptione fit. *l. 1. ff. de adopt.* cujus naturam unio hæc imitatur, atque cum hæc requisita copulative requirantur, non sufficit unius vel alterius partis adimpletio *l. si quis ita ff. de V. O. l. si heredi plures ff. de condit. instit. l. quoties. §. cum ita ff. de reb. dub.* Gail. *lib. II. observ. 125. n. 5. & seqq.* Ubi addit. *n.* 11. quod si con-
11. suetudine quadam introductum, qua quilibet, unionis hujus contractum proprio motu semotis arbitris, celebrare possit, tamen tali consuetudine non attenta, ut quæ potius pro corruptela habenda, unionem esse ipso Jure nullam.

12. Voluntariæ hujus Jurisdictionis effectus quoque est, quod Magistratus, facta subhastatione bonorum debitoris, si licitatores nimium sunt delicati, nec offerant Justum pretium, possit determinationem ejus ex æquo & bono tribuere & juxta *l. ordo C. de Execut. rei Judic & l. fin. C. si in caus. Jud.*
13. *pign. capt. sit.* cum inhumanum sit, quod debitores miseri, res suas pro pretio non æquivalenti dimittere cogantur, & creditores cum horum damno locupletiores fiant Crus. *ad Jus. Mindens. tit. 10. decis. 8.*

Ad hanc Jurisdictionem voluntariam & refertur compositio 14.
partium, cum Magistratus Municipalis de rebus, quæ directo ad suam Jurisdictionem ordinariam vel contentiosam non pertinent, pro tentanda concordia per delegatos senatores, additis quandoque commminationibus, cives eo cogit & invitat, ut sepositis tam diu litibus, senatus interpositiones sub obsequio civili, bey Bürgerlichem Gehorsam/ audiant, nam verecunda cogitatio, *tu adde*, modesta Jurisdictio est, quæ lites execratur. *l. 4. §. 1. ff. de alienat. Jud. mut. caus.*

Quo & tendit Ordinatio *Recess.* 15.
Imp. noviss. de anno 1654. §. 104. Zweitens solte der Richter erster instanz die Partheyen in zweifelhafften Sachen / nicht allein vor angefangenen Recht = Stand/ und litis contestation, sondern auch in quacunque parte Judicii, durch alle die übliche Mittel und Wege/ auch schiedliche Errinnerungen in Güte von einander setzen / und hiedurch alle weitläufftige kostspaltige Rechtsfertigungen zu verhüten sich befleissen &c.
Ubi quæri Poterit si fore exstat 16.
constitutio provincialis, cujus meminit Brunnem. *proc. Civ. cap. 2. n. 11. Camera Brandeburg. Colon. art. 3.* sol in allen Sachen denen

Par-

thenen auf ihr Erscheinen die Güte vorgeschlagen / und befleissiget werden / sie in der Güte zu vertragen / &c. vel si statuto Municipali introductum, quod in omnibus causis ante processum, amicabilis compositio tentanda, an hac amissa processus sit nullus, & reus ab observatione judicii absolvendus? Quod negat all. BRUNNEM. *cit. loc. n.* 13. quia concordia partibus suaderi, non imperari debet, & pax est bonum persuasibile, non compulsibile, MENOCH. *lib.* II. *arb. jud. qu. cent.* 5. *cas.* 442. *n.* 8. ARUM. *lib.* II. *decis.* 11. *n.* 72. Nisi subsit scandali, vel ob incertitudinem possessionis, armorum metus, MENOCH. *cit.* PARTHEN. *litig. lib.* II. *cap.* 4. *n.* 22.

17.

18. Si jam Magistratus causam sopiendam ex Senatu Deputatis commisit, horum officium est, primo: Ut summarie de statu quæstionis sese informent, deinde, ut cognita causa & utriusque partis fundamentis reo, absente actore, deducant difficultates ipsi obstantes, quo disponatur ad aliquid dandum pro redimenda lite; Hoc facto, reo absente actori exponat, quæ ipsum maneant facta, & remoræ ad totum quod petiit, consequendum, quo & hic de prætenso suo ad procurandam transactionem remittat, ubi simul utrique litigantium vulgatum illud diligenter inculcandum: Utilius est macre concordium, quam pinguis sententia. KNICHEN *de Saxon. non provoc. jur. advoc. jus cap.* 3. *n.* 73. Confecta & tandem impetrata transactio, quantum fieri poterit, summariter à Commissariis istis scriptis concipienda, partibus prælegenda & subscribenda, ne quid pro more, postea inficientur, prout monet Clarissimus SCHILTER. *exercit. ad ff.* 7. §. 40. Ejusmodi compositiones 20. autem sine omni remora promovendæ, nam expedit privatorum controversias quam celerrime componi, ut ait DIO *lib. LII.* antequam interveniant vultures illi judiciarii, qui quæstuariam pennam & linguam exercent, quorum aliqui præ fame rugiunt, quærentes, quem devorent, & venientibus occurrere solent, dicendo: Domine bene veniatis, quid habetis facere in Curia, si vobis necessarium est, meum servitium præcipiatis, ut ait SPECKHAN. *cent.* 2. *class.* 4. *quæst.* 44. *n.* 4. vel ut nostris rabulis in ore est: Ihr habt das grösseste Recht von der Welt / die Sache sol gut gehen.

Facit ad hoc, quod ait MATTH. STEPH. *in Discurs. Acad.* 9. *n.* 9. posse Magistratum suos cives ab inani lite repellere, & ad concordiam compellere, atque ita stulta li-

litigantium capita officio suo temperare, STEPH. *dict. loc.*

21. Cum proh dolor! vero verius sit, quod ait Paulus JCtus, judicii ordinarii telam magnas nimium moras ampliare, *l. 15. ut legat.*
22. *nom. caveat.* Corporaque Rerumpublicarum sub illis Medicis, quos judices dicimus, plus medicina quam morbo laborare, ut ait SATYRICUS *in Icon. anim.* C. 15. *de quo etiam vide* GOTHOFR. *annot. ad l.* 1. §. 5. *lit.* E. *ff. de extr. cognit.* Hi illi sunt judices, qui tunc sopi-
23. re solent, cum litigantes exsuxissent, BRUNNER. *lib.* VI. *Annal.* p. 141. Si & tandem post tot sumptus paratur victoria, omnis adhuc difficultas in executione est, si & ea pretio redimitur, idem miseris istis triumphantibus evenit, quod iis, quorum ædificia fulmine crepant, qui inter sæva tonitrua torrentes expetunt & tum demum guttulis potiuntur, cum *jam flammis collapsa ruunt immania ligna.* Ut lugendum sibi potius esse pu-
24 tent, quod bonæ alioquin litis, aut instituendæ aut suscipiendæ consilium ab initio non abjecerint, quam gratulandum, quod tanto pretio nudam victoriæ gloriam compararint, ANT. FAB. *Cod. lib.* IX. *tit.* 23. *in princ.* Atque sic impensarum onus opprimit rei controversæ utilitatem, SCAL. *l.* 3. *poet.* 7. ut habet Germanicum: Mehr verrechtet / als errechtet.

Ut taceam, quot non in controversiis causarum capitales sæpe 25.
oriantur inimicitiæ, labor animi exerceatur, corpus quotidie fatigetur, bona & utilia opera postponantur; sæpe enim, qui credunt obtinere, frequenter succum- 26.
bunt, ac si obtinent, computatis laboribus & expensis nihil acquirunt, adeoque satius sit semel vinci, quam sæpius vincere & diutius litigare, MONTAN. *de tutel.*

Unde fit, ut æterna sint jurgia, sique cum sumptibus fit molestia- 27.
rum ratio, gravius sit pene vincere, quam confestim damnari, BARCL. *in Argen.* Ideoque ambages hæ amputandæ, ne immani dilatione pereant litigantes, IDEM.

Tot enim subterfugiis, dilatio- 28.
num comperendinationibus & processuum gryphis intricantur lites, ut ex labyrintho Dædali citius evadas, & nodos Gordios exsolvas, quam has aranearum telas, ZYPÆ. *de judic. lib.* II. *cap.* 5. *sub fin.*

Idque etiam ob causam, quam 29.
insinuat ANT. FAB. *in* C. *tit.* 22. *l.* 9. quod nimirum quidam litem tractent, quasi rerum suarum ultima cura sit, ac breviorem vitam, quam litem malle videantur, accidit & illud, de quo que-

 ri-

30. ritur INNOCENT. pauperum causam cum mora negligitis, divitum cum instantia promoveris, illis ex mansuetudine dispensatis, istos cum difficultate respicitis, hos cum facinore tractatis, istos negligenter auditis, hos subtiliter auscultatis, vos non attenditis causæ merita, sed personarum, non jura, sed munera, non quoad ratio dictitat, sed quoad voluntas affectat, *in tract. 9. de contempt. mundi.*

31. Reipublicæ, quia convenit, cives habere locupletes, ita ei quoque interest, ne litium exitiali gangræna extenuentur, & satius est dimidium rei controversæ dimittere, quam pro tota litigare, RODACH. *de diffam. var. remed. cap. 6. n. 30.*

32. Omnibus itaque civitatum rectoribus cordi & curæ esse debet, lites tanquam civilium bellorum fomenta citius expediri, & maxime dolendum, quod in oppidulis semina earum sæpe larius serpant, quam in præclaris urbibus; in ipsa etiam egestate multi, assuetudine perplexius litigandi (sicut Marcellinus de Ægyptiis ait:) lætissimi sunt, unde controversistis nostris plerumque in ore est illud: Ich will mit ihm processen / so lang als ich einen Ziegel auf dein Dach habe.

33. Chilonis itaque Lacedæmonii sententia aureis literis consecranda est: Comitem æris alieni ac litis esse miseriam, PLIN *lib. VII. cap. 32.* Unde diverbii loco illud usurpari solet: Litiget, ædificet, qui vult cito pauper haberi. Wer will in das Bauren-Geschlechte/ Der maure viel und rechte.

Quod JUVEN. *Sat. 15.* innuit:

Res atteritur longo sufflamine litis.

Et FAUST. *in dist. moral.*

Ille brevi fiet misero mendacior Iro,
Tristia qui litis bella forensis amet.

Nam hodie lites non sunt breves, 34. non solitariæ, sed aliæ ex aliis generantur, & ut KELLER. ait *lib. II. de offic. jurid. Polit. c. 7.* Lis enim est generis feminini, facile litem parit, raro abortum faciendo. Unicus processus tertiam quando- 35. que fatigat progeniem, quia perniciosissimo hocce seculo causæ in judiciis ventilantur, non ut suum quisque consequatur, sed ut judicum, Advocatorum, Procuratorum & Scribarum *fument pultibus ollæ*, ut JUVENAL. Si monita Ju- 36. risconsultorum & Politicorum de componendis litibus tantum applausum haberent, quantum æque ditescendi aviditas, mures in rabularum promtuariis inedia & tabe 37. conciderent; Alterum litium fomentum est obstinatio litigantium, eorumque exacerbatio animorum, quo

quo facit proverbium Italorum: *Le vesti, de' Dottori son foderate dell' ostinatione de' litiganti.* Obstinatio litigantium Advocatorum vestes texto munit; Sed de materia hac in Municipiis nunquam satis commendabili præcedenti capite actum est, repetionem ejus excusat præstantia.

38. Pertinent huc casus prorogatæ jurisdictionis, cum nimirum major vel æqualis aliquis se jurisdictioni & ordini judiciario Municipali subjiciat, *l.* 14. *ff. de jurisdict. l.* 1. *ff. de judic. l.* 13. *ff. ad Sect. Trebell.*

39. Prorogationi autem huic locus non est, nisi inter eos, qui communi imperio & uni eidemque Principi subjecti sunt, e. g. si subjectus Regi Galliæ proroget jurisdictionem Magistratus Belgici, prorogatio ista non erit efficax, VINN. *d. tract. de jurisdict. cap.* 10. §. 2. ubi §. *seqq.* adjicit, prorogationi duntaxat locum esse in diversis Magistratibus, qui meri sunt & simplices Magistratus, quippe quorum nihil interest, prorogari al-
40. terius jurisdictionem; Secus autem esse in iis, qui simul sunt Toparchæ & Domini territorii, habentes jurisdictionem patrimonialem, ne scilicet his inultis auferatur jus, quod habent.

41. Ergo prorogatio, si forte Magistratui Municipali non competit jus cognoscendi in litigiosis, vel si de cætero ejus jurisdictio est limitata & circumscripta ad certas causas, fieri potest, etiam judice i nito, *l.* 1. *&* 2. §. *de jurisd. l. pœn. C. de pact.* GAIL. 1 *Obs.* 40. *n.* 1. MEV. *p.* 8. *dec.* 219. *n.* 3. Modo accedat non unius saltem, sed utriusque partis consensus, *d. l.* 1. *de judic.* MEV. *part.* 2. *decis.* 267. *n.* 5.

Prorogationi huic locus quoque tum maxime erit, cum civi- 42.
tati contra civitatem, vel Municipio contra Municipium quid litigii intercedat, juxta illud: Si qua sociarum civitatum cum socia civitate controversiam habeat, rem deferant ad civitatem, quæ utrisque æqua videbitur, THUCYD. 5.

Itemque jus arbitrii, quod Ma- 43.
gistratibus Municipalibus ad hoc competit, ut de re vel causa majori, quam in ipsorum cognitionem cadit, ex compromisso jus dicere, & causam extra ordinem dirimere possint, *l.* 28. *ff. ad Municip. l.* 24. §. 1. *ff. de judic.* eò refertur, de qua specie jurisdictionis sic legitur apud BARCL. *in Arg.* Olim quicquid inter cives exarserat, rudis, sed beata æqnitas compescebat per arbitrum; Ad Con- 44.
sulum curam pertinet, ea omnia decernere, quæ politiam civita-

 tum

tum concernunt, cotroversias civium primo omnium excipere, iis componendis arbitros se interponere, aut ad eam rem é civium multitudine eligere, & si per arbitros ad pacem profectum nihil sit, tum demum ad tribunalia litigantes amandare. Hujus rei causa Consules quotidie hora una alterave in eam rem stata, in consulari conclavi admittunt cives omnes, quotquot volunt, cujusve ordinis sint & conditionis, *Author status fœderat. Belg. Provinc. cap* 11.

45. Hoc cum non sine molestia & labore fiat, unumquemque autem sui laboris mercedem habere fas sit, *Can. charitatem* 12. *quæst.* 2. *Nov.* 82. *cap.* 9. *in princ.* æquum est, ut Consules salariis annuis ob hoc fruantur, idque cum hac prærogativa, ut, etiamsi cætera stipendia operæ morte servientis finiantur, atque pro rata tantum temporis solvantur, *l. Sejo.* 10. *in princ. v. cum tam labor quam pecunia divisionem reciperent. ff. de ann leg. l. desertorem.* 3. §. *sed si* 12. *ff. de re milit.* BONACOS. *de famul. quæst.* 103. *n.* 5. Salarium tamen integrum non emeritum ad hæredes transmittatur, non secus ut de salariis annuis Advocatorum, Doctorum, Professorum, Syndicorum, reliquorumque qui in functionibus stant publicis, jure cautum est, *l. diem.* 4. *ff. de offic. assess l. si quis* 11. *in fin.* C. *de Primipil.* RIPA *de peste p* 2. *n.* 85. nisi statuto Municipali, ut apud nostrates, contrarii quid cautum & introductum sit. 46

Caput XVIII.

DE MAGISTRATUS MUNICIPALIS OCULARI INSPECTIONE SIVE VISURA.

SUMMARIA.

1. *Expeditissimum remedium finiendarum litium est ocularis inspectio.*
2. *Ad eam Magistratus procedit, vel requisitus, vel non requisitus.*
3. *Ocularis inspectio quid?*
4. *Judex quandoque extra locum judicii cognoscere debet.*
5. *Requisitum ocularis inspectionis est, ut incurrat in sensum visus.*
6. *Ocularis inspectionis vis & effectus.*
7. *Ocularis inspectio fert lumen judici, parti, & testibus.*

8. *An liceat contra ocularem inspectionem suscipere probationem elisivam,* Gegen Beweiß.
9. *Quo casu reprobatio talis sit licita?*
10. *Quatenus ocularis inspectio faciat plenam fidem?*
11. *Visus per se est, auditus per accidens, omnisque probatio vincitur, si aspectus in contrarium testificatur*
12. *Certior aure arbiter est oculus.*
13. *Testis de visu plene probat. Et cur?*
14. *Probatio per ocularem inspectionem perquam est favorabilis.*
15. *Instituenda est ocularis inspectio principaliter non incidenter.*
16 *Quæ evidentia edocet, de his dicitur vere constare.*
17. *Evidentia probationum Regina.*
18. *Probationum finis est veritas.*
19. *Evidentia omne contrarium rejicit.*
20. *Impetrans visuram certi quid pro ea pendere tenetur.*
21. *Jura inspectionis qualiter solvantur Magistratui?*
22. 23. *Visura quomodo fiat?*
24. *Quatenus testes ibidem audiantur?*
25. *Examinandi sunt illi etiam ante actum inspectionis. Ejus ratio.*
26. *Qui testimonio alterum in inspectione superat, triumphat in possessorio.*
27. *Actui inspectionis præmittenda est quædam causæ cognitio.*
28. *Si testes nulli sunt, recurritur ad terminos antiquos & apparentiæ vestigia.*
29. *Exinde ad præsumtiones conjecturas & indicia.*
30. *Quando eo deveniatur?*
31. *Probationes imperfectæ quando recipiendæ?*
32. *Quid si constet de justa possessione illius contra quem agitur.*
33. *Inspectorium hoc judicium est extemporarium.*
34. *Quandoque ad hunc actum adhibendi sunt Notarii, agrimensores, pictores, &c.*
35. *Privatim conficienda est ichnographia.*
36. *Ichnograpia talis, qualiter conficienda?*
37. *In rebus admodum dubiis potius ad concordiam quam ad hoc inspectorium procedendum.*
38. 40. *Visura hæc fieri potest, etiam post conclusionem in causa.*
39. *Etiam ante litem inchoatam.*

41. *Inspectio carcerum instituenda, ne nimis sint sordidi.*
42. *Etiam circa cautionem de damno infecto.*
43. *Circa res in foro venum exhibitas.*
44. *Inspectio mensurarum & ponderum.*
45. *Desuper quadam Constitutiones provinciales.*
46. *An tales actus referantur ad merum Imperium.*
47. *Inspectio molendinorum.*

1. Expedientissimum habemus adhuc in Municipiis remedium finiendarum litium, si quid controversiæ inter Municipes quoad prætensa jura, aut possessiones exoriatur, quod est, ut Magistratus Municipalis statim,
2. vel requisitus, vel non requisitus, atque adeo ex officio procedat ad ocularem inspectionem, quod vocamus **die Irrungen in Besichtigung oder in Augenschein nehmen.** Eò facit *l. 8. si irruptiones. §. 1. ff. fin. regund.*

Ocularis inspectio est modus
3. probandi, quo per ipsum rei aspectum, in re dubia judici fit fides, quo facit *c. proposuisti 4. x. de probat.* Et licet judex pro tribunali
4. sedens informari & decernere debeat, quia major est attentio judicis, in solio quasi Majestatis sedentis, Zoes. *ad decret. de sent. & re jud. n. 5.* Rerum tamen immobilium, ut agri, fundi, ædificii, inspectio extra locum judicii, etiam fidem facit, ob necessitatem, juxta regulam C. *Quod non est licitum 4. x. de reg. jur.*

Sicut autem in genere res, de 5.
qua testimonium fertur, incurrere in sensus debet, Struv. *synt. Ex. 28. th. 42.* Ita in specie ad ocularem inspectionem requiritur, ut incurrat in sensum visus, ubi talis actus videntis intercedere debet, ut is oculo corporali & intellectuali rem objectam percipiat, Nell. à S. Gemmian. *de testibus n. 132.* Sic non valet testis depositio, dicentis, se vidisse pulsari campanam, vinum esse dulce, Dn. Strxck. *de jur. sens. differt. 1. cap. 4. n. 8.*

Ocularis enim inspectio rem 6.
manifestam reddit, & inde pro probatione firmissima optima & superlativa habetur, *d. l. si irruptione, ubi gloss. ff. fin. regund.* Natt. *consil. 269. n.*, Afflict. *decis. 23. n. 6.* Beroi *consil. 144. n. 54. vol. 3.* Rim. *consil. 415. n. 1. & seqq.*

Nam ocularis inspectio maxi- 7.
mum lumen fert judici, parti & testibus, *judici*, ut eò melius informetur; *parti*, ut pro circumstantia situs & loci eò melius intentionem suam probare, & proba-

bationes deductionem, vulgo probation Schrifft formare possit; *Testibus*, ut visis locis controversis, eo melius dignoscant, in quo cardo negotii versatur RULAND. *de Commiss. p. 2 l. III. cap.* 1. Quæritur,
8. an liceat parti adversæ, contra ocularem inspectionem, probationem elisivam, vulgo gegen Beweiß/ suspicere? Et dicendum regulariter, in oculari inspectione reprobationem non admittendam, juxta illud: Quod patet expresse, non est probare necesse BALD. *Consil.* 388.
9. *n. 6. vol.* 1. Nisi sordibus vel gratiâ Judicis eam peractam probare velit, vel si error commissus & requisita necessaria inspectionis stricte non fuerint observata, ex gr. citatio partis, eorumque, quorum interest CHRIST. *ad statut, Mechlin.* tit. 14. MEV. *p.* 4. *dec.* 139. *n.* 5. *&*
10. *p.* 5. *decis.* 225. nec enim inspectio plenam fidem facit, nisi facta in partium præsentia *all.* RULAND. *p.* 1. *lib. IV. c.* 20. *n.* 23. cum duplex sit finis præsentiæ, alter, ut partes ipse videant, tum, ut Magistratum vel ejus Commissarios informare possint, & dispicere, ne quid prætereatur MEV. *alleg. dec.* 225. *n.* 3. Cæteroquin adeo nullus est actus, & nullitas merita causæ ita afficit, ut appellationi locus sit, *Id. ibid. n.* 5.
Visus per se est, auditus per acci-
11. dens, omnisque probatio vincitur, si aspectus in contrarium testificatur BALD. *in l. Deo col.* 3. *vers. sed si ponamus C. de Episc. & cler. c. pro posuisti ibique Dd. extr. de prob.* Et quod oculus videt, nemo fideliter negat WESEM. *cons.* 58. *n.* 14. Nam
certior aure arbiter est oculus HIPPOL. RIMINALD. *Cons.* 95. Et melius intelligitur, quod oculis, quam quod auribus percipitur GILHAUS. *arb. Jud. Civil. cap.* 6. *p.* 2. *art.* 2. §. 7. *n.* 1. Juxta illud Poetæ, 12.

Segnius irritant animos demissa per aures,
Quam quæ sunt oculis commissa fidelibus - - -

Hinc testis de visu deponens, ra- 13.
tionem asserti sui rebdere non cogitur, puta si asserit de re oculis directo perceptibili, non autem de ea quæ magis & intellectu, quam sensu dependet, cum talia plus rationis, quam sensationis habeant. Nam ubi non est quid visibile nec sensibile aut tangibile, sed solum intelligibile, ibi assignandæ sunt causæ facti, ex quibus constet, testem scire. FELIN. *ad c. cum causam* 37. *X. de Testib. n.* 3. *Vers. & per hanc.* Atque post eum. STRYCK. *d. tr. & loc. n.* 8. *&* 9.

Hæc probatio, quæ fit per ocu- 14
larem inspectionem, ita favorabilis est, ut nunquam censeatur à lege vel statuto exclusa. CAVALCAN. *decis.* 8. *num.* 34. *vol.* 5. PARIS. *consil.* 68. *num.*

num. 12. vol. 1. BARZIUS *decis.* 17. *num.* 7. *&* 8. PLOT. *in l. si quando num.* 777. *C. de in lit. jurand.*

15. Verum, ut effectum ocularis inspectio sortiatur, opus est, ea facta sit, principaliter, non autem incidenter; Principaliter fit cum commissio, ad certæ alicujus rei inspectionem petitur; Incidenter, cum actui alicui clausula ocularis inspectionis adjicitur. GILHAUS. *supr. alleg. n.* 2.

16. Idque ex illo, quod ocularis inspectio se fundet in ipsa evidentia, hæc quæ edocet, de illis vere constare dicitur. MASCARD. *in tract. de probat. quæst.* 8. *n.* 3. quia oculus non mentitur. §. *Sed cum magis Inst. de gradib.* BALD. *in c. ultra tertiam num.* 5. *extr. de probat.* HERCUL. *in tract. quis teneat. negat. num.* 247. Ideoque facti evidentia dici-

17. tur probationum regina *c. ad evidentias extr. de accusat.* AZO *in summ. C. ad L Aquil.* BALD. *in rubr. C. de probat.* JAS. *in l.* 1. *sub. num.* 10. *ff. de nov. op. nunt.* Nec quidquam ma-

18. nifestius probat, quam quod Judicis oculis ad manifestandum subjicitur, & cum nulla alia de causa probationes in Jure requirantur, nisi ut veritas in apertum referatur & ipsi Judici sit nota, inde is clarius & manifestius veritatem cognoscere nequit, quam si res ipsa ob ipsius oculos versetur. COVARRUV. *variar. resolut. l.* 1. *vers.* 7. Ea demum veritas est, quæ per e- 19.
videntiam patet hinc nulla certior probatio est, quam quæ sit per evidentiam facti MASCARD. *alleg. proleg. quæst.* 8. *num.* 3. Ergo si per statutum expresse cautum esset, juramentum præstitum ad omnem probationem sufficere, nihilo minus, id locum non obtinet si per evidentiam rei contrarium probari potest, ut per aspectum. TIRAQUELL. *de retract.* §. 4. GLOSS. 1. *num.* 13. *cum seq.*

Si Magistratus ad ejusmodi ocu- 20.
larem inspectionem requisitus, decernit, impetrans pro illa, certi quid ex templo pendere & numerare tenetur, sive vincat, sive succumbat: quandoque antequam decretæ visuræ haberi possit effectus, hoc pensitandum est. Et quidem si intra Municipii muros ocularis 21.
inspectio instituenda, simplicia solvuntur jura, si vero extra muros, ante fores vel ruri, visura sumenda, duplicia numerari solent.

Quo prævio, wann nemlich die 22.
Raths-Gebühr würcklich erlegt worden / Senatus integer ad locum quæstionis accedit.

Ubi Impetrans ante inspectionis 23.
actum causam conventus Consuli primario, vel alicui Deputatorum ex Senatu, exponit; Hic autem reponit, promittendo, se circumstan-

stantias omnes, per ocularem inspectionem ponderaturum esse. Et
24. quidem si adhibendi sunt testes, illi plerumque de simplici & plano audiuntur, non tamen sine Juramento BRUNNEM. *pr. civil. Cap. 22. n. 9.* Ut si de certa arbore sermo sit, an sit finalis ein Gräntz-Baum/ optimum erit præstito prius juramento, testes in rem præsentem ducere & singulos de arbore illa seorsim audire, ubi certior redditur depositio, & sæpe articuli nisi res controversa præsens sit, intelligi non possunt *Id. d loc. n. 7.* Cui convenientem asserit *Ordination Wittenberg tit.* 18.

25. Qua ordinatione etiam cautum est, ut testes examinentur ante actum inspectionis, ex ratione, quia si ante examinationem testes ad inspectionem admitterentur, periculum subesset, ne testes ita informentur, & ex omnibus demonstrationibus & recessibus, quæ in ipso actu ocularis inspectionis ab utraque parte peraguntur, & habentur, cui parti adstipulari debeant, occasionem sumant, & ita invicem de depositione communicent RULAND. *de Commiss. d. lib. III, c. 11. n. 3.* Tunc autem, ut supra dictum, testes in ipso actu inspectionis examinandi sunt, si aliter articuli intelligi non possint, sicque dissentientes super examine testium in materia ocularis inspectionis conciliat. *alleg.* STRYCK. *d. tr. c. 2. n. 13.* Au-
diuntur & ibidem in loco testes 26.
producti utrinque, in quo qui alterum superat quoad possessionem, illico triumphat.

Ex hisce patet, causæ cognitionem aliqualem, antequam inspe- 27.
ctio ocularis decernatur, præcedere debere. *l. si irruptione 8. ff. fin. regund.* MEV. *p. 4. dec. 139. n. 3.*

Si testes nulli sunt, nec haberi
possunt, recurrendum est ad termi- 28.
nos antiquos, & apparentia vestigia, tanquam ad stipites veritatis, qui semper permanent FELIN. *in c. cum causam num. 6 de probat.* Ex
inde ad præsumptiones conjecturas 29.
& indicia MASCARD. *de probat. concl. 397. per tot. vol. 1.* BALD. *in auth. quas actiones C. de SS. Eccles n. 16. vers. ego quæro* GUID. PAP. *quæst. 139. n. 1.* SOCIN. *consil. 66. n. 2. vol. 3.* Puta, si difficiles sunt probationes,
& si propter longum temporis in- 30.
tervallum, res litigiosa per inspectionem decidenda, non satis cognosci potest cit. BALD. *in dict. auth. quas actiones* GUID. PAP *cit. loc.* Ac in
hac materia recipiuntur probationis 31.
minus perfectæ & loco conjecturæ sufficientes cum argumentis, quæ in aliis non sufficiunt. MASCARD. *all. concl. 397. n. 3. & 6.* Nam in omni materia, quæ difficilis est probationis, imperfectæ probationes admittuntur, *Id. ibid. n. 8.*

 ubi

ubi num. 9. hujus asserti adjungit
32. limitationem, si constat, de Justa possessione illius, contra quem agitur, tunc enim actori possessionem petenti, non satis est probare, ex gr. confinia per conjecturas, sed plene omnia probanda sunt, ubi & refutat Cravettam contrarium statuentem. *num.* 10. 11. 12.

33. Ex omnibus hisce formatur & tempore hoc, Judicium inspectorium. Sed etiam ad actum ocula-
34. ris inspectionis, sæpe quoque adhibendi sunt Notarii, Scribæ, graduimensores, & pictores, qui ad sopiendam ejusmodi litem omnia accuratissime metiantur, loci qualitatem, & circumstantias designent, graphiceque depingant, prius autem juramento adstricti RULAND. *supr. alleg. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 5. quo eo majorem conscientiæ rationem habeant, cum in talibus personis non tantum scientia, sed & conscientia attendenda, post BRUNNEM. *comment. ad ff. l. 8. ff. fin. regund.* STRICK. *d. cap.* 2. *n.* 4.

35. Utile quoque esse suadet BRUNNEM. *Proc. Civ. cap.* 22. *n.* 11. Ut utraque pars, ante inspectionis actum ad sui informationem, privatam confici faciat ichnographiam, quam deinde Magistratui in loco quæstionis offerat, ut ipsi exinde constet, in quonam conveniant & disconveniant, & sic de disconvenientia, si ulteriori inspectione opus, informatio sumi potest, quo facit Recess. noviss. de Anno 1656. §. Wann es um Grentzen/Weidgang/Jagen und andere dergleichen Jura und Gerechtsamkeiten zu thun / und den Augenschein einzunehmen von nöhten/ so soll zu des Richters besserer information, eine jede Parthey einen richtigen Abriß zu produciren, schuldig seyn. Quate- 36.
nus vero ichnographia exacte formanda, omnes circumstantias loci controversi exhibens, docet OTTINGER. daß zufoderst alle Gelegenheit durch hiezu dienliche instrumenta, eigentlich und mit Fleiß in Grund zu legen/ die plagæ mundi, der Aufgang/ Niedergang/ Mittag und Mitternacht zu observiren, die Marcksteine oder Grentzen ordentlich nach einander zu verzeichnen/ die anreinende Orte auch dabey anzuhencken / und die Rivier also zu repræsentiren, daß es mit dem wahren Situ pünctlich übereinstimme/ und demselben allerdings gemäß sey. In tract. suo *de controvers. limit. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 9. *&* 10. In rebus tamen admodum 37.
dubiis & intricatis Magistratus rectius operam dat, ut partes absque tali inspectorio ad concordiam reducat, ne quis indebite, damnum patiatur, aut inique condemnetur.

We-

WESEMB. *in parat. ff. fin. regund.* *num.* 7. PANORM. *in c. fin. num.* 2. *extr. de transact.*

38. Finaliter notandum, quod visura hæc non tantum in primordio litis, sed etiam post conclusionem in causa fieri possit CANCER. *var. resol. tom.* 2. *cap.* 27. *num.* 129. BESOLD. *in th. pract. lit. A. num.* 106. *ibique* SPEIDEL. *in addit.* Pari modo & ante litem inchoatam fieri

39. potest inspectio ocularis, puta si conjunctim fiat cum probatione ad perpetuam rei memoriam. BERLICH. *p.* 1. *concl.* 47. *num.* 10. Deinde si lis quidem in judicium est deducta, sed nondum contestata, inspectio quoque locum sibi vendicat in novi operis nunciatione *Id. n.* 11. Ex ratione, quam addit. DN. STRYCK. quia hic inspectio petitur, ut inde constet, qualis vel in quantum actio sit intentanda *d. tract. de Jur. sens. diss.* 1 *c.* 2. *n.* 7.

40. Post conclusionem autem eam recte fieri, refert BERLICH. *alleg. n.* 28. præjudicium facultat Lipsiens. verb. Ob wol in der Sache zum Urthel beschlossen / und ihr euch ferneren Einbringens billig enthalten sollet / dennoch aber und weil ihr dafür haltet / daß der Zeugen Aussage ohne einen Abriß dem Augenschein gemäß / nicht woll einzunehmen oder zu verstehen seyn möchte/dann dergleichen suchen in Rechten sehr befreyet/ so wird euch einen Abriß in Gegenwart eures Gegentheils gebührlich zu verfertigen und ad acta zu bringen / billig verstattet. Sed & post sententiam admittendam statuit BRUNNEM *proc. Civ. all. c* 22. *n.* 2. cujus rationem eddit SERENISSIMUS ELECTOR SAXON. *in ordin. judic.* von Beweiß und Augenschein/ quia ex ea apparet, an testes fuerint falsi, vel erasse judicem, *p. l. Divus* 33. *ff. de re jud. tit. C. si ex fals. instr.* Tunc autem post sententiam inspectio non admittitur, quando non tam ex ea, quam ex conjecturis, ex inspectione resultantibus quid probandum est, *C. pen. x. de probat.* WAMMES. *vol.* 1. *consil.* 465. *n.* 6.

Ad hanc materiam ocularis inspectionis quoque refertur inspectio cadaveris occisi, cujus modus describitur à CAROLO V. *Const. crim. art.* 149. von Besichtigung des Entleibten. & de qua jam actum *cap.* 12. *n.* 148. *hujus libri. Secundo* inspectio carcerum, puta, quando nimis sunt sordidi, ubi ipsa custodia in crudelissimam pœnam couvertitur, cujus exemplum refert CARPZ. *p. crim. p* 3. *quæst.* 106. *n.* 45. ex auctore vom Justitien-Werck. dum puella quædam à serpentibus in carcere peremta fuit, ubi utique christiani

Magistratus officium est, in rem præsentem ire, & qualitatis carceris rationem habere, cogitando utrumque intra hnmanitatis limites continendum & judicem & delinquentem. Huc facit *art.* 11. *Const. crim.* in verb. **und ist dabey sonderlich zu mercken / daß die Gefängniß zu Behaltung / und nicht zu schwerer gefährlicher Peinigung der Gefangenen sollen gemachet und zugerichtet seyn** / vid. *cap.* 15. *n.* 16. *Tertio*, cautio de
42. damno infecto, ubi opus est, ut domus ruinosa, vel quæ damnum minatur, inspiciatur, DN. STRYCK. *de jure sens. diss. cap.* 1. *n.* 64. *Quar-*
43. *to* à Magistratu Municipali inspectio adhibenda in illis rebus, quæ in foro venalia habentur, RULAND. *d. loc. cap.* 4. *n.* 17. ne res vendenda sit vitiosa, vel morbida, quod in specie Præfecto urbi injunctum, *l.* 1. §. *cura carnis* 11. *ff. de præf.*
44. *urb.* quo & refertur inspectio mensurarum & ponderum, de qua infra *cap.* 64. quæ in Marchia peculiari constitutione Magistratibus Municipalibus imposita, cujus verba recenset SCHEPLITZ *Consuet. March. p.* 4. *t.* 6. §. 5. **Und sol**
45. **in etlichen Zeiten ungewarnter Sachen der Raht an jeglichen Orten umgehen / die Schaal / Maaß und Gewicht besichtigen / und fleissige Aufmerckung haben** / DN. STRYCK *Dissert. de Dardanar. cap.* 7. *n.* 14. Eò quadrat *Policey-***Ordnung** WILHELMI DUCIS JUL. &c. tit. **von Besichtigung Maaß / Ellen und Gewichte /** ubi: **Es sollen Burgemeistere jedes Orts zum wenigsten viermahl im Jahr alle Masse und Gewichte und Ehlen besichtigen / und so fern die bey jemand unrecht befunden / den oder dieselbige mit Ernst dafür bestraffen / nemlich / was falsch und aus Auffsatz unrecht / auch** criminal **befunden / daß durch unsere Befehlchhabere gestrafft / was aber sonst ungefährlich / oder aus Nachlässigkeit versehen / und Bürgerliche Sachen und Straffen wären / durch die Burgemeistere gebüsset werden.** Idem cautum Jure Susatensi, *art.* 20. **Wei befunden werd / dat hei hefft unrechte Wichte offte unrechte Mate Weins oder Olies / dei sal wedden dem Raide ein halff Pund.**
Sunt, qui hanc inspectionem acti- 46.
bus meri Imperii adscribunt, KNICHEN. *cap.* 4 *de jur. superior. n.* 287. BIDENBACH. *quæst. nobil.* 7. *n.* 3. a quibus dissentit STEPHAN. *de jurisd. lib. I. cap.* 12. *n.* 22. GUID. PAP. *dec.* 790. *in fin.* Ergo hac distinctione hic dissensus conciliari poterit, statuendo, aliud esse in mensuris jam constitutis, aliud in constituendis, Constitutio earum su-

ſuperioritati, conſtitutarum vero inſpectio mixto imperio accerſenda, BESOLD. *conſil.* 211. *n.* 10. Denique huc ſpectat inſpectio molendinorum, die Mühl-Anschauung/wie der Müller mit seinen Mahl-Kunden umgehe/ob er sie mit der Meßen oder Multer übernehme/ quam KNICHEN iterum refert ad Centenam, ſed absque auctoritate *in d. tract.* Cum & hæc ad baſſam jurisdictionem & ad ea, quæ Magiſtratus jure ſuo exercet, referenda ſit, & tunc demum caſus inſpectionis ad merum imperium pertinet, ſi forte de crimine atrociori appareat, quo inclinare videtur HERING. *de molendinis quæſt.* 45. *n.* 36. *in fin.* ibi: daß zum Fall durch solche Mühl-Inſpection, &c.

Caput XIX.

DE MUNICIPIORUM JURE ASSESSORATUS.

SUMMARIA.

1. *Aſſeſſores, unde dicti?*
2. 3. *Quid ſint?*
4. *Eorum officium, in quo conſiſtat?*
5. *Aſſeſſores, cur adhibiti in judiciis?*
6. *Aſſeſſorum ſalarium.*
7. *Differentia inter aſſores Magiſtratus Romani & noſtrates.*
8. *Quandoque aſſeſſorum conſilio non opus.*
9. *An actuarii officium expediri poſſit per aſſeſſorem vel per Conſulem.*
10. *Aſſeſſores in Italia & Gallia.*
11. *Scabini* Schöpffen/ Scheffen.
12. 13. *Municipia, quare ſuos aſſeſſores conſtituant?*
14. *Aſſeſſores habent etiam in transmiſſione actorum ſuam functionem.*
A circumſtantibus, von dem Gerichts-Umſtand/ *male ſententia quæritur.*
15. *Aſſeſſores judicii Lippienſis.*
16. *Aſſeſſoratus juris veteris Suſatenſis.*
17. *Aſſeſſorum munus antiquiſſimum.*
18. 19. *Acten-* weiſe Schreiben.

20. *In assessoribus peritia juris requiritur.*
21. *Assessoris imprudentia non officit Magistratui.*
22. *Judicibus sibi in jure non bene fidentibus licitum est, assessorem sibi assumere.*
23. *Duobus Magistratibus simul assidere, concedendum non est.*
24. *Assessoratus & advocatura sese non compatiuntur.*
25. *Illud, quod Assessoribus Cameralibus, hoc & Municipales sibi dictum & sancitum putent.*
26. *Assessores judicis sententiam contra conscientiam impedire non debent.*

1. Assessores, qui ita ex eo, quod judicicibus assident, vocantur, WESEMB. *in paras. de offic. Assess.* Saxonice Scabini dicti, 2. REINH. *differ.* 52. etsi nullam jurisdictionem habeant, *l.* 2. *C. de assess. Novell.* 60. *c.* 2. illos tamen essentialia membra judiciorum esse, nemo nescit, *l.* 1. *& tot. tit. ff. de off. assess.* Sunt ergo assessores jurisprudentes, qui consilia juvant 3. judicum, vel qui consiliis suis adjuvant, *l.* 7. C. *de offic. adsessor.* vel quos ille, qui judicandi potestatem habet, sibi associat, ut sibi in causæ cognitione assideat vel assistat, & se ad recte dicendam causam instruat, TANCRED. *de ordin. judicior. l.* 1. *tit.* 7. *in princ.* unde non habebant qualitatem judicum, sed Consiliariorum, BESOLD. *thes. pract. voc. assessor.* Et 4. hinc patet, officium assessorum versari in consilio dando, circa ea, de quibus in jure quæritur, ejusmodi sunt cognitiones, postulationes libelli, edicta, decreta, epistolæ, *l.* 1. *ff. de offic. adsess.*

Officium itaque assessorum fuit 5. inventum, ut propter eorum peritiam succurreretur, habentibus ordinariam & delegatam jurisdictionem, legum ignasis & sic defectus eorum supplerent. *l.* 1. *ff. C. de offic. adsessor.*

6. Assessoribus in auctoramentum laboris & industriæ, & quo facilius ab alienis manus abstinerent, ex publico salarium constitutum est. *l.* 4. *& l. fin. ff cit. tit.*

7. Evidens jam est ex his præmissis, assessores Magistratum Romanorum & assessores nostrates, curiarum provincialium ut & scabinos Judiciorum Municipalium disparem rationem habere, ut qui una cum Præside suo conjunctim potestate dicastica pollent & plurium votorum collectione sententiam concludunt, adeoque eorum potestas major hodie est quam olim apud Romanos, ita ut de jurisdictione participare videan-

8. deantur; Quod tamen non de omnibus actibus judicialibus in universum intelligendum, ad quos non semper assessorum consilium requiritur, sed ad plures sufficiunt ipse judex, sive Præses judicii, locus vel tribunal & Actuarius der Gericht-Schreiber SCHILT. *ad ff. Exerc.* 5. §. 23 MEV. *ad jus Lubec.*
9. *part.* 2. *tit.* 1. *art.* 2. *n.* 99. Ubi notandum quod actuarii officium nec per assessorem, nec per Consulem, licet Notarius sit publicus, expediri queat, nisi forsan consuetudine in loco aliquo aliud demonstretur receptum, vel consignatio modicum concernat præjudicium, aut actus voluntariæ jurisdictionis proponatur, vel absque figura judicii procedatur. CARPZ. *process. tit.* 2. *art.* 4. *n.* 50. & 51.

10. In Italia adsessores sedent in continenti juxta Potestatem absque tamen jurisdictione, verum in Gallia adsessor est collega judicii ordinarii, qui consulit, quid de jure agendum, prout etiam sunt alii consiliarii ordinarii, sine quibus Judex vel Præses in certis caussis judicare non potest. CHASSAN. *Glor. mundi part.* 7. *Consid.* 27.
11. Nobis sunt Scabini Eschevini, Schöpfen / Scheffen / Schepen/ in judicio Frigraviatus apud nostrates dicuntur Frey-Schoppen / & abusive, Frey-Schipmänner.

Ubi itaque Princeps in suis Municipiis judicia tam criminalia quam civilia habet, Municipales ad hæc suos Assessores è corpore Senatus constituunt, qui ne quid asperius in Municipes à judice Principis decernatur, neve cives ab extraneis prægraventur, inspectionem sibi commissam exercent. 12.

Imo causas, propter quas Municipalibus dies dictus est, cum videant non ad judicem Principis, sed ad Magistratum pertinere, à judicio principali abstrahunt, vel à judice ad se rem remitti petunt, qui est usus principalior assessorum in Civitatibus Municipalibus Comitatus Marcani, ut hæc sunt quotidiana, adeoque notaria. 13.

Ad horum etiam spectat vigilantiam, ut in transmissionibus actorum ad decisionem juris-Peritorum omnia rite & sincere agantur: ne à circumstantibus von den Gerichts-Umstanden/ qui neque cognitionem causæ habent, neque judicandi functione sunt inauthorati, judex sententiam quærat: Quod insulsissimum, adud Westfalos nostros moris esse dicit, JOAN FERRAR. *Montens. lib. III. de Judicior, praexercitat cap.* 2. *in fin.* idem & in Pomeraniæ quibusdam civitatibus observatur. MATTH. STEPH. *de offic. jud. lib. II. cap.* 5. 14.

In-

15. Judicium apud nostros suos habet assessores ex Senatu vigore recessus de anno 1691. §. Was das Gericht. ibi zu samt zween / Assessoren / deren einer aus dem Stadt-Magistrat / es sey ein Bürgermeister oder Amtman / allemahl vor ein gantzes Jahr bestellet werden / und der ander der Stadt
16. Syndicus seyn sol &c. Facit hoc vetus jus Susatense *art. 13.* Sette wie dat tho Richtes Thiden / wanner de Richter sittet / tho richte twe Bederve (alias Berve quod est homo modestus sincerus) Manne von dem Raide sollen sitten bey dem Richter / dei eine uppe die eine Syht / der ander uppe de ander Syht / und seyn und horen / dat allemahl ein Recht ge-
17. schehe Alias Assessorum munus antiquissimum est, ut ex GUILHELMI POSTELLI *tractatu de Magistratibus Atheniensium c. 31.* videre est, ubi apud Athenienses judiciis solennioribus ejusmodi assessores additos fuisse dicit, eorumque officium præcipuum fuisse judicum sententias, verbo aut sensu aliquo mutatas corrigere, *latius hæc tractantem vide* POSTELLUM.

18. Ex quo hoc obiter aspergere libet, quod dicat, olim assessores fuisse observatores scribarum dispunctoresque, quæ scripsissent, dictante judice, addendo hæc verba: Non possum hic satis mirari patientiam nostram, qui alamus quotidie in curiis sexcentos nebulones (ignoscant scribæ judiciorum de verbo describenti) fescuncialibus literis (quod nostra lingua Acten-weise schreiben/ dicimus) libellos ita augentes lucri gratia, ut quod decem aut duodecim versus vix impleat, in integram quaternionem transeat & extendatur, *hæc ille*

Quo & ita luditur. 19.

Scriba notat lites, inter distantia sulcus.
Linquitur, ut medio rana natare queat.

Non immerito itaque quibusdam ordinationibus cautum est, das auf eine jedwede Seite 20 bis 24 Zeilen / und auf jedwede Zeile 12 Syllaben geschrieben werden. In assessoribus autem in primis peritia juris requiritur NOVELL. *82. pr.* 20.
l. 1. C. de offic. Assess. l. 1. C. de Assess. Si assessoris imprudentia 21.
jus aliter dictum sit, quam oportuit; non debet hoc Magistratui officere, sed ipsi assessori *l. 2. ff. quod quisque Jur.* Judicibus, qui 22.
non exactam juris scientiam habent, assessorem sibi assumere quatenus indigeant, permissum est, *c. statutm §. assessorem de rescript. in 6.* Non tamen concedendum cui- 23.
piam duobus Magistratibus asside-

re,

re, & utriusque judicii curam peragere, neque enim facile credendum est duabus necessariis rebus unum sufficere *l. 14. ff. de assess.*
24. Sic nec licitum est advocationem, & patrocinium præstare & in eadem causa deinde assidere, cum affectionis suæ *ut ait d. l. 14.* vel advocationis memor incorrupti ju-
25. dicis, non possit nomen perferre, atque non minus hi sibi illud dictum & sancitum putabunt, quod modo,

Pace bona liceat magnis componere parva;

Assessoribus Cameralibus, daß sie die Beysitzer / an Andienung Rechtens sich weder Forcht / Bedreuung / Gewalt / Befehlich / Geschäffte / oder andere Sachen hindern lassen / sondern männiglichen / weß Standes oder Würden er sey / ohne einige sondere Affection bey ihren Pflichten gleich-mässig Recht sprechen und mittheilen: scilicet quantum in hac 26.
hypothesi in illis est, ne nimium ex affectibus judicis sententiam pro captatione benevolentiæ, aut auræ popularis contra conscientiam impediant, *Ordin. Cam. p. 1. tit. 13.* §. Es sollen.

Caput XX.

DE MUNICIPIORUM JURE PROVOCATIONUM SEU CONSULTATIONUM.

SUMMARIA.

2. *Consuetudo omnium titulorum deficientiam supplet.*
2. *Municipium ad Municipium provocat.*
3. *Municipium partem consultationis prætereuntem per compulsoriales ad se revocare non potest.*
4. *Quomodo in hisce consultationibus procedendum?*
5. *Consultationes omnes ad unam referuntur sententiam.*
6. *De hisce consultationibus remissive.*
7. *Consultationes intermediæ seu medicæ instantiæ omitti non possunt.*
8. *Ad majorem, omisso medio, quatenus possit appellari.*

1. Municipia haud pauca, vel ex jure, vel ex indulto aut consuetudine quæ omnium titulorum deficientiam denique supplet, id habere constat, ut eorum civis aliquis in judicio Principis vel domini territorialis civili con- 2.

 dem-

demnatus non ſtatim ad judicium
2. Aulicum ſuperius, ſed ad civitatem vicinam, aut proxime in gradu præcedentem, non quidem in modum appellationis, uti ab inferiore ad ſuperiorem, ſed in modum prorogationis, aut conſultationis, provocet.

3. Quæ conſultatio ſi omiſſa fuerit, Municipium quidem, cui jus conſultationis competit, præterientes per compulſoriales ad ſe revocare non poteſt, de nullitate ſeu vitio tamen proceſſus appellatus recte, quod queratur & excipiat, habet, ut hoc ipſum præjudicio confirmat, GYLMAN. *in præjud. Camer. verb. conſultationes.* In hiſce con-
4. ſultationibus nihil novi admitti, ſed ex iisdem actis ſententiam, vel confirmatoriam, vel correctoriam concipi vulgariter notum eſt, adeoque quamvis per tres quatuorve ejusmodi conſultationes, cau-
5. ſa tandem ad aulam devolvatur, axioma tamen juridicum illud, quod nimirum à tribus ſententiis conformibus appellari non poſſit, hisce in conſultationibus locum non invenit, quia omnes hæ conſultationes ad unam referuntur ſententiam.

6. Tractant & hanc materiam conſultationum, DAUTH. *de teſt. fol.* 131. LEHMAN. *fol.* 317. & 652. ADAM. KELLER. *de offic. Jurid. pol.* 2. *cap.* 27. *Dubia Cameral. l. A. fol.* 37. *tom.* 6. *Symphor. cap.* 6. BESOLD. *de Appellat. fol.* 109.

Quidam tradunt morem illum ſi nimirum una civitas conſultet apud aliam civitatem, non proprie inducere appellationem, quæ de inferiori fit ad ſuperiorem: Sed eſſe genus quoddam prorogationis, eſſeque voluntatis, non neceſſitatis.

Prius quidem verum eſt, ſed 7.
poſterius non admittit ſtylus & praxis: Hoc ſi enim eſſet, conſultationes illæ intermediæ impune omitti poſſent, quod tamen eſſe non debet, propterea in ordinationibus judiciariis cautum reperitur, ut ſi inſtantiæ mediæ & conſultatoriæ illæ omiſſæ reperiantur, cauſa illa in judicio ſupremo aulico acceptari non poſſit, nec debeat. Quamvis enim nonnun- 8.
quam appellari poſſit ad majorem, omiſſo medio, id tamen fieri non debet ad effectum devolvendi cauſam ad eum CARPAN. *ſtatut. Mediol. cap.* 131. *num.* 259.

Caput XXI.

DE MNUICIPIORUM JURE SIGILLANDI.

SUMMARIA.

1. *Sigillum*, Pittschafft / *unde dicatur?*
2. *Ejus descriptio.*
3. *Sigilli forma & signatum.*
4. *Sigillum majus est Burgensium.*
5. *Minus est ordinarium*, Stadt-Siegel.
6. *Sigillum est testis mutus.*
7. *Quando plenam fidem faciat?*
8. *Sigillum privati hominis vim & fidem publicæ scripturæ inducit.*
9. *Sigillum Municipii habet effectum veritatis & solennitatis.*
10. *Sigillum authenticum absolute fidem facit.*
11. *Sigillo civitatis non minus ac sigillo Principis creditur; plus quam testimonio Notarii vel publico instrumento, & hoc quare?*
12. *Sigillum Episcopi, Principis & Magistratus civitatis paris sunt roboris.*
13. *Sigillum probationem facit probatam.*
14. *Privatum sigillum facile præsumitur supposititium.*
15. *Secus ac in publico sigillo.*
16. *An exprimendum, à quo Consule sit sigillatum?*
17. *Impersonalitas, quatenus vitiet?*
18. *Usus Germaniæ hoc passu.*
19. *Sigillum debet esse integrum & cognoscibile.*
20. *Notæ suspecti sigilli.*
21. *Quid de cera mediocriter arrosa?*
12. *De sigillo inverso ordine impresso.*
23. *Voluntas agentis semper attendenda.*
24. *Sigilla Municipii etiam probant sine subscriptione partium.*
25. *An pro obligandis civibus sigillum debeat esse in popularium potestate?*
26. *Sigilli custodia commissa Consulibus est inductiva consensus civium.*
27. *Cives obligantur consensu eorum, qui eos repræsentant.*

28. *Contra civitatom, Ecclesiam, & minorem, non ex præsumtionibus agendum.*
29. *Sigillatio sola non probat decreti interpositionem.*
30. *Publicum instrumentum recognitione sigilli opus non habet.*
31. *In foro Saxonico contrarium observatur.*
32. *Quid de jure Canonico & generali consuetudine?*
33. *Sigillum plus operatur, quam subscriptio, & sine subscriptione probat.*
34. *Sigilla surripi & inscio Magistratu apponi possunt.*
35. *Præter sigillum subscriptio Consulis, Camerarii, vel Secretarii adhibenda.*
36. *Nisi lex Municipalis aut stylus contrarium admittat.*
37. *Subscriptione voluntas sigillantis manifestatur.*
38. *Quando instrumentum civitatis pro publico vel privato habendum?*
39. *Instrumentum Syndicatus subsistit sine subscriptione.*
40. *Sola sigilli appositio, quo casu & valeat?*
41. *Si nec adest suspicio falsitatis.*
42. *Judicis arbitrio relinquitur, quæ concurrere debeant, ut sigillum per se probet.*
43. *Non cautela, sed necessitas est, ut in contractibus civitatum præter sigillum adhuc adhibeatur subscriptio.*
44. *Sigillum civitatis in propriis negotiis habetur pro privato.*
45. *Instrumenta antiqua probant etiam sigillis ob vetustatem amissis.*
46. *Sigillum civitatis si quis circumferat, maximum suppeditat doli argumentum.*
47. *Sigillo civitatis non abutendum.*
48. *Custodia sigilli civitatis maximi est momenti.*
49. *Cur sigillum Imperii olim ad pectus fuerit adpensum?*
50. *Carolus Magnus sigillum Regium capulo gladii sui inclusit.*
51. *Consul civitatis Pragæ ob non bene custoditum sigillum capite truncatusi est.*
52. *Municipiis non nisi ceræ viridis, flavæ & nigræ usus in sigillando permissus, nisi expressum habeant privilegium.*
53. *Jus sigillandi olim penes Magnates fuit.*
54. *Privati postea quoque sigillarunt.*
55. *Ceræ sigillatitiæ colores bene observandi.*
56. *Cera candida inter omnes excellit, ejusq; ratio.*

57.

57. *Color hic in Pompejo signum affectati imperii fuit.*
58. *Angliæ Regibus albi baculi præferuntur.*
59. *Galliæ Principes præter Regem, usum ceræ albæ affectare non audent.*
60. *Cur color hic sit excellentissimus, & in Gallia pro tali censeatur?*
61. *Wenceslaus Imperator tonsoribus usum ceræ albæ concessit. Revocatum hoc est privilegium ab ejus successore.*
62. *Ceræ rubræ usus.*
63. *Coloris rubri hieroglyphicum.*
64. *Cur color ruber Principibus familiaris?*
65. *De consuetudine cera rubra est de Regalibus. Hinc civitates absque privilegio ea non utuntur.*
66. *Comitibus de Mansfeld ceræ hujus usus ab Imperatore concessus, eamque plurimæ civitates Imperii sibi vendicant.*
67. *Exempla civitatum Imperii quæ viridi adhuc cera utuntur.*
68. *Quædam Municipia rubræ ceræ usum habent.*
69. *Ceræ flavæ usus.*
70. *Cera flava si utantur Municipia, id prærogativam indigitat.*
71. *Municipia quædam recensentur, quæ cera flava utuntur.*
72. *Cera viridis est communior.*
73. *Cur hujus usus Municipiis sit familiaris & liber?*
74. *Ceræ nigræ usus.*
75. *Inauspicatus habetur color niger.*
76. *In Hispania ad Regiam audientiam admittendus nigra veste uti debet.*
77. *Municipia in luctu publico ceram nigram adhibent.*

1. Sigillum à signo per diminutivum rectè derivatur, quasi parvum signum, sicut tigillum à tigno, â mamma mamilla, à pugno pugillum, deducitur, BECKMANN. *de orig ling. Lat. voc. instigo.* Signum annulis in-
2. sculptum Teutonice vocatur Pittschafft/quod quasi Bettscheide dictum volunt, & est privatorum. Et est sigillum signum ac testis voluntatis nostræ, quo literæ instrumentaque publica, fidei majoris causa muniuntur, HÖPPING. *de de jure sigill. cap.* 1. §. 4. *n.* 73. at- 3.
que in eo consistit, ut habeat formam insculptamque imaginem, *l.* 22. §. 4. *ff. Qui testam. fac. poss.* character is efficit sigillum, ob signantis personam & voluntatem, quam per imaginem refert & demonstrat, juxta tritum illud: Ex signo cognoscitur signatum, FRANCISCUS VIVIUS *decis.* 324. *n.* 1.

ZASIUS *conf. 6. n. 17. lib. II.* BESOLD, *thes. pract. voc.* Siegel.

4. In Municipiis nostris duo solent esse sigilla, unum majus, das grosse Stadt-Siegel / quod insignitum est Burgensium nomine, ac in rebus arduis & maximi momenti apponitur ac submittitur

5. custodiæ, non Consulis tantum, sed & cæterorum ex Senatu; Alterum est ordinarium, & simpliciter das Stadt-Insiegel vocatur, â Consule Regente usurpatum, quod & vocari solet sigillum Consulum, atque missivis & contractibus privatorum, vel etiam actibus civitatis non tam magni præjudicii inservit. Hinc aliquando huic sigillo est insculptum, quod sit secretum Consulum, ut apud nos.

Licet sigillum sit testis mutus &

6. incertus, atque res inanimata, & per se nihil probet, BALD. *in tit. de pac. Constant. v. imperialis, n. 9. & in l. falsis in fin. C. de furt.* FELIN. & DEC. *in C. 3. n. 1. de probat.* CRAVETT. *conf. 46. n. 5.*

7. MODERN. *consuet. Paris. tit.* 1 §. 5. Si tamen literis exprimatur, cujus sit, à quo & ex qua causa appositum sive appensum sit, fidem plenam facit, ABB. *in c. 2. col. ult. de fide instrum.* ALBER. *in l. si per procuratorem ff. de procurat.* COVAR. *pract. quæst. cap. 22. in fin.* CRAVETT. *de antiq. temp. 11. part. 46.* BART. *in proœm. Digest. n. 5. & in l. testium. §. si quis ex testibus. ff. de testam.* PURPUR. *in l. admonendi n. 177. ff. de jurejur.*

Cum autem sigillum privati hominis tanti momenti sit, ut fidem & vim publicæ scripturæ dicatur inducere, BART. SALICET *Dd. communiter in auth. si qua C. de Episc. audient. c. possessionem de probat.* INNOC. *in c. 1. de fide instrument.* HEN. GÖDEN. *conf. ult. n. 7.* SCHURFF. *conf. 7. n. 6 cent. 3.* MYNSING. *resp. 21. n. 30.* FLOREN. à VENNINGEN *conf. 1. n. 107. lib. IV.* 8.

Dicendum multo magis itaque Civitatis vel Municipii habere effectum omnis veritatis & solennitatis BALD. *conf. 493. lib. V.* modo sit sigillum solitum & ad illa negotia destinatum, *c. significante de appell.* ROM. *in d. l. admonendi n. 55. & ibi late* SACCUS *n. 51. ff. de jurejur.* FELIN. *in cap. post cessionem. n. 7. de probat.* OCTAV. VESTRIUS *in pract. lib. VI. c. 1. n. 9.* Si enim sigillum est authenticum, hinc absolute fidem facit, nec necessaria est alia recognitio, cum satis notum sit, esse sigillum authenticum, alicujus Magistratus, MENOCH. *arbitr. jud. lib. II. cent. 2. cas. 113. n. 8.* 9.

Sigillo publico civitatis vel Municipii plene creditur, non secus ac

ac sigillo Principis, BALD. *in rubr. C. de fide instrum. in fin.* SCHURF. *cons. 7. n. 6. & cons. 39. n.* 1 *&* 2. *cent. 1. per caput. cum dilectus de fide instrum.* DEC. *in c. post cessionem. n. 15. de probat.* MENOCH. *cons.* 1. *n. 333.* Ratio est, quare hæc sigilla publica magis probent, quam privata, quod sigilla privata facilius surripi, & ad fraudem faciendam usurpari possint, quam civitatum sigilla publica, quæ idcirco magna sollicitudine custodiuntur, PANORM. *in c. post cessionem. n. 5. ext. de probat.* WESEMB. *cons.* 11, *n. 36. & cons. 27. n.* 10. & & plus quam testimonio Notarii vel publico instrumento creditur sigillo civitatis, CRAVETT. *de antiq. tempor.* §. 2. *n. 27.* jam citatus.
12. Atque *ibid. p.* 1. §. *quæritur. n. 44.* addit. quod de consuetudine totius orbis plane credatur literis ab Episcopo, Principe: Magistratu civitatis (nam hi comparantur hoc casu, GEMIN. *c.* 1. *in fin. de effic. ordin. in 6.* MARANT. *spec. aur. part. 4. dist. 5. n. 13.*) sigillatis, FELIN. *c. post cessionem. n. 8. de probat.* JASO *in l. pacta novissima, n. 16. C. de pact.* Adeoque scriptu-
13. ra hoc publico sigillo munita, probatio dicitur probata, & non probanda, facitque rem evidentem, notoriam & manifestam, quam noli me tangere vocat BALD. *cons.* *249. in fin. lib. I. & cons. 400. n. 5.* Et licet sigilla privata in 14.
casu inficiationis non probent, contra eum, cujus est sigillum, nisi probetur ejus voluntate appressum, quia facile alius quis illud potest surripere & apprimere, *l.* 1. §. *sed ne l. de Lat. libert. toll.* PANORMIT. *in c. 2. n.* 14. *&* 15. *de fid. instrum.* secus tamen est in hu- 15.
jusmodi sigillis publicis, quæ præsumuntur eorum voluntate imprimi, donec contrarium demonstretur, MOLIN. *in consuet. Paris. tit.* 1. §. 5. *n.* 14, *& seq.* CRAVETT. *de antiq. temp.* §. *quæritur. n. 44.*
Quod ut procedat, quidam vo- 16.
lunt necesse esse, ut simul exprimatur, à quo consule sit sigillatum, GÖDEN. *consil. 63. n.* 14. *& seq. ibiq. cit.* GILMANN. *decis.* 12. *n. 20. lib. II.* RULAND. *de Commiss. part. 2. lib. V. cap.* 30. *n. 4.* Nec sufficere vult, *cit.* GÖDEN. *n.* 16. Illa verba, **zu uhrkund ist dieser Brief mit der Stadt N. anhanhangenden Insiegel versiegelt,** quoniam non dicitur à quo & per quem, ideoque vitiari actum; At- 17.
que licet impersonalitas non impediat: Promitto tibi dari, quia subintelligitur à quo *l. stipulatio ista ff. de V. O.* Quia autem hic impersonalitas est in verbis inductivis fidei, & debentibus scripturæ fidem dare per sigillum, hoc est

eſt in perſonis ſigillantium perinde eſſe, ac ſi ſit in verbis inductivis obligationis, adeoque vitiare. Verum quia contrarium ita ubivis
18. in Germania receptum, merito hæc ſententia rejicitur ab HÖPPING, *cit. tr. 4. n. 69. in fin. cap*
19. Ut ſigillum indubitatum ſit, neceſſe eſt, integrum & cognoſcibile inveniatur, nam ſi ſigna turbata ſunt, non videtur ſignatum, *l. 22. §. 3. ff. qui teſt. facere poſſ.* COVARR. *pract. quæſt.* 22. ANTON GABRIEL. *concl. 4. n. 23. lib. I.* Quando enim ſigillum non bene adparet, vel forma impreſſionis ſe non clare oſtendit, aut literæ ſigilli non legibiles, ſeu inſculptum non ſatis conſpicuum, nulla adhibetur fides ſigillo documentoque, cui adfixum fuit, *c. inter dilectos extr. de fide inſtrum.* CRAVETT. *conſ. 46. n.* 6. SIMON de PRATIS *in tract. de ult. volunt. interpr. lib. II. dub. 2. vol.* 2. *n.* 12. PRÜCKMAN. *conſ.* 12. *n.* 105. *tom.* 1. KLOCK. *conſ. 44. n. 77. tom.* 2. quia ſine hoc le fraudes committi poſſunt, ut docet CRAVETT. *d. conſ.* 46.

Notas ſuſpecti ſigilli Municipa-
20. lis hic adjicere lubet ex HÖPPINGIO: (1.) Si ſculptura non eſt cognoſcibilis, ita, ut diſcerni non poſſit, cujus ſigillum ſit. Item (2.) Si literæ, ut jam dictum, non ſunt legibiles. (3.) Si cera non eſt integra, enormemque patiatur fracturam, ita, ut ex reſiduo colligi non poſſit, cujus ſit. (4.) Si charta ſigilli interior eſt vetuſtiſſima, ſed per novæ ceræ glutinum fuit chartæ connexum. (5.) Si ſigilla ſint pervetera & membrana inſtrumenti multo recentior. (6.) Si cera exterior ſit nova & recens, interior vero duriuſcula. (7.) Si ſigillum non per ſe vetuſtum ſit, ſed quibusdam in locis recenti cera illitum, quia tunc vetus ſigillum glutino recentioris ceræ per falſum appoſitum, alii ſcripturæ ſubtractum præſumitur. (8.) Quando ſigillum non eſt impreſſum, nec charta ceræ conjuncta more ſolito. (9.) Si non eſt appoſitum eo loco, quo ſemper apponi conſuevit, *d. Tract. de jur. ſigillor. cap. 13. n. 74. cum multis ſeqq.*

Ergo ſi cera mediocriter ſaltem 21.
corroſa & attrita eſt, ut aliqualis adhuc characteris impreſſi & literarum haberi poſſit cognitio, nec de magno alterius præjudicio agitur, fides adhuc aliqua ſaltem, ſigillo & ſcripturæ adhibetur, *arg. l. 1. §. fin. ff. de bonor. poſſ. ſecund. tab.* Quær. Quid ſtatuendum
de inſtrumentis, ubi character ſi- 22.
gilli publici ſat quidem intelligibilis ſed inverſo ordine impreſſus apparet? Reſp. modo de enixa volun-

luntate sigillantis constet, eamque scriptura vel subscriptio corroboret, non subdole, sed ex errore, inversio censetur facta, quæ fidem instrumenti dubiam facere non poterit. Nam quoties instrumen-
23. tum ex subscriptione vel alio modo probari sufficienter potest, toties vitium sigilli non obest. FACHIN. *lib. I. controv. 2. n. 2.* sicut alias magis attendenda voluntas agentis, quam perversus ordo scripturæ §. 34 J. *de leg. l. 24. C. de testam.* Et hæc multo magis procedunt, si in tali actu versemur, qui sine sigilli impressione valide subsistere potuisset, cum in eo frustra objiciatur vitium quo toto opus non est MEV. *p. 8. Dec.* 82.

24. Et hujusmodi sigillis publicis Municipiorum creditur, etiam si partes se non subscripserint, vel una sigillarint. SALIC. *& DD. in c. contractus C. de fide instrum.* ZAS. *cons. 1. n. 2. vol.* 1. SCHURFF. *d. cons. 7. num. 5. & consil. 39. num. l. & 2.* WESEMB. *cons. 12. n. 45.*

Sigilli hujus appositio etiam ob-
25. ligat cives, in contractu, cum consensu popularium, nomine totius civitatis inito. Nec puto præcise requiri, ut sigillum, ad effectum obligandi cives, sub custodia civium esse debeat, prout statuit. MEV. *p. 5. decis. 384. n 3.* quasi eadem facilitate à Magistratu, cujus sub manu est, apponi posset, quam sine consensu popu- 26.
larium contrahi. Nam pace tanti JCti, quia cives commiserunt sigillum Burgensium suum Consulibus & administratoribus, hinc etiam præsumitur quod consenserint his, quæ mediante sigillo facta sunt, sicut nuncio sive cursori creditur qui habet sigillum vel annulum judicis. GÖDEN. *de jur. civitat. cons. 5. alias in ordin. consil. 34. n. 3.* & sufficit, ubi de ob- 27.
ligandis civibus agitur, negotium consummari, ipsorum, vel eorum qui eos repræsentant, consensu nec est qui dicet, solum sigillum civitatis sufficere, cum de re maximi præjudicii agitur, ubi procedi non debet ex præsumtionibus, quia contra civitatem Ecclesiam &
minorem, ut privilegiatos, non ex 28.
præsumtionibus, sed ex veritate agendum, GODEN. *d. cons. 34. n. 50.* Sed & hoc saltem intenditur, cum jam in istiusmodi negotiis de consensu civium constat, sigilli appositionem fieri posse à Magistratu, cujus custodiæ illud commissum est.

Non sola tamen sigillatio & at-
testatio Magistratus, negotium co- 29.
ram se ita partibus placuisse, uti narratum est, probat decreti interpositionem, adeoque nisi in actis scriptum ostendatur, decre-

 tum

tum de eo latum esse, non est præsumendum interpositum, ALEX. *in l. sciendum. ff. de V. oblig.* OCTAV. SIMONCELL. *de decret. lib. I. tit. 1. inspect. 7. n.* 100. *& seq.* MARPURG. *cons. 26. n.* 228. *vol.* 1.

30. Etiamsi publicum instrumentum recognitione sigilli opus non habeat, quoniam per se plenam facit fidem, satisque probet, *l.* 11. C. *qui pot. in pign. Nov.* 73. *c.* 8. PETR. HEIG. *quæst. 7. n. 32. p.* 2. COLER. *de process. execut. p. 3. c. 1. n.* 92. RULAND. *de commiss. p. 2. lib. V. c. 39. n.* 22.

31. Aliud tamen in foro Saxonico observari, ibique ne publico quidem instrumento fidem haberi absque recognitione, docet post HEIG. *d. q. 7. n.* 3. BERLICH *p.* 1. *concl.* 44. *n.* 31. CARPZ. *part.* 1. *Const.* 18. *defin.* 20. *n.* 4. Etiam

32. de jure Canonico, imo & totius orbis consuetudine sine alio adminiculo solum hoc sigillum plenam inducit fidem, comprobante experientia quotidiana, atque sic receptum esse volunt, EVERHARD. *de fid. instrum. cap.* 12. *n.* 40. JASON. *in d. l. pacta novissima. n.* 16. C. *de pract.* MAGER *de advoc. arm. cap.* 15. *n.* 49. VULTEJ. *consil. Marp.* 15. *n.* 84. *vol.* 2. RULAND. *de commiss. p. 2. lib. V. cap. 30. n.* 4. CAROL. MOLIN. *ad consuet. Paris. p.* 1. *tit.* 1. §. 8. *n.* 15. GUID. PAP. *decis.* 175. *n.* 1. BERLICH. *p.* 1. *concl.* 14 *n.* 83. Quia tota vis in probanda sigilli veritate posita est, CRAVETT. *de antiq. temp. dict.* §. *quaritur. n.* 44. FICHARD. *cons.* 40. *n.* 2. *tom.* 2. Et hæ literæ æquiparantur literis Principis, ut supra *n.* 11. dictum, SCHURFF. *cons.* 17. *n.* 13. *cent.* 1. WESEMB. *cons.* 35. *n.* 8. *cons.* 113. *n.* 17. *& cons.* 136. *n.* 9.

Atque cum sigillum plus operetur, quam subscriptio PURPUR. 33. *in d. l. admonendi n.* 177. *&* CASTR. *ibid.* CRAVETT. *de antiq. p.* 1. §. *quaritur num.* 44. ideo etiam absque subscriptione probat. GLOSS. *in l. 2. de reb. alien.* BART. *in l. quæ dotis ff. solut. matrim.* CRAVETT. *citat. loc. d* §. *quaritur num.* 44. quod & de consuetudine Germaniæ, *tradit* MYNSING. *cons.* 20 *num.* 30. KLOCK *cons.* 40. *num.* 114. *tom.* 2.

Quia autem sigilla non minus 34. publica quam privata, surripi & insciis Consulibus vel Senatoribus apponi possunt, *l.* 1. §. 11. *C. de Lat. lib. toll.* ALBER. *in leg.* 1. *in fin. ff. quemad. test. apert. & in l. si procuratorem ff. de procurat.* PANORM. DEC. & FELIN. *in c. 2. n.* 14. *& 15. de fide instrum. & in c. post cessionem de probat.* WESEMB. *cons.* 12. *n.* 49. Omnium tutissimum erit, ut præter sigillum 35. etiam

etiam subscriptio vel Consulis, Camerarii vel Secretarii adhibeatur. quia subscriptio nunquam sine voluntate & actu scribentis haberi
36. potest: Ad quod facit, quod instrumentis sigillatis Civitatum non credatur absque subscriptione officialis alicujus, nisi quando lex Municipalis aut stylus curiæ id admittat. BALD. *in l. Imperator in fin. ff. de stat. hom. per l. 2. C. de conven. fisc. debitor l.* 1. *C. de emancip. lib.* JAS. *in repet. d. l. admonendi numero* 132. *ff. de jurejur.* WE-
37. SEMB. *d. cons.* 12. *n.* 15. Certum enim est ex subscriptione voluntatem certam eorum, qui simul sigillarunt & subscripserunt, desumi. *l. Emptor. §. Lucius ff. de pact. l. Cajus ff. de pignor. act.* Hinc docent interpretes si instrumentum
38. sigillo Civitatis manuque Consulis, Syndici, vel Secretarii, sit munitum, quod tunc habeatur pro vere publico, atque præ instrumentis privatis prælationem mereatur COVARRUV. *pract. quæst.* 22. *n.* 9. WESEMB. *Consil.* 42. *n.* 8. *&* 9. BEUST. *de J. Jur. n.* 777. *& seq.* secus si instrumentum non sigillo Civitatis, sed tantum manu Consulis & Secretarii confirmatum sit, quod pro privato habendum SANDE *Decis. Fris. lib. III. tit.* 12. *defin.* 14.

39. Instrumentum Syndicatus quoque subsistit solius sigilli appositione sine subscriptione, secus ac in mandato procuratorio & quidem ob muneris publici præstantiam, & præstitum ad officium Syndicatus juramentum, cui iterum æque creditur ac Cancellario Principis. CARPZ. *decis.* 28. BRUNNEM. *ad l.* 6. *ff. Quod cujusque univers. nom* BERLICH. *p.* 1. *conclus.* 14. *n.* 89. KLOCK. *vol.* 2. *consil.* 82. *n.* 107. *seq. vid. infr. cap.* 23. *num.* 28. *h. lib.*

Valet etiam sola sigilli apposi-
tio, si appareat, consensu ejus, 40.
ad quem istud pertinet, appositum fuisse *l.* 2. *& ibid.* GLOSS. *C. de reb. alien.* CRAV. *de antiq. p.* 1. *§. quæritur. num.* 44 BART. *in l. quæ dotis ff. solut. matrim.* CARPZ. *p.* 1. *constit.* 17. *defin.* 21. *n.* 3. Si
tamen non adsit suspicio alicujus 41.
falsitatis FR. de MARCHIS. *quæst.* 990. *num.* 33. SOCIN. *sen. cons.* 258. *col.* 3. *lib. II.* CRAVETT. *cons.* 46. *num.* 6. MENOCH. *de arbitr. lib. II.*
cent. 2. *cas.* 113. *n.* 12. Adeoque 42.
sub. n. seq. 13. recte concludit, judicis arbitrio relinqui, quæ concurrere debeant, ut sigillum per se probet.

Utut majoris cautelæ gratia
subscriptio præter sigillum fiat, in 43.
contractibus vero Civitatum necessitatis causa & pro forma requiritur subscriptio Consulis, Se-

cretarii vel alterius officialis, quia in hoc passu sigillum illud Magistratus, velut alienum appositum censetur, & hic agitur de gravi præjudicio. JAS. *in l. admonendi n. 132. ff. de Jure Jur.* MOLIN. *d. tract. ad Consuet. Paris. tit.* 1. §. 5. *n.* 15. SOCIN. *Consil.* 258. *n.* 7. *v.* 3. *vol.* 2. COTH. *vol.* 1. *resp.* 68. *n.* 62. GUID. PAPÆ. *decis.* 175. *n.* 1. *& decis.* 481. *n.* 1. FAB. *Cod. lib. IV. tit.* 14. *def.* 20. CARD. TUSCH. *concl.* 240. *n.* 12. *lit. S.* Licet de cætero sigillum satis sit notum. HÖPPING. *d. tract. cap.* 11. *n.* 109.

44. Ex ratione, qua sigillum Civitatis in propriis negotiis habetur pro privato & adhiberi potest, fraude interdum conquisita, atque subjicit ibi *prælaud. Auct. n.* 113. ipsi in ardua causa Advocati officio fungenti obtigisse, ut coram Commissariis Cæsareis Civitates S. & W. sigilla sua per Syndicum in judicio Commissionis deputatorio diffessæ fuerint, simul protestantes, quasi sine voluntate & consensu super alieno & non proprio ipsius Magistratus facto, apposita essent.

45. Instrumenta antiqua quod attinet illa probant, sigillis licet ob vetustatem deperditis docet cum responso ibi adjecto RICHTER. *de-*

46. *cis.* 112. *n.* 3. Est & hodie notandum, quod si quis sigillum Civitatis, quod custodire ad se non spectat, circumferat, vel penes se habeat & detineat, maximum suppeditet doli argumentum *post* ANCH. *cons.* 337. *n.* 2. DEC. *cons.* 480. *n.* 6. ERNEST. COTHM. *cons.* 27. *n.* 199. *vol.* 1.

Parem turpitudinis notam incurrunt moderatores oppidorum, 47.
qui sub sigillo publico sibi concredito, fucato universitatis nomine abutuntur, atque illud actibus non proficuis & in approbatis applicant quod cum in Municipio quodam aliquoties factitatum esset, sigillum istud nomen accepit, das Wage-
Hälschen. Utique custodia sigilli 48.
civitatici omnem fidem requirit & tantam, sicut annulus Imperialis, qui non nisi honore, fide atque gratia conspicuis viris concredi solet HERM. KIRCHNER. *de offic. Cancellar. lib. IV. cap.* 2. *n.* 1. Signeti publici custodia maxima esse debet, quia in eo justitiæ & publicæ fidei conservatio imo veritatis & constantiæ monimentum situm
est. Ideo ritu antiquo ad pectus 49.
usque de collo suspensum sigillum Imperiale ab Archi-Cancellariis, in publicis conventibus sive Comitiis gestari solitum, ut hac illi ceremonia admoneantur, nihil eo signari, nihil confirmari debere, nisi quod intimo cordis sinu complexum, atque totius animi sententia ratum & comprobatum habe-

here, quodque nunquam refuratum, nunquam retractum ullo modo velint. KIRCHNER. d. loc. n.
50. 71. Et Carolus Magnus Capulo gladii sui, quo assidue cinctus erat, sigillum Regium fertur inclusisse, quod æque ac gladium in quo custodia animæ erat, nemini tradendum existimabat, ratus non minorem debere sigilli quam mucronis, in quo corporis tutela posita sit, curam & rationem esse conservandi EGINHARD.
52. & STURM. *in ejus vita.*

Notent & hoc mei Municipales, uti in insignibus, colorum differentia & præeminentia attenditur, ita & illam in cera signorum attendi. BORNIT. *de instrum. lib. I.* Municipiis tantum ceræ viridis, flavæ & nigræ, usum in sigillando permissum, non rubræ, nisi hæc licentia rubræ ceræ, mit rohtem Wachs zu siegeln / civitatibus loco privilegii indultum sit, ut constat ex *n. 68. h. cap.*

53. Observandum quoque, quod priscis temporibus, jus sigillandi penes solos Principes & Magnates fuerit & inferiores ac privati, sigillis non fuerint usi, sed tantum subscripserint, & Principes absque ulla subscriptione sigillaverint, sicut & ex historia Sacra patet. RULAND. *de Commissar. p. 2.* *lib. V. cap. 30. & 11.* WEHNER. *obs. pract. Voc.* Insiegel. Postea ta- 54.
men id etiam inferioribus communicatum fuit, saltem in colore ceræ, sicut hodiedum adhuc, mansit differentia. LIMN. *jur. publ. lib. I. cap. 11. n. 26.* SPEIDEL. *in notab. voc.* Wachß. HÖPPING. *d. tract. cap. 5. n. 1. & 2.* Ideo non 55.
immerito *n. 52.* monitum, non promiscue colores ceræ, sigillatitiæ à Municipalibus adhibendos, vel propria auctoritate seligendos, quod cum rigore Superior animadvertet, dignitas enim signantium evertitur, si alia cera, quam convenit, signatio fiat, MENOCH. *t. Jud. Cas. 113.* RUL. *d. cap. 31. n. 31.*

Inter omnes ceræ hujus co- 56.
lores excellit candida, nam co- 57.
lor hic Regius est: Hinc dum olim Pompejus fasciam cretatam gestaret, Imperium affectare visus fuit, SUETON. *in Cæs.* Et adhuc- 58.
dum in Aula Anglicana Regibus in signum Majestatis suæ albi baculi præferuntur, qui Ministri vel Officiarii peculiare nomen ex albo baculo promerentur Anglice: *The officiers off the white staff.* BECK. *in Notit. dignitat. Disp. 6. cap. 2. th. 9.*

Adeo, ut nemo ex aliis Regni 59.
Francici Principibus usum ceræ hujus sibi asserere audeat, nisi spe-

ciale Regiæ concessionis privilegium desuper producere possit. Referendum & huc, quod *lib. III. cap.* 20. *n.* 23. de metatoribus Regis & Reginæ notavi. Atque hujus coloris cera Galliæ Reges pro singulari decore utuntur, LIMN. *d. cap.* 11. *n.* 29. forte ideo,
60. quia magis appropinquat luci, & omnes colores suscipit, vel quia comparatur conchis, unionibus, margaritis, perlis & lapidibus pretiosis, CHASSAN. *glor. mundi. p.* 1. *concl.* 62. Exhibetur quoque ejus ratio ex Ordinat. Regia de Anno 1551. à PIERRE MIRATLMONT. *tr. de la Chancellerie de France*, hisce verbis: *Ceste couleur à etè toujours agreable & particulierement affectèe à nos Roys, depuis que la colombe blanche leur à divinement apportè du ciel le saint ouile, du quel ils sontcings & sacrès.*

61. Wenceslaus Imperator tonsoribus, denen Badern/ concessit privilegium utendi cera alba in sigillando, GOLDAST. Reichs-Satzung/*tom.* 2. *fol.* 81. verum ejus successor Rupertus, illius rescripta & privilegia pleraque irrita reddidit, illis solum exceptis, à quibus propter alia adminicula suspicio omnis amoveri poterat, WILH. ANTON. *de Rescript. morator. concl.* 7. *n* 24. GOLDAST. *cit. tract. fol.* 158.

62. Cera rubra eorum est, qui in dignitate positi, qui & speciali de hoc privilegio muniti sunt, veluti Imperatores, Reges, Principes, Comites, Barones, aliique Magistratus superiores. Ideo for- 63.
te, quia color hic sanguineus indigitat audaciam, altitudinem & virilitatem in homine, vel, quia figurat ignem, qui est elementum nobilius, & corpus post solem secundario luminosum, hinc propter ejus nobilitatem nulli liceat rubeas portare vestes, CHASSAN. *d. tract. consider.* 63. Vel ideo color is Principibus est nobilis, quia 64.
hi sibi vindicant imperium sanguinis, & necis inferendæ potestatem, GERHARD *de Magistr. Polit. Tom.* 6. *loc. com.* §. 96. hinc capitali pœna plectendum censuerunt eum, qui ex privatis vestimenta purpurea aut encausticas inscriptiones imitari ausus fuerit, *l.* 6. C. *de vestib. holober.* Ergo & cera 65.
rubra Regalibus adnumeratur, non speciali constitutione, sed per consuetudinem Imperii universalem, sicut multa reservata Principis. Et hæc est expressæ Constitutionis & legis loco, BARBOSA *locupl. lib.* III. *cap.* 59. *ax.* 15. Hoc privilegium ceræ hujus vel expressam concessionem Principis, vel præscriptionem immemorialem, si civitates ejus usum 66.
sibi vendicant, requirit. Cæteroquin ejus usus præter magnates, rarus est.

Im-

Imperator Maximilianus Anno 1552. Hojero & omnibus Comitibus de Mansfeld dedit potestatem cera rubra sigillandi, cum antea viridi tantum usi fuissent, SPANGENBERG. *Chronic. Mansfeld. cap.* 384. *pag.* 404. LIMN. *dict. cap.* 11. *n.* 32. *lib. I.* Usus & licentia rubræ ceræ, **mit rohtem Wachs zu siegeln**/ civitatibus quibusdam Imperialibus præmii & privilegii loco concessus, ut testatur KNIPSCH. *de priv. Civ. Imp.*
67. *lib. II. c.* 12. *n.* 8. Civitas Lubecensis viridi adhuc cera utitur, KNIPSCH. *d. tract. lib.* II. *c.* 13. *n.* 8. Idem adhuc constat de civitate Spirensi. Civitas Hamburgensis si sigillum suum antiquius adhibet, cui insculptum est: *Sigillum Burgensium de Hamborg*, viridem ceram imprimere solet, ut asserit STRYCK *in dissert. vol.* 4. *de cera ru-*
68. *bra, cap.* 2. *n.* 37. E contrario idem *n. seq.* asserit, civitates quasdam Municipales Marchicas, & quidem primarias, in media Marchia, rubræ ceræ usum habere, e. g. Civitas Brandeburgensis vetus & nova, Berolinum, Colonia ad Suevum, Francofurtum ad Oderam, Prentzlovium, & quidem sine dubio ex Superioris concessione, sicut tradit HOPP. *cit. Tr. de jur. sigill. cap.* 3. §. 4. *n.* 75. Imperator Matthias civitati Budissinensi hoc jus tribuit Anno 1469. hisce: **Auch haben aus obberührter Königlicher Macht unserer und der Crohn Böheim lieben getreuen Königlichen Stadt Budissin zu einer sonderbahren Ehre und Zieraht die Gnade gethan und gegeben/ daß sie und ihre Nachkommen fürder und zu ewigen Zeiten/ mit rohtem Wachs siegeln sollen und mögen.** Idem consecutum est Stetinum vetus à Maximiliano II. Imperatore Anno 1570. *Chron. Stetin. lib.* II. *p.* 85. & Laubacum in Carinthia ab Imperatore Friderico Anno 1534. *Annal. Carinth. lib X. cap.* 2.

Succedit cera flava, cujus usus 69.
& Regibus Galliæ fuit peculiaris olim, sicut & hodie Parlamenta eâ adhuc sigillant. Verum moribus hodiernis hæc tam rara & privilegiata non est, sicut alba & rubra; Interim tamen nec adeo 70.
communis, ut viridis; De Dicasterio Rotweilensi traditur, quod in omnibus expeditionibus suis cera flava subsignationes conficere soleat, BESOLD. *Thes. pract. voc.* **Wachs**. Unde colligendum, si quæ Municipia ea utuntur, illam prærogativam, originem ex certo privilegio duxisse. Atque si de Se- 71.
natu Lipsiensi laudat laudatus STRICK. *d. Dissert. cap.* 1. *n.* 44 quod negotiis suis sigillum flavæ

ce-

ceræ ſubjiciat, tunc iprætereundum non eſt, quod & Lippia noſtra cum Lipſia eodem jure polleat, in quantum enim antiquiora, ab oppidi conditi temporibus documenta curiæ noſtræ perluſtravi, nulla alia, quam hujus coloris ſigna reperii. Hammona quoque, Comitatus Marcani Metropolis, idem ſervat.

72. Viridis ceræ color pro communi habetur, licet nonnullas Galliarum Regis literas hoc colore roboratas referat PASQUIERIUS, *Aux recherches de la France lib.* II. *cap.* eademque cera Academia Oxonienſis utatur, teſte LIMN. *d. cap.*
73. 11. *n.* 34. Interim tamen ſic ejus uſus fert, qui quamplurimis Municipiis familiaris eſt, ejusque liberum exercitium cuilibet permiſſum cenſetur, HOPP. *de jure ſigillor. cap.* 4. §. 4. *n.* 87. forte ideo, quia ſignificat ligna, prata, plantas, campos, arbores, herbasque viridantes, & omne id, quod in vigore ſuo eſt, & quod nondum aruit. Denotat & is color in virtutibus honorem: amorem & amicabilitatem, item ſervitium & obſequium, prout autumat CHASSAN. *d. Tract. p.* 1. *concl.* 77.

Cera nigra alias in uſu non eſt, 74.
niſi tempore luctus, cum & privati cera nigra Hiſpanica defunctos ſuos lugere ſoleant. Inau- 75.
ſpicatus enim ſemper habitus fuit is color, & non ſolum apud Romanos funebribus officiis dicari ſolebat, ROSIN. *Antiq. Rom. Paralipom. ad l.* 4. *cap*, 9. ſed & apud Turcas pro triſti & ſiniſtro omine cenſetur, nec lugubri veſte quis indutus conſpicitur, niſi inſigni ærumna vel gravi calamitate preſſus ſit, BUSBEQ. *Epiſt*, 1, *Leg, Turc*, 76.
In Hiſpania ſolum, qui ad Regiam audientiam admitti cupiunt, nigris veſtibus induti comparere debent, adeo, ut Legati Principum huic ritui quoque ſubmittere debeant, BECKM. *not. dign. Diſp. cap.* 1, *th.* 19.

In dicto jam luctu publico Mu- 77.
nicipia quoque non immerito cera nigra literas ſuas expediunt, ſicut & apud nos hic loci non novum eſſe, in comperto habemus.

N. 51. *incuria deſcribentis ſupra omiſſus* refert: Anno 1386. Conſulem civitatis Pragæ, eò, quod ejus uxor ſigillum civitatis ex ejus pera ereptum, puero in uſum luſus dederit, & alius quispiam illud neglectum inter quisquilias invenerit, capite publice truncatum fuiſſe, HAGECIUS *Chron. Bohem. part.* 2. *fol.* 50. ZEILER. *Epiſt.* 77. *cent.* 1.

Ca-

Caput XXII.

DE POTESTATE MAGISTR. MUNICIP. INJURIAM SIBI ILLATAM VINDICANDI.

SUMMARIA.

1. *Injurias qui concoquere nequit, debilis est stomachi,*
2. 3- *Magnatum & Philosophorum ad hoc exemplum.*
4. *Idque maxime, si non sit injuria atrox, sed levis. Injuria differt à contumelia.*
5. *Dives, si pauper appelletur, ridet.*
6. *Magistratus non ulterius. quam bono publico expediat, injuriam & malorum malitiam sustinere debet.*
7. *Vulgo non nimis se vulgandum.*
8. *In propria causa nemo potest esse judex.*
9. *Magistr. injuriam sibi illatam vindicans in alieno negotio procedere dicitur.*
10. *Injuria talis debet esse notoria.*
11. *Abesse debet Magistratus proprium interesse.*
12. Magistratus *in officio debet esse constitutus,*
13. *Pro Magistratu militat præsumtio recti.*
14. *Magistratui oppidano facile resisti solet.*
15. *Ob longævitatem litium evitandarum Magistratus ultor injuriæ sibi illatæ est.*
16. *Non statim audiendæ sunt querelæ subditorum contra Magistratum.*
17. *Cur circumspecte deveniendum sit ad opem contra Magistratum.*
18. *Examinanda est à Superiore conquerendi causa.*
19. 20. *Tentanda sunt alia remedia prius, antequam mandata contra Magistratum decernantur.*
21. *Atrocitas injuriæ Magistratui illatæ.*
22. *Injuria talis non est capitalis. Exceptio.*
23. *Atrox injuria est, illata integro Senatui.*
24. *Pœna talis injuriæ.*
25. *Idem est, si Consuli Regenti inferatur injuria.*
26. *Præjudicium desuper.*
27. *Quid si quis dixerit,* wenn ich diesen Ort nicht *respectirte / & Magistratus respondeat, dicas quid velis.*

28. *Magistratus auctoritatem dignitatis suæ augere debet.*
29. *Magistratui vel directo vel per obliquum in personam vel in officium injuria infertur.*
30. *Injuria officialibus illata habetur ac Magistratibus facta.*
31. *Inspicienda est rixæ occasio & an non adsit injuriati culpa.*
32. *Dispositio Jur. Lubec. ratione injuriati ministri publici.*
33. *Advocati concitantes subditos contra Magistratus, severe puniendi.*
34. *In causa justa licet Patrocinium præbere contra Magistratum.*
35. *Quid si injurians non sit subjectus jurisdictioni Magistratus Municipalis.*
36. *Causa publica Magistratus, non est causa propria.*
37. *Magistratus etiam Municipalis, tanquam ordinatio Divina, honorandus.*
38. *Magistratus in officio præsentat personam Principis.*
39. *Exempla.*
40. *Patres filios suos Magistratus honorare debent.*
41. *Reverentia in quo consistat. Differt ab honorificentia.*
42. *Salutatio est fructus honoris.*
43. *Etiam exempti debent reverentiam Magistratui.*
44. *In universitatibus ordo differentiæ servandus.*
45. *Injuria à Magistratu vindicari potest, etsi nemo in specie Senatorum nominatus sit. Appellatione Senatus quid contineatur.*
46. *Injuria hic accipienda est, quæ Magistratui, quatenus Magistratui, non privato vel se non magistraticè gerenti, infertur, quod probatur exemplo Romano.*
47. *Talis quis præsumitur, quali in habitu reperitur; Magistratus palam peccans multis peccat.*
48. *In superioribus requiritur virtus.*
49. *Domitianus Cœlium Rufum Senanu movit, quod saltasse diceretur: Saltatio veteribus turpis visa; Hyppoclydes matrimonium desaltavit.*
50. *Magistratus potestatem suam in administrando non defendens, apud Romanos immminuti Magistratus reus fuit.*
51. *Cn. Flavius Ædilis Curulis, contemptus sui vindex.*

Mo-

1. Moralis quidem est Philosophiæ & animi virtuosi ac Magistratu digni, calumniatores, ut luna allatrantes canes, ex alto despicere, atque injurias Stoico concoquere stomacho, sicut debilis est stomachi, cibum duriorem non posse concoqnere, ita hominis pusillanimis est, verbum duriusculum non posse sustinere, ARIST. *Ethic. lib. IV. cap.* 3. Pessimo siquidem loco essemus, nisi injurias ita pati possemus; ut videamur non sensisse, BARCL. Ut scopulus assilientes undas sine ullo motu sui frangit, sic oportet convitiatores nostros sine acerbitate
2. ulla aut ira, LIPS. Magnorum ad hoc exempla obvia & quidem magnanimorum, ut Philippi Macedonis, qui ab amicis monitus, ut Arcadionem, à quo maledicta & convitia acceperat, puniret, spreto hoc consilio, cum homini occurrisset, benigne cum ipso locutus & dona ipsi misit, quo facto quæsivit ex amicis, quid Arcadion de se loqueretur? Cum omnes testarentur, eum jam mirum Philippi laudatorem factum, subjecit Rex: Ego igitur melior Medicus sum, quam vos. PLUTAR-
3. CHUS. Ex quo videre est, speciosius juxta Senecam injurias beneficiis vinci, quam mutui odii pertinacia. Socrates cum ei quidam dixisset, male de te loquuntur homines, verberent etiam, inquit, modo absentem, MAX. SERM. 10. Cum Catoni causam in foro agenti Lentulus, attracta pingui saliva, in mediam frontem, quantum poterat, exspuisset, absterfit Cato faciem, ac dixit: Affirmabo omnibus, Lentule, falli eos, qui te os habere negant, ERASM. *lib. V. apoph.* Idque maxime, si sit injuria, non atrox, sed levis, 4.
quæ ut cænum è trivio adspersum facile detergitur, imo postquam induruit, sponte decidit, de qua bene ait SENECA: Injuria differt à contumelia, prior illa natura gravior est, hæc levior, & tantum delicatis gravis, quia non læduntur, sed offenduntur, patior facile injuriam, si est vacua à contumelia, PACUV. atque apud CÆLIUM: *Facile ærumnam ferre possim, si inde abest injuria. etiamqre injuriam, nisi contra constat contumelia.* Ad quod optime facit, quod ait 5.
CHRYSOST. *Homil.* 47. quare dives, si pauper appelletur, ridet, quoniam id falsum novit, *itidem,* si nos injurias ridebimus, magnum erit argumentum, quod falso reprehendamur.

Ad materiam injuriæ Magistratui datæ propius accedendo, ait 6.
quidem Ulpianus, *in l. nec quic-*

quam 9. ff. de offic. Proconf. patientem esse Proconsulem oportet, sed mox addit, sed cum ingenio, ne contemptibilis fiat, si enim Magistratus vigorem negligit, perdit desidia disciplinam, *c. justum 23. quæst. 3.* Justus quidem & pius patienter aliorum malorum malitiam sustinere debet, non tamen Magistratus ulterius, quam publico expediat bono, *c. paratus 23. q. 1.* non enim tam grave est ingenuis, multo magis Magistratum gerentibus, verberari, quanquam & hoc grave est, quam per contumeliam verberari, DEMOSTH.

7. Et abstractione quadam opus ei, qui gubernat, ne nimis vulgo se vulget, LIPS. *Polit.* Imo contemnitur Magistratus & regendi auctoritas frangitur, dum nimium servatur humilitas, C. *quand* 86. *dist.* GIURB. *consil.* 38. *n.* 14. *&* 25.

8. Licet itaque in propria causa nemo judex esse possit, *l. unic. C. ne quis in sua caus.* Municipia, seu potius Magistratus Municipalis tamen injuriam sibi à subdito seu concive illatam jure Magistratus recte vindicat, C. 1. *uti Canonist. extr. de pæn. in 6.* GUIL. de CUNEO *in l. cum debitoris. n. 3. C. de jud.* OLDRAD. *conf. 7. n. 1.* ROLAND. *conf.* 48. *n.* 2. *&* 18. *vol.* 1. CIAR. *lib. V. sentent. c. 35. n. 26.* GAIL. 1. *obs.* 39. GRÆV. ad GAIL. 1. *concl.* 39. *n.* 9. Nec tanquam judex in propria causa jus dixisse censetur, sed tanquam juris executor, C. *in manifest. 2. qu. 1.*

9. Et judex vel Senatus hic non in suo, sed alieno negotio procedere & condemnare dicitur, *pr. c. 1. de pæn. in 6.* PANORMIT. *in C. si quis contra. n. 11. & 17. de foro compet.* Hinc, & quia pæna tendit ad vindictam Reipublicæ, vel quando ratione officii publici, injuriam quis patitur, censetur esse causa aliena, non propria, ROLAND. *conf.* 48. *n.* 2. *vol.* 2.

10. Ut autem vindicatio injuriæ potestati ipsius Magistratus subjecta sit, requiritur *primo*, ut injuria sit evidens & notoria, quia in notoriis expedit, saltem sententiam exequi & punire, C. *de manifesta & C. manifesta 2. qu. 1. C. evidentia de accusation. & l. ea quidem C. de accusat. & inscript.* Si ergo injuria altiorem indaginem & probationem requirit, tunc Magistratus ipse in ea causa judex esse non poterit, sed ad Superiorem recurrendum est, qui de ea cognoscat, CYNUS *in l. un. C. ne quis in sua caus.* GAIL. *cit. obs.* 39. *n.* 4. MEV. *p. 6. dec. 344.*

11. *Secundo*, ne pœna imponenda sit ratione proprii interesse, puta, si Magistratus vel ejus membrum pro vindicanda injuria ad pœnam sibi applican-

candam agere vellet, quo casu non posset esse judex in propria causa, quia non amplius censetur esse vindicta Reipublicæ, GAIL. *cit. loc.*
12. *Tertio*, ut injuria sit illata Magistratui, dum officio adhuc fungitur, fallit ergo thesis hæc, si cum ipso extra illud cuiquam res sit, ut ubi delinquendo limites officii excesserit, injuria enim extra officium illata, non publica, sed propria est, quo casu jurisdictio injuriati cessat, MEV. *p. 6. decis.* 343. *n.* 8. *in not.*
Requisitis hisce stantibus tanta militat pro Magistratu auctoritas
13. & præsumtio, ut non facile concludendum sit, pro abusu officii vel pro actu jurisdictionali injuriandi animo facto, *l. 33. ff. de injur. cons. Marpurg 8. n. 118. vol. 3.* Inde, si quid à Magistratu fiat per modum incarcerationis, arresti, pignorationis, multæ, vel simile quid, non præsumitur, id fieri per meram sævitiam, sed potius ob contumaciam, vel similem causam tuendæ jurisdictionis, ne cives & subditi inobedientes debitis obsequiis sese subtrahant, *d. cons 8. n.*
14. *119 & seq.* PRUCKM. *cons.* 2. *n.* 44. Rarum enim non est, sed in Municipiis & oppidulis quotidianum, ut subditi, præsertim, qui paulo licentiosius & splendidius vivunt, Magistratui suo refractarie resistant, eumve in non parendo despectui habeant; Ni ergo justitia ultrice vulnus hoc tractatur, non contemptui sed risui haberetur Magistratus, si ad quamlibet offensam in jus primo vocandi essent injuriantes & insolentes subditi, maxime hac nostra ætate, 15. ubi non ad hominum plerumque, sed corvorum & cervorum ætates proh dolor! litium & Processuum tela extenditur & protrahitur, quo interim contemtu non proscinderetur Magistratus, MEINDAN. *de mandat. c.* 13. *n.* 16. facit eò *caput ad nostram x. de appellat.* Optime ergo monet MEV. *p.* 6. *decis.* 70. ne malitiis hisce indulgeatur, pronæ nimis non sint, superiorum ad querelas contra Magistratum aures, cæteroquin subditis ad contumaciam, inobedientiam & contemtum animus additur & excitatur, cum potius salutis publicæ propugnaculum in reverentia & potestate inferiorum Magistratuum consistat, quo demto adversus illos invalescit impudentia omnisque tandem vilescit auctoritas. Ergo circumspecte, caute & tarde deveniendum est ad 17. opem, quam cives contra Magistratus flagitant, si in mora non est periculum; Hinc si impunita manet contra oppidanos Magistratus subditorum insolentia, facile & adversus Superiores agendi

fenestra aperiretur, & nequitiæ patrocinium exhiberetur, cum potius omni Jure Divino & humano, naturæ, gentium & civili, Magistratibus à subditis debeatur reverentia, ut ait MINDAN. *de*
18. *mandat. cit. cap. 13. n 15.* Antequam ergo à Superiori ad mandata deveniatur, primo ante omnia examinanda est conquerendi causa, an justa sit & satis gravis, taleque mereatur auxilium, quale postulant conquerentes, MEV. *d. dec. 70. n* 19. GAIL. I *obs.* 17. *n. 5.* Secundo, si causa conque-
19. rendi adest, an non alia ratione quam per Superioris mandata aut judiciaria via, remedium huic malo afferri possit, ubi potius injungendum est civibus, ut à suismet Magistratibus auxilium petant, quam ut à Superiore remedium quæratur, hoc enim modo evitantur, quæ alias exsurgere de Magistratu solent sinistræ opiniones, diffidia, odia, convitia tam perniciosa in Republica mala, quam ad infringendum imperii nervum
20. tendentia. Hinc mandata sine clausulis non facile contra Magistratus decernuntur, sed præcedere solent inhibitiones vel monitoria, quibus Magistratus officii sui admonetur, & rationes attentati requirnntur, *l. quemadmodum 29. in fin. ff. ad L. Aquil. l. observandum 19. ff. de offic. præsid.* CARPZOV. *lib. I. tit. 6. Resp. 56.* PRÜCKM. MEV. & GAIL. *supra alleg.*

Si jam superior non facile est audiens querimoniis civium contra Magistratum intentatis, facilius adhuc adsistet Magistratui à civibus injuriato, ubi à quibusdam injuria realis Magistratui officio suo fungenti illata capitalis dicitur, quod etiam de alapa intelligendum volunt. DAMHOUD. *prax. crim. cap.* 127. *n.* 18. TIRAQUEL *de nobilitat. cap.* 28. 22. *n.* 6. Cui tamen sententiæ ceu nimis rigorose à reliquis non subscribitur, nisi injuria illa realis cum gravi vulnere conjuncta sit CARZ. *pr. Crim. p. 2. quæst.* 100. *n.* 19. Interim ob levem percussionem fustigatio & manus amputatio communiter decernitur, nisi aliæ circumstantiæ pœnam aggravantes accedant, veluti si motus & tumultus publicus contra Magistratum simul excitetur. MEV. *ad J. Lubec. lib. IV. tit. 4. art. 8. n. 6. & 7.* 21. 22.

Quod si quis integro Senatui injuriam intulerit, ea merito habetur pro atrocissima, adeoque graviori pœna pro circumstantiarum ratione coercenda est *l. prætor. edixit 7. §. atrocem. 7. ff. de injur.* FARINAC. *pract. Crim. p. 1. quæst. 17. n. 3.* Quæ licet judicis ar- 23.

arbitrio relinquatur. MENOCH. *de A. J. Q. lib.* II. *Cas.* 263. *n.* 5.
24. Ejusmodi tamen injuriam, recantatione & temporali relegatione puniendam esse, constat ex traditis CARPZ. *pr. crim. p.* 2. *quæst.* 94. *n.* 42. FAB. COD. *lib.* 9. *tit.* 20. *def.* 6. *n.* 1. RULAND. *tract. de commiss. part.* 4. *lib. VII. cap.* 6. *n.* 48. & CRUS. *ad jus Mind. tit.* 2. *art.* 17. *decis.* 2. refert cum ibidem Senatus à rustico quodam injuria verbali affectus esset, respondisse antecessores facultatis juridicæ Rintelensis, fustigatione puniendum esse injuriantem. Idem quoque statuendum & extendendum ad injurias Consuli regenti, utpote totum Senatum repræsentanti, illatas KIRCHHOF. *consil.* 33. *n.* 10. *vol.* 2. RULAND. *cit. loc.* FRANCISC. MARC. *decis.* 34. *part.* 2. *in addit.*
25.
26. *lit. A.* Ubi iterum contra ejusmodi injuriantem, ponderatis circumstantiis, vel pœnæ relegationis, interdum & fustigationis, locum esse constat. Prout nobilissimum Judicium ElectoralePrincipatus Mindensis pronunciavit in causa injuriarum Rudolphi Kulemans Consulis regentis Civitatis Mindensis contra Cordt-Thor Mahn/ den Jungeren peinlich Beklagten und injurianten, referente CRUSIO *d. loc. decis.* 3. ubi addit ex BOURITIO *in tract. de Advocato* civem quendam Leverdensem, eo quod Consuli ad fores ædium suarum considenti, cum secundum adversarium suum judicatum cognovisset, minitans stricto cultro dixisset: Ego te docebo sententiam ferre, carceribus publicis inclusum, & intra paucos dies rejectis omnibus deprecatoribus capite plexum fuisse.

27. Sed quæritur, si quis Magistratui vel uni Consulum aut Senatorum, in curia inter verba duriuscula dixerit: Wann ich diesen Ort nicht respectirte so wüste ich wol was ich antworten solte vel: Si togæ huic aut officio non deferrem, aliter responderem, sicuti plerumq; insolentiores hoc lenimento petulantiam suam excusare gestiunt, interim si quis è Magistratu vel Senatoribus incaute satis replicet. Officia sive honoris insignia heic depono, dicas, quid velis, & ita ad rixam deveniatur, in qua offensus est Magistratus, Consul vel Senator an hoc casu puniendus siit offensor? Pro negantibus imprimis quidem facit illud, quod volenti non inferatur dolus aut injuria *c. scienti ibidemq; DD. de Reg. J. in* 6. *l.* 6. §. *præterea* 9. *ff. quæ in fraud. credit. & l. nemo videtur ff. de R. J.* Affirmotiva tamen 28.
verior, quia Magistratus sua dignitate, officio & honore se ipsum spo-

ſpoliare non poteſt. BOVADILL. *lib. III. polit. cap. 1. n. 31.* Sed auctoritatem ſuæ dignitatis ingenio augere] debet *d. l. obſervandum ff. de offic. præſid.* Non obſtante illo, quod volenti & ſcienti non fiat injuria, quia hic nulla adeſt voluntas, nullus conſenſus, ad inferendam illam injuriam, quæ fit ex poſt facto MANENT. *deciſ. 47. n. 73.* BOSS. *tit. de injur. num. 18.* ANGEL. *de malefic. verb. contra volentem.* inſuper illa callida verba ad rixam ſaltem provocantia neutiquam excuſare poſſunt injuriantem ab inobedientia Magiſtratui debita *l. non poteſt. dolo carere ff. d. R. J.* BARDEL. *Conſil. 151. n. 50.* MAR. GIURB. *Conſil. 33. n. 3. & oſſerv. deciſ. ſocil. 8.* Accedit quod honor & reverentia non ſaltem uni aut alteri Conſulum & Senatorum, ſed loco & toti collegio debeatur.

29. Et hoc procedit ſive quis directo, vel per indirectum, in perſonam vel in officium, Magiſtratui injuriam inferat, ut ſi quis eximat aliquem captum in Municipio auctoritate Magiſtratus, contra ejusdem voluntatem, quia hoc facere videtur in vilipendium & opprobrium officii Magiſtratus hinc poteſt ſuper illata injuria officio ipſius Megiſtratus vel Senatus coveniri & puniri pro qualitate delicti & perſonæ GLOSS. *in §. in ſumma in verb. extraordinaria inſtit. de injur.* JAS. *in l. 1. §. quod prætor n. 12. verſ. ſi autem eximitur. ff. ne quis eum qui* ALEX. *conſ. 35. verſ. tertio præſuppono lib. II. conſ. Argentor. 20. n. 28. vol. 1.* Hinc 30.
& miniſtris publicis, quibus Magiſtratus in officio ſuo utitur (quales ſunt Syndici, Actuarii, Secretarii, quo & referuntur oſtiarii, viatores, ſtipatores, &c.) injuria illata perinde habetur, ac ſi Magiſtratui eſſet facta. *arg. l. 1. §. 3. ff. de injur.* WESEMB. *in parat. icid. n. 6.* BECK *de jur. ſiſt. cap. 25. n. 2.* adeoque graviter punienda, modo ratione officii, & ob actum aliquem publicum non ex odio & inimicitia privata, quod poſterius in dubio præſumitur, ROLAND. *conſ. 1. n. 36. vol. 3.* hoc proveniat, & miniſtri ſeſe in terminis functionis ſuæ contineant.
Cæterum ſemper inſpicienda erit 31.
occaſio & materia rixæ, quæ erit norma judicii, ROLAND. *d. conſil. n. 26.* FARIN. *quæſt. 17.* Requiritur & ut ſine culpa injuriati fiat injuria, nam provocatus vel injuriis affectus à judice vel Magiſtratu, ſi injuria penſet factum, gravem pœnam non meretur, CLAR. *ſent. §. ult. quæſt. 68. n. 21.* MEV. *cit. ad Jus Lubec. lib. IV. art. 8. n. 9.*
Unde habet *Jus Lubec, d. art. 8.* 32.

Ver-

32. Vergreifft ſich jemand mit Worten oder Wercken an denen / welche in des Rahts Dienſte ſind / ohne ihre Schuld &c. Sic apparitori injuſte capienti, jure optimo etiam armis reſiſtitur PECK. *de Jur. ſiſtend.* FARIN. *pr. Crim. q. 32. n. 29. & 108.* Injuriæ autem probatio incumbit miniſtris, quibus ſine probatione de injuria, quæ in executione officii facta aſſeritur, non creditur. GUID. PAP. *deciſ. 557.*

33. Quæro, quid ſtatuendum de Advocatis in cauſa injuſta patrocinium contra Magiſtratum ſubditis præbentibus? Et quidem tales, qui ſe exponunt venales, & venientibus occurrunt, quia injuſto patrocinio cooperantur ad malum, & auctores mali ſunt, inducendo clientes, ad litigandum, alias non litigaturos PAR. de PUT. *tract. de Syndic. rubr. de exc. ad voc. n. 12.* hinc egregia coercitione haud indigni, idque eo magis, ſi ſubditos contra Magiſtratum ſuum concitent, vel reſiſtentes defendant, quo caſu jura civitatis amittunt; Secus, ſi ſubditi juſtam litigandi cauſam habeant, quo caſu Advo-
34. cati licet ipſi jurisdictioni iſtius Magiſtratus, contra quem agitur, ſint ſubjecti, nullam merentur pœnam CARPZ. *p. 1. Conſt. 1. deſ. 21.*

35. Quæro deinde, quid ſtatuendum de eo, qui non ſub Magiſtratus, ſed Præfecti, Droſſardi vel alterius jurisdictione, domicilium habens in Municipio, Senatui atroces injurias inferat? Et dicendum quod licet magiſtratui de injuria ſibi illata cognoſcere integrum ſit, atque injurians ratione delicti hujus in urbe forum ſortiatur, tamen hunc Magiſtratus in municipio apprehendere, incarcerare atque punire non poſſit; Niſi Senatui à non ſubdito officii vel muneris con-
templatione, hæc contumelia illa- 36.
ta fuerit, quo caſu hoc non vindictæ privatæ, ſed dignitatis vel decoris ſui tuendi cauſa feciſſe, atque adeo non tam ſe, quam magiſtratum, quem gerit & rempublicam, quam adminiſtrat, ulciſci, non propriam ſed publicam cauſam agere videatur, quia imminuti magiſtratus reus eſt, qui poteſtatem ſuam in adminiſtrando non defendit. CUJAC. *in C. Cum veniſſent 12. x. de judic.* RAUCHBAR. *p. 1. quæſt. 50. n. 4. 5. 6.*

Facitque optime ad hoc no- 37
ſtrum thema, quod docet REINCKING. *de regim. ſecul. & Ecclеſ. 1. Claſſ. 1. c. 3. num. 39. & ſeq.* quæ de Magiſtratus honore & reverentia dicta ſunt, non tantum obtinent in Magiſtratu ſummo, ſed & ad Magiſtratum ſubordinatum pertinent, quia Petrus Ap. dicit, cui-

vis ordinationi subjecti esto propter Dominum 1. *Petr.* 1. *vers.* 13. Qui ita temere inferiori Magistratui resistunt ordinationi, conscientiam vulnerant, jurisjurandi memoriam deponunt, Divinam ultionem non timent, jus naturæ violant, & patriæ non parent. Juxta illud, quod habet GIURB. *obs.* 91. *n.* 21. Magistratus tam togatos, quam penularios in maxima reverentia habendos esse.
38. Cur autem nec minores Magistratus Municipales injuriis non præscindendi, nec despectui habendi, hæc est ratio, quia personam Principis in officio suo repræsentant, ob quod ab hominibus sunt honorandi, quia procurator vel officiarius repræsentat personam ejus, à quo constitutus est, puta dum
39. in executione officii est. GUID. PAP. *d.decis.* 557. *in princ.* Nam & colonus, domesticus famulus, negotiorum gestor, quam diu in gestione seu rei commissione vel executione sunt, habent auctoritatem commissi officii à principa-
40. li suo, PAPÆ *in notis ibid.* Hinc & patres etiam filios Magistratus debent honorare & revereri, quia major est auctoritas Magistratus, quam patris, TIRAQUEL. *de Nobilit. Cap.* 28. *n.* 8. Magistratum ergo contemnens ipsum Principem contemnere videtur CHRITIN. *decis.* 105. *n.* 47. *vol.* 5. Hinc obedientia, quæ debetur Magistratui consistit potissimum in tribus hisce: In exhibitione reverentiæ, in mandatorum susceptione, & 41.
in judicio subeundo. BELLEN. *de Synod. Episc. p.* 3. *n.* 51. CHOCK. *de jurisd. in exempt. p. p.* §. 1. *n.* 38. sed differt reverentia ab honorificentia, eo quod reverentia proprie est honor exhibitus sine verbis, honorificentia vero est honor exhibitus verbis ZARABELL. *in. C. de his de Major. & Obed. ubi* ABB. *not.* 4. CHOCKIER. *d.* §. 1. *n.* 38. Ad reverentiam quæ debetur Ma- 42.
gistratui, referenda quoque est salutatio *l. ex agentibus C. de principibus agentium in reb. lib. XII. l.* 1. *in verb. tam in adoranda nostra serenitate quam in salutandis nostris administratoribus C. de silentiar. lib. XII* quæ præeminentiæ dicuntur fructus honoris & officii. Atque in tantum Magistratibus debetur hic honor ut puniendi sint, qui Magistratum non salutant. MAR. GIURB. *consil. Crim.* 38. *n.* 15. & 43.
obs. 91. *n.* 5. Exempti etiam debent reverentiam magistratui, à quo eximuntur GRAVIAN. *discept. forens.* 184. *n.* 57. sicut Canonici exempti ad reverentiam præstandam Diœcesano Episcopo tenentur CHASSAN. *glor. mund. p.* 4. *Consid.* 27. Reverentiam hanc infert 44.

or-

ordo cujusque dignitati debitus. Nullius quippe univerſitatis admiſtratio ſubſiſtere poſſet, niſi eam magnus ordo differentiæ ſervaret. C. *fin. in princ. diſtinct.* 89. CHASSAN. *d tract. p.* I. *conſ.* 77.

Et procedit hoc jus vindicandi injuriam, quamvis nemo in
45. ſpecie nominatus ſit, quia appellatione Senatus omnes perſonæ in ſpecie continentur, facit ad hoc *l. eum qui* §. *fin. ff. de injuriis.* MODEST, PISTOR. *conſ.* 26. *n.* 44. *vol.* I.

Obiter autem ad hæc notan-
46. dum, injuriam hic accipiendam eſſe, quæ Magiſtratui, quatenus tali, non privato, vel ſe non Magiſtratice gerenti, facta ſeu illata eſt, ut hoc exemplificatur in Aulo Hoſtilio Mancino, qui Manuliæ meretrici diem ad populum dixit, eò, quod de ambulacro ejus noctu lapide ictus eſſet, ex quo non læſum ſe modo remonſtravit, ſed & minutam populi authoritatem, denique ex vilitate lædentis & perſona publica læſa injuriam excretam prætendit. Sed Manulia optima defenſione apud Senatum dixit, commeſſatorem Mancinum ad ædes ſuas veniſſe, eum ſibi apud ſe recipere non placuiſſe, ſed cum vi irrumperet, lapidibus depulſum eſſe; Senatus decrevit, Mancinum ex eo loco jure dejectum, quo eum cum coronatio venire non decuiſſet, ut hæc habet ex GELL. *lib. IV. c.* 14. PETR. ÆROD. *lib. II. tit.* 3. *n.* 9. Quæ ſententia adjutatur *l.* 24. §. *fin. ff. de adult.* itemque *l.* 15. §. 15. *ff. de injuriis.* Ex quo loco optime deducitur, talem quem præ- 47.
ſumi, quali in habitu reperiatur, & Magiſtratus, qui clâm peccat, uti privatus, & ſibi tantum peccat; qui palam, ut poteſtas & omnibus illis peccat, qui in ſequelam tracti illius peccant exemplo. Nam ſi in Superioribus non virtutes, non vigilantia, ſed vilia & 48.
ignavia comparuerint, quonam vulgus perducetur, BASIL. Cyrus non cenſebat, convenire cuipiam imperium, qui non melior iis, quibus imperavit, XENOPH. *lib.* XIX. quamdiu enim caput nutat, turbari membra neceſſe eſt, ALEX.

Sic Domitianus Cœlium Rufum 49.
Senatu movit, quod ſaltaſſe diceretur, eò, quod ſaltatio veteribus turpis viſa; inde, cum Philippum Macedonem ſaltare videret Demades, dixit: Cum, o Rex! fortuna tibi Agamemnonis perſonam impoſuerit, non pudet te, factis agere Therſitem? Tiberius Imperator civitate Roma omnes ſaltatores ejicit. Chlyſtenes Syracuſanus, cum Hyppoclidem, Tiſandri filium, Laconicos Atticosque mo-

modos ſaltaſſe intellexiſſet, quamvis digniſſimum illum inter procos judicaret, nihilominus filiam illi recuſavit, hoc brevi ſermone: Tiſandri, fili, deſaltaſti matrimonium.

50. Et ut ad id, unde digreſſi, redeamus, notandum, Romanis more fuiſſe & opinione receptum, Magiſtratum, qui poteſtatem ſuam in adminiſtrando non defenderet imminuti Magiſtratus, veluti Majeſtatis læſæ reum eſſe, apud ASCONIUM *in Verrin.*

51. Quo recte reſpexit Cn. Flavius, qui jus civile per multa ſecula abditum vulgavit, libertino patre genitus, ingenti nobilitatis indignatione factus Ædilis curulis, cum ad viſendum ægrum collegam veniret, neque à nobilibus, quorum frequentia cubiculum erat completum, ſedendi loco reciperetur, ſellam curulem afferri juſſit, & in ea honoris pariter atque contemptus ſui vindex conſedit, VALER. MAXIM. *lib. II. c.* I.

Caput XXIII.

DE MUNICIPIORUM SYNDICIS.

SUMMARIA.

1. *Civitas & Univerſitas non aliter, quam per conſtitutos actiones ſuas proponit.*
2. *Idque quare?*
3. *Municipia ſuos ſibi Syndicos conſtituant, Syndici, quid ſint?*
4. *Syndico opus non eſt, ubi ipſi Conſules vel Regentes, nomine civitatis, comparent.*
5. *Syndicus, unde dicatur?*
6. *Quomodo differant Syndici minorum Univerſitatum à Syndicis Civitatum Imperiatum.*
7. *Syndicus, quomodo differat à curatore civitatis & à procuratore?*
8. *Syndicis major habetur fides, quam procuratoribus.*
9. *Syndicus conſideratur vel ut procurator univerſitatis. ad negotia judicialia.*
10. *Vel ut perſona publica civitatis & miniſter Magiſtratus.*
11. *In minoribus Municipiis raro conſtituuntur Syndici.*
12. 15. *Qualitates boni Syndici.*

13. *Syndicus est os civitatis, hinc caveat, ne fiat elinguis.*
14. *Incommoda in Syndicum redundantia.*
16. *Defendat Syndicum Magistratus à plebeculæ calumniis.*
17. *Syndici, à quibus constituantur in Municipiis.*
18. *Consuetudine eligitur à Senatu sine tribunis.*
19. *A Senatu electus Syndicus, à civibus constitutus censetur.*
20. *Syndicus quandoq; constituitur à Senatorum collegio, & ab ipsis civibus.*
21. *Potestas tribunitia varia esse solet in Municipiis.*
22. *Civitates Imperiales, Norimberga & Augusta, contraria impetrant ab Imperatore, ratione tribunorum.*
23. *Contractus civitatis, qui alienationem infert, requirit necessario consensum civium.*
24. *Sic & in Syndico constituto ad alienandum.*
25. Stadt-Anwalt *idem est ac Syndicus.*
26. *Nomen Syndici non requiritur, ubi de intentione constituentium constat.*
27. *Differentia inter mandatum Syndicatus & procuratorium.*
28. *Instrumento Syndicatus subsigillato fides habetur absque subscriptione.*
29. *Sic in sigillo civitatis, secus in sigillis cæterorum collegiorum.*
30. *Extraneus, quando in Syndicum assumi possit?*
31. *Syndici & Procuratoris constitutio in arbitrio litigantium posita est.*
32. *Extraneus in Syndicum assumptus, contradicente parte civium, removeri non debet.*
33. *Multa fieri prohibentur, quæ tamen si facta fuerint, firma manent.*
34. *Syndici mandatum cum libera habent.*
35. *An Syndicus sine instrumento Syndicatus admittendus cum cautione de rato.*
36. *Syndico civitatis ordinario multum tribui solet.*
37. *Quid si civis acturus nomine civitatis offerat cautionem de rato?*
38. *Quando civis intelligatur esse litis contra civitatem intentatæ consors?*
39. *Raro comparebit civis nomine civitatis, quæ Syndico instructa est. Exceptio.*
40. *Syndici gesta per ratihabitionem validantur.*
41. *Ratificatio hæc fit tam verbis, quam facto.*
42. *Ratificans debet habere plenam scientiam actus ratificandi.*

43. *Eadem ſolennitas requiritur in ratihabitione, quam quæ in confectione actus.*
44. *Civitas ſolvens expenſas cenſetur eo ipſo geſta Syndici ratificare.*
45. *Syndicorum contractu Municipales, eorumque bona tenentur.*
46. *Jus obligandi Rempublicam per Syndicos non tantum in civitatibus Imperialibus, ſed & Municipalibus procedit.*
47. *Syndici Municipiorum juramentum calumniæ non præſtant.*
48. *Quid de cæteris juramentis.*
49. *Jurante Syndico, an reatus perjurii tranſeat in ſingulos de univerſitate?*
50. *Syndicus parte bona civium defuncta, ob id ad novationem Syndicatus non tenetur.*
51. *Communitas ſemper vivit.*
52. *Major pars univerſitatem repræſentat.*
53. *Quid ſi duo vel tres conſtituantur Syndici.*
54. *Ex pluribus Syndicis ſinguli in ſolidum conſtituti videntur.*
55. *Ex pluribus tutoribus unus in judicio ſi appareat, agere poterit.*
56. *Licet quis diu habitet ut Syndicus in civitate, exinde tamen non efficitur civis.*
57. *Syndici ſunt Conſiliarii & Æditui conſilii Municipalis.*
58. *Æditorum errores horologiis imputantur,*
59. *An Syndicus ſingulis è Municipio ſit obligatus?*
60. *Syndicus habens ſalarium, ob peregrinationes nihil petet, præter expenſas itineris.*
61. *Syndico non competit poteſtas ſubſtituendi.*
62. *Etiam in cauſa Univerſitatis criminali admittendus quoque Syndicus.*
63. *Syndicus, quatenus revocandus?*
64. *Ab officio publico nemo ſine cauſa deponendus.*

1. Cum civitates vel univerſitates non aliter, quam per ſuos Syndicos actiones liteſve proponere & producere queant, *l. 1. §. 1. ff. quod cujusque univerſ. nom.* Bald. *in l. principales §. hoc etiam. n. 2. C. de jurejur. pr. calum. dand.* Wesemb. *in parat. ff. d. tit. quod cui univerſ. nom.* Ex ratione, ne ſcilicet actio in plures ſparſa ac diviſa, 2. adverſarium confundat & diſtrahat, *l. 27. §. fin. ff. de pecul. l. 5. §. 7. jud. ſolv.* Rauch. *part. 2. q. 1. n. 2.* Propterea & Municipia ſuos ſibi conſtituunt Syndicos, 3. qui ſunt actores ſive defenſores univerſitatis, atque Advocatorum ſeu

ſeu Procuratorum partes gerunt, *l. 6. §. fin. ff. quod cui univerſ. nom.* Anton. Fab. *in* C. *lib. II. tit. 6. defin. 7. n. 5.*

4. Si autem ipſi Conſules Duumviri & præcipui in ordine regentes agere velint, & Rempublicam tueri, ut debent, eo caſu Syndico opus non habent, atque ejus conſtitutio ſupervacanea foret, *l. non tantum. v. Rempubl. tueri ff. de decurion. l. ad Rempublicam ff. de munerib. l. Magiſtratus 25. ff. ad Municip.* Wesemb. *conſil. 260. n. ult.* Hoc enim caſu æque nec ſinguli comparent, nec actio per plures ſciſſa, adverſarium incommodo afficit, quæ ratione univerſitatis conſtituendi, Syndici cauſa eſt, Losæus *de jure univerſ. part. 2. cap. 1. n. 2. quo facit l. & ancilla 27. §. fin. ff. de pecul. l. 5. §. ſi tamen 7. ff. judic. ſolv.*

5. Syndicus dicitur à Græca conjunctione: σὺν & δίκη, id eſt cauſa, ut qui cauſæ forenſi junctus eſt, eamque defendit. Atque inde dictus, quaſi ſingulorum cauſam dicens, *l. fin. §. defenſores 13. ff. de*

6. *muner. & honor.* Tusch. *Lit. V. concl. 255. n. 13.* Et hi, qui Municipiis & minoribus univerſitatibus præſunt, differunt à Syndicis civitatum Imperialium; Illi enim ſunt civitatum & Rerumpublicarum Conſiliarii, imo lingua, aures & oculi civitatis: Hi autem Civitatum Imperialium Cancellarii habentur, licet modeſta ex cauſa titulum hunc non uſurpent, interim nomen hoc ipſis recte tribui ſuſtinet Knipsch. *de privileg. Civit. Imper. lib. V. cap. 4. n. 18. & 21. ibique cit.* Limn. *de jure publ. lib. VII. cap. 1. n. 59.*

Differt Syndicus á Curatore civitatis, ut qui ſaltem negotia extra judicium proſequitur, *l. ex facto 30. ff. de negot. geſt.* Et quamvis proprie loquendo etiam ſit Procurator, *l. 6. §. actor univerſitatis, ff. quod cui univerſ.* Losæus *d. part. 2. cap. 1. n. 42.* intuitu tamen univerſitatis, cujus communi mandato cauſas & lites adminiſtrat, curat & perſequitur, *l. 1. & tit. ff. quod cujus univerſ. nomin.* à Procuratore diſtinguitur, quia hic ſaltem privata negotia agit, & à perſona ſingulari conſtituitur, *l. 1. in princ. ff. de procurator.* Hinc etiam major habetur fides Syndicis, quam Procuratoribus: ob dictum illud munus publicum & præſtitum ab ipſis ad officium Syndicatus juramentum, Carpz. *deciſ. 84. n. 14.* Duplex autem poterit conſtitui Syndicorum ratio, vel functio: *Una* ſcilicet eſt eorum, qui ſaltem conſtituuntur ab univerſitate ſive collegio licito & confirmato, pro poſtulatione vel procuratione cauſæ univerſitatis in judi-

dicio, qui dici possunt Syndici particulares, *l.* 1. §. 1. *ff. d. tit.* & quidem hoc officium Syndicatus jure Romano erat privatum, ab aliorum Procuratorum sorte non differens, nisi quod hi à personis singularibus constituantur, illi vero à personis collegialiter viventibus
10. *Altera* eorum, qui in publico civitatis officio constituti sunt, quod non saltem in postulatione vel procuratione causarum judicialium consistit, sed & ad alia negotia curiæ extenditur, ubi simul in causis & litibus illic ventilatis, si non ipsius Magistratus primarii, tamen ejus ministri in cognitionibus, decretis & sententiis suscipiendis, ferendis, personam gerunt, quorum & functio ratione Politicæ administrationis, sicut cæterorum collegarum Senatus, est ordinaria, SCHILTER. *Exerc. ad ff.* 10. §. *54. & 59.*

11. In Municipiis minoribus, ubi tanta negotiorum amplitudo non occurrit, raro Syndici ordinati reprehenduntur, nisi in eminentioribus, in quibusdam autem Secretarius pro lauta hodierni seculi titularia messe, assumto Syndici titulo utriusque simul vice fungitur. In minoribus Municipiis Secretarii munus (*de quo in cap. seq.*) reliqua supplet DN. STRYCK *in us. mod. ad dict. tit. ff. quod cujusque univ. nom.* §. 3.

Si autem & Provincialibus Civitatibus Syndici sumendi sunt, eligantur pii, veraces & candidi, & tales, qui consilia sua, non ut coqui cibos ad omnium palatum dirigere debent, REINCK. *Polit. Bibl. lib. II. axioma 62.* Quibus cavendum, ne periculo veritatis curia reddatur elinguis, quod contingit, si qua dicere, quod velis, periculosum, quod nolis, miserum est, PLUT. *in Panegyr.* Nam qui ore loco integri Senatus utitur, cavere debet ne obmutescat, ut dici solet, Er muß kein Blat vor den Mund nehmen. Nec curet, si quis veritate offendatur. Multa enim sæpe incommoda in ipsum redundant, multa perversa judicia, scommata & inimicitias incurrit, si tintinnabulum feli appendendum est. Interim ipsi cum vulpecula Æsopica non dicendum se catharro laborare, nec quicquam olfacere posse, cum à leone interrogatur, an bene vel male spelunca sua oleat. Præterea in Syndico requiritur, ut sit prudens, eruditus, humanus, affabilis, patriæ amans, incorruptus, honesto genere natus, id res ipsa loquitur. Ubi Magistratui curæ esse debet, ut Syndicus pro cura sua, qua indies sine intermissione occupatus est, non honoretur saltem, sed & à plebeculæ calumniis defendatur.

12. 13. 14. 15. 16.

Fre-

Frequenter nimirum evenit, ut quoties nonnullis ex Senatoribus vel cæteris civibus, pro ipsorum affectibus, non indulget, alto supercilio despiciatur, jactando, ipsum saltem esse ministrum, Er sey nur ein Stadts-Bedienter/ cum tamen inter Syndicum & Senatores Municipiorum, qui maximam in partem plebeji sunt, maximum sit eruditionis prudentiæ & experientiæ discrimen; Hinc Magistratus ipsum ab ejusmodi cavillis & injuriis cum emphasi defendet. KNIPSCH. *cit. lib. V. cap. 4. n. 43.*

17. Constituitur autem Syndicus à Consulibus pratribusque conscriptis, etiam absque assensu Tribunorum plebis Municipalis *arg. l. 4. & l. 6. §. 1. quod cui. univers. nom.* Consules enim & Senatores jure moderno vicem Decurionum agunt, GLOSS. & BART. *in rubr. & in l. omnes C. de Decur.* CHILIAN. KÖNIG *in Procefs. c. 19. num. 3.*

18. Et quidem hoc ita jure hodierno in plerisque Municipiis servari solet, jure autem Romano ejus constitutio fieri debebat, convocatis omnibus à majore civium parte. *l. 4. ff. de decret. ab ordin. fac. l. 19. ff. ad Municip.* LOS. *de jurib. univers. part. 3. cap. 2.*

19 Ubicunque ergo Syndicus constituitur à Senatu absque tribunis plebis, hoc vel ita usu & consuetudine introductum censetur; Vel civitas in ipsum Senatum facultatem hanc contulit, adeo ut & Syndicus hoc modo à Senatu electus, ab ipsis civibus constitutus videatur, quia, quod per alium facit civitas, hoc ipsa fecisse videtur, nec interest an ipse ordo elegerit an is, cui ordo negotium dedit. *l. 3. §. 1. ff. quod cujusque univers. nom. l. 6. §. 1. eod* Ubi consuetudo hæc non viget, ibi Consulum & Senatorum voluntatem ad Syndici constitutionem non sufficere volunt. RICHTER. *p. 1. decis. 71.* COLER. *de procefs. execut. p. 3. cap. 3. num. 53.* Quod & Cameræ præjudicio confirmat MYNSING. *Cent. 1. obs. 76.* Evenire 20.
& quandoque potest, ut collegium Senatorum sibi Sydicum constituat sine interventu tribunorum, ita tamen, ut Syndicus talis, ad alia, quam ad curiæ, seu ipsius collegii Senatorii negotia, non admittatur; Sicut & aliquando ipsi cives separatim Syndicum habent, cui tamen nihil commune est cum negotiis curiæ *Laudat. Dn.* STRYCKIUS. *in us. mod. §. 9. ibique citat.* BRUN. *ad l. 6. n. 2. dict. tit.* Universitatis utique varia appellatio est, sicut & ipsius collegii Decurionum universititas

est, *l. 7. §. ult. ff. quod cujusque*
21. *univers. nom.* Potestatem tribunitiam etiam in nostris municipiis esse variam, satis constat, aliquibus in civitatibus est nimia, ubi tribuni omnem aquam publicam per ipsorum canales derivatam volunt, ac simul publicam civitatis & Reipublicæ administrationem apud se pertinere sustinent, in aliquibus vero moderatior est.

22. Exemplo esse poterunt civitates Imp. Norimberga & Augusta, quæ simul ab Imperatore Sigismundo petierunt & obtinuerunt contraria: Augusta, ne absque tribunorum approbatione quid constitueret Senatus; Norimberga vero, ne liceret tribunis decreta Senatus impedire vel infringere PHILIP. MELANCHT. *in Cronic. lib. II.* BESOLD. *de Rerumpubl. inter se*
23. *comparat. cap. 2. num.* 1. Cur autem indistincte ad ineundum contractum, qui alienationem per se fert, vel consensus omnium civium vel tribunorum requiratur, secus ac in hac Syndici constitutione, hæc ratio est, *Prima* quia omnis alienatio minorum, eorumque, qui vices minorum sustinent, est odiosa nec valida, nisi certis adhibitis solennitatibus *l. 1. & tot. tit. de præd. decur. sine decret. non alien. lib. X. l. fin. C. de vend. reb. civ.*
24. *lib. XI.* Quæ omnes omnino solennitates quoque observandæ, si Syndicus constituatur ad alienandum *l. 1. & 2. C. de serv. Reipub. manum cit.* REINCK. *p. 2. quæst. 1. num.* 14. *in fin. deinde* quia Consulules & Senatores ordinati sunt in civitatibus, ut Rempublicam administrent, ejus negotia & lites tractent, non autem ut bona civitatis obligent vel alienent MEV. *p. 2. decis. 36. n. 4. in not.*

Sed an præcise necessarium est, 2
ut civitas litigatura sibi in specie constituat Syndicum? Et dicendum videtur, præmissis non obstantibus, mandatum procuratorium in solita forma editum, eundem parere effectum, licet in eo omissa Syndici voce, persona procuratoris saltem sit nominata: Is enim in effectu erit Syndicus, utut in mandato saltem sit appellatus, der Stadt Anwalt. Quia improbanda est subtilitas eorum qui magis nuda vocabula, quam sensum amplecti volunt *l. 21 §. 1. C. de Constit. pecun.* Nec & nomen Syndici adeo præcisum est, 2
sed promiscue alia nomina pro eo usurpantur, nam quandoque si certarum causarum nomine agatur, talis dicitur Actor *l. 1. §. 1. l. 6. §. 3. ff. Quod cuj. univ. nom.* defensor si defendat. *l. 1. §. 2. l. ult. §. 13. ff. de muner & honor.* Imo Syndicus ipse nihil aliud est, quam

quam procurator publicus, cujus partibus ipse fungitur. Cur ergo sola nominis scrupulositas, illiusque neglectus, processui vitium afferre, vel telam judiciariam remorari deberet? MEV. *p. 2. decis.* 35.

27. In eo tamen adhuc inter mandatum procuratorium & mandatum Syndicatus, hanc constituunt diversitatis rationem, quod instrumentum Syndicatus subsistat, solo sigillo universitatis firmatum, sine subscriptione BELRICH. *part. 1. concl. 14. n. 89.* In mandato procuratorio privato id secus est, quod sine subscriptione valorem suum non consequitur, & in eo sigillum privatum solum ob facillimum subtractionis periculum parum roboris habet, HÖPPING *de jure sigillandi cap.* 11. *n.* 12 *& seq.* At Syndicatus instrumentum pu-
28. blica nititur auctoritate, cui non immerito absque alio adjumento & subscriptione fides habetur plenissima, per *Recess. Imp. de anno* 1512. COVARRUV. *Pract. quæst. p. 2. cap. 70. n.* 1. CARPZ. *proc. tit. 5. art. 4. n.* 40. IDEM *decis.* 28. Et
29. quidem hæc sententia in sigillo civitatis dubio caret, in reliquis vero collegiis & corporibus, quæ privata auctoritate sibi sigillum quoddam confecerint, illud auctoritate publica non statim pollet, sed eodem jure, quo sigilla privatorum gaudebit, & cauta sunt eorum membra, si & nomina sua subscribant, CARPZ. *cit. loc. n. 25.*

Potest & extraneus constitui, licet in Municipio idonei & qualifica- 30.
ti habeantur Syndici, *l.* 1. §. *fin. d. tit. quod cui univers. nom. & arg. l.* 1 §. *usus ff. de procurat. l.* 17. §. *idem Julianus & seq. ff. de injur.*

Quibus textibus tuto concludi- 31.
tur, sicuti Procuratoris, ita Syndici constitutionem liberam & in arbitrio litigantium positam esse.

Syndicus extraneus, vel alius, re- 32.
clamante statuto, vel contradicente parte quâdam Municipalium constitutus, ab officio removendus non est, *patre furios. l. 8. ubi* JAS. *n.* 12. *ff. de his qui sunt sui. c. ad Apostolicam* 16. *extr. de regular. c. 2. & 3. de clandest. disponsat. c. consuluit.* 4. *qui Cler. vel vovent.* Quæ loca evincunt multa quidem fieri prohiberi, quæ tamen, si fa- 33.
cta fuerint, obtinere firmitatem.

Syndici hi in actionibus, sive 34.
negotiis ad rem Municipalem spectantibus, tanquam personæ publicæ à lege mandatum cum libera habent, GAIL. 2. *observ.* 72. GRÆV. *ad eund. concl.* 72. *consid. remiss. n.* 3. cuius vi sine speciali mandato transigere, non tamen donare vel liquidum debitum remittere possunt, GAIL. & GRÆV, *loc. citat.*

Quæritur: An Syndicus instrumento Syndicatus destitutus, admittendus sit, de rato cavere volens? Concludit pro negativa, SCHILTER. *ad ff. Exercit.* 10. § 56. 57. Nam licet considerari possit, ut litis consors, & ut membrum de universitate, consortes autem litis de rato caventes admittendi; Interim, quia syndicus pro universitate intervenit, non pro singulis *l. 2. ff. dict. tit.* hinc singuli non possunt dici consortes litis, & per consequens ipse cum cautione de rato non admittendus. Cæteroquin nunquam requireretur syndicatus, sed semper agere volens, nomine universitatis, admitti deberet, tanquam litis consors. DN. STRYKIUS autem *cit. tract. Us. mod.*
36. *d. tit.* §. 7 erudita distinctione, ita controversiam hanc dirimit, hoc modo. Si is, qui pro civitate acturus, ordinarius alias civitatis Syndicus est, ut vel inde ex fama, vel negotiis civitatis nomine gestis facile constet, tunc & audiendus absque syndicatu de rato cavens.
37. Si autem acturus, non est talis, sed saltem civis illius civitatis, tunc distinguendum ait, an causa civitatis in Judicium deducenda concernat simul interesse civium singulorum ut si de Jure pascendi, lignandi, venandi, piscandi &c. quæstio sit, & tunc unumquemque civium à Judice admittendum, sub cautione rati. Si autem tangit publicum 38.
interesse ex. gr. merum Imperium Jurisdictionem &c. eo casu non admittendus cautionem de rato offerens, quia quod civitati debetur singulis non debetur *l. 7. §. 1. d. tit.* Nec ulli permissum est nomine civitatis experii, nisi cui civitas, id concessit *l. 3. ff. eod.* Illo autem casu, civis revera litis consors est, ideoque, quod aliis consortibus tributum, non huic denegandum. CARPZ. *p. 3. decis. 205. n.* 16. Nec quoque facile eveniet, ut quisquam de civitate, nomine uni- 39.
versitatis, in Judicio compareat, ubi ordinario Syndico instructa est civitas, nisi forte vel periculum sit in mora, vel ob præsens aliquod impedimentum ordinarii syndici copia haberi nequeat; Ergo si civitas Syndicum non habeat, tunc quidam ex civibus se ad agendum offerens audiendus, si simul civitatis & proprium civis commodum promoveatur. Atque hanc sententiam praxi convenire laudatus Auct. asserit. Et quidem ita si agatur de Jure partis contra Syndicum, qui mandato destitutus est, & de rato cavere velit

De ratihabitione autem, intuitu ipsorum constituentium, adhuc 40.
notandum venit, quod Syndici gesta, uti procuratoris, si absit mandatum

datum ſpeciale, per ratificationem
validantur. Quæ ratihabitio Muni-
41. cipii fieri poteſt non tantum verbis,
ſed & facto *l. paulus ff. rem. rat. habet.* nam plus eſt facere ſeu ap-
probare facto, quam verbo, *c. dile-
cti de app.* Ratificans autem quid,
42. debet habere plenam ſcientiam &
notitiam contractus, vel negotii
perfecti CAGNOL. *ad l. ſemper qui
non ff. de reg. Jur. n.* 21. PARIS. *conſ.*
22. *num.* 72. *vol.* 2. *& conſ.* 100.
num. 71. *vol.* 1.

43. Et eadem ſolemnitas, quæ requi-
ritur in confectione actus, debet
etiam intervenire in ratihibitione,
ut docet ROMAN. *conſ.* 12. *col. fin. Aretin. conſ.* 128. *& ſeq.*

Quamvis deſit expreſſa actorum
44. à Syndico ratificatio & approbatio,
ſi tamen univerſitas ſolvat expen-
ſas factas per Syndicum circa ali-
quod negotium, tunc cenſetur o-
mnium per eum geſta eo ipſo rati-
ficare BALD. *conſ.* 184. *vol.* 2. ALEX.
conſ. 127. *col.* 1. *vol.* 5. *& in conſ.*
175. *in fin. eod. vol. Dec. conſ.* 297.
n. 3. BELLO *conſ.* 26. *n.* 13. CRA-
VETT. *conſil.* 55. *n.* 5. NATT. *conſ.*
45. *n.* 10. *conſ.* 142. *n.* 22. *& conſ.*
341. *num.* 3. BECCI *conſ.* 109. *num.*
21. SURD. *conſ.* 28. *num.* 20.

45. Si probent, quod legitime ſint
conſtituti, ſpeciale obligandi Mu-
nicipium mandatum habeant, at-
que pecunia in utilitatem Reipub.
verſa ſit, illorum contractu omnes
municipales eorumque bona te-
nentur, GAIL. *d. obſerv.* 72. *n.* 13. *&
de arreſt. imp. c.* 9. *n.* 3. 4. *&* 5. Ubi 46.
tamen nihil morari debemus quod
jus hoc obligandi rempubl. per
Syndicos velit reſtringi ad Civita-
tes Imperiales, cum enim quotidie
Municipia non minus ac illæ Ci-
vitates, contractis debitis, pro aſ-
ſecuratione creditorum haſce clau-
ſulas (præmiſſis præmittendis fie-
ri poſſe ſuperius demonſtratum
eſt) apponant, nulla videtur ratio
concludens, aut apparens ſolum-
modo, quare per Syndicos Muni-
cipalium idem fieri non poſſit, aut
debeat, videatur & de hac theſi.
COLER. *de proceſſ. execut. p.* 2. *c.* 3.
n. 337. NICOL. LOSÆUS *de Jure uni-
verſ. p.* 3. *c.* 1. WESEMB. *conſ.* 53.

Non tamen Syndici pro Muni- 47.
cipiis Juramentum, ne quidem ca-
lumniæ, præſtant, ſed adhibentur ad
id tres quatuorve Seniores, aut alii
negotium bene intelligentes è Mu-
nicipalibus *l.* 14. *ff. ad Municip. l.* 160. §. 1. *ff. de reg. Jur.* RAUCHB.
part. 1. *quæſt.* 8. *n.* 9. *&* 13.

Quod non ſaltem de juramen- 48.
to calumniæ, ſed & de quovis
alio juramento capiendum, etiam-
ſi ad id ſpeciale mandatum habeant.
AUCT. *Ichnographia Munic. de Men-
dac. lib. II. cap.* 4. *n.* 18.

Si autem civitas per Syndicum 49.

juraſſet, tunc reatus perjurii, non tranſit in ſingulos de univerſitate AFFLICT. *in c. 1. qualit. vaſall. juram. deb. fidel.* Atque volunt ex juramento Syndici non obligari univerſitatem, vel populum ſpiritualiter ſed temporaliter tantum, poſt BALD. ex ARETIN. BEROI. *conſil. 8. num. 31. vol. 3.* Hoc tamen efficit juramentum Syndici. ut univerſitas habeatur loco majoris, & cenſeatur recte contractum eſſe. BEROI. *conſil. 92. n. 8. vol. 1.*

50. Hiſce addendum quod quibusdam, etiam ad bonam partem civium, in Municipiis defunctis, Syndicus ob id ad reaſſumptionem litis agere, & inſtrumentum ſui Syndicatus novare neceſſe non
51. habeat; Communitas enim ſemper vivere & perdurare intelligitur *l. 7. §. fin. ff. quod cui. unvierſ. nom.* WESEMB. *in parat. ibid. n. 8.*
52. Secus vero ſi major pars Municipii ſit emortua, quam ſemper univerſitatem repræſentare, in aperto eſt *l. 3. in fin. d. tit.* KÖNIG *in proceſſ. c 19. n. 2. vide amplius hac de re* CARPZ. *p. 1. conſtit. 13. def. 10.*

53. Quando duo, aut tres, ad unam cauſam conſtituuntur Syndici, quod forſan ideo fit, quia rectius plurium quam unius fidei cauſæ univerſitatis committuntur WESEMB. *ad tit. ff. quod cuj. univ. n. 4. verſ.* neque ſolum eo caſu requiritur, ut omnes in judicio compareant, ſed unum atque alterum audiri ſufficit. Quia ſinguli in ſolidum conſtituti viden- 54.
tur, licet hoc in inſtrumento expreſſum non ſit WESEMB. *cit. loc. verſ. Illud tamen.* Idem etiam obtinet in pluribus procuratoribus, quorum unus absque alio admittitur in judicio, modo in ſolidum dati fuerint *l. pluribus 32. ff. de procurat.* Ergo idem obtinet in Syndi- 55.
cis, imo & tutores plures, vel à Parente, vel à Magiſtratu, vel à lege dati ſi ſint, unus vel alter absque aliis in judicio nomine pupilli, agere poteſt *l. decreto 24. §. 1. ff. de adminiſt. & peric. tut.* Hoc eo magis obtinet in Syndicis, quia civitas cum pupillis pari jure, paribusque favoribus & privilegiis, gaudet. GLOSS. *in l. 19. verſ. civitatem ff. de SS. Eccleſ.* cui accedit, quod uterque, uti jam dictum eſt, in ſolidum teneatur. Notandum & illud hic obiter: Quod, licet quis diu ha- 56.
bitet in civitate ut Syndicus, exinde tamen non fiat civis, ſed expreſſa receptio & ſubmiſſio requiratur, adeoque illi, ſi moriatur, ex ſtatuto loci non ſucceditur, quia nec domicilium contraxiſſe cenſetur, nec civitatis Jurisdictionem aliter agnoviſſe quam ratione officii ſui *poſt* SCHEFFER *in quæſt. pract.* BESOLD. *lib. VI. n. 90. in th. pract.*

Et hi ſunt Conſiliarii & dici poſ- 57.
ſunt

ſunt Syndici, æditui conſilii Municipalis, quia dirigunt Senatum in cauſis arduis & ultra ſenſus communes & naturales exſurgentibus.

58. Unde ille: Quemadmodum falſitates & errores ſciatheritorum ſeu horologiorum, gnomoni ſeu indici attribuuntur, ita vitiis Principum vel communitatum iraſcimur, quamvis non ignoremus, illos à vafris Conſiliariis multipliciter circumventos & præcipitatos eſſe, AUTHOR *exeq. pac. Prag. in pr.*

59. Porro notandum, quod licet multi ex plebe opinentur, Syndicum etiam ſingulis è Municipio eſſe obligatum, falſum tamen id eſſe, & quidem hoc patet ex *l. 10. §. 4. ff. de injur. voc.* ubi dicitur, qui manumittitur, vel à corpore, à civitate, collegio, &c, ſingulos in jus vocare poſſit, quia non eſt illorum libertas, ſed Reipublicæ ſaltem honorem habere debet. Itemque ex *l. 2. §. 7. ff. de quæſt.* ubi habetur, quod ſervus Municipum poſſit in caput civium torqueri, quia illorum (puta civium) ſervus non eſt, ſed Reipublicæ certæ; Eadem, ſi non major, hoc paſſu pro Syndico militat ratio.

60. Tertio notandum, quod Syndicus habens de publico certum ſalarium, ſi alibi extra urbem proficiſcatur pro peragendis civitatis negotiis, extraordinarium ſalarium vel ſeparatum quid petere non debeat, ſed tantum expenſas extraordinarias, quas in ſe, equo vel famulo conſumſit, MINOZ de ESCOBAR. *de Ratiocin. adminiſtr. cap. 27. n. 28.* hanc addens ibi rationem, ne ſcilicet laxis habenis Decuriones bona communitatum diſpenſent, vel, ut melius loquar, diſſipent. Quæritur: An Syndico competat poteſtas ſubſtituendi? 61.
De Syndico in officio publico conſtituto ſubſtitutionem eſſe difficilem, nemo negabit, tum, quia ipſius induſtria à Civitate eſt electa, tum, quia ſolenni juramento ſeſe obſtrinxit, de negotiis publicis accuratiſſime expediendis, juramentum autem perſonam jurantis ſpecifice obligat ad implendum illud, quod juratum, nec liberatur præſtando æquipollens, SERAPHIN *de privil. juram. pr. 74. n. 2.* Et licet Procurator & Syndicus litis conteſtatione fiat Dominus litis, adeoque de jure, ſubſtituendi poteſtate gaudeat, hoc tamen non facile utendum ſuadet SVRYCK. *cit. Tract. & tit. §. 14. in fin.*

In cauſa univerſitatis criminali Syndicum, ſive agat, ſive defendat, admittendum quoque eſſe, 62.
do-

docet CARPZ. *pr. Crim. p. 3. quæst. 105. n.* 10. 11. & 12.

63. De revocatione Syndicatus quid sit statuendum, ex prædictis facile constat. Utut enim Syndicatus decreto Decurionum revocari possit, *l. 6. §. 2. ff. d. tit.* inde tamen non inferendum, æque facili negotio decreto Senatus, Syndici officium tolli posse; Nec sequitur, quod civitati concessa facultas constituendi Officialem, mox tamen ipsi indulta sit potestas, eum deponendi, MANZ. *ad l. ff. tit. de*
64. *Synd. n. 89.* Nec concessio illa extendenda ultra suos terminos, turpiusque officio quis dejicitur, qnam non admittitur, *arg. C. quemadmodnm 25. de jurejur.* Cum jam cuique manifestum sit, in civitatibus Syndici officium esse publicum, qui non ad unam, sed omnes civitatis causas constitutus est, inde regulariter officium hoc est perpetuum, nec contraria civitatis voluntate promiscue revocari potest, nisi justa adsit causa, quod se officio minus dignum reddiderit, MAUL. *de homag. cap.* 12. STRYCK *cit.* §. 16.

Caput XXIV.

DE MUNICIPIORUM SECRETARIIS, Stadt-Schreiberen.

SUMMARIA.

1. *Secretarius dicitur à secreto.*
2. *Vel quod sit persona secreta & separata.*
3. *Olim scriptura fiebat notis.*
4. *Compendium scriptionis per notas.*
5. *Notarii dicuntur à notis.*
6. *A Notariis differuntur librarii.*
7. *Tabularii qui?*
8. *Ab illis differunt tabelliones.*
9. *Quando scribarum & actuariorum usus. in judiciis captus.*
10. *Scriba Senatus,* Stadt-Schreiber.
11. *Olim scribarum officium erat servile, hodie honorificum.*
12. *Requisita legalitas in secretario senatus.*
13. *Selectus in illo eligendo instituendus.*

14.

14. *Secretarii in Municipiis constitutio & officium.*
15. *Acta ad rem Historicam Municipalem pertinentia simul consignare debet.*
16. *Querelæ de negligentia consignationis rei historicæ passim oriuntur.*
17. *Acta & registra curiæ secretarii manu propria scribenda. Et quare?*
18. *Quando personæ industria electa censeatur?*
19. *Quid si secretarius Municipii absens sit?*
20. *Quando amanuensis opera secretarius uti possit?*
21. *An Consul secretarii officio fungi possit.*
22. *Committentis & commissi separatæ debent esse personæ.*
23. *An secretarius officio suo defungi possit in causa, cujus antea fuit Advocatus?*
24. *An mercimonia aliaque negotia interdicta sint secretariis Municipiorum.*
25. *Secretarii in Municipiis possunt esse loco Syndicorum.*
26. *Mandatum secretarii in judicio loco instrumenti Syndicatus habetur.*

1. A Secreto dici Secretarium, quia ipsi secreta & arcana tacite servanda committuntur, nemo in dubium revocabit nam si juxta Ovid. *lib. II. de art. amand.*

Eximia est virtus præstare silentia rebus,
At contra gravis est culpa tacenda loqui.

Hoc quam maxime Secretariis & scribis competit, sicut Carolus V. dixisse fertur: *Los scrivanos son obligados à guardar el secredo de las*
2. *cosas, que passen ante ellos.* Vel secretarius dicitur quod talis persona à cæteris debeat separari, discerni & esse secreta, nam juxta Quintilian. *lib. VIII. cap. 3.* Res secreta dicitur nobilis, & extra vulgarem usum posita,

3. Olim scribebatur notis hieroglyphicis, ut singulæ literæ nominibus servirent, imo unico sæpe verbo integri sensus significabantur Ammian. Marcellin. *lib. XVI.* ut prisci quoque scriptitarunt Ægytii; Erantque notæ illæ non literæ, sed compendia quædam dictionum *l. sed cum patrono 6. §. fin. ff. de bonor. poss l. Lucius 40. pr. ff. de test milit.* Hoc pa-
4. cto, ut Solin. *cap. 6.* refert, quidam universum Homeri poema ita subtiliter in membranis descriptum habuit, ut illud totum levi nucis putamine concluderet, quia nimirum signis atque notis iisque valde exilibus depictum esset. A notis hisce dicti sunt *Notarii,*

rii quorum inſcribendo tanta fuit velocitas, ut ſenſa noſtri pectoris vix dicta, jam ceris tenerent hinc MARTIALIS.

Currant verba licet, manus eſt velocior illis.

Nondum lingua, ſuum dextra peregit opus.

6. A Notariis ergo differebant Librarii quorum illi notis, hi vero literis integris ſcribebant *arg. l.* 40. §. 1. *de milit. teſt.*

7. Tabellarii erant ſervi Reipubl. & Fiſco adſcripti ac deputati ad rationes conficiendas & ſupputandas, cum periti fuerint calculatores *l.* 2. *C. de jur. Fiſci.* eorumque filii munera iſta ſucceſ-ſione quadam occupabant, nec iis

8. liberabantur *l. 1. C. de tabular.* A quibus diverſi erant Tabelliones, qui circa privatorum conventiones verſabantur, easque in inſtrumentum publicum referebant, & auctoritate donabant, prout hodie faciunt Notarii: *De Tabellionibus agit* NOV. 44.

9. In principio, ſcribarum & actuariorum in judiciis non erat uſus, quia viva voce & ſine ſcriptis lites agitatæ & judicia habita ſunt. Sed poſtquam illæ & frequentiores & diuturniores, hominum malitia fieri ceperunt, nec judices ipſi ſuæ fidere memoriæ, nec partes litigantes voluerunt, hinc neceſſitas flagitavit, ut quæ in judicio agerentur, ſcriptis notarentur. SCHILTER. *diſſer. de ſecretar. cap.* 2. *in princ.* Ut enim judices & præfecti hodie ad manum habent 10.
Actuarium, Amts- und Gerichts-Schreiber / ſic & Senatus in Municipiis ſibi conſtituit ſcribam Stadts-Schreiber / Stadt-Secretarium.

Et licet apud Romanos ſervi 11.
Notariorum & ſcribarum munere fungerentur, unde pro mercenariis & ſervis publicis habiti. Hodie tamen officium illud eſt honorificum, quia in judiciis Magiſtratuum inferiorum & Municipiorum, Secretarii Syndicorum vices ſuſtinent. Hinc eruditio & 12.
dexteritas eorum probata prius eſſe debet, priusquam ad functionem iſtam admittantur, ne ex ipſorum illegalitate, imperitia vel negligentia, quidquam damni litigantibus, vel ipſimet, & judicio obveniat. Ergo non minor in ſecretariis & Actuariis requiritur legalitas, ſcientia & dexteritas quam in ipſis judicibus, qui in oppidulis ab ipſis informari debent CARPZ. *proceſſ. tit.* 2. *art.* 4. *n.* 45.

Laudabili itaque utuntur conſi- 13.
lio Municipia illa, quæ in eligendo ſecretario ſcrutinium inſtituunt, quo in mores, in doctrinam

nam

nam & agendi promptitudinem candidatorum inquirunt, & ita aptissimum omnium eximunt & promovent STYPMAN. *de refendar.*
14. *cap. 3. n. 22.*

Constituitur Secretarius civitatis hic, pari ratione ac Syndicus, & similiter juramenti religione obstringitur. Ejusque est officii, omnia dirigere & competenti ordine scribere, quæ ad Processum judiciarium requiruntur, & quatenus causæ in curia agitari solitæ sunt, omni exactitudine protocollum continuare, nihilque soli memoriæ committere, quod majoris est momenti & quod facile dilabitur, originaria in chartophilacio conservare, & quæcunque ad archivum civitatis spectant diligenter curare. De cetero semper ipsi diplomati, Bestallungs-patente inseritur, quod secundum cujusque loci consuetudinem ratione
15. officii competit & incumbit. Merito etiam curiæ curæ esse deberet, daß die Stadt-Schreibere die namhaffte Geschichte und Aenderungen / so sich in Zeit ihrer Dienste zugetragen / in ein sonder dazu geordnet Buch verzeichneten und ein schrieben. Würtenbergisch. Land-Ordn. *p.* I.
16. *tit. 6.* Passim conquerimur de neglegentia nostrorum majorum in consignandis iis, quæ olim gesta fuerunt, & nos in tanta luce literarum impingimus ad lapidem eundem, negligimusque eventuum quotidianorum descriptionem: Cum tamen cognitio ejusmodi rerum, quæ alias historiis, ut inserantur, indignæ videntur, maximum usum in particulari & civili administratione præbere, & indigenis earum cognitio haud injucunda esse possit. *Comment. ad dict. ordinat.* WÜRTENB. *p. 37. n. 8. v. sed quæritur.* Ad illud etiam 17.
ut acta & registra curiæ fidem mereantur, requiritnr, ut secretarius ea conscribat manu propria PACIAN. *de probat. lib I. cap. 65. n. 39.* ABBAS *consil. 68. n. 3 vers. fortius lib. II.* quia personæ industria electa est FELIN. *in cap. quoniam II. x. de probat.* Tunc 18.
autem personæ industria electa censetur, cum ad officium aliquod, non nisi idoneus, fidelis, multisque execitiis doctrinis & exeperientiis probatus, adsumitur, quo casu quis alium substituere, vel per talem negotia gerere non potest BALD. *consil. 93. n. 2. lib. I.* ALEX. *consil. 218. u. 8. vers. nec prædictis obstant. lib. II.* si ergo Se- 19.
cretarius absens sit, & absentia ista, non sit diuturna, eo casu convenit, ut protocollo inserenda in separata quadam schedula à Consule vel proconsule conscribantur,

eaque deinceps à Sacretario manu propria inſcribantur, ne diverſitas manuum ſuſpicionis anſam præbeat. Si autem per aliquod tempus abſens eſt, vel morbo aliave cauſa impediatur, non aliter poterit per amanuenſem vel ſubſtitutum officio ſatis fieri, niſi Senatus conſentiat, illumque approbet, quod efficit auctoritas officii publici, ad quod aliquis publica auctoritate electus & deputatus *d. Cap. quoniam x. de probat.*

Quod ſi integra inſtrumenta
20. contractus, teſtamenta, regiſtris publicis ſint inſerenda, eo caſu hæc deſcribi poterunt per amanuenſem vel alium Scribam, modo Secretarius initium faciat & ſubſcribat, BALD. *in rub. C de fid. inſtrum. n. 43. v. ſed his dubitatur.* PACIAN. *d. tract. lib. I. cap. 65. n. 40.* Unde patet, cætera, quæ minoris momenti ſunt, & ubi non diſquiritur, cujusnam manu quid ſcriptum ſit, ut ſunt literæ, ſive miſſivæ aliæque ſcripturæ, ab alio,
21. quam ipſo Secretario conſcribi poſſe. Sed quæritur hic (1.) non inconcinne: An Conſul ſimul Secretarii officio defungi poſſit, & ejus acta conſcripta æque fidem mereantur, ac ſi conſcripta eſſent á peculiari Secretario? Et hoc regulariter negandum, quia duplici quis munere ſimul eodem tempore vel duorum ſuſtinere perſonam nequit, per *l. ult. C. de aſſeſſor. l. pen. ff. de offic. aſſeſſor. l. libertas 17. §. præſcriptio 3. ff. ad Municip.* Deinde, quæ Secretarius in curia ſcribit & perfecit, hoc fit de mandato Conſulis; Nemo
autem ſibi ipſi committere poteſt, 22.
cum committentis & commiſſi ſeparata debeat eſſe perſona. Exceptio poterit eſſe in cauſis levioribus & modicis, in quibus judex ipſe, vel Conſul & Notarius, acta conſcribere poteſt, ut vult ex MARSIL. *ſingul. 1. n. 1. v. primo nota aliisq; ibi citatis.* BERLICH. *1 concluſ. 8. n. 48. & ſeq.*

Deinde quæritur: An Secreta-
rius, qui antea ut Advocatus pa- 23.
trocinatus eſt cauſæ, in eodem judicio agitatæ, an in eadem poſſit officio Secretarii fungi? Et quanquam Secretarius in tali cauſa, in qua antea fuit Advocatus, munus ſummum eò magis obire poterit, quo magis fides ejus juramenta firmat & à directorio regiminis dependet, rectius tamen aget, ſi rem aperiens, excuſatione utatur. Sic Prætor, qui ante Magiſtratum, advocationem alterius partis ſuſceperat, juſtam cauſam mandandæ jurisdictionis habere dicitur, *l. 17. ff. de jurisdict.* Et Delegatus ſeu Commiſſarius, qui antea in eodem negotio advo-

vocati officio functus est, tanquam suspectus poterit recusari, *C. postremo 36. x. de appellat.* SCHILTER. *cit. differt. cap. 5. in fin.*

24. Porro quæritur: An Secretario Municipii penitus abstinendum ab aliis negotiis, mercimoniis, advocatione & consultatione? Sic dicendum videtur, quia animus lucro deditus, vel ad turpia deflectere, vel ad famæ læsionem deviare solet, quod ne fiat, omnino obex ponendus, prout de Referendariis statuit STYPM. *cap. 4. n. 11. & 12.* Quia autem Assessoribus collegiorum juridicorum & Scabinatuum hoc interdictum non videmus, ut Lipsia & Hala testantur, cur ergo id Secretariis penitus prohibendum, maxime, cum uti sæpissime in parvis Municipiis & oppidis apparet, Secretariis de sufficienti salario ptospectum non sit, SCHILTER. *de Secretar. cap. ult. verf. quærere hoc loc.*

Cum in minoribus Municipiis rarissime deprehendantur Syndici, 25.
quæritur denique: An non Secretarii talibus in locis Syndicorum loco habendi? Quod negandum non est, quia sic compertum habemus, quod hi, deficiente Syndico, ejus munere fungantur. Ergo, si Secretario generale mandatum concessum, ad negotia civitatis, tam judicialia, quam extrajudicialia expedienda, is revera Syndicus est, licet Secretarii saltem titulum gerat. Nam quoties ad judicium fuerit deventum, 26.
ubi pro civitate comparet Secretarius, non per titulum legitimabit personam suam, sed per productionem mandati, quod pro instrumento Syndicatus habendnm, CARPZ. *decis. 28. n. 5.* D. STRYCK *in Pand. us. mod. tit. quod cujusque univers. §. 3.*

Caput XXV.

DE MUNICIPIORUM JURIBUS CURIÆ.

SUMMARIA.

1. *Curia, unde dicta?*
2. *Curia, quid sit?*
3. *Palatia,* Pfaltz / Pfaltz-Grafen.
4. *Consilia, quid sint & qualia esse debeant?*
5. *Jus curiæ Municipia habent.*

 6.

6. *Curiarum erectio ad Regalia pertinet.*
7. *Locus talis immunitate & securitate gaudet.*
8. *An cella sub curia,* der Rahts-Weinkeller/Wein-Stube/ *eadem immunitate gaudeat?*
9. *Jus votandi. Vota in curiis collectandi methodus.*
10. *Vota sunt aperta vel tacita.*
11. *Votandi tacite modus liberrimus.*
12. *Multi ad vota non eunt, sed feruntur.*
13. Ja-Herren/ *quid sint? Talis Senatoris epitaphium.*
14. *Vota minorum, sententia potentiorum non raro supprimuntur.*
15. *Utile est, ut juniores in Senatum primum votum dent.*
16. *Ratio methodi hujus.*
17. *Mos ille servatur adhuc inter Theologos Parisienses & in judiciis bellicis.*
18. *Contrarium tamen in omnibus fere curiis obtinet. Ejus ratio.*
19. *Votorum majoritas & sanioritas.*
20. *Vota non numeranda, sed ponderanda sunt.*
21. *Cur majora vota concludant?*
22. *Sic habet praxis variorum locorum.*
23. *Vota majora, quando non concludant?*
24. *In Comitiis Imperii, vota majora quando non concludant?*
25. *Quid faciendum, si vota curiæ sint paria?*
26. *Favor rei favorabilis vincet.*
27. *Præsumtio pro possessione militat.*
28. *Vota paria prævalent pro conservatione officialis.*
29. *Benignior sententia in paritate prævalet.*
30. *Dissentiens minor pars à majore parte ad se conformandum in votis, compelli potest.*
31. *Lex Curiæ Romanæ de majoritate votorum.*
32. *Vota majora Senatorum contra Consulem.*
33. *Consul majoritate votorum victus, protestationem suam ad acta referri petat.*
34. *Post conclusionem, à dato voto resilire licitum non est.*
35. *Præsentium in votando saltem habetur ratio.*
36. *Vota in ipso consessu Senatus colligenda.*
37. *Statuare non potest Senatus, nisi à numero duarum partium.*

38.

38. *Hodie dimidia pars Senatorum superstitum convenire & concludere potest.*
39. *Fidem, non eventum, præstabit Senator.*
40. *Principium consilorum Argo, exitum Briareo committere debemus.*
41. *Exitus consilii non magis iu consultantium manu est, quam ventus iu potestate cautissimi naucleri.*
42. *Fides in consilio, non eventus, requiritur, qui sæpe ab intentione discrepat.*
43. *Ægyptii puniebant Medicos, si non servatis ptaceptis ægrum sanassent.*
44. *Vulgo applausum habent consilia, quæ beneficio felicitatis absolvuntur.*
45. *Dea fortuna sæpe devincit consilia & superat.*
46. *In consilio evitanda est præcipitantia.*
47. *Velox consilium sequitur pœnitentia.*
48. *Consilia, ut ædificia tumultuario opere exstructa facile collabuntur.*
49. *Quando laudandum consilium velox?*
50. *Senatores in suffragiis, refractiores & tenaciores sui sensus esse non debent; Magna sapientia est, mutare, quæ quis male locutus. Optimus portus pœnitentiæ, mutare consilium.*
51. *Consilii mutatio nemini indecora. Magnæ felicitatis est, optima primo intuitu vidisse. Melius est recurrere, quam male cnrrere.*
52. *Mutatio consilii poscitur, quando?*
53. *In votis constantes debent esse Senatores. Vacillatio in suffragiis est certum signum non certæ mentis.*
54. *Non contumaces esse debent Senatores. Constantia non sinit hominem depravari, pervicacia, non corrigi. Stulti sunt, qui sapere tantum volunt ex suo ore.*
55. *Curiæ cura præcipua circa bonum publicum.*
56. *Favoris & odii passiones deponendæ in consultando.*
57. *Difficile est Magistratui, ita se gerere, ut in cunctis evitet murmurationes populi. Populus comparatur muribus Alpinis,* denen Murmel-Thieren. *Pileus nemini potest ab alio imponi, ut exacte quadret capiti.*
58. *In Rebuspublicis, ut in Comœdiis, suo ære spectatores judicandi facultatem sibi tribuunt.*
59. *Non quod socio, sed societati expedit, spectandum.*

60. *Stultum vulgus tutius existimat, servum esse ac divitem, quam liberum & egenum.*
61. *Bonum publicum non sit simulatum.*
62. *Bono publico sit semper junctum, quod honestum. Ejus memorabile exemplum in Atheniensibus.*
63. *Concordia nihil firmius ad tuendam Rempublicam. Simultates privatæ impediunt bonum publicum.*
64. *Privatæ offensiones, itemque affectus & impetus à curia removendi.*
65. *Non omnis contentio inter deliberandum pro rixa habenda.*
66. *Religio Romanorum de non evulgandis actis Senatus.*
67. *In garrulorum pectore omnia supernatant.*
68. *Lex Ægyptiorum in revelatores conclusorum in Senatu; Secretorum detectio habet pœnam injuriæ & damni. Quæ inter consultandum excidunt, claustrum consilii exire non debent.*
69. *Senator revelans secreta curiæ, à Senatu potest removeri. Quare?*
70. *Potest & insuper puniri.*
71. *Senatores garruli sunt, sicut pueri, qui glaciem manu tenent.*
72. *Sunt sicut canes & feles, qui alligatum ad caudam cursitando excutiunt.*
83. *Minotauri signo curiæ deberent esse notati.*
74. *Consul apud Romanos Deus consilii, aras habet erectas subterraneas.*
75. *Euripidis, secretorum tenacissimi, fœtens oris halitus.*
76. *Domesticis secreta curiæ non aperienda. Mulieri quid secreti credere est, praconibus in foro narrare.*
77. *Romana mulier secreta Senatus scire volens astute eluditur.*
78. *Communis loquacitatis clausula, quæ?*
79. *Mulierum Senatus in colle Quirinali, eorumque senatus-consulta.*
89. *Pandunt secreta mulieres, aliæ aliis, semperque sub fide silentii.*
81. *Nobilis stultitia est, velle, alios tacere, cum quis ipse tacere non possit.*
82. *Romanis dignum fuit, arcana consilia non evulgare. Taciturnitas optimum rerum administrandarum vinculum.*

1. Curia à curis dicta, ut est apud Faustum.

Quam bene conveniens sortita est curia nomen;
A gravibus curis, curia dicta venit.

Estque locus, ubi exercetur jurisdictio c. BALD. *unic. §. item si quis n. 3. quib. mod. feud. amitt.* SOCIN. *consil. 86. num. 5. vol. 1. vol. 2. consil. 166. n. 3.* Illa enim in curia dici- 2.

citur, ubi ſacrorum publica & ab his Curiones VARRO. *lib. V. de LL.* Eſt ſedes ac templum publici conſilii PONCET. *de civib. Municip. num* 21. Vel eſt ædificium publicum, ad exercenda judicia & alia negotia publica, deſtinatum, ubi & arhivum & charto-
3. philacium ſervatur. Ædificia hæc oilm dicta fuerunt palatia, Pfaltz/ Pfaltz/ ubi Imperatores judicia exercuerunt, unde Comites Palatii Pfaltz-Grafen / qui judices erant in palatio Cæſarum *l. un C. de palat. & domib. dom. lib. XI.* & adhuc hodie in nonnullis civitatibus Imperialibus curia dicitur Pfaltz / ſicut Goslaria nominata fuit eine Pfaltz-Stadt / quod in ea Imperatorum curiæ ſoleant conſcribi, KNIPSCH. *de Civit. Imp. lib. V. cap.* 26. *n.* 17 Et haben-
4. tur ibi conſilia, quæ ſunt examinandarum gubernandarumque rerum, ſubtilis animi proſpectus, CIC. *in 2 Rhetor.* quæ ſint pia, honeſta, ſalutaria & juſta, quamvis eventus voto & intentioni non reſpondeat, de quibus in ſubſequentibus plura ſub *n.* 39. Jus curiæ
5. autem Municipia tam de jure, *l. 19. ff. ad Municip. & aliis quampluribus juris textibus*, quam more habere, remonſtratione, re evidente non indiget.
6. Erectio vero curiarum, tanquam publici loci adminiſtrationis juſtitiæ, quia eſt ſignum & teſſera jurisdictionis competentis, ad Regalia pertinet, poſt KNICHEN *de jur. territor. cap. 3. n.* 289. KNIPSCH. *d. tr. lib. II. cap. 5. n.* 35.

Hic locus, quia eſt publicus & 7.
juſtitiæ ſacer, hinc quoque immunitate & ſecuritate gaudet, in tantum, ut injuria Magiſtratatui in curia illata, pro atroci reputanda ſit, ac, acerbiorem pœnam mereatur, propter violationem & deſpectum auctoritatis Magiſtratui iſto in loco præcipue debitæ, CARPZ. *pr. crim. p. 1. quæſt. 50. n.* 32. Si enim privata cujusque domus tuta & ſancta eſſe debet, quid ni publica? Ubi incidenter quæro: An 8.
tali immunitate etiam gaudeat cella vinaria publica, quæ ſub curia eſſe ſolet, der Rahts-Keller/ oder Rahts Weinſtube/ quod negat MEV. propter odioſam peccatis humanis in luxu miniſtrantium profeſſionem, ut qui peccandi occaſionem pro lucris ſuis præbent, conqueri non poſſint, de perperam inter perverſa actis, ſicut & hoſpiti aut aliis ibidem illata injuria, pro violatione ſecuritatis domeſticæ non habenda, niſi facta in iis domicilii locis, quæ à potantium aditu haberi ſolent ſecreta, *ad jus Lub. lib. IV. tit. art. 5. in fin.*

9. Ex hoc jure curiæ manat jus votandi, & antequam eò deveniatur, Consul tanquam caput & Præses collegii, tractanda proponit, ac super iis votum collegarum exquirit, quorum quisque uti auctoritate præstantior, ita priori vel posteriori loco sententiam suam dicit, BRÜNING *de var. univers. spec. th. 47.* Vota autem, vel suffragia curialia sunt aperta
10. vel tacita; *Aperta*, quæ oraliter & publice certis motivis aut rationibus enunciantur; *Tacita*, quæ calculis seu globulis argenteis, quos discurrentes per subsellia distributores singulis dividunt, alii deinde collectores in vasculis ligneis uno ore, quo manus inseri potest, & inferius in binos loculos divisis colligunt, ut ipsi ignorent collectores, an suffragator in dextrum vel sinistrum loculum ponat calculum, uti hæc ex CANTARENO *de Republ.* VENET. & NICOL. GRASS. *habet* KLOEK *de contribut. cad. 6. n. 5.*

Quem modum suffragandi sane liberrimum puto. Plures enim
11. cum in diversas sententias sunt secti, atque alii hanc, alii aliam probant nihil eorum, quæ consuluntur, peragitur; sed unusquisque ægre ferens, suam sententiam non valuisse, negligentius ad rem gerendam accedit, ut ita loquitur AGAT. *lib. IV.* Pauci sunt, qui in consilio libere se suaque disponunt, cæteri eorum more, qui fluminibus innatant, non eunt, sed feruntur, SENEC. *Epist. 29.* de quibus dici potest, quod GRÆV. *in Epist.* habet: Erubescant sellæ Curules, in quibus Magistratus sedent, & ubi Magistratum requireres.

Hinc sæpe fieri assolet, ut Senatores aliorum ex cœco impetu sequantur sententiam, sicut oves ducem gregis sequuntur, ZAS. *lib. I. cons. 4. n. 16.* quos vocare solemns Ja-Herren / de cujus epitaphio *Satyr. Germ.* ita:

Ein erbahr Rahtsherr lieget da/
Gab wenig Raht / sagt immer ja/
Und / weil er immer sagte ja/
So liegt ein erbahr Ja-Herr da.

Qui similes sunt avibus regalibus, qui unam prævolantem alatis pedibus insequuntur omnes. JOSEPH. LUDOV. *concl. 70. n. 11.*

Quod ut evitetur, neve quis minorum potentioris sententia, ut assolet, præventus, suam ipsius supprimat, ut ait DION. CASS. *lib. XXX* usum suffragiorum tacitorum utilissimum duco. Et hæc de tacitis.

De votis apertis notandum primo: Quod quidam Politicorum velint, utile esse, ut juniores & ii, qui nondum gesserunt Magistratum,

tum, primum in Senatu dicere votum debeant, ne potentiorum votis deterrerentur, vel præoccuparentur, DION. *lib. XXXIX.* Quod institutum refert VARRO, *lib. IV. Epist.* ad prævertendam ambitionem & gratiam.
16. Cum primitus in Republica Romana moris fuerit, dicendæ in Senatu sententiæ initium fieri à Consulibus & iis, qui alios in dignitate anteibant, GELL. *lib. IV. cap. 7.* Postea tamen id mutatum, quia tenacius hærent, quæ primo loco dicuntur. Et si novissime recepti, postremo sententiam dicunt, libera non feruntur suffragia, cum quasi pudori sit junioribus, Senioribus contradicere, aut ibidem prudentiores videri velle, CARPZ. *decis. 82. n. 9.* Qui mos servatur inter Theologos
17. Universitatis Parisiensis, in deliberationibus suis, in Senatu Neapolitano, & Rota Romana, CHASSAN. *glor. mundi p. 1. consid. 19.* Eadem methodus adhuc obtinet in judiciis bellicis, Kriegs-Recht/ quando instructo processu de sententia concipienda agitur, ubi vota gregariorum primo loco exquiruntur & ab inferioribus officialibus assensus fit ad Superiores & Præsidem usque. Ex prædictis ra-
18. tionibus sane non illaudabile institutum hoc est, contrarium tamen in omnibus fere curiis obtinet. Quia maximum honoris in eo est, qui primam vocem habet. Quibus indignum foret, si horum experientiam præveniat, pluralitas votorum à junioribus non bene informatis, collectorum, sed habeant hi, quod discant, & quod sequantur. Quem etiam morem probat AUR. BULL. *tit.* 4. In septemvirali collegio Principum novum Imperatorem eligentium, CARPZ. *d. decis. 82. n. 11.*

Deinde &, si jus Canonicum sanioritatem votorum magis, 19.
quam majoritatem requirat C. *fin. de his, quæ fiunt à major. pat.* *c. Ecclesia vestra. c. congregato de Elect.* Cui accedere videtur ex jure civili, quod ait Imperator JUSTIN. *de concept. Digest.* neque ex multitu- 20.
dine auctorum, quod melius & æquius est, judicatote, cum possit unius sententia & multas & majores in aliqua parte superare. Et juxta illud PLINII: Non numerandas sed ponderandas esse in consultationibus sententias; vulgare & triviale illud nihilominus valeat & obtineat: majora vota concludunt, per regulam juris, quod pluribus placet, hoc admittendum, *l. 8. v. pari autem C. qui bonis cedere possunt.*

Præsumitur enim semper pro 21.
pluribus præsertim iis, qui pro prudentibus publice habentur, &

quæ numero vincit ſententia, eadem rationis quoque pondere ſuperior eſſe exiſtimatur, vel alioqui quod longe periculoſiſſimum & indigniſſimum futurum ſit, inter Senatores de ſingulorum dignitate ac eruditione æque ac de litigantium jure diſceptari oporteat FAB. *Cod. lib. I. tit. 7. def. 2. n. 2.* Et quod major pars curiæ effecit pro eo habetur, ac ſi omnes egerint *l. 19. ff. ad Municip.* SCHURFF. *cent. 1. conſil. 59. n. 30.* Hocque eſt, quod referri dicitur ad univerſos, quod publice fit per majorem partem *l. aliud. 160. §. 1. ff. de R. J.* Atque ſic habet praxis ubi-
22. que; Servavi hoc in judicio Neapolitano teſtatur MATTH. de AFFLICT. *deciſ.* 1. In Senatu Pedemontano THESSAUR. *deciſ. 1.* Sabaudico ANT. FAB. *d. loc. l. 1. l. 7. d. 2.* In Senatu ſupremo Mechlinenſi CHRISTIN. *vol.* 1. *deciſ. 8. n. 5. & ſeq.* In curiis & judiciis Saxonicis CARPZ. *cit. dec.* 82.
23. *n.* 19. Niſi majora vota ſint contra jus naturæ & in Reip. detrimentnm notorie vergant. SURD. *conſil. 65. n. 22.* GYLM. *deciſ. Cam.* 8.
24. *n.* 20. 21. *p.* 2. Sic LIMN. *jur. publ. lib. IX. cap.* 1. *n.* 177. docet, in Comitiis Imp. regulam prædictam fallere, (1.) ubi religio eſt negotium, (2.) contributionis novæ onus imponendum, in tollenda lege fundamentali, tollendove jure ex privilegio aut contractu quæſito, (4.) Majore parte contra utilitatem aut libertatem publicam ſtatuente. (5.) In cauſis, quæ ad omnes tanquam ſingulos pertinent, quorum & hic in paſſibus deſervientibus applicatio fieri poterit; Si vota curiæ ſint paria, 25
Præſes vel Conſul denuo operam dabit, ſingulorum vota colligendo ut, aliis in aliorum ſententiam transeuntibns, vincat tandem ea pars, quæ numero potior reperiatur. Perſeverante unoquoque in ſuo voto, ſi non ſint abſentes, vel abſentium vota ob periculum moræ expectare non licet, tunc ea pars vincet quæ (1.) favorabiliorem puta matrimonii, dotis, teſtamentariæ libertatis, aut pietatis, 26
cauſam tuetur. (2.) Hoc favore ceſſante ſuccedit favor rei, æque ac ſi in probatione teſtes ſint pares, favorabiliores enim ſunt partes rei quam actoris & in dubio pronior debet eſſe Judex ad liberandum, quam ad condemnandum. (3.) Dum deciditur pro poſſeſſore, cum magna 27
pro poſſeſſione præſumptio mililitet *l. 3. ff. de Uſuc. l. 20. C. de pact.* qui relevatur ab onere probandi, illudque in adverſarium conjicit §. 4. J. *de interdict. C. ſæpe x. de reſtit. ſpoliat.* (4.) Si agitur de reprobando officiali alio- 28
que

que in ejus locum substituendo, vota paria prævalent pro ejus conservatione, quia ejectio turpior est, quam non admissio, atque evitatur damnum ignominiæ CARPZ. *d. dec.* 82. *n.* 29. 30. 31. 32. 35. &
29. 38. (*f.*) Idem est, si disceptatur, an quis officio idoneus sit vel non. Et in genere, exstante votorum paritate, semper benignior & æquior pars est sequenda, MEV. *ad* J. *Lub. tit.* 1. *art.* 5. *n.* 36.

30. Compelli autem potest dissentiens minor pars ad id, quod à majore parte constitutum & comprobatum est ALEX. *conf.* 124. *vol.* 2. PEREGRIN. *consil.* 3. *n.* 16. *vol.*
31. 3. ALDOVIN. *conf.* 29. *n.* 12. Lex enim curiæ Romanæ est, ut majoris numeri semper antistet auctoritas GRUCHIUS *de comm. Rom. cap.* 4. *lib. I.* SIGON. *de antiq.* Jur. *Civic. c.* 14. ARUM. *de Com. Imp. c.* 8. *n.* 83. Juxta illud PRUDENTII.

- - - *in paucis, jam deficiente caterva,*
Nec persona sita est patriæ, nec curia constat.

& paulo post.

Vox cedat numeri parvaque in parte quiescat.

Ei, quod major pars decrevit, stetur, CURT. *lib. X.*

32. Si Senatorum vota majora contra Consulum rectorumque consilia propositionesque currunt, Consulibus imponitur per suffragiorum hæc suprapondia parendi necessitas, PETR. GREG. *lib. XXII. de rep. c.* 2. & *lib. XXIV. c. ult.* KECK. *lib. II. System. pol. c.* 1.

Ubi tamen cautela adest pro 33. Consule, si majoritati votorum in iniquitatem transeunti resistere nequeat, ut verbis protestetur, & hanc protestationem ad acta referri petat. GREG. de CABED. *pract. quæst.* 47. *n* 3. *p.* 2. ALEX. *consil.* I. *n.* 10. DEC. *conf.* 5. *vol. 1.*

Dissentire quidem, singulis Se- 34. natoribus suffragantibus licitum est, & pro mente sua votare, post conclusionem tamen ab eo, quod tulerunt majora, sese eximere & subtrahere non possunt; Quo facit illud PLINII, *lib. VI. Epist.* 13. quod pluribus placuit, cunctis tuendum. Nec non LIVII, *lib. XXXII. Histor.* Nemo tam hebes est, qui ignorare possit, dicendi suadendique, quod quisque, aut velit, aut optimum putet, tunc occasionem esse, priusquam quid decernamus; ubi semel decretum erit, omnibus id etiam, quibus ante displicuerit, pro bono atque utili defendendum.

Præsentium in votando saltem 35. habetur ratio, unde si major pars Senatorum abfuerit, & Senatus ad paucos redierit, hi nihilomi-

nus procedere possunt, *l. 7. §. 2. ff. Quod cujusq; univers. l. 22. §. 1. ff. de fideicom. libert. C. cum à nobis x. de elect.* Atque suffragia in
36. ipso consessu Senatus intervenire necesse est, nec proficit, collegas seorsim consentire, vel vota ostiatim conquirere, *arg. l. C. de Decurion.*

Licet & collegii jus remaneat
37. penes paucos, vel etiam unum, si reliqui, vel sint inhabiles vel mortui, vel absentes, statuendi tamen potestatem non potest sibi arrogare Senatus, nisi numerus duarum ejus partium adsit, & decreta, quæ non legitimo isto numero duarum partium facta sunt, non valent, *l. 2. ff. de decret. ab*
38. *ordin. fac.* Ita quidem de jure Civili constitutum. Verum hodie in concilio Senatorio secus observari vult NATTA *cons. 1. n. 4.* TRENTACINQ *lib. I. var. resol. tit. quod cujusque univers. resol. 1. n. 3.* Ubi ab hac consuetudine non recedendum esse monet, putatque sufficere, si dimidia, aut paulo minor pars Senatorum superstitum in civitate conveniat, ejusque major pars consenserit, MEV. *ad J. Lub. lib. I. tit. 1. art. 2. n. 26.*

39. Senator, si bona intentione votum det, illudque, ut aliquando contingit, pessime cedat, pœnam non meretur, quia consilii, non fraudulenti, nulla est obligatio, *l. consilii. ff. de reg. Jur.* BESOLD. *lib. II. Pol. cap. 3. n. 55.* nec ex eventu judicandum, consilium fuisse malum, *l. neque 10. C. de probat. c. sicut §. fin. cum seq. dist. 47.*

Mediantibus consiliis omnia ma- 40.
gnorum negotiorum principia Argo, cum centum suis oculis, exitum vero Briareo cum centum suis manibus committere debemus, BACON de VERULAM. *serm. fidel. cap. 21.* Fortuna enim non
raro ex plena agit libidine, ut 41.
eventus consilii non habeatur in manu consulentis, BODIN. *lib. III. de Rep. c. 1* SCHONBORN *lib. III. Polit. c. 22.* Exitus namque consiliorum non magis in consultantium manu est, quam tempestas & eventus secundus, in potestate cautissimi etiam navis gubernatoris, LOCCEN. *de ord. republ. cap. 17.*

Defuturi sane sunt, qui suadeant, 42.
si suasisse periculum est; Quid debet, qui consilium dat, præstare præter fidem? CIC. *Att. 167.* Nemoque mirari debet, humana consilia Divina necessitate esse superata, IDEM *pro C. Ligar.* sæpe in consulendo evenit, sicut HORAT. ait:

- - - - amphora cœpit
Institui, currente rota, cur urceus exit?

id est, figuli interdum vas magnum in-

incipiunt & rotæ velocitate prærepti parvum formant.

43. Olim Ægyptii de Medicis legem valde elegantem tulerunt, ſcilicet, ſi quis eorum non ſervatis præceptis quempiam curandum ſuſcepiſſet, quamvis ſanatus eſſet, eum nihilominus ſecuri plectendum, ſi vero medica præcepta obſervaſſet, etiamſi æger mortuus eſſet, laudibus tamen extollendum, PICCART. *in obſervat. hiſtor. decad.* I. *cap.* 10. *in princ.* adeo recta intentio in

44. conſiliis reſpiciebatur. Verum hoc ſeculi ſimul & vulgi vitium eſt, ut applauſum capiant iſtorum conſilia, quæ tamen non aliter finem ſuum ſortiuntur, & abſolvi nequeunt, quam beneficio felicitatis, ut ait APOLLINAR. *lib. IV. Epiſt.* 6. Unde optime PLINIUS, *lib. V. Epiſt.* 21. ita ait: Eſt omnino iniquum ſed uſu receptum, quod honeſta conſilia, vel turpia, prout male, aut proſpere cedunt, ita probantur vel reprehenduntur; ſcivit ex hoc PLAUTUS:

45. *Centum doctûm hominum conſilia ſola hæc devincit Dea*
Fortuna, atque hoc verum, proinde, ut quisque fortuna utitur,
Ita præcellet, atque exinde ſapere eum omnes dicimus,
Bene ubi quod conſilium dicimus accidiſſe, hominem cautum
Eum eſſe declaramus, ſtultum autem illum, cui vertit male.

Itaque in curiis Senatores alloquendi ſunt, ut olim Arthabanus dixit, HERODOT. *lib. VII.* Suadeo tibi bene deliberare, in eo maximum eſt lucrum, nam etiamſi aliter accidat, nihilominus tamen bene conſultum eſt, & ſuperabit fortuna conſilium. Qui vero male conſilium cæpit, ſi maxime ei fortuna arrideat, & voti ſui compos fiat, nihilominus tamen ſecius male conſultum eſt.

In capiendis conſiliis primo evitanda eſt præcipitantia, ne ex 46.
præcipiti & in arena, ut ajunt, dentur, & ut deliberetur rebus adhuc integris; Bonum etenim eſt, dum adhuc ſtat navis in portu, præcavere tempeſtatem futuram, & non eo tempore, quo in medias irrueris procellas trepidare. JOSEPH. *de bell. jud. lib. II. c.* 16. ſerum eſt cavendi tempus, in mediis malis, SENECA.

- - - - non tempore belli
Cogere conſilium, cum muros obſidet hoſtis.

Et velox conſilium ſequitur pœ- 47.
nitentia, ac feſtinatio inprovida eſt & cœca, LIV. *lib. XXII.* Da ſpatium & tempus tibi, quod ratio nequit, ſæpe ſanavit mora. SENEC. *in Agamn.* moramini paulisper ut expediamus celerius BACON. *fidel. ſermon. cap.* 25. ſcelera impetu, bona conſilia mora valeſcunt.

ſcunt. TAC. 1. *Hiſtor.* Nulla res poteſt eadem feſtinata eſſe ſimul & examinata APUL. *de Philoſoph.* Qui ſe præcipitavit, ſuſtinere ſe, cum velit, non poteſt. Illis, qui
48. feſtinando ſuasmet ſpes anteire parant, ut TAC. *ait* 3. *Annal.* evenire ſolet, quod ædificiis ſubito & tumultuario opere exſtructis, antequam ligna & trabes, recte ſubſidere & exſiccare potuerunt, mox iterum collabuntur
49. SAVEDR. *Symb.* 34. Tunc demum optimum conſilium in celeritate eſt, quando non poteſt laudari niſi peractum, & quando in ipſis extremitatibus, inter etiam ancipitia, deterrimum eſt, media
50. ſequi TAC. Non tamen in ſuis ſuffragiis Senatores refractiores & tenaciores ſui ſenſus erunt; Sed reperta meliori ſententia ſuam rejicere, ſapienter potius quam mordicus eam tueri, debent *l.* 8. *in pr. ff. de collat.* qui enim ſua omnia gerit ſententia, ſuperbum hunc dico magis, quam ſapientem, *ait ille* magna eſt ſapientia hominum revocare quæ male locutus eſt *c. magna cauſ.* 22. *quæſt.* 4. optimusque portus pœnitentiæ, mutare conſilium *can. apud* 32. *quæſt.* 1.

51. Et ſapientis eſt, ſuæ Sententiæ non nimis tenacem eſſe, neque levitatis eſt, aut inconſtantiæ, ſua ſententia cedere & ſequi meliorem, nam uti viator, bona etiam via, decedet, ſi quis monſtrat meliorem, aut compendii facilioris; Ita conſilii mutatio nequaquam indecora eſt; Quantumvis gravi & erudito viro magnæ felicitatis eſt, optima primo intuitu vidiſſe; Sed potior eſt ille, qui ſe minus vidiſſe, ingenue profitetur; Nam melius eſt recurrere à medio curſu, quam male currere. Stoicam Philoſophiam hac in re damnat SENECA *lib. IV. de benefic. c.* 34. *&* 38 hiſce verbis: Secta veſtra hoc loco titubat, illud ſuperbum promiſſum, nunquam ſapientem facti ſui pœnitere, nec nunquam emendare quod fecerit, nec mutare conſilium, DREXEL. *in Phaeth. c.* 9. *n.* 4.

Mutatio autem illa conſilii 52.
commodius fieri nequit, quam ſi quis jam plura ſuffragia audiverit, nec enim imbecillitatis ſed prudentiæ eſt argumentum, alios ſequi & ex plurium votis, quod melius & æquius eſt, ſtatuere, ſicut auri bonitas tunc facile noſcitur, cum alteri auro comparatur aut etiam attritum mutuo affricatur, ſic in conſiliis, ubi plurium audiuntur ſententiæ, optimum, quod eſt, cognoſcitur. CARPZ. *d. deciſ.* 82. *in princ.*

Adſit deliberationibus conſtan- 53.
tia

53. tia quidem Nam turpis & fœda illa est vacillatio sententiam mutantium & certum signum non certæ mentis, hos qui talibus utuntur consiliis, assimilabat Carol. V. Imp. Viperis, quia, ut istæ matres suas tollunt, sic illorum posteriora decreta, priora. LIPSIUS *in not. ad lib. III. polit. c. 6.* Ab-
54. sit autem contumacia, seu perviacia: Sicut enim constantia non sinit hominem depravari, sic perviacia non sinit corrigi; Hoc sensu CIC. *ait*: non inconstantis puto sententiam, tanquam aliquod navigium ex Reipubl. tempestate moderari. *Orat. pro Cn. Planc.* Et Leonidas objicienti quod facile mutaretur: Mutor, inquit, sed temporum ratione, non ut vos proprio morbo, hoc qui nesciunt, aut respuunt, contumaces sunt, natura pugnaces, ut tantum sententiis aliorum contradicent, TAC. I. *Histor.* consilii quamvis egregii, quod non ipsi afferunt, inimici, *idem*, bis stulti qui sapere tantum volunt ex suo ore, LIPS. 3. *polit. 6.*

55. Præcipua autem curiæ cura hæc sit, *Primo* ut non privatum sed publicum semper quæratur promoveaturque bonum, quod enim commune est, connectit civitates, quod singulorum, dissipat, quare & publice & privatim utilius est, ut publica magis quam privata curentur, PLAT. *lib. IV. de LL.* Respublica incolumes & privatas res res facile præstat. Publica prodendo, tua ne quicquam serves LIV. *lib. XXXI.* nihil in Rep. satis commodum est, omnibus si id modo quæritur quod majori parti & in summa prodest, *idem lib. XXXIV.* Habent namque commoda sua etiam incommoda, aut hæc cum illis sunt habenda, aut illa cum his amittenda, ait Comicus. In civilibus nihil est, quod omni ex parte incommodis careat, HUG. GROT. *de jure belli lib. I. cap. 3. n. 16.* Tum & favores & odii passiones seponendæ sunt; Non enim est consiliarius, qui ad curiam, tanquam ad certamen adulationum, venit, sicut de Senatoribus Domitiani scribit PLIN. *in Panegyr. Trajan.* aut, qui ex odio judicat. Quisque rectissimam dicat sententiam tametsi solus in ea singularisque futurus sit CIC 11. *in Phil.* 56.

Difficile est Magistratui ita se gerere, ut in omnibus evitet murmurationes populi; Nemini enim pileus potest imponi ab alio, ut exacte quadret capiti, hinc eum alter plerumque aliter reponit, plurimis quicquid feceris, importune feceris, & incommode carpunt, emendant, aliter faciunt, 57.

& hoc quidem, ajunt, melius debuisse fieri, hoc ita faciendum; O mures Alpinos, Murmelthierlein; Qui furta sua in montes convehunt, PLIN. *lib. VIII. nat. hist. cap. 34.* Solenne est populo contra Magistratum suum in latebris mussitare, uti mures. DREXEL *in Phaeton. c. 39. n. 4.*

58. Uti in comoediis quilibet admittitur suis impensis spectatum, & sibi tribuit licentiam judicandi, de comoedorum vel perfectione vel imperfectione; Ita etiam evenit in rebus publicis, majores dum negotia status tractant, animi sequuntur affectus, minores sunt spectatores suo aere & cum officiis non adhibeantur majoribus, illis tantum relicta est facultas & otium judicandi, de rebus peractis LIM-
59. NÆUS *de jur. publ. lib. I. cap. 2. num. 6.* Ideoque, ut in societate particulari, ita & in societate universali seu Civitatica, non id, quod privatim interest, sociis servari debet, sed quod societati ex-
60. pedit *l. actione §. Labeo ff. pro soc.* Stolidum enim stultumque vulgus utilitatem privatam publicae praefert, tutiusque existimat, servum
61. esse ac divitem, quam liberum & egenum MALVEZZI *discurso* 12. Cavendum autem, ne bonum illud praetensum sit specie magis, quam rei veritate publicum, nulla siquidem res sic exterminat bonum quam bonum similatum. CHRYSOST *Hom. 19. in Matth.*

Bono publico sit quoque semper junctum illud quod honestum hinc memorabile illud apud PE- 62.
ZEL. *in Xerxe.* Lycidas, quem Cicero Cyrylum vocat, ab Atheniensibus lapidatus, ejusque uxor cum liberis à mulieribus Atticis lapidibus obruta, quod consilium utile magis, quam honestum dedisset.

Secundo: Concordia inter ipsum 63.
Magistratum tempore consultationis requiritur, quia nihil collega concorde firmius, ad tuendam Rempublicam LIV. *lib.* X. Nec tam sinistra opus est dextra, quam ministris mutua opus est concordia, BASIL. memoratu enim dignum illud, quod ait TAC. fas est privata odia publicis utilitatibus remittere, *annal.* 3.

Stimulat enim privati odii per- 64.
tinacia in publicum exitum, TAC. I. *histor.* Inde Romanus ille Plancus: Non me impedient privatae offensiones, quo minus pro Reipubl. salute, etiam cum inimicissimo, consentiam; Ad quae verba ita exclamat DREX. Audite Christiani, audite Senatores, audite consiliarii, qui quandoque bonum publicum privatis publicisque simultatibus affligitis, & pluri-

rima pro affectu, non pro ratione suadetis, omnes aquilæ plumas evulsuri (nisi vis obstet ab alto) omnes leoni ungues præcisuri, ut vester imperet affectus aut impetus. Laudabile illud & ex sententia LIPSII ad limen curiæ ponendum, quod Aristides Themistocli valde adversus in publica functione dixit: Visne o Themistocle, inimicitias paulisper hic deponamus,
65. recepturi eas, si redierimus. Sed non omnis contentio inter deliberandum pro rixa habenda est; Nam sæpe contentiones in disputationibus pro veritate oriuntur. MEV. *ad J. Lubec. lib.* I. *art.* 12. *num.* 9.

66. *Tertio*: Requiritur, ut sit fidum conclusorum silentium; Pro arcano enim & religione quadam apud Romanos fuit, ne acta publica Senatus evulgarentur, de quibus, SUETON. *in August.* Auctor etiam aliarum rerum Senatui fuit, in quibus & hoc, ne acta Senatus
67. publicarentur. Ut in Judæa lacu Asphaltito nihil mergitur, sed supernatant omnia injecta, sic garrulorum pectore nihil conditur, superfluunt, imo effluunt cuncta. LIPS. *in Orat. de calumnia.*

68. Lex Ægyptiorum jubet abscindi illi linguam, qui arcana Reip. quæ celata esse deberent, alicui detexisset, SCHILT. *in Polit. Disp.* 5. *th.* 25. Secretorum enim detectio habet pænam injuriæ & damni *l. si quis testamentum* 41. *ff. ad l. Aquil.* multa inter consultandum excidunt dicentibus, quæ claustrum consilii exire non debent, tum, quia malitiose explicari in contrarium à non intelligentibus possint; Tum, quod non expediat, priusquam formam suam accipiant, præsciri. *Idem* SCHILT.

Consiliarius & Senator, revelato secreto, removeri potest ab 69.
officio COLER. *decis.* 233. *n.* 1. *p.* 2. Talis enim habendus est, tanquam proditor patriæ, prævaricator hostis civitatis, & perjurus ANGEL. *cons.* 25. *n.* 5. *& in l. athletas.* §. *calumniator vers. sequitur ff. de his qui not. infam.* Ideo merito pœna depositionis dignitas est BALD. *in C. nullum n.* 5. *vers. sed hic incidenter C. de testib. & ad tit. de pac. Constant. in verb. Credentia in fin* CÆPOLL. *cons. criminal.* 39. *n.* 29. MARSIL. *consil.* 1. *n.* 1. MENOCH. *consil.* 175. *n.* 25. 26. ubi addit: Revelatores conclusorum non tantum ad consilia non admittendos, sed ab omni hominum commercio, prorsus eliminandos. Imo potest & pœna falsi 70.
puniri talis garrulus *l.* 1. §. 51. *cui ff. de fals.* DAMH. *pract. crim. c.* 123. *n.* 19. & tenetur ad interesse

e Reip. cujus secreta manifestavit
l. in lege §. *& si quis ff. ad L. Aquil.*
GAIL. *1. obs. 100. n. 5.* quodque
& pœnis corporalibus capitalibus-
que puniri possit, docet STEPH. *de
Jurisd. p. 2. lib. II. c. 2. num. 259.*
71. Interim accidit, quod fatendum,
quibusdam Senatoribus garrulis
nimium, & plenis rimarum, ut
pueris, qui glaciem manu retine-
re cupiunt, quia pellucida est, sed
quia tam lubrica est, sinunt illam
invitis digitis elabi, ita & hi sci-
unt, arcana Curiæ non evulganda
esse, interim tamen non retinent.
DREXEL. *Phaeth. cap. 23. n. 3.* his
opus esset os claudere, centuplice
cera, pessulo centuplice; Res sub
72. silentii fide credita est, ac si quid
ad canis aut felis caudam alligetur
tam diu currrunt, saltant ac fu-
runt, donec alligatum excusserint,
sunt hi vera Danaidum dolia, sem-
per pertusa quibus quicquid infun-
ditur, perditur, nec differre hoc
dicit, *Heraclitus*, à fractis urceis,
cum nihil continere possint sed
diffluant nugando. Quibus ebullit
atque æstuat secretum intra præ-
cordia, præ ferventi manifestandi
desiderio, donec tandem super-
fluat SAVEDR. *Symb. polit.* 13. Uti
73. olim legiones in signis suis Mino-
thaurum habuerunt, sic & curiæ
eodem signo deberent esse notatæ,
ut quemadmodum Minotaurus in
intimo & Secretissimo labyrintho
abditus perhibetur; ita consilia
semper debent esse occulta. Sic &
Deo consilii præsidi, quem Con- 74
sum dicebant, Roma aras quon-
dam erexit sed subterraneas, ut
indicaret, consilia occulta esse de-
bere SAVEDR. *Symb. pol.* 62. *in
princ.* Unde VEGET *de re Milit.
lib. VI.* recte ait: Nulla sunt me-
liora consilia, quam quæ ignora-
verit adversarius, & juxta HO-
RAT. *lib. I. Satyr. 4.*

*- - - - commissa tacere
Qui nequit, hic niger est hunc tu
Romane caveto.*

Sed quam multi sunt qui citius 75
flammas mortales ore tenebunt,
quam secreta tegant PETRON. *in
Arbitr.* non similes Euripidi, se-
cretorum tenacissimo, qui, cum fæ-
tentem halitum aliquis ei expro-
braret, ne mireris, inquit, vir bo-
ne multum arcani in hoc ore
computruit: Verum & in curia
est, loquendi magistros habemus
homines, tacendi Deos, PLUT.

Et ne domesticis quidem hæc 76
aperienda: Recte enim scribit,
STOBÆUS: quid ais, cum latere vis
aliquod negotium, mulieri illud
aperies? At quid interest, sive
mulieri, sive omnibus in foro
præconibus narrare.

E veteri illud festivum est: Ro- 77
manus Senatus occultum aliquod
con-

consilium per aliquot dies inter se agitarunt, quod cum varias excitaret suspiciones, quendam Senatorum, mulier alias pudica precibus urgebat, ut arcanum sibi aperiret. Pejerans interim, se silentio rem tecturam, & ni faceret, diris se devovens execrationibus, flensque & quiritans, fidem sibi non haberi; Ille, ut stultitiæ eam suæ argueret, vincis, ait, mea uxor, proinde audi terribilem rem atque prodigiosam. Relatum est ad nos à Sacerdotibus, alaudam visam esse volantem cum galea aurea & hasta, de eo ostento una cum auguribus deliberamus ac anxie disquirimus, boni an mali quid portendat, tu vero tace.
78. Hæc locutus in forum processit, mulier hæc narrat sub communi loquacitatis clausula: Cave, ne cui hæc dixeris, illa famulo, iste ulterius rem sub sacra tamen silentii fide propolat, ita fabula per totum devoluta. Vir demum reversus, mulier, perdidisti me, ait, pruritu linguæ, compertum est enim, è domo mea in publicum elatum esse arcanum, ideoque ob tuam incontinentiam solum mutare cogor; Eunti inficias & dicenti: Quasi vero tu non trecentesimus hæc audieris? Quomodo, inquit, trecentesimus, qui, te urgente, ut periculum facerem, possesne audita retinere, istud confixerim? DREXEL, *in Phaeth. c.* 79.
49. Sunt tamen non pauci Senatorum & Consulum nostrorum, qui quamvis uxores secum in curiam ad consilia non ducant, ut olim Marcus Antonius Bassianus, qui & Heliogabalus dictus fuit, mulieres in Senatu subsellia occupare jussit, & in colle Quirinali mulierum Senatum exstruxit, in quo Senatusconsulta facta sunt ridicula, PEZEL. *in Mellif. histor. part. 2. p. mihi 147.* Domi tamen conclusorum in curia, novam cum fœminis suis examinationem, censuram, atque nonnunquam seriam satisque anxiam, reformationem instituunt. Sic quod heri in 80.
consiliis actitatum fuit, hodie narratur inter muliercularum subsellia, quarum blanditiis facile arcana sua pandunt mariti, illæ vicissim hoc aliis, sed sub silentii fide committunt, sicut legimus apud TACIT. *lib.* I. *Annal.* ubi Maximus uxori suæ Martiæ aperuit, illa Liviæ, SAVEDR. *Symb. Pol. 62, in princ.*

Et specimen est nobilissimæ stultitiæ hisce dicere: Per sacra tho- 81.
ri per fidem matrimonii, quæso te, ne evulges, quæ auribus tuis credo: Quid illam rogas, ut sileat? te ipsum prius, rogare hoc debuisses, si tu silere non possis,

quomodo id exigis ab alio, Drex. *in Phaeth. cap.* 19. quomodo ab aliis poſtulabis ſilentii fidem, quam tute tibi non præſtitiſti? Plutarch. ſi rem arcanam ex te dimittens, in alio contineri vis, jam tu proditor confugiſti in alterius fidem, qui ſi tui ſimilis eſt, jure peris, ſi melior, præter rationem ſervaris, invento, qui tibi ſit, quam tu ipſe, fidelior, Idem Plutarch. Antigonus Macedoniæ Rex filio Philippo multis præſentibus percunctanti, quando caſtra movebimus? Quid, inquit,
82. num metuis, ne ſolus tubam non audias, Plutarch. ita Romanis ſemper dignum fuit, ut arcana conſilia PP. conſcriptorum nullis ſeculis nemo Senator evulgarit, Val. Max. Cum Rex Eumenes in Senatum veniſſet, & de cauſis graviſſimis cum patribus deliberaſſet, nihil, præterquam fuiſſe in curia Regem, quiſpiam potuit reſciſcere, Liv. *lib. XLII.* Optimum certe atque tutiſſimum rerum adminiſtrandarum vinculum eſt, taciturnitas. Valer. Max. non metus, non ſpes, eliciat vocem, qua prodantur occulta, Curt. *lib. IV.* neſcit enim vox emiſſa reverti.

Caput XXVI.

DE MUNICIPIORUM JURE DEPUTANDI.

SUMMARIA.

1. *Jus legandi ad regalia pertinet.*
 Ambaſſadores ſunt oculi & aures regnorum.
2. *Agentes, Reſidentes, Sollicitatores.*
3. *Legare nomen generale eſt.*
4. *Etiam miſſi ex civitatibus ſingularibus dicti fuerunt Legati à Romanis.*
5. *Diſtinguuntur Legati in Plenipotentiarios Legatos & Ablegatos.*
6. *Ambaſſadeurs, qui proprie ſint?*
7. *Envoyès extraordinaires, qui? & quinam ordinaires?*
8. *Agentes, qui proprie ſint?*
9. *Conſules dicuntur quidam Agentes.*
10. *Municipia non Legatos ſed Deputatos mittunt.*
11. *Cur Municipia per Deputatos compareant?*

12. *Publica non detrectanda & patriæ parendum.*
13. *Patriæ prærogativa.*
14. *Locus suspectus Deputatum excusat.*
Unus non semper deputationibus gravandus.
15. *Quodnam impedimentum à deputatione excuset?*
16. *Neglectus rei domesticæ non impedit.*
17. *Damna per deputationem illata Deputatus repetit.*
18. *In eo, cujus officium est voluntarium, secus.*
19. *Quid de Deputato, qui damnum sensit, postquam cæteri condeputati loco decesserunt?*
20. *Exigua tardatio & quæ iter non reddidit periculosius, non obstat.*
21. *Eventus rei incertæ non obligat.*
22. *Deputatus in loco, quo deputatus est, & aliena simul negotia gerere sine detrimento deputationis potest.*
23. *Viaticum Deputatis debitum dicitur deputativum.*
24. *Deputato in itinere mortuo, sumptus, quos pro itinere cepit, ab ejus heredibus non sunt restituendi.*
25. *Evitandæ sunt deputationes supervacaneæ.*
26. *Deputatorum personæ ne sint ingratæ illi, ad quem mittuntur.*
27. *Deputati commissa non ferociter, aut aspere, proferant.*
28. *Nec nimis prolixe & effuse.*
29. *Neque inconsiderate.*
30. *Deputati sine mandatorum executione domum redire non debent.*
Consummatio dat formam propriam rei cuivis.
31. *Limitatur præmissum, si instructio contineat mandatum cum libera.*
32. *A membris Senatus Deputatis non requiritur creditivum seu mandati formula. Ratio.*
33. *Secus est in Legatis civitatum Imperium.*
34. *Instructiones Deputatorum, quomodo formari debeant?*
35. *Instructionis verbis non curiose nimium inhærendum.*
36. *Clausulam illam, omnia pro modo & tempore, Deputati ob oculos habere debent.*
Legatis non committuntur legiones & triremes, sed verba & tempora.
37. *Deputatis pluribus commissum, ab uno peragi non potest.*
38. 39. *Deputati gaudent juribus Legatorum.*

40.

40. *Etiam inferioribus libera debet esse communicandi facultas cum Principe suo.*
41. *Securitas negotiandi causa missorum nititur tacito pacto.*
42. *Detestanda est severitas Philippi II. Hispaniæ Regis in Deputato Ordinis Belgii.*
43. *Etiam tubicen rebellium militum erit inviolabilis.*
44. *Hahnius ad Wesemb. notatur, Auctoris Ignographiæ sententiam impertinenter reprehendens.*
45. *Summi Principis interest, ut subditi absque periculo coram eo compareant.*
46. 47. *De Legatis, qui hostilia tentant.*
48. *Non quid factum. sed quod fieri debeat, spectandum.*
49. *Privilegia ultra jus commune quid tribuere debent.*
50. *Legati sancti. Sacrum legationis.*
51. *Legati crimen committentes, ad ablegantem remittendi.*
52. *Denunciatio, ne mittantur Legati.*
53. *Deputati Municipales stante deputatione à Principe puniri possunt.*
54. *Deputatus in loco deputationis, licet ibi contraxerit, tamen coveniri non potest.*
55. *Diatæ Municipiorum*, Stätte-Tage.
56. *In conventionibus civitatum Municipalium scientia Superioris opus non est. Nisi.*
57. *In conclusis Comitialibus statur majori parti.*

1. Jus legandi ad regalia pertinere,
constat, ideoque stricte loquen-
do, Legatos tantum mittunt,
qui summam & absolutam ha-
bent potestatem, quos *Ambassado-
res* dicimus, quosque oculos &
2. aures regnorum vocat GUICCIARD.
lib. V. Histor. Reliquorum Do-
minatuum Legati, Agentes, Re-
sidentes, vel sollicitatores, ut do-
cet BESOLD. *d. in th. pract.* lit. *A.*
3. *n.* 18. vocantur. Legati nomen
generale est, & legare idem est,
quod eligere, mandare, decerne-
re. Sic VARRO *lib. IV. de ling. La-
tin.* ait: Legati; qui lecti publi-
ce, quorum opera consilioque ute-
rentur. Et quicunque mittuntur,
publico nomine, etiam Legati
sunt, voce generalius sumpta.
More Romano Legatorum nomen
etiam competebat non solum 4.
missis Imperatorum ad Reges ex-
teros, sed etiam iis, qui ex singu-
laribus civitatibus, aut Municipiis
erant Legati; SCHILT. *ad ff. Exer-
cit.*

cit. 50. §. 28. Pari modo & Ambaſſadoris nomen commune quoque fuit etiam civitatum Legatis,
5. uti *laud. Auct.* probat ex reſcriptis Imperatoris Friderici II. Sed moribus hodiernis diſcrimen inter Legatos obtinet, tam quoad intrinſecam poteſtatem & gradum dignitatis, quam adjectitio honore. Vel enim perfecta quorundam eſt poteſtas, concludendi negotia, per mandatum aliquod cum libera, quos *Plenipotentiarios* vocamus. Deinde diſtinguuntur
6. in *Legatos* & *Ablegatos*; Illos vocant Ambaſſadeurs, qui characterem habent repræſentatitium, id eſt, qui fruuntur iisdem honoribus, quibus frueretur is, qui repræſentatur, ſi præſens eſſet, in quantum fert ratio aut conſuetudo, CÆSARIN. FÜRSTNER. *de supremat. princip. German. cap.* 7. hos *Envoyès* nominant, qui iterum ſunt ordinarii vel extraordinarii. *Reſidentes cit. Auct. cap.* 6. vult eſſe ablegatos ordinarios. *Envoyès extra-*
7. *ordinarios.* Extraordinarios autem dicit illos, qui certæ rei occaſioniſque cauſa mittuntur, unde ſæpe fit, ut ordinario extraordinarius Miniſter ſuperveniat, qui majoris ſolet eſſe dignitatis, & abſolvendis magni momenti negotiis deſtinatus, eoque plus ſplendoris oſtentare ſolet, quo magis exiguo tempore curſum ſuum abſolvit.

Agentes quod attinet, hi inter Mi- 8.
niſtros recenſentur, literasque credentiales nullas ferunt, ſed ſaltem recommendatitias, neque enim cum Principe de Republica tractant, ſed cum judiciis aliisque Magiſtratibus vel etiam privatis, de aliis rebus conſulunt, nec aliud agunt, quam quod quivis mercator facile præſtat. Aliud adhuc genus Agentium eſt, qui *Conſules* 9.
mercatores audiunt, ſuntque negotiorum geſtores, habentes quandam, permiſſu Principis ſui, jurisdictionis ſpeciem in ſuæ nationis mercatores, CÆSARIN. FÜRSTNER. *alleg. cap.* 76. *circ. fin.*

Municipia ſuos Deputatos mit- 10.
tere poſſunt, *per text. expreſſ. l.* 1. *ff. de legation.* ubi Legati Munici-
palis fit mentio. Nam civitas eſt 11.
perſona ficta, non habens animam, nec intellectum, JAS. *ad l.* 1. §. *fin. n.* 2. *ff. de acquir. poſſ.* adeoque per ſe comparere non poteſt, nec aliter, quam per Deputatos, Comitia aut conventus alios reſpicit; Deputatio autem, quia mu-
nus publicum, quod detrectare 12.
non licet, *l* 18. *ff. de Dec.* hinc quivis Municipum ad illam cogi, *l.* 4. §. 5. *ff. de legationibus* neque ſine flagitio deputationem deſerere poteſt, *d. l.* 1. *ff. eod.* Natura enim jus eſt, quem patriæ parere, *l.* 1. *ff. de juſt. & jur.*

Patria, quæ nos excepit, fovit, aluit, communi gentium ſanctiſſima & antiquiſſima parens, LIPSIUS *de Conſt. lib. I. cap. 10.* tam ſancta, ut, quemadmodum parentum ſævitia, ſic & patriæ, patiendo ac ferendo, lenienda eſt, LIVIUS *lib. XXVII.* naſcimurque patriæ hypothecati, *l. poſtliminium. §. filius de captiv. & poſtlim.* GALEOT. *conſil. 9. n 28.* GIURB. *obſ. 75. n. 10. in fin.* Ob hanc rationem etiam inviti Municipes, ad ſuſcipiendum pro patria legationem, cogi poſſunt *l. 1. §. 1. l. munerum §. legati ff. de muner. & honor.* GIURB. *Conſil. 69. n. 5.*

14. Locus tamen Deputato ſuſpectus, illum merito excuſat *l. 8. ff. ad ſenatus conſ. Trebell.* nec unus deputationibus nimium gravari, ſed viciſſitudo & ordo, ubi in Municipiis plura ſunt ſubjecta, ad hoc idonea, in deputationibus ſervari debet, *l. 12. ff. de vacat. l. 8. ff. de legationib. l. 7. C. de munerib. & honorib.*

15. Præterea excuſationem à deputationis munere meretur, impedimentum, ex quo quis injunctæ expeditioni, ſe imparem oſtendit KIRCHNER. *de legat. lib. I. cap. 5. n. 13. & ſeq.* DUR. de PASCOL. *in*
16. *Aulic. Polit. Reg. 41.* Neglectus rei domeſticæ non conſideratur. *l. un. §. 14. C. de Caduc. toll.* Hoc etenim damni Deputantes facile reſarcire poterunt, & ad id tenentur *arg. l. 7. ff. Teſtam quemad. aper. l. abſentia 140. ff. de R. J. l. 26. §. fin. l. 27. & l. 28. Princ. ff. Ex quib. cauſ. maj.* Damna etiam per caſus foutuitos, oc- 17.
caſione itineris accepta, tepetit deputatus NATT. *Conſil. 168.* ZAS. *Conſil. 20. vol. 1. n. 2.* LAUD. *de leg. n. 6.* Nam ſufficit, deputatos gravari neceſſitate obeundi muneris, hinc durum eſſet, aliud eis inſuper gravamen adjici, ut &, damna emergentia ſine repoſitione pati cogeretur. Nec obſtat *Cap.* 18.
cum pro cauſ. x. de procurat. ibique ABB. *& l. inter cauſas 26. §. 6. ff. mandat.* Nam hæc in procuratore procedere poſſunt, cujus officium eſt voluntarium. Et qui procurator ſe ſubjecit caſibus fortuitis, dum abſtinere potuit, non injuria caſum ſibi imputabit. ZAS. *d. conſil. n. 5.* Sed quær. ſi deputa- 19.
tus Municipio in loco, ad quem miſſus eſt ultra tempus, quo cæteri condeputati deceſſerunt, moratus fuerit, illisque illæſis domum reverſis, hic per aliquos poſtmodum dies à viarum graſſatoribus ſpoliatus ſit, an damnum illud à Municipio reſarciendum? Videtur quod non, quia Legatus, ſi relicta certa & commoda via, per periculoſum tranſiens, damnum

paſ-

passus sit, nihil consequitur BALD.
20. *in d. l. Inter causas.* Interim tamen cum de viarum periculo ipsi nihil constiterit, & prior dies censeri non possit securior, vel posterior periculosior, cum utraque sine periculo esse crederetur, nihil imputandum erit damnum passo; Cum exigua tardatio, modici temporis, unius forte dieculæ. tanti esse non debeat momenti ut
21. jura deputationi competentia perimat. Quia jam nihil hic potuit prævideri quod incertum fuit, nulla etiam subesse potuit culpa deputati, nemo enim divinare cogitur *l. si putator. 31. in fin. ff. ad L. Aquil.* BALD. *in l. sorruitis. in fin. C. de pign. act.* Ubi dicit culpam non esse, si ea fiunt quæ necessario sunt facienda, & quæ major pars hominum faceret.

22. Quær. & an deputatus in loco ubi officium hoc gerit, se simul possit propriis vel alienis negotiis interponere? Quod affirmatur, modo non deseratur officium, nec damnosa mora legationi contrahatur, nulla alioqui necessitate subsistente GLOSS. *in l. 2. ff. de legation.*

23. Viaticum, quod Deputatis debetur *deputativum* uti Legatorum *legativum l. fin. §. legati 12. ff. de muner. & honor. Et in l. 2. §. 3. ff. de Legation.* haud absone dici potest.

Singulare quoque est in hac 24. materia Deputatorum, ut & Legatorum privilegium, quod sumtus proficiscenti dati, & qui in itinere decessit, non restituendi sint ab heredibus per text. *in l. 10. §. 1. ff. de Legat.* quia pro facto habendum, quod quis externa vi impeditus facere non potuit *L. in omnibus l. parem. ff. de R. J. C. cum non stat. de R. J. in 6.* CHRISTIN. *in vol. 5. decis. 54. n. 13.* PEREZ. *ad C. h. tit. n. 21.* Atque sic anno 1660. judicatum refert BRUNN. *cent. 4. decis. 10.*

Cavere autem Municipia, eo- 25. rumque Magistratus perpendere debent deputationis necessitatem & sumptuum rationem, unde voluit lex, ne civitas amplius quam ternos legatos mittere possit *l. 4. §. fin. ff. de legation.* Et supervacaneæ deputationes evitandæ, ut legitur apud PLIN. secund. *lib. X. Epist. 42.* de Byzantinis, qui Legatos maximo sumptu quotannis & ad Imperatorem & ad Midiæ Præsidem salutandum miserant.

Cavere etiam debent Municipia 26. ne personæ deputatæ iis, ad quos mittuntur sint ingratæ atque infestæ, dum enim personam aversantur, non facile quid impetratur, nec defertur petitis, is enim qui displicet si ad agendum mittitur,

irati animum ad deteriora provocat, ZYPÆUS *tract. de Magistr.* 4. *c. 28. n.* 11,

27. Cavere & Deputati debent, ne aspere & ferociter nimis sibi proferant commissa, eo enim haud raro bona causa corrumpitur: Legitur, Demosthenes ea à plebe, quæ discipulus ejus obtinere nequivit, iisdem verbis, sed suaviori eloquio prolatis, facillime im-

28. petrasse: Itemque, ne nimis prolixi & effusi sint in propositionibus suis, quod maximo afficit tædio audientes; Notabile est illud Legati Perusini, qui cum uti legationis Princeps, prælonga oratione in expositione negotii, Pontifici Urbano V. tædium intulisset, isque inquireret nunquid aliud in mandatis haberent exorsus alter dixit, Sanctissime Pater, mandatum nobis est, ut, nisi quam primum responsum accipiamus, collega hic noster longe prolixiori oratione apud sanctitatem vestram verba faciat: Quo audito, sine mora Pontifex, responso dato, Legatos dimisit, CASP. ENS. *Epidorp. lib. I.* Unde non absone Scaurus dixit olim: Non minus magnam virtutem esse, scire desinere, quam scire dicere SENEC. *controv. V. lib. 9.*

29. Sint & cauti deputati, ne inconsiderate quid, quod Deputantibus præjudicium aut damnum creare possit, effundant. Pericles quoties verba facturus in concionem prodiret, optabat, ut sibi nullum verbum excideret, quod populum exasperare atque irritare possit, aut quod illi contrarium esset, aut cum ipsius consiliis & voluntate pugnaret, ÆLIAN. *lib. IV. Var. histor.* Qanto magis hoc optandum ubi non cum plebecula sed cum Principibus aliisque Magnatibus excelsioris fortunæ hominibus, deputatis res est.

Deputati. postquam negotia 30. Municipiorum expedienda semel susceperunt, sine mandati excecutione, domum redire non debent. Is enim qui mandatum suscepit; illud necesse habet consummare, *l. si mandavero 22.* §. 11. *& fin. ff. madat.* Et propria cujusque rei forma contingit ex consummatione, *l. si is qui. 80.* §. 1. *ff. ad L. Falcid.* & per ejusmodi reditum tempus rerum peragendarum præterlabitur & commoda scopum attingendi præciditur occasio.

Quod tamen limitatur, si in- 31. structio data Deputatis, contineat mandatum cum libera & habeat clausulam illam, *cætera committimus dexteritati, &c.* Quo casu Deputati, si ita utilius visum fuerit, domum libere redire possunt, illis, quæ in commissis habent,

non-

nondum peractis & absolutis *per ea, quæ in verbis præmemoratis docet,* *le* BLEU *in instruct. fut. cons. cap.* 10. *n.* 8. *&* 9.

32. Cum regulariter membra Senatus, ad Comitia provincialia ablegentur, inde quæritur, an & hi, formulam mandati sui exhibere, teneantur? Quod negatur argumento eorum, quæ tradit de deputatis civitatum Imperialium ad comitia Imperii, LYMN. *de* J. *P. lib. IX. cap.* 1. *n.* 110. Plerumque enim mittuntur, quorum personis principaliter & radicaliter fides innititur, ut sunt Consules, Syndici aut Senatores.

33. Nec obstat, quod Civitat. Imp. Legati, in Comitiis deputatorum, mandatum producere teneantur *Recess. Imp. de Anno* 1582. §. folgen nun obgemeldte. Hoc ipsum enim non ex generali quodam iure, sed ex speciali quadam conventione Civitatum, cum Imperatore & reliquis Imperii Statibus fuisse introductum, respondet LIMN. *loc. cit. n.* 114.

34. Instructiones quæ dantur deputatis, non debent nimis arctæ & præcisæ esse, ne deputati opus habeant, omnia ex tabellis deputatoriis, recensere, ut pueri in scholis lectiones è libris cum trepidatione, si syllaba quædam, omittatur, recitant. Incommodo non caret, quod apud quosdam adeo parce & minutatim præscribuntur mandata, ut ob levissimam quamque circumstantiam opus habeant deputati inspicere instructionem, *ait idem dict. loc. n.* 10.

35. Peccant & in hoc ipsi Deputati, qui tam curiose & punctuatim inhærent verbis instructionis, ut ad externam litteram tantum commissa exequi gestiant, qui sunt similes illi servo nasutulo, qui ex scripto omnia sua munera obire evoluit, adeoque cum postea Dominus in profluentem cecidisset non nisi inspectis tabulis, illum eripere voluit.

36. Quamvis hujusmodi deputati sint plenipotentarii, & mandatum cum libera habeant, semper tamen clausulam illam: *Omnia pro modo & tempore* ob oculos habere debent, MARNIX. *Resol. Pol. sect.* 3. *resol.* 1. Non enim committuntur legatis triremes, legiones, arces aut urbes, nemo hæc legatis tradit, sed verba & tempora, *ut ait* DEMOST. *de fals. legat.*

37. Sciant & deputati, hoc omnium consultissimum esse, ut deputatio pluribus commissa, per partem non peragatur, ita enim legitur; Sergius à Justiniano ad Chasroem missus cum Constantinus, alter deputatus, ægritudine detineretur, in Persiam penetrare noluit, PASCAL. *cap.* 31. Facit

huc quod alias traditur, quando facultas faciendi quid, collata eſt in plures, tunc unum non poſſe facultatem illam adimplere, *arg. l. ſi ita fuerit 13. in pr. §. 2. ff. de manumiſſ. teſtam.* PRUCKM. *conſ. 29. n. 85. part. 1.*

38. Municipiorum deputati, non minus, ac legati, id eſt, jure gentium, habent, *primo* ut admittantur, nec ſine cauſa rejiciantur, unde apud LIV. *lib. II. ita legitur*: Legatos non admiſit, jus gentium ſuſtulit: *Deinde* ne tam in perſonis, quam rebus violentur; legationum enim jus Divino humanoque vallatum eſt præſidio, cujus ſanctum & venerabile nomen. CIC. in-

39. de eſt, quod deputati, neque in perſonis neque in bonis propter debitum aliquod capi, arreſtarive poſſint: Nam omnis coactio abeſſe à Legato ſeu Deputato debet, tam, quæ res ei neceſſarias, quam quæ perſonam tangit, quod plena ei ſit ſecuritas HUG. GROT. *de jur. bell. & pac. l. 2. c. 18. n. 5.*

40. Nam qui tractandi cauſa miſſus eſt, immunitate frui debet, quæ jure gentium recepta & naturali ratione introducta eſt, ut ne quacunque de cauſa violetur, quod adeo verum eſt, ut etiam hoc jus ad eos porrigendum, qui ſubditorum nomine ad Principem mittuntur, ſive deputantur, libera enim debet eſſe communicandi facultas, alioqui ſublata hac fiducia, remedia non poterunt afferre gliſcentibus malis, animisque exulceratis. Imo ſecuritas eorum,

41. qui negotiandi cauſa mittuntur, bona fide & tacito pacto nititur. absque omni dato ſalvo conductu

42. Unde ſeveritas illa, qua Philippus ſecundus Hiſp. Rex in Ordinum Belgii Deputatos uſus eſt, non probanda venit. CÆSAR. FURSTN. *de ſuprematu Princ. Germ. ut cap. 6.*

43. Ubi & vult, ſi rebelles milites tubicinem mittant, ad Ducem ſuum tractandi cauſa, quod Dux injuſte agat, ſi tubicinem talem ſuſpendi faciat.

44. Neſcio itaque qua ratione HAHN. *ad* WESEM. *tit. ff. de Legatton. n. 2.* taxet hanc Auct. Ichnog. ſententiam, quaſi ab eo textus quidam juris pro aſſerenda deputatorum inviolabilitate fruſtra relati ſint, cum nulla hic deprehendi poſſit, impertinentis allegationis culpa. Quinimo ipſe Cenſor ex ſententia MEV. *ad J. Lubec. lib. I. art. 10. n. 37. & ſeq.* quem honorandum vocat fautorem & amicum, ſibi in hoc contrarius eſt, dum ait: Sancti autem ſunt Legati extraneorum jure gentium *l. 1. C. h. tit.* niſi à Cæſare ex L. Julia Maj. *l. 1. ad L. Jul. Majeſt.* ab inferioribus venientes ex L. Jul. de vi publ. à ſubjectis miſſi, fide & auctoritate Principis, addit ibi ci-

citatus Mev, *in fin.* Tum & tenore supremæ potestatis, cui convenit, ut subditi secure per alios causam suam agant, ne coram se necessitatis sua causa comparare periculo sit. Si itaque à subjectis missi fide & auctoritate Principis sunt sancti, ergo etiam ab injuria hominum defensi & muniti erunt, id enim est esse sanctum *per l. 8. ff. de rer. divis.*

Hic quæritur, an ea, quæ jam
46. de non violandis legatis dicta sunt, etiam locum inveniant, si hostilia tentent, si exploratores deprehendantur, officioque & persona legati se indignos præbeant. Nega-
47. tiva probari videtur exemplis quibusdam antiquitatis: Lacedæmoniorum legati ad Persas ituri, ut auxilia contra Athenienses peterent, ab Atheniensibus capti & interfecti Thucyd. *lib. II.* Macedorum & Carthaginensium Legati, tanquam fœdus contra Romanos facturi, à Romanis capti, Liv. *lib. III. d. cap. 3.* Alexander Macedo Alexandri Magni proavus Legatos Persicos intemperanter se se in convivio gerentes & virginum pudicitiam attentantes trudicari jussit Philip. *lib. 2. Chr. p. 94.*

Quia autem non quid factum sit, sed quod fieri debeat spectan-
48. dum, *l. sed licet 12. ff. de offic. præsid.* affirmativam veriorem & juri convenientiorem judicamus privilegia enim ita intelligenda, ut aliquid tribuat ultra jus commune, si autem Legati ab injusta vi tuti essent, nihil in eo magni esset, nihil præcipui *ut docet* Grot. *cit. loc.* Hinc de Legatis Tarqninii, quanquam visi sint commisisse, ut hostium loco essent, jns tamen gentium valuit. Liv. *lib.* I. facit 49.
& ad id *text' l. 17. ff. de legationib.* Ubi Pomponius ait si quis hostium Legatum pulsasset, contra jus gentium id commissum esse existimatur, quia sancti habentur Legati, hinc Jus legationis, jus gentium, *à* Tacito dicitur, Itemque Seneca: violavit legationes, rupto gentium jure *lib. de ira* 50.
ut & Cic. Legationum jus Divino humanoque vallatum est præsidio, cujus tam sanctum & venerabile nomen esse debet, ut non modo intra sociorum jura sed & hostium tela incolume versetur; Legati Romanorum, postquam à Charthaginensibns male essent habiti, Scipio, ductis ad se Carthagrnensium Legatis & quid fieri deberet, rogatus respondit: Nihil tale, quale factum esset à Carthaginensibus App. *de bell. Punic.* Liv. *lib.* XXX. Valer. Max. *l. 6. c. 7.* Si itaque 51.
crimen Legatorum sit atrox & ad publicnm malum spectans, remittendi erunt ad eum, qui misit,

ſit, cum poſtulato, ut eos puniat
52. aut dedat, Grot. *d. loc.* Pro evitanda tali ſuſpicione hoſtilitatis denunciari poteſt & debet, ne mittantur Legati, alioqui pro hoſtibus fore *idem ibid. num. 5.* ubi id exemplis illuſtatur, quod & in talionis jure attendendum, exempla monent.
53. Deputati autem Municipalium, conſtante deputatione ad Principem, accuſari, vindicari & puniri poſſunt; cum Princeps tanquam judex omnium ſupremus præſto ſit, adeoque ibi forum non ſit incompetens Becht. *de ſecuritat. theſ. 184. in Princ.*

Licet extra dubium debitor
54. ſortiatur forum in loco contractus, vel deſtinatæ ſolutionis, modo ibidem reperiatur. *C. ult. & 17. x. de foro compet. cap. 1. de privil. in 6. l. 19. in princ. & §. 1. cum ſeqq. de judic. l. 1. ff. de eo quod certo loc. l. 2 ff. ſi cert. petat.* debitor tamen, legationis vel deputationis cauſa, ad locum illum veniens, ibi non obſtantibus præallegatis, conveniri neutiquam poteſt, *per text. expreſſ. in l. 2. §. 3. de Jud. & l. ff. eod.* Carpz. *dec. 78.*

55. Deputati Municipiorum potiſſimum diætas ſive conventus civitatum Municipalium die Städte Tage reſpiciunt; Unde civitas capitalis die Haupt-Stadt / jus vocandi cæteras civitates habet, & inde dicitur conſcribens civitas die
ausſchreibende Stadt. Nam civitatibus Municipalibus inhibitum non eſt, bono fine & honeſta intentione, etiam absque ſcientia & licentia ſuperioris, congregationes & conventus habere. Paris. *conſil. 171, n. 11. lib. IV.* Schrad. *de feud. part. 10. ſect. 10. n. 28.* modo adverſus ſuperiorem nihil moliantur, vel aliud quid monſtri alant, quo caſu hæ congregationes pro conventiculis habendæ, à ſuperiore prohiberi poſſunt Mynsing. *6. obſ. 2. n. 1.* Brüning. *de var. univerſ. ſpecieb. concluſ 45.* Arum. *ad aur. B. diſcurſ. 4. concluſ. 2.* 56.

In comitiis iſtis ſtatur majoris
partis concluſis, quæ & obligant 57.
diſſentientes Jason. *in l. Hodie ff. de pact.* modo tamen actus, qui ibi geritur, ſit collegialis, & ad comitia pertineat, tanquam ad univerſitatem: Cæteroquin civitas abſens non vocata & ignara geſti, non obligatur per concluſum de quo necdum conſtat, an ſit commune; Nam quæ ad plures non ut ad collegium, ſed ut ad ſingulos pertinent, in iis omnium requiritur aſſenſus & plures unum non obligant, *p. l. 11. ff. de ſervitut. præd. ruſtic.* Mev. *deciſ. 201. part. 4.* Sed de his latius actum *lib. I. cap. 1.*

Ca-

Caput XXVII.

DE MUNICIPIORUM JURE IN ECCLESIAS ET RES ECCLESIASTICAS.

SUMMARIA.

1. *Religio quid sit? Civitas sine Religione in officio contineri nequit.*
2. *Religio unde dicatur?*
3. *Religio quid secundum veteres Philosophos.*
4. *Religionis pondus & necessitas.*
5. *Consulares fasces cum sacerdotali pallio jungendi.*
6. *Post religionem omnia ponenda.*
7. *Fructus religiositatis apud Magistratum qui?*
8. *Provisorum Ecclesiæ & Scholarcharum officia quæ?*
9. *Pastores & ministri Ecclesiæ honorandi & quare?*
10. *Ab omni offensa pastores sint immunes.*
11. *Etiam tempore belli.*
12. *Pastorum immunitas.*
13. *Veteres Germani Sacerdotes suos magni fecerunt.*
14\. 15. *Ejus Exempla Ethnicorum & Turcarum.*
16. *Pastores & ministri quid sint?*
17. *Constantini Imperatoris in Sacerdotes reverentia.*
18. *Pastores sunt tubæ veritatis.*
19. *Historia de Aigolando, Saracenorum Rege, ad Christianismum converso.*
20. *Pastores & Præceptores idonei constituendi. Persæ & Lacedæmonii filiis suis ex principibus Præceptores dederunt.*
21. *Pastor sit typus gregis.*
22. *Pastor doceat exemplo suo.*
23. *Electio Pastorum non per alium, quam vocativum casum fiat.*
24. *Prædicator, non prædicare debet, ut mercedem recipiat, sed mercedem ideo recipere, ut prædicare possit.*
25. *Turpe est, si ministri Ecclesiæ egeant.*
26. *Leonis Imperatoris dictum.*
27. *An executio fieri possit in salarium Pastoris Ecclesiæ?*

28. *Cognitio de ſalariis paſtorum cujus ſit fori?*
29. *An diviſo inter heredes fundo, ex quo ſalarium debetur, ab uno heredum integra præſtatio exigi poſſit?*
30. *Lite ſuper ſalario pendente, illud interim integrum adhuc ſolvendum.*
31. *Quatenus demortui paſtoris ſalarium ad heredes transmittatur.*
32. *Accidentalium quorumnam præcipua habenda ratio?*
33. *Nova accidentalia paſtorum ſunt odioſa.*
34. *An accidentalia competant viduæ durante anno gratiæ.*
35. *Paſtores in terminis ſe contintant.*
36. *Monita contra rixoſos paſtores.*
37. *Rixoſi paſtores collegæ, ad transfactionem compellendi.*
38. *Difficiles ſunt compoſitiones odiorum Theologicorum,*
39. *Theano Sacerdos, ſe precibus, non imprecationibus, conſtitutam dixit.*
40. 41. *Invectionibus ac clamoribus, quare paſtores plus æquo ac modeſto, non indulgere debeant.*
42. *Hoſpitalii, Galliæ Cancellarii, ſenſus ac animus circa controverſias religionis.*
43. *Fratres ſumus, donec deſinamus dicere Pater noſter.*
44. *Invectiones ex ſuggeſtu, templorum tonitrua apud vulgus tantum valent.*
45. *Leontii Epiſcopi Tripolitani ad Conſtantium Imperatorem dictum.*
46. *Etiam iu civilibus & ad politiam ſpectantibus clamores & tumultuationes Eccleſſaſticorum cohiberi debent.*
47. *Quatenus liceat vitia Magiſtratus publicis concionibus redarguere.*
48. *Etiam Magiſtratibus minoribus debetur reverentia.*
49. *Nec privati in concionibus injuriandi.*
50. *Quomodo procedendum contra paſtorem injurioſa verba in concionibus proferentem?*
51. *An pro Magiſtratu oppidano etiam preces publicæ fundendæ ſint:*
52. *Magiſtratus minores ſunt executores eorum quæ Majeſtas ipſa, vel non vult exequi, vel ob multitudinem nequit.*
53. *Inferiores Magiſtratus quoque à Deo ſunt.*
54. *Conſuetudo inveterata æquiparatur Imperiali Juſſioni.*
55. *Eccleſiæ facnltates in pios uſus convertendæ.*
56. *Poſſeſſiones Eccleſiæ dicuntur bona pauperum.*

57. *Immunitas conservanda Ecclesiasticis.*
58. *Quorsum immunitas illa extendatur?*
59. *An pastores sint immunes ab onere contributionum ordinario?*
60. *Quid de contributionibus extraordinariis?*
61. *Res transit cum suo onere.*
62. *Observantia circa immunitatem personarum Ecclesiasticarum in terris Protestantium.*
63. *Quomodo immunitas Ecclesiastica cesset.*
64. *Ab hospitatione immunes non sunt Ecclesiastici, tempore necessitatis.*
65. *Quatenus Pastores sint immunes ab onere accisarum?*
66. *Magistratui Municip. incumbit cura Sabbathi.*
67. *Edictum Regis Borussiæ de servando Sabbatho.*
68. *Comœdias & spectacula ne permittat Magistratus die Dominica.*
69. *Jura funerandi competunt Magistratui Municipali.*
70. *Pompa funebris ne sit immodica, sed ratione personarum moderata.*
71. *An Municipium jus constituendi consistorium habeat?*

1. Religio est, per quam reverenti famulatu, ceremoniæ Divinæ cultus exercetur, Cic. *de natur. Deor.* etiam juxta Gentiles est vinculum ac coagulum omnis societatis & justitiæ fundamentum, Plutarch. atque ex judicio Plinii civitas in officio sine religione contineri non potest, *cap. 2. de vir. Illustr.*

2. Religio dicitur, vel à relegendo, tanquam requirat piam relectionem legum Dei, & quod ex ista relectione metus Numinis nascitur, sic voce relegere veteres in causa pietatis usi sunt, Mart. *Lexic. Etymol. voc. religio.* Quidam eam deducunt à religando, quasi in fascem Domini vincti & religati simus, Hieron. *in cap. 9. Amosi.* Hinc Augustinus ait, ad unum Deum tendentes, & ei religantes animas nostras, unde religio dicta est, *de vera relig. c. 55.* Massarius Scabinus è contrario religionem à relinquendo definit, tanquam religiosus omnia post se relinquat & à cæteris omnibus separetur, Thom. Garzon. *Piazza univers. discurs.* Plutarch. in vita Pauli Æmilii docet, veteres Philosophos scientiam cognitionemque cœlestium ac divinarum rerum, religionem nuncupasse, 3.
Festus religionem nihil aliud esse asserit, quam consideratam separationem earum rerum, quas aliquis facere aut intermittere debet.

Nihil quicquam tam privato,

 quam

4. quam iis, qui privatis præſunt,
cordi erit, quam religio; Nam
orbis citius ſine ſole, quam Res-
publica ſine opinione de Diis, con-
conſtitui, aut conſtituta ſervari
poteſt, nec unquam aut usquam
Reſpublica ſine aliqua religionis
ſpecie ſtetit, LIPS *in lib. adverſ.
Dialogiſt. cap. 2.* Religio huma-
næ ſocietatis fundamentum & Ma-
giſtratus propugnaculum, PLATO
lib. IV. *de Republ.* Quoties mo-
ta eſt illa ſacra anchora, toties
fluctuavit Reipublicæ navis, FA-
MIAN. STRADA *de bell. Belgic. lib.* II.
Et recte AUGUSTINUS *lib. V. de ci-
vit. Dei* ait: Male vivitur, ubi de
Deo non bene creditur.

5. Nihilque tutius in regimine,
quam cum faſces Conſulares Sacer-
dotali pallio ita junguntur, ut in
unius Dei gloriam ope conſilioque
6. communicata, operentur, juxta
Illud: Omnia poſt religionem po-
nenda, & ſemper civitas noſtra
hoc duxit, etiam in quibus ſum-
mæ Majeſtatis conſpici decus vo-
luit, VALER. MAX. *in rubr. item
prius de divinis quam humanis reb.*
itemque illud; Conſules nulla de
re prius quam de religionibus Se-
natum conſulunt, LIV. *lib.* VI.

7. Nec deſunt religionis & pietatis
fructus, ſi enim Magiſtratus eſt
Deicola, minus injuſti aliquid ſpe-
ratur ab eo Magiſtratu, quem
præter cæteros religioſum & Dei
amantem vident, & minus ei ad-
verſantur inſidianturque, quem à
Divino Numine protectum de-
fenſumque iri credunt, ARISTOT.
lib. V. Polit.

Bene itaque ac pie agit Magi- 8
tratus Municipalis, ſi inſpectionem
in res Eccleſiaſticas ſuſcipiat, illis-
que certos det officiaries, ut Se-
niores, Proviſores, Scholarchas,
quorum functiones circa id potiſſi-
mum occupatæ eſſe debent. *Primo* 9
ut Paſtoribus Miniſtrisve Eccleſiæ
debitus ſervetur honor, ſunt enim
ipſius Dei adminiſtri, at qui religio-
nis adminiſtros non magni faciunt,
religionem ipſam deſpicatui ha-
bent, nam contemptus perſona-
rum, ordinis & officii contem-
ptum inducit VERNULÆ *Polit. lib.*
III. *tit.* 1. *C.* 3. Quis enim eſt 10
homo tantæ violentiæ, ut Sacer-
dotem violare audeat, ait PLAUT.
in Trinum. Hinc, qui Clericum
pulſat, ſacrilegus dicitur, *l.* 10. *C.
de Epiſc. & Cler.* ubi & Clerico in-
juria illata propter officium & po-
teſtatem ſpiritualem atrox exiſti-
matur. Imo perſonarum Eccle- 11
ſiaſticarum inviolabilitas ad tem-
pora belli quoque extenditur, ut
tutæ ſint, prout Imperator Friede-
ricus III. Reformatione Politica
zu Franckfurt/ Tit. wer in offenen
Fehden gefreyet seyn sol/ diſpoſuit,

daß in offenen Fehden alle Geistliche Leute sicher seyn/ und nicht beschädiget werden sollen. In Gallia speciali salvæ guardiæ & pro-
12. tectioni Principis subesse testatur BOER. *Decis.* 207. *n.* 7. Item per vias publicas commeantibus, immunitas pro personis & rebus, quas sui usus, non negotiationis causa, deferunt, concessa ipsis est, puta à vectigalibus, pedagiis & guidagiis; BOCER. *de Regalib.* C. 2. *n.* 199. DAMHOUD. *Prax. Crim. c.* 99. *n.* 9. BECHTIUS *de secur. tit.* 222.

13. De veteribus Germanis refertur, quod Sacerdotes suos magni fecerint, de quibus ita LEHMANN So weit man in der Teutschen Historie zurück sehen kan / so wol bey der Heydnischen Abgötterey / als hernacher / nachdem sie zu Gottes wahrer Bekänntniß gelanget / so befindet sich / daß die Teutschen ihre Geistliche / als Diener Gottes / sehr hoch und wehrt gehalten / und sie unter die Obersten des Reichs gezählet / nicht / daß sie Fürstenthum / Land und Leute mit weltlicher Jurisdictiou beherrschet / deren sie damahls keines gehabt / sondern daß mit lehren und unsträflichen tugendhafften Leben allen ihres Kirchen-Amts Angehörigen zur Seeligkeit und ewigen Leben den Weg zu weisen unterstanden / *Chron. Spirens. Lib. II. cap.* 15.

De Gentilibus scimus, illos summopere honorasse Flamines suos; 14.
Sic Alexander Severus, Imperator, tanti sacrorum antistites fecit, ut judicatas à se causas à Pontificibus atque auguribus retractari, ac aliter quam ipse censuisset, terminari æquo animo pateretur. Albinus irreligiosum ratus sacerdotes publicos sacraque populi Romani pedibus ire, ferrique se ac suos in vehiculo conspici, descendere uxorem ac pueros jussit, virgines sacraque in plaustrum imposuit LIV.
lib. V. De Osmane aliisque Turcicis Jmperatoribus scribitur, quo- 15
ties convivas vocarent non edisse, nisi adhibitis Talismannis i. e. sacerdotibus; Quorum præceptis aut admonitionibus inter convivandum aures præbebant LIPS. *in monit. & exempl. Polit.* 1. *cap.* 2.

Quanto magis itaque nos Christiani, fideles Ecclesiæ Antitistes 16.
ac Pastores ceu dispensatores mysteriorum Dei, salem terræ, lucem mundi, atque legatos de Cœlo patres Christianæ familiæ venerabimur. Exemplo Constantini.
Imperatoris, qui dicere solebat, si 17
suorum oculorum fide Præsulem Christianum rem nefariam committentem deprehenderet, id se non tantum non evulgaturum, sed etiam paludamento suo facti in-

famiam operturum, BARON. *tom.* 3. *Ann.* 325. *n.* 43. Idemque dixit, Sacerdotes, ceu Numina, ad hominem regendum constitutos esse; atque lege lata statuit: Plus honoris deberi homini in sacerdotali dignitate constituto, quam ulli alii, vel Domino vel Regi; certum enim esse, in illis honorari Christum, qui vicem Christi in terris gerunt, non in illis, qui imperant terræ, MARULLUS *lib.* II. *cap.* 5.

18. Sunt enim Pastores tubæ veritatis, ISA. 58. 1. Interpretes inter Deum & homines, *Hebr.* 5. 1. in quorum ora verba sua Deus posuit, *Jer.* 1. 9. Ergo, qui bona fide Deos colit, amat & Sacerdo-
19. tes, STAT. Et Dei nuncii non contemnendi, sicut legimus de Aigolando, Saracenorum Rege, qui Christo nomen suum daturus, à Carolo M. lauto fuit exceptus prandio, inter elucentem hanc magnificentiam vidit Rex ille seminudos quosdam accubantes & terra pene nuda prandentes. Quinam illi? Sciscitatus Aigolandus, cui Carolus: Sunt hi cœlestis Dei nuncii, qui ad me venerunt. Quo attonitus responso, Aigolandus; egone, inquit, tuum istum sequar Deum, cujus nuncios tu ita aspernaris, ut cum cæteri lautissime epulentur, ipsi omnium egentissimi, contemptui & ludibrio tibi sint. Vale cum tuo fideli instituto, SABELLICUS *lib.* I. *En.* 8. *Secundo*, Pastores, Ministri, Præceptoresque constituantur idonei; Ad exemplum enim Ministri formantur plerumque discipuli, unde olim Persæ juventuti Principes præposuere, XENOPH. *lib.* I. *pædag. const.* quod etiam de Lacedæmoniis memoratur. Ægyptii & Chaldæi ab ipsis Parentibus docebantur, teste DIOD. SICUL. *lib.* II. *cap.* 8. Constituantur ita, ut potius boni quam multi sint, *C. talet ad distinct.* 20.

Aureis ergo literis curet, in habitatione sua pingi, quilibet, mysta Christi hæc tria verba: ESTO TYPUS GREGIS. Nam monstrosa res est, gradu summus & animus infimus, sedes prima & vita ima; lingua magniloqua & vita otiosa, sermo multus & fructus nullus, vultus gravis & actus levis, ingens auctoritas & nudans stabilitas, BERNH. *lib.* II. *de consider. ad Eugen. Pap. cap.* 8. Et ut LACTANTIUS dicit, debet Doctor & docere præcipiendo & confirmare faciendo. Habere enim non possunt, quæ doces, firmitatem, nisi ea prior feceris. *Item*, qui aliter vivit, quam docet, doctrinæ suæ fidem detrahit. Imo in veteri testamento Divina Majestas hoc ipsum præfiguravit, quando omnem 21. 22.

mnem Sacerdotem maculam habentem in corpore à Ministerio & officio altaris removeri præcipit, *Levit. 21. 17. & 21.* WEBER. *de*
23. *Consistor.* C. 27. *Sect.* 10. Atque ut dignus & idoneus gregi præficiatur Pastor, id agent omnes Ecclesiæ moderatores, ut electio fiat non per casum *Nominativum*, quasi nomen & externa in eo sufficiant, non per *Genitivum* ob consanguinitatem, non per *Dativum*, ob donationes, non per *Accusativum* & *Ablativum*, ob remotionem aliorum, qui digniores sunt, sed per solum *Vocativum*, ut congrua sit vocatio, quæ comitem habeat virtutem & probitatem.

24. *Tertio*: Illos honestis provideant salariis; Prædicator enim non ideo prædicare debet, ut in hoc tempore mercedem suscipiat, sed ideo mercedem recipere debet, ut prædicare possit, GREGOR. *Homil.* 17. *in*
25. *Evang.* Turpe enim est, si Ministris Ecclesiæ prima cura sit vivendi, domesticarumque rerum sollicitudine distringantur, in secundis tantum docendi curam habeant, VERNULÆ *Polit. lib. III.*
26. *cap. 5* Laudatur ob id Leo Imperator, qui cum Eulogium, ad aperiendam in urbe scholam, stipendio liberaliore invitasset, & propterea à satellitibus reprehensus respondit: Utinam meis temporibus ea, quæ militibus dantur, Doctoribus numerari deberent. 27.

Cum de salariis Pastorum in Municipiis multæ soleant obvenire controversiæ, hinc ratione illorum quædam adhuc subnectenda: Ubi quæritur: An Minister Ecclesiæ ære alieno oppressus, pati cogatur, ut executio fiat in ipsius salarium; Quod non videtur, quia sunt bona alimentis destinata, quæ ipsis non aufferenda, COL. *de alim. lib. I. cap. 13.* & MATTH. COL. *Proc. execut. p. 1. cap. 9. n. 184. & p. 3. c. 11. n. 88. & seq.* Tum & dignitas Ministerii per rigorosam ejusmodi executionem violaretur, inde particularem solutionem, licet alias invito creditori non obtrudenda, locum habere statuit, FRITSCH. *Observ. Eccles. 51.*

Quæritur: Cujus fori sit cognitio super salariis Pastorum, Ecclesiastici vel Civilis? Et dicendum, quod ipsa provisio & constitutio salariorum sit jurisdictionis Ecclesiasticæ. Verum, si controversia exoritur; non an debeantur, sed à quibusnam solvenda sint, hæc est fori secularis, hinc frustra desuper cognoscunt consistoria, CARPZOV. *Consist. lib.* III. *def. 3. n. 2.* 28.

Quæritur: Si ex certo fundo Pastori debetur salarium, & ille fundus postea inter hæredes dividatur, an Pastor ab uno integram 29.

gram præstationem exigere possit? Quod non videtur, quia potius inspiciendum, unde salarium debeatur, quam unde solutum sit, deinde cum tales præstationes sint onera realia fundorum, hinc ipsorum debitores eatenus sunt debitores, quatenus fiunt possessores MEV. *p. 4. dec.* 145. Pari ratione & canon emphyteuticus dividitur, VALES. *de jur. Emphyteut. quæst.* 17. *n. 2.* sicut & feudo diviso unusquisque pro sua tantum parte onera feudi præstat. 2. *F.* 77. PISTOR. *lib.* II. *quæst.* 47.

30. Cæterum favor salariorum tam est insignis, ut non saltem lite inter Parochiales desuper orta, nihilominus ea pendente integrum solvendum, quia lis inter alios exorta non potest efficere, ut tertio non porrigatur, quod debetur, sed etiam celerem requirit executionem, quæ nec per appellationem suspenditur, MEV. *d. p. 4. decis.* 134. Imo, si ejus debitores in solvendo moram committant, merito usuras præstabunt, FRITSCH. *Observ. Eccles.* 85.

31. *Quæritur*: An Pastor Ecclesiæ, initio anni moriens, totius salarii exactionem ad hæredes trausmittat? Videtur quod sic, exemplo assessorum initio anni defunctorum, *l. 4. ff. de off. assess.* idem concessum Advocato Fisci, *l.* 15. §. 1. *C. de Advoc. divers. jud.* quod & extensum ad heredes Professorum & Doctotum, COTTM. *Resp. Acad.* 46. *n.* 11. Verius autem est, hoc in his non obtinere cum eorum heredes solo anno gratiæ contenti esse debeant, CARPZ. *jurispr. Eccl. lib. I. def.* 171. Unde annus gratiæ à momento mortis Pastoris incidit, STRYCK. *ad Brun. jus Eccles. lib.* II. *c.* 5. §. 10,

Cum & accidentalia Ministrorum Ecclesiæ pats salârii sint, providebit Magistratus, ut ea ipsis maneant integra, præprimis, quæ respectum ad eorum officia habent. Illa autem, quæ mere sunt honoraria, ut si pro prægnante uxore preces fiant, & gratiæ agantur puerperio peracto, item oblationes, quæ domum mittuntur, Opffer-Geld / &c. in illis nulla exactio locum habet. Nova autem accidentia, quia magis sunt odiosa quam favorabilia, & quæ sat amplis constitutis salariis speciem avaritiæ sapiunt, restringenda & non admittenda sunt; Unde ait MENGERING *in scrutin. conscient. c.* 11. *quæst.* 69. Dis ist absonderlich zu erinnern / und zu rügen / dann es einer und der ander hierunter mercklich versiehet. So gar hat der leidige Geitz und Geldsucht manchen Priester heut zu Tage besessen / daß sie mit dem guten 32. 33.

ten Willen und Vermögen der Pfarr-Kinder nicht zu frieden sind/oder sich mit einer einfältigen Gabe und Verehrung sättigen und vergnügen lassen wollen/ FRITSCH. *de jure accidental.* cap. 4. & 5.

34. An & viduæ durante anno gratiæ, dum vicini pastores interim vicariam curam muneris Eclesiastici gerunt, etiam accidentalia relinquenda sint, quæritur? Et quamvis STIPM. *de salar. Cleric. c.* 11. *n.* 94. contra viduam pronunciet, benignior potius sententia statuenda, prout semper in beneficiis talis interpretatio obtinet *l. 3. ff. de Constit. Princ.* præcipue in locis, ubi salaria pastorum sunt exigua. Et hæc Const. March. corrobata est *Tit. 23. §. ult.* ubi cautum, daß die Wittwen im halben Gnaden-Jahr die Einkommen an Pfächte / Früchte und accidentalien einnehmen sollen. STRICK. *cit. loc. ad* §. 14.

35. *Quarto*: Id curent, Municipiorum Rectores, ut Pastores ministrive in terminis officii se contineant, ne rixis inutilibus levibusque discordiam seminent & fomentent, illisque statum Politicum

36. turbent. Cogitent rixo si illi præcones, quod pacem auditoribus annunciare debeant, cogitent, quod parens ille supremus mortalium testamentum inter liberos condiderit, clausulis & capitibus certis firmaverit, apud acta Ecclesiæ deposuerit, atque eo voluntatem suam nobis patefecerit. LIMN, *jur. publ lib. I. c.* 13. *n.* 5. Atque 37.

rixæ hæ non facilius oriuntur quam inter ipsos Pastores collegas, unius ejusdemque Ecclesiæ, cum de divisione accidentalium, inspectione rationum super eleemosinis &c. quæstio est, quæ statim è vestigio componere studeat Magistratus, cum cæteris Ecclesiæ Inspectoribus. Et quamvis nemo ad transactionem compelli possit, hoc tamen casu fieri debet, quia ejusmodi lites, cum magno scandalo populi vel Reipublicæ sunt conjunctæ BRUNEM. *jus Eccles. lib. III. cap.* 1. §. 15.

Difficillimæ autem solent esse 38.

compositionis, contentiones pastorales & odia Theologica, si semel radices egerint, ut ait OLIVE. BOWLES. *in pastor. Evangelic. lib. I. cap.* 10. §. *ult.* quæ aliis solent esse pro medicina, ut sacra Dei oracula illa diuturna assuetudine, si non vim omnem amisere, at iis multo inefficaciora redduntur & juxta CHRYSOST. nihil impossibilius est, quam illum corrigere qui cum omnia sciat, nihilo secius bonum contemnens, diligit malum.

39. Nec execrarionibus, aut devotoriis nimium indulgeant, exemplo Atheniensis illius Sacerdotis, Theano dictæ, quæ cum Athenienses utriusque sexus sacerdotes in caput Alcibiadis execrari jussissent, sola Theano detractavit, affirmando, precibus, non imprecationibus, se sacerdotem constitutam esse PEZEL. *in Mellif. hist. p.* I. *fol mihi* 94.

40 Sint memores illi, qui clamoribus suis invectivisque plus æquo ac modesto tribuunt, ejus, quod scribit SALVIAN. *de Arianis.* Quod illi nobis sunt & nos hoc illis: Nos illos injuriam divinæ generationi facere, certi sumus, quod minorem patre filium dicant, illi, nos injuriosos patri existimant, quod æquales esse credamus; Veritas apud nos est, sed illi hoc apud se esse præsumunt: Honos Dei apud nos est, sed illi hoc arbitrantur honorem Divinitatis, quod credunt, inofficiosi sunt, sed illis hoc est summum religionis officium, impii sunt, sed hoc putant veram esse pietatem; Errant ergo, sed bono animo errant, non odio sed affectu Dei: Honorare se Dominum atque amare, credentes, quamvis non habeant rectam fidem, illi tamen hoc perfectam Dei æstimant charitatem, & qualiter pro hoc ipso falsæ opinionis errore in die judicii puniendi sint, nemo potest scire, nisi judex.

Memorabilia non minus sunt verba illa HYERON. *ad cap.* 6. *Daniel.* Quamdiu vasa fuere in idoleo Babylonis, non est iratus Dominus (videbantur enim rem Dei, secundum pravam quidem opinionem, tamen Divino cultui consecrasse) postquam autem humanis usibus Divina contaminant, statim pœna sequitur post Sacrilegium GROT. *de jur. bel. ac pac. lib. II. cap.* 30. *num.* 50. & 51. 41.

Quid igitur hi sæviunt, debachanturque in illos, quos sciunt non tantum cultum Divinum habere, unum cum illis adorare Deum, cum illis consentientes esse in substantialibus & primis fundamentis Christianæ fidei? Galliæ Cancellarium Hospitalium suasisse in colloquio 1560. habito, ne Catholici protestantibus tam infensi sint, quia fratres & per unum baptisma renati unum Christum cum illis adorantes, memorat. THUAN, *lib. XXVIII.* 42.

In quem sensum etiam optime facit illud: Velint, nolint, fratres nostri sunt, tunc esse desinent fratres nostri, si desinent dicere pater noster AUGUSTIN. *in Psalm,* 32. Et alibi: Oderunt nos, credimus finiendum esse, quod oderunt: 43.

Ta-

Tamen & quamdiu odit, frater audit: Donec finiatur odium nomen erit in testimonium *idem* Augustin. *serm. super gestis cum eremit tom. 7.* item: Quamvis nos odio habeant & execrentur & nolint se dici fratres nostros, tamen nos recedere à timore Dei non possumus, quos hortatur Spiritus S. per Esaiam Prophetam, vos, qui timetis nomen Domini, his, quos odio habent, execrantur & nolunt se dici fratres vestros: Vos tamen dicite, fratres nostri estis. Optat. *lib. I. contra Parmen.*

44. Et quid prosunt templorum tonitrua, de quibus recte ait ille: Fieri potest, ut Satyræ istæ invectivæque ex suggesto orationes apud vulgus aliquid valeant, cujus aures ad Rhetoricam arrectiores sunt, quam ad Logicam: At quibus gravius est & sanius judicium qui norunt, causam justam temperata disputatione dafendi posse, nec stomachi patrocinio indigere, his fidem neutiquam confirmare solent.

45. Hæc tamen civiliter à me scripta, civiliter erunt accipienda, falcem meam in hanc messem Thologiam, non ultra materiam hanc Municipalem immittere volui memor illius: Quod cum Constantius Imp. in consessu Episcoporum de constituenda Ecclesia prolixe dissereret, reliquis effuse Imperatorem laudantibus, surrexerit tandem Leontius Tripolitanus Episcopus, dicens: Miror qui fiat, quod aliis curandis destinatus, alia tractes *Suidas.*

Sed non tantum in rebus religiosis & controversiis fidei, sed 46. etiam in civilibus & ad politiam spectantibus rebus causisque, à sapiente Magistratu, ejusmodi clamores & tumultuationes Ministrorum Ecclesiæ sunt cohibendæ ne inde tumultus, seditiones, & dissolutiones exoriantur: Juxta historicum: Presbyterorum pro ambone debachationes, clamantium præsentiori res egere remedio; Varias in diversis provinciis, exitarunt turbas Thuan. *lib. XXVIII. Videatur etiam de hoc* Carpz. *lib. I. juris-prud. Consistorial. tit. 5. de fin. 67. per tot.*

Quæritur autem, an exercitium 47. elenchticum ministrorum Ecclesiæ se eo extendere possit, ut licitum ipsis sit, vitia Magistratus oppidani in puclicis concionibus redarguere? Verum quidem est, usus concionum reprehensorios constringi nec posse, nec debere, ut vitia intacta maneant, merito autem cavendum erit, ne usus, in tribunitios clamores & in passionata nimis scommata degenerent.

 Nam

Nam pii ministri Ecclesiæ sunt præcones conversionis, non tubæ seditionis GERHARD. *de Minist. Ecclesiast.* §. 287.

48. Ut enim ipsis licitum non est, in Magnates & Magistratus majores debachari, ne populus ad vilipendium & seditiones excitetur, Sic nec tolerandum, ut Magistratus minores & oppidani nominatim ab iis taxentur & perstringantur, ut quilibet intelligere possit, quis carpatur, ne culposa hac licentia reverentia erga Magi-
49. stratum minuatur BALDUIN. *Casib. Consc. lib. IV. c. 7.* Quod nec in privatum licebit, quo casu & injuriarum tenentur, Post BALD. CLAR. BELRICH. CARPZ. *Jurispr. Eccl. lib. III. tit. 9. defin. 98. Eo & facit Recess. Imp. de Anno* 1530. §. **Wir haben** *&c. in verb.* **Sollen Gottes Wort nicht nach eigenen Nutzen / Neid / und Hoffart / oder zu Verführung der Unverständigen gemeinen Leyen predigen / da zu Stumpfierens / Schmähens und Lästerens sich enthalten.** Quod repetitum in *R. J. de Anno* 1542. §. **damit aber unter denen Gemeinen.** Ex quo JCti deducunt, omnem injuriam Magistratui factam pro atrociori habendam BART. *in l. nonsolum* §. *mandato ff. de Inj.* MENOCH. *lib. II. arbitr. quæst. cas. 363. n. 5.* Hinc

injungi potest concionatoribus 50.
talibus, ut verba illa injuriosa explicent, si non plane revocent, auditores ad reverentiam & honorem Magistratui politico præstandam excitentur. CARPZ. *d. def.* 103. *n.* 5.

Quær. hac occasione, cum ubi- 51.
que in Municipiis preces publicæ etiam pro Magistratu oppidanorum fiant, **daß des Stadt-Magistrat auch im gemeinen Kirchen-Gebeth gedacht wird.** Si forte verbi D. Ministri formulam illam inseri solitam, ex simultate & odio intermittant, an ad reassumendam eam cogi possint? Licet Magistratus inferiores tantum ha- 52.
beant potestatem, Imperio Majestatis subjectam, & sint saltem executores eorum, quæ ipsa Majestas exequi non vult, aut ob multitudinem, nequit CONRING. *Exercit. de Majest. civil. auct. th. 9.* Interim tamen sunt administratores justitiæ, ejus salus ipsis est commissa, qui eam ex subordinata potestate una cum religione defendunt CARPZ. *cit. tract. lib. II. def. 259. n. 8. & seq.* Ergo temeraria talis omissio formulæ precum ex intolerabili affectu orta, non concedenda. Nam inferiores Magistratus æque à Deo sunt, quam 53.
præeminentiores & sublimiores. Et majus & minus in illo admini-

nistrationis, genere quo ad officium divinitus demandatum, differentiam prorsus nullam constituit, quamvis alterum altero excelsius sublimius & dignius, sit, ut ait KLOCK. *vol.* I. *consil.* 52. *n.* 89.
54. *Eo* magis fundatam hac in re Magistratus civicus habet intentionem si inveteratam hujus instituti pro se habeat consuetudinem, quæ æquiparatur Regiæ auctoritati & Imperiali Jussioni, SCHURF. *consil.* 72. *n.* 26. quæ fortior est, statuto, facitque illud silere CRAVET. *de antiq. temp.* 1. *in pr. n.* 42. Quæ dirigit, informatque omnes actus mundi MOLIN. *ad C. de stat. & consuet. local. lib. I. tit.* 1. FAB. *C. lib. IV. tit.* 7. *defin.* 21.

55. *Quinto*: Ecclesiæ facultates atque reditus in pios actus & usus, personasque vere egentes erogent ac distribuant, juxta *Novell.* 3. *cap.* 3.

56. Nam possessiones Ecclesiæ dicuntur bona pauperum, *Can. fin. caus.* 6. *q.* 1. & ut AMBROS. ait *lib.* II. *offic. c.* 28. *citatus* C. 67. *caus.* 12. *quæst.* 1. Aurum Ecclesia habet, non ut servet, sed ut eroget, & subveniat in necessitatibus, quid est opus custodire, quod nihil adjuvat? melius est, vasa viventium servare, quam metallorum. Et in tuto hæreditas ponitur, quæ Deo custode servatur, CYPRIAN. *in serm. de oper. & eleemos.*

Sexto: Curæ Magistratus incumbit, ut Ecclesiastici serventur 57.
immunes ab oneribus civicis. Quæ immunitas præcipue respicit personas, quæ jurisdictioni collectantis non sunt suppositæ, C. 1. *de immun. Eccles. in* 6. Et bona Ecclesiastica sunt spiritualis quædam merces & præmium pro servitiis Ecclesiæ exhibendis, GLOSS. *in C. Episcopus x. de præbend.* sed immunitas hæc, ad onera patrimonialia
bonorum temporalium merito 58.
non extenditur, STRUV. *ad tit. ff. de jur. immun. th.* 73. *quo facit l.* 3. *C. de Episc. & Cler. l.* 5. *C. de SS. Eccles.* & *Recess. Imp. de Anno* 1544. §. und zu diesen. Nam regulariter immunitas data à civilibus muneribus non liberat à muneribus patrimonialibus, *l. fin.* §. *fin. ff. de muner.* Eò refertur onus
contributionum, quod est patri- 59.
moniale, RICHTER. *vol.* 2. *consil.* 238. *n.* 3. Nam imponuntur personæ pro rebus, & sunt munera ordinaria rem afficientia, nulla habita consideratione personæ. Quo
& veniunt contributiones extraor- 60.
dinariæ, Geschoß/ Land-Steur/ Erb-Zinß quatenus rebus, non personis, impositæ sunt. Et licet Clericorum bona sint præmium pro servitiis Ecclesiæ, nam patri-

monialia multum differunt ab Ecclesiasticis, illa enim sæpe per contractus, testameuta, successiones,
61. &c. acquiruntur. Nam res transit cum suo onere, *l. 5. §. fin. ff. de censib. l. 67. de contr. empt.* NICOLAUS EVERH. *cons. 30. n. 25. supr. all. c. x. de immun. Eccles.* refertur hoc ad dispositionem JurisCanonici, juxta quod Ecclesia habet
62. manus mortuas, ita, ut quæ accepit, non restiruat, sed firmissime teneat, PECK. *Tract. de amortizat. c. 2. in fin.* secus obtinet in terris Protestantium, eamque sententiam praxi confirmatam dicit FRITSCH. *Observ. Eccl.* 45.

63. Cessat & illud immunitatis privilegium, quando adventitia & inevitabilis necessitatis sarcina publicas pensitationes exposcit, *l. neminem* 11. C. *de SS. Eccl. l. 2.* C. *de quib. muner. vel præstation. rem liceat se exc. lib. X.* KLOCK. *de Contrib. cap. 12. n. 212.* Quo refertur *Recess. Imp. de Anno* 1542. §. und wiewol. *de Anno* 1594. §. demnach sollen / *&c.* Et Ecclesia, quæ est in Republica, huic subvenire debet & obligata est ad sublevandum pauperes, oneribus afflictos, MEV. *p. 8. dec.* 374. *n. 2.*
64. Ex eadem ratione nec ab onere hospitationis immunes sunt Ecclesiæ Ministri, extremæ necessitatis tempore & hostilis invasionis, ubi tamen schedulis hospitatoriis, auf den Billetten/ non obsolute ipsis injungitur receptio militum, ut cæteris civibus per modum præcepti, sed hac clausula addita: Es wolle N. bey dieser schwerlichen Invasion. &c. Immunitas 65.
prædicta etiam extenditur ad accisas & onera consumptibilibus imposita, Bier-Accise/Einlege-Geld/ Brod- Fleisch- Accise/ à quibus non saltem Ministri Ecclesiæ, sed & Præceptores in scholis & æditui sunt immunes, aliquibus in locis certa dolia quædam cerevisiæ habent libera, CARPZOV. *lib. I. J. Eccl. def.* 139. *&* 144. Et quidem necessitati Pastorum hic provisum est; non eorum lucro. Hinc ipsis permissum non est, ratione vini, & cerevisiæ, vel cæterarum rerum mercaturam exercere, ne sese secularibus nimium immisceant, & in avaritiæ laqueos incidant, FRITSCH. *Observ. Eccl. 2.*

Præter hæc etiam incumbit Magistratui Municipali cura Sab- 66.
bathi, ut ejus violatores debite & secundum rigorem coerceantur; Et hisce hanc curam à supremo Principe concessam esse, patet ex edictis, wegen Schändung der Sonn- und Feyer-Tage / ad ipsos quoque directis; Ubi imprimis compotationes & saltationes in popinis & diversoriis prohibendæ; De-

Deplorata enim tempora ſat edocent, plebem omnes cupiditates ſuas ad diem Dominicum differre, ut tum aliis negotiis non occupati eò commodius perverſis his af-
67. fectionibus indulgere poſſint. Exſtat deſuper Edictum Friederici Wilhelmi Magni, Electoris Brandeburgici de Anno 1676. *lib.* III. *cap.* 10. *n.* 49. relatum. Laudabiliter inſecutus eſt veſtigia Potentiſſimus Rex Boruſſiæ de Anno 1698. verbis: **Und ob zwar auf den Sonntag die Beſuchung guter Freunde / ein mäſſiger Spatziergang / und ſonſten ehrliche** Recreation **eben nicht unterſaget ſind / ſo kan jedoch das zu allerhand Uppigkeit und fleiſchlichen Lüſten Anlaß gebende Tantzen / ſonderlich in denen Krügen / Wein-Bier-und Zunfft-Häuſer / keines weges verſtattet werden.**

68. Ad eandem claſſem referuntur comœdiæ & ſpectacula, quæ Magiſtratus nullo modo die Dominica permittet, illa enim facili negotio quicquid boni ex prædicatione verbi Divini hauſtum, ex mente eruere poſſunt. Eo reſcripſerunt Imperatores Leo & Anthemius, *l. ult.* C. *de fer.* Dies feſtos Majeſtatis altiſſimæ dicatos nullis volumus voluptatibus occupari, *& ibid.* §. 1. *circ. fin.* nihil eodem die ſibi vindicet ſchena theatralis, aut Circenſe certamen, aut ferarum lachrymoſa ſpectacula. Merito ergo ſententia CARPZOVII aliquod temperamentum hic adſerentis, quaſi peractis ſacris hæc non permitti poſſint, *J. Eccleſ. lib.* II. *deſ.* 253. rejecta eſt à BRUNNEM. *jur. Eccleſ. l.* 2. *c.* 1. *memb.* 1. §. 10.

Inſpectio in res Eccleſiaſticas ſuo modo Magiſtratui Municipali competens, merito etiam ad jura funerandi refertur, ubi primo providebit, ut hoc caſu pauperum neceſſitati & indigentiæ provideat, *Can.* 17. C. 12. *q.* 1. ne ii, cum dedecore humanæ conditionis, abjiciantur, *arg. l.* 27. *p de cond. & demonſtr.* Omnes ergo eadem ſepulturæ honeſtas maneat, ZARABELL. *ad C.* 12. *x de ſepult.* niſi ratione vitæ ante actæ ſpecialiter aliquid interdicatur, *l.* 9. C. *de hæretic.* 69.

Cavendum quoque, ne ratione pompæ funebris modus exceda- 70.
tur, ubi in Municipiis ratione campanarum ſonitus, **wegen des Geläuts /** multi ſæpe notantur exceſſus, honoratioribus enim diuturnius tempus concedi ſolet, alibi hora matutina, alibi meridiana vel veſpertina tribuitur, quibusdam in locis ſi honoratior quidam deceſſit, certo interſtitio campanarum ſonitus editur, quod vo-

ca-

camus, mit Genckel-Posen beläuten. Ubi ejusmodi ritus invaluere, merito videndum, ne quod pro distinctione personarum competit, commune fiat, neve inanes sumptus luctuosæ superbiæ impendantur.

71. Ultimo & hanc quæstionem adjicio: An Magistratus Municipalis inspectio in Ecclesias & res Ecclesiasticas eò extendenda, ut & is Consistorium instituere possit? Quod in terminis generalibus negandum, quia id jurisdictionis territorialis est; Nisi Principis tacita concessione, veluti per immemorialem præscriptionem jus Consistorii per Municipales acquisitum sit, prout de civitate Strahlsundensi hoc asserit Mev. *p. 3. dec.* 114. Brunn. *jur. Eccles. lib.* III. *cap.* 1. §. 4

Caput XXVIII.

DE MUNICIPIORUM JURE PATRONATUS.

SUMMARIA.

1. *Juris patronatus definitio.*
2. *Jus patronatus, quid importet?*
3. *Alia juris patronatus definitio.*
4. *Origo juris patronatus.*
5. *Tempus præsentandi, si jus patronatus sit apud Laicos.*
6. *Si sit penes Ecclesiasticos.*
7. *Quomodo tempus hoc currat?*
8. *Ad patronatum pertinet jus exedræ, sepulchri.*
9. *Patronum inopem tenetur alere Ecclesia patronata, & vicissim patronus, si bona Ecclesiæ non sufficiant, tenetur de suis aliis bonis supplere.*
10. *Jus patronatus, quomodo acquiratur?*
11. *Acquiritur & dotatione.*
12. *Quatenus dotatio hæc ad acquisitionem juris patronatus fieri debeat?*
13. *Refectione acquiritur jus patronatus.*
14. *Differentia inter benefactorem & patronum.*
15. *Si plures sunt, qui jus patronale habeant, quis præsentet?*
16. *Ad jus patronatus quæ non pertineant?*
17. *Patrono quænam competant jura?*

18. *Remotio Ministrorum Ecclesiæ est maximi momenti.*
19. *Municipia habent jus patronatus, & quare?*
20. *Ecclesia per Municipium præsumitur fundata & dotata, nisi aliud probetur.*
21. *In dubio Magistratus Municipalis Ecclesiæ patronus censetur.*
22. *Expensæ ab eo factæ præsumuntur, cujus interest. Nullius magis interest, habere civitatem, Ecclesiam seu templum, quam Magistratus.*
23. *In dubio magis præsumitur pro jure Patronatus, Laico, quam Ecclesiastico.*
24. *Requisita, quibus probetur jus patronatus competere Municipio.*
25. *Si Magistratus alium, alium communitas præsentet, cujus nominatio prævaleat.*
26. *Jus patronatus non debet præjudicare potestati Ecclesiæ concessæ.*
27. *Jus vocandi Pastores, quibus competat.*
28. *Quatenus optime temperandum jus patronatus Magistratui competens?*
29. *Ritus Ecclesiæ Reformatæ in vocandis Pastoribus.*
30. *Ecclesia non Democratice, non Monarchice, sed Aristocratice gubernanda.*
31. *Cura vocationis ad Patronum & potestatem Politicam spectat.*
32. *Ecclesia triplici statu constat.* Eingepfarrete.
33. *Ex jure patronali diversæ religionis minister Ecclesiæ obtrudi non debet.*
34. *Ex competente jure patronatus Magistratus Municipalis non poterit, invito Pastore, Diaconum vocare.*
35. *Magistratus non est tota Ecclesia, nec ejus Dominus, sed nutritius & minister.*
36. *Officia pii Patroni.*
37. 38. *Reformationis non labor, sed directio externa Magistratui tribuenda.*
39. *Utrum Magistratus vel plebeculæ nominatio prævaleat?*
40. *Abusus juris patronatus.*
41. *Jus Patronatus quoad vicarias Magistratui competit.*
42. 43. 44 *De amissione juris patronalis, quibus illa fiat, & cui amissum obveniat?*
45. *Jus patronatus aridum.*
46. *Alii modi, quibus finitur jus patronatus.*

47. *Causa patronalis, ubi & quomodo instituenda?*
48. *Ecclesia in dubio potius libera, quam patronata præsumitur.*
49. *Prætendenti jus Patronatus incumbit probatio.*
50. *An sub communione bonorum inter conjuges etiam contineatur jus patronatus.*
51. *Jus Patronatus transfertur cum universitate bonorum.*

1. Exemplo juris patronatus civilis, *tot. tit. de jure patron.* est jus illud Patronatus Ecclesiasticum, introductum, quod definitur jus honorificum competens alicui in Ecclesia pro eo, quod Diœcesani consensu, Ecclesiam vel fundavit, vel construxit vel dotavit, MATTH. STEPHAN. *de jurisd. lib. III. p.* 1. *cap.* 17.

2. Cujus vi & vigore, Patroni habent potestatem nominandi seu præsentandi, instituendum.

3. Alii hoc definiunt, quod sit jus tuendi Ecclesiam ejusque bona atque jura legitima ratione comparatum, LANCELLOT. *Instit. Jur. Canon.* quod sit potestas præsentandi instituendum ad beneficium vacans, Germanice vocatur das Pfarr-Lehn. Etsi enim Eccle-

4. sia Dei antiquissimis temporibus solius Dei præsidio munita fuerit, in cujus ore nutu atque nomine acquievit; sensim tamen humana quoque cœpit prêndere adminicula, maxime deleto veteri Statu Imperii Judaici, cum per Ethnicos dispersa Ecclesia à potentioribus negligeretur, tunc enim sicut parva ipsius fuere initia, ita tenues quoque opes & exiguæ amicorum copiæ fuerunt, hinc usus docuit, ut eorum, qui potentia atque opibus præstabant cæteris, fides atque præsidium maxime imploraretur, ANTHON. FABER *de relig. reg. in Rep. l.* 3. C. 1. *n.* 6. Prima hujus juris mentio facta invenitur in Concilio Toletano primo *Canon.* 10. quod habitum fuit sub Papa Anastasio. *A. Chr.* 400. Si jus Patronatus sit penes Laicos, habet 5. ad præsentandum tempus quatuor mensium, C. *si Laicus.* §. *verum de jure patron. in* 6. Quo tempore elapso Episcopus, nulla admissa præsentatione, pro lubitu aliam personam idoneam instituit, C. *si vero Extr. eod.* Si vero persona 6. Ecclesiastica habet jus Patronatus, intra sex menses præsentationem facit. Et hoc tempus etiam cur- 7. rit diebus feriatis à die scientiæ, HOST. *tit. de fer.* §. *quid in eis.* Utile quidem est, quoad initium, nec currit, nisi à die scientiæ, continuum vero quoad progressum, BALD. *in l.* 3. *C. si ex sal. inst. Per-*

ti-

8. tinetque ad Patronatum hunc jus Exedræ, ſepulchri, &c.

Cumque Patronus vergit ad
9. inopiam, debet ali ab Eccleſia patronata, una cum liberis, propterea debet proſpicere, ne bona reditusque Eccleſiæ dilapidentur, aut intervertantur, nam ſi bona non ſufficiant Eccleſiæ, ipſe tenetur de ſuis aliis bonis ſupplere;
10. CLEM. *1. de jure patron.* Jus patronatus acquiri præſcriptione quadragenaria, C. *querelam* 24. *de elect. l. ſicut* C. *de præſr. 30. vel 40. ann.* itemque donatione, venditione, ceſſione aliisque modis legitimis transferendi dominium, transmitti ad heredes, conſtat.

11. Acquiritur & hoc jus, ſi quis Eccleſiam aſſignatione fundi, ſive agrorum, vel conceſſione annuorum cenſuum dotaverit, C. *tribus de conſecrat. diſt. 1.* MENOCH. *conſ. 9. n. 9. & 10. & conſil.* 517. *n.* 17. Modica tamen dote Eccleſiæ data id non inducitur, quia modica dos nomen dotis non meretur, *Auth. præterea* C. *unde vir & ux.* GAIL. *2 Obſerv. 88. n. 11.* Hinc
12. communitas vel parochia, ſi Miniſtro ſuo ſalarium & alimentum præbet, ea exinde jus patronatus non conſequitur, FRITSCH. *in not. ad* ANTON. FABR *tr. de relig. reg. in Rep. lib.* III. *cap. 7.* nam dotatio fieri debet à principio, in fundatione, SCHURF. *conſ. 35. n. 3.* Ac- 13
quiritur & refectione, reſtauratione ſeu reædificatione Eccleſiæ, C. *filius. cauſ. 16. quæſt. 7.* modo illa omnino fuerit deſtructa, ita, ut reædificans incipiat à fundamento quia tunc non eadem eſt cum prima, CARDIN. TUSCH. *concl. 601. n. 1. lit. I.* Cæteroquin, qui poſt
exſtructam Eccleſiam ei aliquid donat, potius pro benefactoribus & beneficis quam pro patronis habendi, REINCK. *de reg. Eccl. lib.* III. 14.
d. I. *c. 9.* Si plures ſunt, major 15.
pars præſentat, fitque quandoque per pactum, ut alternetur præſentatio. Non autem ad jus patro- 16.
natus, ſed Epiſcopale, pertinet remotio vel depoſitio Miniſtrorum, viſitationes rationesque Eccleſiaſticorum redituum, & ſimilia. Nam ex jure patronatus jurisdictio fruſtra aſſeritur & vindicatur, cum illa duo nihil commune habeant, C. *quæcunque C. quod autem.* C. *cum Laici & fere tot. tit. x. de jure patronat.*

Jura autem patrono competen- 17.
tia hiſce includuntur verſiculis:

Patrono debetur honos, onus emolumentum.
Præſentet præſit, defendat, alatur egenus.

REINCK. *d. loc. n. 63.* vel ita

Patronum faciunt, Dos ædificatio, fundus.

Remotionem quod attinet, illa non instituenda, nisi causa rationabili & gravi *l. 1. dec apell. Monach. in 6.* quia quasi caput amputatur ei, qui de parochia deturbatur, hinc multi volunt Theologi remotionem V. D. Ministri censura & voluntate Ecclesiæ suscipiendam WEBER. *de Jur. patrotronat. in not. ad posit. 74.*

19. Ex quibus generaliter præmissis sequitur, quod Municipia, quæ parochias suas, vel fundarunt vel dotarunt, idque cum templa vel noviter exstruuntur, vel cum desolata & depauperata, restaurantur & dotantur, FELIN. *in c. consuluit in pr. extr. de judic.* ROCH. CURT. *in tract. de jure patron. verb. construxit quæst. 8.* PECK. *de Eccles. reparat. cap. 34. & seq* BURSAT. *cons. 310. n. 2.* CHOPP. *de Polit. sacra lib. I. cap. 3. n. 2.* patronatum in suis locis habeant, ejusque juribus plene fruantur: Docente hoc MATT. STEPH. hisce verbis: At hoc nostro tempore civitates provinciales non solum jurisdictionem & mixtum Imperium, sed & merum Imperium, itemque jus patronatus Ecclesiasticum habent *discurs. Academ. 9. n. 9.* MYNSING. *respons. 16. n. 45.*

20. Idque non sine causa; Nam quando in specie non probatur per aliquem tertium, Ecclesiam fundatam exstructam & dotatam esse; Tunc præsumitur per Municipium vel cives Parochianos id factum. Ideoque in isto dubio Magistra- 21. tui potius Municipali, quam alii jus præsentandi competit: Ecclesia necessario constructorem habere debet, & in dubio expensa ab eo potissimum facta præsumitur, cujus interest; nullius autem 22. magis interest habere Ecclesiam, quam Parochianorum & qui illis præest, Magistratus. ROCH. CURT. *de jure patron. verb. construxit. quæst. 20 num. 29.* CÆSAR. LAMBERT. *de jure patron. lib. I. part. 2. art. 7. quæst. 11.* BURSAT. *consil. 310. num. 13. & 58. lib. III.* MENOCH. *de præsumpt. lib. VI. præs. 11. n. 1. & seq.* HIERON. GYGAS. *cons. 48. n. 39. & cons. 49. n. 15.* Et 23. in dubiis major est præsumptio pro jure patronatus Laico, quam Ecclesiastico, ex hoc capite, quia à Laicis bona deveniunt ad Ecclesias & quia jus Laicorum copiosius est, jure Clericorum unde & jus patronarium etiam frequentatio appellatur *Caus. 16. q. 7. c. piæ mentis* WEBER *de jure patronat. posit. 39.*

Si autem Municipium prætendat sibi patronatus jus competere, non sufficit, probare dotationem, fundationem aut constructionem, nisi etiam probatur ex 24.

bo-

bonis ipsius universitatis constructum, fundatum & dotatum, nam forte ex eleemosinis populi id factum est, ex quo non acquiritur jus patronatus MASCARD. *concl. 959. n. 35.* Probari etiam volunt jus patronatus Municipio competens, si arma civitatis & insignia reperianrur insculpta vel depicta in Ecclesia CRAVET. *de antiq. temp. pract. 1. §. octava datur n. 12.* HÖP. *de jur. insign. C. 13. n. 208.*

25. Quæritur autem, si Magistratus Municipalis alium, aliumitemque communitas sive Ecclesia, pastorem velit præsentatum cujus nominatio prævaleat? Ad quam quæstionem post consistoriales respondet GERHARD. *loc. de ministr. Eccl. cap. 3. sect. 5. num.* 123. Jus Patronatus & Episcopale ita temperandum esse, ne Ecclesiæ, cui Pastor dandus est, consensus & testimonium plane excludatur, sed si justas & prægnantes habeat causas in præsentatum non consentiendi, audienda omnino sit, nec invitæ obtrudendus minister;

26. Quia nec Episcopale, nec Patronatus jus, Ecclesiasticis Canonibus introductum, præjudicare debet potestati jure Divino toti Ecclesiæ in ministrorum Electione competenti.

27. Ex quo infertur, quod jus vocandi Pastores, non soli competat Magistratui ut Politici hodie contendunt, neque Episcopis solis, ut volunt Papales, sed etiam populo, atque sic toti Ecclesiæ CHEMNIT. *in loc. Theolog. tit. de Eccles. cap. 4* ECKARD. *de ord. Eccles. fol. 90.* BESOLD. *lib. I. polit. cap. 4. §. 17.* CHRIST. MATTH. *Colleg. polit. 2. disp. 6. th. 40. &* 42. Hinc est, quod multi conquerantur super abusu hujus juris, quo multum detrahi pietati, libertatemque Ecclesiarum magnopere labefactari, ait WISSENB. *ad ff. de jur. patronat. disp. 13. th.* 19. Non 28.
improbanda illarum Ecclesiarum consuetudo quæ jus patronatus Magistratui competens ita temperat, ut consistorium tres vel quatuor viros pios nominet, Magistratus nominationem confirmet, populus vel præcipui de populo, auditis singulorum concivium votis, unum eligant, à Magistratu denuo confirmandum, prout suggerit FRITSCH. *in not. ad* ANT. FAB. *de Relig. reg. lib. III. c.* 14.
Et hodie in Reformatis Eccle- 29.
siis res aliter servatur, ubi tota Ecclesia, nempe Magistratus, Clerus & populus, de vita, moribus ac donis, vocandorum judicant, in eosque consentiunt, quamvis populi judicium nequaquam promiscue plebis, arbitrio committatur, sed hujus nomine, vel optima-

matum, vel ipsius Magistratus, sententia & consensus exploretur CARPZ. *decis. 5. n. 14. & seq.*

Cui consonat & ille: Non de-
30. mocratice, non monarchice, sed aristocratice gubernari debet Ec-
31. clesia; Quamvis ergo cura vocationis ad solum patronum & potestatem politicam spectet, ipsa vocatio, totius Ecclesiæ munus est; Quæ ex triplici statu con-
32. stat Ecclesiastico, Politico & populari: Quare non modo secularis Magistratus, sed etiam cleri & populi, omniumque paræcianorum. der Eingepfahrten consensus ad vocationem accedat necesse est, CARPZ. *in jurispr. Consistoriali lib. I. tit. 3. defin. 27. per tot. ubi* MEISN. PARCKER. BEZAM. BESOLD. MENTZ. REINCKING. BALDUIN. GERHARD. ECKARD. FORST. HUG. GROT. COTHM. *aliosque quam plurimos ad hoc allegat.*

33. Ex quo est quod multo minus ex prætenso jure patronali à Magistratu, diversæ Religionis minister Ecclesiæ obtrudi possit GERHARD. *loc. de Minist. Eccl. d. c. 3 sect. 5.*

34. Cui consimile est & illud, quod licet Magistratui Municipali competat jus parronatus, tamen inscio & invito Pastore, Diaconum vocare illum non posse
35. CARPZ. *decis. 6. per tot.* Actus enim, seu labor Reformationis toti Ecclesiæ incumbit 2. *Sam.* 7. 2. *Chron.* 30. *vers.* 22. Cujus membrum saltem est Magistratus, non tota Ecclesia, nec Dominus Ecclesiæ, sed nutritius imo tantummodo minister. HERBRAND. *in disp. de Adiaphor. & Calendar. Gregor.* REINCKING. *de regim. secul. & Eccl. lib. III. class. 1. cap. 6. n. 5.*

Inde HEIG. *in peculiari consilio* 36.
quodam super jure patronatus. anno 1595. *civitati Stralsundensi dato n.* 188. & 198. patronum in Exercitio sui juris ita informat. Pius patronus non solus, vigore juris patronatus, tantum aget negotium, sed voluntatem & judicium totius Ecclesiæ, cujus causa hic agitur, & salus potissimum periclitatur, audiet libenter, etsi causæ dissensus justæ & probabiles afferentur, melioribus votis & judiciis stare se debere existimabit, imo tanquam ipsius Ecclesiæ membrum, non caput, in commune consultabit, & omnia ad Dei gloriam & ædificationem corporis mystici, consilia & facta sua diriget, referente CARPZ. *Jurispr. Consist. lib. I. def. 32. n. 9.* Cura 37.
autem & directio reformationis externa Magistratui soli, seu nobili Ecclesiæ membro & nutritio tribueda *Recess. Imper. de anno*

1555

1555. Reinck. *dict. cap. 6. n. 7. &*
38. *9.* Quod & ſtatutum in illo caſu ubi non in totum, ſed quoad quasdam ſaltem ceremonias Eccleſia vult reformari Carpz. *d. lib. I. tit. 3. de fin.* 30. *n.* 3, 4, *&* 5. qui omnino circa hanc materiam videndus & conſulendus.

39. Extra has controverſias religioſas, Magiſtratus præſentati nominatione, plebeculæ, maxime ſi ejus diſſenſus relevantibus rationibus non ſit ſuffultus, prævalere debet, in tantum, ut ille, qui à populo ſine conſenſu Magiſtratus præſentatus fuit, pro vero ac legitimo Paſtore non ſit habendus.

40. Maxime, ſi vocatio à Magiſtratu facta; extra omnem ſuſpicionis aleam poſita eſt, ſæpe enim incitatur, populus, ut eligatur miſellus aliquis Magiſtellus, pro ducenda denati parochi vidua, vel filia, vel alterius profanæ atque carnalis cauſæ intuitu. Ubi abſurdiſſimi ſunt ſtatuentes, parochiam tali aliqua conditione obviantem & obvenientem Divina virgula ſuppeditari & legitime occupari. Rectius itaque agitur ſi idoneitas in ipſa perſona, munus docendi in Eccleſia deſiderante, reſidet & inhæret, ut inculcat Weber. *cit. tract. de jur. patr. polit.* 93.

41. Habet etiam Magiſtr. Municipalis & in reliquis piis beneficiis, quæ Vicariæ vulgo vocantur, ſi ex familia fundatriæ non ſunt ſuperſtites, jus hoc patronatus, quod ipſis literis fundationis plerumque inſeritur.

Quoad amiſſionem juris patronatus, hæc obiter notanda, id fieri quandoque culpa patroni, ſi is rectorem vel alium clericum Eccleſiæ, vel per ſe, vel per alios occidere, vel mutilare præſumpſerit, C. *in quibusdam extr. de jure patron.* modo id non faciat ad ſui defenſionem, Gloss. *d. c. in quibusdam verb. præſumpſerit.* Itemque ſi patronus crimen hæreſeos, vel læſæ Majeſtatis incurrerit, *c. vergentis extr. de hæret. l. quisquis pen. & ult.* C. *ad L. Jul. Majeſt.* Et 42. 43.
primo caſu jus patronatus ipſi Eccleſiæ, cui injuria illata, redit, *d. c. in quibusdam junct. Gloſſ. ibid.* Poſterioribus vero caſibus una cum univerſitate rerum, Fiſco, licet ſeculari, infertur, *l. 1.* C. *de bon. liber.* Hloss. *ad* C. *filiis. qu. 7.* Lambert *lib.* III. *de jure patronat. qu. 3. art. 8.* Idem eſt, ſi jus Patronatus venditum fuerit, nam & hoc caſu in commiſſum cadit ipſi Eccleſiæ t *c. quia Clerici extr. de jure patron.* Si autem Patronus Eccleſiæ res, aut aliud jus temere uſurparit, non ideo jure ſuo privatur, ſed ſententia excommunicationis coercetur, *c. præterea de ju-*

jur. patron. Illo autem casu, quo alter patronorum jure suo cadit, alteri non accrescit hoc, sed Ecclesia, cui alterius jus acquiritur, cum altero in præsentatione concurit, C. *1. ibiq.* GLOSS. *in verb. eidem. de jure patron. in 6.*

44. Extinguitur & jus Patronatus si Ecclesia patronata collapsa, si Ecclesiam Patronus reædificare vel redotare nolit, vel id facere omittat, amittit jus Patronatus, idque transmittitur in alium reædificantem, PAUL. de CITTAD. *in tr. de jur. patron. p. 14. n. 9.*

Ecclesia destructa, jus patro-
45. natus dicitur aridum, quo casu, licet non possit fieri præsentatio, bene tamen ad gubernacula bonorum, & ad spem reficiendi Ecclesiam collapsam provideri potest, BALD. *cons. 397. lib. I.* CARD. TUSCH. *concl. 620. n. 1. & 9. lit.* I.

Et si jure Patronatus præscriptum
46. sit ab Episcopo, C. *noscitur extr. de his quæ fiunt à prælat.* Itemque per non usum, si fuerit occasio præsentandi, amittitur jus patronale, alias secus, LAMBERT. *d. lib.* III. *quæst. 7. art. 7.* puta, si per spatium 40 annorum patronus passus est, beneficium ab alio con-
47. ferri libere, PUTE. *decis. 392.*

Si agitur de jure patronatus non quidem in petitorio, sive de proprietate, sed de possessione ejus controvertitur, aut res in mero facto consistit, tunc causa juris patronalis, & quælibet alia spiritualis in possessorio coram quocunque Laico & Seculari agitur & deciditur, *c. fin. extr. de judic.* COVARR. *pract. quæst. 36* PANORM. *in c. 2. n. 9. extr. de juram. calum.* & quidem simpliciter de plano, sine strepitu & figura judicii, *c. dispendiosam 2. in verb. & eas proprio modo in clem. de judic.*

Et hoc notandum: Cum jus 48.
Patronatus sit servitus quædam, Ecclesiam quamlibet, magis liberam quam patronalem esse præsumi, ARCHIDIAC. *in c. nullus 16. quæst. 6.* PAUL. CITADIN. *de jure patron. part. 3. caut. 2. n. 16.* CÆSAR LAMB. *eod. tract. part. 2. art. 7. quæst. 11. in princ.*

Ideoque, qui illud prætendit, probationem ejus suscipere debet, nam in dubio censetur, potius per 49.
impressionem usurpatum, quam recte quæsitum, BURSAT. *cons. 310. n. 52.* CRESCENT. *decis. 13.* ÆMIL. VEROL. *part. 2. decis. 129.* CARPZ. *decis. 5. n. 6. & 7.*

Pro coronide hic obiter addo
quæstionem illam, an stante com- 50.
munione bonorum, inter conjuges, sub illa contineatur etiam jus patronatus. Quod licet negandum videatur ex eo (1.) Quod jus patronatus sit individuum *C.*

l. x. *de jur. patron.* (2.) bonorum appellatione non contineatur BAL. *conf.* I. *vol.* 3. (3.) æstimationem non recipiat, C. *de jure d. tit. de Jur. patron.* Rectius tamen affir-
52. matur; Licet enim jus patronarium in alium transferri nequeat specialiter, cum universitate tamen bonorum licite transfertur, C. *ex literis* C. *illud* C. *quoniam d. tit.* ita, ut cum universitate sine Episcopi consensu alienari possit, C. *cum seculum d. tit.* non obstante (1.) quia licet hoc jus sit individuum, quoad substantiam dividuum tamen est in suo exercitio, CLEM. *plures de jure patronatus.* Nec (2.) quia considerata universitate, exercitium juris patronatus etiam inter bona, ut cætera lucra & reditus, numeranrur, quo & corruit (3.) quia inspecta universitate bonorum, etiam jus patronatus æstimabile est, idque ex respectu exercitii, quod in divisionem bonorum sine dubio venit, GIURB. *ad consuet. Messan. c.* 1. *gloss.* 2. *n.* 39.

Caput. XXIX.

DE REFECTIONE TEMPLORUM MUNICIPALIUM.

SUMMARIA.

1. *De origine templorum.*
2. *Antiquitas templorum gentilium.*
3. *Templum Hierosolymitanum.*
4. *De templis primis Christianorum.*
5. *Concesso libero, exercitio religionis & templorum restauratio concedi debet.*
6. *Religio unde dicta? Quid sit?*
7. *Civitati quando bene est? Pietas princeps virtutum.*
8. *Pietas quantum faciat ad prosperitatem civitatum.*
9. *Magistratus ad tuitionem Ecclesiarum constituti.*
10. *Magistratus omnis in religionis propagationem niti debet.*
11. *Alexander Severus & Adrianus Ethnici Christo ex rumore templa consecrare destinarunt.*
12. *Cultus gentilium idololatricus in nemoribus habitus.*

13. *Germanorum pietas zelusq; circa templa exstruenda.*
14. *Quod oculus in corpore, hoc pietas in animo. Pietatem omnes comitantur virtutes.*
15. *Concesso ædificio in usum exercitii religionis, illud si fuerit collapsum & ruinosum, à Principe ejus reparatio prohiberi non potest. Reficiens non dicitur innovare.*
16. *Statutum prohibens quid fieri, deficit in reficiente.*
17. *Refectionis nomine quid veniat, in materia ædificii & templi.*
18. *Reparare & ampliare, non est idem.*
19. *Ecclesia ampliari potest, aucto numero inhabitantium.*
20. *Area cum inædificata domo pro exercitio religionis si fuerit concessa, ædificium dilatari & renovari potest.*
21. *Quinam ad refectionem templorum Municipalium concurrere debeant?*
22. *Parochiani etiam eò contribuent.*
23. *Quid in Hassia circa refectionem templorum observetur?*
24. *Causa ædificationis prius ventilanda est.*
25. *Municipium collectam pro reparatione templi indicere potest.*
26. *Ejus ratio.*
27. *Exemplum populi Israelitici templum magno zelo reædificantis.*
28. *Impensæ utiles privilegio hoc non gaudent.*
29. *Ad collectam hanc cives omnes sine discrimine cogi possunt.*
30. *Cives ad publica onera & opera contribuere tenentur, etiamsi illorum commoditati renuncient.*
31. *Vicinus non potest renunciare puteo communi, ad evitandum onus refectionis.*
32. *Ratio collectarum, quæ ad refectionem templorum inducuntur.*
33. *Si domatim collecta instituenda. & quis duplex habet domicilium.*
34. *An forenses etiam ad collectas has conferre debeat? Rationes affirmantium.*
35. *Rationes negantium.*
36. *Quid de nobilibus in Municipio degentibus?*
37. *Templum unde dictum? Maximum urbis ornamentum.*
38. *Causa reparandæ Ecclesiæ est popularis. Templum est communis domus omnium.*
39. *Quid si introducta sit consuetudo, etiam cives, qui de parochia non sunt, ad refectionem templi concurrere debere?*

40. *Minæ vel metus Superioris non inferunt consuetudinem.*
41. *Liberalitas privatorum non inducit consuetudinem.*
42. *Exstructio sacelli non liberat parochianos à refectione templi veteris.*
43. *Ejus ratio.*
44. *Ad duplicia onera quatenus quis obligetur?*
45. *An ad reparationem turris referantur quoque sumptus campanarum & horologii.*
46. *Reparatio partialis refertur quoque ad universalem.*
47. *An pro ampliando templo, vel cæmiterio, vicinus cogatur aream vel hortum vendere.*
48. *Cognitio super reparatione templorum Evangelicorum ad quem spectet?*
49. *Principes Evangelici sunt Papæ in suo territorio.*
50. *Dictum Georgii Ducis Saxonici Romano-Catholici.*
51. *Principes Protestantes in spiritualibus plus valent, quam Papæ.*
52. *Ecclesia in ejus bonis, qui illam destruxit aut læsit, habet tacitam hypothecam.*
53. *Et præferentiam.*
54. *Ecclesia non accipit eleemosynam aut reparationem de male quæsitis. Ejus horrendum exemplum.*
55. *Appellatio à sententia pro pia causa lata in quantum recipiatur.*

1. Templorum originem quod attinet, is per-obscurus, & a qua gente mos celebrandi cultum Deorum, in templis primitus introductus sit, dubium est, HOSPINIAN *de orig. templor lib. I. cap. 5.* Volunt ta-
2. men templa apud gentes in usu fuisse, antequam illud Hierosolymitanum exstructum fuit, cujus sententiæ defensor est SPENCER. *de leg. Hebr. ritual. lib. III. diss. 6. c. 1.*
3. *sect. 1.* Qui & vult, illud à templis gentilium originem traxisse, & quidem eam ob rationem Deum ipsis permisisse, ut templum exstruerent, quia Israelitæ ritus Idololatriæ in templis Ægyptiorum celebratos viderant. Cum autem gentiles earum plura habuerint, unum Deus saltem exstrui voluit, ut documento sit, unum Deum esse.

Tribus prioribus post Christum natum seculis templorum usus 4
apud Christianos non fuit, sed Deum sincere coluere in locis privatis, unde ab Ethnicis Atheismi accusabantur, quod templa non haberent, EUSEB. *lib. X. c. 2.* sequentibus autem temporibus liberata à Cæsareanis persecutionibus Ecclesia, post Constantini fata, in-

valuit inter Christianos ritus ille ædificandi templa ad Dei cultum destinata. Et quia jam religionis est, certo & destinato loco cœtus, fidelium colligere, ad sacra tractanda, hinc loca ista merito sarta tecta servanda.

5. Cum *cap. superiori* dictum sit, Municipiis exercitium religionis liberum esse debere, ubi id semel habuerunt, consequens erit & illis templa collapsa, vel ruinosa restaurare licere, *arg. l. ff. de jurisdict.* Cum enim religio a re-

6. ligando dicta, *vid. supra cap. 27. n. 2.* MACROB. 1 *Saturn.* sit societatis fundamentum. CIC. *lib.* II. *de natur. Deor.* Præcipua semper cura in Republica de religione suscipienda, PLAT. *de Republ. lib.* II. unde *idem lib. X. de LL.* Si civita-

7. ti debeat bene esse, duæ potissimum opiniones civibus eximendæ: Primo, Ne existiment, Deum negligere res atque actiones humanas. Deinde: Ne sibi persuadeant temere, Numen cœleste facile placari, ARISTOT. omnium principium optimum Deus est, virtu-

8. tum vero pietas. Quantum pietas & timor Domini faciat, ad prosperitatem civitatum, videre est ex veteri vaticinio C. MARTII, antiqui vatis:

Hæc si faxitis, recte gandebitis semper,
Atque ideo fiet melior Respublica vestra,
Nam is Deus vestros perduelles stinguet ad unum.

Ut enim navis, ædium, aliarum- 9.
que rerum carinas volumus esse primas & firmissimas; Sic in omni Republica primum sit curatio Divinarum rerum, LIPS. *libr. de una relig.*

Unde administratores secularium dignitatum ad Ecclesiarum tuitionem constituti dicuntur, *in c.*
administratores 23. quæst. 5. Ex illis 10.
itaque sequitur, summa ope in religionis pietatisque conservationem ac propagationem niti, omnem debere Magistratum. Quantus semper etiam apud Gentiles in
exstruendis templis zelus fuerit, ex 11.
eo patet, quod Alexander Severus & Adrianus, quamvis Ethnici, ex rumore tamen de *Christo*, illi templa consecrare destinarunt, AEL. LAMPRID. *in Sever.*

Gentiles olim in nemoribus nu-
mina sua coluerunt, quod & de 12.
antiquis Germanis testatur TACIT. *de morib. Germ.* quem omnes fere idololatræ secuti sunt morem, unde Deus infinitis S. scripturæ locis populo suo severa comminatione prohibuit lucos plantare, & plantatos demoliri jussit, apud VIRGILIUM *Lares ajunt lib.* VII *Æn.*

Nulli certa domus locis habitamus opacis.

Subsecutis temporibus exstructa fuê-

fuêre templa, delubra, sacella, bidentalia, &c. THOLOS. *synt. iur. lib.* II. C. I. *n.* 4.

13. Quanta, inquam, majorum nostrorum circa templa exstruenda pietas, de quibus ita BERNH. HERTFELDER. *part.* I. *cap.* I. Maneat Germaniæ sua laus, quæ enim civitas in ea est, in qua non præclarissima sint exempla, quam splendida olim majores nostri moliti fuerint templorum ædificia? Non adhuc ea spectamus, miramur ac possidemus? Quis vero aliter crederet, gentem hanc præ aliis, etiam nobilissimis, Romani Imperii sedem habere potuisse, nisi pietate ac religione viam sibi eò parasset.

14. Caveamus nos seri ac degeneres nepotes, ne ad hæc ruborem ducamus, desciscentes indies ab hac sancta pietate, quæ, quemadmodum in corpore valentior pulchritudinis pars est oculorum pulchritudo, ita in animo præcipua pulchritudinis pars est, ISIDOR. *lib.* III. *Epist.* 268. Quamque comitantur virtutes cæteræ, quæ à pietate non magis divelli possunt, quam umbra á corpore, quod in sole versatur, PHILO *lib. de charitate.*

15. Si itaque Princeps Pontificius Evangelicis seu Protestantibus ædificium aliquod in usum exercitii religionis concedat, idque vel fato vel malitia dirutum sit, ejus refectionem prohibere, vel opus novum nunciare non potest, quia reficiens non dicitur innovare, LANCELL. *de attent. p.* 2. *c.* 4. *limit.* I. *n.* 24. GRATIAN. *discept. forens.* 84. *n.* 3. CORAS. *in l.* I. *n.* 10. *ff. de oper. nov. nunt.*

Hinc & statutum prohibens, quid fieri, non habet locum in reficiente. DECIUS *in l. domum suam ff. de R. J.* Nisi id; quod reficitur, antea funditus esset destructum tunc enim reficiens dicitur de novo facere LANCELLOT. *all. loc. n.* 43. 16.

Quid autem refectionis nomine veniat, si vel per principale rescriptum, vel per modum contractus, vel ex dispositione ultimæ voluntatis, ejus mentio facta, non inutiliter quæritur? Et certum est, reficere esse id, quod corrumptum est, ad pristinum statum reducere, *l.* I. §. *reficit ff. de via publ.* sed sub eadem forma MANDOS. *de inhibit. c.* 119. *n.* 5. CORAS. *in l.* I *n.* 10. *ff. de nov. op. nunciat.* Ubi id proprie ædificium, refici dicunt, cujus supersunt adhuc vestigia, adparetque prima materia, quæ in pristinum reducitur statum *l. Quod tamen* §. I. *ff. Quib. mod. ususfr. amitt.* non etiam quod prorsus dirutum est & solo æqua- 17.

tum. OLDENDORP. *class. 3. act. 7. def. rei n. 7.* Hinc Ecclesia in totum diruta & reparata dicitur nova Ecclesia MATTH. de AFFLICT. *decis. 392. n. 12.* Hinc refectionis nomine non venit ampliatio, vel extensio Ecclesiæ, nisi contrario more vel Eccesiæ statuto aliter sit receptum. *c. præcipimus. 16. q. 1. & C. ad audientiam x. de Eccles. ædif.*

18. Non autem Municipium; templum destructum ampliare seu extendere, invito Superiore, potest *arg. l. 44. in fin. ff. de usufr.* reparare enim & ampliare non est idem. PECK. *tract. de Eccl. repar. c. 2. n. 1. & 2.* Quia omnis cura & sollicitudo de piis causis ad Episcopum pertinet *Can. un. 10.*
19. *quæst. 3.* Licet illo casu quando ampliatio, aucto inhabitantium numero, necessaria est, contrarium dicendum putarim, per ea, quæ ad id tradit cit. PECK. *eod. cap. n. 3.*

Et si non solum ædificium ali-
20. quod, sed etiam area cum inædificata domo pro usu Ecclesiastico concessa sit, ædificium illud, vel integrum, vel collapsum, pro terminis areæ dilatari & novari potest: Ut meo tempore post longas disceptiones in parlamento Parisiensi protestantibus seu Hugonotis, abi id audiunt, in exstructione novi parvique ædificii juxta magnum illud à *Charanton*, contra nunciantem Episcopum Parisiensem, concessum memini.

Prout autem Magistratui Muni- 21.
cipali, cura restaurationis templorum incumbit, ad eam tamen simul concurrere debent & parochiani & patronus, ita ut, ipsis irrequisitis, restauratio talis suscipi non debeat, ex hac ratione, quia istorum interesse ob onera, quæ ex ædificatione ipsis imminent, attendi debet. Patroni autem ut est, utilitatem Ecclesiæ promovere *Can. decernimus 32. caus. 16. quæst. 7.* ita obstrictus est, ad suppeditationem sumptuum, si iis Ecclesia opus habeat, *C. cum sicu 8. x. de consecrat. Eccles.* Quæ
ratio & parochianos stringit quia 22.
ab ipsis sæpe in subsidium, sumptus pro restauratione templi sumuntur. MARTA. *de jurisdict. p. 2. cap 48. n. 13. & seq.* In Hassia ob-
servari, docet REINCK. partitio- 23.
nem sumptuum ita fieri, ut mercedes opificium, & quæ ad coemenda materalia necessaria sunt, ex bursa & proventibus Ecclesiæ, Kirchen- oder Gottes-Kasten / desumantur parochiani vero operas, in comportandis materialibus præstent, *de regim. Ecclesiast. lib. III. class. 1.*
cap. 3. n. 18. Hinc multum inter- 24.
esse parochinorum, causas ædifi-

ca-

cationis probe ventilari antequam ad ipsam ædificationem vel reparationem templi properetur, ut proinde nec hinc à cognitione excludi debeant, tradit CARPZOV. *consist. lib.* II. *tit.* 22. *defin.* 336. *n.* 24.

25. Municipium cessantibus redditibus Ecclesiæ, ex quorum portione reparationes hujusmodi fieri debent *c. quatuor.* 2. *q.* 2 Collectam pro reparatione hac municipalibus suis imponere potest, MART. *de Jurisd. p.* 2. *c.* 48. *n.* 10, *&* 13. CHRIST. *decis. Belgic.* 28.

26 Et quidem ex hac ratione, quia cives sive parochiani in templo Divinis officiis fruuntur, atque ita cœlesti spiritualique cibo pascuntur & foventur. Si enim pro causis corporalibus cogitamus, quanto magis pro animarum salute, providentia est nostræ solicitudinis adhibenda, ut pulchre ait IMP. *Nov.* 115. *cap.* 3. §. 14. *v. Quæ obtinere.* Pertinent ergo incommoda ad eum qui sentit commodum *l. un.* §. 4. *vers. neque enim C. de Caduc. toll. C. Qui sentit.* 55. *de R. J. in* 6.

27. Id quod olim quoque non ignoravit populus Israeliticus qui ad reparationem expilatæ Ecclesiæ magno zelo, magnaque pietate contulit. Idcirco propter hanc publicam utilitatem, parochiani in subsidium compelluntur, ad refectionem templi FAUST. ab ASCHAFFENB. *consil. pro Ærar. Class.* 12. *ord.* 1101. *cons.* 19. Et hæc ita in collectis imponendis 28. pro impensis necessariis, secus dicendum, itaque de utilibus, quæ non pertinent ad conservationem, sed meliorationem rei. *L. quod dicitur* §. *fin. & l. seq. ff. de imp. in rem dot. fact. l. impensæ. ff. d. V. S.* Quæ potius est voluntaria, quam necessaria & nemo tenetur, rem communem meliorem facere *l.* 8. *ff. de serv. urb. præd.* GRATIAN. *discept. for. lib. I. cap.* 84. *n.* 19. *& seq.* NATT. *cons.* 215. *n.* 7.

A qua collecta non sunt immunes ii cives vel incolæ, qui 29. non sunt cum municipio ejusdem Religionis, adeoque ad præstandam hanc collectam à Magistratu Municipali cogi possunt, tum ratione societatis civitaticæ, quam argumento *l.* 1. §. 22. *in fin. ff. ne quid in loc. publ.* Ubi habetur, civem ad publica onera contribuere debere, etsi eorum commoditati renunciet. Eodem modo non relevat Parochianum, quod re- 30. nunciet usui Ecclesiæ, cum hoc non dependeat amplius à sua potestate, ex quo semel est factus Christianus. CITADIN. *in tract. de jure patron. art.* 5. *n.* 4. *Argent.*

cons.

conſ. 34. vol. I. KLOCK. *conſ. 92. n. 3. vol. 2.*

31. Hoc enim non dependet à voluntate renunciantis, æque ac vicinus concurrens ad puteum, porticum ſeu clibanum communem, non poteſt, renunciare eorum uſui pro evitando onere refectionis; ABB. PANORM. *ad cap. Quicunq; 1. n. n. 4. x. de Eccleſ. ædific.* Eſt-
32. que alias juris, quod collectæ ac contributiones omnibus imponantur ſubditis, qui domicilium fovent in provincia, Municipio, vel pago *l. 20. ff. ad municip. l. 3. ff. de Mun.* HONDEDÆUS, *vol. 2. Conſ. 6. n. 17.* Hinc ſi per modum reſcripti collectæ tales à Principe indicuntur, plerumque addi ſolet: ohne Un-
33. terſcheid der religion. Quin imo ſi quis duplex habeat domicilium utrobique is contributionum harum officio defungi cogitur. KLOCK. *de contrib. cap.* 11. *n.* 9. *puta* wann von Haus zu Haus collectirct wird. Quo ergo prætextu inter parochianos hoc caſu poneretur differentia CARPZ. *d. tr. lib.* II. *tit.* 21. *def.* 341. *n.* 11.

34. Quæritur hic an etiam forenſes in municipio degentes, qui fundos & prædia in ipſius diſtrictu poſſident, iſtiusmodi collectis à Magiſtratu, ſubjugari poſſint? Pro affirmativa dubitandi, rationem ſupeditat *l. pupillus* 239. §. *ult. ff. de V. S.* unde probatur, prædia forenſium in alieno territorio ſita, naturam, conditionem & qualitates ejusdem ſortiri.

Deinde omnia prædia cujuscunque conditionis in territorio exiſtentia, tacite ſunt hypothecata pro collectis, ob publicam neceſſitatem irrogandis. *L.* I. *ibique* BART. *& D. D. C. in quib. cauſ. pign. tac. contr.* Tertio Eccleſia eſt juris publici, quia publico utilis eſt GLOSS. *in l.* 1. §. 2. *ff. de J. & J.* At vero ad collectas impoſitas pro operibus, quæ ſunt juris publici, conferre etiam tenentur perſonæ, non ſubditæ, pro rebus, quas in territorio collectantis poſſident *l. ad inſtructiones ibique D. d. C. de S. S. Eccleſ.* Pro negativa tamen æquior ſtat ſententia quia 35.
hoc onus non eſt mere reale ſed mixtum, cujus obligatio dirigitur in perſonam Principaliter licet res ſit cauſa finalis & fiat taxatio ratione rerum GLOSS. & BART. *in l. reſcripto* §. *fin. ff. de muner. & hon.* Ergo cum forenſes, neque ratione domicilii Magiſtratui iſtius Municipii ſubjecti ſint, eo minus hiſce collectis gravari poſſunt, quia onus hoc eſt indeterminatæ præſtationis & imponitur per accidens, ita, ut recte extraordinarii muneris vocatione contineatur, in quibus vinculum & neceſſi-

ſitas ſolvendi reſpicit perſonam, quæ non poteſt adſtringi, niſi habeat ſubjectionem PACIAN *conſ.* 5. *n.* 9. FAUST. ab ASCHAFF. *claſs.* 12. *ord.* IIII. *conſ.* 20.

36. Nobiles autem in Municipio ſub iſta parochia degentes, ab hoc onere non eximuntur, quia commodum & utilitas non minus in illos, quam cæteros parochianos redundat, ſacra enim inſerviunt omnibus absque perſonarum reſpectu. Hinc æquali jure merito cenſentur, quos nectit rationis paritas *l. illud.* 32. *ff. ad L. Aq. l.* 108. *ff. de V. S.* CARPZ. *cit. tr. conſiſt. tit.* 22. *lib. II. deſ.* 346.

37. Tenentur etiam ad hoc citra Religionis reſpectum, ex eo, quod inter ædificia, quæ publicum urbi decus atque ornamentum adferunt, præcipuam dignitatem jure obtineant templa, quæ antiqui dicebant, quaſi *tecta ampla*, accipiebantque pro loco edito quem procul liceat intueri VARR. *lib. VI. de L. L.* qua ratione templum à *tuendo* derivant quod ex omni parte, vel ex eo pars omnis conſpici poſſet, inde verbum contemplor.

38. Cauſa reparandæ Eccleſiæ eſt popularis, & quilibet de populo ad illam recte agit. ALCIAT. *conſ.* 43. TIRAQUEL. *in tract. de pia cauſa privil.* 151. Propter publicam ſalutem, unde Eccleſia communis domus omnium dicitur à CHRYSOST. *in homil.* 33. *ſup. cap.* 9. MATTH.

39. Quær. hic, ſi parochiani prætendant, conſuetudinis eſſe, ut non ſolum ipſi, ſed & cæteri cives in Municipio, qui de iſta parochia non ſunt, ad refectionem templi concurrere debeant, quatenus conſuetudo hæc probanda? Et cum ejus probatio difficilis ſit, illa per actuum frequentiam, ita ut populo de iis conſtet, innoteſcere debet. NATT. *conſ.* 300. *n.* 6. & *conſ.* 394. *n.* 4. Requiruntur etiam ad id actus uniformes, ex difformibus non inducitur conſuetudo, SCHRAD. *de feud. p.* 10. *ſect.* 20. *n.* 157. & *conſ.* 3. *n.* 96. Imo populus eſſe debet in uſu, intentione & animo, talem conſuetudinem inducendi CRAVETT. *conſ.* 171. *n.* 14. & *conſ.* 197. *n.* 12. MENOCH *conſ.* 40.
187. *n.* 57. Hinc ſi incolæ vel cives, minis vel metu Superioris, vel ſalſa perſuaſione, ad refectionem templi alterius parochiæ inducti ſint, conſuetudo exinde non probatur; Non magis, quam ſi con- 41.
ſtet, privatas nonnullas perſonas ante hac ſaltem liberali animo ex pietate & zelo Religionis, quid pro fabrica Eccleſiæ contuliſſe. Nam quod à privatis factum, univerſitati præjudicium inferre non poteſt, neque univerſitatis dicitur factum, quod faciunt ſinguli,

 etiam

etiam omnes, PEREGR. *Conf. 92. n. 9. lib. I*, ALD. *conf. 43. n. 37. & consil. seq.*

42. Itidem quæritur, si parochiani in Municipio pro commodiori Religionis cultu exstruxerint sibi templum, vel sacellum, an ideo ab oneribus pro restauratione veteris Ecclesiæ sint immunes? Et negandum, nisi intercedat auctoritas Superioris; cum hoc sit è juribus superioritatis, unita dividere & separare, ut ergo civitates id non possunt. Nec Ecclesiæ LAUDENS. *de Princip. quæst.* 10. Hinc mutatio illa vergit in incommodum cæterorum quod fieri non debet *per l. 74. ff. de R. J.*

43. Ut enim cives civitatem, sic & parochiani constituunt Ecclesiam CARPZ. *Jurispr. consist. lib. 1. def.* 16. *n.* 5. eorumque commoda atque incommoda communicantur *id cit. lib. def.* 156. *n.* 2. Durum satis esset, si antiquior Ecclesia hac ratione orbata subsidiis sustentationis, ob repurationis damna, collaberetur. Eo minus adhuc jus ipsi, quod ex antiqua reparationis possessione habuit, auferendum C. *Ad Apostolicam. 42.*

44. *x. de simon.* Nec obest, quod ad duplicia onera non constringendi, cum onera illa oriantur ex diversa causa, & usus proprii templi, commoditatis causa exstructi, eo non porrigendus, ut Ecclesia, cujus membra sunt, in deteriorem conditionem redigatur, prout decidit MEV. *p. 3. decis.* 183. *& post eum* FRITSCH. *Ob serv. Eccles.* 75.

Porro Quær. si quidam in Municipio per sententiam definitivam condemnati sunt, vel si statuto vel consuetudine receptum, vel denique pacto vel transacto teneantur ratione reparationis turris parochialis Ecclesiæ, num & eo ipso sumptus campanarum horologii &c. veniant? Affirm. ob naturam accessorii & principalis: Pertinentia enim cum ipsa re per consequentiam quandam transeunt, connexorumque eadem est qualitas, ita ut dispositum in uno, locum etiam habere debeat in alio. 45.

KLOCK. *vol. 2. conf. 93.* Hinc ea omnia, quæ hic de restauratione templorum dicta, ea quoque ad refectionem partialem, ut baptisterii, campanarum, organi pneumatici, item ædium parochalium &c. spectant, per ea, quæ habet. CARPZ *lib. II. jurispr. consist. de fin.* 350. finis enim ultimus consistens in eo, ut cultus Divinus promoveatur, cæteroquin obtineri non potest. 46.

Tandem quæritur, si in Municipio templum, vel cæmiterium, ampliandum, an Magistratus obligare possit vicinum, ut aream vel hortum vendat? Et videtur 47.

quod

quod ſic, quia cives ob publicam neceſſitatem & utilitatem omnia bona ſua debent Reipubl. GAIL. 2. *obſ. 56. n. 6.* ſic amiſſa via publica, vel urbis muniendæ cauſa, vicini ager occupari, inſtante annona ditioribus frumentum auferri, poteſt; Subordinata enim ſunt iſtiusmodi dominia & bona civium propter obligationem reipublicæ debitam. FRITSCH. *Obſerv.*
48. *Eccleſ. 56.* Cognitio ſuper reſtauratione templorum Evangelicorum aliisque rebus ſacris, hodie ad Principes, aliosque Status Imperii ſeculares, non tanquam ſucceſſores Epiſcoporum, ſed ut Magiſtratus Politicos pertinet, tam ex ſuſpenſione jurisdictionis Epiſcopalis Pac. Relig. Anno 1552. & 1555. initæ, quam ex jure ab illo tempore. Statibus quæſito. vide CHOPIN. *Polit. Sacr. lib. II. c.* 2.

49. Hinc merito dicitur, Principes Imperii Evangelicos eſſe Papas in ſub territorio, quod generali illa ſanctione *Inſt. pac. Monaſt. art.* 5. §. 48. nititur REHTZ. *Diſs. de jure Stat. Imp. circ. ſacr. c. 5. n.*
50. 18. Et notabile eſt, ſeculo XVI. Georgium Sax. Duc. licet religionis Pontificiæ acerrimum defenſorem, & Lutheri hoſtem, aſſerere auſum fuiſſe, cum ob Balliviam Thuringenſem, ratione ordinis Teutonic, quæſtio incideret: Er wäre in ſeinem Lande ſelbſt Pabſt / Käyſer und Teutſcher Meiſter. Imo Principes hos plus 51.
quam Papas poſſe, cum in ſpiritualibus Cardinalium conſenſu non indigeant, ſed ut legitimi poſſeſſores jure proprio agant, dubio caret. STRICK. *de jur. Pap. princip. Evang. c. 2.* §. 12.

Notandum & illud ad hoc cap. 52.
Eccleſiam habere tacitam hypothecam in bonis ejus, qui eam læſit, deſtruxit, vel ſpoliavit PECK. *d. tractat. c. 4. per. tot.* Et 53.
hæc tacita Eccleſiæ Hypotheca præfertur Hypothecæ uxoris pro dote, quia major habetur ratio & favor piæ cauſæ, quam mulieris TIRAQ. *de pia cauſa privil.* 113. & 147. PECK. *d. tract. c. 5. n. 3.* Si- 54.
cut Eccleſia non accipit eleemoſynam de rebus male acquiſitis, ſic nec ex illis fundari aut reſtaurari debet *c. non eſt putanda* 1. *q.* 1. cujus horrendum citatur exemplum quod nimirum Epiſcopus quidam, qui templum de uſuris & rapinis conſtructum conſecrare cæperat, viderit Cacodæmonem, in habitu Epiſcopali poſt altare ſtantem, dicentemque: Ad meam jurisdictionem iſtud pertinet, quod ex rapinis & uſura confectum eſt, eoque dicto incontinendi magno cum ſtrepitu & tumultu templum deſtruxit à PECK. *d. tract. cap. 25. n. 4.*

55. Generaliter & illud ad causas & quæstiones circa templa aliasque res pias, observandum, quod à sententia in favorem piæ causæ pronunciata, detur quidam appellatio, sed tantum in effectum devolutivum non suspensivum: Quod ita explicat REBUFF. Ne pereat pia causa, vel periculum patiatur judex, per modum provisionis illi succurret; Et si ab illa sententia fuerit appellatum, non obstante appellatione, sententia illa mandabitur executioni, quia fiet servitium Ecclesiæ, subvenietur necessitati pauperum & debitæ alimentionis necessitati providebitur, non tamen præjudicabitur appelationi, quin possit eam appellans prosequi, & quousque erit decisa appellatio sententia ista provisionaliter servabitur & non ultra *ad ordinat. Reg. tit. de sent. provis. in præfat. n. 37. vers. 1. casus est.*

Caput XXX.

DE MUNICIPIORUM RE SCHOLASTICA.

SUMMARIA.

1. *Ecclesiæ & scholæ sunt connexa. Scholæ unde dictæ?*
2. *Scholæ cur vocentur ludi literarii?*
3. *Loca ad officia Principis destinata vocantur scholæ.*
4. *Scholæ quid sint? Scholæ res parvæ Rempublicam maximam faciunt.*
5. *Schola in Republica est hortus juventutis; Dictum Caroli V. Imperatoris.*
6. *Hominis animus instar rasæ est tabulæ.*
7. *Magistratus & Parentes curam ætatis educandæ habent.*
8. *E scholarum seminario quos fructus etiam Reges & Principes habeant?*
9. *Ingenuarum artium laus & debita cultura.*
10. *Educatio juventutis magni facienda est in Republica.*
11. *Eruditionis encomium.*
12. 13. *Literarum studium cur præferendum sit armorum exercitio?*
14. *Respublica ex solis literatis non consistit.*
15. *Studia quomodo tractanda & habenda in Republica?*
16. *Quinam à studiis arcendi?*

17.

17. *Quinam literati Reipublicæ sint detrimento?*
18. *An Municipia, invito Principe, scholas instituere possint?*
19. *An solus Imperator vel Papa omnes scholas erigere debeat?*
20. *Privato non licet qualecunque collegium instituere.*
21. *Academiarum fundatio & jus aperiendi illas, ad quem spectet?*
22. *Academiarum antiquitas.*
23. *Academia, unde dicatur?*
24. *Cur Academiæ dicantur Universitates?*
25. *Cura scholarum, quatenus ad jura Episcopalia referatur?*
26. *Municipia jus erigendi scholas triviales & inferiores habent.*
27. *Subsidiale regimen competit Magistratui inferiori. Ejus effectus.*
28. *Pro instituendis scholis inferioribus non refragabitur potestas.*
29. *Argumentum à contrario sensu valet.*
30. *Directores pagorum pro lubitu instituunt scholas.*
32. *Magistratus Municipales sunt nutritores studiorum & scholarum.*
32. *Scholæ pertinent ad Reipublicæ decorem & ornatum.*
33. *Scholarum privatarum institutio est meræ facultatis.*
34. *Quilibet privatus domi suæ præceptorem liberis suis constituere potest.*
35. *Immemorialis observantiæ magna vis.*
36. *Quantum ad civitatum salutem puerorum institutio faciat?*
37. *Homo sine proba institutione est animal omnium, quæ terra progenuit, ferocissimum.*
38. *Officium Magistratus Municipalis circa inspectionem scholarum.*
39. *Ingenui & eruditi sunt constituendi Præceptores.*
40. *Quidnam largiendum ipsis præceptoribus?*
41. *Quid si Magistratus sit negligens in præficiendis idoneis præceptoribus?*
42. Schul-Ordnung.
43. *Scholarchiarum requisita & officium.*
44. *Concordia inter collegas Præceptores conservanda.*
45. 47. *Juventus probe instituenda.*
46. *Ludimagister bonus plus prodest Reipublicæ, quam bonus Consiliarius.*
48. *Requisita eruditionis in Præceptore.*
49. *Latinitas cur requiratur in Præceptore?*
50. *Exemplum Sacerdotis veteris Norvegiæ, in Latinitate admodum rudis.*
51. *Qualis eruditio debeat esse Præceptoris?*
52. *Præceptores ne nimium sint plagosi.*

53. *Phryx plagis emendatur, proverbium.*
54. *Quatenus regendi & puniendi juvenes scholares.*
55. *Quando auctoritate judicis in eos animadvertendum?*
56. *Orbilii ferula quæ?*
57. *Consilium D. Speneri de corrigendis Scholaribus.*
58. *Maximiliani Imperatoris de institutione puerorum dictum.*
Præceptoris sævitia culpa assignatur.
59. *Lycurgus Pædonomis jus concessit, flagris in pueros immorigeros utendi.*
60. *Selectus ingeniorum à Præceptoribus habendus.*
61. *Non omnia in mala educatione puerorum præceptoribus, sed & parentibus imputanda multa.*
62. *Errores & vanitates institutionis scholasticæ, seu modi instituendi quorundam.*
63. *Insulsæ, inutiles ac ridendæ quæstiunculæ scholasticæ.*
64. *Cum pueris sensim procedendum, nec hi ultra vires & captum in discendis onerandi.*
65. *Quod exemplificatur.*
66. *Memoriæ artificialis quis inventor ac propagator.*
67. *Quid de memoria artificiali seu locali sentiendum, an illa puerorum captus & retinentia sine periculo augeri ac stabiliri possit?*
68. *Memoria artificialis non est sine naturali.*
69. *Exemplum Petri Ravennæ Jurisconsulti.*
70. *Scientiæ beneficium est memoria.*
71. *Exemplum Philippi Decii memoria destituti.*
72. 74. *Remedia excolendæ memoriæ.*
73. *Memoria semper juvanda.*
75. *Locus exstruendæ scholæ.*
76. *Prospiciendum est Præceptoribus de sufficienti salario.*
77. *Multas subeunt Præceptores molestias.*
78. *Ex publico constituenda sunt Præceptorum salaria,*
79. *Didactrum quatenus debeatur Rectori scholæ cæterisq; collegis.*
80. *Quatenus permittendum ludimagistris, advocandi munere fungi.*
81. *An arcendi à Notariatus officio?*
82. *Si duo Candidati indigenæ concurrant, quidnam sit Magistratus officium?*

83. *An Præceptoribus ſcholarum trivialium competat titulus Profeſſorum?*
84. *Sumptus pro advectione familiæ & ſuppellectilis ſuſtinet Magiſtratus, ſi ex alio loco vocetur ludimoderator.*
85. *An ſcholares hi etiam gaudeant privilegio Studioſorum?*
86. *Scholæ vernaculæ,* Schreib- und Rechen-Schulen.
87. *Legatum* für die Schul-Bediente. *an & id præſtandum hypodidaſculis.*
88. *Non permittendæ ſcholæ clancularia.*
89. *Quid Magiſtratui incumbat circa ſtipendia?*
90. *Quibus ſcholaribus conferenda ſtipendia?*
91. *Stipendia ſunt quaſi eleemoſynæ.*
92. *Male ſæpe erogantur.*
93. *Filiis indigenis conferenda ſtipendia præ extraneis.*
94. *Non exſtantibus ſtipendiis, quo modo ſubveniendum ſcholarium inopiæ?*
95. *Opera charitatis non differenda in mortem.*

1. Eccleſiæ & ſcholæ ſunt annexa, C. *translata. ibique* Panorm. *extr. de conſtit.* Scholæ dictæ à græco σχολή, i. e. ab otio, ſive á σχολάζω, i. e. vaco, quia, cæteris rebus omnibus omiſſis, liberarum artium ſtudiis addicti vacare, honeſtiſſimoque illo otio indulgere debent, quamobrem eiusmodi ordo ſcholaſticus ab omnibus oneribus civilibus & militaribus exemptus eſt, Matth. Steph. *in diſcurſ. Acad.* 8. *n.* 1. Hinc Ausonius:

- - *Grajo ſchola nomine dicta eſt.*
- - *Juſta laboriferis tribuantur, ut otia Muſis,*

2. Festus ait: Scholæ dictæ ſunt non ab otio, à vacatione omni, ſed quod, cæteris omnibus omiſſis, vacare liberalibus ſtudiis pueri debeant. Ut etiam ludi appellantur, in quibus minime luditur, ne triſti aliquo nomine fugiant pueri, ſuo fungi munere.

Sed & loca ad alia exercitia, item ad officia ac miniſteria Principis deſtinata *ſcholæ* vocantur. Hinc legimus in *Cod.* de ſchola exceptorum ſingularium mittendariorum, curſorum, nomenclatorum, ſtratorum, Diaconariorum, chartulariorum, &c. *l.* 1. §. 8. *de off. præf. Præt. Afr.* 3

Sunt ſcholæ Rerumpublicarum lumina, ornamenta ac fulcra, ut docet Ernest. Cothmann. *vol.* 5. *Reſp.* 43. *n.* 1. de quibus recte di- 4

ce-

cere possumus cum Livio *lib. VII.* parva quidem hæc sunt, sed parva ista non contemnenda, majores nostri maximam hanc Rempublicam fecerunt.

5. In educatione juventutis latet Reipublicæ fundamentum, perinde ut hortus pereat necesse est, nisi olitor, antequam macrescant arbores, novellas inserat, surculos præscindat, distortos corrigat, Langi *lib.* III. *Epist. 5.*

In tantum Reipublicæ salus scholis debetur, ut non immerito Carolus V. Imperator dixerit: Ex tribus P. cognosci Politiam civitatis: *Pulsa*, id est, horologio; *Portis*, id est, munimentis; Et *pueris*, id est, institutione juventu-

6. tis. Animus etenim hominis instar rasæ se habet tabulæ, cui bona juxtaque mala à teneris si insculpseris unguiculis, hærebunt ætate surgente firmissime, & speculum dabunt notasque primi ductoris. Nemo unquam pervenit ad virtutem summam jam maturus, nisi qui puer seminario virtutum generosiore jam concretus, aliquid inclytum designavit, Flav.

7. Vopisc. *in Probo.* Si quæ ergo Magistratus publici boni cura est, si quæ parentum vigilantia, uterque in id incumbere debet, ut tenera puerorum ætas non otio, & in quo hos comites habet individuos, vitiis consecretur, sed virtutem imbibat, pietatem hauriat & pro subjecti captu scientiarum nectare inebriatur, Limn. *de pur. publ. lib.* VIII. *c. 1. n. n. 2.*

Sunt, inquam, scholæ semina 8.
concredita agro publico, unde Reges seu Principes primitias frugum colligunt, quæ regna terrasve eorum reddunt abundantia, prosperitate. Sunt torques divitiis graves, exornati & contexti unionibus pretiosissimis, quibus diadema illorum exornatur, sunt fundamenta fortia & firma, quæ domum regiminis faciunt subsistere inconcussam & superioritatem sceptri inviolabilem, Rulmann

Recte itaque Pindarus: Quos- 9.
cunque non amat Deus, isti contemnunt ingenuas artes. Aristippus Philosophus, cum per naufragium ad littus Rhodense ejectus esset, ibique figuras Geometricas in sabulo vidisset, ad socios exclamavit: Bene speremus, hominum enim vestigia video, statimque oppidum Rhodium conscendit, ibique in Gymnasio cum Philosophiæ Professoribus disputans, multis honoribus muneribusque donatus. Cum socii in patriam redire vellent, requirentibus, quid domi renunciarent, dicite, inquit, oportere liberos acquirere viatica, quæ de naufragio cum ipsis evadentibus

bus possent evadere nec flamma
nec aqua nec ferro auferri, ARCHI-
TERENT. *lib.* VI.

Si prognosticon petis de futuri
10. seculi Republica, juventutem ejus-
que educationem inspice tam ex
hac fausta vel infausta quæque
omnium, RICHTER. *axiom. œcon.*
48. Ut & in semente posita spes
messis, ita totius reliquæ vitæ ex-
pectatio ab educatione pueritiæ
dependet, MURET. *Orat.* 2, Quod
oculi sunt in corpore, id scholæ ar-
tis sunt in civitate; Ut enim oculi
omnia membra corporis, ita scho-
læ omnes Reipublicæ partes illu-
strant. BOTER. *de orig. urb lib.* II.
cap. 4. Eapropter Julianus apo-
stata, orthodoxam religionem
oppressurus, magno id egit cona-
tu, ut Christianorum liberos à
scholis arceret, THOLOS. *de Republ.
lib.* XIII. *c.* 3. HIPPOL. *à collib. de
increm. urb. c.* 11. Hinc non po-
11. test esse in mundo fortuna, quam
non augeat literarum gloriosa
politia, CASSIOD. *lib. X. cap.* 3.
Licet & fatendum, quod eruditio
per se, nec prudentiam nec probi-
tatem adferat, cum & sapientibus
sui sint errores, in quos obtusa
apice, male impingunt, pejus in-
fantibus. Certum tamen est, lite-
ras virtuti & sapientiæ inservire,
& magnum vel in ea comparan-
da, vel in parata ornamentum
existere. Tam bene enim virtus
& eruditio convenire dicuntur,
quam bene gemma auro includi-
tur & rosæ intexuntur liliis, ut ex
BESOLD. *de educ. & stud. liter. cap.*
5. tradit FRITSCH. *de stipend. cap.* 1.
n. 4. *&* 5.

Usus armorum & laudes ha-
bet non exiguas, sed merito lite-
rarum studium ipsis præferendum: 12
Nam violentia armorum duratio-
nem impedit, finitur tunc, quan-
do sensus commoti obediunt ra-
tioni; Quod robur bellicum &
Martia virtus inter notabiliora sibi
acquisivit, disperit, ut flores cam-
pi, deficiente copia humoris, se-
ries annorum hoc devorat, & ho-
minum oblivio annihilat, usus au-
tem literarum æternus est, armis
non interrumpitur, vita hominis
non terminatur, neque eorum con-
tegitur ruinis, RULMAN. *en ses plai
doyes.*

Ingruente senecta
Candidior postquam tondenti barba 13.
cadebat,
vigor bellicus concidit, atque
expeditionibus fatigati, domi
otium quærunt, & quampluri-
mum in segnitie torpent; Literati
autem quo fertilibus annis tran-
quilliores redduntur, eò magis
studiorum operi vacant, quorum
stimulus tanto acrius excitatur,
quanto velocius ad metam decur-
runt.

14. Quantumcunque autem literarum præstantia evehatur & Magistrarui cura studiorum esse debeat, negandum tamen non est, Rempublicam non solum ex literatis, sed ex diversis hominum generibus consistere, & cum à plerisque
15. studia ut opificia tractentur, **daß man aus dem Studieren ein Handwerck machet**/ut ait BESOLD. *d. tract. cap. 5. th. 8.* iique scientia utantur velut scorto ad voluptatem, vel ut ancillâ ad quæstum, vel uti tympano ad ostentationem, quin potius esse debeat sponsa ad generationem fructuum, & solatium honestum, ut prudenter autumat BACO de VERULAM. *de dignit. & augm. scient. lib.* II. Merito cum SAVEDR. *symb.*
16. *Polit. 66.* deliberandum esset, pro restringenda Studiosorum multitudine, præsertim eornm, qui plebeji & miseri sunt, qui initio studia cum paupertate tractant, & deinde ea non sine perversione literaturæ ad mercedem & quæstum convertunt, PEREZ. *ad* C. *tit. de Professor. qui in urb. Constant. lib.* XII. quo facit edictum Regis Porussiæ de anno 1709. Uti enim
17. Clerus numerosus statum depauperat, ut ait BACO de VERUL. *serm. fidel. cap.* 15. Sic etiam de multis literatis, præcipue iis, qui ob fortunæ tenuitatem non satis excocti sunt, dici potest, quod Reipublicæ nihil addant, ut quibus sustentandis officia civilia, ad quæ omnes anxie anhelant, in Municipiis sufficientia non sunt.

Sed ad propositum ut revertamur, quæritur: An Municipia liberum exercitium religionis habentia, contra Superiorem, qui forte pro sua religione jnventutem educatam vult, scholas instituere possint? vel generaliter, an institutio cura & inspectio scholarum trivialium juribus Episcopalibus ita adhæreant, ut Magistratui Municipali de hisce nihil competat, sed ea omnia ad Dominum territorii vel ejus Officiales, **die Beamten**/ remittenda sint? Mo- 18.
19. veri volunt quidam ab iis, qui erectionem scholarum ad solum Imperatorem Papamve remittere nituntur, *l. 3. §. 1. ff. de colleg. & corp. l. 1.* C. *de Monop.* Quod non tantum ad scholas illustres & publicas, sed & inferiores particulares, quæ triviales dicuntur, extendunt, *c. 1. §. ad ampliationem extr. de Stat. Monach. c. quia nonnullos extr. de Magistr.*

20. Itemque hoc argumento, quod privato non liceat qualecunque collegium scholamve, ut ita collegii verbum exponit ODOEREDUS instituere, vel aperire, *l. 1. ff. quod cujusq; univers. nom.* Civitates au-

autem Municipales habentur pro privatis *l. eum qui ff. de verb. ſign.* Ergo &c..

Sed obmota hæc de ſcholis publicis intelligenda, quas vocant
21. Univerſitates ſeu Accademias, quarum fundatio, utpote de regalib. *ut Feudiſtæ communiter in c.* I. *quæ ſint regalia & D. D. in authen. habita C. ne filius pro patre.* Soli Imperatori competit: Atque jus aperiendi Academias ad illos duntaxat pertinet, qui in regno aut provincia jus ſuperioritatis habent ut ſunt Reges, Electores, Principes, Marchiones, Archi & Epiſcopi, itemque civitates liberæ Imperiales, tanquam Status Imperii unde conſequitur, cætetas civitates provinciales, ſive principibus Imperii ſubjectas, quamvis omnimodam jurisdictionem habeant, juris hujus inhabiles & in-
22. capaces eſſe FRANC. PFEIL *conſ.* 181. *n. 34.* STEPH. *d. loc. n.* 11. NIC. VERN. *polit. inſt. lib. III. cap. 4.* Ubi erigendarum Academiarum poteſtatem penes eos eſſe dicit, qui Majeſtatis jus habent, atque Academiarum, ſeu publicarum ſcholarum originem à primo Monarcha ab ipſo Nimrodo, quem alii Belum appellant, Chaldæis ad ſtudia cœleſtium, & aſtrologiæ, publicam ſcholam apeiente deducit.

Dicitur autem Academia ab 23.
ἄκος id eſt remedium & δῆμος id eſt populus, quaſi ſit medicina, rudis populi, nebulam ignorantiæ abſtergens, caliginemque inſcientiarum velut expurgans STEPHAN. *diſcurſ. Academ. 8. n. 6.* Alii Academiam rectius derivant ab Academo LAERT. *de vit. Philoſoph. lib. III.* Hero quodam, qui in loco ſuburbano nemoroſo, prope Athenas ſcholam inſtituit, & ex privata profeſſione, ſtudiorum cauſa publicam fecit. Alii à Radamo Agenoris filio FRANC. *Jun. Cap.* I. *de Academ.* de quibus latius LIMN. *J. P. lib. VIII. cap.* I. *n. 5. & ſeq.* Dicuntur & Academiæ Univerſitates, vel quia univer- 24.
ſis ad has patet aditus, tanquam ad privilegiatas quasdam nundinas MIDDENDORP. *de Academ. lib. I. c.* I. *p. 2.* vel quod univerſa artium liberalium genera complectantur, & ſtudium univerſi, hoc eſt, omnium optimarum diſciplinarum & rerum BESOLD. *polit.* 12. §. *3. n. 31.* Licet utrumque diſpliceat LIMN. *dict. loc.* aſſerenti *poſt. n.* 17. potius eſſe ut quo ſenſu reliqua corpora collegia, Reſpubl. Communiones &c. univerſitates dicuntur, etiam hæc collegia litteraria univerſitates audiant, etiam per excellentiam, omiſſo illo adjuncto *literaria.*

Nullus quidem ambigio, 25.

 inge-

in genere loquendo, curam schlolarum ad jura Episcopalia referri ita ut suprema earum inspectio ad summam Majestatem pertineat. Ex. gr. si in schola aliqua magno conamine Methaphisicæ, vel ejusmodi supervacuæ & otiosæ subtilitates discipulis inculcentur, utique Princeps ea prohibere
62. & moderari poterit. Fundationem autem scholarum trivialium quod attinet, quia superius obmota, de collegiis majoribus aut illicitis & profanis loquuntur GREGOR. THOLOS. *Synt. lib.* 15. *cap.* 12. *n.* 2. *&* 9. recte tutoque municipiis concedimus cum STEPH. *in disc. Academ.* 9. *n.* 9. Quia ipsis omne illud à Superiore censetur permissum, quod ad pietatis propagationem spectare potest, quatenus publicis legibus, sive politicis, sive Ecclesiasticis nihil adversum committitur, hinc Jura Scholarum quoque competunt, MINDAN. *de continent caus. lib. III. art.* 11. *in fin.* BRUNNEM. *Jur. Eccles. lib. I. cap.* 6. *membr.* 12. §. 14. *Ibique* STRYCK.
27. *in annot.* & quidem *primo*, Tum & ipsis subsidiale civitatis regimen commissum, cujus est calamitates publicas avertere nam quemadmodum puteis alicujus urbis veneno infectis, mors metuenda civibus omnibus, ita si pravis opinionibus atque moribus, adolescentes inbuantur, certissima inde pericula universæ reipubl. imminent ut ait ANTON. FAB. *de Relig regend. lib. II. cap.* 4. *n.* 37. sunt enim Scholæ officinæ, ex quibus vitæ consequentis statum complectimur, ut aliquando delectus hominum haberi possit, quibus domi fasces & Prætura, foris autem provinicæ, exercitus, imperia committantur.
Id. dict. loc. n. 36. *Secundo* hic non 28.
de Scholis publicis, ut jam dictum, per modum Regalium summa Imperantis auctoritate cum privilegio erigendis sed de trivialibus & privatis scientiæ fundamentis, ut Papa ait *c.* 2. *X. de Magistr.* sermo est, ad quas constituendas, tacita Superioris voluntas nunquam refragabitur BART. *ad const. Justiniani ff. prosixam* §. *Hæc autem tria*
n 3. Quia jam Academiarum erectio 29.
non nisi summa potestate fieri debet, & potest, hinc licito argumento à contrario *l.* 1. *ff. de off. ejus cui demand. est Jurid.* infertur, de privaris Scholis utique secus dicendum.
Tertio, si indistincte o- 30.
nis scholarum cura, & inspectio, Domino territorii, tanquam Episcopo, tribuenda esset, sequeretur, quod in pagis vel villis idem obtinere debeat, cum tamen & illic morati incolæ Scholas pro pueris & puellis etiam sine consensu Magistratus instituant & regant BRUN-

NEM.

NEM. *cit loc.* Quanto magis earum fundatio & cura Magistratibus locorum ordinariis incumbet nec enim Magistratus sunt instar nudorum armentariorum vel opilionum MELANCHT. *in expl. Symbol. Nicen. de offic. Magistr.* Sed sunt & esse debent Ecclesiarum, Scholarum & studiorum nutritores. *Quarto*
32 Scholæ sunt seminaria eorum qui Reip. aliquando deserviant, & qui patriæ munera subeant, hinc quia ad civitatis decorem & ornatum imprimis pertinent, ergo earum inspectio, cura & administratio senatui urbis relinquenda COTTM. *vol.*
33 *2. resp. 64. n. 33.* *Quinto* Scholarum privatarum institutio est meræ facultatis, & regulam accipit de approbatis *C. fin. X. de relig domib.* hinc Canonistæ huic sententiæ subscribunt si subsit Justa causa. FELIN. *in c. Accedentes n. 2. X. de præscript.* BART. *in l. sodales n. 5. ff. de colleg* Denique *Sexto* si cuili-
34 bet & singulis civibus domi suæ præceptorem peculiarem liberis suis constituere, licitum, quid ni idem & universis, & multo magis ordinario Magistratui competeret? COTTM. *cit. at. loc. n. 42. ubi n. 44.* sententiam hanc quotidiano usu Germaniæ moribus & exemplis, manifestam & corroboratam asserit. Quæ omnia tanto magis ob-
35 tinent, si in Municipio semper ab immemoriali tempore cujus initii memoria non exstet observatum fuit GÖDEN *Cons. 3. n. 9. pag. 31.* KNIPSCH. *de civ. Imp. lib. V. 6. 15.*
Quantum ad civitatis salutem puerorum institutio faciat, docet *Aristoteles*: omnium dicens, eorum quæ dicta sunt ad Rerumpublic. diuturnitatem & stabilitatem, maximum est (quod nunc omnes negligunt) puerorum educationem atque constitutionem ad Reip. formam esse accommodatam *lib. V. Polit. cap. 9.* Idemque: Quin legum scriptori in adolescentum disciplina maxime sit laborandum, nemo in controversiam vocarit. Namque hoc in civitatibus neglectum, magna incommoda Reip. administrandæ formis importat. *lib. VIII. Polit. c. 1.* Unde Crates Philosophus optabat in altissimo civitatis loco esse, summaque vocis contentione exclamare posse, ut omnes audiant: quo ferimini, ô mortales, qui ad possidendas opes magno studio incumbitis, filiorum vero, quibus illas relinquatis, exiguam curam geritis. Quod idem est, quod faciunt ii, in quibus calceus curæ est, pes autem neglectui ait PLUTARCH. *lib. de educat. pueror.* 36

Ita est Magistratus non bonus, non pius est, qui hoc non curat quod cives suos bonos, quod illos homines reddit; Homo namque 37

rectam nactus institutionem, divi
nissimum mansuetissimumque ani-
mal effici solet: si vero vel non
sufficienter, vel non bene educe-
tur, eorum, quæ terra progenuit,
ferocissimum. PLAT. *lib. VI.* de 21.
38. Constitutis jam in Municipio
scholis superest, ut de officio Ma-
gistratus Municipalis circa inspe-
ctionem earum quædam subjun-
39. gam. Tenetur enim *primo* de
ingenuis probis & eruditis præ-
ceptoribus esse solicitus, nam ma-
li magistri licet eruditi, plus mo-
ribus nocent quam ingeniis pro-
sunt VALER. MAX. *lib. VI. cap. 3.*
Et Præceptores sunt speculorum
instar, in quibus non sit, vitæ vel
doctrinæ macula; quia in illis Ju-
ventus se metitur, seseque compo-
nit, sunt enim ut simiæ, quæ imi-
tantur facta præceptorum, cum
quibus, velint nolint, consuescunt.
THOLOS. *de republ. lib. XVIII. cap.*
40. *2. n. 9. Deinde* ut ipsis prospiciat
de honestis salariis, immunitatem
concedat ab oneribus publicis, do-
centes ac discentes defendat, au-
ctoritatem præceptorum conservet
sartam tectam, sine qua cætera
corruunt ut ait HAVEMAN. *de Jure
Episcop. Tit. 5. §. 3.* Si enim Magi-
41. stratus est negligens in præficien-
dis idoneis præceptoribus, tam ra-
tione eruditionis & dexteritatis
quam pietatis humanitatis & mo-
destiæ, tunc à Principe, ob ejus su-
prema Episcopalia jura, merito alii
denominantur & præficiuntur.
CARPZ. *Consist. lib. I. def. 73. n. 7.*
Omnia hæc ut finem &
scopum attingant, leges & ordi- 42.
nationes, Schul-Ordnung / san-
ciendæ, quæ docentium & discen-
tium basis & fundamentum sint, 43.
Inspectionis autem cura demandan-
da scholarchis, qui sint fideles &
periti nam si nulla eruditione tin-
cti sunt & nullum de literis & li-
teratis judicium ferent. Officium
eorum quoque erit, simultates
inter Rectorem & Collegas exor-
tas dirimere. Nam collegæ Scho- 44.
larum, animis præcipue colligandi
sunt, ut fructus informationis suæ
colligant. Cogitent autem, si post
mutua jurgia irreconciliabiles sint,
quam horrisonum *Væ* Christus in
illos exclamaverit, qui parvulos
scandalizant MATTH. 18. *V.* 6. & 7.
fomes est, facile concipiens pue-
ritia quibus, quodvis, inscribitur
sine negotio.
Porro antistites Scholarum,
sive Scholarchæ id potissimum cu- 45.
rare debent, ut juventus probe be-
neque instituatur, quia recta ju-
ventutis institutio est fundamen-
tum reipubl. firmissimum. Recte
enim ille: dixi aliquando, nec
me, dixisse pænitet, quod Reipubl. 46.
plus prosit bonus Ludi magister
quam

quam bonus conſiliarius; Schola enim Theſaurus & fundamentum eſt utriusque politiæ SCUPP. *de Opin.* Denique ut præceptores idonei Scholis præficiantur, qui non tantum pro laboribus Scholaſticis ordinario Minervali providendi, ſed & illis extraordinarium aliquod lucellum non invidendum CARPZ. *in conſiſtorialib. tit. 6. lib. I. definit. 95. num. 13.*

47. Munus enim Ludimoderatoris imprimis eſt honeſtum, bonis moribus ac literis inſtituere juventutem, neque & Chriſtus eam ætatem contempſit, & in nullum rectius collocatur beneficium, & nusquam expectatur fructus uberior, utpote cum illa ſit ſeges & ſylva reipubl.

48. Eligendi itaque Præceptores ſunt eruditi, ſed ſolida erudirione imbuti, ut nævos, quos ipſi in juventute perpeſſi, eò commodius in diſcipulis corrigere poſſint, ad quam eruditionem merito requiritur terſa & nitida Latinitas; Quid
49. enim miſerabilius iis, qui ad ſumma honorum faſtigia conſcendunt, vel ſint Eccleſiaſtici vel Politici, qui in Latinitate hallucInantur, ſi-
50. cut legimus de veteris Norvegiæ Epiſcopo Suenone, qui Regis ſui primo fuit ſacerdos admodum rudis, quare ab inimicis ſuis in Latinis orationibus illud: *Deus regem famulum tuum protege.* Syllaba, *Fa*, deleta, ita ut indoctus ille pro famulo *mulum* Dei Regem ſuum appellitaret. Verum eo cognito & ſuper hoc riſui expoſitus, ita in animum hanc fœdam ſuam ignorantiam vocavit, ut paulo poſt pereruditus evaſerit, atque ſic unanimiter Epiſcopus Electus fuerit. DANIEL. CRAMER *in Chron. Pomeran. Eccleſ. lib. I. c. 45.* Recom- 51.
mendatur autem non immerito eruditio ſolida, nam ſunt qui ſcire volunt ut ſciant & eſt curioſitas, ſunt qui ſcire volunt ut ſciantur, & eſt vanitas, ſunt qui ſcire volunt, ut ædificent, & eſt charitas, ſunt qui ſcire volunt, ut ædificentur & prudentia eſt. BERNHARD. *in Cant. ſerm. 35.*

Neceſſarium etiam requiſitum 52.
eſt, ne Præceptores ſint ultra modum plagoſi, nec in tenellam illam ætatulam ſine diſcretione deſæviant. Frangunt animos plagæ 53.
& ſtupidos faciunt, inde proverbium, Phryx plagis emendatur, cui mens illiberalis eſt, etiam ad plagas durabitur, VERNULE: *Oeconom. lib. I. tit. 4 cap. 17.*

Juventus pullo equino ſimilis 54.
eſt, qui paſtomide duriori læditur, moliori freno facile regitur SAVEDR. *ſymbol. pol. 2. §. fin.* Cum infantibus & pueris enim res eſt, qui licet gravius delinquant, tamen

men à pœnis publicis & judicialibus immunes ſunt, DAMHOUD. *prax. rer. Crim. c. 48. n. 1.* JUL.
55. CLAR. §. *ult. quæſt. 6. in princ.* Interim quandoque præceptoribus & parentibus tradendi ſunt, ut ab his virgis caſtigentur, niſi quædam malitia & doli capacitas in ea ætate animadvertatur, ob quam judex etiam infantes aliquando carcere punit, & in eo privatim per lictores caſtigatos dimittit FARINAC. *Crim. quæſt. 92. n. 46.* Sed experientia diſcimus nullos pueros inſperata licentia deterius corrumpi, quam quos Orbilii ferulæ nimis ſevere coercuerunt. ARNIS. *de jure connub. c. 3. ſect. 8. n. 24.* ZEIL. *Epiſt. German. 5. cent. 1.*

56. De quibus dicit WOUWER. inanem interdum ſcientiæ perſuaſionem induunt, tam triſti fronte & execrato vultu, tam horridis ſetis, ut ſi quid ſupercilio aut barbæ credendum, Zenones & Chriſyppos cenſeas. *in ſua polymat. cap. 30.* Optimo ergo conſilio ſuggerit D.
57. SPENER. dicendo. Auch achte ſehr nützlich / daß bey denjenigen / welche ihres Muthwillens / oder anderer Fehler Willen zu einer Straff oder diſciplin gezogen / vorher aufs Beweglichſte mit remonſtration ihrer Sünde überzeuget werden / womit auch die Straffe bey ihnen eine rechte Frucht ſchaffen kan / da ſie ſehen / wie es nicht ein Zorn oder moroſitæt der Præceptoren ſey / ſondern wie ſie es verſchuldet zu haben / ſelbſt bekennen müſſen / und es wahrhafftig befinden daß es ihnen nützlich ſey Theologiſches bedencken. *part. 1. art. 1. diſt. 3, ſect. 8.*

Recte Maximilianus Imp. dixit:
Si nunc Præceptor meus viveret, 58
ego illum docerem, qua ratione pueri inſtituendi. Natura & inclinatio in diſcipulis obſervanda ſunt qui laude potiſſimum incitantur, & in his Præceptoris ſævitia culpæ
aſſignatur *l. 6. ff. ad L. Aquil.* ſunt 59
qui non niſi plagis meliores reddi poſſunt, & in hiſce opus eſt, illo quod Lycurgus Pædonomis conceſſit, ut in pueros immorigeros, ſi opus, flagra diſtringerent *teſte* PLUTARCH. *in Lycurg.* Sic Cyrus narrat ſe virgis à præceptoribus mulctatum apud XENOPHONTEM *lib. I.* VERNULÆ *œconom. lib. I. tit. 4. d. c. 17.*

Selectus ingeniorum à Præce- 60
ptoribus omnino habendus, ne præcocra illa nimium evehant, nam quod in pomis, idem eſt in ingeniis, quæ dura & acerba naſcuntur, poſt fiunt mitia & jucunda, ſed quæ naſcuntur ſtatim mollia, atque in principio ſunt vivida, non matura mox fiunt, ſed putrida. GELL. *lib. 3. noct. Att. 2.*

Non

61. Non omnia quæ in educatione juventutis, male ſuccedunt, præceptoribus imputanda veniunt, non ſemper ſcholæ, ſed etiam parentes in educatione domeſtica peccant, qui gaudent, ſi quid licentius dixerunt liberi; Verba ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis, riſu & oſculis excipiunt, nec mirum, ipſi docent, ex illis audierunt, amicas, concubinas vident, omne convivium obſcœnis cantibus ſtrepit, pudenda dictu ſpectantur, fit ex his conſuetudo, deinde natura, diſcunt hi miſeri, antequam ſciant vitia eſſe, inde ſoluti ac fluentes non accipiunt, a ſcholis mala iſta, ſed in ſcholas adferunt, QUINTIL. *l. 1. inſtit. orat. c. 2.*

62. Cæterum de erroribus, & vanitatibus inſtitutionis ſcholaſticæ videatur ad longum, BARCL. *in* SATYR. *p. 1. pag.* 114. *usque ad p.* 113. Ubi inter alia hæc: Juventus non raro ſub miniſtris vivit, à quibus nihil aliud diſcat, quam non ſapere, quorum doctrina magis inceſſantur Muſæ quam coluntur. Item, ſtatim pueri vix elementis imbuti ad inſanas & æternas argumentationes traducuntur, omittiturque interim omnis doctæ eloquentiæ cura: Neque aliud jam

63. in ſcholis detonant, quam num in urbe juſtitia, vel extra Pomæria, humanitas olim carnificibus habitationes decerneret? Quis meretriciis titulis color, quæ fornicibus anguſtiæ eſſent? Ubi ſacrum urinarium quo patres conſcripti veſicam exonerarent? Quot fibulis ſtaret veſtis? Quot fuerint in Herculis clava nodi? Quem pedem prius in Italiam Æneas poſuerit? Quid Syrenes cantare ſolitæ? Quænam ſint nomina eorum, qui equo Trojano abditi fuerunt, aut ſociorum Ulyſſis, & quot ex illis Cyclops devorarit, quos vero Leſtrigones? Utrum culices ore ſonum edant aut podice? LIMN. *de jure publ. l. 8. c. 6. n. 73.*

Hæ apinæ, affaniæ tricæque inutiles à ſcholis prorſus eliminandæ, idque in bona inſtitutione obſervandum, ut procedatur ſenſim cum pueris, ne rerum diſcendarum copia obruantur & ſupra vires onerentur. Si enim pueris plus imponitur oneris, quam ferre queant, laſſitudinem contrahunt, & odium eorum quæ diſcunt, animis deficientes PLUTARCH. Et ut vaſcula oris anguſti ſuperfuſam humoris copiam reſpuunt, ſenſim autem influentibus, vel inſtillantibus complentur: Sic animi puerorum, quantum excipere poſſint, videndum. QUINTIL. *lib. I. cap.* 3. VERNULÆ *œconom. lib.* I. *tit.* 4. *cap.* 15. 64. 65.

Quid de memoria artificiali cu- 66.

Dddd jus

jus inventor dicitur Simonides VALATER. *lib. XXIV. Philolog.* Propagator, Metrodotus Sceptius AGRIP. *de vanit. ſcient. cap. 9.* ſentiendum, an illâ puerorum captus & retinentia commode & ſine periculo augeri & ſtabiliri poſſit? audia-
67. tur LIMN. illis verbis: Sed cum fere ordinarie tantum decedat judicio, quantum accedit memoriæ, & intellectum qui, quantum fieri poterat, à ſenſibus erat abſtrahendus, totum immergat ſenſibus & turbet hæc localis memoria, quin & eundem gravet & confundat multitudine ſpecierum, nulli ego ſuaſor & author facile ero ea ut utatur *de jure publ. lib. VIII. cap. 6. n. 61.*

68. Quinimo ipſa artificialis memoria, ſine naturali perſiſtere minime poteſt, quam tot ſæpiſſime monſtroſis obtundit imaginibus, ut præ memoriæ tenacitate maniam & phreneſin nonnunquam inducat, atque ſic naturæ finibus non contentos, arte inſanire faciat *Cit.* CORN. AGRIP. *de vanit. ſcient.*
69. *c.* 10. De Petro Ravenna, JCto celebri, referunt tamen, quod hac arte, memoria ejus in tantam promptitudinem excreverit, ut multa millia rerum ſtans perciperet animo, & eo, quo accepta eſſent ordine, memoriter, redderet, quin ſe non ſemel obtuliſſe dicur ad totius Codicis Juſtin. extemporaneam recitationem, referente STRICK. *de jure ſenſ. diſs. 8 cap. 2. n. 6.* ARUM. *de Mora proœm. n. 9.*

Interim maximum ſcientiæ & 70.
eruditionis beneficium eſt memoria, juxta illud tritum: Tantum ſcimus, quantum memoria comprehendimus, ac ipſius deliquium eruditis maxime funeſtum. Prout 71.
legimus de Philippo Decio, Mediolanenſi JCto, qui cum juris profeſſionem in variis Italiæ Academiis, ad annos LXV. produxiſſet, tandem nullius legis, aut paragraphi, amplius recordatus fuit, & ſumma cum difficultate quicquam Latine proferre potuit, VALER. FORSTER. *Hiſt. jur. civ. Rom. lib* III. *cap. 39.* Sicuti & olim Meſſala Corvinus Orator nominis ſui eſt oblitus PLIN. *Hiſt. natur. lib. V*II. *cap. 24.*

Optimum ergo memoriæ re- 72.
medium ſuggerit LIPS. illis verbis: quod gladiatoribus imperari ſolet, utiliter: *Repete. in præfat. Politic. & tritum iſtud.*

Sæpe recordari medicamen fortius omni.

Alterum eſt, ſtudium notandi & exerpendi, nam memoriam recte Plato ſtomachum animi, Auguſtinus ejusdem ventrem appoſite vocant: Ut ſtomachus quoti- 73.
die

die multa variaque recipit, nec tamen diuturnum hoſpitium indulget, ita prorſus memoria, plurima quidem eaque diverſiſſima complectitur, ſed brevi, velut oneris impatiens, aut admiſſorum pertæſa longe facilius dimittit, quam admiſerit. Ut & fœcundus ager, niſi cultione quotidiana exerceatur, ſylveſcit: Sic egregia licet memoria, niſi notis & excerptis atque ita repetitione quadam ad reddendum depoſitum, excitetur, ab oblivione miſere vaſtatur DREXEL. *aurifod. ſcient. p.* 1. *c.* 12.

74. THOMAS AQUINAS quatuor proponit memoriæ ſtabiliendæ requiſita. (1.) ut ſtudeat, qui vult retinere in aliquem ordinem. (2.) Ut intente eis mentem apponat (3.) Ut frequenter meditetur ſecundum ordinem (4.) Ut incipiat reminiſci à principio; Concludit tamen, à Deo memoriæ dona imploranda *lib. V. de memor. & Reminiſc.*

75. Locum exſtruendæ ſcholæ quod attinet, curabit Magiſtratus ut is ſit idoneus & à tumultu remotus. THOLOS. *de republ. lib.* VIII. *c.* 6. *n.* 12. ne docentes & diſcentes à tranſeuntibus plauſtris & curribus interpellentur, ubi addit, non ſolum contra regulas juris, quem invitum cogi poſſe, ut vendat locum ſcholis ædificandis aptum, ſed &, nec licere ædificare contra ſcholas ſi obſcurentur lumina earum, quamvis deſuper nulla ſit conſtituta ſervitus. CÆPOLL. *de ſervitut. c.* 38. *ſallent.* 12.

Non ſolum autem Magiſtratus 76.
proſpiciet, ut præceptores eruditionis & virtutum genere ſint conſpicui, tamquam hortulani in Eccleſiis & rebusp. ſed & curabit, ut ſalaria ipſis debito tempore ſolvantur, ut unicuique proſit ſuus labor & ne eveniat quod Perſiſius ait:

Pœnituit multos vanæ ſterilisque cathedræ.

Cum vix dici poſſit quot mole- 77.
ſtias, curas & labores, perferant & devorent. Nam, Platone teſte, nulla beſtia puero eſt intractabilior, ideoque honeſtis ſtipendiis digni, præmiis honoribus & dignitatibus. poſt MELCH. JUN. *polit. quæſt.* 107. KNIPSCH. *de jur. civit. Imp. lib. V. c.* 16. *n.* 37. Et ſi fieri poteſt, me- 78.
lius eſt, ut ſtipendia ex ærario publico præceptoribus ſolvantur, quam ut parentes didactrum quoddam pendant, quorum plurimi omnem liberorum ſuorum ſalutem potius negligunt, quam ut vel minimos pro inſtitutione ſumptus facerent. Sic & pauperum ſtudiis conſulitur, & ceſſat illud proverbium: Non bene traditur diſciplina, quæ venditur. VER-

NUL. *Inst. polit. lib. III. tit.* II. *quæst. 6. n. 2.* Vix autem est, ut tam opima salaria præceptoribus in Municipiis ex ærario præstentur, ut discipuli ab omni collatione immunes esse possint.

79. Ratione didactri hujus quæritur, an scholæ Rectori soli, exclusis reliquis collegis, illud debeatur? Quod non videtur, quia solvitur præceptori pro informatione, cum vero Rector inferiorum classium discipulos non informet, merito informantes præferuntur. Nisi Rectori in suscipiendo officio desuper promissio sit facta, vel is in possessione, vel quasi istius juris, percipiendi fuerit, vel & ita consuetudo & usus scholæ servaverit.

80. Quæritur deinceps, an permittendum Ludimagistris, ut in foro advocando vel procurando litigantibus patrocinentur? Quod negandum, quia metuendum, ne homines isti, qui jura perfecte non didicerunt, functione hac abutantur, & munus istiusmodi advocatuli, magis in subversionem veritatis, & litigiorum augumentum, quam Justitiæ laudationem vergat, ut ait MAGON. *de rect. patrocin. ration. p. 1. cap. 6. n. 18.* Tum & absque jactura informationis & negligentia officii patrocinio litigantium præesse non possunt CARPZ. *in Consist. lib.* I. *tit. 6. def. 89. seq.*

Quæritur an & á Notariatus munere arcendi? Resp. quod non, quia hic nullum scandalum metuendum, & licet persona Notarii sit publica persona, ejus tamen officium in privatis ædibus expediri solet *Recess. Imp. de a. 15.12. tit.* von *Testam.* Et cum hic nulla negligentia officii scholastici metuenda, hinc merito, ob tenuitatem salariorum lucellum ex notariatus officio obveniens, ipsis indulgendum, eodem modo sicut æditus opificiorum tractatio non deneganda. 81.

Cum ex jure indigenatus in Municipiis, officiis scholasticis, ut & cæteris præficiendi ex civibus nati, quoties capaces dantur, quæritur si duo hujusmodi Candidati concurrant, cuinam conferendum sit officium; Hoc casu observatum memini, ut coram Magistratu, præsentibus Scholarchis vel scholæ Inspectoribus, uterque examini subjiciatur, vel ipsis invicem thema aliquod ventilandum proponatur, sed vix est, ut favor alterutrius non præponderet. 82

Quarto, quæritur, cum, teste experientia, uniuscunque dignitatis tituli excrescant, si forte eo ambitionis Scholarum trivialium Præcepto- 8

ceptores deveniant, ut Professorum nomen assumere cupiant, an hoc ipsis concedendum? Licet Professoris nomen, etiam artium mechanicarum Magistris tribuatur *l. un. C. de Monopol.* cum tamen hanc loquendi licentiam, munus & consuetudo, si non sustulerint, saltem arctissimis incluserint cancellis, vix est, ut si ea usus fueris, reprehensionem effugias communem, & fortassis à rigido quodam rei literariæ prætore prodigus audias, ut ait LYMNÆUS *J. P. lib. VIII. c. 3. n. 3.* hinc ejusmodi titulus merito è Scholis trivialibus eliminandus.

84. Quæro *Quinto*, si ex alio loco vocetur Ludimoderator (idem de Pastoribus, organicis &c. judicandum) an sumptus pro advectione familiæ & supellectilis ipse vocatus sustinere debeat? Quod iniquum, cum hi æque inserviant reipubl. sicut Pastores Ecclesiæ, ubi & Parochiani expensis hisce subtrahere se non poterunt. CARPZ. *d. lib I. def. 86.*

85. Cum & perinsignia exstent studiosorum privilegia, de quibus. LIMNÆ. *d lib. VIII. cap. 9. & HUNN. tract. de privileg. studos.* hinc quæritur, an istis etiam gaudeant Scholares, vel ut vocari gestiunt, Studiosi in Scholis trivialibus LIM. *cit. cap. n. 52.* asserit, inhumanum esse hæc omnia illis negare. Idem HUN. *d. h. c. 1. quæst. 5.* Experientiam autem secus docere tradit KNIPSCH. *de Civ. Imp. de lib. 5. c. V. c. 16. n. 41.* Forum certe privilegiatum non sortiuntur, sed si Rector & Præceptores litibus Scholarium dirimendis impares, vel excessus quidaum enormiores sint, merito causæ tales ad Magistratum loci ordinarium devolvuntur.

Incumbit & Magistratui, instituere Scholas vernaculas inferiores, 86.
Schreib- und Rechen-Schulen/ wo lesen schreiben/ singen/ beten getrieben wird/ dergleichen in allen Dorffschafften zu finden alias, pro masculis, alias pro foemellis, quibus & peritæ, matronæ publica auctoritate præficiendæ, cum aliquali immunitate & quidem separandi sunt sexus, ut castigationes magis sint pudicæ, libidininumque suspiciones & scandala declinentur, atque adeo puellæ à teneris annis consortium puerorum fugiant. CARPZ. *cit. tr. lib. I. defin. 74.*

De hisce Hypodidasculis & informator cibus, quæro, si quis in 87.
usum stipendii testamento leget, für die Schul-Bediente/ an & hi hoc nomine comprehendantur? Quod omnino videtur, nisi diversitatis ratio in disponente appareat, nam hi æque utiles, imò sæpe utiliores sunt civitati, quam cæteri

ri Præceptores, quinimo eo minus excludendi, quia & æditui & organici, nomine der Kirchen-
88. Diener comprehenduntur CARPZ. d. loc. def. 75. Ex præcedentibus fluit, in Municipiis, ubi Magistratus auctoritate, trivialis Schola constituta est, cæteras Scholas clancularias, Winckel-Schulen/ non permittendas, quippe ex quibus facile aliquid incommodi oriri potest. FRITSCH. Obs. Eccles. 35.
89. Ad curam Scholasticam utique refertur stipendiorum justa distributio, ut quorum ope, studia & rei literariæ cultura optimo successu promovetur. Ubi Magistratus, præprimis primam fundationis originem perspiciat, ut quæ semper in illimitato, manebit vigore; sic stipendia certæ familiæ dicata, den nechsten Freunden/ vel ad certa studia, illa citra donantium læsionem aliò non transferenda. Conferenda autem
90. stipendia (1,) Scholaribus optimæ spei, damit solcher Gestalt/ dem gemeinen Nutzen zum besten/die geschicksten und Tugendlichsten ingenia auserlesen/ und zu solchen beneficien befodert werden/ ut refert FRITSCH. de stipend. cap. 5. n. 10. & qui uberes literarum fructus patriæ promittunt, ubi Magistratus simplici Præceptorum & Parentum testimonio non credat,

sed plenior fides habenda. (2.) 91.
Non distribuenda, nisi egenis, sunt enim stipendia certo respectu eleemosynæ. quæ non conferendæ, nisi iis, qui non habent, unde literis operam dent CARPZ. J. P. Const. lib. II. def. 409. n. 9. Tristes autem gemitus & pauperum 92.
studiosorum querelæ testantur, quam male hæc regula observetur. Die Obrigkeit befrage sich / ob die geordente stipendia tüchtigen/ guter Hoffnung/ würdigen und armen Stadt-Kindern verliehen werden / oder ob sie hierunter Gunst und affecten angesehen/ ihren Schwägern/Vettern und Freunden/ so dessen doch nicht wehrt/ fähig oder dürfftig / damit geholffen / die es unnützlich verthan und mißbraucht; Dann so pfleget es heute zu Tage zu zugehen in der Welt / und sehen viele unter geVetterten und geSchwägerten Raths-Freunden an manchen Ohrt/ wie die Geyer und Stoß-Vögel nach den gestiffteten stipendien, wie sie solche exprocuriren und zu wege bringen; ut conqueritur MENGERING. scrutin. conscient. cap. X. cas. 92.

(3.) Danda sunt civium & sub- 93
ditorum filiis, den armen Land- und Stadt-Kindern; Merito enim hi præ extraneis aliqua prærogativa gaudent, quod & Jur. Can.

non

non alienum, quo oriundus ex loco, seu diœcesi, in qua beneficium vacat, aliis extraneis, si idoneus est, præferri debeat. *Can. nec meritis 12. Can. nullus 13. dist. 61. & Cap. 41. X. de Elect.* Et SECKENDORFF. Teutsch: Fürsten-Staat *p. 2. cap.* 14. *dicit.* Weil manches ingenium aus Mangel des Verlags/ nichts lernet/ so haben die Landes-Herren von Alters sonderlich nach der Religions Änderung stipendia verordnet / zu welchem vor andern / die arme Lands-Kinder / so tüchtige ingenia haben/ befordert werden.

94. Quod si stipendia in Municipiis non exstent, officium Magistratus requirit, ut nihilo minus subveniat Scholarium inopiæ, & quidem ditiores, senes, coelibes & orbi, ad liberalitatem excitandi, quæ tamen avaritioso hoc sæculo rarissima est, ubi etiam monendi, ne stipendia & eleemosynas post tempus mortis differant. Mors enim 95.
sæpe interrumpit consilia hominum & rixosi heredes controversias excitant, ad subvertenda defunctorum Judicia. FRITSCH. *d. tract. c. 7. n. 28. & seq.* Et ut BACO. *de Verulam ibi alleg. serm fid. cap. 35. dicit.* Opera charitatis in mortem usque ne differas; Etenim si quis recte rem æstimet, qui id facit ex alieno potius donat, quam ex proprio. Si nec eo modo clava Herculi extorqueri poterit, tenuitati Scholarium succurrere debet ærarium publicum, vel etiam, ferente necessitate, collecta ostiatim instituenda.

Caput XXXI.

DE MUNICIPIORUM CURA PAUPERUM.

SUMMARIA.

1. *Tristi hoc seculo pauperibus subveniendum.*
2. *Ad officium hoc nos incitant varia ordinationes.*
3. *Pauperes privilegiis Ecclesiæ gaudent.*
4. *Quinam nomine pauperum veniant?*
5. *Paupertas alia est fatalis, alia est voluntaria.*
6. *Regula circa ptochotrophium.*
7. *Quid probandum incumbat Magistratui Municipali, si Superior alimoniam pauperum vindicet?*

8.

8. *Præsumptio est pro Magistratu, si curatores pauperum semper fuerunt ex civibus præfecti.*
9. *Si & Senatus semper eorum curam egit.*
10. *Immemorialis possessio & hic est vice privilegii.*
11. *Tempus immemoriale etiam superiores Dominos stringit.*
12. *Principis dignitati, circa curam pauperum ab inferioribus susceptam, nihil decedit.*
13. *Principi semper integrum est emendare, si in quoque officio Magistratus inferior impingat.*
14. *Alendi præprimis sunt pauperes publicæ mendicitatis pudore retenti* Haus-Armen.
15. *Orphanorum habenda ratio.* Waysen-Häuser.
16. Waysen-Vater.
17. *Quando cura orphanorum competat Judici Ecclesiastico.*
18. *Cura Orphanorum & incumbit ministris Ecclesiæ ac* Præceptoribus *Scholarum.*
19. *Ordinatio orphanotrophiorum,* Waysen-Ordnung.
20. *Ordinationis talis capita præcipua.*
21. *Hospitalia* Gast-Häuser.
22. *Quando fundatio hospitalis præsumatur Ecclesiastica, non laica?*
23. *Quænam personæ in hospitalia recipiendæ?*
24. *Quid cavendum si hospitium conceditur extraneis pauperibus,* das freye Nacht-Lager.
25. *Ordinatio desuper Ecclesiast. Magdeburgensis.*
26. *Peregrinus pauper in hospitali decedens, cujus sumptibus sepeliendus.*
27. *Alendi & sunt mente capiti, furiosi & debilitati.*
28. *Leprosoria,* Sichen-Häuser.
29. *Eorum origo.*
30. *Hodie transferri possunt reditus leprosoriis destinati, ad alios pios usus.*
31. 32. *Veri leprosi hodie non dantur.*
33. *Elephantiasis quæ?*
34. *Guidonis Patini Med. Gall. de leprosis nostris Judicium.*
35. 36. *Qualiter pro leprosis se venditantes examinandi & dignoscendi?*
37. *Signa externa veræ lepræ.*
38. *Perfecte leprosi vix inveniuntur.*

39. *Lepra Israelitica.*
40. *Provisores pauperum quinam constituendi?*
41. *Eorum officium.*
42. *Eorum rationes reddendæ.*
43. *Inspectores pauperum adhuc à Magistratu dandi.*
44. *Horum officium.*
45. *In his negligens Magistratus constringendus est à Principe.*
46. *An provisores pauperum Judicio pulsati satisdare cogantur.*
47. *Quid requiratur in alienatione bonorum pauperum?*
48. *Accedere debet consensus Principis.*
49. *Quid sit Magistratus officium, si reditus pro alendis pauperibus deficiant?*
50. *Testimonium paupertatis, quando civibus dandum.*

Conclamato hoc seculo, ubi in orbe, velut senio labefactato, omnia in infirmius & contur-
1. batius ruunt nec vestigia quidem pristinæ felicitatis ullibi, quam in historiis veterum supersunt, nihil Magistratui magis curæ & cordi erit, quam ut in dies crescens depauperatorum caterva miseræ vitæ levamen inveniat. Adstringit eos ad id Christianæ charitatis vinculum & Salvatoris indubitata retributio; Ligant Imperii Constitutiones & saluberrima Principum mandata, quæ ne à perversis seculi moribus vincantur, unice curandum est.

2. Voluit Christus Salvator, pauperes semper esse circa nos *Joh.* 12. 8. Hinc non abs ratione Ordinatio Imperii *Polit*, *Reformation* **guter Policey** *de anno* 1540. *tit.* 26. **Von Bettelern.** Voluit, ut quælibet civitas suos alat pauperes, in verb: **Daß auch die Obrigkeit Versehung thuen / daß eine jede Stadt und** Commun, **ihre Armen selbst ernehre / und erhalte /** quo & collimant Principalia Edicta toties quoties iterata.

Imo pauperes privilegiis Eccle- 3.
siæ gaudent, *l. omnia* 35. *C. de Episc. & Cler.* AFFLICT. *dec.* 67. *n.* 4. MENOCH. *de recup. poss. rem.* 15. *n.* 23. WESEMB. *vol.* 4. *Consil.* 194. *n.* 34. ubi ait: **Es ist gewiß / daß armer Leute Güter / vor geistliche Kirchen-Güter sollen und müssen geachtet und geschätzet werden / auch mit desselben** privilegien **und Befreyung in rechten begnadet seyn.** Imo pauperes etiam Ecclesiæ vocabulo venire statuit CARPZOV. *juripr. Eccles. lic. I. des.* 92. *n.* 4.

 Qui-

4. Quinam autem pauperum nomine veniant, ubi vel de eorum alimonia vel de institutione testamentaria, quæritur? Et certum est quod alleganti paupertatem incumbat probatio, COVARRUV. *var. resol. lib. II. c. 7. n. 2. 2.* GAIL. I. *obs. 142. n. 5.* Vel etiam ex præsumptionibus & indiciis sufficienter probatur ALEX. *cons. 37. lib. VII.* In genere pauper dicitur qui parum habet, qui nec immobilia bona possidet, sed operis manualibus se sustentare necessum habet: CRAVETT. *consil. 199. n.* 8. vel qui nec arte, nec industria sibi suisque de necessariis providere potest. JASON. *in l. 24. n. 6. ff. solut.*
5. *matrim.* Hic autem loci, ubi de eorum sustentatione agitur, distinguendum inter paupertatem fatalem & voluntariam juxt. HEIG *p. 1. quæst. 35. n. 148.* & merito calamitosis, non dolosis vel criminosis subveniendum, STRACC. *de decoct. p. 2. n. 2.* maxime cum de paupere litigante & de ejus patrocinio gratis impetrando, quæ-
6. stio obvenit. Verum in materia ptochotrophiæ, & de alendis pauperibus, in Municipio fundatio ut norma ac fundamentum, inspici debet: Sic in Xenodochia saltem recipiendi peregrini, in nosocomia ægroti, in orphanotrophia infantes, in Gerontocomia senes, FRITSCH *de Hospital. c. 4. n. 6. 7.*

Si autem à Domino territorii, 7.
ob summam jurisdictionem, tam in Ecclesiasticis, quam temporalibus competentem, & hinc ob fundatam ejus intentionem, ut & ob translata Episcopalia jura, cura & administratio locorum pro alimonia pauperum destinatorum, secluso Magistratu Municipali, vindicetur, eo casu Magistratui oppidano incumbit probare, reditus à civibus & incolis ad pios usus provenisse & assignatos esse, ejusque instrumenta producenda, quæ probatione non destituuntur *l. cum instrumentis l. in exercendis. & l. contractus C. de fid. instrum. l. 1. C. de donat. Secundo* militat pro Ma- 8.
gistratu, si omni tempore domibus istis piis, cives oppidani, tanquam præfecti, provisores & administratores a Senatu loci semper fuerunt electi & ordinati *arg. l. 1. & seq. ff. de tutor. & curat. dat. l. orphanotrophos C. de Episc. & Cler. Tertio*, si Senatus paupe- 9.
rum curam semper egit, alimenta ipsis præbuit, ædificia exstruxit; Item necessitate & utilitate cogente ac suadente, patrocinium publicum suscepit, & adversus injustos litigatores defendit COTTM. *vol. 4. resp. 33. n. 27.* ex quo is deducit, quod ob talia onera, admi-

ministratio & jurisdictio, velut in laboris & operarum præmium, intacta & illibata relinquenda, per *l. secundum naturam ff. de R. J.*
10. *Quarto*, eo facit, si Magistratus Municipalis ultra hominum memoriam hoc jure fuit usus, unde fluit quod firmissimo hoc titulo sit defendendus, nam immemorialis possessio vim habet privilegii, constituti, pacti, expressi decreti instrumenti publici, ipsiusque veritatis SCHRAD. *conf.* 20. nam hoc possessionis talis commodum est, ne quis ob id quoquo colore inquietetur & turbetur, donec ordnaria juris via à possessore legitimis modis auferatur *l. in pari ff. de R. J. l. is qui ff. de R. V. l. exitus ff. de acquir. vel amitt. poss. & tot. tit. ff. & C. uti possid.* Quæ
11. æquitatis ratio superiores Dominos in præeminenti officio constitutos, etiam stringit & obligat, cum digna vox sit Majestate Regnantis, præceptis ipsa naturæ lege fundatis se alligatum profiteri *l. digna*
12. *vox C. de LL.* Quod & minus dubii habet in Principe, qui fons præsumitur & norma justitiæ, cujus præeminenti dignitati, nihil quicquam derogandum, interim hic agitur de domibus piis minoribus, quarum cura & administratio, quia parvi momenti, eo & facilius inferioribus Magistratibus conceditur & relinquitur *l. in Ecclesiis* 11. *C. de Episc. & Cler. C. Ecclesia dist.* 1. *de consecrat.* Inde 13.
& summæ jurisdictioni, Domini territorialis nihil detrahitur, sed ipsi integrum manet, si quid vitii & incommodi ex tali inferiorum Magistratuum administratione irrepat, competentibus remediis & mandatis emendare. Pluribus fundamentis hanc sententiam adstruit *præalleg.* COTTM. *conf.* 33. *vol.* 4.

Prima ergo sustentationis ratio 14.
à Magistratu habenda, ut cives inquilini, temporum iniquitate & calamitate oppressi, qui se suosque alere nequeunt, quos **Hauß-Armen** vocamus, notatos & commendatos sibi habeat, eorumque necessitati succurrat. Cum durum sit, ut tales sæpe honestioris conditionis, & pudore publicæ mendicitatis retenti, per plateas oberrent, stipis quærendæ gratia, quæ res maximam in republ. confusionem gubernationis parit. KÖNIG. *Theatr. polit. p.* 2. *c.* 10. *n.* 22. KECKERMAN. *syst. polit. cap.* 14.

Deinde Principalis erit cura 15.
Magistratus Municipalis, ut debito levamine prospiciantur orphani, id est, utroque parente orbati, & quibus cæteroquin educationis honestæ, media deficiunt, erigenda sunt huic fini, quantum

fieri potis est Orphanotrophia, Weisen-Häuser/ quibus à Magistratu præficiuntur administratores & Provisores Weisen Vorsteher/ Weisen Herren. Deinde orphanis una cohabitet & qui ob quotidianam alimentationis curam vice parentis ipsis est, der Weisen Vatter. Si autem orphanotrophium fundatum est auctoritate Episcopi, vel loci Principis, tunc cura & inspectio subjacet Judici Ecclesiastico. *Clem.* 2. *de Jud. Tusc. Concl. pract.* 158. *lit. H.* CAVALCAN. *decis.* 17. *n.* 13.

16.

17.

18. Licet autem ejus fundatio sit profana, ejusque inspectionem sibi vindicet Magistratus inferior, nihilominus tamen Ministrorum Ecclesiæ est, orphanis veræ religionis incunabila implantare, ne quicquam in hoc unice necessario negligatur. Præceptoribus Scholarum quoque incumbit, ut gratis absque præstatione didactri eos instituant.

19. Ut autem orphanotrophio sat prospectum sit, officio satisfacit Magistratus, si congruam orphanotrophii administratoribus præscribat methodum, eine Weisen Ordnung/ exacte servandam, cujus normam tradit PHILIP. von Zesen/ Beschreibung der Stadt Amsterdam *pag. m.* 285. *& seq. ex qua hæc* saltem noto undique facili usu imitabilia. (1.) Daß niemand in das Weisen-Hauß solle genommen werden/ als Bürger Kinder/ welche Vatter und Mutterloß / auch das neunte Jahr noch nicht erreichet / weder aus unehlichen Bette gezeuget / und deren Eltern einige Jahren (ubi certus annorum numerus additur) Bürger gewesen. (2.) Daß alles Guht/ welches der eingenommen Weißlein ihre Eltern hinterlassen/ dem Weisen-Hause zukommen und so lang darin bleiben soll. Auch (3.) die Gühter/ welche dem Weißlein/ weil sie im Weisen-Hause wohnen / ansterben oder zu Erben heim fallen/ soll das Weisen-Hauß/ empfangen und so lange gebrauchen als sie darinnen sind. (4) Im fall ein Weißlein / das im Waisen-Hause wohnet/ sturbe/ und keinen rechtmäßigen Erben nachliesse/ alsdann soll von ihm das Waisen-Hauß Erben. (5). Die Waisen sollen so lange im Waisen Hause bleiben / biß sie tüchtig sind bey einem Handwerck sich zu verdingen. (6). In solchem Fall sollen sie frey seyn von den Gülden/oder Innungs Geldern/ so beym Amt oder Gilden zu erlegen sind &c.

20.

21. Præter hæc, solent & in Municipiis constitui hospitalia, Spiethäle

le alias Gast-Häuser / Armen-Häuser/alicubi H. Geist Armen/ quæ sunt domus piæ & religiosæ, in quibus etiam peregrini, pauperes, ægroti, exposititii, senes, aliæque personæ miserabiles, gratis, vel ad certum tempus, vel ad dies vitæ excipiuntur, iisque necessariis alimentis prospicitur, FRITSCH. *d. tract. de Hospital. c.* 1. *n.* 3.
22. Si autem dubium incidit, an fundatio horum locorum sit Ecclesiastica vel laica, istius, non hujus, signa sunt. (1.) Si ædificata sint in formam Ecclesiæ, verb. gr. si erectum sit campanile cum campana, ibique celebrentur divina, MENOCH. *de præs. lib. III. præs.* 132. *n.* 50. (2.) Si haberet nomen Sancti sibi appropriati. Einen gewissen Heiligen Patronen FELIN. *in c.* 3. *de consecr. dist.* 1. *n.* 13. Si in eis sint sepulturæ vel coemiteria ROMAN. *Consil.* 477. *n.* 11. (4.) Si reciperent decimas *Id. cit loc, n.* 12. Cæteroquin præsumitur profanum FRITSCH. *cit. tr. n.* 4. *& seq.*

23. Quænam autem personæ in ejusmodi locis recipiendæ, inspicienda desuper est fundationis qualitas, quæ fundamentum & norma hic esse debet.
24. Aliquibus in locis, ubi hospitatura extraneis pauperibus conceditur, das freye Nachtlager/ invigilandum est administratoribus maxima cautione, ne fures, latrones, incendiarii, proditores, Zingari, validique mendicantes, (de quibus expellendis traditur *infr. lib. III. cap.* 32.) Similisque criminis suspecti homines recipiantur, cæterisque hospitium ultra triduum non concedatur, habita tamen ratione legum charitatis, uti habet. Fürstl. Magdeburg. Kirchen-Ordnung/ 25.
c. 27. §. 13. ibi Da sie schwach und Kranck/ sollen sie nicht also fort des andern Tages/ wieder verstossen/sondern nach der Vorsteher ermessen länger gelitten und mit Speiß und Tranck versehen werdē.

Huc etiam refertur cura infantum expositorum, der Fündel-Kinder oder Fündelingen/ quorum alimentatio incumbit iis, ad quos criminalis Jurisdictio in loco pertinet. Supr. FRITSCH. *citat. cap. n.* 26. Ubi *n. praced.* quærit, si peregrinus pauper in hospitali moriatur cujus sumptibus sepeliendus? Et decidit, nisi onus hoc hospitalis reditibus impositum sit, vel eorum tenuitate id fieri non possit, ad Magistratum loci, curam sepulturæ spectare.

In hospitalibus, ejusque domibus alendi etiam mente capti, furiosi, deformes, membris debilitati, morbo caduco correpti, & similes, nec permittet Magistratus, ut tales circumvagando, vel homi- 26.

nibus noceant, vel fœminis gravi-
dis aliisque perſonis honeſtis ter-
ribiles & damno ſint, quibus alen-
dis in civitatibus majoribus certa
collegia & receptacula ſunt ordi-
28. nata. SCHÖNBORN. *Polit.* 3. *c.* 18.
Denique videmus, extra Muni-
cipiorum mœnia fundata & exſtru-
29. cta eſſe leproſoria Siechen-Häu-
ſer. Horum originem deducit
FRISTCH. *cit. tr. c* 2. *n.* 6. ex
temporibus belli ſacri, in Paleſti-
na, contra Saracenos, ac infideles
ſæpius geſti, cum lepræ lues ex ter-
ra Aſiatica per milites ad oras no-
30. ſtras illata eſſet. Quicquid autem
ejus ſit, utcunque omnia ferè
Municipia pro leproſis, ſeparata
domicilia ob contagii labem con-
ſtituta, & ſat lautis reditibus fun-
data habeant, merito hodierni Ma-
giſtratus, ceſſante tali malo, de trans-
ferendis ad alios uſus pios, hujus-
modi proventibus ſunt ſolliciti.
31. Docent enim Medici, veram le-
pram, quam dicunt Arabum, quæ
& elephantiaſis vocatur, hiſce tem-
poribus non dari, & ob experien-
tiæ defectum vix inter mille me-
dicos uni contigiſſe affectum hunc
32. propriis luſtrare oculis. Veram
hanc lepram, vel elephantiaſin
deſcribit PAUL. ZACH. *Quæſt. med.
leg. lib. VIII tit. 1. quæſt.* 21. *n.* 7. ex
MACROB. *lib. I. cap.* 15.

*Eſt lepræ ſpecies, elephantiaſisque vo-
catur
Quæ cunctis morbis major ſic eſſe vi-
detur.
Ut major cunctis elephas animalibus
exſtat.*

Ex qua deſcriptione cum præ- 33.
miſſis paret, leproſos, vel pro tali-
bus ſeſe venditantes, ac in vicinis
quibuscunque oppidis oſtiatim
cum crepitaculo ſtipem quæren-
tes, potius pro impetiginoſis vel
pernicioſa ſcabie, curabili tamen
infectis, ſi non pro validis mendi-
cantibus, habendos eſſe. GUID PA- 34.
TINUS celebris Medicus Gallus, de
iis aſſerit, quod amplius nec in
Compania, nec Picardia, ſed ſal-
tem in Provincia, Languedocio
& Pictovio reperiantur, atque olim
Venerea lue infectos, pro leproſis
ab indoctis medicis in barbarie
ſeculi, habitos fuiſſe *in Epiſt. tom.*
1. ZACHIAS *lib. II. tit.* 3. *q.* 6. *n.* 17.
varias impetiginis ſpecies affert,
ſed facili negotio ſanabiles.

Veri itaque leproſi & per con- 35.
ſequens ob metum contagii à con-
ſortio ſanorum ſegregandi ſi den-
tur, his ob fundationis inſtitutum
ex leproſorii reditibus proſpicien-
dum, ſed cum facillime ſupra di-
cta ratione fraudis & ignaviæ me-
tus ſubeſſe poterit, non inutilem
operam conferre arbitror, ſi ex
GREGOR. HORSTII. Ulmenſis ce-
leberrimi Medici *Conſultat. Medicis
ſect.* 4. *pag.* 388. *&* 389. hic addo,
qua-

qualiter ipſe ad mandatum Magiſtratus ſui, leproſorum examen inſtituerit. Primo dicit, ſe anno-
36. tare nomen proprium cum familia parentum, atque una cum ætate perquirere ſe, ait, num talis forte parentibus vel avis leproſis genitus ſit, deinde quo vitæ genere utatur, quoque ſodalitio hactenus uſus ſit, num forte per contagium aliquid contraxerit; tertio quibus morbis alias obnoxius fuerit ſimul temperamentum & conſtitutionem naturalem ante morbum recolligendo. &c. Signa externa autem
37. hæc recenſet: Denudatis partibus omnibus, primo caput inſpiciendum num pili leviter decidere incipiant, num ſubtiliores redditi in barba, ſuperciliis, & palpebris cadant, & in radicibus extracti carnis aliquid ſecum ferant, num oculi rotundi, torvi, aures acuminatæ, labia craſſa, nares exterius tumentes, interius occluſæ & ulceroſæ facies tuberculis inæqualiter tumida aquam non recipiat? num ſub cute tubercula reperiantur quæ inſtar anſerum deplumatarum horrendis rugis corium elephantis referant (unde elephantiaſis) vel cutis ſcateat verrucis grandinem ſuillam æmulantibus? num ungues incurventur, & puncturæ acu factæ ſentiantur, num ulceræ fœtida habeant, num vox rauca & obtuſa. &c. Calculum hiſce addit PAULUS ZACHIAS, dum ait, impoſſibile eſ- 38.
ſe, inveniri perfecte leproſum, id eſt à conſortio ſanorum ſeparandum, niſi & externa ejus facies defœdetur *cit. Lib. VIII. tit. 1. quæſt. 21. num. 7.*

Cum ergo nulli in oris noſtris 39.
reperiantur vera elephantiaſi infecti, tantum abeſt ut putes, leproſis noſtris vulgo talibus, ex Iſraelitica lepra aliquid inhærere, de qua conſtat quod non ſaltem eorum veſtes, ſed & domus morbo hoc inquinaverit, ut herum cum familia & ſupellectile expellat *Lev. 14.* Deus enim, ut ſingularibus privilegiis Iſraeliticum populum ornavit, ita quoque ingratitudinem & abuſum donorum atrocibus ſuppliciis punivit.

Ad materiam pauperum, eo-
rumque curam in Municipis ſuſci- 40.
piendam, ut revertar, de adminiſtratoribus, vel ut alibi vocantur, proviſoribus quædam adhuc ſubjicienda. Qui debent eſſe viri pii, conſcientioſi, fideles, rei œconomicæ periti & induſtrii, inculpatæ vitæ ſcelerisque puri, non nimis egeni ſed bonis inſtructi, nec implicati alienis officiis, ut eo diligentius huic curæ præeſſe poſ-
ſint. Quibus incumbit circa initi-
um adminiſtrationis inventarium 41
conficere, ut omnes reditus diligen-

genter in eo sint notati. Bona hæc, tanquam à diligente parrefamilias, tutore, vel curatore optime administranda, rationes proventuum consignandæ, ne dissipentur, vel quoquo modo diminuanrur.
42. Tum quotannis rationes reddendæ ædificia pio huic usui destinata diruta & destructa restauranranda & ut administratores hi eo accuratius & expeditius muneri huic præesse, possint, cæteris muneribus non onerandi. FRITSCH. *d. tract. c. 7.* atque eo omnia præstent, quæ in tutore & curatore frugi requiruntur.

43. Ut & hi alacrius præstanda præstent, nec omnis pauperum salus horum manibus saltem tradita sit, præter hos adhuc inspectores & curatores pauperum a Magistratu designandi, qui loca hæc pia sæpius visitent, ut corrigenda corrigantur.
44. *Hinc supr. cit. ordinat. d. cap.* §. 5. salutariter disposuit: Es sol der Raht in Städtten über die bestellte Vorsteher / auch noch zween Personen aus ihrem Mittel / die Inspection auftragen / welche gleichfals offtmahls in die Hospitale gehen / und mit Fleiß erkundigen sollen / wie Hauß gehalten werde &c. Daß Zucht und Einigkeit unter ihnen gehalten / und die Widerspenstige und Ungehorsame mit Ernst gestraffet / wann auch die Armen ihre geordnete Gebühr nicht gereichen / ernstlich darum geredet / und in seine rechte Ordnung gebracht werden &c.

Cæteroquin, si in hoc negligens reperiatur Magistratus Municipalis, à Principe & Domino territorrii per remedia compulsorialia ad id constringitur, & quidem vigore jurium Episcopalium, quæ transactione Passaviensi Statibus Imperii competunt iisque, jura visitandi loca pia connexa sunt. KLOCK. *vol. 3 consil. 148. n. ult.* Ubi ait: So haben Ihr. Hoch-Gräfl. Gnad. ermeldten Raht zu Herausgebung / und gebührlicher Justificirung der Hospital-Rechnungen / im Fall Verwegerens / durch Obrigkeitliche Ambts- und Zwangs-Mittel / billig anzuhalten / und sich darbey der Ober-Inspection und juris visitandi billig zu gebrauchen. 45.

Hisce præsuppositis orphanotrophis vel hospitariis hoc privilegii competit, quod ob causas pauperum conventi in judicio satisdare non cogantur, exemplo tutorum & curatorum, si pupilli bona immobilia possideant *l. 5. §. 5. qui satisd. cog.* pari modo, ut Ecclesia non cavet, sed semper solvendo esse præsumitur, habet enim divitem patronum in Cœlis, eo facit *l. or-* 46.

orphanotrophos 22. *C. de Episc. & Cir. ibique* BRUNN.

47. De alienatione horum bonorum hoc saltem addo, quod bona talia æque ac Ecclesiastica alienari prohibita sint, nisi adsit extremæ necessitatis casus, ut per alienationem piis locis melius consulatur *C. fine vers. nisi aliquid* 12. *quæst.* 2. Nam causa utilitatis æquiparatur necessitati *C. ult. de Eccles. ædifici*,

48. Accedere etiam debet consensus Principis, aut hujus decretum, ut alienatio sortiatur effectum, nam instar sacrilegii est, dubitare, an valeat, quod Princeps confirmat *C. qui autem* 1. *qu.* 4. *l. sacrilegii C. de divers. rescript.* impetrandus est talis consensus, per allegatas justas alienationis causas, nec creditur administratori has alleganti, nisi eæ probentur per legitima documenta. WESEMB. *cons.* 194. *n.* 61. *vol.* 4. Licet & alienatio in casu licito & debitis solennnitatibus sit facta, cum tamen constet vel probari possit, ptochotrophium, vel hospitale esse læsum, datur restitutio in integrum æque ac Ecclesiæ.

49. Quibus addo, quod si Magistratus Municipalis alendis pauperibus deficiente reditu, par non sit, officio suo satisfacit, si quosdam ex civibus depuret ad eleemosynas stato tempore, ostiatim colligendas. Alibi pelves præ foribus templi ponuntur diebus dominicis & feriatis in quas munus suum unusquisque defert.

Quod si autem calamitoso fato obveniat, ut civitas ipsa, vel ob 50.
sterilitatem, incendium, bellique perniciem aliosque fortunæ casus depauperata reddatur, ut incolæ alibi stipem quærere cogantur, ne in exteris provinciis, cæteroquin liberaliores, metu suspectorum testimoniorum à beneficientia abstrahantur, incumbit Magistratui, ut hisce largiatur publicum testimonium miseriæ & paupertatis, ac simul licentiam colligendi stipem, quo facit *Reform. Pol. de an.* 1548. *tit.* 26. *& de anno* 1577. *tit.* von Betlerern 27. *in verbis*: Es währe denn Sach / daß eine jede Stadt / oder Amt / mit also vielen Armen beladen / daß sie an dem Ort nicht möchten ernehret werden / so sol die Obrigkeit dieselbe Armen mit einen briefflichen Schein und Uhrkund in ein ander Amt zu befordern Macht haben &c.

Caput XXXII.

DE MUNICIPIORUM CURA SANITATIS.

SUMMARIA.

1. *Sanitatis cura merito habenda.*
2. *Depurganda sunt Municipia à putridis.*
3. *Fœtor nocivus.*
4. *Sordida opificia extra muros tractanda.*
5. *Fimus non projiciendus in plateas publicas.*
6. *Exceptio.*
7. Stadt-*Physicus qua ejus requisita?*
8. *Egenis medebitur gratis.*
9. *Idque sub pœna privationis officii, idemque est in Advocatis.*
10. *Tempore contagii non aufugiat Medicus civitatis.*
11. *Pharmacopolia visitanda.*
12. *Arcendi sunt Pseudo Medici,* Marckt-Schreyer / Quacksalber / Störger.
13. *Ars medica multos habet imitatores.*
14. *Ingruente contagio, custodes apponendi portis.*
15. *Tempore contagii adventans sanum se asserens id probabit.*
16. *Literæ testimoniales sanitatis earumque requisita.*
17. *Quomodo & qualiter tum examinandi advenæ?*
18. *Instituendæ domus publicæ pro morbosis.*
19. Stadt-*Chyrurgi ejorum officium.*
20. *Appellatione Chyrurgi etiam venit Medicus.*
21. *Chyrurgus unde dicatur?*
22. *Eorum circumspectio & peritia.*
23. *Arcendi quoque pseudo Chyrurgi.*
24. *Neo Chyrurgus examinandus à Medico.*
25. *Chyrurgi ne exerceant artem medicam.*
26. *Hornm recepta tradita sunto lege artis.*
27. *Chyrurgi raro collegium ineunt.*
28. *Tempore contagii peculiaris adsumendus Chyrurgus.*
29. *Pharmacopolia bene ordinanda.*

30. *Pharmacopolæ officium.*
32. *Ad quam classem Civium referantur pharmacopolæ.*
32. *Versantur in arte mechanica.*
33. *Æquiparandi mercatoribus.*
34. *Magistratus cura extendenda circa personas gravidas.*
35. *Obstetricum officium arduum.*
36. *Eæ exercent medicinam.*
37. Weh-Mutter *cur dictæ?*
38. *Belgarum Vroedvrou unde?*
39. *Obstetrices cur ita vocatæ?*
40. *Quænam præficiendæ huic muneri?*
41. *Diligenter prius examinandæ, coram quibus?*
42. *Formula juramenti obstetricum.*
43. *Turpes & superstitiosæ ad officium hoc non admittendæ. Exemplum.*
44. *Ratione asserti stupri violenti, ex assertione obstetricum standum.*
45. *Et ratione virginitatis investigandæ.*
46. *Indicia virginitatis maxime fallacia. Exemplum.*
47. *Quid si par obstetricum numerus virginitatem asserat & neget.*
48. *Quando magis credendum de coruptione deponentibus.*
49. *Quid si medici & obstetrices in eo dissentiant.*
50. *In casu abortus habendum est consilium obstetricis.*
51. *Quid in casu infanticidii ab obstetricibus examinandum?*
52. *An lac mammillare semper sit indicium graviditatis?*
53. *Quale illud lac esse debeat?*
54. *Ratione editionis gemellorum credendum est obstetricibus.*
55. *Et an partus fuerit vivus.*
56. *Non tamen creditur obstetrici sine solenni juramento.*
57. *Quid si deponat obstetrix, quæ jam præstitit juramentum officii?*

1. Prout homines constituunt Rempl. ita eorum interitus eam dirimit; Hujus præfecti ergo non immerito, & sanitatis curam gerunt, eique prospiciunt, ut omnia mala, quæ hominem evertunt, quantum naturæ ordo permittit, arceantur, & ut labes in civitatem serpens eamque inficiens, pro posse restringatur, ne longius vagetur. Curent ergo 2. ne aer fecibus putridis inquinetur & ut hiatibus pestiferis via occludatur, ut cloacæ evacuentur & reficiantur, quod ad salubritatem civium & tutelam spectat l. 1. §. 1.

de Cloac. l. fin. §. fin. quod vi aut. clam. nam, donec Roma cloacis uſa eſt, ſanum fuit & ſalubre, ibi habitare, ſecundum GLOSS. *in c. qualiter 7. q. 1.* Tum ne piſces carnesque corrupti & contagioſi publice vendantur, fructus ne immaturi uſurpentur, ut flumina limpidiora & ſalubriores aquæ in urbem deriventur, ut tubi, fiſtulæ, canales & rivi per Municipium ducti, continuo expurgentur, atque eo modo peſtes, febres gravesque morbi, publicæque infirmitates removeantur KNIPSCH. *de civit. Imp. lib. V. c. 19. n. 4.*
3. Sæpe & fœtidiora purgamenta noctu emittenda, ne fœtidus odor vicinis officiat, nam actio in factum competit ſi fœtor in viam vel locum publicum immittatur *l. 2. §. idem ait ff. ne quid in loc. publ.* RIPA. *de peſte p. ult. tit. de rem. præſerv. n. 64.* quod onus Romæ œdilium Curulium erat ut ejusmodi viæ emendarentur *l. 1. ædiles ff. de via publ.* Ubi dicitur, non permittant œdiles in viis publicis, ſtercora projici, neque morticinia, neque coria jacere.
4. Quo & ſpectat, ut prohibeantur coriarii & omnes, qui pelles accommodant, artem ſuam exercere, niſi in extrema civitatis parte, ad aeris ſalubritatem conſervandam BOREL. *de Magiſtrat. edict. lib. III. cap. 12.* Eò facit, ne liceat, ex aquariolo ſeu ſeclario immittere lavaturam ollarum & ſcutellarum in viam publicam, maxime quando aqua ibi fœtida reſtagnat. CÆPOLLA. *de ſervit. in Rubr. de aqua duct. quæſt. 8. princ.* Volunt & huc referri, non licere ponere paleas in via publica, ne ibidem marceſcant & in fimum convertantur, vel ne in plateis ponatur fimus, ne colluvies decurrat in publicum, neve porci & ejusmodi fœtida animalia alantur in civitate. RIPA *dict. tract. Cap. de remed. præſervat.* 5.
Verum hæc ultima cautio in oppidis & Municipiis rei agrariæ deditis, in denen Feld- oder Acker-Städten, quæ ex agricultura ſubſiſtentiam & vitæ ſolamen quærunt, vix absque civium maximo incommodo effectui dari poterit. 6.

Curam ſanitatis Municipia præcipue committunt Medico civitatis, quem Stadt-Phyſicum vocamus, qui peritus eſſe & exercitatus, atque publicum eruditionis ſuæ teſtimonium exhibere debet, ſicut enim ut ANGELUS ait, non eſt confidendum novo Advocato, quia eſt litium confuſor, ſic & Medico novello quia eſt occiſor parentum *in l. 1. §. pueritiam ff de Poſtul.* Scientiam ergo habebit medicinalem, ut poſſeſſores civitatis ſe liberosque ſuos in ægritudine corporum comittere poſſint *l. 1. ff. de Decret ab ord. fac.* qui ſcit morbi cauſas 7.

ſas exprimere juxta HYPPOCR. *in proleg. prognoſt.* qui novis morbis nova ſcit antidota præparare *c. cæterum 5. X. de juram. calumn.* nec talis ſit, qui uno collyrio omnium oculos vult curare *c. fin. diſt.* 29.

8. Ejus officium eſt (1.) parem opem ſedulo præſtare & opulentibus & egenis, debet enim in ipſo, ut in judice, nulla eſſe perſonarum acceptio vel reſpectus, pauperibus gratis medebitur, præmium à Deo exſpectans, BART. *in l. Archiatri C. de Profeſſ. & medic.* GAIL. 1. *obſ. 43. n.* 13. Quia non decet apud eum plus valere pecunia, quam vita morituri, ut ait AMBROSIUS *C. Non ſatis 14. diſt. 86.* Cura enim pauperum honeſtiſſima, & cura divitum ſpe præmii turpiſſima eſt JOH. *de* PLATEA *ad d. l. Archiatri.*

9. Æque enim ac Advocatus ſi pauperibus gratis inſervire detrectet, ſub pœna non ſolum pecuniaria, ſed etiam privationis officii, arctari & compelli poteſt. SPECKHAN. *cent. 1. quæſt. 33. n.* 16.

10. (2.) Tempore peſtis & contagii aufugere & alio decedere ipſi non licitum, ob publicam ſanitatis curam, cui adſtrictus eſt. BESOLD. *de vita & mort. conſid. lib. II. c. 2. n.* 3. ſi enim privatus Medicus, qui ſemel officium medicandi aſſumpſit, in tantum obligatur ægroto, ut eum quantum poterit, curare cogatur *c. 1. diſt.* 83. quanto magis univerſitati obſtrictus eſt, qui pro ſalario, quo fruitur illimitatam operam promiſit.

(3.) Ut Pharmacopolia diligenter 11. viſitet non enim ſufficit, ut bonam medicinam, ſecundum canones phyſicales præparet, ſed ſimul advertendum ipſi eſt, ne aromata detrita & corrupta miſceantur, & quid pro quo infirmis propinetur, quæ ſpecies magis nocere, quam prodeſſe ſolent SPECKH. *cit. cent. 1. qu. 13. n.* 4. Arcendi itaque me- 12. rito Municipiis ſunt omnes pſeudo Medici, profeſſionis deſertores, ardeliones, circulatores, circumforanei ejusmodi impoſtores, & carnifices, Marckſchreyer / Zahnbrecher / Quackſalber / Störger / Thyriacks-Krämer &c. quibus præter latratum, nec eruditio nec doctrina eſt, qui magis confundunt, quam reſtituunt ſanitatem, homines que ſimplices miſere decipiunt. KNIPSCH. *de Civit. Imper. lib. V. c. 19. n.* 17. De quibus meminit Carolina Conſt. *art.* 134. Und in dieſem Fall ſoll allermeiſt achtung gegeben werden / auf leichtfertige Leute / die ſich der Artzney unterſtehen / und die mit keinem Grund gelernet haben. Ars enim Medica multos habet ſectatores & imitatores, quo faciunt verſus hi.

Fingunt se medicos, quivis Idiota, Sacerdos,
Judæus, Monachus, Histrio, Rasor, anus.
Miles, mercator, Cerdo, nutrix & arator,
Vult medicas varias quivis habere manus.

14. Ingruente jam contagio, præcipue in id incumbet Magistratus Municipalis prospicere omni studio ne latius malum grassetur, ac tum custodes portis adponendi ut suspecti de contagione repellantur, vel si irrepserint, ut expellantur, quia quò majus periculum, eò cautius agendum *l.* 1. §. *Et quis ff. de Carbon. ediat.* Et advertat, qui
15. sanum eo casu se asserit, hoc tanquam fundamentum petentis ab eo probandum erit, nam in tali dubio semper in deteriorem partem, puta pro ægritudine, inclinatur. Gloss. *in c. 1. de scrutin.* Et pro salute corporis tutior via eligenda *arg. l.* 2. §. *si quis tamen ff. si quis cautiou. de judic. sist. caus. fact.* Probatio au-
16. tem hæc fit per literas testimoniales sanitatis, quibus viatores omnem contagii suspicionem evitare possunt, quam consuetudinem approbat Bart. *in l.* 1. *C. de littor. & itiner. custod. lib. XII.* Literæ hæ continere debent diem discessus à loco, nomen loci à quo & ad quem, nomen & cognomen discedentis, cum subscriptione officialis & sigillo publico Speckh. *alleg. cent.* 1. *quæst.* 11. *n.* 8. Ubi pro cautela mo- 17.
net quod pro variatione detegenda, tum demum de nomine & cognomine interrogandum, cum jam pedem intra portam intulerunt ingressuri, cum enim de introitu amplius non dubitant, faciliorem esse lapsum & variationem.

Celebriores urbes infestis ho- 18.
spitalia sua consignant; si autem Municipia ob mediorum tenuitatem, vel talibus non instructa, vel alendis tot morbosis paria non sunt, consultum ipsis est, ut peculiarem domum huic usui extra civitatem exstrui faciant, ad cujus constructionem, utpote publici operis, quilibet, nullo privilegio obstante, merito confert, quod remedium suggerit Ripa *de peste de remedio ad curand. n.* 1. *ad* 44.

Præter Medicum & de Chirur- 19.
gis sibi prospiciat Magistratus Municipalis, quorum officium est, venas incidere, clysteres, emplastra, collyria &c. admovere, quibus partibus olim Medici functi sunt, ut patet ex §. *6. J. ad L. Aquil. l. 4. ff. ad L. Corn. de sicar.*

Hinc appellatione medicorum 20.
& chirurgi veniunt, quia medicus & chirurgus esse debet. Roder. Decastr. *in Medic. polit. lib. II. cap.* 3. Vocantur autem chirurgi, quia 21.

manua

manuali opera utuntur: die Hand-Griffe in curandis vulneribus, ulceribus, fiſtulis, &c. atque medicationes ſuas forcipe, cultro, ſecuri, ſerra, emplaſtris unguentis
22. expediunt. Horum quoque ſingularis peritia exigitur & circumſpectio, de cæteris PATINUS Celeberrimus Galliæ Medicus ita *in Epiſt* ait. Superbia eorum non moritur, vermis non exſtinguitur. Unde
23. cum multorum periculo perperam agit Magiſtratus, ſi ad artem hanc promiſcue admittantur barbi tonſores, ſcarificatores, balneatores & quod pejus eſt, vetulæ edentulæ, ac ejusmodi genus hominum, qui ſub ſpecie medicinæ fucum faciunt LATHER. *de Cenſib. lib. III. cap.* 12.
24. Merito hi à civitatis Phyſico prius examinandi antequam ad artem hanc admittantur, quia eorum principia à medicina dependent, &
25. regulari debent. Ubi & præcavendum ut intra functionis ſuæ ſe contineant terminos, neque morbos internos ſuſcipiant curandos. Nam experientia ſæpe docuit, quod ejusmodi rabulæ medicinales, recepta ſua non ſolum contra Grammaticam, ſed & contra principia medica componant, interim incultam hanc operam ægris ſuis, qui ſub eorum cura vere patientes ſunt, carius vendunt, quam
26. doctiſſimi Medici ſolent; Vidimus enim ex pharmacopolis, productas eorum ordinationes, non ſecundum libras medicas ſed ratione pretii ad nummos redactas, quo caſu ſane, aucto vel minuto medicaminum valore, periculum ſanitatis non leve incrementum ſumere poterit.

Chirurgi itaque pro magnitudine Municipii, plures vel pauciores recipiendi, qui & aliquando ſed raro collegium coeunt, 27.
daß ſie eine Zunfft aufrichten/ nam ut plurimum ſunt diſſentientientes inter ſe, & æmuli FAUST. ab ASSCHAFF. *conſil. pro arar. claſs.* 16. *ord.* 1141. *conſil.* 56.

Præter ordinarios hos, tempore contagii aſſumendus eſt ex peritiſſimis extraordinarius Chirurgus, ſecretus & fidelis, ut infectos interviſat & curet, quod ut eo fidelius exequatur, juramento conſtringendus eſt, cujus formulam exhibet VOLCKMAN. *art. Notar. cap.* 9. *p.* 3. 28.

Pharmacopolia quoque bene conſtituta & ordinata, ad curam ſanitatis referuntur, quibus præficiendi pharmacopolæ periti, qui varia ex præſcripto Medicorum pharmaca componant, macerando, exprimendo, coquendo, conterendo, miſcendo &c. DAMHOUD. *prax. Crim. cap.* 77. *n.* 25. ita, ut ſi quis eorum negligentia læ- 29.

lædatur, ipsi damnum luant, & mulctentur. *consil. Altorff.* 31.

30. Quorum officium in eo consistit, ut simplicia tempestive & diligenter colligant, composita dispensent, secundum artis medicæ præscriptum, obsoletis & deperditis non utantur, nec quid pro quo adhibenat, sed omnia pro consilio Medici faciant. Abortum causantia, item philtra, nemini concedant, neque temere venenosa, vel fatuis vel ignotis & suspectis, vendant, quo faciunt, *l. illicitas. §. sicuti ff. de off. præsid. l.* 1. *C. de Malef. & Mathemat. l.* 1. *ff. ad Sct. Syllan.* MENOCH. *arbitr. cent.* 4. *cas.* 359. Quia multi sæpe nihil facilius quam operam suam medicam, obtrudunt, mortemque certam vendunt. CORN. AGRIP. *de vanit. scient. cap.* 84.

31. De his incidenter hic quær. In quam classem civium referendi, an ad Literatos, mercatores, vel opifices? CARPZ. *decis.* 8. *n.* 4. *& seq. eos* inter priores ponit, quia in multis Academiis Magistratui Academico sunt subjecti, eò quod literis ob cognitionem herbarum debent esse imbuti, tum quod in oppidulis & villis medicamenta præscribunt, conficiunt & applicant, atque ita pro medicis habentur, à quo rectius dissentit SCHILTER. *Corol.* 1. *ad Exercit. ff.* 7. *post* LAUTERBACH. *de jur. in cur. mercat. usit.* Quia in arte mechanica ver- 32.
santur, & frustra argui ad ordinem literatum, ex eo quod idem subjectum possit esse capax artium liberalium, & mechanicarum, interim illos mercatoribus, in dignitate comparandos esse, quia manuum opera ingenio accedit, idem statuit SCHILT. CARPZ. illis privi- 33.
legia quidem literatorum concedit in Academiis, uti typographis, pedellis &c. non tamen præcedentiam præ mercatoribus tribuit, sed saltem illis hos æquiparat eorumque uxores iisdem legibus vestiariis, quæ ordini mercatorio præscribuntur, obstringi vult *dict. decis. n.* 11.

34. Denique moderatores Municipiorum animum intendant, circa gravidas & parturientes, ut obstetricum diligens cura habeatur, quæ sollicitudo inanis non est, ob negotii periculum; Cum enim emitttitur claustro uteri infans, & si natus sit homo, omnium animalium princeps, tantæ tamen est imbecillitatis in ipso egressu, ut nisi serio curetur, interitus & ortus unam habeant periodum, THOLOS. *de Rep. lib. XIV. c.* 2. *n.* 1.

35. Sacra enim tradunt testimonia, tantæ impietatis reperiri obstetrices, ut sub officio pietatis & auxilii, moliantur edendis in lucem in-

interitum sæpe & tenellos ita tra-
ctent, ut potius monstra & dede-
cora parentum, quam filii hu-
36. manæ figuræ videantur. Merito ita-
que inter medicinam exercentes
locum habent obstetrices *l. 1. §. sed & 2. ff. de extraord. cogn.* Has
probatæ artis & fidei desiderat
ULPIANUS *l. 1. pr. ff. de ventr. inspic.* Quæ & medicinam exhibnre
videntur. *l. 1. §. 2. ff. de extraord.*
37. *cognit.* Vocantur **Heb-Ammen/ Stadt-Alten / Kinder Mütter/ Bade-Mütter / Weise-Mütter / Wehe-Mütter /** quia parturientes
clamitare solent: fer opem SPIE-
38. GEL, *in lexic. hac voce* nec imme-
rito Gallice vocantur: *sages femmes feminæ sapientes & Belgice* **Vroed-Vroewe** / quod idem denotat,
nam VROED, est frugi & **Vroe-**
39. **den**/ sapere, judicare. Dicuntur
Obstetrices, quia parturientibus
obstant & adstant, vel quia ste-
ram tractant, quæ est pellicula,
in qua infans involvitur, & mora-
tur juxta FESTUM.

40. Cui muneri non præficiendæ
steriles, vel virgines, sed tantum,
quæ diu virum expertæ, & nunc
parere desierunt, quia humana na-
tura imbecillior est, ad artes earum
rerum, quas nunquam experta est,
ut monet PLATO *in Theætet. dial. 13*
Erunt honestæ matronæ, providæ
& cautæ *Cap. causam 14. X. de probat.* Nam viles & lenæ pro minimo
facile corrumpi, omnique peccato
consentire possunt PACIAN. *de probat. lib.* I. *cap. 47. num. 154.*

Magistratus eas non suscipciat 41.
antequam sufficienter fuerint exa-
minatæ, approbatæ, & confirmatæ.
Cui examini statuto Civitatis Lipsiensis præficiuntur uxores Consu-
lum & senatorum, tam solæ, quam
aliæ honestioris conditionis ma-
tronæ, in auxilium ab ipsis vocatæ
WELSCH. *de obstetr. in add. ad. p.* I.
cap. 18. Quibus præcipue jungen-
dus civitatis Medicus, vel alii etiam,
quorum diuturno usu corrobora- 42.
ta est experientia, quia in earum
officio commisso non agitur de
glande legenda, sed sæpius de vita
puerperæ simul & infantis.

Hinc ut munia sua fideliter expediant, juramento adstringendæ, cujus formula hic loci recepta: **Ihr sollet geloben und schweren ꝛc. ꝛc. Daß ihr in eurem Bade-Mutter oder Hebe-Amte euch wollet Ehrlich und fromm verhalten/ so offt ihr gefordert/ alsobald und ohngesäumt erscheinen / den Armen als den Reichen / fleißig und treulich auffwarten / in der Gebuhrt und Kindes-Nöhten/ allen müglichsten Fleiß und Sorgfalt anwenden / keine Gefährde oder Versäumnüß an euch spühren lassen/ so woll in/ als nach der**

Gebuhrt/ nach euren besten Verstande und Kräfften so woll deren Kind-Betterinnen/ als des Kindes warten und pflegen. Wann ihr auch zu Persohnen gefodert seyd/ die durch Unordnung und Hurerey Schwanger worden/ sollet ihr so viel müglich unter der Gebuhrt Schmertzen / die Schwangere Frawen / wer des Kindes Vatter sey/ und solches ohne Ansehen der Persohn / der competirenden Obrigkeit anmelden/ auch zur Abtreibung der unzeitigen Gebuhrt nicht beforderlich oder rähtig seyn / sondern also euch jederzeit bezeigen/ wie es einer redlichen frommen Bade-Mutter woll anstehet und gebühret. So wahr. etc. etc.

43. Merito itaque ab hoc officio arcendæ, quæ turpis vitæ & superstitiosarum artium suspectæ sunt; Refert enim SPRENGER. *in Mall. malefic. p. 2. q. 1. cap. 13.* Obstetrices duas in Episcopatu Basiliensi & Argentinensi concrematas fuisse, eò quod, una quadraginta, altera innumerabiles pueros recentes, ab utero, dæmonis instinctu necavissent, inditis clam in eorum capita grandibus aciculis.

44 Earum officium non solum versatur circa nuptas, ut jam dictum, sed etiam circa solutas quæ stuprum violentum passæ sunt, quod perpetranti mortem importat. Quo antequam deveniatur, de crimine consummato ex assertione obstetricum constare debet, ubi ipsis maxime juratis credendum est, modo de credulitate deponentibus, PACIAN. *de probat. lib. I. cap. 47. n. 17.* RULAND. *de Commiss. p. 1. lib. IV. cap. 17. n. 12.* BERLICH. *p. 5. concl. 42. n. 37.* CUMAN. *Consil 96. n. 1.* CARPZ. *Crim. p. 2. q. 75. n. 31.*

Investigatio virginitatis iisdem & committitur ubi utique venter virginis tractandus, quia solo visu hujus probatio non procedit ARETIN. *Consil. 142. n. 20.* 45. Quamvis omnia hæc indicia maxime pro fallacibus habenda sint, sicut refertur quod Gubernatori civitatis Spoletanæ hoc casu, duæ obstetrices, juramento retulerint, puellam quandam inspectam adhuc esse virginem, quæ tamen postea fuerit reperta prægnans; Cum & propter falsam hanc relationem contra eas esset processum, se excusarunt ob indiciorum fallaciam RICHT. *vol. 2. Consil. 65. n. 6.* Idem in gravi casu se observasse tradit ZIERIZ. *ad Const. Crim. Car. V. art. 36.* 46. Si par fuerit numerus obstetricum, aliquam virginem esse affirmantium atque negantium, magis standum pro affirmantibus PACIAN. *d. tract. lib. II. c. 2. n. 12.* 47. Cum & manus obstetricum & ocu-

li sæpe fallantur C. *Nec aliqua 4.*
48. *Caus. 27. q.* 1. Nisi aliquæ verisimiles conjecturæ contra puellam existent, ubi obstetricibus magis credendum est de corruptione, quam de virginitate deponentibus PACIAN. *l.* 1. *cap. 50. n. 60.* atque hic ipse complexus, ipsa confabulatio, osculatio, conjacentium duorum turpis & fœda dormitio, multum
49. confert. *d.* C. *nec aliqua.* Si Medici & obstetrices inter sese dissentiant, magis standum esse asserto Medicorum, tanquam peritioribus in arte, vult ex sententia *Scabin. Jenens.* RICHT. *cit. vol. 2. Consil. 5. n. 7.*
50. In casu abortus per medicamenta procurati, judicium obstetricis prærequiritur, antequam puniatur abigens, videlicet, an partus abactus vitalis fuerit, vel non. CARPZ.
51. *pr. Crim. p. 3. q.* 122. *n.* 22. Item in casu infanticidii explorandum est ab obstetricibus, an mammæ puellæ ex publice fama gravidæ, sint lactiferæ, quo facit *Const. Crim.*
52. *art.* 36. Et sic credendum est Medicis, licet aliæ causæ lac mamillare possint producere, scilicet suppressio mensium, juxta HYPPOCR. 5. *aphor.* 39. propter maximum consensum venarum uteri cum venis mamillarum & repurgationem sanguinis SCHENCK. 4. *obs. medic.* 226. KORNMAN. *de jur. virgin. c. 8. & 9.* qui tradit vaccas virgines sæpe mulgeri, antequam initorem admiserunt bovem, Lac tamen hoc maximum infert indicium vitiatæ, gravidæ & puerperæ, quam probationem violentissimam vocat MENOCH. *de præs. qu. 3. n. 3.* Sumendum 53.
autem est lac pro vero tali, non si alius sit liquor lacti similis, sed ab ejus natura recedens. Unde habet *cit.* C. *Crim. art. 36.* Welcher dann in den Brüsten rechte vollkommene Milch gefunden wird/ die hat deßhalber eine starcke Vermuhtung Peinlicher Frage halber wieder sich add. ZANG. *de quæst. c. 2. n.* 169.

Obstetricum officium versatur 54.
quoque circa sexum masculum puta si in divisione hereditatis editis gemellis dubium oritur, ratione primogenituræ, ubi obstetricibus magis, quam parentibus & vicinis creditur BART. *in l. de ætate n. 7. ff. de minor.* MENOCH. *lib. 2 præs. 51. n. 29. & seq.* CARPZ. *p. 3. Constit.* 15. *def. 18.* Item, quando quæstio est inter heredes, an partus vivus fuerit, vel non. Id. CARPZ. *p 3. Constit.* 55.
17. *def.* 10. Et quidem in hisce casibus ratione veritatis dicendæ, in 56.
commissa inspectione, obstetricibus non creditur, nî solenne juramentum den gewöhnlichen Zeugen-Eyd / præstiterint MASCARD. *de prob. Concl* 1125. & 1208, BRUNN. *ad l. 1. ff. de ventr. inspic. n. 5.*

n. 5. Wissenb. *ad ff. Disp. 49. th. 19.* Nec sufficit, si Judex illis fidem adstruere velit, sub admonitione juramenti in publica earum assumptione & confirmatione Magistratui præstiti. Wann er sie nur ihrer gethanen Pflicht erinnern wolte Carpz. *p. 3. Const. 15. def. 18. in præjud.* Wofern die Hebammen/ solche ihre Aussage vermittels gewöhnlichen Zeugen-Eyds wiederholen würden ꝛc. Hinc tali probationi, contraria probatio adhuc opponi poterit Zieriz. *ad C. Crim. Car. V. art. 36.*

Caput XXXIII.

DE MUNICIPIORUM JURE CONSTITUENDI OFFICIA PUBLICA.

SUMMARIA.

1. *Manus in digitos divisa rectius agit.*
2. *Ægytii uni Medico, non nisi unius partes corporis curationem concredebant.*
3. *Quisque muneri suo invigilare debet, ut in navi.*
4. *In officiariis constituendis Magistratus non sit levis & variabilis.*
5. *Non sit, itemque levis in illis removendis.*
6. *Ubi remotio ab officio, ibi mala præsumptio hominum.*
7. *Ab officio remotio dedecus & infamiam importat.*
8. *Negotia officiorum publicorum sunt justitiæ distributivæ.*
9. *Nemo facile ab officio removendus.*
10. *Remotio quæ?*
11. *Quis vere remotus dicatur?*
12. *Quatenus surrogatio in locum exclusi præsumatur facta?*
13. *Suspensus ob officio quis?*
14. *Quando adhuc fruatur salario & emolumentis officii?*
15. *Officiarii & si gratis & voluntarie creentur, sine justa causa non possunt tamen removeri.*
16. *Officia ne sint venalia.*
17. *Dictum Thomæ Aquinatis.*
18. *Non faciendæ sunt crebræ officialium mutationes.*
19. *Officia quibus modis vacare debeant?*

20.

20. *In officio semel approbatus, postea non repellendus.*
21. *Amentiæ indicium est prius approbare & postea in approbati habilitatem inquirere.*
22. *Officiarios constituendi facultatem Municipia habent.*
23. *Cætera universitates respectu bonorum quæ habent, administratores constituere possunt.*
24. *Mandatum de manutenendo competit municipio, turbato in constitutione officiorum.*
25. *Quid de debitore Civitatis?*
26. *Magistratus Municipalis cæteras majoribus facilius peccat.*
27. *Magistratus obligatus ex factis officialium.*
28. *Quando hoc procedat?*
29. *Exceptio ejus.*
30. *Pendente inquisitione, officialis inquisitus ab officio non deponendus.*
31. *Officiarios nihil ab officio deterrere debet.*
32. *Officia quædam habent dignitatem, quædam vilitatem, quædam nec hanc, nec illam.*
33. *Carnifices unde dicantur.*
34. *Carnifices, manus legum.*
35. *Carnificis munus non semper fuit vile. Exempla.*
36. *Quid olim circa carnificinam obtinuerit in Francia Orientali.*
37. Knüpffel-Baum.
38. *Quid adhucdum in Moscovia & Anglia moris?*
39. *Carnifices ministri Dei & justitiæ.*
40. *Notabile dictum D Lutheri de carnificibus.*
41. *Pro infamibus omnium habentur judicio.*
42. *Romæ Carnifices habitabant extra portam.*
43. *Ad hoc officium illic sumabantur vilissimi.*
44. *De Jure Canon. ex quovis, etiam justissimo homicidio, contrahitur infamia quædam.*
45. *Cur labes quædam adhæreat carnificibus?*
46. *In primitiva Ecclesia conversi ad Christianismum hoc officio abstinuere.*
47. *Quid si carnifex in municipio nec sit, nec reperiri possit, quid agendum?*
48. *Exemplum recens.*

49. *An cum carnifice licitum ſit edere, bibere & converſari?*
50. *Aliud præjudicium ex Carpzov.*
51. *Excoriatores,* Filler/Abdecker / *etſi habeantur pro infamibus, ipſis tamen hoc non debet objici.*
52. *Excoriatori competit injuriarum actio, ſi ab aliquo criminatus fuerit, quod firmatur præjudicio.*
53. *Itemque alio præjudicio.*
54. *Excoriatores ſunt turpes perſonæ, non infames.*
55. *Excoriatorum filii ad opificia admittendi.*
56. *Qui per militum minas coactus fuit, ut aurem cuidam abſcinderet, an propterea infamis?*
57. *An infamiam incurrat, qu canem interficit?*
58. *Concluſum trium Collegiorum Imperii.*
59. *Malefico ſi pœna remittatur, ut carnificis officio fungatur, an valeat & permitti debeat?*
60. *Ex pluribus reis capitis, unus dimitti poteſt, ea lege, ut carnifex civitatis ſit.*
61. *Officia publica conſtituendi poteſtas quouſque in Municipiis ſe extendat?*
62. *Officiales urbium quare ſigna ſua portare debeant?*
63. *Apparitores & ſervi publici ſpeciali & cognoſcibili habitu inſigniri debent.*
64. *Exemplum Alexandri Severi* Imp.
65. *Apparitorum diſcolores veſtes,*
66. *Adparitorum varia nomina.*
67. *Italicum Sbirro unde?*
68. *Quare peculiari veſte induti apparitores?*
69. *Ex ſigno tali valida oritur præſumptio.*
70. *Citanti apparitori fides habetur ſine literis.*
71. *Ratio ejus.*
72. *Pœna lædentis apparitorem.*
73. *Jus Mindenſe deſuper.*
74. *Exceptio eſt, ſi apparitor non ſit cognoſcibilis.*
75. *An adparatori dicenti, ſe percuſſum, credi debeat?*
76. *Cuilibet de negotio ad officium publicum pertinente creditur.*
77. *Pœna apparitorum alios lædentium.*

78. *Nuncii jurati Municipiorum.*
79. *Formula Juramenti Nuncii civitatis.*
80. *Nuncii* Stadt-Botten *non violandi.*
81. *Quæ ab ipsis facienda & fugienda?*
82. *An ob sermones incautos & suspectos in loco intermedio detineri possint?*
83. Stadts Zimmer-Mann / Stadts Mauer-Mann.
84. *Eorum officium sub juramenti formula.*
85. *Excusatio?*

1. Ut manus in digitos divisa rectius agit, sic Municipium recte regitur, distributis, in quoscun-
2. que dignos officiis, PLUT. Atque ut Ægyptii uni medico non nisi unius partis corporis humani curationem concredebant ex HERODOT. ROYZ. *dec. Lituan.* 1. *n.* 74.
3. Et rectius administratur Respublica, si in ea velut in aliqua navi quisque suo invigilet muneri, & tametsi, unus aliquis omnium esset capax, non ideo tamen omnia illi conferenda sunt. Magnum illud vas æneum, in templo Salamonico sacrificiis destinatum, quod mare dicebatur & positum ante altare, á bobus duodecim sustentabatur, Scriptura teste, ter mille metretas (mensuræ genus id erat) capiebat & tamen non nisi bis mille infundebantur, SAVEDR. *symbol. polit.* 52. §. *eam ob rem.* Ita Magistratus non uni omnia aut multa simul, committere debet. Ubi
4. tamen generaliter & præliminariter notandum, Magistratum in constituendis officiariis levem & variabilem esse non conducere. Verissimum enim est illud CICERONIS axioma politicum; Non tanta studia eorum assequeris, quibus dederis officia, quanta odia eorum, quibus ademeris 2. *offic.* Quo docemur: Magistratum non 5.
levem & temerarium esse debere in removendis officiariis, tum ne illis spem & intentionem bene de Rep. merendi auferat, tum ut illorum famæ & existimationi parcat; remotus enim ab officio ob delictum, culpam admisisse, ma- 6.
lamque administrationem, præsumptione hominum remotus putatur. ROMAN. *cons.* 236. *n.* 1. & *cons.* 228. *n.* 2. KLOCK. *cons.* 94. *n.* 33. *tom.* 2. Imo remotio ab of- 7.
ficio maximum dedecus & infamiam importare solet *l. qui cum uno* §. *exauctoratus. ff. de re milit. l. Judices* C. *de dignit. lib. XII.* FARIN. *lib. I. pract. Crim. quæst.* 19. *n.* 42. KLOCK. *d. cons. n.* 34. MEV. *p.* 7. *decis.* 27. *n.* 7.

8. Totum quippe negotium quod
inter civitatem & civem in confe-
rendo officio publico geritur,
non est justitiæ *commutativæ* ut
contractus locationis conductionis,
privatarum operarum, sed *distri-
butivæ*, cujus objectum est dignitas
muneris publici, quo certus dig-
nitatis gradus in Republ, consti-
9. tuitur, consistens in functione non-
solum, sed & honore, vel in ho-
nore tantum, functione honeste
functa. Unde facile apparet, quan-
tum ademptio loci honoris in Re-
publ. semel assignati, injuriæ & ig-
nominiæ contineat, qui nemini
absque facto suo auferri debet.
SCHILT. *ad ff. tit. de Mun. & ho-*
10. *norib.* §. 144 Differt autem remo-
tio & suspensio ab officio. Remo-
tus omni jure & commmodo of-
ficii destituitur, & licet restirutio-
nem in integrum petat, tamen
compendiis & utilitatibus mune-
ris non potitur, sed donec restitu-
tionem impetret, in eo statu ma-
net, in quem depositio ipsum
transfert, quia restitutio demum
reparat, quod remotio ademit *l. 1.*
11. *ff. de sent. pass & in integr. rest.* Er-
go remotus ipsum munus amit-
tit, eoque indignus habetur, ac
idem est, ac si nunquam officuim
gesserit MEV. *p.* 7. *decis.* 144. *n.* 4.
Pro tali, & non pro suspenso ha-
bendus, in cujus locum alius sta-
tim sufficitur, ea mente, ut mune-
re perpetuo fungatur GABRIEL.
cons. 18. *n.* 7. *lib. I.* Cæteroquin, 12.
ubi de hoc non constat, non præ-
sumitur facta surrogatio in locum
exclusi MEV. *dict. dec. n.* 4. Suf- 13.
pensus ab officio est, qui jubetur
non ab ipso munere desistere, sed
tantum ab ejus exercitio, vel
actuali functione quiescere KLOCK.
vol. I. *Cons.* 51. *n.* 779. Hinc frui- 14.
tur salario & emolumentis officii,
puta si diligens sit, iu purgando se
á diffamatione & removendo
scandalo, potius tamen de crimine
suspectior est, qui defensionem aut
exculpationem omittit, ad quam
incitandus est privatione commo-
dorum, restituendus autem non est,
antequam purgatio fiat MEV. *p.*
7. *decis.* 145.

Et officiarii etsi gratis & volun- 15.
rie creentur, non possunt tamen
sine justa causa destitui HIERON.
CÆVAL. *comm. opin. quæst.* 435. *n.*
16. ANTON. de PET. *in tract. de ju-
re quæsit. per Princip. non tollend.
cap.* 39. *n.* 4.

Dico *gratis*; merito namque 16.
damnatur mos ille, quo officia
vendnntur, quod non aliud est,
quam omnia illa, quæ ad em-
ptum spectant officium, reddere ve- 17.
nalia. Tomas Aquinas rogatus à
Duce Brabantiæ, an bona consci-
entia officia vendere possit, dixit:
Op-

Optimum eſſe, vel omnino officia non vendere, vel tanto pretio, quod recuperari non poſſint, ſine gravamine ſubditorum; Si enim qui eum creat cupiditate lucri cœcus à recto deviat, quî a tali ordinatus non deviaret. CHASSAN. *conſuet. Burgund. rub.* 1. §. *6. n.9.*

19. De cætero, crebræ officiorum mutationes, Reipublicæ uſui eſſe non ſolent, cum ſæpe officialium ratione evenire ſoleat, prout Æſopi vulpecula à muſcis valde vexata reſponſum dederat erinaceo, opem ſuam pro eis depellendis promitenti: Hæ ſaturatæ parum ſanguinis trahunt, ſi tu haſce excuties, famelicæ aliæ ſuccedent, & quod mihi ſanguinis reſtat, totum ebibent. PODAVILLA. *Polit. tom. 1. cap.* 18.

18. Tres etenim ſunt modi, quibus officia (de annuis non loquor) vacant, morte, renuntiatione & delicto, quo poſteriori caſu antequam privetur officiarius audiri debet in ſuis defenſionibus, per remedia juris ordinaria ANTON, de PETR. *dict. tract. citat. c. 39. n.* 23. GUIL. BENEDICT. *in c. Rainutius verb. duas filias habens n. 40. de teſtam.*

20. Circa deſtitutionem officialium & hoc notandum, quod qui ſemel in officio approbatus, deinceps ultra reprobari non debeat, aut poſſit, etiam ſi ante approbationem inhabilis fuiſſet. BART. *in l. Pomponius ff. de negat. geſt.* INNOCENT. ABB. FELIN. *& alii in c. cum venerabilis de Except.* JAS. *in l. de pupillo §. ſervo n. 4 ff. de nov. oper. nuntiat.* SEBAST. VANT. *de nullit. §. quibus modis ſent. null. deſen. n. 36.* Quo vulgatum illud ſpectat.

Turpius ejicitur, quam non admittitur hoſpes.

c. quemadmodum §. alioquin extr. de jure jur. GLOSS. *in c. per veſtras in verb. ad inopiam de donat. int. vir. ex ux.* CURT. JUN. *conſ. 108. n. 23.* Atque adeo evidentiſſimum 21. amentiæ indicium eſſet, prius approbare & poſtea in approbati qualitates & habilitatem inquirere, multa namque impediunt ordinandum, quæ non impediunt ordinatum. GLOSS. *in c. in ambiguis. §. non eſt novum de reg. Jur.* SURD. *conſ.* 174. *n.* 12.

Municipia hanc faciendi ſibi of- 22. ficiarios ſeu miniſtros publicos facultatem habere, dubium non invenit *per ea quæ tradit* INNOCENT. *in c. dilectus n. 3. extr. de capell. Monach.* ABB. *conſ. 62 n. 1. p. 2.* BALD *in l. 2. n. 50. C. de ſervit;* Quod & obſervantia teſtis illa magna apertiſſime probat.

Quinimo & cæteræ univerſita- 23. tes, reſpectu bonorum quæ habent, adminiſtratores conſtituere

possunt, etiam Superiore non requisito, qui nec super eorum legalitate inquirere solet, vel eos absque sufficiente causa removet *L. quandocunque C. de Decurion.* LOSÆUS *de Jure universitat. p. 1. cap. 3. n. 53.* STEPH. *de Jurisdict. lib. 2. p. 2. cap. 2. n. 167.* ZIEGLER §. *Civitas concl. 1. n. 28. 29.* Sicut ergo & jurisdictio à bonorum dominio sive administratione diversa est, ita illa cessante, hæc non statim cessat; Unde universitas in re sua propria, quo minus officiales constituat, nihil impedit. MAUL. *de homag. cap. 12. n. 24. & seq.*

24. Hinc mandatum de manutenendo competit Municipio seu collegio, in quasi possessione admittendi, seu aggregandi alios ad collegium, & inidoneos rejiciendi & reprobandi POSTIUS *de manuit. observ. 10. n. 44.* Ubi simul addit,
25. debitorem civitatis, stante desuper lite, interim honorem subire non posse, modo debitum sit clarum, non controvertibile & non modicum LANCELL. *de attent. p. 2. c. 4. de attent. lit. pend. declar. 4. n. 51.*

26. Magistratus Municipalis, qui cæteris majoribus facilius, in oculis Domini, aut invidorum ejus Ministrorum, seu consiliariorum, peccat, præmissorum de constituendis & adimendis officiis sit memor.

27. Et tanto magis sedulus sit Magistratus, ut solertes officiales muneribus præficiat, quia ex ipsorum factis obligatur, eorumque negligentiam præstat. SCHURFF. *cent. 3. consil. 98. n. 10.* Quod tum maxime 28.
procedit, si Magistratus, scit, officiales suos injustè agere, qui enim scit & malo non occurrit ex ipsorum causa tenetur *Nov. 82. cap. 7. l. 2. C. de Commerc. & mercat. l. 9. C. de re milit.* Nam regula est, quod Præses videatur delinquere, si habet malos officiarios *Nov. 8. c. 8.*
Quod autem fallit. (1.) Si officia- 29.
lis extra officium delinquit, sicut de famulis delinquentibus dixi *lib. III. cap. 31. n. 71.* (2.) in Ministro, qui tempore electionis apud quosvis integræ vitæ testimonium habebat, pro quo postmodum se immutante, Magistratus extra jussum, aut ratihabitionem non tenetur. *Nov. 82. c. 1. in fin.* (3.) Si agatur criminaliter contra officialem excedentem, nisi Magistratus sit conscius & auctor delicti ROMAN. *Cons. 15. n. 1.* STAMM. *de servit. person. lib. II. cap. 15. n. 25. & seq.*

Officialis autem, si ratione officii 30.
deliquisse arguitur, desuper instituta inquisitione, non prius ab officio deponendus, nisi post sententiam definitivam & condemnatoriam, ergo prius audiendus cum suis defensionibus, per remedia Juris ordinaria. CÆVALL. *Commun. opin. quæst. 425.*

31. Teneant & officiales Municipiorum illud jugiter memoria: quod dicit ZYPÆUS *tract. de Magistrat. lib. I. cap.* 12. Qui ad functiones publicas se componunt, ita firmabunt animum, ut non ferrum, non ignes, non calumniæ, non rumores populares, ab officio eos deterreant.

32. Officiariorum autem munera quædam sunt cum dignitate, seu annexam habentia dignitatem, & honores proprie appellantur *l.* 14. *ff. de munerib.* quædam habentia vilitatem exercitii, & vocantur sordida *l.* 12. *& l.* 13. *de excusat. muner.* quædam vero nec dignitatem nec sorditatem habent, *l.* 1. *l. fin. ff. de mun. l.* 1. *C. eod.* THOMAT. *tract. de collect. in pr. n.* 9.

33. Inter sordidos extra dubium primas tenent in Municipiis Carnifices, qui licet magis destruant, quam faciant carnem, tamen à carne facienda nomen habent. Nam carnem facere idem est quod occidere vel facere ut corpus vivum fiat caro, id est, mortua, FESTUS. Sic DONATUS *ad verba* TERENT. *Andr.* 1. 2. *Carnifex quæ loquitur.* Notat quod idem sit, ac si diceret, quod dignus sit carnifice, ut caro fiat id
34. est, lanietur; Hi quoque manus legum dicantur GOTHOFRED. *ad edict. Justin.* 8. *c.* 3. *lit. M.* Atque politici considerantes illorum officium per se, remotis circumstantiis, illud in honestum non putant; LIPS. *in excurs. ad Tacit.* 2. *annal.* 504. PONTAN. *part.* 3. *bellar. fol.* 754.

Nam olim Principes sæpe vindictam & executionem pœnæ commiserunt juvenibus sibi adstantibus, testante Historia Sacra 1. *Sam.* 22. 1. *Reg.* 2. Sic & adhuc Reutlingæ ostendi gladium, rubigine exesum, quo olim coactus fuit is, qui postremo in Senatum eorum assumptus fuerat, supplicium de sontibus sumere, testatur CAMERAR. *Hor. subcis. cent.* 1. *cap.* 76. *Idem ibid.* 35.
refert, in quibusdam Franciæ Orientalis locis furi in flagranti crimine deprehenso, laqueum injiciendum fuisse ab eo, qui nuperrimè in pago illo uxorem duxit, post omnes ejus loci viros, præprimis autem quatuor Scultetos, peculiari signo à novo marito dato, ipsi adjutores fecisse, ut fur, de annosa & mutilata exstantibus ramis quercu, ad hanc rem superioribus seculis delecta, suspendatur. Arborem hanc appellari Knüpffel-Baum/ & opus hoc suspensionis nomine non venire, sed eorum Vernacula Huyen vocari. Sic & Susati hodiedum ejusmodi adhuc reperitur quercus patibularia, die Bürger-Eyche. In Moscovia adhuc munus carnificis omni labe 36. 37. 38.

 caret,

caret, tradente OLAO M. In Anglia amici reorum, eos ad ſuſpendii conducunt locum, & jam ſuſpenſis cervicem frangere, vel pedes trahere ſolent, ut facilius ſuffocentur, quod ultimum officium ipſis vernacula eſt, idem, quod nobis der Geſellen ſtoß ZEIL. *Epiſt. 2. cent. 3. t.* I. Ergo Carnifices Miniſtri
39 ſunt juſtitiæ, ejusque executores, ſine quibus ſententia mortis vel corporis afflictiva in ſontes lata foret nulla, unde & appellantur Miniſtri Dei C. *qui malos 29.* Cauſ. *23. qu. 5.*

40. D. Lutherus de eorum officio ita tradit. Meiſter Hans iſt ein ſehr nützer und dazu ein Barmhertziger Mann/ dann er ſteuret dem Schalck daß er es nicht mehr thue/ und wehret den anderen daß ſie es nicht nachthun / dann für ihm ſchlägt er den Kopff ab/ den anderen hinter ihm/ drohet er/ daß ſie ſich fürchten für dem Schwerdt und Friede halten/ daß iſt eine groſſe Gnade und Eitel Barmhertzigkeit. *In Poſtil. Eccleſ. ſup. Evang. Dom. 4. poſt Trinit.*

41. Pro infamibus tamen omnium judicio habentur, tam propter connexa quædam eorum officio, quam quod ex antiqua lege cenſoria nemo ex civibus Romanis carnifex eſſe, aut in urbe domici-
42 lium habere potuit, ſed habitavit extra portam, ad locum ubi ſupplicia de facinoroſis ſumi ſolebant PLAUTUS *in Pſeud. Act.* 1. *ſc.* 3. cum ſeſtertium dicit, quia ſemitertio ab urbe miliari extabat, ubi cruces, patibula, defixa, cadavera abjecta, aliaque ad ſupplicia plebis ſpectantia, erant. Hinc carnificem honeſtis civibus admiſcendum non eſſe: Et Rhodiorum lege cautum fuit, ne carnarnifex urbem ingrederetur CHRISOST. *orat.* 31. ait. CIC. *pro Rabir.* Sed funeſtari concionem lictoris ſeu carnificis interventu. Quanquam hoc ideo non ſtatutum, 43.
quaſi ratione officii infames eſſent, ſed quia ex peregrinis & iis, qui ſe civitate privaſſent, ſordidiſſimi, quique in hoc ſodalitium legebantur, & vitiis obnoxii. GOEDD. *ad l. 103. u. 3. ff. de V. S.*

Denique & ideo, quod de jure 44.
Canon. irregularitas & infamia quædam ex quovis contrahitur homicidio, adeo ut tam juſte nemo hominem occidere queat, quin aliquid labis & notæ contrahat *arg. c. infames 6. quæſt.* 1.

Sed eam ob cauſam labes quæ-
dam adheret carnificibus, & ex- 45.
oſi ſunt, licet mortis meritæ ſupplicium exequantur, quia communis ſanguinis natura condolet humanum interitum, & plebs eos refugit tanquam deſtructores natu-

ræ THOLOS. SYNTAG *lib. XXXI. cap. 38. n. 6.* Ergo licet nihil grave carnifices agant, licet legibus inserviant, nec iniquus sit gladius, quo de improbis supplicium sumitur, tamen non laudatur carnifex, nec cruentus gladius lubenti animo tractatur. GREGOR. NAZIANZ. *Epist.* 181. Hinc nonnullos
46. carnifices ex gentilismo ad Christum conversos in posterum eo munere, ut periculoso, abstinuisse ex BEDA *lib. I. cap. 7. recenset.* GROT. *in not. ad lib.* II. *cap. 26, de J. B. & Pac. ad fin.*

47. Quæritur hic, si, casu eveniente, carnifex in Municipio non inveniatur, nec forte in locis vicinis reperiri queat, sicut hic loci, Gallorum hostilis invasionis tempore, contigit, quid Magistratui agendum? Respondet PARIS *de Put. in tract. de Synd. verb. manivoltus.* Sumendum esse vilissimum quendam mendicantem pro exequenda justitiæ pœna, eique solvendos aureos
48 quinque pro mercede. Sic in urbe provinciæ nostræ, cum Galli invasores prope civitatis portam latrones quosdam ex cohortibus suis, post crurifragium rotæ imponi fecissent, iis discessis, horrido hoc spectaculo, fœtoreque impatiente commotus ejus loci Magistratus, cœgit quosdam ex Cingaris, ut pro evitenda pœna hisce turpissimis infectis Principali edicto statuta, corpora punitorum ex insueto hoc supplicii loco adempta, terræ mandarent.

Opifici ob id, quod cum carnifice edit, bibit, vel alio modo conversatur opificium prohiberi non potest RICHTER *decis. 80 n. 20.* ubi tale habet præjudicium de *Mense Mart.* 1621. Daß kein Nachrichter seines Standes von Ambtshalben für ohnfähig zu halten/ immassen dann andere Leute so mit ihnen Essen und Trincken/ und nach Gelegenheit umgehen/ der entwegen ihrer Aempter zu entsetzen/ sich keineswegs gebühret/ noch zuläßig ist/ die Feldmeister *Excorciatores*, aber betreffend/ möchte deren/ mit anderen habende Conversation denselben einen Vorwurff/ und Auffrück geben V. R. W. 49.

Aliud habet præjudicium CARPZ. haben die Schuhknechte 50.
G. D. dahero getadelt und neben ihm bey keinem Meister arbeiten wollen/ daß derselbe mit dem Nachrichter oder *Caviller*, gemeinschafft gehabt / mit demselben nicht allein gessen und getruncken/ sondern auch seine Tochter zu freyen/ vorhabens wäre/ rc. So weren die andere Schuknechte ihn neben sich zu lassen/ nicht schuldig *p. 3. quæst. Crim.* 137. *n.* 58.

n. 58. (Excoriatores idiomate no-
51. stro vocamus, Filler/fillen autem antiquum est vocabulum & indigitat cædere, flagellare apud GOLDAST. fillones fugitivi sunt nebulones & verberones) Sed nec his objici debet, quod sint infames, *arg. eorum quæ tradunt DD. de spuriis* SCHNEIDEW. *ad §. non à liberis 17. inst. de in off. testam.* hinc inju-
52. riarum actio competit excoriatori si ab aliquo criminatus fuerit, de quo præjudicium est *de Mense Junio Anno* 1607. verbis hisce: Hat derselbe den Abdecker mit diesen Worten angegriffen und gesagt: er wäre ein Schelm/ der Abdecker geantwortet / er wäre kein Schelm/ der Schlösser geantwortet es wären aber Schelme die da Pferde schindeten/ und geschunden hätten / könte das mit der Lands-Ordnung beweisen; Wan jetzt gedachtem Schlösser der erwehnte Abdecker keine Ursach zu solchen schelten gegeben/ so ist er/ gedachten Schlösser injuriarum vorzunehmen/ wohl befugt V. R. W. RICHTER. *eadem decis. n. 28.*

Et in eadem causa Scabini Hal-
53. lenses: vor einen Schelm gescholten. 2c. Dieweil aber gemelten Schlösser solches nicht gebühret/ so ist derentwegen/ er der injuriat/ ihn zum Abtrag Sächsischer Recht zu bringen wohl befugt. V. R. W.

Excoriatores saltem turpes sunt 54.
personæ non vero infames. SCHNEIDEW. *ad §. non autem literis num. 17. inst. de inoff. testam.*

Et propterea excoriatorum fi- 55.
lios ad opificia admittendos esse, docet, cum præjudicio *de Mense August. Anno 1626* Der in Feldmeisterey-Stand geordnet und sich sonsten in seinem Leben und Wandel also verhalten / daß er weder Juris, noch facti infamiæ, mit Wahrheit beschuldiget werden kan/ noch dieselbe mit etwas verwircket/ und auff sich hat. &c.
idem RICHTER. *ibid. n. 25.* Est & 56.
decisio *de Mense Mart. Anni.* 1633. ad requisitionem Claus Froschen zu Blanckenberg lata, qui per minas militum coactus fuit, ut cuidam aurem abscinderet, hunc non esse infamem, nec è Collegio opificum repellendum RICHTER. *decis.* 80. *n.* 26.

Nec infamiæ notam incurrit, 57.
qui canem, sive casu, sive ex necessitate, interfecit PFEIL. *Consil.* 43.

Quo facit conclusum der drey 58.
Reichs-Collegiorum de Anno 1571. *Designatio* mehrfacher Mißbrauche und Unordnungen bey denen Handwercks-Zunfften: Wann ein Handwercker ohngefehr einen Hund Tode

wirfft/

wirfft/ oder schlägt/ auch anrühret will man eine unredlichkeit daraus machen/ so gar daß die Abdecker sich eigenmächtig anmassen/ solche Leute mit schlagung des Messers in die Thürschwellen/und Abholung der Person zu ihrer Arbeit/ oder aber einen Abtrag an Geld nach eigenen gefallen zu nöhtigen ANTON. FAB. Europäisch Staats-Cantzeley *p.* 1. *Fascic.* 2. *n.* 5. Licet in nonnullis locis bey den geschenckten Handwercken/ aliter usu observetur Linden-Spur über die Fürstl. Würtenbergische Lands-Ordnung *tit.* 55. *n.* 78.

Quæritur & hoc (ob affinitatem
59. materiæ hic intercalandum) an valeat & permitti possit illud: quod malefico cuidam pœna remittatur, ut carnificis officio fungatur? Et respondetur, quamvis hic mos in Germania, Italia, Gallia, Hispania, invaluerit *teste* BÖCKEL. *disquit criminal.* 6. *fol.* 13. §. *quia* non temere tamen id concedendum esse, tum ne plures tractu temporis hoc modo fiant carnifices, quam rei. PAPON. *arrest. not.* 10. *cap. de remiss.* tum, ne delicta, quoad auctores hoc modo expertes pœnæ, maneant impunita BESOLD. *in Thesaur. pract. tit.* 5. *n.* 22.

BARTOL. tamen putat in quæ-
60. stione proposita posse judicem, pluribus reis capitis, unum ex his impunem dimittere, ea lege, ut aliis supplicium inferat, vel aliquem ex his ita, condemnare, ut sit carnifex civitatis, atque ut pœnis exsequendis deputetur vel ad tempus, vel ad perpetuum *in l.* 2. *ff. de publ. Jud. citat.* THOLOS. *d. lib.* 31. *cap.* 38. *n.* 5. JUL. CLAR. *quæst.* 99. *n* 4. *&* 5.

Hæc potestas constituendi offici- 61.
à publica (ut me revocem ad propositum) se extendit ad omnia munera quæ principaliter ad civitatem spectant, quæ in aliis Municipiis sunt aliæ BART. *in l. eum qui* 10. *ff. commodat. & in l. probibitum C. de de Jure fisc.* docet, quod omnes 62.
officiales urbium sua insignia portare debeant, ut ex iis cognosci possint, in tantum, ut, si officiales hujusmodi vel Ministri civitatum suis careant signis, iis licite non credi, sed resisti possit, MASCARD. *de probat. vol.* 2 *concl.* 1119. *n.* 19. *&* 20.

Sic passim in Germania in Mu- 63.
nicipiis bene constitutis Ministri, & apparitores speciali & cognoscibili habitu insigniuntur, tragen ihre bunte Röcke/ Stäber oder Wapen/ Alexand. Sev. in animo habuit omnibus officiis proprium genus vestium dare, ut à vestitu dignoscantur, LAMPRID. in *Alex. Sev. p. m.* 122.

Discolori autem veste uti soli- 64.
tos,

tos, qui publica auctoritate quid facerent testatur *Cod. Theodos. sub tit. de habitu, quo intra urbem uti oportet*, ubi habet; *Officiales per quos statuta complentur, ut discoloribus palliis pectora tegentes, conditionis suæ necessitatem ex hujusmodi cognitione testentur*; Variis autem no-
66. minibus apparitores, de quibus *l.* 5. *C. de exact. tribut. lib.* 10. gaudent; dicuntur *nuncii*, quia facere tenentur quæ Judicum præcepto nuncianda sunt, *Viatores*, quia per varias vias ire debent ad mandata exequenda *l. magis puto § illud quæri ff. de Reb. eor. Opinatores ut in l.* 7. *C. de tit. de execut. tribut.* dicuntur & *Exceptores Massarii Bajuli, officiales, Cæsariani, Catholiciani*, *Magistrarii, Præfectarii* &c. de quibus
67. vid. CHASSAN. *Consuet. Burg. Rubr.* 1. §. 6. *n.* 1. Vocantur & Biruarii, unde Italicum *Sbirri* derivatum puto, forte *à birro* peculiari vestis genere, quod & servis erat permissum MARTIN. *Lexic etym. verb. Birrus* nobis sunt Stadt-Diener/Stadt-Knechte.

68. Ex prædicto peculiari vestium genere constat de apparitorum officio, ut jussa obeuntibus nulla vis fiat, hinc illis illata injuria, ipsismet Magistratibus facta censetur PECK. *de Jur. Sist.* BECHTIUS. *de securitate th.* 197. *cum variis ibi alleg. auct.* Nam eo ipso, quod ipsis de-
69. fert tale signum, præsumitur, quod sit apparitor vel alius nuncius publicus BOER. *quæst.* 170. *n.* 4. PERUS. *ad Constit. Reg. tom.* 3. *tit. de citat. art.* 1. GLOSS. 3. *n.* 3. *vers. creditur.* Et si regiis & provinciarum executoribus non nisi ostensis literis in 70.
gravioribus causis credatur, CHASSAN. *Consuet. Burg, Rubr.* 1. §. 7. *n.* 27. in citatione tamen Magistratus Municipalis verbali, dubio caret, quod si apparitor signum quoddam habet, vel alios sine illo, pluries tales citationis aut executionis actus exercuit, fides illi adhiberi debeat BALD. *ad L. Exemplo in fin. C. de probat.* ABBAS & FELIN. *in cap. super his de fid. instrum.* Quia
facilis est hoc casu recursus ad Ma- 71.
gistratum, à quo apparitoris vel nuncii ejus qualitas, cognosci facile potest PAUL. PARISIENS. *Consil.* 17. *n.* 11. *lib. IV.*

Si quis ergo apparitori resistat, 72.
vel eum lædat, arbitraria pœna coercetur FARINAC *quæst* 32. *n* 24.
PECK. *d. tract. cap.* 35. *n.* 3. Testatur 73.
de eo Jus *Mindense tit.* 9. *art.* 5. Es soll niemand an des Raths und des Richters Dienern sich schädlich/ oder auch mit Worten vergreiffen / besonders wann sie des Raths oder Gerichts-Mandat/ oder Befehlig verkündigen / und ausrichten/ bey ernstlicher Straff und Gefängnüß/ ꝛc. Puta, si si- 74.
gno suo cognoscibilis est, nam si osten-

offendatur, non habens signum vel vestimenta sua ordinaria, non videtur læsus in qualitate tanquam persona publica. SALIC. *in l. san ctum. ff. de R. Div.* CHASS. *d. loc. n. 25. vers. pro sexta limitatione.*

Apparitori autem se percussum
75. dicenti, non creditur, FARIN. *d. quæst. n. 81.* & licet ipsi credatur in iis, quæ officii rationem concernunt, exceptionem tamen hoc patitur, si grave præjudicium inde inferatur, GAIL. 1 *obs. 45. n. 5.* Et generaliter, qui de negotio, quod officio alicujus est connexum, attestatur in præjudicium tertii ei non creditur, FAB. C. *de*
76. *test. def. 26.* Cæteroquin apparitori & cuivis alii nuncio publico de negotio ad sui officii executionem spectante attestanti, tam diu creditur, donec à reo contrarium probatum fuerit, *l. 1. §. 12. ff. de off. præf. urbi.*

77. Verum, prout apparitoribus munia sua peragentibus vis non facienda, sic & hi, si non resistentes, nec fugientes, data opera percutiant, vulnerent, vel alio modo lædant, ut non raro ab isthoc ex tribu levi, descendente hominum genere fieri adsolet. PECKIUS *d. tr. cap. 18. n. 3. vers. sed ut apparitorum* Hinc & dignas nequitia & scelere suo pœnas sentire debent, *C. miles 13. & C. seq. 23. qu. 5.* GRAMMATT. *decis. 41. in fin.* CLAR. *q. 29. n. 1. v. debent etiam.*

Ad Municipiorum officiales & 78.
Ministros quoque referuntur nuncii jurati & publici, qui suas pixides, cum insigniis civitatis, ihre Boten-Büchsen in pectore gerunt, ut de hac consuetudine scribit JAS. *in §. quadr. n. 27. J. de act.* SPECUL. *de citat. n. 43.* Eorum juramen-
tum ratione officii continet: Daß 79.
ich Herren Burgemeisteren und Recht gehorsam / willig und gewärtig / und dieser gantzen Gemeinde getreu seyn / was ich von meinen Herren / oder sonst / höre / verschwiegen halten / und davon auch das geringste niemanden offenbahren / meine Botschafften / wozu ich ausgeschicket / mit allem Fleisse ausrichten / die mir anvertraute Briefe und Sachen mir anbefohlener massen an seinen Ort liefern / und gebührende Verrichtung thun / mich an meinem ordentlichen Boten-Lohn / Meilen-Geld / und gewöhnlicher Gebühr ersättigen / und in allem aufrichtig mich nach Vermögen befleissigen wolle / so wahr / &c.

Et quidem hi nuncii jurati & 80.
publica Mapistratus sui auctoritate constituti violandi non sunt, sed eos lædere & spoliare nefas, atque injuria ipsis illata in mittentes re-

Iiii dun-

dundat, BECHT. *de securitate*, *th.* 209. securitate tamen hac ut fruantur & gaudeant, per viam rectam iter dirigent, BART. *in l.* 10.
81. *de excusat.* & ita cautos, in perferendis sibi concreditis & expediendis sibi commissis sese exhibebunt, ne per socordiam, malitiam aut perfidiam suam, causam & occasionem damni vel periculi, sive mittenti, sive ad quem mittuntur, dent, aut concilient, *arg. l.* 38. *de noxal. act. l.* 10. *in fin. & seq. l.* 20. *ff. commodat. l.* 22. §. 7. *ff. mand. l.* 43. §. 1. *ff. de furt. C. significante* 7. *de pignor.* GOMEZ. *tom.* 2. *var. Res. cap.* 7.

82. Hinc si per sermones incaute emissos, vel alias manifeste suspectos se reddiderint, illis, quorum oras peragrant, ad minimum detinere eos, percontari curiosius, literasque penes ipsos inventas, suspicioni obnoxias resignare licet, sicut contigisse refert STEID. *lib. XII. Comment.* Nullus enim potest hoc casu adscribi dolus ei, qui suspicione justa motus, literas suspectas aperuit salutis suæ causa, *arg. l.* 3. *C. ad L. Corn. de sicar.* BECHT. *cit. loc.*

83. Præter hos & fabriles, ut usui publico præsint, in Municipiis constitui solent, quales sunt: Stadts Zimmermann / Stadts Maurmann / &c. quorum munia hac juramenti formula comprehendi solent: Daß ich meinem 84.
befohlenen Dienste getreulich wil vorstehen/vor mich selbst und meinen Knecht/zu rechter Zeit an und von der Arbeit gehen / zur Stadt Besten / und wenn mir etwas angewiesen und befohlen werden wil/ nicht mehr denn nohtdürfftiglich Holtz/&c. annehmen/nach bestem Verstande zum Bau anwenden/ das übrige mit Fleiß wahren und spahren; Mit meiner und meiner Knechte vermachter Belohnung zufrieden seyn / und niemanden darüber beschweren / ohne der regierenden Herren Burgemeister Wissen und Erlaubniß/ ausser der Stadt nicht arbeiten/ den Bürgeren vor Frembden helffen / *selbst* mässig leben / auch meine Knechte von der Arbeit zum Trunck nicht abfodern / reitzen / noch nehmen/ was mir zu verschweigen anvertrauet/ zu der Stadt Besten / niemand in- oder ausserhalb Dienstes offenbahren/sondern verschwiegen seyn/und sonsten in meinem Amte mich getreu / fleissig und willfertig erzeigen und beweisen wil / als mir Gott helffe / &c.

Alia adhuc pro qualitate & commoditate cujusque Municipii officia talia minora conferri solent, de quibus singulis agere, nec instituti, nec pretii est. 85

CA-

Caput XXXIV.

DE MUNICIPIORUM JURE STATUTARIO.

SUMMARIA.

1. 2. 3. *Municipia habere potestatem condendarum legum Municipalium seu statutorum, probatur tam ex jure, quam juris Doctoribus.*
4. *Universitas carens jurisdictione, statuta facere potest.*
5. *Jure veteri Romano gentes subjectæ suis privabantur legibus.*
6. *Civitates liberatæ, quænam fuerint?*
7. *Civitates Romanæ contra formam juris publici statuere non poterant.*
8 *Statuta Juri Romano non adversantia in vim pacti condita censebantur.*
9. *Olim statutum lege Municipali, juri communi contrarium à Principe approbari debebat.*
10. *Sub Cæsaribus Augustis res civitatis latius sese extendere cœpit.*
11. *Sub Carolo M. jurisdictio concessa est cum potestate statuendi.*
12. *Potestas statuendi hodie connexa est cum jurisdictione.*
13. *Pars civitatis vel quarterium etiam statuta condere potest.*
14. *Approbatio statuti universalis à populo facienda.*
15. *Collegia Mechanica statuta facere possunt.*
16. *In Collegiorum Mechanicorum statutis Magistratus Municipalis est judex.*
17. *Quare jura statutorum competant hodie Municipiis?*
18. *Etiam Ludimagistri possunt statuta condere inter scholares.*
19. *Forma condendi statuta in Municipiis.*
20. *Suffragia pro statuto è domibus non colligenda.*
21. *Requiritur consensus in statuto, ut interponatur simul. Exceptio.*
22. *Quinam præter Senatores adhibendi ad statuta facienda.*
23. *Quid si à populo vel Magistratu fiant?*
24. *Municipia quatenus possint statuta condere sine consensu Superioris.*
25. *In statutis hodie non est observanda norma juris Romani antiqui.*
26. *Jus statuendi se non extendit ultra, quam jurisdictio.*
27. *Nihil est à Municipalibus statuendum, quod intentioni Principis est contrarium.*
28. 29. *Requisita ad statuta Municipalium necessaria.*

30. *Statuta inferiorum non ligant jurisdictionem Superioris.*
31. *Ad condenda ſtatuta Municipiorum non requiritur conſenſus Domini.*
32. *Statuta condere, quid ſit?*
33. *Quæ ſtatuta civica, absque confirmatione Superioris non valeant.*
44. *Cur ſtatutum de non appellando non poſſit condere Municipium?*
35. *Conſultiſſimum eſt in ſtatutis talibus adhibere conſenſum Principis.*
36. *Ratio, cur ſtatuta à Principe confirmanda.*
37. Relſendſo *notatus.*
38. *Principes tollere & mutare Municipalium ſtatuta non ſolent;*
39. *Inferior à ſuperiore non turbandus in adminiſtratione politica.*
40. *Præjudicium.*
41. *Statutis obligantur quoque ſuburbani.*
42. *Forenſes, qui?*
43. *Forenſis obligatur ordinationi judiciorum in loco, ubi litigat.*
44. *Obligatur ſtatuto, ratione contractus.*
45. *Quatenus forenſis obligetur ad pœnam jure ſtatutario impoſitam?*
46. *Quatenus obligetur ad ſolennia?*
47. *Maritus forenſis contrahens tenetur ſtatutis loci iſtius, non autem uxor,*
48. *Statutum in rem conceptam obligat forenſem, ratione rerum in Municipio ſitarum.*
49. *Quando ſtatutum in rem videatur conceptum?*
50. *Mobilia forenſium, quatenus ſtatutis ſubjaceant?*
51. *In hereditatibus ſuccedunt forenſes, quoad diſponit ſtatutum Municipale.*
52. *Beneficium ſtatuti Municipalis generaliter loquentis, prodeſt forenſi.*
53. *Statuta in perſonam concepta non concernunt forenſes.*
54. *Statuta non conſtringunt exemptos. Ratio.*
55. *Exempti à jurisdictione ſecularium ſunt Clerici.*
56. *Clerici quatenus obligentur ſtatutis Municipalium.*
57. *Statuta Laicorum quando obligent Clericos? Exemplum.*
58. *Academici non ligantur ſtatutis localibus.*
59. *Nobiles in Municipio obligantur ſtatutis loci.*
60. *Exceptio ejus.*
61. *Statuta Municipiorum non debent eſſe affectata conſpirantiæ, certoq; ordini contumelioſa & præjudicantia.*

62.

62. *Ratio eſt anima ſtatuti.*
63. *Quatenus ſtatutum uſu debeat eſſe receptum?*
64. *Statutum vigens ratione receptionis probationem non requirit.*
65. *Quid in dubio?*
66. *Princeps non videtur velle ligare ſubditos ſuos ſtatutis uſu non receptis.*
67. *Ampliatio.*
68. *Exemplum.*
69. *Effectus ſtatutorum Municipalium.*
70. *Statutum ſe neſcire allegantí, quatenus credendum?*
71. *Jurans ſe ſervare velle ſtatuta Municipalia, an teneatur ad futura?*
72. *Juramentum ſtricte obligat.*
73. *Fama imminuta à ſtatuto civitatis, ab eadem reſtitui poteſt.*
74. *Nemini à Magiſtratu concedenda eſt exemptio à ſtatuti obſervantia.*
75. *Senatus conſenſus eſt vice tituli.*
76. *Statuta quatenus tollantur per non uſum?*
77. *Actus contrarii tollunt ſtatutum.*
78. *Non emergente caſu, de quo ſtatutum diſponit, inobſervantia non nocet.*
79. *Confirmatio ſtatutorum à Principe impetrata non impedit eorum abrogationem per deſuetudinem.*
80. *Confirmatio Superioris non impedit, quo minus ſtatuentes poſſint ſtatuta tollere.*
81. *Statuta Municipalia, ſi ſint dubia, unde eorum declaratio & interpretatio petenda?*
82. *Statuta derogantia juri communi interpretationem, ſeu declarationem non admittunt, ſed ad literam intelligenda.*
83. *Municipia poſſunt addere aliam formam teſtandi ultra ſcriptas ſolennitates.*
84. *Statuta interpretanda quoad literam linguæ, in qua concepta.*
85. *Verba eorum ſumenda naturaliter.*
86. *Statuta ſumunt declarationem ex loco vicino.*
87. *Notabilia de veteri jure ſtatutario Suſatenſi.*
88. *Ex eo jure deſcendunt jura Lubecenſia.*
89. *Quod probatur.*
90 *Quomodo jura illa ex Weſtfalia in Wagriam pervenerint?*
91. *Mindenſes & Lippienſes uſi ſunt ſtatutis Suſatenſium.*

92. Goßtische Schrade / *vel* Schrae.
93. *Conjectura circa etymon istius vocis.*
94. *Statuta Municipalia etiam in superioribus judiciis accurate attendenda.*
95. *Statutum receptum est instar juris communis.*
96. *Circa non receptionem statuti quid probandum?*
97. *An cives audiendi de injustitia statuti querentes?*
98. *Acta publica servanda, donec legitime revocentur.*
99. *Statuta Municipalia quomodo edi debeant? Compulsoriales in eum finem quandoque decernuntur.*
100. *Condictio ex statuto.*
101. *Condictio ex statuto quando locum habeat?*
102. *Condictio ex statuto est fortior & potentior officio judicis.*
103. *Alleganti statutum probatio incumbit.*
104. *Quatenus Magistratui de statuto testanti fides habenda?*
105. *Quæ facti sunt, prudentissimos fallunt.*
106. *Regula ratione probationis statuti.*
107. *In ingerendis juribus statutariis quænam sint observanda?*
108. *Cives ægre patiuntur, statuta mutari, quod & nec utile est.*
109. *Antiquæ leges non facile immutandæ.*
110. *Monitum Augusti Imperatoris.*
111. *Statuta sunt seminaria litium.*
112. *Plurimæ leges, plurimæ lites.*
113. *A legibus discedere sapientis est, ubi eas servari perniciosum esset.*
114. *Nihil inter homines est stabile.*
115. *Novationes exosæ atque adeo vitandæ.*
116. *Inveterata statuta evertere, est annosam arborem eradicare.*
117. *Novationes etiamsi fiant bona intentione, haud tamen omnibus gratæ & acceptæ. Probatur hoc exemplo rusticorum Livoniæ.*
118. *Dura conditio Livonicorum rusticorum.*
119. *Mutatio legum & statutorum paulatim fieri debet.*
120. *Quæritur, an statuta Municipalia ligent ipsum Magistratum.*
121. *Magistratus duplicem sustinet personam.*
122. *Magistratus quatenus privatus non est proprie civis.*
123. *Laudabile est Consuli, statutis à se latis obtemperare, quod firmatur exemplo Charondæ Tyrii.*

124. *Statuta firmantur exemplo & vita promulgantis.*
125. **Rahts Gebot und Bürger Spott** *statuiren* / **und nicht** *exequiren* / **heisset nur die Stadt** *vexiren*.
126. *Satius est leges non ferri, quam prolatis non obtemperare. Exprobratio Atheniensibus facta.*

1\. Municipia sibi jura localia, vel statuaria, quæ vim juris habent & leges Municipales dicuntur, facere posse, tam scimus ex jure *l. fin. ff. de decret. ab ordin. l.* 2. *ff. ad l. municip. l. 1. ff. de alb. scrib. l.* 11. §. *1. ff. de munerib. l.* 10. *de Decur.* quam ex juris Doctoribus, Bart. *in l. omnes ff. de just. & jur.* Schneidew. *ad* §. 1. *Inst. de jur.
2\. nat. gent. & civil.* Bologn. *in l.* 1. *n.* 31. *ff. de offic. ejus cui mand. &c.* De quibus legibus ita Poeta.

Non defenduntur muris, nec mœnibus urbes.
Si tollas leges, mœnia cuncta ruunt.

Et in specie, quod ii, qui superiorem habent, statuta condere
3\. possint, tradit. Bern. Græv. *conclus.* 33. *n.* 4. *lib. II.* Quod eo minus Municipiis suis jurisdictionalibus gaudentibus denegari potest, quia etiam universitas potest libe-
4\. re statuere, circa ea, quæ concernunt administrationem rerum suarum, etiamsi careat omnino jurisdictione, Bald. & Alber. *in l. omnes populi ff. de just. & jur.* Bald. *in l.* 2. *n.* 3. *C. de constit.* Alber. *in part. stat. quæst.* 5. Alex. *in l.* 1. *col.* 3. *ff. de jurisdict. & in Cons.* 177. *col.* 2. *vol.* 2. Alex. *cons.* 18. *circ. fin.* Crot. *Cons.* 64. *n.* 26. Etiamsi non interveniat confirmatio Superioris. Natt. *Cons.* 12. *in pr. cons.* 106. *n.* 3. *cons.* 179. *num.* 9. *cons.* 402. *n.* 17. Cephal. *consil.* 38. *n.* 15. Roland. *cons* 99. *n.* 14. *vol.* 5. Surd. *cons* 59. *n* 14. & 15.

Vetus ratio jurisdictionis Romanæ si inspiciatur, paucissimæ gen- 5.
tes huic Imperio subjectæ, suis legibus vixerunt, & si quas habebant domesticas, illis statim privabantur quam primum terræ à Romanis occupatæ, essent redactæ in provinciæ formam, quod idem erat, quam adimere proprias & dare leges Romanas; Hoc enim secum ferebat jugum ditionis Romanæ, quod provinciæ legibus & Magistratibus suis jus dicentibus spoliatæ, servitutem hanc suscipere, coactæ sint. Unde & dicebantur liberatæ, cum Romani Magi- 6.
stratus illis amplius jus non dicerent. Sigonius. *de antiquo jure Italic. & provinc. vid. sup. lib. I. cap.* 1. Unde patet *l. omnes populi* 9. *ff de just. & j.* non agere de populis

lis Romano Imp. ſubjectis, ſed ab eo exemtis. Tum demum populi à Roma ſubacti, legum ſuarum libertati relinquebantur, cum Imperator, vel Senatus, poſt partam victoriam victis ignoſceret, ſuosque creare Magiſtratus more patrio permitteret, prout de quibusdam Aſiæ populis à Sylla, Pompejo, Cæſare & Auguſto devictis, tradit accuratiſſimus antiquitatum Rom. ſcriptor GELL. *lib. XVI. Noct. Att cap. 13* PANCIROLL. *de Magiſtr. Municip. cap. 8.*

7. Omnes ergo civitates Romanæ privatorum loco habebantur, hinc juri publico Romano contravenire, vel quod idem erat, contra formam juris publici ſtatuere non poterant, ut patet *ex l. 1. §. 9. ff. de Magiſtr. conven & l. 15. ff. de V. S.*

8. Si autem ſtatuta conderent dicto juri publico non adverſantia tunc videbantur magis in vim pacti, quam legis valituræ ſtatuere, non aliter, quam ſi collegium vel ſodalitium quoddam ſibi ſtatum faceret, quod evincitur *ex l. fin. ff. de colleg. & corpor. l. fin. §. 27. ff. de muner. & honor. l. 1. ff. de albo ſcrib.* Et quod lege Muni-

9. cipali ſtatutum erat juri communi contrarium, hoc a ſingulari conceſſione, indulto & approbatione Principis dependebat, quo faciunt textus *in l. fin. ff. de decret. ab ordine fact. l. Antiochenſium 37. ff. de reb. auct. jud. poſs. L. 1. §. 2. & l. 21. §. fin. ff. ad Municip. l. 5. §. 1. ff. de jur. Immun.* Subſequentibus dein temporibus ſub Auguſtis res civitaticæ in hoc paſ- 10.
ſu latius ſeſe extendêre, & quidem ex benignitate, vel expreſſa conceſſione vel diſſimulatione Principum SOTUS. *de juſtit. & jur. lib. I. quæſt. 7. art. 2.* Verum poſt diviſum Rom. Imp. auſpiciis Caro- 11.
li M. pax Italiæ & Occidenti reddita eſt, ubi jurisdictionis quoq; nova facies apparuit. Et jurisdictio cum poteſtate ſtatuendi, quæ in nullius antea commercio erat, nonſolum civitatibus, ſed & privatis ceſſit, cujus vigore qui beneficium hoc à Principe acceperant, varia ſtatuta condiderunt. LOONGOVAL. *in L. Imperium § venio n. 27. ff. de juriſdict.* CLAPER. *de jurisd. concl. 2. n. 8. & concl. 6. v. ſed leges cit. ab* HEIG. *p. 1. quæſt. 23. n. 30.* Ex quo relato Hiſtorico apparet, quam inconcinne ſtatus Munici- 12.
piorum veterum, mutata jam facie, cum hodiernis æquiparetur, cui materiæ ſubſervit ſpecialiter *cap. 6. lib. I. ubi latius eam deductam vide.* Atque hoc notaſſe pro aſſerti noſtri ſtabilimento ſufficiat, poteſtatem ſtatuendi, vel ſtatuta condendi & jurisdictionem, eſſe con-

connexa, quod probant. MOLIN. *de conſuet. Pariſ. in princ. n. 38. &* VASQ. *Illuſtr. controv. cap. 34. n. 2.*

13. Ex hiſce deducitur non ſolum integram civitatem, ſed & partem ejus, quam vocamus quarterium, vel Hoffen/ ſtatuta condere poſſe, quod tamen ſumendum de ſtatutis pertinentibus ad modum exequendi vel adminiſtrandi ea, quæ ad illam partem civitatis, vel quarterium ſaltem pertinent. Quia ut *ſupr. lib. I. cap. 3. dictum*, ſi diviſa eſt civitas per quarteria, quodlibet quarterium unius civitatis vices gerit.

14. Cæteroquin quia jurisdictio non reſidet in certa parte civitatis, ſed in toto populo vel conſilio, quod populum repræſentat, hinc approbatio ſtatuti univerſalis à populo fieri debet BART. *ad L. omnium 9. n. 7. ff. de J. & J.* LOSÆUS *de jur. univerſ. p. 3. cap. 15. n. 4.*

15. Collegia etiam mechanica, puta, ſartorum, ſutorum &c. inter ſe ut in præmiſſis dictum, ratione ſuæ profeſſionis ſtatuta facere poſſunt. *l. fin. c. de jurisdict. omn. jud.*

16. Si tamen de hiſce ſtatutis controverſia quædam oriatur, Magiſtratus Municipalis, tanquam ſuperior adiri debet, de hoc tanquam medio, demum ad aulam provocandum.

17. Ideo autem ſtatutorum jus competit Municipiis, quia horum rectoribus conceſſum eſt omne id, quod ad civile eorum regimen & rem politicam ſpectat, exempla recenſent. PAUL de CASTR. *&* JAS. ut nullus extrahat frumentum de civitate, vel portet arma, vel vadat de nocte *ad d. l. omnes populi ff. de juſt. &* J. Quinimo & ludimagiſtri poſſunt facere ſtatuta inter ſcholares, puta pro moderamine rei ſcholaſticæ, & ob modicam ipſis conceſſam correctionem in eos, quæcunque ergo illi ſtatuunt circa bonos mores in præcipiendo, in his, ipſis æque ac parentibus merito debetur obedientia, BART. *ad d. L. omnes pop. n. 12.* unde theſis hæc confirmatur quod conceſſa jurisdictione etiam ea omnia conceſſa videantur, ſine quibus jurisdictio exerceri nequit. 18.

Forma condendi ſtatuta in Municipiis eſt hæc, vel convocantur omnes cives ſolenniter ſono tubæ, vel pulſata campana, vel voce præconis, ad locum publicum conſuetum, quibus ordinatis neceſſe eſt, ut duæ ſint partes de populo vel concilio. Nam paucorum abſentia, ſive neceſſaria, ſive fortuita, debilitare non debet, quod à majore parte ordinis ſaluberrime fuit conſtitutum *l. Nominationum 45. C. de decurion. l. Nulli 3. ff. quod cujusque univerſ. nom.* Et 19.

quidem consensus statuentium ad-
20. hiberi debet simul & semel, unde non sufficit, ut suffragia pro statuto, è domibus colligantur separatim, licet per publicum instrumentum de eo constet; Nam si quae pertinent ad plures, ut universos, ibi requiritur omnium consensus C. *in*
21. *Genesi x. de Elect.* Et in quibus consensus majoris partis praejudicat minori, etiamsi pertineat, ad plures, ut singulos, requiritur, ut fiat simul *arg. l. 7. §. fin. ff. de pact.* sicut loco coadunationis talis, in consuetudine introducenda, succedit actuum pluralitas & cursus temporis BART. *d. l. n. 18.*

22. Quandoque & universitas certis quibusdam de civitate, statutorum condendorum potestatem facere solet, ALB à ROSAT. *de statut. quaest. 4. lib. I.* In nonnullis Germaniae locis praeter Senatores tribuni, in aliis selectiores de civitate, ein Ausz-
23. schuß der Bürgerschafft / adhiberi solent, & quae à toto populo fiunt perpetua sunt, dicunturque jus civile *l. omnes populi 9. ff. de Just. & jur.* Sed quae à Magistr vel aliis conduntur ratione officii, exemplo Praetoriorum edictorum annalia sunt §. 1. *J. perpet. & temp. act.* Perpetua autem, si auctoritate & nomine civitatis ALB. de ROSAT. *d. quaest. 29. lib. I.*

24. Stat itaque firma sententia, tanquam verior & communior, posse civitates Municipales, sine consensu Superioris, leges locales, vel statuta condere, modo munitae sint jurisdictione, & statuta sint, rationabilia & bono deservientia civitatis GÔDEN. *consil. 31. n. 8.* NATT. *cons 21. n. 1.* SUAREZ *in thes. rec. sent. verb. statuta n. 178.*

Nec quicquam obstat antiqua ju- 25.
ris civilis norma, & abolita veteris Imperii forma, quam hac quaestione aeque minus curandam existimat MEV. ac si forensibus & ceremonialibus Judaeorum legibus Christiana libertas impugnetur *ad jus Lubec. quaest. 2. n. 51.* Jurisdi- 26.
ctionis autem concessio & administratio in tantum Politiae civitatis & juri condendi statuta unice suffragatur, nec illud latius se extendit, quam se porrigit jurisdi-
ctio & jus Magistratus. Ex hac 27.
sententia manet illibatum simul & illaesum jus superioritatis Principum. Quis enim tam esset absonus & ridiculus, ut civitati inferiori concederet, facultatem statuendi, quod intentioni & jurisdictioni Principis contrarium est? quae statuta vere essent ambitiosa, COTHM. *vol. 3. consil. 47. n. 298.* Requiritur ergo, ut statuta Mu- 28.
nicipalia juri publico & jurisdictioni vel superioritati Principis non sint contraria, vel derogantia

tia. BALD. *in l. un. n.* 1. C. *quæ. ſit long. conſuet.* & *in l. de quibus n.* 4. *ff. de L. L.* ROLAND. *conſ.* 29. *n.* 7. *tom.* 1. Tum & utilitatem Muni-
29. cipii tantum concernant, non jus ſuperioritatis territorialis delibent ejusmodi diſpoſitiones ſtatutariæ Municipiorum *DD. ſuperius allegati.*
30. Regulare enim eſt, quod inferior contra legem Superioris, non poſſit ullum ſtatutum condere *c. cum inferior de major. & obed. l.* 3. *ff. de alien. jud. mut. cauſ. l. minor Magiſtratus ff. de minoribus l. ille à quo §. intempeſtivum ff. ad Trebellian.*

31. Et in hiſce terminis conſenſum Superioris non requiri docent. JAS. *in l.* 9. *n.* 7. & 8. *ff. de juſtit. & jur.* VASQ. *illuſtr. & controv.* 1. 47. *n.* 9. CRAVETT. *conſ.* 215. *n.* 1. ROMAN. *conſ.* 218. *n.* 2. CÆPHAL. *conſ.* 38. *n.* 25. *Argent. conſ.* 73. *n.* 60. 61. & 62. *vol.* 1.

Statuta enim condere, neque
32. jurisdictionis, neque meri, vel mixti Imperii eſt, ſcilicet conſideratione abſoluta, diſtributive tamen pro ut de rebus meri & mixti Imperii, vel jurisdictionis ſimplicis conſtituuntur, recte jurisdictionis, aut meri vel mixti Imperii dicuntur Vid. *poſt* JAS *ad d. l. omnes n.* 24. *de juſt. & jur.* REINCK. *de regim. ſecul. & Eccleſ.* 2. *claſ.* 2. *c.* 10. *n.* 2. Ubi addit, hoc intellectu *Baldi* dictum quod ſtatuta condere potius ſit de quadam juris permiſſione, quam ut annexum ſit jurisdictioni *referente id* MYNS. *ad* §. 1. *n.* 8. *Inſt. de jure nat. gent. & civil.* accipiendum eſſe.

Hinc illa ſtatuta civica absque 33.
conſenſu Superioris non valent, ſi pertinent ad cauſarum deciſionem, quia hæc excedunt limites adminiſtrationis, BART. *ad l.* 9. *n.* 3. Sic civitas non poteſt de non 34.
appellando ſtatuta condere, quia iniquitatem, vel imperitiam judicis corrigit. *C.* 1. *de appellat. C. placuit.* 2. *q.* 6. Et eſt de reſervatis Principis GAIL. 1. *obſ.* 135. *n.* 12. MYNSING. 1. *obſ.* 14. Nec obſtat, quod pacto appellationi renunciari poſſit. Cammer-Gerichts-Ordn. *p.* 2. *tit.* 28. Quia ſtatutum directe diſponit contra jus Superioris, ſecus in hoc pacto, quo ſaltem paciſcentes favori pro ſe introducto renunciant, BRÜN. *de var. univerſ. ſpec. th.* 56.

Interim ſententia hæc, quod 35.
conſenſus Superioris pro validitate ſtatuti non ſit neceſſarius, in tantum temperanda venit, quod conſultiſſimum ſit, Principis dominantis confirmationem adhibere, ſicut & plerumque, videmus ſolere civitates Municipales & eorum Magiſtratus omnia ſtatuta & con-

ſuetudines, ſi quæ certa ſint, Principi offerre, & ſi quid durius aut levius conſtitutum, illi corrigendum proponere, & confirmationem eorum perpetuam petere. BALD. *in l. humanum C. de L L.* VASQ. *quæſt. illuſtr. cap.* 47. COLER, *proceſs. execut. p.* 1. *cap.* 3. *n.* 12. *& ſeq.* BODIN. *de Republ. lib. X. cap.* 11. & ſic confirmationem hanc utiliter, & ad bene eſſe impetrari, docet HEIG. *cit. lib. I. quæſt.* 23. *n.* 33.

36. Quia ob condita ſtatuta ex receptione juris novi & peregrini, inter ſuperiores & ſubditas civitates, imo inter cives ipſos multæ controverſiæ oriri & in ſuperioribus dicaſteriis, quæ alias peculiares, cujusque loci conſuetudines, illuſtri auctoritate non roboratas parum attendere ſolent, ergo ea in judicando ſtricte obſervari, ipſorum ſtatuentium multum intereſt; Unde tutius horum confirmatio Principis imploratur & adhibenda venit, & tunc ſtatuta eamdem vim habent ac ſi ab ipſo Principe eſſent data & perlata. MEV. *d. quæſt.* 2. *n.* 72. *&* 63. *ad jus Lubec.*

37. Conſtat jam, quam tenue ſit refutationis argumentum, quod contra Ichnographiæ Auctorem, in hac materia vibrare conatur Pſeudonymus ille Relſendſo ſupra *lib. I. cap. fin.* refutatus, dum *cit. cap.* 14. *de ſumma Principum Germanic. poteſtate* ait: *Et quamvis Municipia leges quasdam, quas municipales ſeu ſtatuta D d. vocant, ferre poſſint, easdem tamen, ni à Principe tacite, vel expreſſe, comprobatæ fuerint, vim obligativam non accipere contra eundum* ZAHN. *iterum aſſero.* Quo fundamento tamen aſſertum illud nitatur, illic non apparet, cum potius ipſius Principis mens & intentio ſit, ut Municipia juſtis legibus & ſtatutis regantur, quæ ſi iniqua ridicula & exorbitantia ſint, illis non immerito à Principe vi ſummæ poteſtatis repudium datur, quod facile Cenſori huic largimur, prout exemplum refert de Erfordia, ubi nemo cui Petrus nomen, in Senatum admittitur; Deficit enim tali ſtatuto requiſitum rationabilitatis ſine quo nullum ſubſiſtit.

Ex prædictis hoc jam fluit, non 38.
ſolere facile Principes ex plenitudine poteſtatis Municipiorum ſtatuta & ordinationes pro libitu corrigere, tollere, impedire, aut diſpenſatione aliqua mutare, atque ita illud, quod civitatum eſt, ipſis inauditis auferre, MEV. *p.* 7. *dec.* 305. ex ratione, quam ibi allegat *n.* 5. Quia ſicut nefas eſt, ab in- 39
ferioribus arripi, quod Superioris eſt proprium, ita & injuſtum, inferiores à Superiore invadi, atque

ita

in exercitio politicæ administratio-nis turbari. Et neglecto jurisdictionis, licet subalternæ, ordine oritur confusio in Republica, quæ uti in omnibus aliis rebus vitanda, tum maxime in his, quæ sunt imperii & jurisdictionis; Atque ita decidit *tit. Auct.* cum Senatus Stetinens. à decreto appellasset, quo, quod statutum & diu observatum custodiri volebat, illudque lanionibus à à Regimine Regio aliquo indultu remissum esset, ad discussionem causæ receptam esse appellationem.

40.

41. Statuta in Municipiis condita quosnam ibidem obligent, dispiciendum est; Et primo illis quoque ligari suburbiorum incolas, dubio caret, ARETIN *in §. fine scripto 9. n. 30. J. de just. & jure.* HARTM. HARTMANN. *lib. II. obs. 24.* quia suburbia & continentia ædificia, quæ sub fines pomœrii sunt vel proxime ei adjacent, habentur pro parte civitatis & de ejusdem juribus participant, KLOCK. *vol. 3. cons. 47. n. 54.* semperque jus Municipale habitatores suburbiorum comprehendere intelligitur, COLER. *in process. execut. p. 1. cap. 3. n. 171. l. 13. ff. de V. S.* sicut de testamento in suburbio secundum statuta urbis condito deciderunt Jurisconsulti Altorfenses, ut tradit GRÆVIUS *lib. II. pr. conclus. 123. consid. 1. n. 1.* MEV. *ad jus Lub. quæst. 5. n. 4.*

Quatenus autem forenses statutis Municipii ligentur, difficilioris tractationis est: Forenses autem lato significatu sunt, qui in loco, ubi habitant, non habent originem, seu non sunt cives originarii, & si ibi domicilium constituerint, BEROL. *cons. 173. n. 43. vol. 1.* proprie autem eo nomine veniunt, qui nec origine, neque incolatu, neque domicilio de corpore civitatis sunt sed extranei, & peregrini, incolis civitatis oppositi COTTH. *vol. 1. cons. 21. n. 88. seqq.* 42.

Una itaque decisione quæstio hæc finiri non poterit, sed diversa ejus capita ita distinguenda. (1.) Forensem esse obstrictum, ordinationi judiciorum sine discrimine, quicunque in loco, ubi ea observantur, litigat, sive agat, sive conveniatur, dispositione juris communis KÖPPEN. *decis. 31. n. 27.* COLER. *d. cap. 3. n. 210. & seqq.* (2.) Obligatur & ratione contractus in illo loco, ubi viget particulare statutum aliquod, contra vel præter jus commune, si aliquid ibi egit vel contraxit, GABRIEL: *concl. 2. lib. VI. tit. de acquir. possess. n. 4.* PRÜCKM. *consil. 1. n. 26. vol. 1.* (3.) Idem obtinet ratione delicti, unde & ibi forum sortitur, quoad pœnam tamen 43. 44. 45.

men certis delictis jure statutario saltem impositam, mitius cum eo agitur, si diu in loco isto moratus non fuit, ob probabilem ignorantiam, GABRIEL. *d. tr. concl. 6. n. 3*, MASCARD. *de statut. interpr. & concl. 6. n. 56. cum seq.* (4.) Obligatus est quoad requisita & solennia, quæ in isto loco vigent, ubi degit, MENOCH. *cons. 89. n. 8.* tam circa actum ipsum, quam ea, quæ ab ejus natura dependent, DECIAN. *Resp. 109.* ARETIN. *consil. 83.* ubi tamen distinguendum inter solennia contractus, & onus atque intrinsecum accidens, quod ex contractu saltem subsequitur, juxta MEVIUM *ad J. Lubec. quæst. 4. n. 18.* Sic maritus forensis contrahens, se subjicit statutis istius loci, eo tamen casu non obligatur ejus uxor, etsi hujus intuitu peculiariter quoque in statuto quid dispositum sit, IDEM *cit loc. n. 20.* quia maritus contrahendo uxorem ad extraneas leges obligare non potest. (5.) Ratione rerum in Municipio sitarum forenses quoque obstricti sunt, ubi viget statutum, modo illud conceptum sit in rem, non in personam, COTTM. *vol. 1. consil. 21. n. 125* PRÜCKM. *consil. 17. n. 23. vol. 1.* id est, si de re vel persona agitur, vel principaliter vel incidenter; Sic statutum in rem conceptum esse non intelligitur, si Principalis ejus intentio tangit personam, facta solum mentione rei, MASCARD. *cit. tract. de interpr. stat. concl. 7. n. 182.* Et vice versa. (6.) Mobilia forensium quod attinet, si hæc in Municipio aliquo reperta, ejus statutis subjacent, nisi contra Domini voluntatem ad locum statuti apportata sint, DECIAN. *tract. crim. lib. II. c. 35. n. 24.* (7.) Quoad hereditates & successiones, succedere debent forenses, prout disponit statutum Municipale, DECIAN. *consil. 109. n. 28. vol. 2.* GRATIAN. *cons 21. n. 20. vol. 1.* MEV. *cit. quæst. 4. n. 29.* (8.) Beneficium statuti Municipalis generaliter & indefinite loquentis, prodest quidem etiam forensi, sic valet ipsius testamentum, juxta statutum loci, quo illud factum, quoad bona ubicunque sita, GAIL. *2 obs. 123. n. 3.* MYNS. *5. obs. n. 20.* si tamen specialiter disponit de civibus & incolis in eorum favorem, & respectu onerum civitatis, à quibus immunes sunt forenses, atque sic in personam constitutum fuerit, secus dicendum est, sic in materia successionis conjugum, quæ hic loci obtinet, forensis uti non poterit beneficio statuti vel consuetudinis ad exclusionem alterius civis; HONDED. *consult. 5. n. 17.* atque ita judicatum memini.

Margin numbers: 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53

Se-

54. Secundo loco diſpiciendum, qualiter exempti teneantur ſtatutis Municipalibus? Et generaliter verum eſt, illos, qui non ſubſunt jurisdictioni civitatis, nec conſtringere conſtitutiones ejus. Paria enim ſunt, non eſſe in territorio, ſed eſſe quidem, ſed exemptum, omnis enim ſtatuti ratio deficit ubi ceſſat ratio ſubditorum, SURD. *conſil. 19. n. 19. vol.* I. MENOCH. *conſ.* 264. *n.* 11. PRÜCKM. *conſil.* 17. *n.* 17. *vol.* I. Quo referendi primo ſunt Clerici ſive perſonæ Eccleſiaſticæ, de quibus in genere notum eſt, quod à Secularium jurisdictione ſint exempti, *l. placet. C. de SS. Eccleſ. Auth. ſtatuimus & auth. nulla. C. de Epiſc. & Cleric.* & quidem ita in terris, ut ajunt, Eccleſiæ, verum pace religioſa & poſterioribus conſtitutionibus, in terris Proteſtantium ſecus eſt, ut notum; Ex quo deducitur, quod etiam hæ perſonæ minoribus Magiſtratibus eorumque ſtatutis ſubſint, in quantum nimirum vel ex conceſſione Principis, vel diuturno uſu jus Conſiſtorii & jurisdictio in eas competit, & de cætero exemptæ non ſunt, MEV. *d. quæſt.* 3. *n.* 19. COTHM. *vol.* 4. *Reſp.* 33. *n.* 39. *ad ſeq.* quam ſententiam illic multis rationibus corroborat.

55.

56.

57. De cætero etiam in terris Pontifici Romano ſubjectis, ſtatutum Laicorum pariter comprehendit Clericos, in quantum illud eſt ſalubre & bonis moribus conveniens, e. g. ſi pro ſecuritate peregrinorum ſtatutum eſt, ut qui tales ex populo vel communitate offendit, pendere debeat tot nummorum. Et quidem conſtringi hoc caſu Clericos, dicendum, non ut Clericos, ſed ut quemlibet de populo, quia & ſtatutum hoc eſt honeſtum prohibens offenſas, hinc libertas Clericorum non eis data eſt ad abuſum, ut laſciviant, quo facit *C. Noverit. poſt princ. de ſent. excomm.* eique ſententiæ ſubſcribit ZAS. *ad L. jusjur.* §. *quæ oneranda. n.* 5. *ff. quar. rer. act. non datur.*

De Academicis idem ferendum erit judicium, quia hi hoc paſſu & Clericorum nomine veniunt, nec ſtatutis localibus ligantur, TIRAQUELL. *de privil. pia cauſ. v. item relictum.* Nam Senatus oppidanus nullam in Academiæ membra jubendi, imperandi, vetandi, reformandi vel mutandi poteſtatem habet, ideoque ipſi extra & ſupra jurisdictionem jus dicenti impune non paretur, *l. fin. ff. de jurisd.* COTTM. *conſil. Academ.* 10. *n.* 2. 58.

Nobiles in Municipio degentes, ſi inhabitent domicilium jurisdictionem Senatus agnoſcens, etiam ob- 59.

obligantur statutis loci, etiamsi tantum ad tempus sedem illic suam sibi constituerint, quo facit *l. 5. C. de incol.* WESEMB. *vol. 1. cons.* 1. *n.* 24. CARPZ. *p.* 3. *const.* 12. *def.* 16. MEV. *ad J Lubec. quæst. prælim.* 3. *n.* 62. OBRECHT. *de jurisd. lib. III. cap.* 11. *n.* 45. Nisi
60. forte Nobilis in loco quodam libero, seu jurisdictioni exemto, auf einem freyen Hofe / oder in einem freyen Hause habitet, qui tum, ut privilegia nobilitati connexa, vim suam perdunt, jurisdictioni civitatis non submittitur, sic neque Senatus statutis obligatur, quæ ut supra dictum, extra jurrisdictionem statuentium sese non extendunt. CARPZ. *lib. V. Resp.* 1. *n.* 7. & *jurispr. Ecclesiast. lib. III def.* 8. *n.* 5. & *seq.*

61. Non debent etiam ejusmodi statuta Municipalia affectata, contumeliosa, conspirantia, certo ordini civitatis præjudicantia esse, ut pro exemplo traditur, Municipalem Magistratum non posse facere statutum absque consensu Superioris, ne Nobiles eligantur in Senatum, aliisque publicis muneribus in civitate præficiantur, ut ita FRANC. MARC. *decis.* 804. SCHRAD. *Inst. in* §. *jus autem civile n.* 17. *de*
62. *Jure gent. nat. & civil.* Statuta enim æque ac consuetudines debent esse rationabilia & æquitati pro administrationis ratione consentanea BRÜN. *de var. univers. spec. th.* 53. Quia ratio est anima statuti, ideo ultra illam non vivit nec valet, sed cessante ratione cessat statutum COTTHM. *resp.* 5. *n.* 59. *vol.* 1. ROL. à VALL *Consil.* 62. *n.* 24. *vol.* 3. Præter hoc requisitum etiam requiritur, ut sint 63.
usu recepta, quia hæc tacita conditio ipsis inesse semper præsumitur, DECIAN. *Resp.* 32. *n.* 44. *lib. II.* Hinc receptio, tanquam facti, semper probanda est, ab allegante MENOCH. *præs.* 2. *lib.* II. *n.* 2. & *seq.* Puta, si non constat jus 64.
statutarium in viridi observantia esse; Nam ad essentiam statutorum obligatoriorum requiritur, illa semel esse legitime promulgata & publicata SCHULT. *p.* 2 *quæst.* 69. *n.* 43. Si autem id viget, tunc ei tanquam normæ, in omnibus casibus emergentibus insistitur, nec requiritur, ut allegans probet, etiam in ea, quæ tractatur facti specie, id semper observatum fuisse, sed posito genere ad omnem speciem recte infertur, donec probetur contrarium post COTTHM. *cons.* 5. *n.* 13. *vol.* 1. STEPH. *de jurisdict. p.* 1. *c.* 7. *n.* 348. MEV. *ad J. Lubec. quæst.* 7. *n.* 4. & *seq.* Quo facit, quod 65.
in dubio statutum, semel jus civitatis effectum, præsumatur esse in usu.

MA-

MASCARD. *de probat. Concl.* 1332.
66. *n.* 3. Cum & Princeps videatur à principio statuere, si statuta moribus utentium recipientur FELIN. *in c. treugas* 1. *n.* 12. *x. de treug. & pac. vers. quia videtur.* Nec velle præsumatur ligare subjectos suos iis statutis, quæ moribus utentium non sunt comprobata FELIN. *dict. loc.* Quod & ampliatur, ut
67. si quis jure jur. se adstrinxerit ad observanda statuta, tamen hoc jus jurandum ad ea non extendatur, quæ moribus non sunt recepta. ROL. à VAL. *de lucro dot. quæst.* 199. *n.* 7. BALD. *prælud. feud. n.* 15. DEC. *consil.* 475. *n.* 6. NATT.
68. *cons.* 19. *n.* 8. Atque hæc sententia experientia magistra confirmatur; Sicuti hic loci Lippiæ statuta habemus in volumen scriptum redacta, de quibus in usum vocandis sæpe in curia deliberatum fuit, interim cum de eorum usu non constet, etiam nemo civium huc usque ausus fuit, in judicio ea allegare. Idem sine dubio, aliis quoque contingit Municipiis.
69. Effectus statutorum est, ut ea legitime confecta & promulgata obligent in Municipiis, æque ac leges in Imperio & provinciis, quod ex superioribus patet; Obligatio hæc extenditur, ad omnes, qui sunt
70. cives & Municipio subjecti. Non autem extenduntur ad ignorantes illa probabiliter, quæ excusatio potissimum locum habet in civibus novellis contravenientibus statutis, propter eorum præsumptam ignorantiam, æque ac parcitur novo militi, tanquam juste ignoranti leges militares *l. Qui commeatus* §. *Tironi ff. de re milit.* HYPPOL. *de* MARSIL. *ad l. falsum* 19. *n.* 75. *ff. ad L. Corn. de fals.*

Ubi quæro, si civis in Municipium assumatur, præstito juramento de servandis statutis Municipalibus, an hoc juramentum extendi debeat, ad statuta, quæ in futurum edi possent. Sunt qui simpliciter hoc affirmant CARDINAL. ZARABELL. *in c. pen. de jure jur. post. init.* JOAN. ANDR. *ibid. n.* 4. sunt & qui sub illa modificatione si statuta, quæ in posterum fiunt, non afferant grave præjudicium, in affirmativam condescendant ABB. *in d. cap. pen. n.* 2. ANTON. 2. *p. tit.* 10. *cap.* 6. ROSEL. *in summ. verb jurare n.* 2. Sunt denique qui pure hoc negant. SANCHEZ. *lib. III. in decal. c.* 14. *n.* 1. SYLVEST. *verb. juramentum* 4. *quæst.* 38. PETR. de LEDESM. *in summ. tom.* 2. *tract.* 11. *cap.* 5. *dub.* 2. *concl.* 2. FAGUNDEZ. *tom.* 1. *lib. II. cap.* 23. *n.* 5, AZOR. *tom.* I. *liq. II, cap.* 8. *quæst.* 7. FRANCS. BARD. *de conscient. dub. & scrupul. discept.* 6. *cap.* 1. §. 13. *ubi n.* 4. 71.

 Pro

72. pro ratione fundamenti hujus negativæ ponit, quod cum juramentum, ſtricti juris, ſtricte etiam ſit interpretandum, & in dubio non obliget, proinde etiam non ſit extendendum ad ſtatuta in poſterum edenda, quæ adhuc ſint inceria, atque gravem moleſtiam & præjudicium adferre poſſunt, idcirco non eſſe præſumendum, jurantis intentionem fuiſſe, ſe obligare ad ſtatuta futura. Quæ & ſententia plus ponderis habere videtur. Ad effectum ſtatuto-
73. rum quoque refertur; Etiamſi jus reſtituendi famam ad præeminentem ſuperiorum referatur poteſtatem, ut innotuit, ſi tamen fama alicujus à ſtatuto civitatis imminuta ſit, illam ab eadem civitate reſtitui poſſe, ut docent, BART. *in l. infamem. n.* 14. *& ibid.* ALEXAND. *in addit. ff. de publ. judic.* FREHER. *de exiſtimat. lib. III. cap. 30. n.* 8. BOCERUS *de Regal. cap. 2. n. 115.* LIMNÆUS. *jur. Publ. lib. IV. cap. 8. n. 294. in fin.*

74. In tantum etiam effectui ſtatutorum inſiſtet Magiſtratus Municipalis, ut maxime caveat, ne cuiquam in Municipio contra ſtatutum aliquod, permiſſio vel exemtio concedatur, ſi enim taliter privilegiatus forte prædium, cui tale privilegium eſt annexum, cedat tertio, ibi prior à Magiſtratu facta conceſſio operatur defenſionem in poſſeſſione, donec adverſa pars doceat de jure ſuo, POSTIUS *de Manut. obſ. 44. n.* 21. Et quamvis in pari 75.
caſu contra Principem poſſeſſor ſe tueri non poſſit, niſi cum titulo, hic tamen alia ſubeſt ratio: Nam quia civitas ſubeſt adminiſtrationi Senatus, hinc qui Senatus conſenſum & privilegium pro ſe habet, titulo ſatis inſtructus eſt. LOSÆUS *de Republ. p. 3. cap. 5. n. 13. & ſeq.*

Semel rite introducta ſtatuta tol- 76.
luntur, non per non uſum, ſed per uſum iſti ſtatuto contrarium, ita ut licet caſus ſtatuti longiſſimo tempore non eveniſſet, nulla inducatur mutatio. HENN. GÖDEN. *Conſil. 7. num. 4.* NATT. *Conſil. 254 num. 6.*

Verum ad demonſtrandum diſceſſum à ſtatuto ſemel recepto, actus deſiderantur, qui ex Juris neceſſitate proceſſerunt, ALEX. *Conſil. 45. n. 5. vol. 2.* MEV. *d. Comment. quæſt. prælim. 7. n.* 18. Ubi requiri-
tur, ut actus fiant, tali ſtatuto con- 77.
trarii, ſciente & patiente Magiſtratu conditore. BART. *in c. quia circa de Conſang. & Affin.* ARETIN. *Conſil. 11. col. 3. Verſ. ſed oſtenditur* RUIN. *Conſil. 143. num 20. vol. 5.* SURD. *Conſil. 50. num.* 12. Statutum nam- 78.
que quod non obſervatur, ſiquidem caſus, de quo ſtatutum loquitur, emerſerit, perinde eſt, ac ſi conditum nunquam fuiſſet COVARRUV-

var.

var resol. lib. II. cap. 16. n. 6. verſ. Quinto CEPHAL. *Conſil.* 441. *num.* 107. DECIAN. *Conſil. 23. num.* 56. *vol.* PRUCK. *vol.* 1. *Conſil* 17. *n.* 17.

79. Jam quæritur, an confirmatio ſtatutorum à principe impetrata, ea impediat, deſuetudine civium abrogari? Et confirmatione tali non impediri abrogationem dicendum; Nam ut ſupra dictum Princeps non aliter confirmationem concedere ſolet, quam ſub conditione iſta, ſi ſtatuta moribus utentium recipientur. FELIN. *cit. in c. treugas* 1. *n.* 12. *de treug. & pac.* Imo confir-

80. matio Superioris ſimpliciter ſtatutis ſubditorum adhibita, citra clauſulam decreti annullantis non impedit, quo minus ſtatuentes poſſint rurſum ſtatuta ſua tollere RIPA. *reſp* 2. *n.* 6. SCHULTES *part.* 1. *quaſt.* 2. *per tot.*

81. Municipalia ſtatuta ſi fuerint dubia, an eorum declaratio & interpretatio, à Superiori, ſive prædominante, an à jure communi accipiatur? Vide GRÆV. *ad Gail. lib. II. concl.* 33. *n.* 27. Ubi etiamſi & ille remiſſive hunc caſum tractet, in poſterius tamen, quod nimirum à Jure ſcripto ejusmodi ſtatuti interpretatio expectanda ſit, inclinare videtur, cui & ſubſcribere pro Municipiis, tutius erit. Si autem ſint

82. derogantia juri communi, declarationem, aut interpretationem non admittunt, ſed ſimpliciter & ad literam ſunt intelligenda. GAIL. 2. *obſ.* 33. *n.* 3. *in fin.* Illud tamen 83. non omittendum, quod Municipia vigore competentis Juris ſtatutarii poſſint addere formam teſtandi ultra ſolennitatem traditam à Jure civili *l. ſi non ſpeciali ibique DD. C. de teſtam.* VIV. *com. opin. in verb. ſtatutum fol* 370. FICHARD. *in addit. ad Joann. Baptiſt. à Villabos in lit. S. n.* 115. text. etiam eſt ad hoc *in l.* 2. *ibi ut ſecundum leges moresque locorum* C. *quemad. teſtam. aper. Argentorat. Conſ.* 73. *n* 72. *vol.* 1.

Quoad interpretationem ſtatutorum ſciendum adhuc eſt, quod 84. interpretanda ſint ſecundum ipſa, prout in vernacula ſunt concepta, ut ait CRAVETT. *Conſil.* 118. *n.* 23. Et quidem ita, ut proſit illis, quibus auctores ejus providere voluerunt, non illis, quibus noluerunt providere PAUL. de CASTR. *Conſil.* 52. *l.* 1. *col.* 1. Item ſumenda ſunt ejus verba naturaliter, quorum intelle- 85. ctus magis verſari debet circa ea, quæ facti ſunt, quam Juris. Hinc ſi ſtatutum loquitur de morte intelligi debet, de morte naturali, non civili CRAVETT. *d. conſil.* 26. Deinde ex loco vicino, qui ſimilia 86. jura exercet, interpretatio ſtatutorum proxime ſumitur; Nam ſemper circa declarationem actum ad patriam vicinam recurri poteſt.

l. Venditor 13. §. *si const.* 1. *ff. commun. præd. & l. Christianos* 11. *C. de Episc. audient.* Atque ita potius statutum recipit declarationem ab alio statuto, quam à jure communi. ANGEL. *consil.* 356. *n. pen. ad fin.* Etiam argumentum à contrario sensu in statutis locum invenit. MYNSING. *Dec.* 1. *Resp.* 10. *n.* 81. SCHURFF. *consil.* 36. *n.* 11. *cent.* 2.

Verum non saltem interpretationem capiunt statuta ex vicinia, sed & aliquando in erectione quorundam statutorum, tanquam pro norma in cæteris eo fit remissio.
87. Exemplum hujus nobis suppeditant (quod obiter hic percurrere liceat) Jura Susatentia, quæ olim in tantum claruere, ut non saltem oppida vicina, sed & remotiores urbes, secundum ea vivere voluerint,
88. rint. Testatur enim MEIBOMIUS *Introduct. ad Histor. Sax. Inferior. p.* 82. *& seq.* confirmasse Imp. Friedericum II. Jura & consuetudines Lubecensium, postquam hi ab eo petiissent, ut libertatem civitatis, quam à Duce Henrico Leone prius traditam habuerant, obtinerent, & justitias quas in privilegiis scriptas habebant, secun-
89. dum jura *Susatiæ* ipsius munificentia haberent. Ex ARNOLD. LUBECENSIS *Chron. Slavic. lib. II. c.* 35. ubi per justitias intelligi vult præd. Auct. jus Municipale. Atque in privilegio ab Adolpho IV. Comite Holsatiæ urbi isti dato hæc leguntur: *Et in reliquis jure fruantur Susatensium* Calculum suum adjicit DANCKWERT. *Topograph. Holsatiæ p.* 216. dicendo: Jus Lubecense maximam partem ex Susatensi fuisse desumtum. Nec mirum est ait *cit.* MEIBOM. Jus hoc ex Westfa- 90.
lia in Wagriam pervenisse, quia à Comite Holsatiæ vocati venerunt Westfali, & incoluerunt pagum Dargunensem juxta HELMOLD. *lib. I. cap.* 57. Quinimo in Annal. Lubecensibus, inter primos urbis Senatores, anno 1156. reperiuntur Diederich de Harlau ex Westfalia, Johannes de Kamen ex Unna, Gisebertus de Warendorff, Volckwin, & Hermannus de Susato, hinc facile ab Henrico Duce, simul & Susati Domino, jus Susatensium peti, impetrari & confirmari potuit.

Prædicta hæc confirmat CRUSIUS *ad statut. Mindensia cap.* 2. *n.* 91.
15. addendo, Mindenses ante condita peculiaria statuta usos fuisse jure Susatensi. Sed præter hæc dubium non est, ista statuta in Westfaliæ oris magna polluisse auctoritate, nam in privilegiis civitati Lippiæ nostræ, à Comitibus istius nominis, seculo 13. & 14. Latino idiomate concessis, ple-

pleramque inſerta reperimus hæc verba: *Juxta jura Suſatenſia.* Inde non piget juxta materiæ hujus capita, paſſim inſeruiſſe, convenien-
92. tiam cum jure quod jam audit die Soeſtiſch Schrade / quamvis ex rerum viciſſitudine hodie vigorem ſuum iſta amiſerint, & vix eſt, ut in ipſo loco, ea in judicando ſerventur.

93. Etymon vocis iſtius expiſcari non contigit, omni opera mea inattenta, niſi conjecturæ locum faciamus, & ex HENR. MEIBOMII *introduct. ad Hiſtor. Saxon. inferior. pag. m.* 79. dicamus ſub Boleſlao ſeculo 13. multa Poloniæ loca fuiſſe Jure Magdeburgenſi uſa, quod jus Teutonicum dictum fuerit *Sredenſe*, ubi dict. Auctor hariolatur pro *Sredenſe* legendum eſſe, *Stedenſe* ſive oppidanum, jus Municipale, Stadt-Recht / quaſi per excellentiam juri Saxonum aliquando tributum. Si jam *A.* loco *E*, corrupte inſerpſerit, ex voce illa *Sredenſe* prodiit *Sradenſe.* Inde tandem Schrade. Et hæc per viam.

94. Sed ut revertar, unde digreſſus ſum, ſtatuta Municipalia, ſi nec juriſdictioni Principis, uti modo dictum eſt, nec rationi, nec juri naturali repugnantia ſint, in judiciis etiam ſuperioribus tam accurate attendenda ſunt, ut judex contra illa judicans, litem perinde ſuam faciat, ac ſi contra jus commune pronunciaſſet *c. venientes de jure jur. c.* 3. *de eo qui mitt. in poſs. l. an in totum C. de ædific. privat. l.* 1. *& l. præſes* C. *de ſervit. & aq. auth. jubemus in fin. c. de judic.* Et ſtatuto ſemel recepto ac intro-
ducto qui nititur, jus commune pro ſe habere cenſetur MEV. *ad jus Lubecenſ. lib. II. art.* 34. *n.* 5. Nam ut ſupra dictum, quæ uſu recepta non ſunt, ea nec ligant ALEX. *conſil.* 39. *vol.* 3. LEON. *Conſ.* 10. *n.* 1. 95.
& 2. ſi quis autem allegare velit, ſtatutum non eſſe in uſu, non ſufficit, ſi forte ſemel non fuerit obſervatum, caſu eveniente, ſed requiritur, quod pluries non fuerit receptum ALCIAT. *conſil.* 57. *n.* 24. Quidam volunt tunc eſſe extra uſum poſitum, quando per decem annos continuos eveniente caſu non fuerit ſervatum BURSAT. *conſ.* 222. *vol* 2. CHRISTIN *ad leg. muncicip. Mechalin. in prælud. n.* 96.
10. Si & evenit, cives quoſdam de nullitate & injuſtitia ſtatuti queri, ipſi audiendi non ſunt, quam diu de notoria nullitate, vel iniquitate non conſtat. *l.* 4. *ff. de decret. ab ord. fac.* ob præſumtionem, quæ militat pro Magiſtratus decretis ALCIAT. *de præſumt. reg.* 3. *præſ.* 7. *in princ* Et 97.
acta publica & privata tam diu 98.
ſuſtinenda & obſervanda ſunt, do-

donec legitimis mediis revocentur, quod ratio justitiæ exigit, ut antequam rescindantur, habeantur rata & observentur, nec permissum est ut ante sententiam super iis, quis sibi jus dicere poterit. Atque contra petitionem civium, hoc casu pronunciandum, statuit Mev. *p. 6. decis. 73.*

99. Si statuta hæc Municipalia ab una partium in judicio allegentur, ab altera vero negentur, non totus quidem statutorum liber, sed capitulum allegatum à Magistratu edi debet, si hoc denegetur parti patenti in Camera compulsoriales decerni, docet Gail. 1. *obs. 106. n. 8.*

100. Vigore hujus juris statuarii datur Municipibus condictio ex statuto, Bart. *in l. Ariani n.* 1 *& 2. c. de hæret. & in* l. 1. *in pr. n. 3. ff. ad L. Falcid. Alex. in l. omnes super verb. Municipales ff de just. & jur.* Alber. *in tractat. de statut. art. 7. in* 1. *quæst. n. 4.* Quæ
101. condictio tunc locum habet, quando statutum vult aliquem efficaciter teneri, & non dat ad id actionem Bart. *in l.* 1. *ff. de condict. ex l.* Placent. *in tract. de variet.*
102. *act. tit. 8.* Et hæc condictio ex statuto fortior & potentior est officio judicis Laurus. *de* Palat. *in tract. de success. in 2. part. princ. n.* 15. Alex. *cons. 73. n. 5. vol. 2.*

Alleganti statutum incumbit 103.
probatio, quia est facti *l.* 1. *C. quæ sit long. Consuet.* Bald. *in præl. feud. n.* 4. Paris. *p.* 4. *consil.* 25. 36 Nam multi credunt consuetudinem & aberrant, Meischn. *tom. 3. decis. Cameral.* 14. *n.* 43. Nec & Magistratui de consuetudi- 104.
ne vel statuto attestanti fides habetur *decis.* 3. *n.* 22 ex ratione quia judex non nisi de iis informari potest, quæ ordinem ac stylum judicii spectant, non vero, quæ ad decisionem causæ pertinent Natta *consil.* 264. *n.* 7. Schult. *p.* 2. *quæst.* 69. *n. ult.*

Imo nec Principis de consuetu 105.
dine vel statuto attestanti creditur Reinck. *de Regim. sec. & Eccles. lib. II. class.* 2. *p.* 9. *n.* 24. Nam quæ facti sunt, etiam prudentissimos fallere possunt, *l.* 2. *de jur. & fact. ign.* sic & in dubiis facti Princeps errare potest *cap.* 1. *de const. n.* 6. Quatenus Doctori juris attestanti super statuto sit credendum *vid. infr. c. seq. n.* 65.

Sed ratione probandi statuti no- 106.
tandum est, quod si constat statutum semel fuisse receptum, post legitime factam promulgationem, tunc alleganti, postea illud in desuetudinem abiisse, onus probandi incumbere; si autem non constat ab initio illud usu introductum esse, tunc ad allegantem necef-

ceſſitas probandi minime ſpectat. SURD. *conſ. 460. n. 79. vol.* 4. *Conſt. conſil.* 41. *n.* 16. RICHTER *deciſ. 3. in fin.*

107. In ingerendis juribus ſtatutariis, duo obſervanda ſunt; Ut nimirum id fiat parce & paulatim; *Illud*: Quia non ſunt uſui crebræ mutationes, TACIT. XII. *annal.* in cæteris namque licet formula illa Pliniana *lib. XXVIII. Hæc vetera ſunt, nova optamus*, locum habeat; Attamen cives tam obſtinate pro moribus quam pro mœnibus

108. certare videmus DIOG. LAERT. legimus morituros cives potius, quam in alienos ritus, legesque verterentur. ARISTOT. *lib.* II. *Polit. cap.* 9. non facile vult legem mutari, ſubdens: Non enim tantum proderit, qui corrigere perget, quantum nocebit aſſuefactio ſuperioribus non parendi. Atque in rebus novis conſtituendis eſſe utilitas debet, ut recedatur ab illo jure, quo diu æquum viſum *l. 2. ff. de conſt. Princ.* ideo CLEON cenſuit, meliorem eſſe ſtatum Reipubl. quæ deterioribus legibus utitur, ſed firmis ea, quæ frequente eas commutat. Et AUGUST. ipſa mutatio conſuetudinis etiam quæ adjuvat utilitatem, novitate perturbat *Epiſt.* 118.

109. Creditur enim vulgo ſuper omnibus negotiis melius & rectius olim proviſum TACIT. *Annal.* 14. & antiquarum legum cuſtodia grata eſt populo, & minus odii conciliat, quam aliarum novarum promulgatio, in illis conquieſcit judicium, in his vacillat & fluctuat, in illis elucet clara, per has in diſcrimen venit exiſtimatio, illa cum ſecuritate innovantur, hæ ſine periculo induci non poſſunt, Nova experiri, remedia, eſt ſalutem & vitam in diſcrimen adducere SAVEDR. *Symb. polit.* 21. Auguſt. Cos. ſic Senatum monuit; Poſitas ſemel leges conſtanter ſervate, nec ullam eorum immutate, nam- 110.
quæ in ſuo ſtatu, eademque manent, etſi deteriora ſint, tamen utiliora ſunt Reip. his, quæ per innovationem vel meliora inducuntur. DION. *lib.* LII. & THUCYD. ait: juſtiſſime agunt, qui præſentibus moribus legibusque, etiamſi deteriores ſint, minimum variantes, rempublicam adminiſtrant.

Si non ſatis parce & prævia bo- 111.
na deliberatione ſtatuta ferantur, eveniet, quod dicitur, ſtatuta eſſe ſeminaria litium, ALCIAT. *in l. cum filius-fam. in pr. n. 2. ff. de verb. obligat. conſil. Argentorat.* 73 *n.* 171. quod & evenit, ſi ni-
mis multæ leges ſtatutariæ in civitate reperiantur, qualis ſicut an- 112.
tea flagitiis, ſic poſtea legibus laborare dicitur à TACIT. 4 *Annal.*

Et

Et juxta Plin. legibus fundata civitas legibus sic evertitur. Ubi plurimæ leges, ibi & lites, itemque mores improbi, Plat. Inde Strabo ait, Zoleucum Thyriis olim paucas & simplices leges dedisse, sed alias per subtilitatem & nimiam curam addidisse, ex quo factum sit, ut celebres magis quam boni redderentur.

113. Quæ quidem regulariter ita se habent, interim tamen & illud notandum, quod sapientis sit à legibus discedere, ubi eas servari perniciosum esset, post Marci Anton. Natt. *de instit. Princ.* D. Hiller. *in suo consilio in causa Judæorum in princip.*

114. Sic enim sæpe fert sors naturæ humanæ, cum fluxa omnia & fragilia sint, nec quicquam ita stabile & immutabile inter homines esse potest, quod nullam patiatur mutationem, inquit Justin. *Nov. 7. c. 2. & l. 2. C. §. sed quia de vet. jur. enucl.* Et nunquam perfectum in humanis intentionibus reperitur, Gail. *de Arrest. Imp. cap. 2. n. 11. & seq.*

115. Si hoc non sit, sed lex & statutum aliquo modo salvari poterit, ab ea non recedendum; quia novationes, præsertim in legibus, sunt exosæ & omnibus modis evitandæ in regimine, utpote quæ pariunt discordias & scandala, Fr. Viv. *decis. 255. n. 26. & decis. 330. n. 24.* Cravett. *cons. 604. n. 13.* Peregrin. *cons. 11. n. 13. & seq. lib. III.*

116. Omnis fere mutatio periculosa & vitium mortalitatis est, nova prurire ac præsentem nauseare, quantuscunque tandem sit, statum & conditionem, Zachar. Victor. *de Exempl. concl. 10. in princ.* atque sicuti periculosum & difficile est, annosas arbores, quæ jam late radices egerunt, loco suo revellere & transplantare in alium; Ita Rempublicam suis insuetam inveteratamque institutis ad aliam vivendi rationem traducere non licet, quin maximi rerum novarum motus inde sequantur, Rittershaus. *in proleg. partit. feud. fol. 48.* Et licet hæ mutationes in legibus, statutis, seu consuetudinibus, bona ac laudabili tenten- 117.
tur intentione, haud tamen omnibus gratæ & acceptæ, quod probatur exemplo sequenti: In Livonia rustici, si injunctum pensum non solvunt, à Nobilibus suis misere vapulant; Cui rei cum mederi vellet, libertatemque majorem rusticis concedere, Stephanus Rex Poloniæ, Anno 1582. ei rustici responderunt, antiquas se leges & consuetudines mutari nolle, omniaque dura perpeti malle, quam novitatem aliquam introduci,

ci, BESOLD. *in Polit. de Monarch. fol. 25. & ſeq.*

118. De Livonicorum ruſticorum dura & rudi conditione habet OLEAR. *Itiner. Perſico*, hisce rythmis, quæ hic incidenter jungo:

Ick bin een Lieſländer Bur /
Min Leven werd mi ſur /
Ick ſtiege op enen Bercken-Bom /
Un haue darup Sadel un To n /
Ick binne mine Schaue mit Ba-
ſte /
Un ſpicke uſen Junckern de Kaſte /
Ick geve uſem Parherrn ſine
Plicht /
Un weit van Gott un ſinem Wor-
de nicht.

recenſente GASTELIO *de ſtat. publ. Eur. cap.* 32. *n* 134.

119. Dictum eſt in præcedentibus, parce, raroque in juribus ſtatutariis mutationes à Magiſtratu Municipali fieri debere; reſtat, ut etiam demonſtrem, paulatim eas fieri debere, quia mutatio paulatim quæ fit, efficit, ut omnes eam non advenire ſed adveniſſe ſentientes ferant; Quod Deus ipſe nos docet, qui ex hyeme ad vehementes æſtus tolerandos, ex æſtu in hyemem vehementem paulatim, nec ſine veris autumnique intercapedine & temperatura non deducit, XENOPHON *lib. VI.*

120. Quæſtionem illam annecto: An ſtatuta Municipalia etiam ligent Magiſtratum ipſum? Ratio dubitandi prima eſt: Quod Magiſtratus non proprie ſit civis, ſed ſuperior civitatis, ſtatuta autem non ligant, niſi ſubditos, *l.* 9. *ff. de juſt. & jur. c. à nobis extr. de ſent. excomm.* Ad quam reſpondetur, 121.
Magiſtratum duplicem ſuſtinere perſonam, propriam ſcilicet & alienam, reſpectu officii, quod gerit, licet itaque ratione officii, ut Magiſtratus ſtatutis non ſubjaceat, iis tamen, ut privatus, omnino obnoxius eſt, MODESTIN. PISTOR. 2. *quæſt* 85. *n.* 3. JACOB. SCHULTES. *ibid.* DAUTH. *de teſtam. n.* 66.

Ratio ſecunda dubitandi eſt: 122.
Magiſtratus etiam quatenus privatus civis non eſt; Ad quam reſpondetur: Licet hoc reſpectu civis non ſit, tamen eſt incola, quem non minus ſtatuta ac civem ligant & obſtringunt, *l. incola* 1. *ff. ad L. Municip.* CÖPPEN. *dec.* 31. *n.* 22. GAIL. 2 *obſerv.* 35. CARPZ. *p.* 3. *conſt.* 12. *defin.* 17. ubi hoc more ſuo tali præjudicio confirmat: Dieweil aber dennoch ſolche ſtatuta, &c. ſo wol die Perſonen des Rahts ſelbſt verbinden / &c.

Laudabile eſt Conſuli, ſtatutis 123.
à ſe latis ipſe obtemperare, exemplo ſit, quod miremur, non imitemur illud Charondæ Tyrii: qui cum lege caviſſet, ut, ſi quis cum ferro conciones, ut vis omnis

Mmmm co-

cohiberetur, intrasset, continuo interficeretur, interjecto deinde tempore ex longinquo rure gladio accinctus domum repetens subito indicta concione, sicut erat, in eam processit, ab eoque, qui proxime constiterat à se latæ legis monitus. *Idem ego, inquit, faciam.* Ac protinus ferro, quod habebat, districto incubuit, VALER. MAXIM. *lib. VI.*

124. Sic etiam statuta & leges Municipales non melius, quam exemplo & vita promulgantis Magistratus firmantur, juxta illud CLAUDIAN.

In commune jubes si quid censesve tenendum,
Primus jussa tibi, tunc observantior æqui,
Fit populus, nec ferre vetat, cum viderit, ipsum
Auctorem parere sibi - - -

125. Certe, Magistratus, statuendo aut alio modo cavendo, nihil agit, nisi statuta sua ab infractionibus sarta tecta conservet, alias ad ostium curæ vulgatum illud occentari audiet: Rahts Gebot ist Bürger Spott; *itemque illud:* Statuiren und nicht exequiren/ heisset nur die Stadt vexiren. Lex carens executione est campana sine pistillo, BESOLD. *polit.* 2. *cap.* 3. MANZIUS *bell. civil. part.* 2. *qu.* 7. *n.* 33. HILLER. *in consf. contra Judæos n.* 226. umbra sine substantia, idea sine corpore, MÜLLER. 126.
ad Const Saxon. p. 1. *const.* 32. *n.* 2. Satius etenim est, non proferri leges, quam prolatis non obtemperare, ARIST. 3 *Polit. cap.* 8. Qui reprehendit Athenienses, quod cum duas res, frumentum & leges invenissent, frumento quidem uterentur, sed legibus nunquam, LAERT. *lib. VI. cap.* 1. Et sane lex est ludibrium, ubi non est legis obsequium.

Caput XXXV.

DE MUNICIPIORUM JURE CONSUETUDINARIO.

SUMMARIA.

1. *Statutum & consuetudo, quomodo differant?*
2. *Consuetudo est fons, forma & titulus omnis jurisdictionis.*
3. *Consuetudo, quid sit?*

4.

4. *Consuetudine Municipia multa habent, quæ sunt ultra capacitatem eorum.*
5. *Consuetudo non habenti jurisdictionem tribuit.*
6. 7. *Consuetudo, quid possit?*
8. *Consuetudo nititur tacito consensu.*
9. 15. *Præscriptionis & consuetudinis differentia.*
10. *Quatenus præscriptio requiratur in consuetudine contra leges?*
11. *Consuetudo censetur acquisivisse tacitum Principis consensum.*
12. *Longæva consuetudo est instar privilegii specialis.*
13. *Consuetudo quomodo differat à moribus civitatis?*
14. *Quomodo differat à stylo?*
16. *Consuetudo tribuit quævis jurisdictionalia & imperiosa.*
17. *In materia jurisdictionis & Regalium consuetudo est sufficiens titulus.*
18. *Facti de prohibito permissum & de permisso prohibitum.*
19. *Adhuc firmior consuetudo est privilegio.*
20. *In juribus contra Principem acquirendis requiritur consuetudo immemorialis.*
21. *Ratio est ex vi præscriptionis.*
22. *Consuetudo actum illicitum facit licitum.*
23. *Consuetum ab aliis, etiamsi malum sit, faciens, culpa vacat.*
24. *Opinio sola, si quis credat se in licito actu deprehendi, etiamsi credulitas illa sit crassa, sufficit ad evitandam pœnam.*
25. *Consuetudinis præstantia consistit in altera natura.*
26. 27. 28. *Consuetudo excusat Notarios à falso.*
29. *Nisi consuetudo illa sit nutritiva peccati.*
30. *Jure Canonico quæ dicatur consuetudo rationalis?*
31. *Quæ jure Civili?*
32. *Veritas & ratio vincere debent consuetudinem.*
33. *Consuetudo mala dicitur corruptela.*
34. *Excusationemq; nec apud Deum nec homines habet.*
35. *Cretenses cum execrari volunt, malam consuetudinem alicui optant.*
36. *Sufficit, consuetudinem esse tolerabilem.*
37. *Consuetudo habens rationem motivam, non dicitur sine ratione.*
38. *In dubio consuetudo præsumitur laudabilis.*
39. *Exemplum consuetudinis irrationabilis.*

40. *Omnis mala consuetudo abolenda.*
41. *Consuetudo non admittenda, ubi vitricus vel noverca excludit à successione liberos.*
42. *Filius est heres paternus.*
43. *Persona extranea non excludit proximos è sanguine.*
44. *Vitricus & noverca sunt personæ extraneæ respectu privignorum.*
45. *Denegata successionis spes tollit amorem.*
46. *Diuturnitas temporis auget iniquitatem.*
47. *Generalis confirmatio Principis non validat pravam consuetudinem.*
48. *Communio bonorum morte conjugis solvitur.*
49. *Consuetudo non excusat in actibus impiis.*
50. *Ratio.*
51. *Administratores civitatum si id faciant, quod & antea factum esse, ex actis apparet, excusantur.*
52. 53. 54. *Exemplum Romanorum.*
55. *Causa fatua & bestialis excusat à dolo.*
56. 57. *Quando hoc verum sit?*
58. *Prava consuetudo à delicto non excusat.*
59. *Consuetudo abolita non excusat.*
60. *An consuetudo requirat sententiam in contradictorio latam?*
61. *Quatenus hoc procedat?*
62. *Vulgi observantia ducit in errores,*
63. *Alleganti consuetudinem incumbit probatio.*
64. *Consuetudo in scripturam redacta habet permanentiam evidentem.*
65. *Quatenus Doctori de consuetudine attestanti credatur?*
66. *Consuetudinis probatio sapientissimos fallit.*
67. *Doctoribus quatenus in arte sua de jure & facto asserentibus credatur?*
68. *Quatenus Magistratui vel judici de consuetudine asserenti credatur?*
69. *Nuda judicis assertio non supplet, quod plene probandum erat,*
70. *Error Consulum de consuetudine attestantium.*
71. *Quatenus testes de consuetudine deponentes fidem faciant?*
72. *Causam scientiæ addere debent.*
73. *An allegatio consuetudinis tanquam rei notoriæ sufficiat?*
74. *Quæ consuetudo sit notoria?*
75. *Notorium facti permanentis & transeuntis.*

76. *Consuetudine generali regionis probata probatur etiam consuetudo Municipii particularis.*
77. *Argumentum ab exemplo in consuetudinibus valet, quatenus?*
78. *Consuetudo in aliquo loco vigere dicitur, quæ in vicinis, præsertim principalioribus locis conservatur.*
79. *Exceptio.*
80. *Consuetudo Municipii ligat suburbanos.*
81. *Exempti à jurisdictione civitatis non ligantur eorum consuetudine.*
82. *Exemplum juris congrui.*
83. *Consuetudo universitatis totius provinciæ extenditur ad omnia Municipia,*
84. *Judex etiam superior contra consuetudinem Municipii judicans litem facit suam.*
85. *Consuetudine acquisitum jus Princeps auferre non potest.*
86. *Quomodo consuetudo tollatur?*
87. *In consuetudine Municipali non facile quid mutandum; Cujus adducitur exemplum.*
88. *Beneficium invito facere, pro tyrannide habetur.*

De non agnoscentibus beneficium volens bene mereri, idem facit, quam ille, qui canes alienos pascit.

Populo rudi indiscretoq; benefacere, est in mari seminare.

1. Quia statutum & consuetudo non differunt ratione causæ efficientis, sed ratione modi & formæ, tanquam tacitum & expressum, BALD. *in l. consuetudinis C. quæ sit long. consuet.* ABB. *in c. 1. in princip. x. de consuet.* HARTM. PIST. *p. 2. quæst.* 41. *n.* 19. Hinc non inconcinne materia hæc, superiorem de statutorum jure excipit.

2. Consuetudo autem merito dicitur fons, principium, ac forma omnium jurisdictionum. CRAV. *cons.* *238. n. 17.* ACHIL. PERSONAT. *de acquirend. poss. n. 137.* BOREL. *cons.* *73. n. 34.* quæque sufficientissimum omnium jurisdictionum titulum subministrat BALD. *cons.* 319. *circa fin.* BORELL. *cons.* 3. *n.* 13. Et quæ nihil aliud est quam tacita civium 3. conventio *l. sed ea ff. de LL.* BART. *in l. de quibus ff. eodem D. D. in rubric. extr. de consuet.* ROMAN. *cons.* 516. *n.* 5. SURD. *cons.* 465. *n.* 8.

Et per eam Municipiis multa, captum, capacitatemque illorum 4. primitivam superantia, acquisita esse, nemo, quod putem, inficia-

 bi-

bitur, conſuetudo etenim non ha-
5 benti jurisdictionem tribuit *c. con-
queſtus 9. quæſt. 3. c. irrefragabili
§. 1. & c. dilectus in pr. de offic. or-
din. l. 1. ibiq; DD. C. de emancip.
liber. c. cum contingat de foro com
pet. ubi* Johan. Andr. dicit, quod
conſuetudo tribuat etiam jurisdi-
ctionem privato, unde Abb. *ibid.
n. 5.* dicit, duo eſſe, quæ etiam
privato conferant jurisdictionem,
privilegium ſcilicet & conſuetudi-
nem Felin. *ibidem.* De illis itaque,
quæ conſuetudo Municipiis dat,
aut dare poteſt, eorumque firmi-
tudine ac ſubſiſtentia, paucis ſub-
ſequentibus dicetur.

Conſuetudo majorem vim,
quam lex aut præſcriptio, Bald.
6. *conſ. 318. circa fin. lib.* II. Schrad.
de feud. p. 10. ſect. 9. n. 227. Vim
expreſſi privilegii, ſpecialisque
juſſionis habet, *l. hoc jure §. aquæ
ductus. ff. de aq. quot & æſt*
Donell. *lib. 1. comment. 20.* Hen-
ning. *conſ. 39. n. 44.* Cravett.
conſ. 21. n. 2. Oldrad. *conſ. 172.
in pr.* atque ita quaſi per artem
chymicam nigrum in album ver-
tit Knich. *de veſtit. pact. l. 2. c.*
7. *4 n. 160.* Denuo tantum quan-
tum Imperator cum cauſa & de
plenitudine poteſtatis poteſt. Isern.
in c. 1. verb. flumina, quæ ſint regal.
Alex. *conſ. 47. vol. 4. & conſ
203. vol. 6.* Bald. *in c. cum cau-
ſam de probat. & in l. Imperium
num. 23. ff. de jurisdict.*

Nam diuturnitas conſuetudi- 8.
nem conſtituens, tanquam per
præſcriptionem, videtur inducere
patientiam ſummæ poteſtatis. In-
de ſemper ineſt conſuetudini præ-
ſcriptio, non tanquam præſcriptio
proprie talis, ſed tanquam firmitas
taciti conſenſus, a conſentiente in
conſentientem Engel. *prol. jur.
Canon. tit. 5. n. 15.* Præſcriptio 9.
contra invitos quaſi & negligen-
tes dominos introducta acquirit,
jus contra non conſentientem, unde
neceſſario certum tempus ſtatuen-
dum erat, quod ſufficiens videba-
tur ad ſuas ſibi res perquirendas.
Conſuetudo nititur tacito conſen-
ſu, ideoque tempore opus ut in-
troducatur, non ut præſcribatur.
Sed in præſcriptione aliquid adhuc 10.
ſuper additum eſt, & ipſi ineſt
conſenſus præſumtus domini ne-
gligentis, ſic ab initio videtur re-
quiri præſcriptio, in conſuetudine
contra leges, ubi jus acquirunt
utentes, invita quodammodo,
aut negligente ſumma poteſtate.
Prout more ſuo doctiſſime infert
Schilter. *Exercit. 2. ad ff. §. 19.
in not. tit. 6.*

Atque ſic omnis conſuetudo per 11
longiſſimi temporis uſum intro-
ducta ab iis, qui ſuperiori poteſtati
ſubſunt, cenſetur acquiſiviſſe ſi
non

non expressam, saltem tacitam confirmationem à Principe, eandemque vim habent ac si ab eo expresse ab initio lata essent, GLOSS. *in l. qui enim ff. rem rat. hab.* CURT. *de feud. quæst. 1. n. 9. & seq.* SONSBEC. *de feud. p. 1. n. 23.* SCHRAD. *de feud. p. 1. quæst. 1.* Princeps enim tanto temporis lapsu res suas negligens, eas pro derelictis habere velle censetur *l. 1. ff. de usurp. & usuc.* MOLIN. *de J. & J. tract. 2. disp. 76.* Consuetu-
12. do quippe legis non tantum vim habet *l. de quibus ff. de LL.* sed usus tanti temporis, cujus memoria non exstat, vi specialis privilegii à Principe ex certa scientia concessi gaudet C. *super quibusdam x. de verb. sign.* BALD. *in c. 1. quæ sint regal. n. 3.* JAS. *ad d. L. de quibus n. 43.*

13. Differt autem consuetudo (1.) à moribus civitatis, nam mores & usus sunt ipsi actus uniformes ex quibus tandem consuetudo erumpit, unde non sufficit probare frequentiam usuum separate consideratorum, nisi de consuetudine, ex usibus illata constet ZAS. *ad d. l. de quibus ff. de LL. n. 21.* (2.)
14. Differt à stylo, qui præcipue solennia judicialia in proponendo & scribendo concernit, ac tantæ auctoritatis non est, ut in judiciis habeat vim veritatis quia facile mutari potest. BALD. *ad d. L. de quibus. in fin.* FELIN. *ad C. ex Literis in verb. stylus x. de Rescript.* Consuetudo autem magis extensa est, & plenis velis ingreditur, moribus & actibus populo accommodata. ZAS. *d. loc. n. 22.* BALD. *d. l de quibus n. 24.* DEC. *in cap. Auditis n. 21. x. de præscript.* (3.)
Differt à præscriptione, licet & populus consuetudinem non inducat, nisi ex frequenti actu, sed præscriptio est unius saltem personæ, consuetudo popularis. Ad præscriptionem concurrere debet non tantum intentio præscribentis, sed & patientia, vel negligentia adversarii, sed consuetudo adversarii jura non respicit: tunc & consuetudo aliquando extenditur ad similia, sed præscriptio est arcta, tenuis & macra, residens præcise in re præscripta tanquam circumscepta suis finibus. *Id. Ibid. n. 23.* 15.

Recte ex præmissis concluditur, per ejusmodi observantiam antiquam, non tantum quævis jurisdictionalia, etiam imperiosa, sed & reservata Principis, in Municipia cadere posse, *c. super quibusdam §. praterea de verb. signif.* BART. *in l. 2. §. item Labeo in fin. ff. de aq pluv. arcend.* ALEX. *cons. 136. vol. 2. & cons. 137. vol. 6.* ROLAND. *cons. 2. vol. 1. n 123.* 16.

Quod

Quod variis exemplis confirmari
17. poterit. In materia enim jurisdictionis & regalium consuetudo per se sufficientissimus titulus perhibetur BORELL. *cons. 3. 13.* Origo, forma, principium omnium jurisdictionum & regalium esse judicatur CRAVETT. *cons. 238. n. 7.* Principisque potestatem habet ac tribuit jurisdictionem meram, mixtam imperio'am, altam, bassam, SOCIN. *in c. cum contingat n. 9. & seq. x. de for. compe.* GAIL. *2 obs. 57. n. 14.* tam voluntariam, quam contentiosam, VIVIUS *dec. 470, n° 8. lib III.* BORELL. *cons. 37. n. 34. & seq.*

Quodcunque ergo Municipium impetrare potest expressa concesse-
18. sione, & per modum privilegii, idem & potest consuetudine, quæ tantæ est efficaciæ, ut de prohibito permissum, & è converso de permisso prohibitum facere possit, *Cap. cum olim x. de Cler. conjug* OLDRAD. *cons.* 105 CRAVETT. *d. cons.* 228 *n 6.* SCHRADER. *de feud. part.* 10. *sect. 9. n. 233. & seq.* Imo consuetudinis vis firmius adhuc & potentius jus ac-
19. quirit, quam quod per privilegium conceditur, *Cap. Ad. Apostolicum 42. x. de Simon* CRAVETT. *de antiqu. temp part.* I. *in princ. n. 43. & cons. 399. n. 9.* KNICHEN. *de Saxon. non provoc. jur. in verb. jus. cap.* I. *n.* 121. Et plus potest, quam Principis aut Papæ gratia, BALD. *cap.* I. *de success. feud.* SCHRAD. *d. tract. & loc. n. 238.*

Verum in jurium horum & re- 20.
servatorum acquisitione per consuetudinem contra supremum Principem non sufficit longum tempus decem annorum, quod de cætero in consuetudine introducenda satis est, MYNSING. *obs.* 41. *n. 9. cent. 6.* REBUFF. *de consuet. art. 2. gloss.* 3. *n.* 17. GUID. PAP. *consil.* 164. *n.* 3. GAIL. 2 *obs.* 31 *n.* 3. cum consuetudo dicatur diuturna, vel longa, *in rubr ff. de LL. & C. quæ sit long. consuet.* Longum autem & diuturnum tempore decem annorum includitur, *princ. J. de usucap.* MYNSING. *d. obs.* 41. *n.* 10. Sed requiritur consuetudo immemorialis, *d. c super quibusdam. §. præterea x. de verb. sign.* & hæc communis DD. opinio est *in c. fin. de consuet.* & per eos, quos adducit CRAVETT. *d. cons.* 349. *n. 9 & cons.* 814 *n* 5. GAIL. *d. obs.* 31. *n°* 4. SCHRAD. *d. p.* 10. *sect. 9. n.* 238. Ratio hoc evincit, quia præscriptionis ob tempus immemoriale eadem vis est, & quod de consuetudine immemoriali allegari solet, pariter ad præscriptionem extendendum est. SIXTIN. *de Regalib. lib. I. cap. 5. n.* 144. accedente nimirum patientia summæ potestatis, *supr. n. 8.*

Ex

22. Ex hoc jure est, ut si in Municipiis actus quidam invaluerint, qui in aula Principis Dominive cujuscunque territorialis, pro illicitis & punibilibus habeantur, â Principe, obstante hac consuetudinis vi antiqua, puniri non possint; certi enim juris est, consuetudinem actum illicitum & punibilem facere licitum & impunibilem, *l. si pignora.* §. *fin. ibi nam usu hoc evenerat, ff. de pignor. act. l.* 17. §. *apud Labonem ibi, quia id fecit, quod ei publice facere licere arbitrabatur . ff. de ædil. edict.* Cotta *in suis memorabil. verbo consuetudo. facit* Roland. *consil.* 58. *n.* 19. *lib. IV.* Marsil. *consil.* 90.
23. *n.* 11. & *cons.* 100. *n.* 11. Traduntque Doctores generaliter, quod consuetum ab aliis, etiamsi malum sit faciens, dolo & culpa vacet. Riminald. *cons.* 554. *n.* 73. Bursat. *cons.* 77. *n.* 15. Simon de Pratis *cons.* 178. *n.* 15. *cent.* 2. Joseph. Ludov. *concl.* 38. *n.* 149. Quod eo magis admittendum, quia
24. sola etiam opinio, quod quis crediderit, se in licito actu deprehendi, etiamsi credulitas illa foret fatua & crassa, ad evitandam pœnam sufficit, Bart. *in l. Divus. n.* 2. *de sicar.* Dec. *cons.* 195. *in fin.* Franc, Viv. *decis.* 483. *n.* 13.
25. *cons.* 37. *n.* 494. & 405. *tom.* 1. Ratio horum consistit in consuetudinis præstantia, quæ quasi altera est natura, Gloss. *in L. actor.* 23. *verb. cum per rerum naturam. C. de probation.* Cravett. *cons.* 238 *n.* 9. cujus jus censetur immutabile, Roch. Curt. *repetit. c. fin. n.* 147. *x. de consuet.* Sic si consuetudo est, quod con- 26.
tractus Prælatorum subscribi & sigillari soleant, nomine ipsorum per suos Notarios ad hoc deputatos, quamvis ipsi Notarii de hoc nihil sciant, tamen excusantur à falso, propter talem consuetudinem, Marsil. *cons.* 100. *n.* 10.
Idem est, si Notarius in instru- 27.
mento dicit: Talis dedit & annumeravit Titio 100. & vera & actualis numeratio non intervenit, tenetur talis Notarius de falso, nisi consuetudo esset, quod Notarii in instrumentis tale verbum numerationis apponere soleant, licet ea realiter facta non fuerit, tunc enim eum, ob allegatam consuetudinem, licet pravam, excusari, & ita Notarium quendam Placentiæ à pœna falsi defensum esse innuit idem Auct. *consil.* 28.
100. *n.* 15. Item Perusii tres sunt conservatores monetæ, & quando solutiones fiunt in communi, consuevit Notarius ponere & adscribere nomina ipsorum trium, licet aliquis eorum sit absens, tamen taliter falsum scribens excusatur à

Nnnn pœ-

pœna falsi, propter consuetudinem, Tiraquell. *de pœn. temper. caus.* 42. *n.* 11.

29. Nisi sit talis consuetudo nutritiva peccati, Sen. *cons.* 275. *in pr.* Calder. *cons.* 42. Joann. Andr. *in c exstirpandæ de præbend.* Rom. *cons.* 102 Curt. Jun. *cons.* 206. *n.* 55. *lib.* III.

30. De Jure Canonico consuetudo dicitur rationabilis, quæ non nutrit peccatum, nec tendit contra libertatem Ecclesiæ, *C. fin. de consuet.* C. *Ecclesia S. Mariæ x. de Constit.* Jure civili vero illa dici-

31. tur rationabilis, quæ bono publico non refragatur, & privatorum utilitati providet, Reinck. *de regim. sec. lib. II. class.* 2. *cap.* 9. *n.* 8. 9.

Quidam volunt, consuetudi-

32. nem etiam sine ratione stare posse, Bald. *in d. l. de quibus ff. de LL.* ex eo, quod ratio non sit de substantia consuetudinis, per *l. non omnium. ff. eod.* In hisce autem textibus non negatur, quin omnia rationem habeant, sed docetur, non esse cujusvis, de unaquaque legis sententia, arcanam sæpius & latentem rationem assequi. Hoc plane verum est, ratio & veritas, consuetudini præponenda est, & consuetudo, quæ apud quosdam irrepserat, impedire non debet, quo minus veritas prævaleat & vincat, nam consuetudo sine veritate, vetustas erroris est, *Canon frustra & Can. consuetudo. dist* 8. Quia hæc non consuetudo 33.
sed corruptela dicitur, & tanto gravius ducitur peccatum, quanto diutius duravit, C. *fin. ubi* Gloss. *in verb. diutius de consuet.* Nec im- 34.
proba consuetudo excusationem ullam apud Deum, aut homines, habet, Menoch. *arbitr. lib. II. cent.* 4. *cas. ult. n.* 10.

Inde Cretenses cum acerbissima execratione adversus eos, quos 35.
vehementer oderunt, uti volunt, ut mala consuetudine delectentur, optant, Val. Max. *lib.* VII. *cap.* 2. Fere ita fit, ut in qua gente vitia certa increbuêre, mores jam vocentur, nec in veniam modo veniant, sed laudem, Lips. *Epist.* 22. *cent.* 1. Sed num consuetudo rationabilis sit, vel non, adeo ri- 36.
gide examinandum non est, cum sufficiat, ut sit tolerabilis, Tiraquell. *de retract. gentilit. in præfat. n.* 76. *v. sed & idem.* & quod ii, quoniam ea utuntur, credant, illam esse bonam moribusque suis convenientem, quia id ipsum pro ratione est, licet aliquam iniquitatem contineat, Gail. 1 *obs.* 36. *n.* 15. & consuetudo, quæ in se habet rationem motivam, non di- 37.
citur esse sine ratione, nam idem evenit in lege, qua sæpe quid est du-

durum, sed ita lex scripta est, *l. prospexit. ff. Qui & à quibus manum liber. non.* Sufficit causam consuetudinis esse in mente statuentium, & ipsi inesse rudem quandam æquitatem, ut ait BALD. *cons. 473. n. 2. lib. V.*

38. Ex hisce est, quod in dubio consuetudo bona & laudabilis præsumatur, quia civibus placet, dum enim placet, utilis censetur, quia concordiam generat, quæ utilissima est civitatibus, SCHULT. *quæst.*
39. *77. n. 140. p. 2.* Exempla irrationabilium consuetudinem de earumque abrogatione, vid. *Const. crim. Carol. V. art.* 218. Inter quas & illa refertur, si plaustro vel rheda eversa, aut per jumentum homo occisus sit, ut plaustrum vel jumentum fisco cedat; Ubi tamen si aliquo in loco prava hæc consuetudo viget, & animal proprium dominum lædit, illud non committitur judici per ea, quæ tradit COLER. *p. 1. decis.* 168.
40. *n.* 12. Omnis mala consuetudo, quæ delicta nutrit, aboleri debet, C. *abolendæ de sepult.* nec ulla vetustas adjuvat, C. *non satis.* C. *cum in Ecclesia x. de Simon.* Quanto enim mala consuetudo magis protenditur, tanto est plus detestanda, cum peccatum diuturnitate temporis augeatur, non minuatur, C. *cum haberet in fin.* & C. *cum tanta de consuet.*

Lubet hic interjungere, quid 41. statuendum de consuetudine illa in Municipio forte introducta, ubi, prædefuncto alterutro conjuge, & superstite ad secundas nuptias transeunte, nullis exstantibus liberis, ex hoc posteriori matrimonio priores liberi, **die abgetheilte Kinder**/ à successione paterna vel materna excluduntur per vitricum vel novercam, ob successionem conjugum, **daß ein Leib den andern erbet**. Et nullus dubito, quin consuetudo hæc, qua liberi à successione parentum suorum excluduntur, sit impia & nullius valoris, utpote juri Divino contraria. 42. Pauli enim verba: *2 Cor. 12. v. 14.* volunt, *Parentes filiis thesauros recondere debere. Et ad Galat. 4. v. 7. Quod si filius etiam heres.* Est & contra naturale parentum desiderium, quia naturalis quasi lex quædam tacita liberis parentum hæreditatem addicit, *l. 7. in princ. ff. de bon. damnat.* Et liberos ad successionem parentum admittit naturæ simul, & commune votum, *l. 7. §. 1. ff. si tab. test. nulla exist. und. lib.* Tum & futura mala 43. consuetudinibus debent caveri, non foveri. Quis enim eum eventum ferre posset, quo liberi, bonis istis, arctissimo sanguinis nexu posthabito, exulent, cum interim extranea persona iisdem delitietur?

44. Quid enim est aliud superstes conjunx soluto matrimonio, quam extranea persona, quoad familiam defuncti? Nam eodem Paulo teste *ad Rom. cap. 7. v. 2.* Mulier
45. soluta est à lege viri mortui. Porro inculpanda hæc consuetudo sæpenumero efficit, ut ob denegatum futuræ successionis emolumentum, amor paternus tollatur, odium inter conjunctissimas has personas nutriatur & pietas affectionis utrobique lædatur.

46. Nec obstat, quod talis ultra hominum memoriam duraverit, nam consuetudo in se mala, diuturnitate temporis non minuit, sed auget iniquitatem, *Cap. cum haberet 5 de eo, qui dux. in matr. quam poll. per adult.* C. *cum tanto 11 de consuet.* C. *non satis C. cum in Ecclesia de Simon.* nec præscribitur consuetudo, quæ contra bonos mores & iniqua est, *Can nos consuetudinem 8. &* C. *illa autem* 11.
47. *dist.* 12. Nec valet talis consuetudo, licet omnes illæ à Principe sint confirmatæ, quia generalis confirmatio non confirmat, nisi justa, BALD. *in l.* 3. C *de prec. Imp. offer. Et in usu feud. c.* 1. *per quos fiet invest.*

48. Nec obstat communio bonorum inter conjuges, illis plerisque locis usitata, nam per mortem omnis societas tollitur, §. *solvitur.* 5. *J de societ.* nec quidquam illa operari potest in præjudicium liberorum, quorum omni jure fundata est intentio. Et hanc sententiam, quam pro instituti ratione latius hic non adstruo, amplectitur, ZAS. *lib. I. cons.* 5. *n.* 60. *& seq.*

Excusat ergo consuetudo Mu- 49.
nicipium, ejusque officiales in actibus illicitis quidem, non tamen impiis & improbis à dolo & culpa, horumque pœna, GLOSS. *in c. cum venerabiles de consu.* JAS. *in l. qui jurasse. n.* 7, *ff de jurejur. & in l.* 1. *limit.* 2. *ff quod quisque jur. & in l. singularia. n.* 4. 48. *&* 49. *ff. si cert. pet.* BART. *in l. si pignore §. fin. de pign act.* GRAM. *voto* 10. *n* 26.

Nam facientes illud, quod alii 50.
facere consueverunt, ob id putantes esse licitum, cum tamen sit prohibitum jure Divino vel naturali, non excusantur à peccato, mortali, licet gravitas peccati propter consuetudinem minuatur, ANT. FLOR. *in 1. part. summæ tit.* 16. *cap.* 1. §. 4.

Si itaque Municipii administratores quid faciant, quod maxi- 51.
mam præsumptionem doli culpæve præ se ferat, ex actis gestisque Municipii tamen constet, ita factitatum fuisse, ab omni suspicione liberantur, JAS. *in l certi condicto §. si nummos. n.* 6. 13. 14. 15.

&

& 16 & in l. civitas. n. 19. ff. si cert. petat. Panorm. *in c. certificari in pr. de sepulc.* Angel. *in l. 2. ff. de jurisdict.*

52. Refert Plutarch. *problem. cap* 13. quod cum Romani olim Barbaros quosdam, Diis immortalibus hominem immolasse, accepissent, Magistratus eorum accersendos, puniendosve putaverunt, quos tamen postea, cum id consuetudine quadam factum rescivissent, impunitos dimiserunt, aliosque id post hac facere prohibuerunt.
53. Domitianus Imper. Rom. alioquin sævissimus sanguinisque avidissimus, scribas, quæstorios, ex consuetudine negotiantes, veniam in præteritum donavit, cum tamen L. Clodia fuisset prohibitum, scribas illos exercere negociationes Suet. *vita illius cap.* 9. Et Ca-
54. stritius apud Gell. *Noct. Att. lib. XIII. cap.* 20. *ait:* Sed hic vester hujusmodi vestitus de multo jam usu ignoscibilis est, quod soleatis tamen vos, populi Rom, Senatores, per urbis vias ingredi nequaquam decorum est. Cum & quæ-
55. libet causa, etiam fatua seu bestialis, *ut ait* Corbolus *in tractat. de Emphyt. cap.* 15. *ampliat.* 17. *n* 2. Surd. *de cis.* 188. *n.* 9. Besold. *consil.* 46. *n.* 21. *part.* 2. excuset à dolo *l. igitur* 12. *ff. de liberal. caus.* Schurff. *consil.* 95. *n.* 1. *&* 2. *vo* Alex. *cons.* 92. *n.* 13. *&* 14. *vol.* 1. Gram. *cons.* 23. *n.* 7. *part.* 1. *cons.* 58. *n.* 3. *part. fin. & vol.* 10. Maxime id faciet consuetudo, *per superius allegata.*

Quod tamen brocardicum 56.
suspectum appellat Zasius, nec verum esse dicit, nisi habeat probabilem simplicitatem, vel ignorantiam; Absitque ab ea præsumpta vel astutia vel vafrities *cons.* 12. *n.* 106. *&* 107. *lib. I.* Docentque alii
tunc procedere, quando pro excusa- 57.
tione allegans ejusmodi frivolam, fatuam seu bestialem, causam non errat circa ea, quæ sunt Juris naturalis Alex. *cons.* 103. *n.* 13. *vol.* 1. Anton. Gabriel. *lib. VII. com. opin. conclus.* 8. *n.* 74. Klock. *consil.* 38. *n.* 35. *&* 36. *tom.* 1.

Alia huic conclusioni limitatio
subjicienda, quod prædicta de 58.
consuetudine approbata, ratione excusationis, saltem obtineant in consuetudine publica, id est, quæ uno ore, consensu omnium introducta est; Nam privata cujuscunq; consuetudo non solum non excusat à delicto, sed & delictum auget, ut est textus *in l. Nemo C. de Episc. audient.* Nullum enim peccatum adeo est veniale, ut non fiat criminale, dum placet, ut Augustin. ait, *cit. Can. unum Orarium §. hinc etiam. dist.* 25. Sic ebrietas assueta inter peccata venialia amplius non po-

 ni-

nitur. Deinde modo talis consuetudo per superiorem jam lege non
59. sit abolita, aut, ut dici solet, cassata, tunc enim transgressores amplius excusari nequeunt à pœna, TIRAQUEL. *d. caus.* 42. *n.* 1.

Quær. an ad validandam con-
60. suetudinem requiratur, ut sit per sententiam in contradictorio confirmata? Et quidem cautus Advocatus, quantum potest, inquirit in actus judiciales, & rem judicatam ut relevetur ab onere probandi consuetudinem per testes, si illa forte jam aliquando in judio recepta & pro ea judicatum est, LUD. ENGEL. *proleg.* 7. *Canon. tit.* 5. *n.* 10.

61. Sed & DD. necessarium hoc volunt esse requisitum, si consuetudo è diametro pugnat, cum lege scripta aut ejus ratione, probari oportere, unum vel alterum contradixisse consuetudini, & Magistratum hunc certa ratione motum, cognovisse, atque judicialiter pronunciasse secundum eum, qui initi voluit consuetudini. SURD. *consil.* 393. *n.* 25. & sic eruuntur circumstantiæ, propter quas civitati magis sic evenit per consuetudinem, quàm per jus commune, quæ omnia judex rationibus
62. expendere, præsumitur. Cæteroquin suspecta solet esse vulgi observantia, quæ frequenter in pessimos errores degenerat, præsertim hoc seculo longe corruptissimo OLDENDORP. *consil. Marpurg.* 1. *vol.* 1. *n.* 14. & 15. Et multa extra Judicium per patientiam tolerantur, quæ si devenirent in judicium, exigente justitia, non deberent tolerari. *C. cum dudùm de præbend.* KLOCK *vol.* 4. *conf. adopt.* 78. *n.* 87. *usque ad* 97.

Cum & de consuetudine aliqua 63.
in Municipiis agitur, de ea probanda non levis sæpe exoritur controversia, illam autem alleganti, quia facti est, incumbit probatio GLOSS. *l.* 1. *verb. probatis C. quæ sit long. consuet.* Est autem probationis difficilis. BURSAT. *cons.* 16. *n.* 34. CURT. *Jun. Cons.* 184. *in fin.* CRVETT. *cons.* 325. *n.* 1. Imo difficillimæ & quasi impossibilis ABB *cons.* 53. *n.* 2. BURSAT. *de cons.* 16. *n.* 15. Et quidem de consue-
tudinibus in scripturam redactis, 64.
vel jussu Principis, vel motu proprio à Magistratu, nihil est difficultatis, si liber talis saltem producatur ZAS. *ad d. l. de quibus n.* 46. nam talis consuetudo habet permanentiam evidentem, nec alia probatione eget. PARTHEN. LITIGIOS. *lib. II. cap.* 11. *n.* 12. CHASSANÆ. *ad consuet. Burgund. in præm. verb. consuetudinum n.* 21.

Doctoris de consuetudine atte-
stantis testimonio non creditur, 65.
ni-

nisi jurato in terminis respondeat. DEC. *consil.* 402. *n.* 15. BERTRAND. *consil.* 159. *n.* 13. *vol.* 7. Constantini siquidem rescripto sancitum est, testibus honore conspicuis fidem non habendam, nisi sub juris jurandi religione deponant *l. jur. jurand. C. de testibus* CRAVET. *consil.* 48. *n.* 1. *vol.* 1. Doctores-
66. que excellentes in consuetudine asserenda misere quandoque deceptos, ait COTTH. *Resp.* 1. *n.* 455. *vol.* 5. multique credunt consuetudinem, & aberrant CYN. *ad l. d.* 2. *C. quæ sit. long. consf.* Et Doctoribus in sua arte aliquid de
67. jure asserentibus, nunquam creditur, nisi quatenus, quod asserunt lege vel ratione confirment. TOMING. *decis.* 20. *n.* 21. multo minus ergo extra artem de facto asserentibus, fides haberi poterit. Hinc fundamentum valde est arenosum, quod ex Doctorum quorundam, consuetudinem asserentium, testimoniis exstruitur, ut ait all. COTT. *ibid. n.* 469.
68. Nec etiam Magistratui, vel judici de consuetudine attestanti, ex communiori interpretum calculo fides habetur, in hunc effectum ut adversario onus probandi injungi possit *C. Quoniam x. de probat. C. cum à nobis x. de testib.* CUMAN. *consil.* 50. *n.* 5. CRAVETT. *consil.* 48. *n.* 1. MASCARD. *conclus.* 950. *n.* 17. *vol.* 2. Licet enim magna stet pro Judice auctoritas, & præsumtio pro rebus officii sui, secus tamen est hoc casu, ubi de decisione causæ quæstio est. SCHULT. *p.* 2. *quæst. ut. n. ult.* GRATIAN. *decis.* 14. *n.* 15. Unde nec principi de conuetudine testanti creditur REINCK. *R. S. & Eccles. lib. II. class.* 2. *cap.* 9. *n.* 24. Actus enim 69.
tales cum omnibus requisitis & plene probandi sunt, hujus vices Magistratus, vel Judicis dictum nudum, non supplet, hinc requisita non modo alleganda, sed verificanda MEV. *p.* 2. *dec.* 2.

Ridiculum ergo est, si quando- 70.
que Consules in Municipiis, de consuetudine loci testimonia ferre intendunt, ac si tota causæ decisio ex tali attestato dependeret, cum potius tutam non ambulet viam, qui in hoc passu ipsis confidit, qui sæpe nesciunt, quænam dicatur vera & legitima consuetudo CARPZ. *decis.* 3. *in fin.*

Si per testes ejus probatio in- 71.
stituenda, tum deponere debent de consuetudinis requisitis, puta de usu populi, actuum frequentia & temporis diuturnitate MYNSING. *consil.* 13. *n.* 19. nec sufficit, testes simpliciter de consuetudine tali asserere, vel, si dicti rationem dare debeant, subjungere, es sey von Alters her kommen / und also bräuch-

72. Bräuchlich gewesen / quæ est petitio principii; Sed causam scientiæ de visu & auditu à sensibus reddere debent, puta quod vel ipsi vigore consuetudinis quid fecerint, præstiterint, & alios similiter fecisse viderint & audiverint, quam depositionem de auditu in antiquis concludere, tradit KLOCK.
73. *vol. 4. consil. adopt.* 1. *n.* 28. Sæpe etiam Advocati, dum in probatione consuetudinis hallucinantur, satis fecisse autumant, modo illam tanquam notoriam allegent, cujus probatio non suscipienda: Verum fallunt, cum illud ipsum, consuetudinem esse notoriam, doceri oporteat, quia multa dicuntur notoria, quæ non sunt, declarandum prius ergo est, factum, de quo agitur notorium esse MASCARD. *conclus.* 1105. *n.* 15. *& concl.* 1107. *n.* 2. Nisi agatur de consuetudi-
74. ne, quæ nititur actibus permanentibus, qui incurrunt in oculos cujus signa adhuc durant ex. gr. si cives aliquo loco pontes reficere, fossam fodere &c. consueverint, quorum indicia adhuc extant. BALD. *in sæp. cit. l. n.* 37. ZAS. *ibid. n.* 53. TUSC. *conclus.* 765. *n.* 109. TRENTACINQ. *var. resol.* Et si dicatur, in notorio tali
75. facti permanentis non opus est probare, sed saltem allegare. Hinc secus est in consuetudine, quæ consistit in factis transeuntibus, licet illa notoria, tamen est probanda, MASC. *concl.* 1107, *n.* 7. Imo nullum in toto orbe notorium est, quod ab onere probandi relevet, præter notorium facti permanentis; Uti concludit SCHULT *all. quæst. ult. n.* 32.

Consuetudine generali regionis probata, probatur etiam Municipii cujuscunque consuetudo particularis *c. cum olim de consue.* SCHURFF. *cons.* 66. *n.* 10. *cent.* 1. WESEMB. *consil.* 12. *n.* 56. 76.

Alias à consuetudine, vel exemplo, argumento deducto, optime satis fit, si ei detur instantia & dissimile exemplum ostendatur EVERHARD. *in loc. Top. loc.* 13. *à simili n.* 12. & est generale, quod data instantia & exemplo diverso allegato, sublata sit necessitas illationis generalis. PRUCK. *consil.* 15. *n.* 52. CRAVETT. *Consil* 987. *n.* 7. 77.

Et consuetudo vigere in loco aliquo dicitur, quæ in locis vicinis principalioribus maxime observatur. CRAVETT. *cons.* 118. *n.* 3. CASTR. *cons.* 437. *n.* 2. *lib* II. MENOCH. *cons* 228. *n.* 55. *&* 56. BURSAT. *consil.* 161. *n.* 20. *&* 63. BOER. *decis.* 26. *n.* 9. 78.

Et quidem maxime valet consuetudo viciniæ in declaratione facienda nisi quis doceat, quo jure sit exemptus, MYNSING. 13. *Resp.* 3. *n.* 14. KLOCK. *vol.* 1. *consil.* 50. *n.* 79.

80. *n.* 261. Etiam consuetudo Municipii ad suburbia trahitur, eorumque incolas ligat. ANGEL. & ARETIN. *in* §. *Ex non scripto Inst. d. J. nat. gent. & C. n.* 30. HART. HART. *lib. II. Observ.* 24. quia suburbia & ædificia pomœrio proxime adjacentia pro parte civitatis habentur KLOCK. *consil* 147. *n.* 54. *vol.* 3. Nisi sint civitates limitaneæ & suburbani subjecti alterius jurisdictioni, quam ipsi urbani, tunc enim non censentur ejusdem civitatis incolæ *Id. d. cons.*
81. *n.* 95. Sicut in genere consuetudo Municipii non extendenda ad eos, qui ab ejus jurisdictione exempti sunt, sed habendi quasi pro iis, qui non sunt de territorio, sed extra districtum, quia exemptio à jurisdictione, eximit à jure & lege loci tanquam effectus jurisdictionis, SCHRAD. de *Feud. p.* 2. *part.* 9. *princ sect.* 3. *n.* 12. 157. & *seq.* Et paria sunt, locum non esse de territorio, seu extra territorium, & esse in territorio, sed exemptum, SURD. *decis.* 129. *n.* 17.
82. WESEMB. *consil.* 88. *n.* 9. Atque ita super jure congrui, seu protimiseos, ex vicinitate, quod illud ad domus exemptas, die Frey-Häuser/ non sit extendendum, decidit MEV. *part.* 2. *decis.* 30.
83. Consuetudo universalis totius provinciæ extenditur ad omnia loca & Municipia, etiamsi in specie non probetur, consuetudinem receptam esse in loco controverso. *l. venditor* §. *si constet ff commun. præd. c. ex parte c. super, ibi: Illud observare tenentur, quod in vicinis prædiis observatur c. cum olim extr. de consuet.* ALEX. *Raudens. decis.* 21. *n.* 4. CAMIL. BOREL. *cons.* 3. *n.* 11. SURD. *cons.* 311. *n.* 16. BECC. *cons.* 27. *n.* 12. MENOCH. *cons.* 9. *n.* 22. WESEMB. *cons.* 95. *n.* 23. KLOCK. *cons.* 44. *n.* 41. *tom.* 2.

In tantum autem consuetudo aliqua Municipalis jus facit, 84. ut judex etiam Principis superior contra illam in causa Municipali judicans, litem facit suam. *Auth. jubemus C. de judic.* JAS. *in l. omnes populi col.* 4. *ff. de just. & jur.* ALEX. *consil.* 123. *n.* 20. *lib. IV.*

Notandum etiam, Principem 85. vel alium Dominum territorialem Jus Municipiis ex consuetudine immemoriali quæsitum, regulariter cassare non posse, vel non solere: Cum tollatur tantum con- 86. suetudo, consuetudine contraria præscripta, GLOSS. *in l. nemo* §. *temporalis ff. de reg. jur.* DEC *ibid. n.* 1. & 2. PANORM. *in c. final. n.* 19. *de consuet.* Vel pragmatica sanctione Imperatoris, BALD. *ibid. n.* 5. GAIL. 2 *observ.* 31. *n.* 6. Nisi iterum labes quædam adhæreat

consuetudini, & per eam salus publica periclitetur. *supr. n. 29. & seq.*

87. Caveat autem sibi Magistratus Municipalis, ne quid facile in consuetudine Municipali immutet: Omnis enim mutatio quamvis in melius fit, civibus est ingrata. Sint exemplo rustici illi in Livonia *de quibus cap. praeced. n.* 117. Et verum illud; Quod beneficium invito facere, pro tyrannide habeatur BARCL *in Argen.* Item-que hoc: Si non de agnoscentibus, bene mereberis, idem tibi usu veniet, quod iis, qui alienos canes pascunt: Nam & hi aeque allatrant eos, qui dant, quam quoslibet; Et non agnoscentes beneficium, non minus eos, qui bene de ipsis merentur, quam eos qui eis nocent ISOCRAT. *Orat. ad Demonic. pag.* 15. Et populo rudi & indiscreto bene facere, est in mari seminare, PHOCYLIDES. 88.

Caput XXXVI.

DE MUNICIPIORUM JURE DANDI TUTORES.

SUMMARIA.

1. *Tutoris datio an sit Imperii vel jurisdictionis?*
2. *Ei soli competit, cui hoc dedit lex vel Princeps.*
3. *Quatenus olim tutores dati?*
4. *Quibus hodie competat jus tutelae?*
5. 6. *Ex quo jure competat Magistratibus Municipalibus tutorum datio?*
7. *Quatenus tutoris datio jure Magistratus competat?*
8. *Municipiis jus dandi tutores competit.*
9. *Magistratus regulariter non alium dat tutorem, quam subjectum suae jurisdictioni.*
10. *Quatenus non subjectus possit à Magistratu Municipali dari tutor?*
11. *In Municipio si idoneus non inveniatur, ex vicinis Municipiis Magistratus idoneum dare potest.*
12. *Quo mandato extraneus talis constituatur?*
13. *Quando & quibus casibus Magistratui, jus dandi tutores, competat?*

14.

Magistratus est tutor perpetuus, Ober-Vormund.

14. *Magistratus inspectionem in rem tutelarem suscipere debet.* Vormünde machen es offt also / daß denen Nachmünden nicht viel übrig bleibet.
15. *Ordinatio Imperialis Caroli V. Imperatoris* von der *Pupillen Tutoren, &c.*
16. *Quæ ubique non observatur.*
17. *Satisdationis onere Curatores non gravandi.*
18. *Pupillus si plures agnatos æque proximos habeat Seniori tutela deferenda.*
19. *Tutores honorarii, qui?*
20. *Tutor à Magistratu datus, si legitimas habeat exceptiones, appellare potest.*
21. *Ipse Magistratus Municipalis à suscipienda tutela excusationem habet.*
22. *Quatenus Senatores quibusdam in locis tutelæ gerant curam?*
23. *Eorum ratione tutelæ officium.*
24. *Tutor ne sit pupilli creditor vel debitor.*
25. *Pœna tutoris creditoris, debitum dissimulans.*
26. *Quando qualitas illa non obstet?*
27. *Remotio tutorum Municipiis comqetit, etsi jure donationis tutorum destituta sint.*
28. *Cognitio de suspectis tutoribus competit jure Magistratus.*
29. *Competit Municipibus, licet bassam saltem habeant jurisdictionem.*
30. *Quæ causæ sint suspectæ administrationis tutelaris?*
31. *Quando tutori suspecto interdicenda administratio.*
32. *Promissio emendationis non excusat.*
33. *Confirmatio tutorum Municipiis competit, quibus id casibus?*
34. *Quid confirmatio tutorum tribuerit jure civili Romano.*
35. *Quid hodie?*
36. *Tutores omnes à Magistratu confirmandi,*
37. *Quando confirmatio illa cesset?*
38. *Desuper Constitutio Imperii.*
39. *Tutores naturales confirmatione non egent.*
40. *Ejus ratio.*
41. *Competit Magistratui Municipali interpositio decreti alienationis rerum pupillarium.*

42. *Quænam inquisitio decretum istud præcedere debeat?*
43. *Omissis solennibus non valet alienatio.*
44. *Quomodo hic contra Magistratum præsumatur?*
45. *Attestanti Magistratui intervenisse solennitates, non creditur, nisi.*
46. *Fundans se in decreto alienationis. id probare debet.*
47. *Quando pro Magistratu, ratione decreti alienationis stet præsumptio.*
48. *Officium Magistratus circa rationes tutelares reddendas.*
49. *Quando rationes reddendæ?*
50. *Edictum Serenissimi Electoris Brandenburgici, Friderici Wilhelmi.*
51. *Mos reddendi rationes apud Lippienses.*
52. *Magistratus si in datione tutorum quid committat, ad quid teneatur pupillis?*
53. *Unio prolium.*
54. *Magistratus Municipalis prospicere debet liberis secundi thori.*
55. *Ordinatio Potentissimi Regis Prussiæ.*
56. *Divisio statutaria.*

1. Sunt, qui tutoris dationem mixti imperii esse dicunt, DD. cum Gloss. *in l. 6. §. 2. ff. de tutel.* sunt, qui illam mero imperio tribuunt, *arg. pr. Instit. de Attil. tut.* ubi tutores à Præfecto urbis dati dicuntur, qui utique merum imperium habuit. ut colligitur ex *tot. tit. ff. de offic. præfect. urb.* Sunt, qui ad jurisdictionem illam referunt, *arg. §. 4. ibi secundum suam jurisdictionem Inst. de Attil. tut. l. 2. & 15. de offic.*
2. *Proconſ.* Nos illam neque imperii, neque jurisdictionis esse, sed ei soli, cui nominatim hoc dedit vel lex, vel Senatusconsultum, vel Princeps, competere scimus, *l. 6. §. 2. ff. de tutor.*

3. Et olim veteri Jurisconsultorum ævo non promiscue omnibus, sed cum circumspectione debita & intuitu, vel necessitatis, vel utilitatis pupillorum fiebat & competebat tutelæ datio, idque jus datum fuit omnibus Magistratibus Municipalibus & Duumviris in suo Municipio ejusve agro, *l. 3. ff. de tut. & cur. dat.*

4. Hodie summum jus circa tutelas, Imperatori & Statibus Imperii, vi summi juris superioritatis, competit sic datio tutorum Magistratibus omnibus jure Magistratus competit, *Ordinat. Polit. Imp, de Anno 1548. & 1577. tit. 32.* Certum
5. quidem est, inferiores Magistratus Municipales gaudere saltem potestate politica & Senatoria ordinandi personas & res civitatis suæ, simul

mul & potestate judiciaria, quoad compescendos cives immorigeros. Sed jus dandi tutores nihil aliud est, quam particula istius potestatis, atque curæ civilis, qua subvenitur personis civium parentibus orbatis, unde habet *l, 2.* §. *2. ff. qui petant tut.* ad curam publicam per-
6. tinere, subvenire pupillis. Hinc ex natura & jure gentium & secundum civilem prudentiam pertinet tutoris datio, tam ad potestatem Senatoriam, quam ad judiciariam, in quantum coercitio competit in refractarios, munus tutelæ subire detrectantes, ne pupilli maneant indefensi; Et omnis Magistratus
7. Municipalis officii est, tueri personas & res pupillorum sui Municipii, hinc tutoris datio jure Magistratus competit, ita tamen, ut summa Reipubl. potestas possit jure suo eam restringere & moderari. SCHILT. *Exercit. ad ff. 37.* §. *61. & 62.* ubi hoc modo *Ichnographia Auctoris* sententiam tuetur & temperat.

Interim, quod in specie & Mu-
8. nicipiis hoc jus datum sit, jam liquet *ex l. 3. ff. de tut. & curat. dat. l. 2. pr. ff. de Magistrat. conven.* SCHNEID. *in* §. *nos autem Instit. de Attil. tut. num. 4.*

9. Regulariter Magistratus urbicus non alium dat tutorem, quam subjectum suæ jurisdictioni §. 4. *Instit. de Attil. tut.* idque tam ratione loci originis quam patrimonii *l. unic. C. ubi pet. tut.* OBRECHT. *th. 85. & seq. disp. de tut.*

Sed & poterit recte dare tuto- 10.
rem, non subjectum, modo tamen is consentiat & tutelæ munus sponte subeat. BALD. *in l. 1. C. de Emancip. lib.*

Si autem in suo Municipio ido-
neum Magistratus non inveniat, 11.
ex vicinis municipiis talem eligere, nomenque ejus Præsidi transmittere potest l. *10. ff. de tut. l. 24. ff. de tut. & curat. dat.* CUJAC. *in l. 1. ff de excusat.* PAC. 3. *Enant.* 70.

Quod per literas subsidiales, vel 12.
mutui compassus fieri debet, ut extraneus pupillo tutor fiat ex imperio illius, cujus jurisdictioni is subest. MEV. *ad J. Lub. lib. 1. art. 2. tit. 7. n. 3.*

Competit Magistratui hoc jus 13.
dandi tutores non tantum, cum tutor testamento non datus, sed etiam cum datus fuerit. Quod intelligas, si tutor ex testamento speretur, testamentique tabulæ nondum apertæ sint, durante hac suspensione vel alio quovis impedimento Magistratus als Ober-Vormund / sive curator perpetuus pupillorum, in municipio interim recte tutorem dat §. 1. *Inst. de Attil. tut. l. 11. in prim. de test. tut.*

tut. CUJAC. *in not. princip. instit. de fiduc. tut. in fin.* WESEMB. *in Instit.* §. 2. *qui test. tut.* imo si mater, vel legitimi tutores sint negligentes, vel si non recte curandis prospiciant, Magistratus ex officio tutorem constituit *l. 6. C. quid dar tut. vel curat arg. l. 1. ff. de jurisd.* Id
14. etiam Magistratus curare potest & debet, ut in Municipiis tutores indifferenter, vel à se, vel testamento dati, satisdationem juramentum, inventariique confectionem præstent, alias in illum actio subsidiaria dabitur *tot. tit. ff. de Magistrat. conven.* atque in illos inspectionem curiosam suscipere quomodo se gerant, damit es die Vormunden nicht also machen / daß den Nachmunden nicht viel übrig bleibt / ut ait BESOLD. *de success. Et Elect. regim. cap. ult. & Thesaur. pract. lit. p. n.* 24.

Requisita hæc officio tutorii
15. comprehensa sunt in *Reform. Polit. Carol. V. Imp. de anno* 1548. *tit.* von der *pupillen* und der minderjährigen Kinder-*Tutorn* und Vormunden. In verbis auch ein jeglicher Vormund / er sey gleich in Testaments-Weise verordnet / oder durch das Recht / oder Richter gegeben / sich der Vormundschafft nicht unterziehen soll / die Verwaltung sey ihm dann zuvor durch die Obrigkeit decerniret und befohlen / und daß er nach befohlener Verwaltung von allen Gütern liegend und fahrend / Schulden und Registern / ein Inventarinm aufrichte / und rechtmässige caution und Versicherung thue / auch mit Gelübden und Eyden beladen werde / daß er seine Pflege-Kindern und ihren Gütern getreulich und ehrbahrlich vorseyn / ihre Person und Güter versehen und verwahren / die Güter nicht in eigen Nutzen kehren / oder wenden / noch dieselbe ohne Vorwissen / Erkänntnüß und Decret der Obrigkeit veräussern / verpfänden / oder beschweren. &c. Non tamen ubique locorum in Imperio hæc ad literam stricte observantur, nostrisque locis rarissime satisdationem à tutoribus præstari videmus, cum dati à Magistratu & morum & fidei approbationem habere censeantur, quæ omnem suspicionem cessare facit *l. 4. C. tutoribus quæ satisd. non deb. l. 27. de Episc. aud.* SCHNEID. *princ.* J. *de satisd. tut. n. 14.* HARPR. *ibid. n.* 12. Nec & legimi tutores hoc onere gravantur, pupillis enim satis prospectum videtur, jure tacitæ hypothecæ in bonis tutorum universis competente *l. 20. C. de administr. tut. l. un.* §. 1. C. *de rei ux. act.* si & illi non satis fuerint possessionati, isti defectui per sub-

ſubſtitutionem aliorum idoneorum ſubveniri ſolet FAB. *Cod. lib. V. tit.* 41. *def.* 1. *n.* 13. CARPZOV. *Reſp.* 82. *lib. V. n.* 15.

18. Et ejus, dando tutores, ſint memores Magiſtr. Munic. Si impubes plures habet agnatos æque proximos, quod tamen ſeniori tutela ſit deferenda. SCHRADER. *de feud. part.* 10. *ſect.* 19. *n.* 39. KLOCK. *conſ.* 6. *n.* 37. *tom.* I.

19. Aliquando ex agnatis quidam tutoris honorarii nomen aſſumit, qui etiamſi ad eandem fidem, & diligentiam obſtringatur, illamque præſtet, quam tutor præſtare obligatur, *l. per ff. de eo qui pro tut.* ejusque bona, geſtionis nomine, pupillo ſint obligata *l. dabimus* §. 1. *ff. de reb. auth. jud. poſſ.* NEGUZANT. *de de pignor.* 2. *part. mem.* 1. *n.* 7. Tutor tamen verus non eſt *l.* 1. §. 2. *d. tit.* nec ejus auctoritas ad corroborandos contractus, ſufficit, niſi à Magiſtratu ſit conſtitutus MONTAN. *de tut. cap.* 33. *n.* 31. COTTM. *coſil.* 5. *n.* 76. *vol.* I.

20. A Magiſtratu Municipali tutor datus, ſi legitimæ excuſationes audiri non velint, an recte ad Superiorem à datione hac appellet *arg. l.* 6. 13. & 14. *ff. de excuſat. l. pen. de tut. dat. l.* 20. *ff. de adminiſtr. tut. l.* 17. *in fin. ff. de appell. l.* 1. §. 1. *ff. quando appell. l.* 8. *C. de exc.* deſſentiunt quam plurimi ſuſtinentes à datione tutoris appellari non poſſe; BACHOV. autem hanc quæſtionem problematice, ſeu ut dicunt, pro & contra tractat, & utramque opinionem defendit *ad Treut. p.* 2. *diſp.* 9. *th.* 1. *lib. B.*

Magiſtratus Municipalis excuſationem à tutela & cura habere dilucide ait MODESTINUS *l.* 6. §. 16. *ff. de Excuſ. tut.* Cui contradicere videtur ULPIAN. *l.* 23. *pr. eod.* quarum conciliationem ſuppeditant interpretes uſu moderno & Conſulibus noſtris exſationem competere, teſtatur SANDE. *tit.* 9. *defin.* 6. 21

Senatores quod attinet, illis inſpectio tutelaris in ſpecie competere ſolet, & apud nos cæteris tutoribus adjunguntur, dicti Vormünder von Rechts wegen / quod munus ipſorum officio ſingulare eſt, peculiari quidem juramento non adſtringuntur neque rationibus gerendis ſe immiſcent, ſed tutoribus datis, vel legitimis, quoties neceſſitas poſtulat, præſto ſunt, ut admiſtratio ſine labe fiat, qui certum numerum tutelarum recipiunt, ne nimium graventur. Ubi optandum, ut ejus omnes eſſent capacitatis, ne ipſi inſpectoribus egeant, neve in illos quadret illud Catonianum: *Tur-* 22. 23.

Turpe est tutori, cum culpa redarguit ipsum.

24. Curæ quoque Magistratus incumbit prospicere, ne tutor dandus, sit pupilli creditor vel debitor, juxta normam *Nov. 27. cap.*
25. *1. & seq.* Ubi creditor tutelam sui debitoris suspiciens, si creditum tacuerit, vel dissimulaverit, illud amittit. *Ibid. cap. 4. & auth. minoris C. qui dar. tut. vel cur. poss.* Ex hac ratione, quia tutores & administratores, cum penes se omnia instrumenta, res & bona minorum habeant; facile hinc possunt contra minores machinari, eorumque instrumenta crediti & debiti solutionem probantia, intercipere, quibus machinationibus Imp. per dict. sanctionem occurrere voluit.
26. Hæc tamen debiti, vel crediti, qualitas in tutore non obstat, si de credito suo, tempore datæ tutelæ, fuerit protestatus, cum sæpe Magistratus, approbando fidem suam, nihilo minus administrationem ipsi demandet. Scopus enim constitutionis est, ut occurratur fraudulentis tutorum machinationibus, tacendo creditum, aperta autem protestatio efficit, ut nulla sinistra suspicio in ipsum cadere possit *C. 1. d. Nov. 72.* Cessante itaque prohibitionis ratione, merito quoque ipsa prohibitio cessat TIRAQUEL. *cessante causa cessat effectus n. 222. & seq.* Sententiam hanc pluribus rationibus adstruit CARPZ. *lib. V. Resp. 87. per tot.* SALYCET. *in auth. Minoris C. qui dar. tutor. vel curat. poss. n. 3.* RICHTER. *decis. 12. n. 18 & seqq.*

Et quamvis Municipium quoddam esset, hoc jure dandi tutores destitutum, quale tamen Municipium, nisi forte ob suam negligentiam causam ad id dederit, vix inveniri putarim, verum est, tutorum suspectorum remotionem ad suam jurisdictionem Magistraticam, sine dubio pertinere, *arg. l. 4. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd.* ex qua patet, cognitionem de suspectis tutoribus ob utilitatem pupillorum, cuivis Magistratui competere. 27.

Hodie cognitio de suspectis tutotibus jure Magistratus, ubique fere competit. SCHNEID. *ad §. datum J. de suspect. tut.* Ac etiamsi Judex alias, nisi imploratus non impertiatur officium suum *l. 4. §. 8. ff. de damn. Inf.* nec sine accusatore condemnet *l. 6. §. 2. ff. de mun. & hon.* in tutores tamen motu proprio inquirere, ob utilitatem pupillorum non saltem licitum, sed & necessarium est, MONTAN. *d. cap. 36. Reg. 7. per tot.* 28.

Licet Municipium bassa saltem 29.

gau-

gaudeat jurisdictione, quo facit *ord. polit. de anno* 1577. *tit.* 23. §. 3. Alles bey Vermeydung &c. Si autem causa suspecti ex atrociori facto orta fuerit, Magistratus, qui inferiorem saltem habet jurisdictionem, poterit alium tutorem constituere, & illius punitionem judici superiori & altæ jurisdictioni remittere, SCHILT. *dict. exerc.* 37. §. 41. *in fin.*

30. Causas autem suspicionis diligenter examinabit Magistratus, ut si illæ oriantur de præsenti, velut, si denegentur alimenta *l:* 3. §. *tutor qui ff. de suspect. tut.* vel si constet de pupillarium rerum vetitarum fraudulenta distractione *d. l.* 3. §. 13. *eod.* de conversione in proprios usus *d. l.* §. 6. quavis dissipatione, & mala conversatione §. 5. *ibid.* Vel si timeatur in futurum & hoc est, ex quodam remotiori, ut ex inimicitia *d. l.* 3. §. 12. corruptionibus, ambitu, vel ære quæsita tutela §. *sed si non, in fin. ibid.* Omissione inventarii *d. l.* 3. §. *tutores l. fin.* §. *fin. ff. arbit. tut.* prætermissione rerum quarundam in inventario CORNE. *consil.* 198. *n.* 2. *&* 3. *lib. I.* de negata contutori administrationis communicatione *l.* 19. *ff. de administr. tut.* propriorum bonorum prodiga consumptione, MONTAN. *dict. tract. cap.* 36. *Red.* 1. *n.* 7. aliisque causis ita comparatis, ut Magistratui apertissima rerum argumenta hæc præbeant, aliquem esse suspectum *d. l.* 3. §. 4. *cit. tit. de susp. tut.*

Indicia ergo hæc non debent esse 31.
levia, ac si super iis lis fuerit contestata, administratio suspecto erit à Magistratu interdicenda & alii interim committenda *l. Hæ enim* 4. § *pen. ff. l.* 7. *C. d. tit.*

Si & tutor sit convictus non poterit Magistratus ob promissionem emendationis, aut satisdationem ipsum admittere §. *suspectus* §. *novissime J*, *& l. suspectus ff d. tit.* 32.

Ad hoc jus dandi tutores merito etiam referenda est, Magistratus Muncipalis confirmatio tutorum; Si nimirum mater tutorem dederit *l.* 2. *ff. de confirm. tut.* Si pater emancipato dederit tutorem §. 5. *instit. de tutel.* Si naturali filio tutor datus, eique aliquid relictum sit, *l.* 7. *ff. de confirm. tut.* Itemque si per testamentum minus solenne, tutor datus *l.* 2. *C. de confirm. tut.* 33.

Confirmatio hæc moribus nostris latius se extendit, quam olim jure Quiritum, quo confirmatio hunc habebat effectum, ut genus tutelæ mixtum constituat, ex testamentaria & dativa *l* 3. §. 1. *ff. de test. tut.* tutores enim hodie cujuscunque generis, auctoritate publica confirmandi sunt, nec li- 34. 35.

Pppp ci-

citum, ut quis testamento datus privatim, se rebus pupilli ingerat *l. 5. in princ. ff. de administr. tut. l. naturali in fin. ff. de confirm. tut.*
36. Adeoque confirmatio requisita, est earum tutelarum, quæ cæteroquin jure Rom. nulla confirmatione egent, quæ proprie est administratio bonorum pupilli publica auctoritate & decreto Magistratus facta SCHNEID. *ad. pr. J. de legit. Agnat. tut.* CAVALCAN. *de tutor. & curat. n. 23.* Unde tutores, sive testamentarii, sive legitimi, pupillum defendere volentes, non admittuntur ante exhibitionem tutorii, quo ipsis agministratio a Magistratu fuerit demandata, & hac ratione personam suam (ut ajunt, legitimaverint, CARPZ. *lib. V. Resp. 82. n. 4.* SCILT. *ad ff. Exerc. 37. n. 41.* PHILIP. *Usu pract. Inst. tit. de tutel. Eclog. 78. n. 5,* quod dicimus: Daß er sich müsse zum Vormund bestättigen lassen. RITTERSHUS. *ad Novell. p. 8. c. 5. n. 1.* Nisi in mora sit periculum
37. & præoccupare necesse sit. BOER. *decis. 124. n. 9.* GUID. PAP. *decis. 330. n. 6.* Vel negotium concernat meram pupilli utilitatem sine solennitatibus *arg. l. tutor qui l. quidam §. usque adeo. ff. admin. tut.* Et talis instar protutoris est, *l. 1. & tot. tit. ff. de eo qui pro tut. se.* WESEMB. *consil. 343. n. 37.* Quod ita sancitum Jure 38.
Germ. noviss. text. Reformat. Güter-Policey *de Anno 1578. dict. tit. 32. §. 2.* Ubitraditur: Daß ein jedlicher Vormünder / er sey gleich in Testaments Weise verordnet / oder durch das Recht / oder Richter gegeben / sich der Vormundschafft nicht unterziehen sol / die Verwaltung sey ihm dann durch die Obrigkeit decerniret und befohlen. Ab hac tamen confir- 39.
matione, vel tutorii impetratione exempti adhuc sunt tutores, quos vocamus *Naturales*, qualis est pater, qui post mortem uxoris bona liberorum suorum materna administrat, etiam post secundas nuptias, quæsito liberis pignore tacito in bonis paternis *l. 8. §. fin. C. de secund. nupt.* PEREZ. *in tit. C. de bon. quæ lib. n. 10.* Cum hæc 40.
administratio non jure tutelæ, sed patriæ potestatis veniat, licet abusive jus Saxon. *tutelæ* & *tutoris* vocabulo utatur Land-Recht *lib. I. art. 11.*

Spectat & huc Magistratus Mu- 41.
nicip. decretum alienationis rerum minoris immobilium. Constat enim, solam tutoris auctoritatem hic non sufficere *l. non est l. Etsi is C. de præd. min.* Sed prius excute- 42.
rere debet Magistratus justas alienationis causas *l. magis puto C. eod. tit. Secundo*, inquirendum ei est, num

num aliæ res ſint præter prædia, quæ commodius diſtrahi poſſint, pro ſatisfactiones æris alieni *d. l.* §. *non paſſim.* *Tertio*, ut pecunia ex diſtractione prædiorum comparata, ſolvatur creditoribus *d. l. magis puto* §. *ne tamen.* Omnibus denique hiſce bene diſcuſſis, requiritur, demum decretum Magiſtratus *l. minorum C. dict. tit. l. ſi pupillorum* §. *ſi præter ff. de reb. eor.* & ut juſtæ alienandi cauſæ cum omnibus circumſtantiis exprimantur. Dn. STRYCK. *de caut. contr. ſect.* I. *cap.* 3. §. 21. Alias hiſce omiſ-
43. ſis, tanquam pro ſubſtantia & forma requiſitis. non valebit alienatio *l. Cum hi 8.* §. *ſi prætor.* 17. *ff. de transact.* AFFLICT. *deciſ.* 249. ZAS. *conſil.* 21. *n.* 2. *verſ. ſed domus lib. I.* Ubi ſciendum, quod propter ſolennitates enunciatas *in*
44. *d. l.* 8. *C. de præd. min.* tam diu contra Magiſtratum præſumatur, quam diu allegata ab eo in decreto neceſſitas, non recte docetur & probatur, nunquam enim in prædiis minorum alienandis præſumitur juſta alienationis cauſa adfuiſſe, niſi probetur. ALCIAT. *de præſ.* 10. *n.* 2. 3. OCTAV. SIMON. *de decret. in alien. min. neceſſ. lib. I. tit.*
45. *1. per tot.* Licet de cætero pro Magiſtratu ſtet præſumptio, eique credatur, ſi tamen actus aliquis expediendus eſt, certa ſolennitate, & cauſæ cognitione, tunc hæc intervenisse atteſtanti non creditur niſi hoc ex actis vel aliunde demonſtretur DEC. *conſil.* 3. *n.* 93. MENOCH. *lib. II. arb.* J. *Q.* 171. *n.* 24. CARPZ *lib. I. Reſp.* 80. *n.* 25. JASON. *in l.* 1. *princ. n.* 60. *ff. de off. ejus cui mand. eſt jurisd.* Idem 46.
obtinet, ſi minor repetat res alienatas à tertio poſſeſſore, & hic in decreto alienationis ſe fundet, ubi is probare hoc debebit *l.* 13. §. 2. *ff. de public. act.* Ergo tum demum pro Magiſtratu ſtat præ- 47.
ſumptio, ſi in decreto juſta alienandi cauſa, cum omnibus ſolennitatibus fuerit enarrata, quia credendum non eſt, Magiſtratum voluiſſe legem fallere & contrahentes eludere ac decipere. MENOCH. *lib. II. præſ.* 75. *n.* 16. Etiam lapſu 30. annorum omnes ſolennitates interveniſſe, creduntur, CRAVETTA *de antiq. temp. princip. par.* I. *n.* 35.

Quoad rationes á tutoribus reddendas cautus quoque ſit Magiſtra- 48.
tus, ne quid in hiſce negligentiæ & deſidiæ occurrat. Jure quidem communi non niſi finita tutela de iis cogitandum, *l.* 4. *ff. de adminiſtr. & peric. tit. l.* 9. §. 4. *ff. de tut. & rat. diſtr.* §. *fin.* J. *de tut.* Jure vero Canonico quotannis id 49.
fieri neceſſum eſt, *Clem.* 2. §. *ut autem de relig. domib.* quod hodie

in tantum desideratur, ut tutores jubeantur singulis annis, & jam irrequisiti, & sua sponte rationes reddere, *Rec. Imp. de Anno* 1548. *tit.* von der *Pupillen* und minderjährigen Kinder *Tutoren.* §. *Item* daß er nach. Policey-Ordnung *de dict. Anno* 1577. *tit.* 32.

50. Eo tendit edictum Gloriosissimi & Pientissimi Electoris nostri Friederici Wilhelmi Magni *de Anno* 1662. 12 Febr. §. 6. Sollen die Vormünder alle Jahr præcise Rechnung von ihrer Administration/ vor den darzu qualificirten Bluts-Freunden/ oder in den Städten/ vor Burgermeister und Scheffen/ und auf dem platten Lande/ vor Richter und zwey Scheffen/ thun und ablegen.

51. Apud nos statutum, ut rationum redditio fiat quotannis coram Provisoribus Orphanotrophii, die Wäysen-Herren/ qui auctoritate Magistratus isti officio peculiariter sunt præpositi, alibi vocantur Wäysen-Richtere/ Pfleg-Amts-Verwaltere/ Besold. *tract. de tutel. cap.* 17. *n.* 2. *in fin.*

52. Magistratus, qui in datione tutorum quid committit vel negligit, tenetur pupillis, ratione doli, in solidum, culpæ pro virili, *l.* 7. *& tot. tit. ff. de Magistrat. conven. ibiq.* Bart. heredes autem Magistratus tantum ex lata culpa tenentur: *l.* 4. *ff.* *& l.* 2. *C. d. tit. de quo cap. seq.*

Huc refertur exactæ causæ cognitio, una cum decreto & consensu Magistratus, in unione prolium, sine quo actus unionis est nullus & invalidus Rick. *de union. prol. cap.* 6. *n.* 40. 53

Circa Municipiorum rem tutoriam & illud spectat, ut in iis locis, ubi parentes ad secunda vota progredientes cum liberis prioris matrimonii omnia bona dividere, necesse habent, Magistratus summam curam intendat, ne liberi tales detrimentum capiant. 54 Edicto Regio hic loci salutariter dispositum est, ne illo casu neonupti benedictione Sacerdotali initientur, antequam à Magistratu producant literas testimoniales, rite factam esse divisionem bonorum inter liberos ex anteriori connubio superstites, cæteroquin & ipsi V. D. Ministri edicto pœnam insertam luent. 55 Divisio hæc vocatur statutaria, jure quidem civili incognita, à multis tamen agnita 56 testatur enim Mevius, idem obtinere in Austria, Rigæ, Hamburgi, Bremæ, Lüneburgi, in Thüringia, &c. *ad jus Lubec. part.* 2. *tit.* 2. *art.* 2. *n.* 29. Par jus quoque viget in Ducatu Westfaliæ Coloniensis ditionis, nobis adjacente. Hoc pacto prospicitur libe-

beris prioris thori, cum cæteroquin de vitricis & novercis non bene præsumatur, quibus tamen à secundo nubentibus, non tantum res liberorum, sed & vita additur, *l. lex quæ in fin. C. de administr. tut.* cujus statuti æquitatem validis rationibus adstruit Mev. *cit. loc.*

Caput XXXVII.

DE ACTIONE SUBSIDIARIA IN MAGISTRATUS MUNICIPALES COMPETENTE.

SUMMARIA.

1. *Actio subsidiaria in Magistratus Municipales quando & quo jure competat?*
2. *Cautus sit Magistratus in constituendis tutoribus.*
3. *Jura maxime favent pupillis.*
4. *Qua ratione Magistratus Municipalis hac actione conveniendus?*
5. *Jure Romano veteri in quos hac actio competierit?*
5. *Quid jure hodierno?*
7. *Integer Senatus actione hac tenetur.*
8. *Vel ii, qui Senatum repræsentant.*
9. *Actio hac, quando detur in Magistratus?*
10. *An ignorantia excuset?*
11. *Ignorantia affectata.*
12. *Probare cogitur Magistratus, absuisse culpam.*
13. *Sufficit, initio datos fuisse tutores idoneos.*
14. *Ad quid actio hæc competat?*
15. *Quando actio ista instituenda?*
16. *Tenetur Magistratus hac actione, tanquam fidejussor indemnitatis.*
17. *Ordo procedendi.*
18. *Pupillo non competit hypotheca in bonis Magistratus ob actionem hanc.*
19. *Ejus ratio.*
20. *Competit & contra Magistratus hæredes.*

21. *An actio hac in desuetudinem abierit?*
22. *Æquitati conveniens est, ut actio hac in vigore maneat.*
23. *Jus provinciale Clivo-Marcanum.*
24. *Constitutio* Fürstlich-Würtenbergischer Lands-Ordnung.

1. Quando per incuriam & negligentiam Magistratus pupillis non sat idonee provisum est tutelæ datione, tunc excussa tutorum bona, & eorum, qui in administrationis consortio existunt, si indemnitatem pupillis non præstant, datur contra Magistratus Municipales ultimum hoc præsidium, & actio quædam in factum utilis & ex æquitate, §. *nos autem.* 7. *in fin.* & §. *Impuberes de Attil. Tut. l.* 5. *& tot. tit. C. & ff. de Magistrat. conven.*

2. Hinc summe necessaria cautela pro Magistratu est, ut in dandis, constituendis & confirmandis tutoribus diligentissimus sit, nec quicquam desiderari patiatur in horum
3. selectu. Lex enim non solum consolando, sed & minando Orphanorum curæ studet, qua tutor & Magistratus commonitus mentem, si quam habet, ad hanc rem adhibebit, ac de disciplina & educatione orphanorum (maximum & sacratissimum depositum) ita providebit pro viribus, ut sibi & suis providere videatur, PLATO
4. *lic. II. de legib.* Convenitur autem Magistratus, tanquam nominator tutoris vel curatoris minus idonei, & tenetur pupillo ad ea, ad quæ tutores conveniri possunt, *l.* 6. *ff. eod. tit.* ac si se ipsum fidejussorem pupillo dedisset, THOLOS. *syntagm. lib. XIII. cap.* 10 *n.* 31.

Olim jure Romano hæc actio 5.
dabatur non in ordinem Decurionum, qui dicebatur curia vel Senatus, sed saltem in Magistratum sive Duumviros, *l.* 1. *pr. ff. h. tit.* Nam tota curia auctoritatem Magistratus non habebat, hinc nec tutores dandi potestas ipsi competebat, nisi absente Magistratu, *l.* 19. *ff. de tut. dat.* & tunc non tota universitas tenebatur, sed singuli præsentes Decuriones, *d. l.* 1.
Hodie autem Consules nostrates 6.
non sunt ipse Magistratus, sed totius collegium Senatus, cujus illi sunt caput & directores, qui mandatam quasi à cæteris habent potestatem, tanquam procuratores, habentes speciale mandatum cum libera, *vid. supr. c.* 2. *n.* 11.

Ex quo constat, moribus no- 7.
stris non solos Consules & Judices oppidanos, sed totum Senatum aut judicium, à quo tutores dantur teneri & contra integrum collegium, hanc competere subsidiariam

riam actionem, unde non solum obligati sunt præsentes & singuli, sed omnes in universum; Atque executionem fieri debere in arcam & bona Senatus, vult SCHILTER. *cit. exercit.* 37. *ad ff.* §. 199. Nisi
8. in locis quibusdam aliqui saltem é collegio selecti, repræsentent integrum Senatum, ut apud nos bini Consules, cum Proconsulibus & Syndico, semotis Senatoribus, vocaturque id collegium, der enge Rath/qui quotidiana fere sessione in curia rebus Municipii prospiciunt, & per consequens tutores dant & confirmant, ubi & ipsi soli, non integer Senatus, actione hac subsidiaria tenebuntur.

9. Provenit hæc actio ex delicto, dum Magistratus dolum vel culpam levem, circa tutelam vel curam committit, *l.* 4. *ff.* & *l.* 2. *C. ibiq.* BRUNNEM. *h. tit.* Vel dederit sciens, tutorem bona nulla, vel obærata habentem, CARPZ. *lib. V. Resp.* 82. *n.* 14.

10. Ideo merito personarum rationem habet Magistratus, quas officio huic admoveat & si negligentes constituerit contra ipsum, non excusata ignorantia præsumitur, nam in iis, quæ Magistratus ex officio facere debet, scientia præsumitur, MENOCH. *cons.* 428. *n.* 28.
11. *cap. innotuit* 20. *de Elect.* Hinc ignorantia omissæ inquisitionis vocatur ignorantia affectata, quæ proscribentia habetur, adeoque nec tolerabilis nec excusabilis, MENOCH. *lib. V. præs.* 23. *n.* 68 & 73. Ex quo consectarium est, quod Magistratus probare cogatur culpam 12.
abfuisse, *l.* 1. §. 13. *ff. h. tit.* sicut omnis is, qui ratione officii ad custodiam & diligentiam obligatus est, probare tenetur, culpam à casu & damno illato abfuisse, GLOSS, & *Dd. in l. cum ita* 32. §. *species de leg.* 2. Sufficit tamen negotium utiliter fuisse cœptum, 13.
& idoneitatem tempore dationis adfuisse, casum enim futurum & fortunam pupillo præstare non tenetur, *d. l.* §. 11. & 12. *h. t.* & ita practicatum semper esse, ex CHRISTINÆO *vol.* 2. *decis.* 182. *recenset* LAUTERBACH. *in Colleg. ad ff. tit. de Magistr. conven.* §. 4.

Competit actio hæc ad omne damnum tutelæ, vel curæ a Magistratu ipsius culpa neglectæ 14.
medio tempore datum vel acceptum, *d. l.* 1. §. 6. *l.* 4. *ff. h. t.* si & Magistratus fuerit in mora solvendi, præstandæ quoque veniunt usuræ, *l. fin. ff. eod.*

Non autem instituitur hæc actio 15.
nisi finita tutela, & cum tutores vel curatores, qui pro pupillis tenentur; realiter excussi sunt, est enim actio subsidiaria; *l.* 1. & 3. *cum seq. C. eod.* & quod pupillus

in

in ipsa executione totum non consequi potuerit, isque hæc omnia probaverit. Tenetur enim, tanquam fidejussor, indemnitatis,
16. quia passim in *ff.* & C. *h. tit.* indemnitatis fit mentio. WESEMB. *consil.* 266, *n.* 60. 61. & 66. ubi
17. *n.* 53. hunc ponit hoc passu procedendi ordinem: Primo conveniendi sunt tutores, *l. 2. C. de divid. tut. l. fin.* C. *si tut. vel curat. non gess.* secundo, heredes tutorum, *tit. C. de hered. tut.* tertio, fidejussores eorumque hæredes, *l. etiam. l. ostendimus. ff. de fidej. & nomin. tut.* si nec ex his suum consequitur pupillus ultimum, ipsi restat contra Magistratum subsidium hoc.

Quæritur: An pupillo, ratione
18. hujus actionis, etiam competat privilegium in bonis Magistratus, sicut est in tutoris vel curatoris bonis? quod negatur; Promptius enim subvenitur pupillo contra tututorem, quia specialiter propter pupillum tenetur; Magistratus ve-
19. ro non specialiter propter pupillum, sed propter Rempublicam, ideo non ita promte contra eum subvenitur, quam rationem adsignat: BART. *in d. l. §. privilegium. ff. h. tit.* Hinc pupillus cum chirographariis concurrit, *l.* 1. §. 14,
20. *h. t.* MANZIUS *h. t. quæst.* 10. *n.* 51.

Etiam contra Magistratus hæredes competit, non quidem ex verbis Senatusconsulti, sed prudentum responsis & Constitutionibus Imperialibus, §. 2. *J. de susp. tut. l. 4. & 6. ff. l. 2. C. h. t.*

Multi volunt actionem hanc ab 21.
usu Judiciorum recessisse, inter quos BUGNONIUS *de LL. abrogatis lib. I. art.* 1. GOTHOFRED. *ad rubr. C. h. t.* Idem de Belgio testatur GROENWEG. *de LL. abrogatis ad tit. C. de peric. Nom. lib. XI.* VINN. *ad Instit. tit. de satisd. tut. in fin.* In Hispaniarum curiis eandem & recessisse, tradit GUTTIEREZ. *de tutel. p.* 1. *c.* 15. *n.* 27. MEV. *ad J. Lubec. d. lib. I. tit. 7. art. 2. n.* 56. Optat restitutionem Juris veteris, MONTAN. *d. cap.* 32. *Reg.* 7. *n* 64. putat de consuetudine, ab isto metu Magistratum esse liberatum. Idem sentit TREUTL. *vol. 2. disputat.* 9. *th. 7. lit. E.*

Sed quia nullibi hoc beneficium, 22.
pupillis competens, expresse sublatum, sanius, & æquitati convenientius est, statuere leges, hasce nunquam in desuetudinem abiisse, sicut præjudiciis firmat CARPZ. *p. 2. const.* 11 *def.* 41. & *Respons.* 82. *lib. V. n.* 16. SCHRAD. *de feud. p.* 10. *sect.* 20. *n.* 10. BRUNNEM. *ad l. 1. ff. de Magistr. conven. num.* 3.

Jure nostro provinciali minus de eo dubium est, exstante edicto 2[illegible]
Electorali de Anno 1642. 12. Febr.

cu-

cujus §. finalis habet. Und damit hieran zu der unmündigen Nachtheil gegen dieser Verordnung nichts unterlassen/ oder versäumet werde/ sollen die Richter in den Aembtern/ und Magistraten in den Stätten wegen Verabsäumniß ihrer schuldigen Gebühr/ den unmündigen / besage der rechten Verhafftet seyn/ und auff einkommende Klage gegen dieselbe nach befinden/ die Rechtliche Gebühr jedesmal verhänget werden.

24. Salutariter non minus ac prudenter in der Fürstl. Würtembergischer Land-Ordnung §. So wollen/rei pupillari provisum est: Daß eine jede Stadt und Flecken etliche Gottesfürchtige und auffrichtige Männer/ durch die Amt-Leute erkieset/ mit Pflicht und Eiden beladen/ auch ihnen Ordnung gegeben werden/ alle Wochen oder nach Gelegenheit jedes Ohrts in 14. Tagen 3. oder 4. Wochen aufs wenigste einmahl zusammen zu kommen/alle Pfleg- und Vormunder für zu bescheiden/ und neben der Freundschafft diejenigen mit ernst anzuhören und zu berathschlagen/ ob und wie den Kinderen wohl und nützlich gehauset werde: dann im widrigen Fall solches unterlassen und den Pupillen einiger Schade zustehen solte / die Pfleg-Kinder das Weisen-Gericht selbsten/ des halberen subsidiarie um erstattung und Bekehrung / zu beklagen/ macht und gegeben recht haben sollen.

Caput XXXVIII.

DE MUNICIPIORUM JURE MULCTANDI.

SUMMARIA.

1. *Mulctæ verbum unde?*
2. *Mulcta quasi multa*
3. 4. *Differentia inter pœnam & mulctam.*
5. *Cur à mulcta appellare liceat?*
6. *Cur à pœna non item?*
7. *Pœna infamat, mulcta non.*
8. *Emenda unde dicta?*
9. *Differentia inter* Buß und Wehrgeld.
10. *Feida quid.*

11. Wette *quomodo à mulcta differat?*
12. Geld-Straffe/ Buß/ Wehrgeld/ Busse und Frauen-Busse.
13. *Mulcta mulierum semper dimidiata apud Sax.*
14. *Mulcta est remedium paritionis.*
15. *Jus mulctæ cum Imperio imponitur.*
16. *Municipia Jus mulctandi habent.*
17. *Jus mulctandi ad Jurisdictionem simplicem refertur.*
18. *Quam mulctam Municipia secundum aliquos indicere possint?*
19. *Magistratus inferiores an cogantur punire offendentes Jurisdictionem eorum?*
20. *Levis inobedientia non punienda.*
21. *Omnibus Magistratibus permissum est Jurisdictionem suam mulcta defendere.*
22. *Turbantes Jurisdictionem & resistentes, à quovis Magistratu mulctari possunt.*
23. *Quando Principi saltem, quando Magistratui Municipali, mulctandi Jus competat?*
24. *An competat mulctandi Jus Magistratibus merum Imperium non habentibus.*
25. *Habent Magistratus Munic. hoc jus incidenter.*
26. *Inferiorum Judicum mandata non eludenda.*
27. *Jurisdictione plane destituti, mulctare non possunt, horum exempla.*
28. *Mulcta est fructus Jurisdictionis.*
29. *Cavendum, ne fructus Jurisdictionis affectui & avaritiæ deserviant.*
30. *Mulctæ non omnes hodie ad fiscum, vel regalia pertinent.*
31. *Mulcta separari potest à Jure Fisci.*
32. *Magistratus Municipalis non excedat æquitatem, in indicendis mulctis; idque quare?*
33. *Infligenda est mulcta ad publicam vindictam?*
34. *Exemplum Nicephori Imperatoris.*
35. *Mulctis exhaurendæ non sunt civium facultates.*
36. *Excessiva mulcta est injusta.*
37. *Ob frequentiam levium delictorum, mulcta imponenda.*
38. *Ob mulctas non competit Jus tacitæ hypothecæ.*
39. *Secus Jure Municipali Wirtenbergico.*

40. *In causa appellabili quomodo mulctæ quantitas attendatur?*
41. *Mulctam convertere potest Magistratus Municip. in pœnam pecuniariam.*
42. *Etiam remittere & diminuere eam potest.*
43. *Quis olim fuerit legitimus modus mulctarum, remissive?*

I. MUlctæ verbum mutuatum ab Oscis, Italiæ populis, apud quos mulcta erat, quod apud Romanos pœna *de differentia utriusque vide in l. 131. § 1. & l. 244. ff. de verb. sign.* Quidam originem vocis hujus per antiphrasin deducunt à mulgeo, quia quemadmodum pecora, dum mulgentur, suo spoliantur lacte, ita cui mulcta dicitur, emungitur, & veluti emul-
2. getur pecunia. Verum à veteribus ita scribi non solebat, sed *multa,* alii volunt idem esse, quod super addere, licitari, offerre pretium. Wann einer etwas mehr bietet/ als der ander: bieten enim (unde Westphalorum Bote sive Busse) est petere, an pro hoc pretio, liceat rem auferre, quia in infligenda pœna pecuniaria, aliquid licitationi simile occurrit wann einer die Busse hoch setzet/ und der ander etwas abdinget MARTIN. *Lexicon. Etymol. hac voce.*

3. Ex quo & illud est, quod subtiliores mulctam & pœnam in hoc differre statuant, quod mulcta consistat in solo arbitrio judicis scilicet, ut eam pronunciet tantum ex caussis & occasionibus, ipsum ad ita condemnandum moventibus: Pœna vero non in prudentia ac arbitrio judicis sita, sed in jure, aut in statutis expressa est, sic ut jura talem pænam constituerint, & taxarint, item ut mulcta intelligatur de pœna pecuniaria, pœna vero simpliciter prolata se extendat & ad pœnam cor- 4.
poralem & capitalem & ad pecuniariam, juxta varias jurium constitutiones, item à mulctis appellare licet, à pœnis nullo modo. Nam mulcta est gravamen à judice illatum, à pœna autem 5.
non appellatur, quia legis gravamen est, nisi reus appellaverit eo prætextu, quia se dicat innoxium, & in factum pœnale non incidisse. ALCIAT. *in l. si qua pœna 244. de verb. sign. n. 1.*

Differt & in hoc mulcta à pœ- 6.
na, quod qui mulctam dixit, officio suo functus nondum est, & ideo eam revocare potest *l. illicitas in fin. ff. de offic. præsid.* At qui pœnam constituit, amplius ea de re non auditur, idem ALCIAT. *ad l. aliud 131. §. inter mulctam n. 2. de V. S.* Sic pœna indicitur judicis offi-

officio mercenario, deserviente accusationi vel actioni, mulcta vero officio judicis nobili, Bart. *in l. judex posteaqum ff. de re jud.*
7. Postremo ejus est naturæ, ut condemnatum infamet, mulcta vero nullum infamare possit, Damhoud. *pr. civil cap.* 217.
8. Quandoque etiam emenda, à correctione, vel sanatione morum vocatur, Germanisque est, eine Geld-Straffe / Buß / Saxonibus Wehr-Geld. Goldast. *in rat. consist. imper. ff.* 70. § 4. Quæ tamen non confundenda, nam
9. Wehr-Geld proprie est mulcta Carpz. *p.* 1. *crim. q.* 34. & est præstatio damni à Wert *pretium & gelten* præstare. Busse est emenda, quæ pœnæ, sive mulctæ, species est, & contra distinguitur à Wergeldo Land *R. lib. II. art.*
10. 45. Veteri jure Saxon vocabatur *Feida* pro qua olim bellum privatum, sive diffidatio de privatis, moribus erat introducta, de qua Capitul. *Carol. M. lib. V. cap.* 34. Sed Busse erat mulcta parti debi-
11. ta pro injuria & doloribus, Wette vero pœna Fisco debita sic Schilter. *ad ff. Exerc.* 19. §. 14.
12. Distinguiturque in Buß simpliciter & Frauen-Buß / cujus distinctionis hæc est apud Saxones dispositio, ut mulcta mulierum dimidiata sit, daß Weib verbüsset halb so viel als der Mann. Sächs. Land-Ordn. Orts-Francken *de anno* 1531. Quamvis autem hoc jus mulctæ dicendæ, quod est 14
remedium paritionis, ut ait Boss. *tract. crim. tit. de mulcta n.* 8. & 17. non omnes Magistratus habere videantur, quia cum Imperio imponitur *l. sacrileg* 9. §. *fin. ibi : is qui hoc imperio utitur ff. ad L. Jul. pecul.* Municipia tamen hoc jus mulctæ habere, præter experien- 15
tiam, evincitur *ex l.* 2 §. *ult, ff. de judiciis cui jurisdictio ff de jurisdict. l. unic. ff si qui jus dicent.* Cu- 16
jac. *in parat. C. de Magisstrat. Municipal.* Ut & in specie ad jurisdictionem simplicem refertur *à* 17
Goedd. *ad l.* 131. *n.* 6. *ff. de verb. sign.* Gyland. *decis.* 38. *n,* 1. *lib. II.* Zas. *n.* 4. Bart. *n.* 5. *in d. l. unic. ff. si quis jus dicent.* Bertrand. *cons.* 1. *n.* 9. *vol.* 1. *per l. more* 5. *l. seq. ff. de jurisdict.*

Quamvis quidam putent, non 1
adeo inverisimile esse, olim Magistratibus Municipalibus non omnem mulctam, quovis emergente casu, dicere licuisse, sed talem solum, quæ jurisdictionis tuendæ causa ob contumaciam infligi solet *l. cui ff. de jurisdict. l. un. C. si quis jus dicent. non obtemp. c. Pastor* §. 1. *de offic. deleg.* Cottm. *ad tit. Cod. de mod. mulct. n.* 7. & *seq.* Besold. *consil.* 91. *n.* 37. *part.* 3.

19. 3. Unde colligit ZAS. quod Magistratus inferiores non coguntur, punire offendentes jurisdictionem eorum, ideoque dici, quod eis hoc sit concessum; nam non quicquid officio judicis conceditur, statim necessitati ipsius imponitur, *p. l. non quicquid* 40.
20. *ff. de judic.* & ita disponere jura, ne avari judices, puniendo aliquam levem inobedientiam, dicant, se cogi, ut defendant jurisdictionem, propterea hoc eis conceditur, ut possint indulgere, possint esse humani, nec nimis duri *l. observandum ff. de offic. præs. ad d. tit. si quis jus dicent non obtemp. n.* 16.

21. Interim manifesti Juris est, omnibus Magistratibus permissum esse Jurisdictionem suam qualemcunque defendere pœnali Judicio, id est, mulcta *l.* 1. §. *fin. ff. de offic. ejus cui mand. est Jurisdict. cap. ex litteris & c. præterea extr. de offic. dele-*
22. *gat.* Nec enim tantum contumaces mulctari possunt, sed etiam turbantes Jurisdictionem, vel resistentes, vel de quibus timetur, quod præcepto & monitioni non sint parituri CAST. *post* BART. *in l. unic. ff. si quis Jus dic. non obt. num.* 6. IMOL. *in l. filius familias* §. *divin. n.* 3. *de le-*
23. *gat.* 1. Dicendum ergo in iis, de quibus superior cognoscit, mulctarum, pœnarumque compendia soli Principi inferri. In iis autem, in quibus Jurisdictio aliis competit, applicari mulctas, quibus ipsa competit Jurisdictio, etiamsi nulla regalia ex Imperatoris, vel superioris Principis concessione, vel præscriptione habeant, quod adductis quibusdam Imperii constitutionibus firmant *Marpurgens. cons.* 27. *num.* 57. *vol.* 2. Addendo, & iis Magistratibus, qui merum impe- 24.
rium non habent, nec de criminalibus, sed civilibus duntaxat causis cognoscunt, constitut. Imper. non uno in loco, mulctarum pœnarumque compendia concedere, quatenus scilicet ad eorum Jurisdictionem cognitio de pœnis & mulctis spectat.

Magistratus itaque Municipales 25.
hanc mulctæ irrogandæ, facultatem habent, non quidem principaliter, sed incidenter, ad defensionem & tuitionem Jurisdictionis sibi competentis, cæteroquin Jurisdictio sine modica coercitione plane redderetur elusoria. *d. l. un. si quis Jus dicent. non obtemp.* No- 26.
lunt enim leges mandata Judicum & Magistratuum etiam inferiorum eludi, aut suspendi temeritate subditorum *l. ult. ff. ne quid in loc. publ.* OLDENDORP. *Class.* 1. *act.* 2. Qui autem Jurisdictione plane destituti sunt, illos nec 27.
mulctare posse, certum est *l.* 1. & 2. *C. de mod. mulct.* quales sunt fisci adm i-

administratores, Gabellarii, Item arbitri, quia hi notionem tantum, non Jurisdictionem habent, sic nec delegatus, quia non ordinariam, sed mutuatam habet, præterquam in casu *l. 2. C. de sport.* BART. *in l.*
28. *si qua pœna* 244. *ff. de V. S.* Quam mulctam Jurisdictionum fructum dicit PECK. *de Jure sist. c. 92. n. 2.* ROSENTH. *de feud. c.* 5 *conclus. 63. n. 2. &c. 12. concl. 5. n. 51.* THOM. MICHAEL. *de Jurisd. concl. 56.* Videant autem Magistratus, ne de
29. consuetudine Germaniæ fructus, illi Jurisdictionis, affectui & avaririæ deserviant, neve in mulctis indicendis & exigendis, lætentur, sicut eo capite consuetudinem præfatam damnat *Auct.* vom *Justitien* Werck. Vers. welches aber von etlichen wenig bedacht / ubi refert ignominiosum illud: Es haben dieses Jahr über / die Brüchten oder Geldbüssen / Gott sey Lob und Danck / ein ehrliches eingetragen.
30. Itaque illud, quod mulctarum & pœnarum compendia ab Imp. Friderico inter regalia esse numerata, dicitur *in c. unic. quæ sint regal.* atque in ærarium principis inferri debeant *l. pen. c. de mod. mulct.* hodie non tam stricte observatur BART. & BALD. *in l. fin. ff. solut. matrim.* MOLIN *ad consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss 1. n. 1.* THESS. *decis. 266. n. 5.* WESEMB. *in d. tit. C. de mod. mulct. n. 6.* SCHRAD. *de feud. part 10. sect. 3. n. 93. & sect. 2. n. 51.* MENOCH. *Cons. 604. n. 38.* NATTA *cons. 580. n. 15.* DECIAN. *Cons. 40. n. 3. Vol.* 4. Licet ergo mulcta proprie illis competat, qui fisci Jura 31.
obtinent, separari tamen potest à fisco, & ad alios, qui Jurisdictionem habent, expressa, aut tacita Superiorum potestate transferri. Sicut de cætero utilitates fisci, consuetudine, concessione, privilegiis &c. præscriptione, communi JCtorum sententia, transeunt, tunc enim desinit esse jus fisci & est manetque fructus Jurisdictionis. CHASSAN. *consuet. Burg. Rub. 1. §. 7. verb. l'amende num. 2. & rubr. 9. 19. vers. 35.* MEV. *part. 4. decis.* 363.

Caveat autem sibi Municipalis 32.
Magistratus, ne plus æquo & justo in multis indicendis procedat, nam si excesserit modum, non tantum nihil agit, BART. *in l. 2. C. de re judic.* ANGEL. *cons. 8. col. 2.* sed graviter à Superiore venit puniendus, CAGNOL. *in l. unic. in pr. n. 10. & 14. ff. si quis jus dicent. per l. eos. ibi, quod si quis prædictum modum excesserit. C. de mod. mulct.*

Infligenda enim ab illis est, ad 33.
commodum Reipublicæ & ad publicam vindictam, non ad commodum partis, nec licet jurisdictionem habenti invenire novas ob-

obligationes & illaqueationes à le-
ge non inductas, sicut de Nice-
34. phoro Imperatore refert CEDRE-
NUS, qui divitum servos subor-
narat, ut falsè Dominos suos ac-
cusarent, delatoribusque honorem
habebat, calumnia circumventos
argento mulctans, KLOCK *de arar.*
35. *l. 2. cap.* 134. *n.* 3. Ultio ergo
facienda pro delictis, non in de-
linquentium facultates, sed in eo-
rum personas, *C. coguovimus 16.
quæst. 8.* nec in tantum augendæ
sunt mulctæ, ut totius matrimo-
nii facultates exhauriant, non po-
36. stulante delicti atrocitaee. Exces-
siva enim mulcta est ipso jure nul-
la, NATTA *cons.* 594. *n.* 4. quem-
admodum insolita & non consue-
ta dicitur injusta, quod auctorita-
tibus firmat FARINAC. *l. 1. prax.*
37. *Cim. qu. 18. n. 29. 38. & 58.* Ideo
mulcta irroganda, ne malefica
maneant impunita, & ut facilius
puniantur delinquentes, CACCIA-
LUP. *in repet. l. imperium in 12.
quæst. n.* 31. *l.* CURT. JUN. *ibid.
n.* 133. *ff. de jurisdict.* ubi quoque
ait, quod lex ideo dederit defen-
sori civitatum & minoribus Ma-
gistratibus eam potestatem, quia
levia delicta, ob quæ mulcta le-
vis imponenda venit, sunt mul-
tum frequentia, & si oporteret ob
ea semper, adire judicem superio-
rem, tunc delicta multa rema-
nerent impunita, *Argentorat cons.*
22. *u.* 54. *vol.* 1. EVERHARD. JUN.
cons. 17. *n.* 52. *vol.* 1. PEREGR.
de jur. Fisci lib. IV. tit. 3. *n.* 29.
LINDENSPUR. *in Comment. ad ord.
Polit. Würtemb. pap.* 9. *n,* 335. *n.* 7.
1061. ubi *n.* 9. annectit. Quamvis
Fiscus in exigendis pœnis & mul- 38.
ctis succumbat omnibus creditori
bus sive personalibus, sive hypo-
thecariis, vel etiam Chirographa-
riis tantum, *l. un. C. de pœn. Fiscal.
l.* 10. *l. quod placuit. ff. de cur. Fisc.
l. rescriptum. ff. de pact.* PEREGR. *in
d. loc. n.* 11. *&* 13. CLAR. *Pract.
crim. lib. V. §. fin. quæst.* 70. *n. ult.*
Secundum tamen jus Municipale 39.
Würtenbergiorum mulctas supera-
re etiam expressam hypothecam
tempore priorem.

Dictum & supra *n.* 4. à mulctæ 40.
irrogatione etiam appellari posse,
quoties nimirum judicis arbitrio
non à lege dicitur, juxta *l. aliud.*
131. *ff. de V. S.* circa censuram au-
tem summæ appellabilis, non
mulctæ quantitas sed causæ, ob
quam irrogatur, præjudicium, at-
tenditur, MEV. *p.* 5. *decis.* 253.

Mulctam quoque dictatam Ma- 41.
gistratus convertere potest in pœ-
nam corporalem, pro arbitrio mo-
derandam ob inopiam delinquen-
tis, CLAR. *Pract. Crim.* §. *fin. qu.*
95. *n.* 8. modo tamen persona sit
simul inops & vilis seu abjecta,

cæteroquin pœna pecuniaria in corporalem commutari nequit in egregiis & nobilibus, MENOCH. *arbitr. caſ. 447. n. 11.*

42. Remitte e quoque Magiſtratus injunctam mulctam poteſt & diminuere, juſtam nimirum ob cauſam, non autem abſolute, prout ex *l. eos. C. de mod. mulct.* colligunt BART. & BALD.

43. Quis olim legitimus modus mulctarum fuerit, meminit ALCIAT. *in l. aliud eſt, §. inter mulctam. ſuper verb. ex arbitrio. ff. de verb ſignif.*

Caput XXXIX.

DE MUNICIPIORUM JURE PIGNORIS CAPIENDI.

SUMMARIA.

1. *Pignus, unde dictum?* Pfand / pfänden / *unde?*
2. *Jus pignoris capiendi Municipiis conceſſum.*
3. *Sine jure pignora capiendi jus mulctandi eſt inutile & fruſtratorium.*
4. *Mulctandi plerumque ſunt contumaces.*
5. *Conceſſo priori & poſterius negari non debet.*
6. *Ab experientia quotidiana eſt, Municipia pro conſervanda obedientia, æque ac Magiſtratus majores, pignorationibus uti.*
7. *Pignoratio eſt effectus tuendæ jurisdictionis.*
8. *Pignorationes privatæ ſunt illicitæ.*
9. *Quatenus de Jure Saxonico fiat pignoratio contra contumacem in ſolvenda mulcta.*
10. *An hodie illic adhuc ſit in uſu?*
11. *Pro coercenda civium contumacia competit Magiſtratibus Municipalibus pignorandi jus.*
12. *Competit contra defraudantes gabellas.*
13. *Quid jure Saxonico* die den Zoll verfahren?
14. *Non reſiſtendum apparitoribus pignorantibus.*
15. *Reſiſtentium variæ pœnæ.*
16. *Pro delicto, absque judice pignoratio non eſt permiſſa.*
17. *Pignorari poſſunt coloni Municipiorum, etiam ſub illorum jurisdictione non degentes.*

18. *Ejus ratio.*
19. *Locator, an possit res conductoris, ob non solutam mercedem, detinere?*
20. *Rusticorum malitia.*
21. *Rusticorum mores.*
22. *Coloni civitatis solent esse morosiores in solvendo, quam cæteri.*
23. *Tutius pignoratio contra colonum non solventem, fit ope judicis.*
24. *Optima via coercendi morosos colonos Municipiorum.*

1. Pignus Latinis à *pugno* dictum putatur, *l. 238. §. 1. ff. de verb. sign.* sic à Germanis Pfand/quasi behand/ pfänden/ quasi behänden dicitur. Goldast. *rer. Alemann. tom.* I. *p. 2. fol. 295.* Quia res, quæ pignori dantur, manu traduntur, hinc est, quod pignus proprie rei mobilis constituitur. Quidam vocem hanc derivant à veteri verbo *pago*, quod idem erat, quam pacisci, & alteri se obligare ad fidem servandam, Quintil. *lib. I. cap.* 1. unde Italicum *pagare*, & Gallicum *payer*, solvere, fidem præstare.

2. Hæc pignoratio etiamsi *per l. 9. §. fin. ff. ad L. Jul. pecul.* Municipalibus denegata videatur, contrarium tamen à DD. communiter *in l. 4. §. 2 ff. de damno infect. & in l. quemadmodum. § Magistratus. ff. ad l. Aquil. l. 3. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut.* traditur.

3. Capite præcedenti Municipiis jus mulctæ concessum dixi, quia autem mulctæ indictæ effectus ullus vix sequitur, nisi à contumacibus, ut plerumque sunt, mulctandi, pignora capere liceat, ideo- 4.
que prius cum concessum, posterius 5.
negari non debet, *l. 2. ff. de jurisd.* si nimirum illud sine hoc consistere nequeat. Et quotidie hujus- 6.
modi pignorationes Municipia æque ac Magistratus majores pro conservanda obedientia civili ac civitatica, in morosos & refractarios decernere videmus, ut hujus juris probationi fusius insudare, operæ non sit pretium.

Nam absque coercitione non 7.
est jurisdictio, sicut neque absque jurisdictione Magistratus dici potest, Suthold. *d. jurisd.* §. 201. Hinc effectus jurisdictionis est pignoratio, quæ ergo ad illos extendi non debet, quibus nulla est jurisdictio, Carpz. *p. 2. const. 7. def. 2.* Nemo enim auctoritate propria & 8.
privata de jure experiri potest, sic regulariter pignorationes, tanquam privatæ vindictæ species, sunt prohibitæ, *C. 1. de injur. in 6. Novell.* 134. *c.* 1. & pro spolio habentur, juxtaque regulam vulgatam à privato pignoratus ante

 omnia

omnia restituendus, MEV. *p*. 7. *decis*. 38. *n*. 4.

9. Jus Saxonicum adversus contumacem in solvenda mulcta ita procedit; Executor publicus ad jussum Magistratus, vel Judicis, pignorat bona contumacis, apponendo super januam domus crucem, vel ut fit aliquibus in locis, frangendo é foribus ostii scissuram aliquam, einen Spahn / quod est signum pignorationis, ac si pignoratus intra annum non veniat, satisfaciendo Judici de mulcta, condemnatur in amissione juris omnis, quod habuit in bonis pignoraris; Land-Recht *lib*. 3. *art*.

10. 41. Ubi Zobel notat, practicam istius articuli, de signo pignorationis imponendo ædibus, hodie non esse in usu, nisi quod multis in locis, ut in Thuringia, quotidie adhuc fiat. COLER. *de process. execut. p*. 1. *c*. 3. *n*. 159. addendo ibi, quod Dominus in bonis pignoratis jus non amittat, nisi pro mulctæ quantitate, *art*. 70. *lib*. *I*. Land-Recht.

11. Pignoris capiendi jus competit Magistratui Municipali non saltem ad civium contumaciam coercendam, sed & si præstanda ab iis non præstentur, tum pignora tam diu retineri possunt, donec ad debitam observantiam reducantur, GAIL. 1 *obs*. 17. *n*, 8.

Competit & in eos, qui vias inusitatas ambulando, defraudant 12. gabellas telonia, vel vectigalia imposita, donec ea præstent, vel etiam ultra defraudationem gabellarum, damna forte illata resarciant, pignora retinere possunt, COLER. *dict*. *p*. 1. *c*. 3. *n*. 74. CARPZOV. *cit*. *p*. 2. *Const*. 27. *def*. 3. *n*. 8. Eo facit Jus Saxonicum. Land-Recht / *l*. 2. *art*. 27. Sol auf solchem Fall / der / so den Zoll verfahren / und ungewöhnliche Wege 13. brauchet / oder an der Saat / oder sonsten Schaden gethan / durch den Richterlichen Gewalt gekümmert und so lang angehalten werden / bis er sich mit der Obrigkeit / und anderen / welchen er auf ihrem Gute / mit fahren oder reiten / Schaden gethan / der Gebühr nach abgefunden und verglichen habe.

Nihil quoque in Municipiis frequentius est, quam quod in casu 14. licitæ pignorationis, apparitoribus pignora capientibus à contumacioribus civibus resistatur, quod vocamus, Pfand-Wegerung thun / Jure Aurelianensi *tit*. 5. *cap*. 14. talis resistens condemnatur in quinque solidos, teste THOMA *de noxa animal*. *c*. 25. *n*. 10. Jure Saxonico ejusmodi contumacia emendanda tribus solidis, Land-Recht *dict*. *lib*. *II*. *art*. 27. sed apud nos arbitraria in tales est pœna, qui & 15.

quan-

quandoque corporali arresto pro qualitate circumstantiarum detineri solent.

16. Quamvis pro debito consequendo pignoratio non permittatur, nisi ope judicis *l.* 13. *ff. quod met. caus.* Sed quisquis rem debitoris & pecuniam debitam, non ab ipso sibi sponte datam, sine ullo judice temere accipit, isque sibi jus in eam dixerit, jus crediti amittit *l. si quis in tantam. & l. meminerint c. unde vi.*

17. Municipia tamen posse colonos suos, etiam sub illorum jurisdictione non degentes, propria auctoritate pignorare, vult CLAMMER. *compend. jur. tit.* 36. *n.* 10. *ubi habet* **Um Zinse und Dienste mag ein Guhts-Herr seinen Mäyer wol selbst pfänden lassen / ob er gleich das Gericht über ihn nicht besuchet hätte.** Quod & de jur. Saxon. & alio locali, quotidie servari in usu practico testatur COLER. *de process. execut. p.* 1. *c.* 3.

18. *n.* 156. Exemplo emphiteutæ non solventis canonem, & ex ratione quod omnia illa bona dicuntur oppignorata Domino, pro mercede pensionis & annui canonis, *lib. III.* **Land-Recht.** *art.* 77. *&* 79. GLOSS. **Lehn-Recht** *c.* 5.

19. Jure Civili quoque constat, quod dominus prædii locati tacitam habeat hypothecam à lege proditam, pro mercede conventa, in omnibus bonis conductoris illata *l.* 2. *& 9. ff. in quib. caus. pign. tac. contrah. l.* 4. *ff. de pact. l.* 5. *C. de locat.* Unde quidam inferunt, ipsum locatorem, si merces destinato tempore non solvatur, posse expellere habitatorem, & simul includere & detinere res illatas, donec sibi satis faciat. JASO. *in §. Item Serviana n.* 80. *J. de act.* Et si verum est, quod de rusticorum 20.
malitia ait PETRARCH. *lib. II. remed. utriusq. fortun. dial.* 59. Quod, ut quondam servi, ita hodie rustici, fere sint versuti & ultimi, proribus pejores, & juxta BERTRAND. *cons.* 7. *n.* 6. *vol.* 1. astuti, sagaces & arrogantes, ita ut non sit malitia super malitiam, rusticorum, HIERON. MAGON. *Decis. Lucens.* 42. *n.* 11. ODDUS. *de restit. in integr.* 4. 9. *n.* 67. PRUCK. *cons.* 50. *n.* 83. *lib. I.* queruli plus æquo, apud 21.
alios nunquam libero ore sua commoda professi, nunc parvos frugum proventus alias annonæ vilitatem, improbos labores, infinitos sumptus, iniqua vectigalia, accusant NEUHUS. *Theatr. ingen. human. lib. I. cap.* 8.

Magis hæc vitia quadrant ad 22.
huc in colonos civitatis, qui insolentiores & in præstandis debitis eo segniores se exhibent, quo credunt, quod in commune possidetur,

tur, communiter negligi, ſicut ex-
perientia ſuffragante, compertum
23. habetur. Interim tamen, prædicta
ſententia licitæ pignorationis in alie-
no territorio non caret periculo;
Meo itaque judicio ſecurius alii
ſtatuunt, civilius facere Dominum,
ſi ea, interveniente judice, expe-
diatur niſi ita conſuetudine, vel
certis pactis, etiam in alieno terri-
torio, ſit receptum. Optimam ita- 24.
que viam coercendi moroſos colo-
nos ſuos eligit Municipium, ſi in
civitate tanquam loco ſolutioni
deſtinato, pignorationem præme-
morato caſu inſtituit, quod & hic
loci noſtri continue obſervari, in
comperto eſt.

Caput XL.

DE MUNICIPIORUM JURE ARESTI.

SUMMARIA.

1. *Jus areſtandi habent Municipia.*
2. *Arreſti impoſitio eſt mixti Imperii cum jurisdictione.*
3. *Civitates Municipales hodie non ſunt ſine Imperio.*
4. *Privilegia Municipiorum de jure moderno ſunt lautiora.*
5. *Arreſta tam ſubditis, quam extraneis imponuntur.*
6. *Arreſtatio quid ſit?*
7. Kummer / *Arreſten.*
8. *Arreſt Gallicum quid denotet?*
9. *Magiſtratus ſit cautus in decernendis arreſtis.*
10. *Municipia non raro invidentes ſuis privilegiis habent Conſiliarios Principis.*
11. *Arreſtum præcedere debet cauſæ quædam cognitio.*
12. 13. *Ejus ratio.*
14. *Arreſta ſunt odioſa & ignominioſa, præſertim mercatoribus.*
15. *Fides mercatorum everſa ipſis perquam nocet.*
16. *Pro minori debito, major ſumma non arreſtanda.*
17. *Arreſta decernenda ſunt, auctore Magiſtratu.*
18. *Juris Mindenſis diſpoſitio.*
19. *Debitor de fuga ſuſpectus privatim detineri poteſt.*
20. *Abſente Magiſtratu, vel judice, non permittendum apparatoribus, ut ſua auctoritate arreſtum imponant.*

21. *Non decernenda arresta contra concivem.*
22. *Desuper jus statutarium Mindense.*
23. *Pœna Magistratus inique arrestum decernentis.*
24. 27. *Quando ob arestum teneatur arrestato de injuria?*
25. *Quando appellationi locus.*
26. *Non statim contra Magistratus properandum ad injuriarum actionem.*
28. *Decernendum arrestum periculo impetrantis & cum ejus cautione.*
29. *Magistratum non excusat præsumptio justitiæ, si inique procedat.*
30. *Magistratus tenetur creditori, si arrestum expositis causis consequi nequit.*
31. *An arrestum possit impetrari à Magistratu ob pecuniam, quam ipsa debet civitas.*
32. *Quænam intelligatur causa propria in qua quis judex esse nequit.*
33. *Arrestum quatenus cautione solvatur?*
34. *Quando non solvatur cautione?*
35. *Cautus & sit Magistratus in demandatione relaxandi arresti.*
36. *Atrestum Saxonicum.*
37. Eines *Creditoris* Verlauff sol den andern nicht schaden.
38. *Arrestum Saxon. in Municipiis nostris non obtinet, nisi speciali exstante statuto.*
39. *Arrestum à Municipali Magistratu impositum qui frangit, quomodo puniatur.*
40. *Carcerem & arrestum violantes quomodo æquiparentur?*
41. *Pœna effracti carceris non infligenda violanti arrestum.*
42. *Causæ aresti sunt leviores causis criminalibus.*
43. *Formula citandi discedentem ex arresto.*
44. Gast-Recht.
45. *In causis peregrinorum breves termini statuendi.*
46. *Ratio* des Gast-Rechts.
47. *Peregrinorum favor apud Ratisbonenses.*
48. *Qui pro peregrinis habendi?*
49. *Pro peregrinis habentur, qui in procinctu sunt peregre abituri.*
50. Ein wilder Gast *quis*?

1. Jus arestandi municipiis, quæ quid jurisdictionis habent, competere, dubium nullum est, Wehner. *in observat. pract. lit. A. verb. Arestum.*

2. Aresti impositionem mixti esse Imperii docet *ex l. 3. ff. de jurisd.* mev. *tract. de arest. cap. 5. n. 8.* ibidemque post citatum *Ichnograph.*

 Mu-

municip. Auctorem addit: Arestandi jure civitates municipales uti, dummodo iis jurisdictio competat, quæ cum Imperio conjuncta est, hoc est, quæ non tantum cognoscendi sed & exequendi potestate
3. polleant. Juncta simul ratione, quia hodiernarum civitatum Municipalium tam vilis nunc non est, conditio, sicut olim sub Romano Impcio veteri; Nuda tunc illarum erat jurisdictio sine Imperio, cui levia tantum quædam indulgebantur per *l. ea quæ 26. ff. de Munic.* unde nec Magistratibus istis permittebatur, bona rei servandæ causa jubere possidere *d. l. 26.* §. 1.
4. Hodie ergo non tam jurisdictionem, sed & plerumque omnimodam, aliaque privilegia, vel ex concessione, vel ex privilegio sua faciunt, Abusive ideo *Municipales* dici vult præcit. MEV. si ad antiquum verum usum respicias, etsi vulgariter illud, quod privatorum loco sint, applicetur, de quo ex professo supra egimus *lib. I. cap. 6.*
5. Tamque subditis, quam extraneis, ad implorationem seu civium seu forensium, Consules Municipiorum hujusmodi impedimenta imponunt, Reichs-Abschied zu Speyer / *sub Maxim. II. post pr.* §. Wann auch die *aresta* MATTH. COLER. *de process. execut p.* I. *c.* 2. *n.* 96. 104. *& seq. & p.* 2. *c.* 1. *n.* 4. 15. *& seq.*

Arestatio est injectio manuum cum alicui à Magistratu interdicitur, ne excedat ex eo loco, in quo inventus est, nisi rebus cum eo compositis qui de illo apud judicem conquestus est, id est, arestum personale, vel cum res alicujus quacunque ex causa pro securitate nostra, auctoritate publica, detinetur, ita, ut nobis invitis ex illo loco, negotio nondum sopito, auferri non possit PECK. *de jure sist. c.* 1. *n.* 4. MATTH. COLER. *de process. execut. p.* 1. *c.* 2. *n.* 159. *& seq.* 6.

Dicitur etiam Kummer / quasi impedimentum BECK. *in orig.* Vocis derivatio est à Gallico *Arrester* quod est impedimentum præstare, sistere gradum, commorari. Quamvis & Gallicum illud vocabulum *Arest* pro decreto & sententia usurpetur, unde Doctores Galli aresta pro decisionibus ponunt. 7.
8.

Cautus autem, minimeque levis Magistratus sit in decernendis ejusmodi impedimentis, nec imponat, nisi in debito liquido & summarie probato RÖPEN. *quæst.* 29. *n.* 16. sunt enim arresta omnia odiosa SCHULT. *in addit. ad Modest.* PISTOR. *quæst.* 136. *n.* 15. 9.

In quibus odiosis facillime peccant Municipia, quæ non raro invidentes suis privilegiis & juribus habent Superiores, aut certe co- 10.

11. eorum Consiliarios. Prudentissime itaque monet GAIL. *de arest. Imp. c. 1. n. 12.* Periti Judices non debent præcipitare arresta sua & præpropere ad nudam petitionem cujuslibet illa indiscrete decernere, & promittere, das Kummer-Recht nicht alsobald und unbedachtsamlich verstatten sed prius causam saltem summariè examinare.
12. Aresto quippe subvenitur creditoribus contra jus civile, quo debitor prius legitime convinci, ac postea demum ad solutionem
13. pulsari debet. Creditores sane circa petitionem aresti contra debitorem nunquam non faciliores, quam par est, reperiuntur, sed judicis officio incumbit, malo huic prudenter occurrere, & ante concessionem arresti, singulas quasque circumstantias bene ponderare, an causa ejus sufficiens existat, vel non, ut monet CARPZ. *l. 4. Resp.*
14. *Elect. 38. n. 1. & 2.* Non saltem odiosa sunt arresta, sed ignominiosa, præsertim contra mercatores, si personæ eorum detineantur, quæ injuria irretractibilis dicitur à JASON. *in l. 4. §. qui condemnatum n. 22. ff. de re judic.* COLER. *de proc. Execut. p. 2. cap. 3. n. 154.*
15 Ut quorum mercimonia fide, tanquam fundamento, nituntur, quam sæpe unico arresto eversam aut infractam esse, experientia docuit, ut ait præall. MEV. *c. 4. n. 6.* Deinde si de sufficienti aresti causa con- 16.
stat, pro minori tamen debito, major summa non arestanda sed illa solum, quæ creditum reddit securum, simul ergo dispiciet Magistratus arestum decernens, quanta sit summa, pro qua aresti petitio fit. MEV. *part. 6. dec. 301.* ne quis nimirum cautionibus supervacuis oneretur *l. hæc stipulatio 14. §. 1. ff. ut legat. vel fideicommiss. serv. caus.*

Tertia cautela impositionis aresti consistit in eo ut fiat auctore 17.
Magistratu, vel judice competenter, non propria auctoritate, quia sic melius, consideratis circumstantiis discerni potest, an permitti, vel recusari debeat arestum, quod jure Mindensi cautum *tit. 14. art. 1.* Es sol kein arest oder Aus- 18.
pfandung an Frombde von den Bürgern / ohne des regirenden Burgemeisters / oder des Stadt-Richters Erlaubnuß / bey willkührlicher Straff geschehen / in Noht-Fall / oder da der Burgemeister / oder Richter nicht behanden / mag ein Frembder propter periculum moræ durch des Gerichts- oder Stadts-Diener / denselben wohl verhängen / doch alsbald man denselben mächtig seyn kan / 19.
Ihnen anzeigen. Debitorem enim de fuga suspectum, ejusque res,

in quibus amotionis est periculum, propria authoritate comprehendere licet *l.* 10. §. 16. *ff. quæ in fraud. credit l.* 54. *in verb. si præsidiis deest copia C. de decurion. l.* 7. §. 3. *ff. quod vi aut clam.* GAIL. 1. *observ.* 48. *n.* 14. GROT. *de I. B. ac pac. lib. II. cap.* 7. *n.* 2. Perpe-
20. ram igitur Magistratus vel judices aresta concedentes, dum ex urbe discedunt, munio suo satis faciunt, si apparitoribus committunt, ut aresta petenti mox præsto sint, & quidem ob dulce lucellum, ne accidentalibus quidquam decedat, reliqua quocunque modo cedant, **auf gerathe wohl.** Interim innocens debitor inique sæpe gravatur, cum in causas aresti minister Senatus, vel judicis inquirere, nec possit, nec soleat, atque genus illud hominum de nihilo magis, quam de competentibus juribus sit sollicitum.

Quarto non decernenda à Ma-
21. gistratu Municipali sunt aresta contra concivem quia ibi cessant, rationes introductorum ex jure consuetudinario arestorum, quibus saltem coercendi sunt fugitivi vagabundi & de dilapidatione suspecti, ut eo facilius & commodius conveniri possint, ad evitandos sumptus, qui alias impendendi ad persequendum debitorem alibi commorantem. PECK, *de jure sist. c.* 2. *n.* 6. Desuper iterum sta- 22.
tuit *jus Municipale Mindense d. tit. art.* 8. **Es wird kein arest einem Bürger wider den andern verstattet/sondern er sol denselben mit ordentlichen Recht und** Execution-**Mittel/ verfolgen und ausklagen.** Excipitur tamen & casus, si simul adsunt contra concivem urgentes rationes periculi dilapidationis, quarum circumstantiæ probe semper examinandæ CRUS. *ad d. jus Mindens. cit. loc.*

Si jam temerarius satis est Ma- 23.
gistratus, prætensum debitorem aliquo aresto affligendi & divexandi, arestato contra eum pro iniquitate vel imprudentia hac coercenda superest actio, quia Magistratui vel judici non licet aliquid injuriose agere, *l. nec Magistratibus. ff. de injur.* C. *conquerente. x. de restit. spoliat.* MENOCH. *remed. recup.* 8. *n.* 19. GAIL. 9. *obs.* 76. *n.* 4. Verum non aliter tenetur, quam si appareat, vel pro-
betur, malitiose eum egisse vel 24.
processisse, & animum simul ac propositum habuisse, injuriam inferendi, *d. l. nec Magistratibus.* COTTM. *cons.* 24. *n.* 15. *vol.* 3. Nec 25.
enim raro accidit, Magistratum errore, inordinate quidem & perperam ratione aresti processisse, sine tamen malevolo nocendi animo, tunc enim non injuriarum vin-

vindicta, sed allud superest remedium, puta appellatio ad Superiorem, vel actio Syndicatus, COTHMANN. d. loc. n. 16. MEV. cit. de arest. c. 23. n. 27. ubi simul notat, lapsum multotum Advocatorum ad injuriarum actiones contra Magistratus & Judices, absque ullo tamen indicio animi injuriantis, sat temere properantium.
27. Cum autem constat, Magistratum vel per dolum, vel corruptionibus injuste arrestum decrevisse, jam litem suam fecit, & statuendum contra eum, juxta *pr. J. de oblig. quæ quasi ex del. l. ult. de extraord. crim. tit. C. de pœn. jud. qui male Jud. Nov.* 8. & 17. *Nov.* 25. *C.* 3. *Nov.* 124 *cap.* 2.

28. Prudens ergo instituit Magistratus consilium, si de petentis justitia non satis constat, ut non saltem ipsius periculo decernat arrestum, sed simul à Creditore arrestante, cautionem sumat de servando indemne tribunal Judicis & refundendo expensas cum omni interesse, in casu succumbentiæ, quam solitam & utilem dicit, MEV. *cit c. 23. n. 30. &* COLER.
29. *proc. Ex. pr. c. 3. n. 40.* Nihil hic relevat pro Magistratu præsumtio justitiæ, *l. sicut nobis in fin. x. de sent. & re judic. l. 2. C. de offic. civil. jud.* GAIL. *2 obs.* 1. *n.* 10. quia præsumtio illa procedit, quoties judicialiter, servato juris ordine, auditisque partium meritis, legitime processum, non vero, si de facto extrajudicialiter ad unius partis petitionem ab executione initium sumptum est. GAIL. *de arest. c.* 11. *n.* 18. MENOCH. *de præs. l.* 2. *præs* 61. *n.* 42.

Ex paritate rationis, prout Magistratus tenetur debitori inique 30.
arestato, sic & creditori, qui expositis aresti causis sat sufficientibus, arestum consequi nequit, si interim dilabitur debitor, juribus *supra alleg.* Ubi quæritur, an arestum impetrari possit à Magistratu, ra- 31.
tione ejus pecuniæ, quam ipsa debet civitas? Resp. affirmando, nec absonum erit dicere, Magistratum debitum à se ipso exigere non posse, quia is duplicem sustinet personam, nempe debitoris & Magistratus, inde duplicem habet respectum, & quæ ob unum respectum non licet, qua alium competit, GAIL. *de arest. C. 6. n. 14. & seq.* nec enim decet Magistratum tantum jus dicere inter cives, sed etiam justitiam administrare contra civitatem, quam repræsentat. Nec dices, ipsum in propria
causa non posse judicis officio fungi, nam hic nota propriæ causæ 32.
deficit, de qua habet textus *in l. 1. §. 11. ff. quando appelland. sit.*

illa enim est propria causa, cujus emolumentum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet, atque sic decidit, MEV. *p.* 7. *dec.* 363.

33. Arestum dissolvi cautione, ut quæ medicina dicitur aresti, neminem latet, tum scilicet, si res adhuc est illiquida & ab arestato negetur, aut in controversiam vocetur, nam tunc superveniente cautione victoria arrestanti omni modo est secura, *l. SCtis ff. de off. præf. l. si fidejuss.* §. *fin. ff. qui satisd. cog. l. litibus C. de agricol.* PECK. *de jur. sist. c.* 45. *n.* 3. Si autem debi-

34. tum exstat liquidum, confessatum, adjudicatum & exigibile, quod debitor absque rubore negare & in controversiam vocare non audet, tunc cautione, qualiscunque illa fuerit, arestum non tollitur, nisi realis solutio insequatur, PECK. *de jure sist. d. c.* 45 *n.* 2. SANDE *decis. Fris. l.* 1. *tit.* 17. *dec.* 2. Quod & obtinet, si debitor ipse ad arestum se obligavit, vel adsit instrumentum, paratam habens executionem, COLER. *de pr. Ex. part.* 4. *c.* 3. *n. n.* 30.

35. Cautus non minus providusque sit Magistratus, ne in relaxatione iniqua arresti, vel ex traditione rei arrestatæ quid committat, in hisce enim si in dolo, lata aut levi tantummodo culpa esse videbitur, actione subsidiaria tenebitur, DAN. MÖLLER. *l.* 2. *semestr. c.* 4. *n.* 10. OLDENDORP. *d. act. class.* 4. *act.* 37. *text. in l.* 1. *ff. de Magistr. conven.* §. *sciendum.* §. *subsidiaria autem Instit. de satisdat. tut.* BESOLD. *cons.* 276. *n.* 11. *& per tot. part.* 6.

Aresti autem Saxonici, cujus indictione arrestator singularem præferentiam in bonis arestatis nanciscitur, in nostris Municipiis praxin nullam scio, de quo vide COLER. *d. tract. p.* 3. *c.* 11. *n.* 26 Scribit & de hoc BESOLDUS, arestum Saxonicum quod tribuit in bonis debitoris, prælationem quandam, tam de jure, quam moribus nostris ignoratur, eines Creditoris Vorkauff sol dem andern nichts schaden / *l. pupillus ubi* BART. *ff. quæ in fraud. credit.* PRÜCKM *cons.* 47. *n.* 167. *vol.* 1. 36. 37.

Non aliter ergo dispositio Juris Saxonici in Municipiis nostris obtinet, nisi statutum aliquod exstet, quod Juri Saxonico conveniens est, sicut est *Mindens. jur. art.* 6. *tit.* 14. *ibiq. in Comment.* CRUSIUS *dec.* 4. 38.

Qui arrestum etiam à Magistratu Municipali impositum frangit, arbitrarie sed acriter puniendus, *l.* 1 *ff. de effract.* qui textus etsi ad literam loquatur de violante carcerem, accipitur tamen & de violante arrestum, rumpens enim arestum æquiparatur rumpenti car- 39.

ce-

cerem, OLDRAD. *conſ.* 65; MANDOS. *tract. de monit. quæſt.* 8. PECK. *de areſt. cap.* 28. *n.* 1.

40. Æquiparatio hæc in tantum procedit, quia utroque caſu quis tanquam contemptor judicialis auctoritatis habetur, quod impune fieri non debet, *arg. l.* 1. *ff. ſi quis jus. dict. non obtemp.* PISTOR. *conſil.*

41. 6L. *n.* 49. KOPPEN. *quæſt.* 35. *n.* 17. Ipſa autem pœna effracti carceris in violantem arreſtum non ſtatim competit, quæ eſt proſcriptio *jure Saxon.* Land-Recht/ *l.* 1, *art.* 68.

42. *in fin.* Graviores ſane ſunt cauſæ criminales, leviores autem, quæ ex areſto proveniunt; reus per violentam carceris effractionem, crimen fateri cenſetur, violans autem areſtum ad tam rigoroſa non compellitur, MEV. *d. tract. cap.* 24. *n.* 5

43. Antequam contra diſcedentem pœnale quid ſtatuatur, vult MEV. *d. c.* 24. *de areſt. n.* 6. ut diſcedens prius citetur hac formula: Daß/ weiln er ohne Urlaub der Gerichte/ oder des areſtirenden Theils/ aus dem gebührlich angelegten Areſt entwichen / in hiezu peremtorie beſtimmeten termino erſcheine/ und mit dem Gerichte ſich des verübeten Exceſſus und violirten Jurisdiction abfinde/ daneben der Proſecution des Arreſti abwarte/ mit der Verwarnung/ daß auf ſein weiters ungehorſames Auſſenbleiben jetzt alsdann/ und dann/ als jetzt/ er in die Land- oder Stadt-Feſte ſol verdammet und erkläret ſeyn.

Eſt & genus arreſti Municipalis, quod Gaſt-Recht dicitur, quod à Magiſtratu Municipali perſpectis ſummarie & obiter cauſæ meritis, in debitis datur peregrino contra civem, aut contra, ubi ſine ſtrepitu judicii de plano & ſimplici, cauſæ dirimuntur, JOHANN. JACOB. SPEIDEL. *in Annot. ad* BESOLD. *th. pract. lit. F. poſt n.* 8. 44.

Solet procedi in talibus cauſis præfixis terminis, plerumque ad ſummum trium dierum, von dreyen zu dreyen Tagen/ nonnunquam de die in diem, von einem Sonnenſchein bis zum andern. 45.

Ratio des Gaſt-Rechtes conſiſtit in commerciorum utilitate & commoditate & quia iniquum eſt in cauſis peregrinorum longas nectere moras, & à commercando eos abſtrahere; Non immerito itaque extra ordinem in modo procedendi iis ſuccurritur, Roſtocker Gerichts-Ordnung *l.* 2, *tit,* von Gaſt-Recht. 46.

Tantus eſt favor peregrinorum, ut apud Ratisbonenſes, Conſul ac Senatus jure jurando promittere debeat, æquos ſe judices fore advenis juxta ac civibus SCHILT. *de jur. peregrin.* §. 47. 47.

Pro peregrino autem, habendus videtur, qui, 48.

qui ultra undecim milliaria habitat.
WEHNER. *obs. pract. voc.* Gast-
Recht. vocantur tales in sent. *spec.*
Saxon. c. 4. dist. 1. Wegfertige
Gäste / die da fern gesessen sind /
daß sie das Rechte Bürger-Ding
(judicium ordinarium) nicht er-
49. langen mögen. Peregrinis compa-
rantur cives qui in procinctu sunt,
peregre abituri. Mit-Bürger die
sich bereitet haben auszuziehen in
ihre Kauffmanschafft oder Bette-
Fard / den sol man / um Schuld
oder Fahrende Haabe / es sey in
gebunden Tagen oder nicht / jedes
Tages richten. *dict. dist. 1. ubi dist.* 50
seq. Ein Wilder-Gast dicitur
wer täglich von Wochen zu Wo-
chen / und Städten zu Städten /
von Lande zu Lande / seine Wan-
delung hat / und in keiner Stadt
Jahr und Tag wohnhafft ist / der
heisset ein wilder Gast. &c.

Caput XLI.

DE MUNICIPIORUM JURE MITTENDI IN POSSESSIONEM.

SUMMARIA.

1. *Nemo quod sibi competere putat, propria auctoritate invadere debet.*
2. *In possessionem mittere est officii judicis.*
3. *Iudex pedaneus non potest quæ sunt Imperii & jurisdictionis.*
4. *Ejus constitutio.*
5. *Immissiones omnes non competebant Municipiis olim.*
6. *Quia id erat majoris Magistratus.*
7. *Immissio in possessionem ex remedio l. ult. C. de Edict. Div. Hadr. toll.*
8. *Quod quis propria auctoritate potest, id multo magis Magistratus auctoritate facere poterit.*
9. *Missio hæc est jurisdictionis.*
10. *Quæ celeritatem requirunt, recte à Magistratu Municipali expediuntur.*
11. *Item ubi dilatio est periculosa.*
12. *Hereditariæ controversiæ ad cognitionem Magistratus Municipalis spectant.*
13. *Jus vetus circa jura Magistratica Municipiorum.*
14. *Hodie Magistratus Municipalis immissionem decernere & exequi potest.*

15.

15. *Qualiter id possit?*
16. *Immissio æquiparatur pignorationi.*
17. *Immissio ventris nomine.*
18. *Immissio ex Carbaniano edicto.*
19. *Quatenus ea decernenda in debito partim liquido partim illiquido.*
20. *Immissio ex secundo decreto.*
21. *Executio fieri non potest nisi ob debitum liquidum.*
22. *Petens immissionem in bona absentis, qui nihil debet, injuriarum tenetur.*
23. *Quomodo immissio decernenda in bona pupilli.*
24. *Magistratui ante immissionem decernendam de debito constare debet.*
25. *Inique decernens immissionem spoliat, & injuriarum tenetur.*
26. *Citatio ad videndum immitti.*
27. *Non valet consuetudo ut immissio fiat sine citatione partis.*
28. *Solennia immissionis.*
29. *Cur ea observanda?*
30. *Effectus immissionis.*
31. *Remissio.*

1. Ne ansa tumultibus in republica suppeditetur, neve quis propria auctoritate quod sibi competere quis putat, invadat, hinc & nemo se ipum immittere, sed per publicum executorem auctoritate Magistratus possessionem ingredi debet MOLIN. *ad consuet. Paris. tit.* 2. GLOSS. *l. verb. ars est.*
2. Pertinet enim ad officium Judicis in possessionem mittere, ut tradit ULPIAN. *ff. de jurisd.*

3. Quoniam autem jure veteri judex pedaneus ob defectum imperii, vi sibi competentis nudæ notionis, nec exequi sententiam, nec in possessionem mittere poterat *l. ult. C. ubi & ap. quem Nov. 28.* Ut quem Præses propter occupationes publicas & causarum multitudinem, suo arbitratu poterat constiruere, eique lites dirimendas committere *l. 9. ff. de offic præsid. 26. C. de pedan. judic* Hinc 4. 5.
nec omnes immissiones Municipiis competere, decisum reperitur, *in. l 26. §. 1. ff. ad munic.*
Quia mittere in possessionem magis erat Imperii quam jurisdictionis *l. 4. ff. de jurisd.* Sed hæc talia Magistratus Municipalis facere non poterat eaque competebant Prætori aliive Magistratui majori ut Consuli & Præsidi *Colleg. Argentor. tit. de reb. auct. judic. poss.* 6.

7. §. 2. Quid autem juris sit in missione in possessionem ex remedio *l. ult. C. d. edict. Divi Hadr. toll.* non immerito quæritur? Et pro hac re affertur ab interppr. distinctio. Aut datur contradictor, aut non datur, priorem casum explanatum habemus *in cit. l. ult.*; in posteriori pro Municipiis concludimus ex hisce rationibus.

8. (1.) Ubi nullus est contradictor, ubi non est possessor, qui alias sine dubio ad contradicendum prodiret. Quo posito, heres certe propria auctoritate possessionem sibi capit, quod autem quis propria auctoritate potest, id multo magis auctore Magistratus Municipalis auctoritate & decreto facere poterit.

9. (2.) Quia hæc missio est solummodo jurisdictionis, quam Municipia habere superius est ostensum.

10. (3.) Quia celeritatem desiderat, omnia autem quæ celeritatem requirunt, recte expediuntur à Magistratu Municipali, *ut ax* Decio *in l. jubere n.* 14. *ff. de jurisd.* Zuichardo. & Jacob. *in d. l. ult. hac docet* Menoch. *d. adipisc. pos. remed.* 4. *n.* 435.

11. Et quidem ita utilitate suadente, ubi dilatio Prætori periculosa videbatur, exempl. est in causa damni infecti, quam prætor Magistratui Municipali delegare poterat, reservata tamen sibi jurisdictione *l. 1. & 4. §. 3. ff de damn. infect.*

Cui pro confirmatorio adstipulatur, quod supra traditum est, hereditarias controversias & lites ad cognitionem, Magistratus Municipalis spectare. 12.

Et quidem dicta respiciunt saltem statum veterem Municipiorum, quæ ab omni Imperio erant exclusa *d. l. 26. ff. ad munic.* ubi semper potestas illa magistratica cessare debebat, quoties quid incideret quod mixti erat Imperii unde nec missio, ex secundo decreto, quia erat istius Imperii, atque ex eo missus possessor eficibatur, à magistratu municipali fieri non poterat *l. 26. §. 1. Eod.* 13.

Nostra autem municipia alius conditionis esse cœperunt, aliaque Magistratuum ratio est, ac olim, nam quilibet Magistratus ordinarius etiam Municipalis, non solum immissionem decernere, sed & decretam exequi potest Brun. *in repetit. parat.* Wesemb. *tit. ex quib. caus. in poss. eat. quæst.* 3. Eo puta modo quo jurisdictionem & Imperium sibi acquisivit, & bona in quæ immissio fieri debet, in suo territorio sita, sint, *l. 12. §. 1. ff. de reb. auct. jud. possid.* Richter *de privil. credit. c. 4. sect. 3. n. 2.* 14. 15.

Competit immissio ex iisdem causis ex quibus pignoratio de 16.

qua

qua *in cap. prac. huj lib.*

17. Immissionem decernere potest Magistratus Municipalis, quando mulier post mortem mariti, se ex eo prægnantem dicit, & eam ob causam in bona mariti ventris nomine se immitti petit. Magistratus enim hodie æque ac Prætor olim, etiam nasciturorum liberorum curam gerere debet, donec videlicet aut pariat mulier, aut abortum faciat, aut aliter constet eam non esse gravidam *tot. tit. ff. d. ventr. in poss. mitt.*

18. Cui immissioni similis est illa, quæ ex Carboniano edicto descendit, quando liberis impuberibus quibus de statu & hereditate paterna quæstio movetur, causa cognita possessio rerum datur, perinde ac si nulla ea de re controversia mota fuisset, dilato judicio in tempus pubertatis *l. 1. pr. ff. de Carbon. edict.*

19. Missionem ex primo decreto decernere quoque Magistratus Municipalis potest, in debito partim liquido, partim illiquido, modo constet deberi, sed quantum sit

20. ignoretur, exigendæ tamen solutionis causa, tanquam effectus immissionis, ex secundo decreto talis immissio fieri non potest, sed tunc saltem si constet debitum esse liquidum MEV. *p. dec.* 106. *n.* 1.

21. quia unicum executionis requisitum est, ut debitum seu jus, cujus causa executio petitur, sit liquidum *l. fin.* C. *de compens. auth. qui jurat.* C. *de bon. auct. judic. possic.* COLER. *de process. execut. p. 3. c.* 1. *n.* 2. nec præcedente liquidatione executio facienda BALD. *in l. apertissimi 9. C. de judic.* Qui & forte 22.
in alicujus absentis, tanquam debitoris bona immissionem petit, cum tamen in effectu nihil debeat, actione injuriarum tenetur ei, in cujus bona missus est, quia per talem injustam missionem aliquis non solvendo esse arguitur. PHILIPP. *us. pract. Inst. lib. IV. eclog.* 24. *n.* 2.

Si contra pupillos, quorum 23.
magnus undique favor est, immissio petatur, salva quidem creditori res sua manebit, cum iniquum foret illum, qui cum pupillo non contraxit, sed cum ipsius parente, pubertatem ejus exspectare debere, quo casu evocandi sunt à Magistratu tutores, & hos si non habeat pupillus, cognati affines & propinqui ut defensionem ejus habeant *l. 3. princ. & §. 3. l. 2. §. 1. ff. quib. ex Caus. in poss. eat.*

Dicta de aresto etiam huc ap- 24.
plicanda veniunt, quod antequam ad decretum immissionis deveniatur, prius per causæ cognitionem constare debeat de jure immissionem petentis, saltem summatim tam in

actio

actione reali quam personali MARCI. *dec. vol.* 1. *quæst.* 304. *n.* 2. nec cœco statim impetu ad immissionem properandum MEV. *p.* 8. *dec.*
25. 289. Cum talis Judex & Magistratus spoliare dicatur GAIL. *1. obs.* 26. *n.* 1. & potius de facto tanquam privatus, quam judex processisse intelligatur, adeoque is & actione injuriarum hoc casu obligatur BRUNN. *ad l.* 32. *n.* 8. *ff. d. injur.* MEV. *p.* 8. *dec.* 290.

26. Nec valet immissio decreta, nisi reus citetur simul ad videndum immitti, licet exstet consuetudo vel statutum in contrarium, ut non opus sit citari ad actum sibi præjudicialem BRUNN. *ad l.* 47. *ff. de re judic. n.* 5. *ubi n.* 12. *adjicit.*
27. Cum Prætor immissionem fecisset, sine citatione partis, & hoc factum prætextu consuetudinis excusaret, sententiam fuisse latam à facultate juridica Viadrina 1667. mens. sept. immissionem talem esse nullam & rescindendam.

28. Solennia immissionis in Municipiis observari solita, nec sunt omittenda, verb. gr. cum frustulum ligni è janua, vel poste domus resecatur **wird ein Spahn ausgehauen** / ignis in foco extinguitur, vel creditor januam apprehendit: Si & quis in fundum immittendus est, solet glebæ particula è fundo effodi **mit Derreichung eines Torffes** / aut ramu de arbore abscindi, quia hæc indicia sunt, realiter factæ immissionis, de quibus, si constet, alterius de ipsa immissione non dubitandum CARPZ. *p.* 1. *const.* 28. *def.* 139. RICHTER. *de privil. credit. c.* 4. *Sect.* 3. *n.* 9. 29.

Immissionis effectus in genere est hodie, ut per eam nonsolum pignus, sed etiam possessio acquiratur, simul & annexam habeat inhibitionem, cæteroquin duo in solidum possiderent, creditor scilicet & debitor SCHILT. *ad ff. exercit.* 46. §. 36. Distinguendi tamen sunt effectus immissionis ex primo & secundo decreto, tum & pro diversitate actionis, an ea realis an personalis sit, quod tamen tanquam extra instituti Municipalis materiam nimium se extendens, latius non prosequor. 30. 31.

Ca-

Caput XLII.

DE MUNICIPIORUM JURE FISCI SEU BURSÆ, ET SUCCEDENDI IN BONA VACANTIA.

SUMMARIA.

1. *Jus Fisci ad regalia pertinet.*
2. *Jura territorialia & fiscalia cohærent.*
3. *Quatenus Fisci Jura exerceantur à Civitatibus Municipalibus?*
4. *Exemplum civitatis Lunæburgensis.*
5. *Jus Fisci proprium non habent Municipia.*
6. *Concessio meri imperii non tribuit jura Fiscalia.*
7. *Municipia non Fiscum sed bursam communem habent.*
8. *Bursa civitatis, quid denotet?*
9. *Ærarium, unde dicatur?*
10. *Publicatio, confiscatio, imbursatio.*
11. *Occupatio bonorum vacantium.*
12. *An ea sit de regalibus?*
13. *Quatenus bona vacantia sint regale?*
14. *Jus gentium & civile circa bona vacantia.*
15. *Æquitas compendii hujus fiscalis.*
16. *Usus in hoc, fori Germanici & Saxonici.*
17. *Compensatio onerum jurisdictionis tribuit Municipiis jus in bona vacantia.*
18. *Sumptus inquisitionum,* Hencker-Geld.
19. *Constitutio criminalis Caroli V. de his sumptibus.*
20. *Infantes expositi alendi sunt à Magistratu Municipali.*
21. *Nobiles jurisdictionem habentes occupant bona vacantia.*
22. *Interpretatio juris Saxonici, vocis* Königliche Gewalt.
23. *Jure Saxonico bona vacantia vindicat Magistratus Municipalis, mero gaudens imperio.*
24. *Eodem jure res expeditoriæ & utensilia herede non existente cedunt Magistratui.*

25. *Quid iin Gallia super hoc jure competat?*
26. *Ratione bonorum vacantium Principis intentio contra civitates Munilipales est fundata.*
27. *Lite inter Principem & civitatem super jure bonorum vacantium pendente, non turbandus Fiscus in exercitio regalium.*
28. *Privilegia Municipiis concessa de plano non revocat Princeps.*
29. *Exemplum Nicensium Bythinorum.*
30. *Rescriptum Imperatoris ad Plinium secundum desuper.*
31. *Cothmannus notatus.*
32. *Civitatum Municipalium hodie alia est dignitas, ac olim sub Imperio Romano.*
33. *Quæ sint bona vacantia?*
34 *Cognatorum successio quousque sese extendat?*
35. *Hereditas vacans ab hereditate jacente differt.*
36. *Sub heredis nomine quoad bona vacantia etiam veniunt conjuges.*
37. *In hereditate illegitimi quatenus succedat Magistratus?*
38. 39. 40. *Argumonta probantia, conjuges à Fisco excliidendos.*
41. 42. *Quænam incorporationem bonorum vacantium præcedere debeant.*
43. *Municipium succedens in bona vacantia an teneatur præstare legata.*
44. *Argumentum illud negantium.*
45. *Affirmativa verior.*
46. *Quod Fisco Principis non licet, multo minus bursæ Municipiorum.*
47. *Transeunt hæc bona cum suo onere.*

1 Jus Fisci, quamvis indubium sit, ad regalia pertinere, & cui concessa sunt regalia, illi quoque jura Fiscalia concessa intelligi, CRAVETT. *cons.* 128. *n.* 4. MYNSING. *cons.* 67. *n.* 3. Sicuti & juri territoriali jura Fisci adscri-
2 buntur, STEPH. *de jurisd l.* 2. *p.* 1. *c. memb* 1. *n.* 1. *& seq* KLOCK. *vol.* 1. *cons.* 22. *n.* 55. Ergo ob carentiam dominii territorialis etiam Fiscus adimendus est, PEREGRIN. *de jur. Fisc. lib.* 1. C. 2. *n.* 104. *seq.*

Non desunt tamen, qui id ipsum à civitatibus Superiorem recognoscentibus, moribus usurpari doceant 3
FACH. *diss.* 35. REINH *diss.* 34. WESEMB. *in parat. ff. in quib. caus. pign. n.* 5. Sic Baldus tradit, singulas civitates Fiscum singularem habere, & quidem de consuetudine, *cons.* 336. *n.* 4. *v.* 5. RICHTER. *dec.* 35. *n.* 4. Et de civitate Lünæburgensi, quæ tamen mediate Im- 4
perio subest & Superiorem recognoscit Ducem, testatur CRANZ. quod

5. quod jura Fisci præscripserit, *cons.* 4. *n.* 24. *vol.* 4. *varior. JCtor. German.* Ex quibus deducitur, quod Civitates Municipales, Dominum territorialem pro suo Superiore recognoscentes, licet mero & mixto imperio gaudeant, tamen Fiscum & jus confiscandi proprie dictum non habere, ut post BART. & BALD. docet MATTH. de AFFLICT. *in c. 1. n. 22. quæ sint regal.* TOMING. *cons.* 41. *n.* 34. *lib. 1. alleg.* PEREGRIN. *de jur. Fisci lib. 1. tit. 2. n.* 70. & 72. BESOLD. *cons.* 91. *n.* 41. *part.* 3.

6. Cæteroquin ex eo hoc sequeretur absurdum, quod qui merum imperium impetravit, etiam acquisiverit regalia, superioritatis & Fisci jura, cum ea inter sese nihil commune habeant, nec sub eorum concessione veniant, AFFLICT. *cit. loc. n.* 39. Nam merum imperium est potestas gladii ad animadvertendum in facinorosos, *l.* 3. *ff. de jurisdict.* Hinc illud nihil tribuere potest, quam quod ad illam animadversionem expediendam necessarium est.

7. Interim tamen licet civitates hæ non Fiscum habeant, habent tamen bursam communem. Fiscus est Imperii ac Principis, & quicquid ad commodum pecuniarium Imperii pertinet, *l. sed Celsus in pr. ff. de contract. emt.* Civitates autem Provinciales destitutæ sunt Fisco, sive jure Fisci. Et bursa illa civitatis non sortitur nomen bursæ Fiscalis, SCHURF. *cent.* 2. *consil.* 83. *n.* 1. & 2. Sed dici poterit, ærarium civitatis, cum olim ærarium populi ac Reipublicæ fuerit, CUJAC. *ad proœm. tit. ff. de Jure Fisc.* RÆVARD. *var.* 4. *de jure ambig. cap.* 4. *n.* 2. CORAS. 4. *Miscell.* 19. Dicitur autem ærarium ab ære, quo olim omne genus nummorum significabatur, *l.* 159. *ff. de V. S.* Cum veteres æreis nummis, nondum signato auro vel argento usi fuerint, JACOB. BORNIT. *tract. de ærar. lib.* 1. *cap.* 1. *v. Est enim.* Sicut ergo bona damnatorum, quæ in ærarium publicum referebantur, publicari, & quæ in Fiscum, confiscari dicebantur, RÆVARD. *d. cap.* 4. *n.* 3. Ergo hæc pœna in Civitatibus Municipalibus proprie non confiscationis, sed imbursationis dicenda foret.

(margin: 8. 9. 10.)

11. Bona autem vacantia, Erblose Güter / quod attinet, quamvis illa similiter de Regalibus, nec civitates audiendæ sint, quæ sibi eorum vindicandorum jus vindicare nituntur, etiamsi aliquam permissionem Imperatoris prætexant, *ut est text. in l.* 1. *C. de bon. vacant.* (quicquid etiam BODINUS *ad Rep. libr.* 1. *c.* 18. in contrarium ex ju-

re antiquo Romano adstruere tentet) constet, ut id late deducit Cothmann. *Resp. 55. p. tot. vol. 2.*

12. Nihilominus moribus nostris, ut jam dictum obtinet, non solum status immediatos, sed & inferiores & ex his Municipia vel ex concessione vel ex præscriptione hoc jus vacantium sibi acquisivisse & adhuc in ejus possessione vel quasi permanere, Bart. *in l. d. tit.* Sixtin. *de regal. cap. de bon. vacant. in fin. quem de reliquis vacantium juribus & requisitis consule.*

13. Sed ne dicas, contradictionem hic apparere, vel sententiam Auctoris causæ suæ parum inservire, quia Municipia regalibus non fruuntur, bona autem vacantia inter regalia habentur, hinc ea illic referenda non esse. Nam sciendum est, bona vacantia per se non esse regale, sed particulam saltem juris Fisci, Schilt. *Exercit.* 50. *ad ff.* §. 5. ubi relatam Auctoris Ichnographiæ sententiam ita conciliat.

14. Nam si rationem juris gentium inspiciamus, non iniquum dixeris, jure societatis universitatem prætendere defuncti socii bona, quæ successorem non habent, *l.* 1. *& l. fin. & tot. tit. C. de heredit. decur.* Sed jure Civili, Romano secus est, *l.* 1. *C. de bonis vacant.* & cum ad Germanos devenit Imperium Romanorum, transiit idem jus inter regalia relatum *per C. un. quæ sint regal.* Sed & æquitas est fundamentum hujus compendii Fiscalis, 15. quia vacantia non amplius Dominum habere intelliguntur, adeoque non immerito Principi cedunt, Klock. *de ærar. lib. II. cap. 36. n.* 36. Multa jure constituta sunt, à quibus tamen mores discrepant, Certum ergo est, usu fori Germanici præprimis Saxonici, quod 16. cuicunque competit jurisdictio criminalis, & ei hanc particulam Fiscalis compendii cedere, Finckelth. *obs.* 81. Land-Recht/ *art. 28. lib. I.* Schneidw. *ad tit. J. de Hered. quæ ab int. de jur. Fisci. n. 9.* Brüning. *de var. univers. spec. th. 25. lit. b.* Sixtin. *de regalib. lib. II. cap. 9. n. 60.*

Ratio concessionis hujus consi- 17. stit in compensatione onerum jurisdictionis, quibus enim hæc vel ex privilegio vel præscriptione, vel consuetudine competit, illis & concessa videntur ea, sine quibus jurisdictio exerceri nequit, Molin. *in consuet. Parisiens. tit. 1.* §. 1. §. *1.* Gloss. *5. n. 50. & seq.* 18.

Nam certum est, sumtus inquisitionum criminalium regulariter illis competere, qui jurisdictionem tuentur, & ad eos solvendos cives & subditos compelli non posse, sicut est illud, quod carnifici debetur, Hencker-Geld/ Zie-

GLER. *ad Calv. concl.* §. *Nobiles. limit.* 4. *n.* 12. quo collimat *Const. crim. Car. V. art.* 204. Was aber sonst Gerichts- und andere Kosten
19. auf Besetzung des Gerichts / der Schöppen / oder Urtheiler Kost-Geld / auch Gerichts-Schreiberen / Büttelen / Thürhüteren / Nachrichter und seinem Knecht auflauffen würde / sol durch des Gerichts oder desselben Gerichts Obrigkeit / ohne des Klägers Nachtheil bezahlet werden. Etiam infantes ex-
20. positos idem Magistratus, cui merum imperium est, alere debet, ZIEGLER. *ibid. n.* 16.

21. Quinimo & Nobiles jurisdictionem hanc habentes bona absque successore jacentia suo lucro arripiunt, PEREGRIN. *de jure Fisci. lib. IV. tit.* 3. *n.* 1. *& seq.* ZIEGLER. *d. loc. ampliat.* 4. *n.* 22. SIXTIN. *de regalib. lib. II. d. c.* 9. *n* 60.
22. Nam dispositionem Juris Saxonici. Das fällt an die Königliche Gewalt / ita interpretatur Glossa: Daß bey der Königlichen Gewalt nicht allein zu vernehmen / sondern auch alle die / denen das Schwerdt befohlen ist / damit zu rechten / und das Unrecht zu kräncken / KNICH. *de pact. vest. p.* 2 *cap.* 1. *n.* 146. MOLLER. *ad p.* 3. *Const.* 88. *n.* 9. SCHÜRER. *de success. ab in-*
23. *test. tit.* 17. *Reg.* 6. quo jure *art.* 28. *lib. I. & art* 31. *&* 37. *lib. II.* Land-Recht bona defuncti carentis herede, ut vacantia, deferuntur ad Magistratus loci, qui merum imperium, non simplicem jurisdictionem habent, quod Saxonibus dicitur: so die Ober-Gerichte / und nicht die Erb-Gerichte / haben. COLER. *decis.* 72. *n.* 3. COPPEN. *lib. I. observ.* 173. *n.* 9. Qui & bona illa per annum, sex septimanas & tres dies reservare, ac postea illo tempore lapso in usum publicum vertere solent. COLER. & COPPEN. *d. loc.* FACHS *differ.* 53. *&* REINHARD. *differ.* 43.

Huc spectat, quod tradunt Ju- 24.
ris Saxonici interpretes in Saxonia utensilia & res expeditorias cognato vel cognata non existente, non heredi accrescere, sed Magistratui acquiri, ZOBEL. *in art.* 28. Land-Recht *in lit. A. lib. VII.* RAUCHBAR. *quæst.* 18. *n.* 7. *p.* 2. SCHNEIDW. *ad Just de heredit. quæ ab intest. sub dict. tit. de jure Fisci. in* 7. *ampliat. n.* 17.

De Regno Galliæ testatur PE- 25.
TRUS GREGOR. bona adespota sive vacantia Gallis *le droit de desherance* dicta, hodie etiam ad Dominos Juridicos altos Justitiarios & Vasallos Regis pertinere, *lib. IX. de Republ. c.* 1. *n.* 26. Verum hisce 26.
non obstantibus, Principis tamen semper fundata manet intentio contra civitates sibi subditas, hoc

jus bonorum vacantium vindicantes, ut quibus incumbit, allegationem talem probare, MEV *part. 3. dec.* 101. Semper enim insistitur juri communi, donec de privilegio doceatur, *l.* 1. *C. de mandat. Princip.* BALD. *in l. fin. de re judic.* STRYCK. *de success. ab intest. cap.* 6. *art.* 1. §. 11. BRUNNEM. *ad l.* 1. *ff. de jure Fisci.*
27. Hinc lite super jure bonorum vacantium inter Fiscum & civitatem pendente, nisi certa hujus sit possessio, illi relinquenda erit occupatio, nec turbandus in exercitio regalium Fiscus, quia major pro illo militat præsumtio juris communis; MEV. *p.* 4. *decis.* 66.
28. Unde tamen non sequitur, Principem hujusmodi privilegia, motu proprio collata de plano statim revocaturum; BRUNN. *ad dict. l.* 1. *C. de bon. vacant. n.* 5. Sacra enim promissorum id non paterentur, maxime, si ex bene meritis, vel ex invitatione ad urbem neoconditam ejusmodi sub privilegiis & juribus inhabitandam ea profluxêre; Cujus exemplum refert PLINIUS SECUNDUS Junior, *Epist.* 87. & 88. *lib. X.*
29. Cum Nicenses Bythini intestarorum suorum concessam vindicationem bonorum à Divo Augusto affirmarent, citra dubium concessionis memoratæ confirmationem à Trajano Cæsare flagitantes, *dict. Epist.* 88. Quo loco tamen non 30.
apparet, Imperatorem æquitatis amantem, privilegium hoc civitati adimendum, & bona caduca Fisco applicanda rescripsisse, verum, *ut Nicensibus in postulato Plinius vacaret, contractis omnibus personis ad idem negotium pertinentibus, ut, æstimatis etiam iis, quæ contradicerentur, quod optimum crederet, statueret.* Sine dubio noluit prædecessorum suorum largitatem vili adeo fieri, prout postmodum Imperator Diocletianus & Maximinus *in d. l.* 1. *C. de bon. vacant.* generali sanctione statuerunt. Et nisi allegata concessio Augusti sufflamen interjecisset, certe Plinius secundus, prudens ut erat, ac Principis sui observantissimus, in re tam plana non fuisset adhibitus, nec interrogationibus fatigatus.

Plane a sententia hac quod 31.
etiam civitatibus mero & mixto imperio munitis, jus circa bona vacantia competat, divortium facit, COTTM. *vol.* 2. *consil.* 55. illisque hoc penitus denegat, Sed argumenta ejus fere omnia ex ratione Juris veteris petita sunt, quæ tamen post immutatam jurisdictionem & imperii in Romana Republica formam, admitti non possunt, nec civitatum provincia- 32.
lium, tam tenuis & abjecta est conditio, sicut olim fuit, cui materiæ

teriæ subservit peculiare *caput* 6. *lib. I.* sed ut Principum splendor, dignitas & jura superioritatis indulta, longo usu aucta sunt, ita illarum quoque compendia ex privilegiis concessionibus & præscriptionibus creverunt, ut veteris jurisdictionis forma, novis constitutionibus & usibus applicari non possit. Ita Mev. *ad Jus Lubec. p. 2. tit. 2. art.* 14. *n.* 60. *& seq.* Atque miratur Cottmannum jura civitatum ex antiquo jure, tum hic tum alibi, sæpius in litem devenire, passum fuisse, *ibid. n.* 65.

33. Bona vacantia autem sunt eorum, qui sine herede moriuntur, *l.* 1. *&* 4. *C. de bon. vacant.* Vel etiam qui sine cognato decedunt;

34. Cognatorum autem successio usque ad decimum gradum sese extendere, docent Mynsing. Joh. Fab. & Angel. *in §. fin. J. de success. cognat.* Mathesil. *de success. ab intest.* 3. *membr. qrinc. n.* 20.

Differt hereditas vacans ab he-

35. reditate jacente, quæ ita dicitur, nondum adita, sed quam adiri posse, spes superest, *l. si quis* 82. *ff. de hered. inst l quamdiu* 69. *ff. de acquir. heredit.* Vacans autem est, cum nullus adest, qui Juris ordine hereditatem adire velit aut possit, Menoch. *arbitr. jud. quæst. lib. II. cas.* 150 *n.* 1

36. Sub heredis nomine quoad bona vacantia recte conjuges contineri traditur, *l. unic. ff. & C. und' de vir.* puta deficientibus cognatis defuncti usque ad decimum gradum, uxor ad ejusdem successionem admittitur & Fisco præfertur, Oldend. *in Epit. success. ab intest. n.* 33. *per l.* 1. *C. unde vir & uxor.* Illegitimo decedente, nec relin- 37.
quente filios, aut matrem, aut etiam fratres & sorores horumque liberos, a linea materna succedit Magistratus, Clammer. *Compend. Jur. civ.* 31. *n.* 7. ubi tamen non statuendum, reliquos & ulteriores collaterales à linea materna per Magistratum excludi, Scheplit. *ibid.* 18. Conjuges à Fi- 38.
sco excludi quidam sustinere conantur hisce rationibus (1.) Quod fiscus admittatur, quando nulli heredes supersunt, aut de iis intra annum & diem, non constat, sed heredum nomine conjuges non contineri (2.) Conjuges dum sta- 39.
tutariam saltem portionem capiunt à titulo hereditario plane removeri. (3.) Quia in statutis hac de 40.
re loquentibus, solummodo successorum, & non conjugis mentio fit Cottm. *vol.* 2. *Cons.* 51. *n.* 80. *& seq &c.* Sed affirmativa hæc ab eodem defenditur Cottmanno *Cons.* 20. *n.* 24 *vol.* 4. quem sequitur Mev. *ad Jus Lubec. d. art.* 14. *lib. II. tit.* 2. *n.* 41. eamque multis argumentis comptobat.

Ut

41. Ut autem potiatur Magistratus hoc Jure bonorum vacantium, tria ei incumbunt, ut nimirum interim bona illa confecto inventario annotentur, custodiantur, & administrentur. Tum & per publicum proclama, ante incorporationem bonorum vacantium denuntiari debet, ut si quispiam sit, qui defuncti Municipis hereditatem sibi deberi prætendat, cum qualificatione legitima se sistat Boss. *tit. de bon. vacant. n.* 4. *&* 12. *l.* 5. *C. de bon. vacant. l.* 6. *C. de remiss. pign.* Klock. *de ærar. lib.* 2. *cap.*136. *num.* 36.

42.

43. Cum Jam dictum sit, bona eorum dici vacantia, qui sine herede moriuntur, sciendum est, nihil omnino interesse utrum heres nullus nominatus sit, sive nominatus quidem, sed hereditatem adire nolit, ex quo oritur hæc quæstio, si heres scriptus hereditatem adire detrectet, an Municipium succedens in bona vacantia, teneatur præstare legata & fide commissa?

44. Et quamvis nonnulli sint, qui Municipiis novum Jus sive privilegium indulgere velint, statuentes Municipium dicto casu non teneri ad legata præstanda arg. ejus quod docet Ripa *in l. ex facto. n.* 6. *ff. ad SCtum Trebell.* Clar. §. *fin. quæst.*78. Peregrin. *de Jur. fisc. lib. IV. tit.* 3. *n.* 6. Farinac. *crim. lib. quæst.* 25. *num.* 186.

Illis tamen etsi Municipiis maxime faveam adstipulari non possum propter textus clarissimos, *l. quidem* 96. §. 1. *ff. de legat.* 1. *l.* 14. *ff. de Jure fisci unic.* §. 14. *C. de cad. toll. l.* 9. *ff. ad SCtum Syllan.* qui prorsus contrarium suadent, maxime in terminis nostræ quæstionis. 45.
Ubi recte vulgato argumento, à negato majore ad negandum minus, quod nimirum fisco Principis non licet, multo minus bursæ Municipiorum licere, concluditur, vide alias hanc quæstionem tractantem Fach. *lib.* 6. *contr. cap.* 22. *ubi ad contraria respondet cujus suppellectilem compilare volo.* Transeunt enim hæc bona cum onere, ita ut & creditoribus defuncti pro viribus hereditatis, satis facere teneatur Municipium *l.* 6. §. *si fisco ff. ad SCt. Trebell. l.* 3. §. 4. *l.* 14. *ff. de Jure fisci* Sixtin. *de regalib. lib. II. cap.* 8. *num* 42. Peregr. *de Jure fisci lib. IV. tit.* 3. *num.* 25. 46. 47.

Ca-

Caput XLIII.

DE MUNICIPIORUM PECUNIA PUBLICA, EJUSQUE ADMINISTRATORIBUS.

SUMMARIA.

1. *Ærarium* Rent-Cammer / *cur in quavis civitate instituendum.*
2. *Pecuniæ publicæ qui præficiendi.*
3. *Quinam illi, non præficiendi.*
4. *Rythmi Germanici de pravis administratoribus.*
5. *L. un. C. de contract. judicum vel eor. qui sunt circa eos, dispositio.*
6. *An quæstores civitatis ex pecunia publica ditati præsumantur.*
7. *Contra pauperem subito divitem stat præsumptio.*
8. *Præsumptio delicti exclusiva regulariter prævalet.*
9. *Committendum id est arbitrio judicis.*
10. *Constituendi sunt qui solvendo.*
11. *In administratorum bona civitas habet jus tacitæ hypothecæ.*
12. *Varii mores circa curam pecuniæ publicæ civitatum.*
13. *Municipiorum pecuniam publicam mutuo dare administratores non possunt.*
14. *Nec alter alteri.*
15. *Privilegium ærarii Principis.*
16. *Ratio prohibitionis circa pecuniam civitatis est, eadem cum ærario Principis, sed dispar pœna.*
17. *Pecunia publica in usum privatum non convertenda.*
18. *Præfecti rei ærariæ non sunt pecuniæ Domini sed custodes.*
19. *An res comparata ex pecunia administratorum in privatos usus redacta, cedat civitati.*
20. *A tutore comparatum è pecunia pupilli acquiritur pupillo.*
21. *Hoc merito ad civitates extendendum.*
22. *Querimonia inobservantiæ super justis fisci compendiis.*
23. *Quid si Consules pecuniam civitatis in usus vertant proprios.*
24. *Exceptio.*

25. *An justa sit erogatio pecuniæ publicæ, si expendatur processui, super jure præcedentiæ totius Senatorum ordinis.*
26. *Lis talis est personalis.*
27. *Quatenus lis illa concernat successores Consulum & Senatorum.*
28. *Responsum in puncto poedriæ inter comitem palatinum & ordinem Senatorium.*
29. *Pecuniam publicam mutuam dantes ad quaduplum tenentur, & accipientes puniuntur.*
30. *Nisi hoc fiat ex permissione Superioris.*
31. *Pecunia publica etiamsi in utilitatem Municipii non vertatur, solvens tamen præfectis rei ærariæ, liberatur.*
32. Rent-Cämmerer.
33. *Præfecti rei ærariæ tenentur librum administrationis conficere, & quomodo.*
34. *Præfecti rei ærariæ etiam exculpa collegæ tenentur.*
35. *Quatenus una in administratioue fuerunt.*
36. *Non excusantur si subcuratores constituant.*
37. *Si unus solvendo non sit hoc onerat collegam, excusso tamen collega ejusque heredibus, qui prior gessit, primo est conveniendus.*
38. *Culpa vel dolo suspectum collegam non postulans, obligatur. Cur?*
39. *Citandus simul est qui non gessit.*
40. *An mortuo administratore prius sit excutierdus ejus heres, vel an collega.*
41. *Administratores Rerumpubl. de culpa levissima non tenentur. In hos disquisitio de culpa, scrupulosa nimis esse non debet.*
42. *Pro officiali semper bona est præsumptio. Officicles non ob negligentiam puniendi, nisi ea dolo sit proxima.*
43. *Cui incumbat onus probandi culpam.*
44. *Qautenus testibus hoc casu credatur,*
45. *Quomodo probatio negligentiæ instituenda.*
46. *Officialium dicto & scripto fides est adhibenda in iis quæ ad curam illorum spectant.*
47. *Officiales qui pecuniam publicam in propriam utilitatem conferunt, quæ teneantur.*
48. *Spongiæ reditibus inique turgidæ exprimendæ sunt.*
49. *Multum in pœna malis receptoribus statuenda valet arbitrium judicis.*

50. *Pecunia publica multis capturis & aucupiis depascitur, antequam in ærarium venit.*
51. *Administratores pecuniæ publicæ sint instar statuarum absque manibus.*
52. *Multi é republica ditari cupiunt.*
53. *Infideles pecuniæ publicæ curatores sunt similes erucis, locustis & bruchis.*
54. *Quales quæstores eligendi.*
55. *Præfectorum rei ærariæ officia non debent esse diuturna.*
56. *Male versantes in bonis publicis statim sunt removendi, rejecta eorum satisdatione.*
57. *Peccatum conversionis publicæ pecuniæ non remittitur, nisi ablata restituatur.*
58. *Pœna in illos de jure civili.*
59. *Pœna de jure Saxonico.*
60. *Pœna in eos juxta constit. Marchiæ Electoralis.*
61. *Quæ pœna soleat esse ordinaria.*

1. ÆRarium civile, Rent-Cammer / nostratibus Accise-Cammer / quod inserviat expensis administrationis civilis, principaliter in omni Republica etiam minima, instituendum, quia desiderat imprimis politia civilis, quæ totius reip. administrationem togatam complectitur expensas innumeras, in personas & res conferendas, puta in Magistratus, officiales, in ædificia publica, pontes, vias, mœnia, turres, aquæductus, BORNIT. *in tract. de ærar. reditib. lib. X. cap. 3.* BESOLD. *in tract. de ærar. & ∶ th. pract. lit. R. n. 49.* adeoque & hic paucis de ærario Municipiorum pro ratione instituti agam.

Pecuniæ publibæ autem præficiendi sunt honesti, diligentes, facultatibus locupletes, potentia mediocres, qui Reipubl. fideliter præsunt, & cum ad calculum revocandi sunt, stricta ab iis ratio, absque dispendio & sollicitudine exigi possit KLOCK. *de ærar. lib. II. cap. 129. n. 1.* LATHER. *de censib. lib. I. cap. 15. n. 4.* Præcipue cavendum est Magistratui, ne rei ærariæ præficiantur ardeliones alienarum rerum curiosi, suarum negligentes, inopes, famelici & exsucci, quorum maxima solet esse avaritia, & id agunt ut ditescant. 2. 3.

 Me-

Metus is in Municipiis eo gravior quo eorum salaria illic esse solent tenuiora, unde illi Rythmi, apud Germanos in diverbium venerunt.

4. Förster und Häger
Amtleute und Jäger
Rentmeister und Pfleger
Schlösser und Procurator
Verwalter und Curator
Haben nicht grossen Lohn/
Und werden doch bald reich davon.
Nabt wie mags zu gahn
Ihr Renck weiß nicht jederman.

KLOCK. *cit. tract. de ærar. lib. II. cap. 128. n. 7.* ubi quandoque circumstantiæ suadent, ut rythmis istis rotunde super addatur,

Es kan nicht fehlen
Sie müssen stehlen,

5. Optandum esset ut in usum revocaretur *l. un. C. de contr. judic. vel eor. qui sunt circa eos* ne liceat hisce administratoribus & exactoribus pecuniarum, res immobiles emere, vel domos exstruere, pecuniam mutuam dare, vel fœnus exercere, nisi speciali desuper obtenta concessione, quibus impendiis iniquam & innocuam sæpe sibi conciliant suspicionem, qua facile super sederent, si priori vitæ apparatu contenti, insolitum splendorem, sumptus inutiles & superfluos quandoque & luxum non ostenderent.

Quæritur itaque an quæstores hi, vel pecuniæ civitatis præfecti, si ditescant, an præsumantur ex bonis publicis ditati, vel an opes proprio labore & industria acquisiverint. Resp. sunt qui velint prius CARAS. *miscel. jur. lib. III. cap. 5. n. 6.* MASVER. *pract. forens. p. 3. p. 112. de præsumt.* BEROUS *vol. 1. cons. 191. n. 54.* NATTA. *consil. 358. n. 7.* Quia nemo præsumitur ditari per saltum maxime ex tenui salario; Unde dici solet: Repente dives, vel iniquus est vel iniqui heres CRUS. *de Indic. delict. p. 3. cap. 10. n. 22.* Eoque facit illud apud VULATIUM GALLICAN. *in avidio.* Audisti præfectum nostrum Prætorii, ante triduum quam fieret, mendicum & pauperem, sed subito divitem effectum, unde quæso nisi de visceribus reipublicæ, provincialiumque fortunis? Quidam verius id negant quia semper præsumptio delicti exclusiva, est fortior, quam illa, quæ id involvit *l. 51. ff. pro soc.* CRAVETT. *consil. 244. n. 6.* hoc, Hinc qui durius quid imputat, illud, probare necesse habet, sicut mulier subito bona acquirens, præsumitur ea acquisivisse ex bonis mariti ad evitandam suspicionem adulterii *l. QUINTUS ff. de donat. int. vir & uxor.* Tutius adhuc decisio hæc committitur

6. 7. 8. 9.

tur arbitrio judicis, ubi ponderandum an ejusmodi administrator sit integræ famæ, & vir frugi, an exactam reddiderit hactenus rationem, & non fuerit negligens nec valde pauper. DEC. *consil.* 6. *n.* 1. LUC. de PENN. *in l. facultas C. de jur. fisc.* MENOCH. *de præsumt. l.* 85. *n.* 21. *lib.* II. *& lib.* III. *præs.* 52. *in fin.* MASCARD. *de probat. conclus.* 1134.

10. Cautio non undique ab illis exigitur; Constituuntur autem vel saltem constitui semper deberent, qui sunt solvendo, vel ut dici solet, welche in immobilibus gesessen sind / tunc enim civitas est secura, quia in eorum bona habet jus tacitæ hypothecæ ESCOB. *de ratioc cap.* 39. *n.* 7. TREUTL. *disp.* 1. *th.* 4. *lit.* K.

11. *vol.* 2. Ita ut virtute hypothecæ obnoxia censeantur corpora, quoquo modo ab administratore alienata, & à quocunque possessore vindicari possint. GLOSS. *in l.* 2. *verb. obnoxiis C. de debit. civitat.* NEGUZANT. *de pignor. membr.* 4. *n.* 19

12. Quibusdam in civitatibus Germaniæ eminentioribus cura rei ærariæ committi solet vel Consulibus, vel Camerariis, vel aliquibus ex collegio Senatorum. In plerisque Municipiis nostris præcipua ejus inspectio est penes Senatum, mixta tamen, ut simul & civium consensu quæstura expediatur. Apud quosdam unus ex Senatu ad munus id deligitur, alter ex tribunorum cœtu, cui jungitur scriba Senatus, ut cum eo acceptorum & expensorum rationes conficiant & bona fide omnia consignent, sicut de Brunsviga, Rostochio, Stralsundo & Wismaria testatur KLOCK. *d. tract. de ærar. lib.* II. *cap.* 29. *n.* 14. qui & modus nostratibus familiaris est.

Municipiorum pecuniam publicam à decurionibus, administratoribusque aut præfectis rei ærariæ, nemini, nec etiam Consulibus aut Senatoribus mutuo dari posse., *textus est in l.* 1. *&* 2. *C. de his qui ex publ. rationibus, ubi* PLAT. & REBUFF. *c. quod quibusdam de fide juss. l.* 7. *ubi* BART. & PLAT. *C. de suscept.* §. *jubemus in auth. de collat.* CRAVVETT. *cons.* 257. *n.* 7. Nec alter alteri præfectorum hanc mutuo dare potest *post* JOH. de PLAT. & REBUFF. WESEMB. *consil.* 53 *n.* 10. Verum quidem est allegat *l.* 2. *C. de his qui ex publ. rat.* loqui saltem de ærario Principis, ex quo mutuantes gravissimas pœnas incurrunt, interim tamen ratio nulla dari potest quæ obstet, quo minus etiam prohibitio hæc ad pecuniam civitatis publicam, citra tamen pœnæ corporis afflictivæ æqualitatem undique extendi possit. Ratio legis

13. 14. 15. 16.

in eo consistit, quoniam pecuniæ istæ publicæ ad alias necessitates quam ad quas destinatæ, non sunt impendendæ, quam adsignat PEREZ. *ibid. n. 2.* par ergo ratio prohibitionis est, dispar autem pœna sicut gravius punitur, qui furtum committit rei pretiosæ, quam parvæ modicique valoris *l. 16. §. 7. l. 11. §. 1. ff. de pœn.* ut robique
17. autem furtum committitur. Ergo nec in aliumquemcunque usum privatorum converti debet *l. legatam ubi* BART. *ff. de administr. rerum ad Civit. pertin. l. 1. l. hac lege C. de aquæ duct. l. ult. C. de fund. patrim. l. 2. C. de frument. urb. constant. l. 1. C. de aur. publ. persecut.*
18. DEC *consil. 473. n. 10.* Ubi hanc addit rationem, quod officiales reip. seu Municipii non pecuniæ publicæ sint domini, sed tantum custodes, etiamsi generale administrationis pecuniæ publicæ habeant mandatum. CRAVETT. *consil. 54. n. 5.*
19. Quær. si appareat administratorem summam pecuniæ publicæ suis privatis usibus applicasse, & vili pretio agros fundos, vel domum sibi comparasse, an lucrum inde factum, ipsi auferri & bonis civitatis applicari possit? Et quamvis fundus aliena pecunia emptus, nomine tamen proprio, cedat ementi, *l. 6. C. de R. V. l. 4.* C. *Commun. utr. jud.* Verum 20.
hæc jurisdispositio limitationem admittit in rebus pupillorum pecunia empta a tutore suo nomine ubi pupillo nihilo minus acquiritur ejus dominium *l. 3. C. arbitr. tut.* Ex eo optime ad civitatis ad- 21.
ministratores concluditur, quia quidquid ex ea acquiritur ipsius reipubl. est BOBADIL. *polit. lib. V. cap. 4. n. 81.* & semper pecunia publica publicis usibus debebat esse parata *l. un. C. de aur. publ. persecutor l. un. C. de offic. Cam. sacr. largit.* Ideo merito lucrum ex bonis publicis comparatum aufertur talibus, atque communitati applicatur. KLOCK. *de contrib. c. 18.*
n. 230. Quod tamen in praxi non 22.
servari juste conqueruntur PEREGRIN. *vol. 3. cons. 98. n. 7.* & GRATIAN. *discept. forens. lib. II. cap. 304. n. 22. addit*: Dn. STRYCK. *dissert. de jur. princ. circa ration. civil. cap. 5. n. 75.*

Mirum vero in hoc seculo, ubi indies nova compendia fisci & ærarii, solertia hominum invenit, non attendi illa media, quæ ad augendum fiscum juste legibus civilibus præscripta sunt.

Consules ut jam dictum, nec 23.
eam facultatem habent, convertendi pecunias publicas in usum privatum cæteroquin de iis præstandæ sunt usuræ maximæ, & con-

continuæ, maximé si clam hoc
24. fiat, Hinc legis dispositioni non videntur obnoxii si palam pecuniam sumserint atque à collega, eam bona ratione sibi acceperint mutuam CUJAC. *lib.* II. *quæst. papin. ad l. 1. §. 1. de usur.* TABOR. *de alt. tanto. part. 4. art. 1, 13.*

25. Quæro an justa pecuniæ publicæ erogatio sit, si impendatur ex pensis super lite de jure proedriæ sive præcedentiæ toti Consulum,
26. vel Senatorum ordini mota? Et quamvis lis talis de præcedentia sit personalis, personas Senatorii ordinis saltem concernens, & plerumque sterilis, nullo cum civitatis emolumento conjuncta. PUFFEND. *Der jur. Nat. & G. lib.* VIII. *cap.* 4. §. 15.
27. Si tamen ejusmodi processu ipsa dignitas istius ordinis lædatur, quam merito civitas collatam tueri debet, nec facile dignioris conditionis personæ reperientur ad munera Magistratica subeunda, ni honor officio adnexus firmus stabilisque maneat, merito erogatio sumptuum istorum inter causas publicas refertur; Cum nec ipsorum Consulum, sed & successorum ratio habeatur, hinc civitatis interest illæsam servare consularem & senatoriam dignitatem. HORN. *dissert. de jure præcendentiæ*
28. §. 3. Ubi exemplum refert de Comite Palatino Cæsareo, domicilium in Municipio figente, ubi dudum consuetudine observatum, ut singuli ex senatorio ordine præcederent Doctores & Licentiatos. Hoc allato responso: Weil der Comes Palat. in der Stadt N. sein domicilium fixum constituiret und also unter des Rahts-Gerichten das Palatinat auch an sich keine Exception à jurisdictione ordinaria mit sich bringet. So möchte auch der Herr dem regierenden Burgemeister zu N. den Rang zu geben sich nicht entbrechen. V. R. W. MEV. *p.* 1. *dec.* 185.

Si contra jura hæc quid factum 29.
fuerit, administratores ex hac pecunia publica mutuam dantes, ad quadrupli pœnam tenentur *d. l.* 1. C. *de hit qui ex publ. rat.* accipientium vero licentia gravissima severitate coercetur *l. ult. de his quæ ex publ. collect.* Nisi ex venia Superio- 30.
ris hoc fiat. *l.* 2. *dict. tit ibique* PLAT. & ODOFR. *c. quod quibusdam ubi* PANORM. *de fide juss.* Cui prius necessitas mutuandi probari debet *l. ubi* BALD. *n.* 1. *C. de prædiis decur. d. l.* 1. *ubi* ODOFR. *n.* 2. *C. de his. qui ex publ, rat.*

Interim tamen solvens ejusmo- 31.
di præfectis rei ærariæ, plenam liberationem consequitur, etiamsi præfectus pecuniam solutam in utilitatem Municipii non conver-

tis-

tiſſet, IONOC. *in graviſſ.* n. 1. *& ibi* PANORM. n. 9. *Extr. depoſit.* DEC. *conſil. 36. collat. 2.* REDOAN. *in tr. de reb. Eccl. non alienand. q. 51. cap. 11. n. 5.*

32. Jure præcipuo autem præfecti rei ærariæ, quos Rent-Cämmerer / Acciſe-Meiſtere / Acciſe-Herren / dicimus, hac in re quod caveant habebunt, his enim cum vires facultatesque Municipiorum melius quam aliis notæ, communitatique juris jurandi vinculo obſtricti ſint, ſi pecuniam adminiſtrationi ſuæ creditam, ob prætenſam quandam neceſſitatem, etiam Conſuli, aut alii cuicunque mutuam dent, præter pœnas perjurii, eam de ſuo in quadruplum refundere coguntur, SOCIN. *conſ. 213. p. 2.*

33. Tenentur autem hi conficere librum adminiſtrationis & in eo data & accepta, cui vel à quo, ex qua cauſa, qua die nominatim & ſingulariter ſcribere, nam niſi hæc fiant, non poteſt poſtea convenienter reddi ratio adminiſtrationis *l. comperimus ubi* BART. *C. de Navicalariis lib. XI.* Et ſi perfecte omnia non ſcribant, dicuntur eſſe in dolo, & puniuntur *l. Excellentia C. de erogat. milit. ann. lib. XII.* BALD. *in l. ubi exigitur §. dolo ff. de edend.* MATTH. STEPH. *diſcurſ. Acad. 9. n. 14.* De quibus

34. uberius *cap. ſeq.* Tenenturque ex hac cauſa pecuniæ publicæ non tantum ex ſua perſona & negligentia, ſed ex culpa collegæ. *l. ad Commentarienſem C. de cuſtod. l. ex facto ubi* BART. *ff. de negot. geſt. l. 1. l. 2. quo quisque ordin. l.* LUCIUS *l. Imperator 11. ff. ad Municip.*

Quatenus una in adminiſtratione rerum civitatis, adeoque collegæ circa adminiſtrationem fuerunt. 35. *l. 2. §. Reip. jus 8. C. de adminiſtr. rer. ad civit. pert.* ſimiliter ſi iidem adminiſtratores unum vel duos ſubcuratores ſibi ſubſtituerint, vel 36. quibusdam rem illam expediendam mandarunt, quo caſu non excuſantur, quod aliis mandarint, quia ipſimet adminiſtratores ad hoc conſtituti, & eorum induſtria electa eſt, HEIG. *p. 1. quæſt. 20. n. 10. per l. ſi procuratorem 8. §. 3. ff. mandat.* BOER. *deciſ. 60. n. 1.* Si autem unus vel alter, ex admini- 37. ſtratoribus ſolvendo non ſit, hoc reliquos adminiſtratores, ſive collegas communis officii, quoad ſolidi præſtationem onerat, *per text. l. 1. C. quo quiſque ordin. convent. lib. 11. ubi Imp.* reſcribit: ſi duobus ſimul cura pecuniæ civitatis non tamen ſeparatis portionibus mandetur, ſingulos non pro virili portione, ſed inſolidum reip obligari, unus tamen non tenetur pro adminiſtratione alterius

niſi

nisi demum in subsidium, excusso nimirum collega, itemque hujus heredibus & possessoribus bonorum, *l. cum te collegam 4. C. quo quisque ordin. bon.* ubi CUJAC. is tamen inter plures curatores publicorum officiorum primo est conveniendus, qui prior gessit. HARTM. PISTOR. *lib.* I. *quæst. juris. 6. n. 22.*
38. *& 23.* BOER. *decis. 59. n.* 1. Atque hic ordo ab æquitate naturali commendatur. Ergo hoc demum solvendo non existente, cæteri collegæ excutiendi sunt, cum etiam quilibet qui propter dolum vel culpam suspectum collegam non postulaverit, in subsidium teneatur. *l. 1. §. 15. ff. de tut. & rat. distr.* Nam collegæ in parva administratione suspectos se invicem facere debent, ubi si hoc intermittant, in detrimentum consentire viden-
39. tur. *l. 9. ff. ad administr. rer. ad civit. pertin.* Ubi simul convenit ut ex monito ESCOBARI *d. tr. cap. 4. n. 14. in fin.* qui non gessit simul citetur & vocetur ad assistendum, ratione illius qui gessit, quia hoc casu, statim facta excussione, absque novo processu, pro aliquorum solutione poterit conveniri.
40. Quærit. illic *cit. auctor. n. 15.* an mortuo administratore, tempore reddendæ rationis, prius ejus heres quam collega, qui non administravit, pro ratione reddenda conveniri debeat? Et concludit ex PETRO de ANTIBOL quod si computatis rationibus pecunia deficiat, ab utroque æquis portionibus exactio fieri debeat. *per l. si unus 67. pr. ff. pro soc.*

Ad præmissa tamen adjiciendum, quod, etsi ejusmodi admini- 41.
stratores pecuniæ publicæ de lata levique culpa, ut & de culpa collegæ teneantur, illud tamen ad culpam levissimam non extendendum, cum culpa levissima administratorem seu officialem publicum non attingat. CURT. *Jun. cons. 19. n. 6.* HIER GRAT. *cons. 100. n. 1. & 2. vol 2.* FRANC. BURS. *consil. 193. n. 55. vol.* 2. disquisitio namque de negligentia culpave administratoris rigida, & scrupulosa nimis esse non debet CATALDIN. *tract. de syndic. v. 134.* GRAM. *cons. 54. n. 4.* DEC. *cons. 47. n. 36. vol. 4.* PRUCKM. *cons. 3. n. 46. vol.* 1.

Quia in officiali minimum culpæ
præsumitur MASCARD. *de probat.* 42.
concl. 1132. vol. 5. illum diligenter & fideliter officium suum exercuisse TIBER. DECIAN. *consil. 2. n. 213. vol.* 1. illum justum esse ALCIAT. *in tract. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 15. n.* 1. neque in officio suo fraudatorem agere ZAS *consil. 160. n. 3. vol.* 1. Non de omni negligentia etiam puniuntur hi quæstores, sed de ea tantum, quæ

est dolo proxima PAUL. de CASTR. *in l. quamvis n. 3 ff de condit. & demonstrationib.* BOSS. *in pr. criminal. tit. de offic. corrupt. pecun. n. 26.*

43. Hinc semper culpa probanda, ab illo qui eam allegat, & probatio illa non est ex facilioribus, quia negligentia non est ens formatum, quod sensu corporio percipi potest. ANGEL. *in l. testium. C. de test.* Et testibus simpliciter

44. asserentibus Magistratum vel administratores, in bonis civitatis administrandis esse negligentes non creditur. MASCARD. *de probat.*

45. *conclus.* 1039. *n.* 3, Sed specifice in quo negligentia ista consistat, probandum est, puta si culpa administratorum nomen civitatis activum inidoneum factum, vel si non facit id, quod administratores facere consueverunt PALÆOTT. *de consult. sacr. consist. part.* 1. *quæst.* 1. Vel si de damno fuerit præmonitus, & tamen non avertere illud tentavit. CYRIC. NIG. *controvers. forens.* 166. *n.* 32. Vel si non facit in re administrationi suæ commissa, quod in propria facere consuevit. CRAVETT. *consil.* 95. *n.* 5. vel etiam si insolita negotia susceperit MENOCH. *lib.* III. *præs.* 3. *n.* 33.

46. Ea propter soli illorum dicto, aut scripto fides est habenda, de iis quæ ad officium eorum pertinent *c. ad audientiam extr. de præsumpt. l. si quis* DECUR. & *ibi* CYN. *opposit.* 4. *C. ad l.* CORNEL. *de fals.* VINCENT CAROC. *decis.* 122. *n.* 3. RUIN. *consil.* 56. *n.* 1. *vol.* 1. BURSAT. *consil.* 387. *n* 3. *vol.* 4. CEPHAL. *Consil.* 150. *n.* 6. *vol.* 1. HONDED. *consil.* 18. *n.* 56. *vol.* 1.

Quamvis ejusmodi officiales, 47.
qui fraudulenter in sua functione publica versantur, gravius quam fures puniri mereantur, quia intervenit perjurium, itemque falsum falsificatur enim calculus, & peculatum sapit hoc delictum, non tamen ut fures sunt puniendi, qui pecuniam publicam non furantur, sed eam suo periculo & fidei commissam in propriam utilitatem conferunt, & id circo rationes reddere non valent, sed tenentur de residuis *l.* 2. *l.* 9. §. 1. *ff. ad l. Jul. pecul.* nisi dolus adsit, & animus furandi post CÖPEN. 2. *obs.* 139. BESOLD. *in th. pract. lit. A. n.* 262.

Rectores Municipiorum cum 48.
ejusmodi vulturibus minime conniveant, sed curam suam exerant, ut spongias istas ex reditibus publicis turgidas exprimant, & pœna talionis eos plectant, ut ait KLOCK *de ærar. lib. II. cap.* 31. *n.* 1.
Pro hoc autem negotio multum 49.
potest judicis arbitrium, qui pro qualitate & pro grassationis in rebus

bus publicis admiſſæ & perpetratæ modo, pœnas ita imponet, ut & clementiæ aliquam, & ſeveritatis graviſſimæ potiſſimam rationem habeat, COTTMANN. *conſ. 8, n. 87. vol. 3.*

50 Vere utique dictum reor, quod ſcribit EDO NEUHUS, *in theatr. ing. humani lib. II. c.* 16. in hæc verba: Ut magna flumina in plures derivata foſſas, interceptis illic aquis, languido fluunt curſu, ita Reipublicæ cenſus multorum delibatus digitis imminuitur, acciſusque magna ſui parte, in ærarium defertur, *vel ut paulo ante dicit,* multorum capturis atque aucupiis depaſcitur, antequam in publicam veniat cuſtodiam.

51. Scitum perpolitumque proponit ad hoc SAVEDRA Emblema in ſtatuis illis, hinc inde ad capita viarum in viridariis, diſpoſitis, abſque manibus, quæ oculis inſtructæ ut flores cuſtodiant, & fructus at brachiis carent, ne quid eorum manibus contingant, ſubdens: Quod ſi miniſtri ſtatuarum iſtarum eſſent conſimiles, magis ſecura forent æraria publica, meliorque paſſim eſſet gubernandi ratio, præ-
52. ſertim in Rebuspublicis, in quibus cum bona earundem & reditus habeantur communia, quilibet é Magiſtratu fere licere ſibi putat, ut iis fortunam ſuam fabricetur, alius per alium ſe excuſat, & diſſimulant invicem, cumque vitium illud flammæ ſit ſimile, quæ materia eadem, qua ſatiari deberet, nutritur & creſcit, quo plus ſurripitur, eò magis habendi creſcit deſiderium, *Symb. Polit. 53 in pr.*

Ni ſi fidelis inſpectio publici æris aucupio ſufflamen interjiciat 53.
facile nimis dilabitur, atque eò cum accidit, quod Propheta ait: reſiduum erucæ comedit locuſta, reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo, *Joel 1. v. 4.*

Quod Jacobus I. Angliæ Rex
Henricum filium monuit, hoc ego 54.
pro concluſione hujus capituli in terminis habilibus moneo, Municipia, ut quæſtores eligant honeſtos, diligentes, facultatibus locupletes, potentia mediocres, ut cum ad calculum revocandi ſunt, ab iis ſtricta ratio, & ſine periculo exigi poſſit, LATHER. *de cenſ. lib. I. C. 1. n. 23.*

In multis Municipiis non vane 55.
id uſu invaluit, quod pro principio politico tradit Politicus quidam: Quæſtorum ſeu ærariis Præfectorum officium non longi ſit temporis; ſi ſuam integritatem induſtriamque recte & ſincere agendo quis probarit, honore altiore donetur, ſin ſecus, ignominia notatus, de alio Magiſtratu deſpe-

ret. VERNULÆ. *in Polit. Inst. lib. III. tit. 6. cap. 9. n. 4.*

56. Male autem versantes in bonis publicis, statim sunt removendi, *l. si quis* C. *de off. præf. præt. orient. l. si aliquid.* C. *de suscept.* Nec semel de interversione convicti ad id officium admittendi, etsi vel Principis rescriptum impetraverint, *d. l. si aliquid, ubi* JOH. de PLAT. & LUC. de PENNA vel satisdare, aut juramento majorem in posterum fidem offerant. *arg. l. 2. ff. de Senator.* §. *fin. inst. de susp. tut. l. quia ff. eod.*

57. Quoad pœnas dolosis hisce administratoribus infligendas sciant primo tales pro salute animæ, peccatum conversionis publicæ pecuniæ in usum privatum non remitti, licet in agone conclament: *Miserere mei Deus!* nisi ablata restituantur.

58. Pœnas temporales quod attinet, ipsæ sunt duræ, quæ Jure Civili constitutæ sunt, prout exstat mandatum Justiniani ad Tribonianum, *Nov.* 17. C. 8. Interminaberis magnum damnum & manuum amputationem, si ex publicis rationibus occultatis, quædam surripuerint. De Jure Saxonico *per Constit. Elect.* 41. *part.* 4. si administrator publicorum redituum summam centum florenorum furatus est, laquei pœna dictanda, quæ tamen mitigatur, si conversio in usus proprios sit facta animo restituendi, & in rationes subsequentes referendi, CARPZ. *ad d. Constit. defin. 8. & Prax. crim. p. 2. quæst. 58.* juxta Constitutionem Marchiæ Electoralem Anno 1683. si administrator 200 thaleros Imperio dolose interverterit, patibulo afficitur, nisi triplum refundere possit, HOPP. *Comment. ad Inst. ad* §. *ult. de public. judic.* Ordinaria tamen hujus criminis pœna esse solet remotio ab officio, cum dictatione mulctæ, MEV. *ad* J. *Lub. p. 2. art. 3. n. 35.* ubi semper qualitates circumstantiarum ponderandæ, an quis dolo vel ex oblivione in rationum tabulis quid omiserit, ROL. à VALL. *lib.* III. *cons.* 64. *n.* 5.

CA-

Caput XLIV.

DE MUNICIPIORUM JURE ARHCIVI SEU CHARTOPHYLACII LIBRISQUE PUBLICIS.

SUMMARIA.

1. *Archivum & phylvcium unde dicatur?*
2. *Tabularium, Scrinium, Cancellaria.*
3. *Tabulariorum usus & necessitas in Republica.*
4. *Jus archivi est de regalibus.*
5. *In hoc sensu jns archivi non competit Municipiis, sed jus Chartophylacii.*
6. *Fritschius notatus.*
7. *Chartophylacium sibi constituendo nihil contra regalia tendat Municipium.*
8. *Asservationis scriptorum publicorum in omni civitate necessitas & finis.*
9. *Prothocolla Municipiorum contra quemcunque fidem faciunt.*
10. *Archivum seu chartophylacium dat robur sctipturæ non authenticæ.*
11. *Conceptum instrumenti in chartophylacio repertum plene probat.*
12. *Scriptura ex publico loco deprompta prævalet probationi testium.*
13. 14. *Requisita ut scriptnra privata ex archivo deprompta fidem faciat.*
15. *Scripturæ privatæ antiquæ in chartophylacio civitatis repertæ prærogativam habent.*
16. *Stripturarum fragmenta illic inventa non probant.*
17. *Quid de scripturis in loco publico repertis manu autem & forma publica non scriptis?*
18. *Scriptura civitatis non probat in alterius præjudicium, si de jure asserto aliter non constat.*
19. *In actibus dependentibus à voluntate duorum, unius assertio non probat.*

20. *Libri publici Municipiorum* Stadt-Bücher.
21. *Actus coram libro publico Municipii perfectus.*
22. *Responsum facultatis juridicæ Wittenbergensis ad Senatum Stolbergensem.*
23. *Libri censuales* Zins-oder Rechen-Bücher.
24. *Probant hominem, seu locum solventem censum, esse sub jurisdictione.*
25. *Libri censuales sine specificatione solutionis producti, magnam ingerunt præsumptionem.*
26. *Donationes actis Municipiorum insinuatæ.*
27. *Testamenta apud acta Municipiorum facta.*
28. *Non minus valent quam quæ coram Imperatore facta.*
29. *Requiritur ad hoc jurisdictio Magistratus Municipalis.*
30. *Testator coram Magistratu se sistere non valens, valet ejus testamentum coram Senatoribus ad se missis factum.*
31. *Testamentum secundum statuta Municip. conditum valet extra illud territorium.*
32. *Insinuatio testamentorum ad acta publica Municipiorum.*
33. *Testamentum tale est simile illi, quod olim Calatis Comitiis fiebat.*
34. *Testamentum ad acta publica Municipii positum semper à testatore auferri potest.*
35. *Excutatores testamenti esse debent ejusdem Municipii.*
36. *Etiam mulieres esse possunt executrices testamenti.*
37. *Deficiente executore Magistratus Municipalis id exequi tenetur.*
38. *Testimonia publica Municipiorum* Gebuhrts-Briefe.
39. *Ea probant libertatem* Mann-Recht.
40. *Fœminæ quoque exteræ civibus nubentes testimonia libertatis adferant.*
41. *Statutum Eslingæ.*
42. *Literæ testimoniales plenam faciunt fidem.*
43. *Municipes illa scire præsumuntur, quæ in Archivo seu Chartophylacio sunt.*

I. Archivum dicitur a Græco ἀρχεῖον & ἀρχὴ, quæ vox Magistratum notat, unde & denotata Magistratus curia & cœpit sumi pro grammatophylacio, quia acta publica in curia adservantur, MARTIN. & VOSSIUS *in Lex. Etymol. h. voc.*

voc. eſt locus publicus, ubi publica adſervantur inſtrumenta, *l. 9. §. 6. ff. de pœn.* Phylacium dicitur
2. â φυλάττειν, *cuſtodire,* Latinis dicitur *tabularium*, à tabulis publicis, quæ ibi reponuntur, vel *ſcrinium*, vas, ubi ſecreta ſervantur, libri vel theſauri, ISIDOR. *lib. XX. cap. 9.* Inde apud Romanos qui libros hos adſervabant, nuncupabantur *ſcrinarii*, *tit.* C. *de proxim. ſacror. ſcrinior.* PEREZ. Nonnullis dicitur *Cancellaria*, eine Cantzeley/ COLER. *de proc. Execut. p. 3. c.* 1. *n.* 83. MYLER. *de ſtat. Imp. cap.* 47.
3. Tabulariorum & ſcriniorum uſum in Republica non eſſe exiguum, ſat conſtat, ſunt enim cunctorum fortuna & ſecuritas, unde omnium jurium actuumque præteritorum notitiæ deſumuntur. His deficientibus magna rerum ſequitur perturbatio, præſertim, ſi de jure aut finibus univerſitatis cum vicinis contendatur, vel ſi inferiori cum Superiore res eſt, FRITSCH. *de jure archiv. cap.* 2. *n.* 12.
4. Atque licet jus archivi ſi in excellentiori ſignificatu ſumatur, ſit de regalibus & Principes ac Status Imperii hoc jure ſingulari gaudeant,
5. MYLER *d. loc.* ut & nemo negat, regalia Civitatibus Municipalibus non competere, interim tamen cum non detur univerſitas, quæ deſtituta ſit ſcriniis ſuis publicis, civitatibus hiſce quoque jus archivi, id eſt, chartophylacii tribuendum, nemo inficias ibit, & deſuper eſt textus rotundus, *in l. fin.* C. *de Magiſtr. Municip. l. 9. §.* 1. C. *de defenſ. civit. Novell.* 15. *c.* 5. §. 2. ubi hæc ſunt verba: *Ut in civitatibus habitatio quædam publica diſtribuatur, in qua conveniens eſt, defenſores munimenta recondere*, &c. Nec video, quid moveat FRITSCH. *d. tract. c.* 3. *n.* 24. ſtatuentem, contra hanc ſententiam moribus hodiernis ſecus eſſe cum utique civitatum Municipalium moderna ratio, non tam vilis & abjecta ſit, ſicut veterum Romanorum, multumque interſit inter illud, quod fuit & quod nunc eſt, *l. 98. §. 8. ff. de ſolut.* HERING. *de fidejuſſor. cap.* II. *n.* 65. *ſupr. lib.* I. *cap.* 6. Inde non inconcinne infertur: Si olim id jus Municipiis competiit, quid ni & hodie? Deinde nihil contra regalia Principis ſui ſibi attribuunt civitates provinciales, ſi inſtrumenta ſua publica ſingulari cura recondant, & chartophylacium in curiæ loco conſtituant. Ejus finis eſt ſalus publica, ut literaria inſtrumenta ſerventur ad hoc vel illud probandum, lite deſuper ſuborta Vel ut peti ex eo poſſint inſtrumenta, ſi exemplum ſit amiſſum, ut ait GOTHOFRED. *in l. 9. §. 6. ff. de pœn. lit. d.* adeoque nemo

[Right margin numbers: 6. beside "video, quid moveat FRITSCH."; 7. beside "regalia Principis ſui ſibi attribuunt"]

mo invidebit, ſi hoc pacto conſulatur publicæ & ſingulorum civium utilitati, ne probationes rerum geſtarum in futurum neceſſariæ depereant, memoria enim labilis, & omnium meminiſſe Divinitatis potius quam mortalitatis eſt, ut Imp. *l.* 2. §. *ſi quis autem.* C. *de vet. jure enucl.* dicit.

9. Ejusmodi Municipiornm acta & protocolla contra quemcunque etiam Superiorem valent, fidemque faciunt, *Dd. in l. omnibus.* C. *C. de teſtib.* KONIG *in ſuo proceſſ. cap.* 19. §. 4. *l. fin.* C. *de re judic.* Et acta in judicio ſemel promulgata perpetuam fidem faciunt; etiam vel mortuo vel remoto judice, qui de cauſa cognovit, CHRISTIN. *Deciſ. Belgic. deciſ.* 88. *n.* 13. *vol. 2.* Notum enim eſt, archi-

10. vum ſeu chartophylacium ſolum dare robur ſcripturæ, quantumvis alias non ſit authentica, COLER. *Conſ.* 47. *n.* 77.

11. Et exemplum ſeu conceptum alicujus inſtrumenti in chartophylacio repertum, plene probat, cum enim ſcriptura privata in actis reperta, plenam probationem faciat, *l.* 4. §. 1. C. *de recept. arbitr. in l. admonendi* 11. *ff. de jurejur. n.* 93. *&* 97. Cur non multo magis ſcriptura, quæ in archivis publicis reperitur, ait CARPZ. *part.* 1. *Conſt.* 17. *defin.* 38. quia ſcripturæ ex publicis locis deprompta plenam fidem merentur, *Auth. ad hæc v. item & charta* C. *de fide inſtrument. l. cenſus* 10. *ff. de probat.* FELIN. *in* C. *cum cauſam* 13. *x. de probat. n.* 7. COLER. *de proceſſ. execut. p.* 3. *c.* 1 *n.* 53. KOPPEN. *deciſ.* 46. *n.* 11.

Imo prævalet talis ſcriptura probationi teſtium LANCELL. *Gall. conſ.* 17. *n.* 26. Sed ſcriptura talis 12.
privata ex archivo deprompta, ut 13.
fidem faciat, poſita eſſe debet inter alias publicas & authenticas ſcripturas *l. Cenſus ff. de probat.* SCHRAD. *de feud. lib. IX. p.* 1 *princ. n.* 136. quæ ſunt publicæ & authenticæ, vel pro talibus habitæ. Nec 14.
præciſe requiritur, ut omnes ſcripturæ ſint publicæ, ſed ſufficit ſcripturam in archivo repertam eſſe, in quo alias ſcripturæ publicæ repoſitæ ſunt, ſolent enim acta privatorum in archivis deponenda ſingulari loco collocari, quo melius inveniri poſſint. CACHER. *deciſ.* 69. *n.* 136. CRAVETT. *de antiq. temp. part.* 1. *lim.* 4. FRITSCH. *d. tract. cap.* 7. *n.* 29.

Scripturas privatas recentiores
quod attinet, ſi iſtæ in archivo 15.
fuerint repertæ, ipſis tanta probationis fides non tribuenda, nam antiquitas ſcripturæ veram fidem conciliat ex præſumptione pro antiquitate MASCARD. *de probat. concluſ.* 188. MOLIN. *conſil.* 5. *n.* 26. 33.

33. & seq. MASTRILL. *lib. I. decis. 43. n. 12.* NICOL. de PASSER. *de priv. script. lib. I. cap. 6. n. 37.*

16. Sciptararum fragmenta in archivo civitatis reperta, ut sunt folia initio & fine carentia, illa nihil probationis inferunt. SCACC. *de caus. civilib. lib. II. c. 11. n. 779.* Quinimo folium non affoliatum neque compaginatum, instar scoparum dissolutarum falsitatis suspicionem inducit TUSCH. *pract. concl. 44. lit. F. n. 23.*

17. Sed quid si scripturæ in scrinio curiæ repertæ, non sint scriptæ manu publica, nec in forma publica, an ejusmodi adhuc probabunt pro curia, puta, ut illa possit petere tales reditus de quibus scriptura docet? Quod dicendum, modo producatur contra personas ejusdem universitatis, & conservata sit in loco publico, ut publicam fidem mereatur. Ita BALD. *in rubr. C. de fide instrum.*

18. Si autem quid scriptum reperiatur in chartophylacio curiæ, quod tendit in alterius præjudicium e. g. si afferat civitatem hanc vel illam habere jurisdictionem, de qua tamen absque tali scriptura non constat, tunc tali scripturæ non creditur, nisi facta fuerit illo

19. consentiente *l. censuales C. de donat.* Quia in dependentibus à voluntate, scriptura facta, ad assertionem unius non probat; In tantum ut nec scipturis antiquis factis, in lapidibus credatur, nisi fuerit scriptum de voluntate eorum SCHUREF. *cent. 3. consil. 90. n. 12.*

Ad hoc jus archivi referuntur libri publici Municipiorum, die Stadt-Bücher/ quibus, & ex iis desumptis instrumentis publicis, tam apud extraneos quam subditos plenarie credi, dubium non recipit *l. fin. C. de re judic.* Actusque alii qui coram libro publico, præsentibus duobus ex ordine deputatis & secretario perficiuntur, ejusdem efficaciæ sunt, quam qui coram Senatu fiunt *c. qui facit de reg. jur. in 6.* 20. 21.

Et utique pro instrumentis publicis habendi, prout à facultate juridica Wittenbergensi, Senatui Stolbergensi responsum: Daß Rahts-Bücher und Register/ so in archivo gefunden / pro privatis scripturis, nicht zu halten / sondern pro publicis instrumentis zu achten / und von euch in vim probationis præsertim in antiquis, wol produciret werden können. tradente RICHTER. *decis. 112. n. 9.* 22.

Pertinent huc etiam Municipiorum libri censuales Zinß- oder Rechen-Bücher/ in quibus Municipiorum annui reditus consignantur. SCHURFF. *cons. 90. n. 9. vol. 3.* PISTOR. *cons. 8. n. 10. & 11.* GI- 23.

LAND. *decis. 13. lib.* II. *n.* 13. *quæ etiam fidem publicam faciunt Dd. in l. C. de exact. contribut.*

24 Si ejusmodi libri censuales producuntur una cum solutione specifica census, plene probant locum seu hominem solventem censum, esse de territorio & sub jurisdictione producentis *per text. c. 6. Novell. 89.* BALD. *in l. 3. C. de natur. lib.* KNICHEN. *in Encyclop.* C. 10. *n.* 54. BERETTA *cons. 89. n. 44. vol.* 1.

25. Si sine specificatione solutionis producuntur etsi plene non probent subjectionem, magnam tamen ingerunt pro producente præsumptionem CORN. *consil.* 333. *n.* 9. *lib.* I. MASCARD. *concl.* 273. *n.* 8. *&* 18. PEREGRIN. *de fidei commiss.* 44. *n.* 12. constituuntque ipsum in quasi possessionem MAGER. *tract. de advocat. arm. c. 6. n.* 147. de quibus latius *vid. cap. seq.*

26. Ex hoc jure archivi, donationes actis Municipiorum insinuatæ æque valent, ac si Principis vel Magistratus majoris actis insinuatæ essent *l. 30.* C. *de donat.*

27. Si testamentum apud acta Municipiorum factum, sine aliis solennitatibus subsistit *l.* 19. C. *de testam.*

28 Testamentum coram Magistratu Municipali confectum, non minus valet quam quod coram Imperatore factum, *l. omnium* C. *de testam.* VIGL. *in §. sed. hae quidem de testam. n. 5. Argentor. cons. 73. n. 72. vol. 1.*

Requiritur tamen ut ad hunc effectum Magistratus Municipalis jurisdictionem habeat cæteroquin nihil agitur. BERLICH. *decis.* 93. *n.* 9. FINCKELTAUS. *observ.* 75. Quando testator impeditus valetudine vel alia legitima causa, coram Magistratu se sistere non potest, rogat autem ut Senatores quidam ad se mittantur, coramque illis testamentutum condit, illud æque validum reputatur, ac si coram actis publicis factum esset. SCHURFF. *cent.* 2. *consil.* 71. *n.* 1. *& seq.* CÖPPEN. *decis.* 45. *n.* 16. *Altorf. Respons.* 49. Notandum & quod testamentum secundum jus aut statutnm Municipale conditum, ubique vires habeat, etiam extra Municipium & territorium statuentium, vel recipientium, ubi forte major solennitas requiritur. GAIL. 2. *obs.* 123. *n.* I. *consil. Marpurg.* 7. *n.* 69. *vol.* 3. MOD. PISTOR. *consil.* 31. *n.* 47. *vol.* I. Ita & in aperiendo confirmandoque testamento jus loci ubi id fit inspiciendum est. PECK. *de testam. conjug. lib. IV. cap. 28. n. 8.*

Ad hoc jus archivale pertinet & insinuatio testamentorum Municipalium, quæ ex hoc valent atque subsistunt, etiamsi nullus testis

stis fuerit adhibitus, modo à testa-
tore testamentum clausum, si id
legi nolit, Magistratui præsentet.
BERLICH. *p.* 3. *concl.* 4. Et hæc
33. testamenta successerunt in locum
veteris ritus testandi calatis Co-
mitiis REUSN. *de testam. p.* 1. *cap.*
10. *n.* 6. Nam illic necessarium
non erat, ut quis expressis verbis
heredem nuncuparet, & viva vo-
ce voluntatem suam manifestaret,
sed sufficiebat, si scriptura
quædam, in qua testatoris
ultima voluntas continebatur po-
pulo offerebatur, hisce verbis:
*Hæc uti in his tabulis ærisque scripta
sunt ita do lego, ita testor, itaque vos
Quirities testimonium prabetote* REUS-
NER. *d. loc. n.* 5.

34. Testamentum taliter apud acta
publica Municipii depositum,
quandocunque testatori placuerit,
auferri ex custodia publica, & do-
mi conservari potest, si autem ab
actis publicis removeatur, animo
& expressa declaratione se nolle
testamentum apud acta conditum
valere, hoc revocatum censetur
BERLICH. *ibid.*

35. Circa materiam hanc testamen-
tariam notandum adhuc, quod
cum executores testamentorum
etiam soleant ordinari *l. Divus* 7.
*ff. si cui plus quam leg. falcid. l.
si à pluribus* 107. *ff. de leg.* 1. *l. nulli*
28. §. 1. *C. de Episc. & Cler.* Illos
in quibusdam civitatibus esse non
debere exteros, sed jurisdictioni
civitaticæ subjectos, prout hoc
statuit *jus Lubec. lib. II. tit.* 1.
art. 15. Non prohibentur tamen 36.
executoris testamentarii munere
fungi mulieres, quæ & executri-
ces testamento dari possunt *l. filio*
15. *in princip. ff. de alim. & cibar.
leg.* Si tamen testator vel nullum 37.
executorem nominaverit, vel ele-
ctus mortuus sit, aut recuset su-
scipere officium, vel id negligen-
ter tractet, Magistratus, vel ipse
testamentum exequi vel executo-
rem ex officio constituere potest
d. l. nulli §. 1. REUSN. *de testam.
cap.* 7. *n.* 26. *&* 27. publice enim
interest, ut ultima elogia ad effe-
ctum rite perducantur. *l vel nega-
re* 8. *ff. de testam quemadm.
aper.*

Vigore hujus juris archivalis, 38.
Municipales testimonia publica,
& ubique probantia de legitimis
natalibus Geburts-Briefe ferre
possunt *l.* 2. *C. de testib.*

Literæ hæ testimoniales nativi- 39.
tatis præcipue versantur circa te-
stimonium libertatis, quod dicitur
Mann-Recht. Nam olim *Mann*
dicebantur, qui erant libri, servi au-
tem & libertinæ conditionis appel-
lantur Leodes Leuth. LINDENSP.
*in comment. ad jus provinc. Wurtet-
berg. fol.* 5. *n* 5. Ubi receptum quo- 40.

que esse dicit : Daß auch die Weiber / so sich von frembden Orten her / mit einem Bürger verheyrahten / ein Mann-Recht / hoc est testimonium libertatis haben müssen / quia servitus uti & die Leibeigenschafft ventrem sequi
41. solet. Sicut hic loci & sine dubio ubicunque receptum, uti de Eslinga quoque testatur KNIPSCHILD. ut nemo in civium numerum, sive mas sive fœmina recipiatur, nisi per literas ejusmodi testimoniales publice docuerit, ipsum è legitimo matrimonio natum, & nullius hominis proprium esse, daß er ehlich gebohren / und der Leibeigenschafft frey / oder rechtmässig erlassen sey. *de civ. Imp. lib. II. c. 29. n. 114.*

Cæteræque literæ testimoniales 4
quas in aliis rebus causisque dant Municipia propter sigillum publicum (quod proprie est principum & civitatum VADIAN. *in tract. de colleg. & Monast. Germ.* & sigilla magna vocantur.) plenam fidem faciunt BERT. *cons. 132. n. 12. & 131. n. 8. lib. II.*

Notandum est illud, quod illa 4
quæ in archivo Municipii sunt, præsumantur omnes scire Municipes, in tantum, ut illos nulla excuset ignorantia prætensa. ANCHORAN. *cons. 170. n. 6.* PAUL. de CASTR. *cons. 94. col. 2. lib. II.* ARETIN. *consil. 15. in fin.* DEC. *cons. 267. column. fin. & in cons. 328. n. 7.* CRAVETT. *cons. 872. n. 58.*

Caput XLV.

DE MUNICIPIORUM CATASTRIS.

SUMMARIA.

1. *Catastrorum usus & necessitas in Municipiis.*
2. *Catastrum unde dicatur?*
3. *Catastrum quasi capitastrum.*
4. *Æstimum* Steur-Anschlags-Bücher / Schatz-*Register.*
5. Saal-Bücher *à Sala.*
6. *Catastri descriptio.*
7. *Libri rationales apud Romanos Impp.*
8. *Jus conficiendi & dirigendi catastra est Magistratus Municipalis.*
9. *Si quid negligentiæ odii & favoris ex parte Magistratus interveniat, Principis est de modo collectandi despicere.*

10.

10. *Quales ex Senatu præficiendi ad formanda cataſtra.*
11 *Jungendi his ſunt jurati agrimenſores.*
12, *Adhibendi ſimul quidam ex civibus prudentioribus.*
13. *Cataſtrorum objectum.*
14. *Prædium manet contribuabile, licet ejus poſſeſſor ſit nobilis vel exemptus.*
15. *Conceſſio à Principe facta* frey von aller Laſt / *non extendenda ad exemptionem tributorum.*
16. *Æſtimatio prædiorum* Anſchlag der Güter *quatenus facienda?*
17. *Juſtus valor determinandus eſt ex fructibus.*
18. *Ædificia quatenus taxanda?*
19. *Onerum ratio in cataſtratione habenda.*
20. *In cataſtratione manent bona, etiam non deducto ære alieno.*
21. *In collectarum materia bonorum appellatio eſt lata.*
22. *Debitor in fraudem Principis non poteſt onerare prædium alieno ære.*
23. *Si dominus ex bonis nihil percipit quid de collectis ſtatuendum?*
24. *Cataſtri fides & præſumptio pro eo.*
25. *Ex cataſtro bona præſumuntur eſſe ejus, cujus nomine ſunt allibrata.*
26. *Libri contributionum inducunt quaſi contractum.*
27. *Deſcriptus in cataſtro, pro debitore habetur niſi appellet.*
28. *Omiſſa apellatione ſupplicationi locus.*
29. *Argumentum è cataſtro negativum, ſcil. bona non cataſtrata eſſe libera*
30. *Quoad tributa reſtantia etiam afficitur fundus alienatus.*
31. *Cautela pro emptore ad evitanda reſtantia onera.*
32. *Onera realia ſequuntur prædia.*
33. *Cataſtri inſpectio eſt permittenda omnibus quorum intereſt.*
34. *Exceptio ejus.*
35. *Juxta cataſtrum proceditur executive.*
36. *In executivis eceptiones altioris indaginis rejiciuntur poſt executionem.*
37. *Appellatio in materia collectarum non proficit oneroſis.*
38. *Immunitas à contributionibus non præſumitur ſed probanda.*
39. *Præſumptio pro libertate naturali hic non proficit, ſtante conſuetudine in contrarium.*

40. *Catastrum, habens vitium visibile per se est nullum.*
41. *Ei validitatem non tribuit confirmatio Superioris.*
42. *Æquitas in tributis equalitatem, iniquitas emendationem poscit.*
43. *Municipia merito servant quod in toto Imperio obtinet.*
44. *Statuta Municipalia se habent ad ordinationes sui principis, ut Principes ad constitutiones Imper.*
45. *In catastris nova emergentia novum auxilium requirunt.*
46. *Quid faciendum Commissariis Magistratus in nova peræquatione.*
47. *Nova peræquationis sumptus quis præstet.*
48. *Catastrorum revisio omni quinquennio peragenda.*
49. *Exemplum Matriculæ Imperii.*
50. *Modus contribuendi juxta conscientiam* **Gewissens-Steuer.**
51. *Ejus occasio & forma.*
52. *Modus ille non satis est tutus.*

1. Ad libros Civitatis publicos referenda quoque veniunt catastra, sicut enim civitas tributis non caret, ita nec catastro destitui debet, ex cujus justitia tributorum exactio dependet, collectæ enim judicendæ juxta uniuscujusque vires & facultates, quæ non aliter quam ex tali matricula dignosci possunt. Descriptione hac occurritur justissimis tenuium querelis, ne exactionum pondere premantur, ac sedibus quasi foro cedere cogantur. Quid enim iniquius quam ut immunes sint divites à debito, qui cunctos faciunt debitores, Perez *ad tit.* C. *de Censibus. lib. II. n. 4.*

2. Vox catastri ab interpret. recepta & civitate donata est. Quidam ejus originem deducunt à græco κα-τασθῆναι, *lustrari*, quod per matriculam bonorum facultates civium quasi lustrentur Excellent. Bar. de Lincker *Dissert. de Catastris, cap* 1. *1* §. 1. Probabilius autem derivatur à *capitatione*, quasi *capitatastra.* Hinc Menagius *in orig. ling. Gall. Cadastre ou catastre est le regitre des fonds de chaque communaute, contenant le nom de chacun des proprietaires & l' estimation de chacun des pieces de ces fonds, pour l' assiette des tailles. On le derive de* Caput, *unde* Capitastrum, *comme l' ancienne Ortographie étoit, ce droit etant primierement une imposition faite par tête, & en suite sur les biens.* id est: Catastrum est registrum fundorum cujusque communitatis, continens nomina proprietariorum & æstimationem cujuscunque fundi pro statu tributo-

rum

rum formando. Derivatur a τὸ *caput*, inde *capitaſtrum*, prout inſinuat vetus ſcribendi ratio, nam olim taxatio hæc fiebat capitatim, quæ poſtea bonis fuit impoſita.

4. Dicitur & *æſtimum*, quia juſtam bonorum continet æſtimationem, germanice Steuer = Anſchlags-Einlags-Bücher/Schatz-Regiſter

5. item Saal-Bücher/Sala enim erat curia vel palatium, ubi conventus inſtituebantur, unde lex Salica, atque olim iſtiusmodi libris inſcripta ſunt prædia, quæ aulæ Regiæ cenſum præſtabant, Besold. *Theſ. Pract. voc.* Saal.

6. Et eſt cataſtrum Municipale regiſtrum, ſeu tabulæ authoritate publica rite conſcriptæ, quibus civium bona certo pretio æſtimata continentur, ut juxta illud conditio civium noſcatur, & tributa in Republica ſolvantur.

Origo hujusmodi librorum ra-

7. tionalium jam apud Imperatores veteris Romæ invaluit, penes quos ii adſervati ſunt, quo fortius Imperii Romani vectigalia, tributa & ſtipendia deſcripta eſſent, de quibus Sueton. *lib.* II *&* IV. Sic Tacit. ait *lib.* I. *Hiſt.* Prolatum à Tiberio libellum, quo opes publicæ continebantur.

Magiſtratui inferiori hodie po-

8. teſtatem relictam conficiendi cataſtrum, dubio caret. Licet enim indictio contributionum, ut & jus collectandi, ſit de regalibus & juris territorialis, diſtributio tamen collectarum, moderatoribus civitatum Provincialium non denegatur, eaque eſt jurisdictionis, Carpzov. *lib. IV. reſp.* 72. n. 2. Nam Magiſtratui ordinario eſt notitia 9.

patrimoniorum & obventionum civium ac incolarum; Si tamen in conficiendis hisce regiſtris, quid negligentius, ex odio aut favore committatur, ut inæqualitatis querelæ inter ſubditos oriantur, Principis eſt ſuper modo collectandi diſpicere, ſtatuere, ac defectus corrigere & emendare.

Ad conficiendum cataſtrum præficiendi ſunt ex Senatu viri incon- 10.

taminatæ vitæ & conſcientiæ, qui & circumſpecti pro æqualitate tributorum juxta facultates legitime computanda, quibus & adjun- 11.

gendi ſunt artis Geometricæ periti, cum menſurandi veniant agri, ac juxta hos diſtributio inſtituenda, ubi ſimul neceſſarium eſt, ut omnes hi jurent, ſe officium ſuum fideliter exercituros, ut ſecundum cataſtrum juſta collectarum indictio fieri in poſterum poſſit, Carpz. *d. lib. reſp.* 74. *n.* 4. Si- 12.

mul & negotio huic præficiendi ſunt ex civibus prudentioribus quidam, ut videant, rite omnia peragi, ut reliquis de cataſtrationis in-

inæqualitate conquerendi dematur occasio.

13. Catastra Municipiorum ut plurimum versantur circa civium bona immobilia, Grund-Güter / quæ oneri contributionis subjecta sunt, non habito respectu, à quo ejusmodi bona acquirantur. Hinc con-

14. cludendum, quod prædia collectis obnoxia, contribuable Güter / comparata à Nobilibus, vel aliis exemptis, non inducere naturam prædii nobilis, quia res transit cum suo onere ad quemcunque, BARBOS. *axiom.* 23. *lib.* XVI. *cap.* 50. atque ibi Nobilis non consideratur ut Nobilis, sed ut possessor prædii contribuabilis, nam exemptio rei ab oneribus publicis est odiosa & reipublicæ onerosa.

15. Adeoque ut licet Princeps alicui concesserit bona in feudum, quæ antea tributis fuerunt obnoxia, quod libera ab omni onere esse debeant, frey von aller Last und Beschweren / tamen hæc concessio ad tributorum exemptionem non extendenda, nisi expresse id adjectum sit, MEV. *p.* 8. *decis.* 186.

16. Æstimatio prædiorum catastro inserendorum non facienda secundum pretia emtionum, ut tanti res æstimetur, quanti emta est, cum possit emi multo pluris, quam res est, vel ex stultitia emptoris, *l. alienus ff. ad L. Falcid.* vel etiam ex alia causa, *l.* 1. *ff. si quid in fraud. cred.* vel etiam minoris, ob venditoris egestatem, *l.* 2. *&* 8. *C. de rescind. vendit.* Sed inspicien- 17.
dus justus valor, qui utplurimum ex fructuum & redituum qualitate & quantitate, item loci, in quo bona sita sunt, conditione, plerumque æstimatur, *l* 92. *ff. de leg.* 1. cum intuitu utilitatis & perceptionis fructuum præstentur collectæ, *l.* 4. §. 1. *ff. de censib.* FAB. *in Cod. lib.* IX. *defin.* 129. *n.* 8. Sic in taxatione ædificiorum non lignorum 18.
& lapidum habetur ratio, sed pensionis & locagii, ejusque quod dominus ædificii, si illud locaret, percipere posset, CARPZ. *decis.* 261. *n.* 15. onerum tamen ratio in catastratione prædiorum habenda, 19.
unde ea, quæ præstant canonem, censum vel decimas, & ejusmodi onera, ob fructuum diminutionem, in tantum non contribuunt, quam quæ sunt immunia, DN. LYNCK. *d. tract. dissert. de catastr. c.* 4. §. 3.

Æs alienum quod attinet ex 20.
prædiis contribuabilibus non deducitur, licet de cætero bona cujusque non dicantur, nisi deducto ære alieno, *l.* 39. *ff. de V. S.* Verum juxta SCHILT. *Exercit. ad ff.* 8. *coroll.* 2. hæc regula procedit in sensu strictiori, quo bona & hereditas vel tota substantia & fortuna

ut

ut SCÆVOLA ait *l. 40. §. 8. ff de ſtat. lib.* ſibi invicem contra diſtinguuntur; Sed in hac collectarum materia bonorum appellatio
21. latius patet, & totam collectandi ſubſtantiam continet, quatenus commoditatem poſſeſſori parit, KLOCK. *de contrib. cap.* 11. *n.* 59. Neque hic latet iniquitas, cum
22. potius iniquus foret debitor, ſi in fraudem Fiſci & Principis onerare prædium ære alieno, ſibi vero eodem commoditatem quærere liceret. Nam ſi forte prædio à creditore poſſeſſo non fruitur, tamen commoditate pecuniæ mutuo acceptæ.

Sed quid ſi bonis tam grave
23. immineat æs alienum, ut eorum domini ex iis nihil vel perpaucum percipiant, an ex talibus adhuc collectæ ſolvendæ? Sic quidam volunt, quamdiu civis ea adhuc poſſidet, nec creditoribus cedit. Secus autem ſtatuit & negativam defendit CARPZ. illa potiſſimum ratione, quia collecta eſt onus fructuum atque metienda reditu potius quam valore rei, *ſupr. n.* 17. *hoc cap.* hinc dicitur collectam eſſe correſpectivam obventionem, *part.* 3. *deciſ.* 261.

Cataſtrum rite & legitime con-
24. fectum meretur, fidem ſaltem præſumtivam, hoc enim operatur æſtimi publica auctoritas, ut pro eo præſumatur, KNICHEN. *Encyclop. cap.* 10. *n.* 36. ipſique tam diu ſtatur, donec probatio fiat in contrarium, KLOCK: *de contrib. cap.* 17. *n.* 108.

Operatur etiam cataſtrum præ- 25.
ſumtionem pro eo, cujus bona ſunt allibrata, eum eſſe verum horum honorum poſſeſſorem, MASCARD. *concl.* 274. *n.* 8. cui præſumptioni iterum tamdiu ſtatur, donec probetur contrarium, & quidem ſi controverſia ſit mota ab eo, qui in cataſtrum conſenſerat, KLOCK. *d. cap.* 17. *n.* 35. Nam
libri tales inducunt quaſi contra- 26
ctum, & qui ita ſe deſcribi patitur, hoc ipſo ſe obligare cenſetur ad ſolutionem inſcriptæ quantitatis, quæ obligatio neceſſitatem ſolvendi & præſtandi continet, finis enim inſcriptionis talis eſt ſolutio pro bonis, *l.* 4. *C. de agric. l.* 3. *ff. de obl. & act.* NATT. *conſ.* 268. *n.* 6. WESEMB. *conſ.* 72. *n.* 21. SURD. *conſil.* 162. *n.* 30. Unde ſi quis
ſciat, ſe deſcriptum in communi 27.
æſtimo, & intra decem dies non appellet, is pro debitore habetur, atque immunitatem abdicare ſuoque privilegio renunciaſſe, quia conſenſu confirmata nominatio cenſetur, *l.* 4. *&* 7. *C. de appellat.* CRAVETT. *conſil.* 293. *n.* 12. BURSAT. *conſil. u.* 97. MENOCH. *conſ.* 702. *n.* 9. CAPIC. *deciſ.* 4. *n.* 7.

CACHERAN. *decif.* 91. *n.* 5. *&* 9. fi & prædicto casu appellatum non
28. fit, possunt tamen supplicationes supremo tribunali offerri vice appellationis, quas sacram anchoram vocat PECK. *in cap. quod omnes n* 1. *verf. quod quidem de R. J. in* 6. KLOCK. *de contrib. cap.* 13. *n.* 52.

Non saltem autem deducitur
29. à catastro argumentum affirmativum scilicet bona registrata esse contributioni obnoxia, sed etiam negativum, atque recte concluditur bona, quæ in catastro vel æstimo non reperiuntur esse vel præsumi libera, maxime si moris est bona pro oneribus publicis in illo describi, MEV. *p.* 4. *decif.* 34. *in princ.* Catastrum etiam eò afficit
30. bona registrata, ut nihil obstet, ea deinceps in alium quemcunque exemptum fuisse alienata, quia obligatio realis efficit, ut possessorem sequantur onera & tributa, etiam restantia agnoscere censetur, nisi quis emat à fisco PHILIPP. *de subhastat. pag.* 386. *n.* 17. Utilis est
31. ergo cautela emptori cui suspicio oboritur, non exsoluta fuisse de prædio onera inhærentia ut à venditore exposcat quietantias con tributionum Schatz-Steuer/Quitungen. Nec obstat concessio prio-
32. ris possessoris sive venditoris, quo minus emptor aut secundus possessor tributa & pensitationes publicas solvat, quia sunt onera realia quæ à prædiis avelli non possunt, nec venditio fundi aliter quam cum suo onere fieri potest *l. fin. C. fine cens. vel reliq. fund. comp. non posse* RICHT. *dec.* 70. *n.* 8.

Æstimi liber civium quoque est 33.
communis, in tantum, ut si quis putet se gravatum esse, aut iri timeat, ipsi concedenda inspectio, nam conficitur non tantum reipublicæ sed & civium causa, ut sit regula onerum & debitorum civilium hinc cuilibet petenti & docenti suum interesse exhiberi debet FESTAS. *de æstimo cap.* 1. *n.* 21. CAVALCAN. *p.* 1. *decif.* 22. *n.* 7. est enim tanquam instrumentum commune, quod edendum est iis, quorum interest, *l.* 4. *&* 10 *ff. de edend.* MENOCH. *A. J. Q. lib. II. cent.* 5. *cas.* 49. *n.* 5. *& seq.* Omnis itaque gravatus inspicere illud poterit, ut videat, an magis pauper quam dives gravetur, sicut sæpe evenit, PEREZ *ad C. de censib. lib.* XI. *n.* 12.
Nisi à Magistratu causa non exhi- 34.
bendi adduci possit, MEV. *dec.* 92. *p.* 7. *n.* 8. ut si inutilis est ejus editio, v. g. cum de collectis præteritis agitur, & super iis rationes jam discussæ atque liquidæ sunt. Et monet *cit.* MEV. hoc circa editiones librorum & instrumentorum civitatis velle jurisprudentiam,

tiam, ut ultra quam neceſſe eſt non exigatur, unde cum cauſæ cognitione de eo ſtatuendum, *p.* 8. *dec.* 27. n. 5.

35. Effectus quoque cataſtri eſt, quod juxta illud in caſu collectarum procedatur executive, ſine figura judicii, & levato velo, ideoque non attenditur allegatio immunitatis niſi ſtatim probata, MEV. *p.* 1. *dec.* 149. *n.* 8. COLER. *proc. exec. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 170 & *cap.* 4.

36. *n.* 2. Hoc enim commune eſt proceſſuum executivorum, quod exceptiones altioris indaginis, aut non plane manifeſtæ rejiciuntur poſt executionem, COLER. *d. tract. p.* 3. *c.* 1. *n.* 4. Atque in vim cataſtri rite confecti, appellatio à

37. debitore interpoſita ſine metu attentatorum rejicitur, & debitor licite ad ſolutionem adigitur, CACHERAN *deciſ.* 86. *n.* 4. BALD. *conſ.* 138. *n.* 5. *lib.* 1. ſicut in genere appellatio in collectarum cauſa non proficit perſonis oneribus obnoxiis, GUTIEREZ *de Gabell. quæſt.* 171. Ratio eſt, quia immunitas non

38. præſumitur, quin potius omnis perſona omneque prædium regulariter oneri tributorum cæterarumque penſitationum ſubjacet, ita ut fundi ſui exemptionem prætendens, non audiatur, niſi dilucida probatione ſuam ſubſtruxerit intentionem; Et naturalis libertatis allegatio hoc caſu nihil juvat, 39.

nec & illud quod ſteuræ & collectæ ipſis fundis quamprimum in rerum natura fuerunt, non inhæſerint. Nam hæc omnia pro moderno rerum ſtatu, univerſali conſuetudine vim legis habente ſunt reſtricta.

Cataſtrum habens vitium viſibile 40.

eſt nullum omnique vi caret, nec quicquam operatur pro eo præſumtio, quæ contrariam probationem admittit, puta, ſi oſtendatur fraus & dolus, cum & ſententiæ ex ejusmodi falſis allegationibus impetratæ retractentur, *l. ex falſis* 42. *C. de transact. tit. C. ſi tut. vel cur. falſ. alleg. & decreta ſunt nulla. l.* 26. *ff. de tut. & curat. dat. l.* 5. §. *ſi æs. ff. de reb. eor.* Nec confirmatio Superioris vires dare po- 41.

teſt ejusmodi æſtimis per ſe nullis manifeſte inæqualibus, adeoque retractandis, WESEMBEC. *conſil.* 103 *n.* 28. Nam talis confirmatio actui nihil addit, ſed actum, prout eſt firmus, roborat, ideoque turpia, fraudulenta, nulla & iniqua nunquam intelliguntur à Principe confirmata, ſed ea ſaltem, quæ à principio ſua nitebantur validitate, *Id. d. conſ. n.* 29. Sequi- 42.

tur ergo, concedendam eſſe facultatem emendandi cataſtrum, ut inique gravatorum omnis excludatur querela, cum iniquum ſit, alium

præ alio exactionibus gravari, *l. pen. C. de annon.* Et ſicut æquitas in tributis æqualitatem, ſic & iniquitas exorbitantiæ remedium poſcit.

Æqualitas onerum ſemper in
43. hac materia inculcatur, ſicut in permultis Receſſibus Imperii matriculæ mentio fit, ut res ad æqualitatis terminos reducatur. Hoc ergo merito inferiores civitates ſequuntur, quod in univerſo Imperio obtinet, Knich. *in Encyclop. cap. 5.* Prückm. *conſ. 8. n. 27. vol. 2.* Steph. *de jurisd. lib. II. p. 1 cap. 6. n. 328.* Et ſicut ſe habent ſtatu-
44. ta provincialium civitatum ad ſuorum Superiorum ordinationes, ita etiam ſe habent ſtatuta Principum aliorumve Statuum Imperii ad Conſtitutiones Imperatoris & vice verſa, poſt citatos à Klock. *de contrib. cap. 17. n. 131. ad 135.*

Quod & Magiſtratus ex officio
45. nemine petente & inſtante, curare debet, ut turbæ & motus ex inæqualitate tali protuberantes evitentur. Et licet in oneribus ſemper antiqua forma obſervanda, & variatio vitanda, *l. 20. ff. de option. leg.* ſi tamen interveniunt iniqua & exorbitantia, tunc ſemper res ita temperanda eſt, ut nova emergentia novum auxilium capiant, *l. de ætate 12. §. ex cauſa. ff. de interrog. act.* ſicut novis morbis nova opponenda ſunt antidota, *C. cæterum. x. de juram. calumn.* & toties peræquatio facienda, quoties defectorum levamen expoſcitur, *l. omne C. de cenſib & cenſit.* Klock. *de contrib. cap. 17. n. 109. & ſeq.* Mev. *p. 9. deciſ. 130.*

Si jam in perluſtrando & denuo 46.
peræquando cataſtro Magiſtratus certos conſtituat Commiſſarios & Deputatos, qui gravamina inquirentium audiant, de novo menſuram & æſtimationem rite faciant, cauſam cognoſcant, & juxta rerum ſtatum moderationem inſtituant. Tunc autem ejusmodi ſumptus ſuſtinebunt, petentes, puta, 47.
ſi ob errorem ſine culpa profectum, ſeu ob caſum vel cauſam de novo ſupervenientem, ſeu ob quædam antea non prolata, æquioris contributionis emendatio impetretur; Secus eſt, ſi agatur cauſa totius univerſitatis, & licet tum unus vel alter eam ſaltem urgeat, impenſa tamen eſt totius civitatis vel etiam ſi intercedat dolus peræquatorum male verſantium, tunc ſumptus reparationis incumbunt ipſis peræquatoribus, ita poſt Fabr. *lib. IX. tit. 30. def. 1.* Mev. *part. 9. deciſ. 139.*

Ut ergo hujusmodi querelis ob- 48.
viam eatur, quæ ſane in Municipiis & univerſiatibus perquam ſunt frequentes, bene ſibi & Reipubli-

cæ

publicæ conſulet Magiſtratus, ſi ob variationes temporum & rerum viciſſitudines, quovis quinquennio reviſionem cataſtri, & perquiſitionem ſtatus collectarum diligenter inſtituant, juxta monitum KNICH. *Encyclop. cap* 108. *& ſeq. &* MENOCH. *conſ.* 1145. *in fin.* Unde
49 toties de æſtimo ſeu matricula Imperii univerſali reformanda, & collectis ad æqualitatem reducendis conſtitutum reperitur, *R. J. de Anno* 1512. §. Und ſolches. *de anno* 1524. §. *Item* Wiewol. *de anno* 1541. §. Und wiewol *de anno* 1548. §. Und demnach. Et ſi hoc in univerſitate Imp, ita receptum, merito utique inferiores & civitates Provinciales id ſequi debent, PRÜCKM. *vol.* 2. *conſil.* 8. *n.* 27. *lib. IV. Reſp.* 73. *n.* 12.

50. Quæritur: Quid ſtatuendum de modo contribuendi, quo cataſtrum plane omittitur, & unusquisque pro modo facultatum juxta conſcientiam deſignatarum contribuit, vocaturque Gewiſſens-Steur/ Hoc obtinet alibi, ne pateſiant 51.
ſingulorum facultates, neve pau pertatis detegatur vilitas, & invidiæ exponantur divitiæ, *l. 2. C. quando & quibus quart. pars.* ubi á Magiſtratu jubentur ſinguli mediante juramento tantam promittere contributionem, quantam ſe bonorum ſuorum ratione ad indictam ſummam debere intelligant. Quo facto, quisque quotam ſteurarum ſibi ipſi à ſe præſcriptam, in arcam conjicit publicam, neque ad ullius notitiam pervenit, quantum à ſe collatum fuerit, niſi quod teſtem habeant conſcientiam ſuam. Qui modus licet optime commendetur à NICOL. MARCHIAVEL. *lib.* 52.
I. de Republ. cap. 55. Sed omni periculo non caret, maxime depravatiſſimo & conclamato hoc ſeculo, ubi ſi conſcientiis ſaltem tribuenda fides, tenuia & exigua invenirentur æraria contributionum. Vid. ZIEGLER. *de Jur. Majeſt. lib.* II. *cap.* 3. §. 33.

Caput XLVI.

DE RATIOCINIIS ADMINISTRATORUM MUNICIPALIUM, Stadts-Rechnungen.

SUMMARIA.

1. *Calculorum uſus apud veteres in ſubducendis rationibus.*

2. *Calculum addere in pronuncianda sententia.*
3. *Calculus unde dictus?*
4. *Ratiocinii summa quomodo instituenda?*
5. *Neglectus reddendarum rationum reipublicæ perquam est nocuus.*
6. *In Municipiis ea officia maxime expetuntur ubi acceptorum & expensorum habetur ratio.*
7. *Proverb.* Es ist kein Amt so gering es ist Henckens wehrt.
8. *In quos applicandum hoc proverbium?*
9. 10. *Magistratus officium in dispungendis rationibus administratorum civitatis.*
11. *Libri rationum.*
12. *Administratores posthabita perfecta annotatione præsumuntur locupletati ex publico.*
13. *Rationes quomodo non reddendæ?*
14. *Rationes in folle redditæ quæ?*
15. *Non reddendæ in foliis.*
16. *Rationes quomodo reddendæ?*
17. *Omnis confusio & inordinatio in rationibus evitanda.*
18. *Rationes in Municipiis quando reddendæ.*
19. *Cur non finito officio æque ac in tutela reddendæ rationes.*
20. *In omnibus ratiociniis tempus præsumitur annuum.*
21. *Consilium pro receptoribus civitatis si Magistratus sit negligens in recipiendis rationibus.*
22. *Ubi reddendæ rationes in Municipiis?*
23. *Expediret ut rationes publicæ in publico præsente omni volente redderentur.*
24. *Quid si administratores dicant librum rationum esse perditum.*
25. *Custodire debenti, non creditur si juraverit se amisisse.*
26. *Liber manualis Diarium,* Journal/Kladde/ *concordare debet, cum Magisteriali,* Haupt-Buch.
27. *Solennia ad formationem libri rationum continent* (1.) *titulum.*
28. (2.) *Data & accepta.*
29. (3.) *Annum & diem.*
30. *Probatio rationum per syngrapha.*
31. *In summis minoribus non exigendæ probationes. Magistratus arbitrium in rationibus reddendis.*

32. *Administratoribus rei pecuniariæ, in Municipiis minus indulgetur quam tutoribus.*
33. *Probatio expensarum per conjecturas non existentibus apochis.*
34. *Consignanda sunt à prædecessoribus recepta*, Uberschuß.
35. *Cancellationes & inductiones in libris administratorum non admittendæ.*
36. *Etam leviores in parte essentiali.*
37. *Peregrina manus, charta diversa, & atramentum non unius coloris suspicionem inducunt contra administrantem.*
38. *An heres administratoris ad juramentum suppletorium admittendus.*
39. *Cautelæ circa rationes defuncti administratoris observandæ.*
40. *Rationes semel redditæ non reiterandæ.*
41. *Interveniente dolo & metu, rationes in rem judicatam non transeunt.*
42. *Idem in errore calculi.*
43. *Cautela pro receptoribus pecuniæ civitatis, ad evitandas clamantium è populo voces.*
44. *An Princeps à Senatu Municipali editionem rationum exigere possit?*
45. *Reditus civitatis sunt ejus bona propria, in quibus nihil habet Princeps, quoad proprietatem.*
46. *Immemorialis præscriptio vim habet privilegii etiam in hoc casu,*
47. *Annuæ rationes ostenduntur tribunis.*
48. *Editio istarum rationum non probatur ex subjectione homagiali.*
49. *Summæ potestati Principis quæ ad bonum publicum vergit, multum tribuendum.*
50. *Quod Magistratus Municip. potest, id multo magis Principi concedendum.*
51. *Interest Principis, ut publicum sit salvum.*
52. *Non valet argumentum à Municipiis ad Civitates Imperii in hoc passu.*
53. *Civitates in perpetua tutela sunt, quarum tutor supremus est Princeps.*
54. *Consilium pro Magistratu, si Princeps absque ulla suspicione rationes edi petat.*
55. *Præsumptio pravæ administrationis omnes excusationes convellit.*

56. *Dilapidatis Municipii bonis ejus onus ferre tenentur reliqui de provincia.*
57. *Princeps Wurtenbergicus statis temporibus Municipalium suorum acta & gesta per Commissarios examinat.*
58. *Examen rationum à Principe factum cautos reddit administratores.*
59. *Rationes coram membris ipsius Magistratus plerumque saltem dicis gratia fiunt.*
60. *Exemplum civitatum Marchio-Brandenburgicarum.*
61. *Editio rationum Principi facta non arctat privilegia civitatis.*
62. *Non est servile & vile rationes publicas edere.*
63. *Exempla splendidarum civitatum quæ ejusmodi ratiociniorum modum non detrectant.*
64. *An consuetudo in contrarium reddat civitatem ab hac exhibitione rationum immunem?*
65. *Natura consuetudinis negativa.*
66. *Jura incorporalia quatenus acquirantur?*
67. *Optimum remedium pro evitanda Principis censura in rationibus civitatis.*
68. *Modus reddendi rationes civitatis apud Lippienses.*

1. Olim calculis subduci rationes solebant, hinc in illa materia semper calculi mentio fit, & sæpe calculus pro ipsis rationibus sumitur; Erant autem calculi lapides minuti quos antiqui in manu tenentes, numeros componebant;
2. Vel etiam, quibus in urnam conjectis sententias & suffragia in consiliis & judiciis, utebantur, ubi albi absolutionem, nigri vero condemnationem indicabant, unde proverbium exortum, *calculum suum addere*, id est approbare, vel in eandem sententiam ire, Hadr. Jun. *adnimadvers. lib. II.* Sed etymon calculi est à *calce*, ejusque diminutivum & pro lapide sumitur. Isidor. *lib. XVI. c. 3.* Hinc calculare, idem quod calculis numerare, vel rationem inire, & calculator, qui calculis numerat, ut apud Martial. *lib. X.* Nec calculator nec notarius velox majore quisquam circulo coronetur. 3.

Hæc ratiocinii summa, cujus mentio fit *in l. 4. C. de collat. fun. patrimon.* ita in Municipiis instituenda, ut de eo quod expensum & ex administratione reliquum est, legitime & rite appareat, quia dandæ non solum rationes, sed reliqua, quæ ex iis super- 4.

persunt, restituenda sunt *l. Boves 89. §. 2. ff. de V. S.*

5. Unicum ergo necessarium pro conservando ærariolo Municipiorum & pro excitanda diligentia & fidelitate præfectorum rei nummariæ, in eo consistit, ut proceres civitatis de exigendis rationibus sint exacti; Nihil enim & Principum & Rerumpublicarum facultates magis extenuat, quam rationum reddendarum neglectus HERESBACH. *de republ. Christian. administr. cap. 9.* Testatur & experien-
6. tia, quæ secundum WAREMUND. *ab* ERENBERG *in præfat. de fœderib.* est stultorum magistra & pœnitentiæ comes, in quantum ab extenuatis civibus, quorum res familiares, tabe laborant, sæpe expetantur officia talia in Municipiis, ubi acceptorum & expensorum ratio habetur, & quod qui in tali administratione sunt constituti, sedulo præcavere soleant, ne sibi, suisque & maxime domesticis non prospiciendo, infidelibus deteriores fiant. Verissimum
7. quoque, quod vulgo dici solet: Nulla muneris publici functio tam exiguæ commoditatis est, in qua non possit committi crimen expiandum suspendio. Es ist kein Amt so gering / es ist Henckens wehrt / quod tamen dictum non esto de bonis & justis officiariis, qui optima laborum & virtutis præmia merentur, sed de iis qui 8.
rem propriam meliorem cum detrimento Reipublicæ reddere solent; Proverbia enim facta sunt à communibus eventibus, & in iis applicandis desiderantur illa, quæ secundum POMPON *in l. 3. ff. de LL.* ut plurimum accidunt. Hinc 9.
Magistratus ratiocinia præfectorum propriis oculis diligenter inspiciat, nihil in illis examinandis temere credat, vel alii quid committat, ea potius relegat, cognoscat, dispungat, & conferat data & accepta, ut explorari possit, imputationes probe an improbe referantur, accepta recte relata an non recte, ut rectissime monet CALLISTRAT. *l. cum servus 82. ff. de condit. & demonstr.* Atque sic 10.
cognoscat an rationes calculo respondeant, & quæstores porro administrationi cum utilitate civitatis & civium præfici possint, vel secundum Evangelistam *Luc. 16.* à dispensatione sint amovendi.

11. Conficiendus hinc est, ab administratoribus liber rationum, vel inventarium, in quo omnia data & accepta nominatim & singulariter scribi debent, quæ nisi fiant, non solum postea ratio convenienter reddi nequit. *l. comperimus ibique* BART. *C. de Navicular. l. 2. §. quod de frumentaria ff. de administr.*

rer. ad civit. pertin. l. 1. *C. de apoch.* ſed & perfecte non omnia notantes, in dolo eſſe præſumuntur ac puniuntur *l. Excellentia C.*
12. *de erog. milit. ann.* & ex hujusmodi publica adminiſtratione præſumuntur eſſe locupletati, hanc autem præſumptionem, & ſiniſtram ſuſpicionem declinant, ſi bona & exacta reddatur adminiſtrationis ratio ut *præced cap.* indigitatum eſt. Los. *de Jur. univerſ. part.* 3. *cap* 19. *n.* 17. Knipschild *de civ.*
13. *Imp. lib. V. cap.* 10. *n.* 7. Reddendæ porro ſunt rationes non obſcuræ, nec in folle *d. l.* 28. *ff. de*
14. *condit. & demonſtr.* In folle autem rationes reddere, proverbialiter dictum de iis, qui pecuniam in marſupio oſtendunt, nec qualis quantive ſit, ſciri volunt, Erasm. *Cent.* 9. *Chiliad.* 4. *proverb.* 37. nam follis, quia ex pelle & corio conficiebatur, pro receptaculo nummorum erat, de quo *ſupr. lib. I. cap.* 3. *n.* 33 neque in ſacco *l.* 3. §. *ſi plus ff. de ſtat. liber.* neque ſub nube Socin. *conſil.* 73. *n* 4 *vol.* 2. neque ſub volucro Molin. *conſuet.*
16. Paris. §. 6. *Gloſſ.* 6. Sed omnibus, quæ accepta & expenſa ſunt ſigillatim & in ſpecie deſcriptis & juxta ſe poſitis *d. l.* 2. C. per ſingulas partes & ſpecies declarando quid, unde, ex quo facto, ex qua cauſa, quo die, à quo & cui datum ſit & acceptum Wesemb. *conſil.* 47. *n.* 14.

Cæteroquin ſi confuſe, perplexe inordinate, imperfecte & negligenter ſcripta ſunt ratiocinia, tunc vitioſiſſima ſunt, ut pulchre notavit Cottm. *vol.* 3. *conſil.* 8. *n.* 55. *&* 56. De tempore rationum reddendarum ſciendum, quod in quoque Municipio illud conſtitutum ſit annuatim ſtata die, & ſi adminiſtratores, tunc illas non reddiderint, quia dies interpellat pro homine, conſtituuntur in mora Molin. *de juſt. & J. p.* 1. *cap. fin.* Niſi juſta & probabilis cauſa ſit, quæ excuſationem inducat.

Quamvis tutores de jure civili finito negotio tutelæ ad rationes obſtricti ſint, *l.* 1. *ff. de admin. tut. l.* 3. §. 6. *ff. de ſuſp. tut.* §. *fin. J. de Att. tut.* & inde argui poſſit, æque curatores bonorum civitatis ceſſante demum officio, ad rationes obſtringendos eſſe; Hoc tamen ſimile in illo tertio non procedit, quia tutela certo tempore finitur, non autem adminiſtratio bonorum Municipii. Nec ulla re magis confuſio tollitur quam maturis annuisque rationibus, unde & illud tempus in omnibus adminiſtrationibus intelligitur, licet partes de eo expreſſe non convenerint Mev. *ad jus Lubec. part.* 2. *tit.* 3. *princ. n.* 22.

ſed

21. Sed quid facient receptores pecuniarum civitatis, si Magistratus sit pertinax & in mora recipiendi rationes? Tunc ad evitandam futuram calumniam, & cursum usurarum, hoc denunciandum est Magistratui vel iis coram quibus rationes reddi solent, qualiter parati sint, quod si adhuc dispungere detrectet, tum peti poterit, ut calculatores nominentur, coram quibus libri rationum exhibendi, & examinandi, & si quid sit in reliquo, quod Magistratus recipere noluerit, id poterit penes sequestrum publicum deponi, quam praxin suggerit MIN. ESCOBAR. *de ratiocin. cap. 6. n. fin.*

22. Reddendæ sunt rationes in loco administrationis *l. 1. C. ubi de ratiocin. tam publ. quam privat. agi oport.* quia illic leviori negotio, & per testes & per documenta verificatio rationum institui potest, CHRISTIN. *vol. 3. decis. 162. n. 1.* MEV. *p. 5. dec. 299.* Et aptum esset cuique Municipio, ut consilium BOBADILLÆ. *in polit. lib. V. cap. 4.*
23. *n. 5.* in praxin deduceretur, nimirum ut rationes publicæ non privatim dispungantur, sed in domo publica apertis januis, nullo ex popularibus, qui rationibus adsistere velit, excluso, ut quisque de dolo, fraude & errore, ab officialibus animadvertere possit, ESCOBAR. *d. tract. cap. 7. n. 62.* Nec & iniquum esset, ut cuilibet de populo, volenti & petenti, si non copia ejusmodi rationum, saltem inspectio earum concedatur, quod tamen in alio loco quam in curia non permittendum ESCOB. *cit. loc.*

Libri rationum in tantum de essentia administrationis sunt, ut 24
si administratores dicant, librum confectum esse perditum, illis non credendum, nisi probent, casu fortuito esse ammissum; Nam qui ejusmodi librum conficere tenetur, & ad ejus exactam custodiam obligatus est, quam si non exhibeat, semper eum præsumitur occultare, & supprimere, non vero pedidisse. ANCHORAN. *consil. 316. n. 4.* NICOL. *de* PASS. *de priv. script. lib. IV. cap. 7. n. 36.* Nec 25.
ejus juramento statur, quia quoties quis rem aliquam custodire debet, non statur ejus juramento, dicendo se illam perdidisse, sed necessario casum probare tenetur. FELIN. *in cap. Accepit de fid. instrum.* GRAT. *cons. 23. n. 10.* Quo & in casu heres vel successor in dolo esse præsumitur, atque contra eum in litem jurari poterit. FRANCISC. MAR. *decis. 145. per tot.* MOLIN. *de consuet. Paris. §. 1. Gloss. 6.*

Conficiendus quoque est ab ad- 26.
ministratoribus liber manualis sive dia-

diarium, *Journal*, dictus nobis **Kladde**/ ex quo in librum magisterialem **Haupt-Buch**/ nitide transcribendæ sunt rationes: Manuale enim vel Journale habetur loco prothocolli, sive originalis, ex quo formandus liber magisterialis, unde cum ambo non concordant in facto, serie, & substantia formali partitarum, tali libro magistrali minime est standum ESCOBAR. *d. tract. cap. 10. n. 37.* Sed suboritur suspicio doli malæque fidei ALCIAT. *Resp. 64. tom. 2. lib VI. n 6.*

27. Nec sufficit, ut quocunque modo per rapsodiam in chartam conjecta sint data & accepta, sed certæ solennitates adsint necesse est (1.) Ut præmittatur titulus v. gr. **Ein-Nahme und Aus-Gabe der Stadt.** *N. de anno &c.* DEC. *con-*

28. *sil. 21. n. 1.* (2.) Contineat liber talis data & accepta distincte, ut appareat quando, quid, unde, cui sit datum & acceptum STRACC. *de Mercatur. p. 2. n. 56.* quo facit *l. 1.*

29. *§. 2. ff. de tut. & rat. distr.* (3.) Ideo omitti non debet annus & dies; ne inde incertitudo oriatur GARS. *de expens. cap. 20. n. 23.* Qui libri si ejusmodi requisitis destituatur, magna contra administratores exsurgit præsumptio oscitantiæ, vel etiam doli MOLIN. *ad consuet. Paris. Gloss. 6. §. 6. n. 14.*

Libro debite inscripta probari 30. debent esse vera, quæ probatio magis per syngrapha, quam per testes fieri solet, ubi minutiæ non attenduntur, at enim nimis dure cum administratore non agendum, nec rationis receptio esse debet nimis scrupulosa, *l. servus. ff. de leg. 1.* MENOCH. *de arb. jud. lib. II. cas. 209. n. 34.* & sunt admittendi sumptus bona fide facti, *l. 1. §. sed nonnullus. ff. de tut. & rat. distrah.* nec in quavis minima summa 31. ma exigendæ sunt probationes, Id. *cas. 178.* Quia difficile est, perfecte rationes reddere, ut ait SOCIN. *consf. 159. n. 6. in fine lib. II.* ubi multum committitur arbitrio Magistratus, prospecta fide & integritate eorum, qui expendunt, quatenus de qualitate expensarum arbitrandum, an eæ admittendæ vel rejiciendæ sint, MENOCH. *d. cas. 209. n. 12.* GARSIAS *de expens. cap. 20. n. 23.*

Interim nihil quicquam tribuen- 32. dum est ignaviæ & oscitantiæ, ne quid damni Municipium patiatur. Nam si in leviusculis tutori indulgetur, ex eo est, quia ejus opera utplurimum est gratuita. Ast in administrationibus publicis non deesse solet salarium, quod ad exactissimam diligentiam adstringit, PRÜCKM. *tom. 1. consf. 3. in princ.*

Quod si expensæ factæ, de qui- 33. bus

bus apochæ non exſtant, probatio deſumi poterit per conjecturas & alia argumenta fidem facientia. Sic ædium publicarum refectiones oculari inſpectioni ſubjacent, & quantitas expenſarum per peritos rei architectoriæ dijudicari poterit, MOLIN. *ad conſuet. Pariſ. tit. 1. Gloſſ. 6. §. 6. n. 31.* GARSIAS *de expenſ. & melior. cap.* 20. *n.* 23. Sic & reliqua vetera ſoluta præſumuntur, ſi tres noviſſimæ apochæ oſtendantur, *l. 3. C. de apoch. publ.* PALADOR. *rer. quotid. lib. II. cap. fin. part. 5. §. n. 21.*

34. Debent ſimul adminiſtratores reditus, quos prædeceſſores eorum perceperunt, ſed non reſtituerunt, den Uberſchuß von voriger Rechnung / diligenter conſignare, alias ad intereſſe tenentur, perinde ac ſi non legitimum confeciſſent inventarium, FAB. *Cod. lib. V. tit. 31. def.* 6.

35. Libri tamen iſti liberi eſſe debent à cancellationibus, inductionibus, virgulaturis & ſuperinductionibus, quæ ſuſpicionem inducere ſolent contra ſcribentem, STRACC. *de mercatur. pare. 2. n.* 63. Imo

36. licet tenues ſint, maxime ſi appareant circa eſſentialia rationum, puta ſummam acceptorum & expenſorum, C. *ex literis x. de fid. inſt.* NIC. de PASSER. *de priv. ſcr. lib. I. qu. 6. dub. 2. n.* 1. Eandem ſuſpicionem inducit peregrina manus, charta diverſa & atramentum non unius coloris adhibitum, maxime iterum in parte ſubſtantiali, DN. STRYCK. *de caut. contract. Sect. 1. cap. 6 §. 9.*

Si quæſtio oriatur poſt mortem 38.
adminiſtratorum, tunc communis opinio eſt, juramento ſuppletorio non adſtringi heredes, quia mors vim obtinet juramenti, DECIUS *in l. 1. n. 2. C. de edend. & conſ.* 151. non enim præſumendum, quod tempore mortis mendacium in libro rationum à ſe ſcriptum non declaraſſet, licet enim quilibet moriens, ut ajunt, non præſumatur Joannes Baptiſta, non tamen & præſumendum, quempiam decedere immemorem ſalutis æternæ, *l. fin. C. ad L. Jul. repet.* Nec 39.
adeo ſimpliciter hoc caſu deciſioni locus eſt, ſed videndum potius, an ſumma de qua agitur, ſit enormis vel modica, GRATIAN. *lib. I. Reſp.* 81. *n.* 6. an mortuus talis ſit homo integræ vitæ & famæ, qui ſolitus fuit ſcribere veritatem & an in ſcriptura contineatur cauſa debiti, PAPÆ *Deciſ.* 441. *n.* 6. CRAVETT. *conſ.* 73. *n.* 41. an liber ab adminiſtratore defuncto confectus, omnibus requiſitis ſuis conſtet, an ex operis evidentia appareat, veriſimiliter tale quid expendi potuiſſe, cæteræque conje-

ctura adsint militantes, pro scribente jam mortuo. BALD. in rubr. C. de fid. instrum. n. 34.

40. Semel rationibus legitime dispunctis illæ iterum reiterandæ non sunt, ut evitetur processus in infinitum, neve rationes immortales efficiantur, ESCOBAR. d. tract. cap. 41. n. 1.

Nam rationes semel calculatæ, habent pro se præsumptionem, quod rite recteque dispunctæ fuerint, hinc qui probare contrarium in se suscipit, id perspicue facere debet,

41. ESCOB. d. cap. 41. n. 28. Ergo si interveniat dolus vel error, is quocunque tempore reformari & corrigi potest, licet in rem judicatam transierint rationes, adhuc tamen prætextu vis, doli, metus vel fraudis [revideri iterum poterint, quia sententia juris reservatoria jus partium conservat, BALD. in l. cum eorum. n. 2. de sent. & interloc. omn. jud. Nec veritas rerum gestarum erroribus vitiari non debet, l. 6. §. 1. ff. de offic. præs. SCAC. de commerc. & Camb. §. 1. quæst. 7. p. 2. ampl. 19. n. 72. MENOCH. lib. II.

42. præs. 19. n. 9. Error autem in calculo commissus nunquam facit transire sententiam in rem judicatam, l. 36. ff. fam. l. ercisc.

43. Cautela itaque est pro administratoribus ad evitandas clamantium è populo voces, & pro obtinenda plenissima rationum securitate, ut sibi constitui petant, à Magistratu calculatores sive deputatos tam ex Senatu quam ex tribunorum collegio, qui populum repræsentant, ut coram iis rationes reddantur, earumque exempla oppidanis ad contradicendum cum termino communicentur, & si nihil obveniat justæ querelæ, administratores finali Magistratus calculo confirmato & subscriptione liberentur. Quam suggerit ex NATTA cons. 259. lib II. HEIG. q. 20. n. 16. & seq. & secundum quam aliquoties judicatum dicit.

Subjungo hic quæstionem non uniformi calculo à Dd decisam, an nimirum Princeps à Senatu civitatis Municipalis editionem rationum exigere possit? Quod negant MEV. ad Jus Lubec. p. 2. tit. 3. n. 29. & seq. STEPH. de jurisd. lib. II. p. 2. cap. 2. n. 164. HESER. de ration. redd. loc. 3. n. 12. KLOCK de contribut. cap. 11. n. 49. COTTM. vol. 3. d. cons. 8. n. 1. KNIPSCH. de civ. lib. V. cap. 10. n 14. HEIG. d. qu. 20. n. 13. MAUL. de homag. tit. 13. GODEN de jure civit. cons. 1. & 2. ac in ordine cons. 30. & 31. ZIEGLER. §. Landsassi in limit. n. 33. Hisce præcipue moti rationibus, quia proventus hi sunt bona civitatibus propria, l. 6. §. 1. ff. de rer. div. l. 1. §. 2. de acquir. poss.

44. (margin, at "Subjungo") · 45. (margin, at "Hisce")

sess.

l. 1. §. 2. ff. quod cujusq. univ. nom. quæ utique pejori loco esse non debent, quam privati cives, à quibus exigere bonorum suorum rationem non permissum est à Magistratu, *cit. Auct. dict. locis*, Principes ergo non esse dominos redituum & proventuum civitatis,
46. quoad proprietatem. Deinde & Municipia in immemoriali temporis præscriptione se fundare solent, ut Consules saltem & Senatores rationibus præsto sint, quæ possessio vim specialis privilegii ha-
47. bet *cap. super quibusdam 26. §. præterea x. de V. S.* Rationes annuæ tribunis semper ostensæ, quibus nihil oppositum & administra-
48. tores semper liberati sunt. Non sequi jus illud ex subjectione homagiali & juramento fidelitatis præstito, quia tali consequentia admissa, etiam sequeretur, quod Princeps Imperii teneretur, admittere Imperatorem ad interessendum rationibus ipsi Principi reddi solitis, Göden. *d. cons. 30. n. 5.*

Verum tot DD. auctoritate salva summa Princip. in subditos potestas,
49. quæ ad bonum publicum vergit, aliud statuere suadet. Si enim Magistratus Municipalis potest à tutoribus suæ jurisdictioni subje-
50. ctis petere rationum pupillarium exactionem, quidni & illud poterit Princeps de rebus ad universitatem pertinentibus, ut quæ statum publicum totius Reipublicæ propius attingunt, & curam supremi Imperii arctius afficiunt?
Nam interest Reipublicæ totius, ut 51.
Municipia singula ad communem scopum res suas administrent, & sicut curæ Magistratus Municipalis incumbit prospicere, ut res civium salvæ sint, sic & Domini territorii est, invigilare, ut Civitatum provincialium administratio ab omni prava suspicione sit libera, Dn. Schilter. *exerc. 50. §. 33.*
ubi miratur, Mevium contrariam 52.
opinionem fovere, ducto quidem argumento á civitatibus Imperialibus ad Municipales, quia id Imperatori non permittitur in illis, hinc nec Principi id jus concedendum in his, respectum enim esse illarum ad Imperatorem, qualis Provincialium erga suos est Principes, *d. p. 2. tit. 8. n. 26. ad J. Lubec.* excidisse ait Schilt. hoc genus arguendi summo JCto. Cum ab iis civitatibus, quæ tali libertate statuum Imperii gaudent consecutionem nectere ad Municipia, quæ tali libertate regulariter destituta sunt, ratio juris non
patiatur. Quinimo ipsæ civitates 53.
pupillorum jure fruuntur, & in perpetua esse tutela censentur, *l. Rempublicam 3. C. de jur. Reip.* Everh.

à

à Middelb. *loc.* 66. *à Pupillo ad Rempublicam*; Ex quo jure adminiſtratores civitatis pro tutoribus vel curatoribus habendi, Göden. *conſ.* 31. *n.* 2. qui fortiori adhuc ratione ob publicum ſuprematus characterem Principi impreſſum, ipſius tanquam ſupremi tutoris inſpectioni & cenſuræ ſubjacent, bona enim privati pupilli non tanto nexu tangunt bona civitatis, quam hæc ſtatum Reipublicæ totius, Dn. Schilt. *cit. loc.*

54 Itaque ſi Princeps mandet motu proprio, absque ulla ſuſpicionis & perverſæ adminiſtrationis civicæ labe, ut rationes ipſi communicentur, ſubmiſſa ſupplicatione facile impetrabit Magiſtratus, ne novitate tali civitas gravetur, maxime ſi ſimul fiat oblatio quibuscunque civibus deſuper querenti-
55 bus ſatisfaciendi. Si autem relevans adſit præſumtio pravæ adminiſtrationis, nemo dubitat, quin æquiſſimum ſit, Principem ſeu patrem patriæ Reipublicæ commodum procurare & damnum ex illa reſultans præcavere, Heig. *d. qu.* 20. *n.* 16. Ziegler. *d. limit.* 1.
56 *n.* 41. Sic etenim omnes excuſationes convelluntur. Dilapidatis Municipii bonis, aut univerſitate ære alieno gravata, onera ejus in ſingulos cives cedunt, & ſuperioris conditio, quoad proventuum ſolutionem & operarum præſtationem, fit deterior, hinc maxime Domini intereſt, in rationes civitatum Municipalium eo caſu inquirere, Guid. Pap. *deciſ.* 631. *n.* 1. Steph. *d. tract. p.* 2. *lib. II. cap. n.* 65. & 179.

Teſtatur Knipsch. *de civit. Imp. d. lib. V. cap.* 10. *n.* 12. in Ducatu Würtenbergico Principem ſtatis temporibus decernere ſolere viſitationem generalem, eine Landes-Viſitation, & per Commiſſarios ſuos civitatum Municipalium acta & geſta examinare, in rationes tam tutelares quam univerſitatis inquirere, gravamina ſubditorum & audire & exaudire, atque ſi quid fraudulenter commiſſum, debita pœna coercere, Myler. *de ſtat. Imp. conc.* 47. *n.* 4. Tum & 5
adminiſtratoribus pecuniarum civitatis, ſi ex tam præeminenti collegio rigoroſum aliquod examen rationum ipſis imminet, hoc pacto manus ligantur, ne diutius in bonis civitatis graſſentur, *arg. l. fin.* J. *de ſuſp.* & alii periculo iſto perterriti cautiores redduntur. Po- 5
tius ſi rationum redditio ſaltem coram membris Magiſtratus & civitatis peragitur, parum ſtudii videmus circa earum inquiſitionem impendi, & pleraque dicis gravia, in hoc negotio peragi, Princeps vero majori ſeveritate vitia

&

& fraudes detegere, atque malum hoc ne instar gangrenæ serpens totum inficiat corpus, neve pars sincere trahatur, justo tempore resecare potest. Dn Stryck *in eleganti dissert. de jur. Princip. circa rat. civit. cap. 4. n. 14.*

60. Refert illic exemplum Marchiæ Brandenburgicæ, ubi vix Municipium deprehensum ait, quod non sub æris alieni onere ingemiscens, fatisceret, patrimonium curiæ omne, inertia ac luxuria exhaustum, ædificia publica ruinam minata, templa scholasque de tristi civitatis statu testata esse, atque illis qui olim pecunia sua, necessitates publicas sublevarant, præter actionem inanem non aliud fuisse solatium, quam spem meliorum temporum, sed eam lætissime affulsisse, postquam Augustas curas Serenissimi ac Potentissimi Electoris ad se pellexit misera ista facies, ac correcta veterum rationum confusione, certa regendi formula Senatui præscripta.

61. Qui mos sane privilegia civitatis non arctat, multa potius incommoda inde arcet, & optandum, ut undique hic modus sini-
62. stras de subversa pecunia publica suspiciones removeret. Nec est quod Senatus Municipiorum regerere possit, vile nimis & servile esse ad rationes compelli à Principe, nam accurata earum redditio comitem habet gloriam fidelis administrationis, fraudulenter autem & desidiose gesta, pœnam & ignominiam. Quin & splendidæ civitates 63.
liberis Imp. Civitatibus vix cessuræ, ejusmodi rationum redditionem non detrectant; Sic Gedanum celebre Prussiæ emporium, Regi Poloniæ rationes administrationis reddit Dn. Stryck. *cit. dissert. cap. 2. n. 18.* Idem facit civitas Norimbergensis coram Secretrio Principis in præsentia sex civium. Brückner. *dissertat. de ratiocin. p. 30.* De praxi in Ducatu Wurtenbergico observata, supr. *n. 57.* memoratum est, idem tradit de Nassovicis civitatibus Heser *de ration. loc. 3. n. 21.*

Sed quæritur, an non Munici- 64.
pium contra hanc rationem exactionem munitum sit, confugiens ad longævam consuetudinem? Casum hunc discutit Munotz. de Escobar. *de ration. administr. cap. 42. n. 2.* statuendo tunc Principi obstare consuetudinem in contrarium receptam, si per cives vel concilium loci, Domino rationes revidere volente, prohibitum fuisset quo minus revisio fieret per judicem Commissionis, & Principem huic prohibitioni acquievisse. Hæc 65.
enim natura est consuetudinis negativæ, ut duo hæc necessario simul

 mul

mul concurrant, ſcilicet contradictio ex parte populi, & patientia ex parte Domini, alterum ex requiſitis his ſi deficiat conſuetudi-
66. nem talem non ſuſtineri. Nec jura incorporalia negativa aliter præſcribi & acquiri poſſunt, niſi à tempore prohibitionis & patentiæ adverſarii, *Dd. in l. qui luminibus ff. de ſerv. urb. pr.* Eo magis adhuc ſtabit argumenti hujus vigor pro partibus Principis ac Dni territorialis ob fundatam ejus intentionem reſpectu jurisdictionis in toto Regno vel principatu *l. deprecatio 9, ff. ad L. Rhod. de jact. l. bene C. de quadrienn. præſcr.* GUID. PAP. *deciſ.* 631. *n.* 12.

67. Optimum ergo pro evitanda hac Superioris cenſura remedium Municipiis reſtat, ut eorum Magiſtratus circa diſpungendas rationes ſeſe tam exactos præbeant, neque querelæ inde ad aures Principis prolabantur, neve de pravo regimine ſe ſuſpectos reddant, quia hæc plerumque ſolet eſſe cauſa movens iſtius examinis; Ibi enim inſolita contingunt non iniqua, ubi iniquitas prædominatur non inſolita.

Apud nos per receſſum inter 68
Dominos territoriales, & Civitatem de anno 1691. initum vulgo der Landsherriſche Receſs cautum & placitum eſt §. 7. Wegen Abhörung der Rechnung vom Acciſe-Gülden / Renten und Einkommen der Stadt / iſt gleichfals verabſcheidet / daß ſolche Rechnung auf Montag nach Palmarum, wie bishero alſo auch ferner gehalten / und die Landesherriſche Beamten allemahl darab zeitig vorhero durch den Stadt-Magiſtrat verwiſſiget / und dabey im Namen beyder hoher Lands-Herren præſent zu ſeyn / und dahin zu ſehen / daß beſagte Rechnung in eine richtige und klare Form vom Empfang und Aus-Gabe gebracht / und alles ordentlich abgethan werde / ſie auch darab nöhtigen Fals unterthänigſt und unterthänig berichten ſolten.

CA-

Caput XLVII.

DE MUNICIPIORUM JURE CUDENDI MONETAM MINOREM.

SUMMARIA.

1. *Indigentia humana & permutatio sunt origo commerciorum.*
2. *Permutationis incommoda.*
3. *In terris exoticis nummorum vices varie supplentur.*
4. *Monetæ utilitas. Moneta à monendo.*
5. *Pecunia à pecude.* Geld à gelten.
6. *Nummus unde dictus?*
7. *Pendere argumentum.* Pfenning.
8. *Nummorum impressio antiqua.*
9. *Jus monetæ est proprium Principis.*
10. *Ossibus Principis inhæret.*
11. *Inter regalia majora refertur.*
12. *Carolus Magnus in ipso Palatio monetam cudi voluit. Juno monetalis.*
13. *Romæ in templo Junonis fuit officina monetaria.*
14. *Flare monetam. Flatuarii.*
15. *Conflare quid?*
16. *Municipia unde jus monetæ minoris habeant.*
17. Scheide-Münze
18. *Exempla veterum Cæsarum monetam viliorem civitatibus concedentium.*
19. *Cur minoris monetæ fabricatio relicta Municipiis?*
20. Heller *obulus unde dicatur?*
21. *Jus monetandi olim certis familiis concessum.*
22. *Exemplum ex Chronic. Alsatiæ.*
23. *Ordine quodam ac sub certa prærogativa concessum est in Imperio jus monetæ.*
24. *In singulis Imperii circulis non debent plures esse officinæ monetales quam tres vel quatuor.*

25. *Jus cudendi monetam minorem non omnibus Municipiis sed principalioribus concedendum.*
26. *Exempla Civitatum Municipalium Germaniæ inferioris, quibus jus monetandi concessum.*
27. *Magistratus Municipalis monetam à se excusam depravans vel minuens Municipibus tenetur.*
28. *Municipia suis nummis minutis insignia Municipalia imprimunt.*
29. *Impressio imaginis vel signi ad quid faciat?*
30. *Moneta habens signum publicum debet accipi.*
31. *Secus est in moneta alterius Principis. Reprobus denarius non est denarius.*
32. *Municipia non probam si cudant monetam, jus monetæ protinus amittunt.*
33. *Moneta proba quæ?*
34. *Liga unde dicta?*
35. *Moneta ex viliori materia tempore necessitatis cusa.*
36. *Jus monetandi non potest à Municipio locari vel alteri cedi.*
37. *Desuper Constitutiones Imperii.*
38. *Nummi non in alia materia, quam auro vel argento Municipiis obtrudendi.*
39. *Varia genera nummorum apud antiquos.*
40. *Quare moneta non ex vili sed pretioso confici metallo debeat?*
41. *Quale inde damnum civitatibus obveniat?*
42. *De æruscatoribus vulgo* Kipper / Wipper / *remissive.*
43. *Æruscatorum crimen.*
44. *Eorum pœna.*
45. *Adulteratio monetæ cur ita dicta?*
46. *Pœna falsificantium monetas, an etiam teneat eos, qui monetam Municipiorum falsificarunt?*
47. *Argumentum negantium.*
48. *Argumtnta affirmantium.*
49. 50. 51. *Conciliatio harum responsionum.*
52. *In omni delicto puniendo semper quantitas & qualitas rei inspicienda circa quam illud commissum. Exemplum criminis læsæ Majestatis.*

In-

1. Indigentia humana tanta est, atque ita divisæ sunt possessiones super terram, ut quod uni suppetit, ultra suam necessitatem, alter ejusdem rei egeat. Imo integræ regiones abundant in uno, & deficiunt in alio. Qua de causa primitus mercari cœperunt homines sine moneta, omnisque negotiatio in permutatione constitit
2. JUSTIN. Sed quia non semper evenit, ut quod alteri superest alteri desit. *l.* 1 *ff. de contr. empt.* deinde maxima circumspectione & solertia in permutatione opus, cui ne decimus quidem sufficit, tum & maxime inconveniens erat, si in proximo quidem suburbano diversorio aliterpernoctare quis non posset, quam ut bovem aut capram funiculo alligatos pro viatico secum traheret, ut ait ARISTOT. 1. *polit. c.* 9.

3. Imo hodiedum adhuc in multis Indiæ & Æthiopiæ locis conchilia in Abyssinorum regno salis micæ, & piperis grana, loco nummorum adhibentur WAGENSEIL. *dissert. de re monetal. vet. Rom. cap.* 3. *in fin.* addens ibi, quod tradit RENATUS FRANCISC. *Gallicus script. tract. Essay de la merveille de la nature cap.* 29. Esse gentes quæ in rebus emendis, non nisi majorum suorum ossibus utantur, eaque tanto majorem æstimationem accipere, quanto honoratior & rerum gestarum magnitudine celebrior fuit is, cujus corporis olim membra fuêre, Adinventa ergo est monetæ utilitas, quæ omnia ad æquitatem 4.
reducit, commerciorum causa *Id.* 5. *Ethic. cap.* 5. Inde dicta quod moneat, ne quid fraudis in materia, signo vel pondere sit ISIDOR. *lib. VI. cap.* 17. CORAS. *Miscell. lib. III. cap.* 13. *n.* 3. Pecunia di- 5.
citur à pecu, juxta PLIN. *lib.* VII. *cap.* 3. *&* *lib.* XXXIII. *cap.* 3. Quia veteres facultates suas à pecudibus nominabant, eorumque nummi, bove, ove, vel sue fuerunt signati, PLUT. *in Public.* Hinc pecunia sumpta est pro bonis, quia ea precipue in fœtu pecoris consisterent FESTUS; quo facit *l.* 22. *ff. de verb. sign. Germ.* Geldt / à 6.
gelten / valere, æstimare, luere, solvere. Nummus dicitur vel à Numa Rom. Rege, qui eos primum apud Latinos imaginibus notavit, & titulo, nominis sui præscripsit. EUSEB. *in Chron.* CÆL. RHODIG. *Antiq. Rom. lib. X. cap.* 21. vel à *νόμος* quod non natura sed lege consistat ARIST. 1. *polit.* 6. Vel à *nomine*, quod publico nomine & effigie signari soleat. ISIDOR. *lib. XVI. Etymol. cap.* 17. Rude argentum olim solebat 7.
appendi, ut patet *Gen. v.* 16. *Jerem.* 32. *v.* 9. Hinc à pendendo, solven-

do dicitur Pfenning. Sax Penning. Et eo facit pfanden/ fanden pannen/ pignerare, quia qui pignoratur, aliquid pendit MART. LE-
8. XIC. *Etym. voc. Numus in fin.* Antiquitus etiam impressio nummorum fiebat, ad deceptionem evitandam, quæ debebat esse subtilis, & ad contra faciendum difficilis ORESMUS. *de Mutat. monet. cap. 5.* Et quidem à persona publica, qualem maxime majori auctoritate Princeps repræsentat, FREHER. *de re monetar. Imp. Rom.*
9. *cap. 4. §. 1.* Unde neminem fugit jus monetæ esse proprium Principis *l. 2. C. de fals. monet. l. si quis nummum C. Theod. eod.* Imo ossi-
10. bus Principis inherere, CAMER. *in repet. c. 1. vers. septima conclusio de prohibit. feud. alien. per Frieder.* PARIS. *de* PUT. *tract. de Synd. verb. excess. contr. subd. n. 12.* WESEMB. *cons. 61. n. 31.* Qua de
11. causa inter regalia majora refertur à SIXTIN. *de regalib. lib. I. c. 2. n. 38. & lib. II. c. 7. n. 28.* BESOLD.
12. *de majest. fol. 101.* In tantum, ut Carolus Magnus, (sicuti Romæ moneta in æde Junonis monetalis, cui præfecti erant Triumviri monetalis æris, auri argentique flatores, ut ex POMPONIO LÆTO & BODINO constat) non alibi quam in ipso palatio monetam cudi voluerit *Capit. Carol. Magn. tit. de pac. c. 18.*

Veteris quoque Romæ officina rei monetariæ fuit Junonis templum. Quia teste SUIDA cum Romani in bello contra Pyrrhum & Tarentinos pecunia indigerent, Junonis ope implorata eaque respondente, non defuturam pecuniam, si armis juste uterentur, Junonem monetam venerari, & in ejus templo monetam cudere decreverunt, ut cudendæ monetæ præsens interesset, & quasi media interveniret illa Diva, quæ divitiis præerat, ut metu illius Numinis monetarii à fraude & dolo absterrerentur.

Cæterum *flare* monetam Latinis erat nummos cudere, fundere, formare, uti patet ex *L. 9. ff. ad L. Corn. de fals.* Et *flatuarii* dicebantur homines, qui pecuniæ formandæ operabantur, *l. 6. C. de fals monet.* Conflare autem erat ejus contrarium, & idem, quod flatam rursus igni submittere, & rursus in massam redigere, ut apud LAMPRID. *in Alexand.* quod Constitutionibus vetitum, ne injussu Principis à quoquam id fieret, *l. 1. C. de aur. publ. persecutor. lib. X. l. 1. C. Theod. si quis pecun. conflaverit.* Pari ratione nec statuas nec imagines Impp. consecratas conflare citra Majestatis crimen licuit, *l. 4. in fin. l. 6. ff. ad L. Jul. Majest.*

Prio-

16. Prioribus tamen minime contrariantibus experientia communisque mater observantia testatum facit, etiam Municipia ex concessione Principis speciali, vel ex consuetudine immemoriali præscriptione acquisita, monetam percutere,
17. quæ nostra lingua Scheide-Müntze nuncupatur, *arg. eorum quæ tradunt*, JOH. AQUIL *de monet. potest. p. 2. c. 1.* RUDELL. *de monet. lib. I. c. 4 n. 2. & 3. & alii,*
18. Prædictis namque duobus modis, acquiri posse regalia, & consequenter etiam jus monetæ cudendæ, communissima est Dd. sententia, attestantibus MYNSING. *cent. 4. obs.* 24. ROSENTHAL *jur. feud. cap. 5. conclus.* 48 *n* 3. BOCER. *de reg. cap. 4. n.* 1. sicut & tradit MARQ. FREHER. *cit. tr. de monet. vet. Rom. lib. II. cap. 4* diversa veterum Cæsarum diplomata exstare, quibus certis Comitibus, Prælatis & civitatibus jus percutiendæ monetæ concessum: Romani quoque æneos & argenteos nummos siverunt cudi à Municipiis, solos aureos sibi solis cudendos reservarunt, PROCOP. *lib. III.*
19. *de bell. Gothic.* Et quidem ideo minoris monetæ fabrica Municipiis saltem conceditur, quia numuli isti saltem sunt comparati ad res minores emendas, in una saltem regione fungibiles, unde & minori numero Respublica iis opus habet, & inspectores constitui solent, ne leviores vel iniquiores fiant, neve etiam in grandioribus summis obtrudantur, FREHER. *cit. lib. II. cap. 5.* In officina mone- 20.
taria Hallensi nummi hi magna olim copia prodierunt, unde nomen habent Heller/alii ab obulis derivationem ducunt, quasi Höbeler/BESOLD. *Thes. Pract. voc.* Heller.

Antequam civititibus quibus- 21.
dam Imperialibus monetandi jus concessum esset, certis familiis illud ab Imperatore in feudum traditum fuit, illis puta, qui primores erant in urbibus, & tanquam patricii à plebe separati, dictique die Hausgenossen/de quibus habet LEHMANN *Chron. Spir. lib. IV. cap.* 14. ubi simul ex Chronico Alsatiæ de Anno 1346. refert: Demnach es auch besondere Müntz-Ge- 22.
nossen zu Speyer / Worms / Straßburg / Franckfurt / gehabt. Wie dennoch zu Worms und zu Speyer die Müntz-Geschlechter in esse sind. Idem ait ex *Chronic. Coloniens. circa Ann.* 1240. quod cum Archi-Episcopus Conradus monetariis suis, den Hausgenossen / privilegia monetandi infringere vellet, conatus hic seditioni causam dederit.

23. Uti enim jus monetæ regale ordine quodam, à certa inter illos præ-

prærogativa vel præeminentia, ut quidam habeant jus cudendi monetam auream, cæteri argenteam tantum, Statibus Imperii concessum legitur *in Constit. Ferdin. de Anno* 1559. §. Ferner die gül-
24 den Müntz. Sic Municipiis infimum quoddam sine noxa aut periculo conceditur, cum illa tamen modificatione notabili, ut, quemadmodum pragmaticis Imperii sanctionibus cautum, ne in singulis Imperii Circulis plures quam tres vel quatuor officinæ sint, in quibus moneta cudatur, *Const. de Anno* 1570 §. und dieweil auch. *Const. de Anno* 1576. §. Wir ordnen / *&c.* aliisque in locis.

25. Sic & in uno Ducatu aut territorio non omnibus indiscriminatim Municipiis hoc jus monetæ minoris, sed uni alterique ex principalioribus concedatur.

26. Civitates hasce Municipales jus monetandi habere, Hoxarium, Halberstadium, Hildesheimium, Gottingam, Northeimium, Hanoveram, Osnabrugum, Mindam, Monasterium, Stralsundam, Stetinum, &c. testatur ARNIS. *de jur. Majest. lib.* II. *cap.* 7. *n.* 6.

27. Si Magistratus Municipii hujusmodi monetam à se excusam sine consensu totius vel majoris partis populi depravet, depreciet vel minuat, Municipibus ad damnum, quod ex mutatione passi sunt, tenetur, ANDR. de ISERN *verb. moneta. n.* 3. AQUIL. *dict. tract. c.* 3. GABR. BIEL. *de monet. potest. concl. in pr.*

Quemadmodum monetæ majores Principum imagines referunt, eorumque vultus usualibus metallis imponuntur, ut scribit CASSIOD. *Var. lib.* VI. *c.* 7. Sic etiam Municipia suis nummis minutis sua insignia Municipalia imprimunt. 28.

Quæ imaginis impressio facit, ut subditi facilius credant, vel exteri expendentes, in ea materia sic impressa, realem substantiam, & non adulterinam contineri, & justum pondus inesse sine alio labore lancis aut trutinæ, BESOLD. *in thesaur. pr. lit. M. n.* 80. Et hæc impressio tanti roboris & potentiæ est, ut illa moneta sic impressa non possit per creditorem recusari, AFFLICT. *tit. quæ sint regal. super verb. Moneta. n.* 8. DECIAN. *lib.* VII. *pr. crim. cap.* 28. *n.* 8. *thesaur. tr. de augm. monet. c.* 1. *n.* 14. Non tamen cogendus creditor invitus alterius Principis monetam capere licet usualem, præsertim, si semel fuit bannita, LAUDENS. *de monet. n.* 3. Reprobus enim denarius non est denarius, TIRAQ. *de retr. lign.* §. 1. *Gloss.* 20. *n.* 15. TESS. & BESOLD. *dd. locis.* Si autem sub ejusmodi signo 29. 30. 31. 32.

gno

gno publico monetam non probam cudunt; non tantum damnum inde natum, quibusvis resarcire tenentur, sed hoc cudendæ monetæ jus & privilegium protinus amittunt, in cæteris materiam hanc monetariam, vid. apud SIXTIN. *in tract. de regal. d. c. 7. l. 2. item* BUDEL. & FREHER. *tract. singul. de monet. & re monetar.* BORNIT. *de numis.* LEON PORT. *de re pecuniar.* GUID. *de mineral.*

Proba autem moneta est, quæ
33. suum habet pondus & ligam, Schrott und Korn / item im Gehalt und Gewicht / eaque est, quæ vocatur bonitas intrinseca; Extrinseca est, quæ consistit in valore impositito seu cursu monetæ, im werdiren / oder im Geng oder gebe. FRANTZ. *Exercit. 9. qu. 2. n. 2.*
34. *Liga* vox Italica est, *La lega*, significans vinculum & copulam quandam, qua ut alias alia, ita in hac materia duo vel plura metalla certa lege, & quasi fœdere invicem junguntur, uniuntur & colligantur, GABRIEL BYEL *de monet. in princ. & in not.*

35. Quod si compulsante extremæ necessitatis telo contingat, ut in Municipiis ex corio, papyro, plumbo, &c. moneta cudatur, hæc est verorum nummorum succedaneum quid], atque quantocius melior rerum facies affulget, à Magistratu veris nummis permutari, nec alio fine cudi debet, quam ut tamdiu, quasi fidejubeat pro Magistratu, donec veri numi denuo suppetant, HORN. *doctr. Civil. lib. III. cap. 13. n. 27.*

Deinde amittit Municipium mo- 36.
netandi concessum jus, si illud aliis vendant, locent, vel alio modo concedant, quod diserte constitutum est, *Rec. Imp. de Anno* 1551, §. So haben wir uns/&c. in verb. Dergleichen diejenigen / so von uns oder von unseren Vorfahren im Reich / mit dem Regal der Müntz gefreyet sind / solche Müntz-Freyheiten niemand anders / wer die wären / verkauffen / verleihen / in andere Wege vergönnen / noch zustehen sol / sondern sich derselben selbst gebrauchen. Quo & facit 37.
Constitutio Maximiliani II. de Anno 1571. §. alsdann auch / &c. quæ vocem continet Majestate Regnantis dignissimam, & in omnem æternitatem summis laudibus decantandam, attestante SIXTIN. *de regal. lib. II. cap. 7. n. 52.* dum ait: Demnach ja billig / wer solch unser Regal untreulich mißbrauchet / daß er sich deßwegen selbst dadurch unwürdig machet und entsetzet.

Municipiorum maxime interest, 38.
ne á Principe aliove Domino territoriali nummi in alia materia, quam auro & argento, illis ob-

trudantur, ut olim apud Romanos ærei fuerunt nummi, teste ALEX. ab ALEX. *lib. IV.* vel ferre, ut apud Spartanos, teste PLUTARCHO *in Lycurgo*, vel coriacei, ut
39. apud eosdem teste SENEC. *de benef. lib. V. cap.* 14. vel papyracei, ut apud Siculos, vel scortei lignei, cartacei, vel cujuscunque generis alterius. VERNULÆ *Polit. lib. III. tit. 7. c. 5.*

40. Idque ob causam, quam insinuat post NICOL. *de* CLEMANG. *in tr. de lapsu & repar. just. cap. 22.* in illis verbis: Propter quam causam moneta non ex vili, sed pretioso metallo cudi & confici debet, quia quod pretium est, ex pretioso aliquo confici metallo, alioquin quomodo pretinm, si nihil in se continet pretiosum, debet præterea ex tali re fieri, quæ non modo apud patriæ indigenas, verum etiam pariter apud alienigenas, cara atque pretiosa habetur, quatenus per illam, cum eis liceat in permutandis mercimoniis per emptionem & venditionem participium habere, unde bonitas nummi ex jure gentium descendit.
41. Quid est igitur ex tali re nummos efficere, quæ nihil prætiositatis in se contineat, nisi alias regiones in usu mercaturarum à se alienare, sine quo nulla politia diu durare potest, inviolataque manere, BESOLD. *in thesaur. Pract. lit. M. n. 80.*

De æruscatoribus illis, vulgo Kipper / Wipper dictis, qui furibus sunt improbiores, eorumque pœna vide CARPZOV. *in crim. p. 2. quæst. 92. n. 939. & BESOLD. d. loc.* De his ita scribit BARTHOLD. BATT. Hi fures omnium, quos sol aspexit, nequissimi, qui non hominum non privatorum arculas, scrinia aut loculos, sed & quicquid est in totius Romani Imperii thesauris lento quasi igne decoquunt, facientes, ut qui nunc in arca habent probum aurum & argentum, post annos non adeo multos ejus loco habituri sunt cuprum aut scorium. In *Colleg. Paulin. ad Ephes. disp.* 18. *loc.* 18. *th.* 2. Hosce æruscatores apud infantum baptizationes, pro patrinis & compatribus non admittendos, sondern sollen von Gevatterschafften bey der Tauffe abgewiesen werden / vult DEDEKEN *Thesaur. consil. & decis. vol. 2. sect. 9. n. 1.* meritoque sepulturæ honore privantur, juxta FINCKELTH. *de jur sepult. conclus.* 13. *lit. C.* DORING. *in biblioth. jure cons. verb. æruscare n.* 10.

Adulterii autem nomen hic obtinet, quia sicut proprie illud est, si ad alienum thorum acceditur, ita percussio monetæ absque privi-

vi-

vilegio illicitus est accessus ad alienam auctoritatem nummariam, AFFLICT. *in tit. quæ sint regal. verb. monetæ. n. 2. vers. si ergo aliquis lib. II. feud.*

46. Sed quæstionis est, an falsificantes numismata Municipiorum, æque obnoxii sint pœnæ combustionis, ac illi, qui Imperatoris Statuumque Imperii monetam adulterant? Id negant, hocque

47. casu tantummodo gladii aut fustigationis pœnam dictant, DECIAN. *tract. Crim. lib. VII. cap.* 27. *n.* 12. COVARRUV. *Comment. de veter. numism. collat. cap. 8. n.* 3. AFFLICT. *citat. tit. quæ sint regalia. n.* 3. Ex ratione, quia jus istud cudendi monetam solis competit summis Principibus, ideoque veritati consonum videtur, quod illi ipsi circa pœnam falsariis imponendam, aliter non cogitaverint. Alii affir-

48. mant, ut MENOCH. *de arbitr. quæst. lib. II. cas.* 316. *n.* 9. *&* 29. BOCER. *Tract. de jure monet. cap.* 5. *n.* 3. SIXTIN. *de regal. lib. II. cap.* 7. *n.* 109. Idque ex sequentibus rationibus. (1.) Quod *Constit. crim. Caroli V. art.* 111. circa hoc non distinguat. (2.) Quod inferiorum moneta æque sancta esse debeat, ac Imperatoris, ex cujus privilegio jam cudunt inferiores ac numorum vis & potestas ab ipsa Majestate dependet. BODIN. *lib.* I. *de Republ. cap.* 10. atque pro moneta ipsius Majestatis reputantur, BESOLD. *lib.* I. *Polit. cap.* 4. *n.* 52. (3.) Quod non tam persona cudentis, quam salus Reipublicæ, hic consideranda veniat MEV. *ad jus Lubec. lib.* IV. *tit.* 12. *art.* 5. *n.* 18. Atque hoc casu collegium Tübingense semel atque iterum gladii pœnam decrevisse asserit HARPRECHT *ad* §. 7. *Inst. de publ. jud. n.* 54. Quoniam autem hoc casu circa falsificantes minimi valoris monetam quæstio est, merito 49.
pro contrariantium conciliatione distinguendum, est, cum CARPZ. an nummulos tales bene multos ex falsa materia fabricaverit, an vero semel aut bis, & paucos admodum formaverit: Illo casu ob- 50.
tineri rigorem Constitutionis in falsarios hosce, quia multi oboli valorem aliquot Imperialium exæquant, & crimen alias non capitale propter reiterationem & continuationem sæpe fit capitale, PAR de PUT. *in tract. syndic. verb. pœna. cap.* 8. *n.* 13. Posteriori casu ar- 51.
bitrariam locum vendicare pœnam fustigationis aut relegationis, quia per hoc delictum parvum damnum publico fuit datum; Falsitas quidem hic commissa, sed non admodum nociva, de quo casu fal-

52. ſaltem loquitur *ſupra alleg.* DECIAN. *lib. 7. cap. 27. n. 2.* Cum & quam maxime in delicto puniendo & qualitas & quantitas rei in qua crimen commiſſum eſt, ſpectari debeat, *l. 16. §. qualitate & §. quantitate. ff. de pœn.* Quinimo, eſſe quis poteſt in crimine læſæ Majeſtatis, & in pœna tantum relegationis, ait CAPICIUS *deciſ. 130. n. 20. per l. 40. & 42. ff. de pœn.* CARPZOV. *ſupra citat. pr. criminal. part. 1. qu. 42. n. 55. & ſeq.*

Caput XLVIII.

DE MUNICIPIORUM JURE CIRCA INVENTIONEM THESAURI.

SUMMARIA.

1. *Theſaurus, quid?*
2. Schatz-Vorahts-Geld.
3. *Eſt beneficium Dei. Donum fortunæ.*
4. *Requiſita ut pecunia reperta pro theſauro habeatur.*
5. *Si depoſitio pecuniæ non ſit vetus inventor furti actione tenetur.*
6. *Theſaurus ad regalia refertur.*
7. *Theſaurus eſt nullius.*
8. *Semper favendum Fiſci utilitatibus absque præjudicio alterius.*
9. *Reſcriptum Imperatoris Friederici II.*
10. *Exemplum Richardi ſecundi, Angliæ Regis.*
11. *Leonis Imperatoris.*
12. *Hiſpaniæ mos circa inventionem theſauri.*
13. *Quid de hoc jure Saxonico ſtatutum, item de metallis.*
14. 15. *Theſaurus in loco Municipii inventus eſt Municipii. vel pro parte vel in totum.*
16. 17. *Quomodo & qua actione repetat Municipium theſaurum inventum in loco Municipali?*
18. *Theſaurus in loco ſacro vel religioſo repertus, ex parte vindicatur Eccleſiæ.*
19. *Inventor occultans theſaurum, quomodo coerceatur?*
20. *Ad juramentum adigi poteſt.*

21.

21. *Etiam incarcerari.*
22. *Q andoque & tortura subjici.*
23. *Thesaurus inventus in domo vendita ante traditionem cui cedat?*

1. Thesaurus in *l.* 31. §. 1. *ff. de acquir. rer. dom.* describitur quod sit vetus pecuniæ positio, cujus memoria non exstat, ut jam dominum non habeat, *in l. unic. C. de Thesaur.* mobilia ab ignotis dominis tempore vestustiori condita.

2. Vocatur autem thesaurus, Schatz oder Vorrahts-Geld / in qua significatione CHRISTUS *Matth. 6. v.* 21. *& Luc. 12. v. 24.* dicit ubi thesaurus vester ibi cor vestrum, thesaurum vobis in cœlis reponite. Sic & PAULUS *2. Cor. 12. v. 14.* Parentes inquit, filiis thesauros colligunt.

3. Etiam thesaurus non data opera, non magicis inventus artibus, beneficium Dei ut *l.* 63. §. 1. *ff. de acquir. rer. dom.* donum fortunæ vocatur.

CASSIOD. *lib. VI. epist. 3.* Thesaurum dicit depositivam pecuniam, quæ longa vetustate competentes dominos amisit, quo facit illud VIRGILIANUM. *Æneid. 1.*

4. - - - - - *veteres tellure recludit*
Thesauros, ignotum argenti pondus & auri.

Ut tamen pecunia alibi reperta pro thesauro habeatur, requiritur 1. Ut antiquis temporibus sit deposita, 2. Ut ultra hominum memoriam latuerit, nec ejus exstet memoria. 3. Ut non habeat dominum SIXTIN. *consil. Marp. 13. vol. 1. n. 24.*

Si itaque depositio pecuniæ non sit vetus, pro thesauro non habetur, sed actio furti adversus inventorem ejus pecuniæ nomine datur *l. Thesaurus. ff. ad exhib.* SIXTIN. *de regalib. lib. II. cap.* 21. *n. 7.* 5.

Quamvis thesaurus *in c. unic. quæ sint regal.* ad regalia pertinere dicatur, ex rationibus, quod qui sepeliunt pecunias, faciunt contra *constit. l. 4. ff. ad L. jul. pecul.* & quia ab hoc fiscus tributis fraudatur, Princeps jure compensationis, thesaurum sibi vindicat. Et denique cum thesaurus sit nullius, non pars fundi, nec v. g. fundo vendito simul venditus censeatur, ideo jure superioritatis Princeps partem citra invidiam ex thesauris ubicunque repertis sibi sumit BACH. *ad Tr. 2. disp. 20. th. 2. lit. G.* 6. 7.

Tum fisci utilitatibus favere publice interest, eoque magis quia hoc contingit absque præjudicio, aut illatione damni, Domino soli, qui solum propterea non 8.

carius emit, unde Thedoricus Gothorum Rex auctore CASSIDIOD. *d. lib. VI.* eleganter ita statuit: Depositiones pecuniæ quæ longa vetustate competentes dominos amiserunt, inquisitione tua nostis aplicentur ærariis, ut quia sua eunctos patimur possidere, aliena nobis debeant libenter offerre, sine damno quidem inventa perdit qui propria non amittit.

Et Fridericus II. Imperat. &
9. Rex Siciliæ ad officium Magistri Quæstorum refert *lib. I. tit. 58.* De thesauris inventis & de pecunia absconsa ab aliquo, quorum domini per probationes dilucidas reperiri non possunt, intromittere se debere ut curiæ Regiæ debitis SCHILTER. *ad ff. Exercit. 45.* §. 26. Quæ consuetudo hodie totum fere mundum occupat. COVARR. *in repet. Capit. peccatum part. 3.* §. *2. n. ult. de R. J. in 6.* ARNISÆUS *de jur. Majest. cap. 6. n.* 23. ubi memo-
10. rat. Richardum II. Angliæ R. armis insecutum fuisse Nobilem quendam sibi subjectum, eo quod thesaurum in proprio fundo repertum sibi tradere negaret, quem cum in oppido, quo cum thesauro profugerat obsideret, is vene-
11. nata sagitta percussus interiit. Et jam olim Imp. LEO. *Nov. 51.* Conquestus est pernitiosa consuetudine leges suppressas, quæ inventa auctoribus suis, aut diversa relinquebant. Apud Hispanos lege 12.
Regia constitutum est, ut quinta vel quarta pars inventori relinquatur, reliqua in fiscum cogantur. *Ordinat, lib.* VII. *tit.* 12. Jure Sa-
xon. omnes sub terra pedem altius defossi thesauri regalibus ad- 13.
numerantur. **Land-Recht** *lib.* I. *art.* 35. **Aller Schatz unter der Erden begraben tiefer den ein Pflug gehet / gehöret zur Königl. Gewalt.**

Auri argenti similiumque metallorum pretiosorum quoad jus decimandi, fodinæ, ad regalia quidem pertinent non autem lapidum ferri calcis similiumque viliorum metallorum WESEMBEC. *consil.* 45. *n.* 24. *vol.* 1. *& consil.* 60. *n.* 30. *vol.* 2. RAUCHBAR. *quæst.* 22. *part.* 1.

Si tamen in loco Municipii fortuito repertus fuerit thesaurus di- 14.
midia ejus pars sit ipsius Municipii tanquam domini, altera vero inventoris *per text.* §. *thesauros Inst. de rer. divis. ibi civitatis* Per in- 15.
dustriam autem inventus totus est Municipii SIXTIN. *d. loc. n.* 40. *& 41.* Poterit itaque Magistratus 16.
Municipalis thesaurum in fundo Municipali repertum vel ex parte vel totum, si data opera vel magi- 17.
cis artibus inventus fuerit, vel vindicatione GLOSS. *in d.* §. *Thesauros*

in

in verb. domino & ibi ANGEL. ARETIN. *n. 3.* JOAN. FAB. *n. 5,* JOAN. *de* PLAT. *in d. l. unic. col. 3. C. de thesaur.* ALVAROT. *in d. l. unic. quæ sint regal. n. 8.* vel conditione ex lege, de thesauro repetere *l. un. C. de condict. ex leg.*

18. Qinimo moribus hodiernis in loco sacro aut religioso repertus thesaurus, ex parte non fisco regio sed Ecclesiæ vindicatur secundum juris communis ex jure dominii petitam rationem, quia penes Ecclesiam illorum locorum est dominium SIXTIN. *cit. cap.* 21. *n.* 41.

19. Inventor autem, thesaurum eo fine ut totum lucretur, nec partem dimidiam Magistratui Municipali restituere teneatur, occultans, pœna arbitraria coercendus per ea quæ tradit MENOCH. *lib.* I. *præsumpt.* 30. *n.* 7. CARPZ. *p.* 2. *constit.* 53. *defin.* 7. *& pract. crim.*
20. *part.* 2. *quæst.* 86. *n.* 22. Atque si thesaurum quidem totum negare non ausit minus tamen quam invenit indicet, ad juramentum adigi poterit DAN. MULLER. *lib.* IV. *semestr.* 27. *in fin.* CARPZ. *pract. crim. part.* 2. *d. quæst.* 86. *n.* 23.
Ubi tale subnectit præjudicium de 21.
fabro quodam lignario thesaurum casu fortuito in ædibus inventum occultante. **So ist bemeldter Zimmermer-Mann vermittelst seines leiblichen Eydes / wie viel des gefundenen Geldes gewesen anzuzeigen pflichtig / und wird von des / daß er solch Geld verborgener Weise behalten / mit Gefängnüß auf 14 Tage billig gestraffet.** V. R. W.

Quod in tantum extendunt 22.
DD. ut si inventor sit homo levis & de perjurio suspectus, etiam torturæ subjici possit HEIG. *p.* 1. *quæst.* 13. *n.* 57. CARPZOV. *d. qu.* 86. *n.* 25.

Quær. cuinam cedat thesaurus 23.
in domo vendita ante traditionem inventus? Quæstionem hanc ad longum tractat. NEBELK. *decis.* 9. tandemque concludit, thesaurum ita inventum inter emptorem & venditorem pro æquis partibus dividendum esse nec quicquam juris venditorem in eo sibi asserere posse.

CA-

Caput XLIX.

DE MUNICIPIORUM JURE PRÆFERENTIÆ IN CONCURSU CREDITORUM.

SUMMARIA.

1. *Præferentiæ jus Municipiorum in quo fundetur?*
2. *Respubl. creditrix omnibus chirographariis præfertur.*
3. *Idque quo jure?*
4. *Respubl. anteriorem expressam habentibus non præfertur.*
5. *Privilegium est facti hinc probandum.*
6. *Exemptio à jure Communi nunquam præsumitur.*
7. *Prior tempore omnibus, etiam Regi præferatur.*
8. *Resp. iis qui anteriorem tacitam habent præferenda videtur.*
9. *A quibusdam hoc ad Rempubl. Romanam & non agnoscentem superiorem restringitur.*
10. *Municipia quo sensu etiam Respubl. dicantur.*
11. *Quatenus civitates privatorum loco habeantur.*
12. *Civitates Fisco destitutæ creditoribus anteriorem tacitam habentibus non praferendæ.*
13. *Exceptio est jure Lubecensi.*
14. *Municipia quæ jure Lubecensi non utuntur hoc jure singulari non gaudent.*
15. *Jus fisci ratione hujus prærogativæ est singularis privilegii.*
16. *Publicæ causa favor tantus non est, ut aliorum jus tollatur.*
17. *Expressa legis sanctio extensionem non patitur:*
18. *Merum Imperium nihil habet commune cum jure fisci.*
19. *In quibus Magistratus Municipalis omnibus aliis creditoribus præferatur?*
20. *Ratione collectarum aliorumque onerum Magistratus præ aliis creditoribus duplici privilegio est munitus.*
21. *Prælationis istius ratio.*
22. *Collectæ licet ordinariæ vel extraordinariæ sint, hoc jure prælationis gaudent.*

23.

23. *Privilegio prælationis quoque gaudent expensæ factæ à Magistratu ad processum concursus.*
24. *An prælatio hæc adhuc obtineat, si creditor privatus, ante impositum onus publicum sibi de hypotheca prospexit?*
25. *Negantium ratio.*
26. *Affirmativa potior.*
27. *Per receptionem juris civitatis, bona civium etiam pro futuris tributis sunt obligata.*
28. *Magistratus ex pecunia contributionis alicui mutuans non gaudet hac prælatione.*
29. *Privilegium evanescit cum nomine.*
30. *In prælatione crediti non spectatur ex qua causa pecunia sit parata.*
31. *Cessatque hæc præferentia si aliis privatis sit solutum, quod Municipium non potest repetere.*
32. *Negligens Magistratus in exigendis tributis non potest derogare juri quod novus possessor sibi licite acquisivit.*
33. *Municipium habet jus tacitæ hypothecæ in bonis suorum administratorum.*
34. *Æque ac pupillus in bonis tutorum.*

1. Privilegium vel prærogativa hæc fundatur expresso textu *l. pen. §. 1. ff. de reb. auth. jud. poss.* Cujus hæc
2. sunt verba: *Respublica creditrix omnibus Chirographariis creditoribus præfertur.* Imo & fisco; Si modo
3. resp. expressam habeat anteriorem hypothecam, ut quidam docent, quamvis hoc non fiat jure privilegii sed hypothecæ conventionalis, ut recte hoc monet BACHOV. *per l. 8. ff. qui pot. in pign.*
4. anteriorem enim expressam habentibus sive sit fiscus sive privatus, respubl. non præfertur, sed cum illis pari jure ambulat, ut qui prior tempore potior & sit jure MOZZ. *de contract. c. de pign. col. de natural. n. 27.* NEGUZANT. *de pign. p. 5. membr. 2. n. 11.*

Ergo quotiescunque civitas non 5.
doceat de aliquo privilegio, ex quo mereatur prærogativam in mutuo, illa non anteponitur, nam privilegium quia est facti, hinc semper ab eo, qui se privilegiatum dicit probandum est *l. 1. C. de mand. princip. C. 1. de privil. in 6.* PARIS. *cons. 95. n. 8. vol. 4.* VULTEJ. *consil. Marp. 35. n. 55. vol. 3.* Tum & jus singulare & exemptio à jure communi nunquam 6.
præsumitur, sed semper probatio-

ne dilucida indiget, ut donec probetur contrarium, juri atque regulæ vulgari insistatur. DEC. & CAGNOL. *in l. 1. ff. de R. J.*

Facit huc textus expressus *l. si fundum C. qui pot. in pignor* qui ita habet: *Si fundum pignori accepisti antequam reip. obligaretur sicut prior*
7. *es tempore, ita potior es jure.* Ex quo deducit BALD. quod prior tempore non saltem præferatur reipubl. quæ est posterior tempore, sed etiam Regi & Imperatori SCHURFF. *consil. 83. n. 8.*

8. Omnibus autem creditoribus qui anteriorem tacitam habent respubl. præferenda videtur *l. quod quis. 34. ff. de reb. auth. jud.* Mozz. *d. c. de pign. n. 58.* BEUTHER. *de jure prælat. p. 1.*

9. Quod licet à quibusdam de republ. Romana, aut alia superiorem non recognoscente, vel ab eo regalia habente accipi velit. BART. *in l. pen. §. 1. ff. de reb. auth. jud.* GLOSS. *in l. 10. ff. ad municipal.*

10. Illud tamen in omni republ. omnibusque Municipiis obtinere recte docet WESEMBEC. *in parat. de privilegiis creditorum n. 5.* Civitates enim Municipales etiamsi certo respectu privatorum loco censeri, nec proprie respublicæ esse dicantur *l. 16. in fin. ff. de verb. signif.* Quatenus autem cum absolute privatis in comparationem veniunt, recte respublicæ appellantur ut notat BACH. *ad Tr. disp. 24. th. fin. lit. F. vol. 2.*

Atque semper sententia *d. l. 16.* civiliter intelligenda, nec pro universali & definita regula usurpanda est. Quoties enim agitur de republ. Romana, quæ ob eminentiam, pro publica habetur, illius intuitu Municipia pro privatis habenda, de cætero autem pro publicis etiam spectanda, quod latius deductum *sup. lib. I. cap. 6.*

Veritate autem inspecta, vix est, ut civitas vel respublica fisco destituta omnibus creditoribus anteriorem tacitam hypothecam habentibus, præferri possit propter *cit. l. si fundum C. qui pot. in pign. & l. 2. C. de jur. reipubl.* cujus hæc sunt verba: *Si respubl. neque beneficio sibi concesso jus pignoris nacta est, neque specialiter in obligatione pignoris sibi prospexit, causa ejus non separatur à cæteris creditoribus, qui habent personalem actionem.* Quæ etiam sententia communi JCtorum calculo approbata est, teste MEV. *resp. 10. comment. ad jus Lubec. subnexo pag. m. 104. vers. primo obsistit.*

Exceptio regulæ hujus traditur *Jur. Lubec. lib. III. tit. 1. art. 12.* In verb. Diesem folget gemeiner Stadt-Schuldt / welche als-

alsdann gehet vor allen Creditoren &c. Cujus dispositio omnia civitatis credita, sive ex contractu, sive aliunde orta comprehendit, illique præferentiam & prioritatem tribuit, ut ex eo amplius inspiciatur non unde, sed cui debeatur.

14. Quod tamen jus singulare à communi exorbitans, ad alias civitates inferiores, vel provinciales non extendendum, nisi Municipium vel concessione Principis, vel longo usu utatur jure Lubecensi. Wann sie auf Lübisch Recht bewidmet und fundiret sind. Mev. *in comment. ad d. loc.* 15. quod & fusius adstruit *in quæst. prælim. 8. ad part.* 1. *istius tractatus.*

15. Prærogativa talis fisco est propria, cujus jura civitates superiorem recognoscentes non habent *vid. supr. c.* 42. Unde ipsis nihil prodest, exemplum hoc, ipsa enim vox privilegii fisci denotat jus singulare, quod non est extendendum ad consequentias, licet aliqualis subsit ratio. Mynsing. *resp.* 3. *decad.* 11. *n.* 140. *Eo facit l.* 10. *ff. ad Munic.* cæteroquin privilegium fisco concessum jus singulare non esset.

16. Unde nec obstat publicæ utilitatis ratio, quæ tanta non est, ut lex parem hic voluerit habere rationem. Etsi enim magnus publicæ causæ favor sit, tamen eo non pertingit, aut porrigendus est, ut sub ejus obtentu, extra casum inevitabilis necessitatis jus aliorum tollatur. Sufficit legem hic expressa sanctione, & sine extensione 17. cavisse, civitatem non anteponendam hypothecariis, nisi quatenus ex beneficio Principis tale jus impetraverit, aut sibimet ipsi singulari conventione caverit. *d. l.* 2. *C. de jur. Reip.*

Nec quicquam facit si mero 18. Imperio Municipium gaudeat, cum quo fisci regale nihil commune habet, Peregrin. *de jur. fisci lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 72. Atque ita in causa Burgemeister und Raht / der Stadt Alten Stettin contra Johann Scherenberg judicatum refert. Mev. *p.* 5. *decis.* 322.

In collectis autem aliisque 19. actionibus & oneribus publicis Magistratus Municipalis omnibus aliis creditoribus præfertur, *l.* 4. *C. in quib. caus. pign.* Et clarius *in l.* 1. *C. si propter publ. pens. vend.* Berlick. 1. *concl.* 64. *n.* 105. *&* 106. Coppen. *decis.* 28. *n.* 18. Adeoque duplici privilegio munitus est Magi- 20. stratus ratione collectarum & onerum publicorum, tacita nimirum hypotheca, & prælatione ante alios creditores.

Ratio est quia bona subditorum 21. pro

pro tributis sunt obligata, *l.* I. *C. in quib. caus. pign. tac. l.* 40. §. 3. *ff. de Jur. fisc.* ergo & prælationis privilegium quoque competit *arg. l.* 9. & 11. *ff. qui pot. in pign.* Hinc cujus est indicere & exigere collectam, ejus quoque est id privilegium, ut ante omnes alios indictum exigat. BEUTER. *all. tract. part.* I. *cap.* 12. KÖPPEN. *cit. dec.* 28. *n.* 21.

22. Collectæ hæ, an sint ordinariæ nihil interest sub nomine enim tributorum & collectarum Schoß und Steur etiam veniunt Opffer-Korn-Wächter Soldaten-Frohne-Hufe-Geld/ defension Steuer discretion, Cortheseŋ / Præsent-Geld Land-Tranck-Steuer &c. modo à Magistratu legitime imponantur CARPZ. *p.* 1. *const.* 28. *def.* 49. Privilegio hoc prælatio-

23. nis quoque gaudent expensæ à Magistratu ad processum concursus adversus debitorem expediendum erogatæ. *Id dict. loc. def.* 50.

24. Sed quær. An eadem adhuc obtineat prærogativa, si ante impositum onus publicum creditor privatus sibi de hypotheca prospexit? Quod negat BERLICH. *p.* 1. *dict. concl.* 64. *n.* 107. Ex ratione, quia

25. ut obligatio pignoris ad tempus contractus retro trahi possit, requiritur necessario aliqua causa præcedens, cujus intuitu obligatio pignoris subsistere & retro trahi possit *d. l.* 9. & 11. *ff. qui pot. in pign.* hic autem nulla causa subest, cum tributa nondum sint imposita. Quæ tamen opinio merito displicet CARPZ. *cit. const.* 28. *def.* 48. Quia non sola hypotheca, vel pignus, sed jus etiam prælationis fisco, ratione collectarum concessum est, ut maxime ergo hypotheca tacita anteriorem expressam vincere non possit, jure tamen prælationis fisco prævenitur, specialis legis dispositione. Non obst. *LL. alleg* in quibus ne verbulum quidem habetur de tributis & collectis eorumque privilegiis, unde nec quicquam inferendum. Quinimo bona civium pro tributis aliisque oneribus Magistratui debitis, per receptionem juris civitatis, ex eo tempore, quo cives fiunt, adeoque etiam pro tributis futuris obligata sunt. *l.* 46. §. 3. *ff. ibique* GLOSS. *de jur. fisci* MEV. *cit. Resp.* 10. *vers. quinta oritur.*

26.

27.

Quid si autem Magistratus ex pecunia per tributionem collecta, Schatz- oder Contributions-Gelder alicui mutuaverit, an concursu contra talem debitorem excitato, pari prælationis privilegio gaudebit? Negatur; nam soluta semel à civibus collecta, residui privilegium amissum est, & quando 28.

29.

do alio titulo, puta crediti, pecunia talis transfertur: simul cum nomine jus illud evanescit. *l. 4. C. de feriis l. 7. C. de Codicill.*

30. Et inauditum est, atque à jure alienum, ut circa prælationem crediti spectetur, ex qua causa, qui credidit, pecuniam illam paraverit, suamque fecerit, cum semel mutuantis facta, prius jus amittat, *l. 10. §. 2. ibiq;* GLOSS. *& Dd. de vulg. & pupill. subst.* MEV. *d. Resp. 10. vers. quinta plane.* Sed &

31. verum puto, Municipium etsi in debitis publicis singulare præ omnibus creditoribus privilegium habeat, si tamen debitor Reipublicæ Municipalis creditori privato posteriorem vel nullam hypothecam habenti solverit, solutam pecuniam non posse repetere per rationes & argumenta, deducta à BACH. *in cit. Disp. 24. th. 6. lit. F.*

32. Prædictum namque civitatis privilegium procedit, si versemur in concursu creditorum, ubi de distrahendis bonis publico obligatis agitur, si vero tale prædium in alium translatum fuerit, habet, quod sibi imputet negligens Magistratus in exigendis præteritis tributis, unde novus possessor securus est, & in omnem eventum antiquus possessor executiendus erit, BERLICH. *alleg. concl. 69. p. 1. n. 112.*

Habet quoque Municipium jus 33.
tacitæ hypothecæ in bonis administratorum suorum, sicut illo gaudet Ecclesia in bonis œconomi vel Prælati aliusve administratoris, vel cœnobium in bonis hospitalarii, NEGUZANT. *de pignor. part. 2. membr. 4. n. 120.* Et pupillus in bonis tutorum, *l. 20. C. de admin. tut.* Pupillus enim & Rei- 34.
publicæ æquiparantur, *l. 3. C. de Jure Reip.* EVERHARD. *in Top. loc. 66. à pupillo ad Rempublicam eaque communis est Dd. sententia.* TREUTL. *disp. 1. th. 4. lit. K. vol. 2.* ESCOBAR. *de ratiocin. administr. cap. 39. n. 6.*

Caput L.

DE MUNICIPIORUM JURE RESTITUTIONIS IN INTEGRUM.

SUMMARIA.

1. *Civitates læsæ jure minorum utuntur.*
2. *Quod non tantum obtinet in Republica Romana.*
3. *Sed in alia qualibet jurisdictionem habente.*
4. *Cur civitates jure minorum utantur?*
5. *Civitas suis administratoribus subest.*
6. *Contra civitatem administratore carentem non potest procedi.*
7. 9. *Non soli Romæ jus restitutionis in integrum competit.*
8. *Civitas vel Municipium est Respublica.*
10. *Rationes, quæ in puncto restitutionis militant, pro Roma etiam in cæteris civitatibus obtinent.*
11. *Legatis Municipiorum absentibus succurritur propter Rempublicam, ergo magis id obtinet in ipsa Republica.*
12. *Civitatibus nonnulli hoc jus restitutionis iuvident.*
13. *Dissentientium primum fundamentum.*
14. *Respublica pro diversitate læsionis ut major & minor restitui potest.*
15. *Secundum dissentientium fundamentum.*
16. *Restitutio præsupponit obligationem.*
17. *Tertium dissentientium fundamentum.*
38. *Argumentum ductum à rubro ad nigrum contra textus expressos non operatur.*
19. *Respublica etiamsi uti minor restituatur, uti major tamen considerari potest.*
20. *Communis de restitutione hac sententia.*
21. *In judicio spolii cessat hoc beneficium.*
22. *Ad restitutionem impetrandam Municipium probare debet læsionem.*
23. *Tempus pro impetranda restitutione.*
24. *Quadriennium currit, licet civitas nunquam desinat esse minorennis.*
25. *Incipit currere quadriennium Municipio à tempore læsionis.*

26.

26. *Quid si læsio contingat facto administratorum?*
27. *Tempus illud non currit ignorantibus Municipalibus.*
28. *Admittitur etiam restitutio quandoque post tempus quadriennii.*
29. *Ignorantia juris in civitate errori facti comparatur.*
30. *Privilegiatus contra privilegiatum non utitur beneficio.*
31. *Civitas contra civitatem restituitur.*
32. *Idque indubitato, quando una cum injuria alterius locupletior fieri conatur.*
33. *Municipium huic beneficio renunciare non potest.*
34. *An & communitas rusticorum, castrorum, villarum, hoc beneficio fruantur?*
35. *Affirmantes.*
36. *Negantes.*
37. *Rationes negantium.*
38. *Distinguentium optima ratio.*

1. Civitates læsas jure minorum uti, textus est in *l. 4. C. ex quibus caus. major. c. 1. & 2. de rest. l. 3. C. de jure Reip. l. 9. ff. de appellat. ubi* Bald. Scalicet. *& communiter Dd.* ostendunt, hanc legem
2. non tantum obtinere in Republica Romana, ut quidam volunt, adducendo ad hoc *l. 10. & 17.*
3. *ff. de verb. signif.* sed & in alia jurisdictionem habente, *l. Remp. 3. ubi* Rebuff. *& DD. de jure Reip.* Sichard. *in d. l. 4. C. quib. ex caus. maj.* Besold. *cons. 277. n. 98. part. 6.*

4. Ideo autem jure minorum utuntur, quia nulla est civitas, quæ non habeat sua bona, jura, & res communes, *l. 1. §. quibus autem. ff. quod cujusq; univers.* Sicut ergo pupilli & minores rebus suis superesse nequeunt, se ipsos & sua regere non possunt, & ob defectum ætatis aliorum auxilio egent. *l. 1. ff. de minor. §. 6. J. de Attil. tut.* sic quælibet civitas talibus indiget administratoribus & defensoribus qui hujusmodi bona & res communes & obventiones gubernant. Parum enim est civitatem habere jura, nisi essent, qui ea ad- 5.
ministrent, *l. 2. §. post originem. ff. de orig. jur.* Et sicut subsunt minores suis curatoribus, sic civitates suis administratoribus, *d. l. 4 C.* qui funguntur vice curatoris, Specul. *ad tit. de rest. in integr. §. 1. vers. prælatus.* Atque sub alio- 6.
rum veluti patrum cura degunt Tabor. *de alt. tant. part. 3. art. 2. n. 9.* Hinc & ex eo est, quod con-

contra civitatem ceu minorem carentem defensore procedi non possit, *l. cum & 4. si advers. rem jud.* CRESCENT. *dec.* 206. quod tamen procedere saltem vult in sententiis definitivis non interlocutoriis, SERAPHIN. *decis.* 1028. *n.* 3. & 5.
7. *part.* 2. Quidam volunt dispositionem *l.* 4. C. *ex quib. caus. maj.* soli civitatis Romanæ competere, quia hæc expresse loquitur de Republ. cujus nomine Romanam tantum intelligi explorati juris est, sicut semper nomine *publici* absolute posito, id, quod civitatis Romanæ est, venire solet, *l.* 15. & 16. *ff. de V. S.* quam ob rationem LOSÆUS *de jur. univers.* hoc beneficium soli civitati tribuit, *p.* 3.
8. *cap.* 18. *n* 7. Verum aperte nimis obsistit text. in *l. Ergo* 22. §. *fin. ff. ex quib. caus. maj.* ubi expresse hoc edictum ad civitates quoque pertinere asseritur, in verb: *Quod edictum etiam ad civitates pertinere Labeo ait.* Cum & sæpe ad civitatem designandam leges Reipublicæ nomine utantur, ut *l.* 3. §. *plane. l.* 5. §. 4. *ff. quod vt aut clam. l.* 36. *ad Municip. l. fin.* C. *de jur. Reip. l.* 1. C. *de vendend. reb. civit.* Quinimo de Republica Municipii mentio fit in *l.* 13. §. 1. *ff. de publican. vid. supr. lib. I. cap.* 6. Unde in
9. dubium oritur consequens, non minus civitates alias & Municipia hoc gaudere restitutionis beneficio, quam Rempublicam Romanam, MAURIT. *de in integr. restitut. cap.* 417. BRÜNING. *de var. univers. spec. th.* 87. Tum & eadem ratio, quæ militat ratione restitutionis in integrum pro Republica Romana, quoque locum habet in cæteris civitatibus, propter indentitatem rationis, nam quemadmodum Resp. Rom potest lædi per suos officiales, sic & cæteræ Respublicæ, hinc eadem ratio idem parit jus. Denique si Legatis Municipiorum absentibus & domi læsis succurritur hoc beneficio, & quidem propter Rempublicam, *l. legatis.* 8. *ff. ex quib. caus. maj.* multo fortius consuletur ipsi Reipublicæ, quia omne jus fortius est in causa, quam in causato, eoque facit regula Logicorum, propter quod unumquodque est tale, illud est magis tale. SICHARD. *ad d. l.* 4. C. *ex quib. caus. maj. n.* 4.

Præter supra *n.* 7. citatum Losæum non desunt & alii, ex non infimi nominis JCtis, qui hoc privilegium tam Ecclesiis, quam Municipiis adeo invideant, ut prorsus in contrarium descendant, & civitatem & Ecclesiam si contrahat, sine omni spe restitutionis obligari statuant, ut hoc ex DONELL. *in l.* 27. *ff. de reb. credit.* *n.*

n. 5. & Hartm. Pistor. *1 quæst. 37. n. 5. & seq. videre est.*

13. Primum suæ contradictionis fundamentum ponunt *in l. 22 in fin. ff. ex quibus caus. major.* ad quod pro Municipiis reponimus obmotam, *l. 22.* minime derogare juri Municipiorum, nam pro
14. diversitate læsionis Resp. ex capite de majoribus, & nihilo secius, ut minor restitui & juvari potest.

15. Secundum in *l. 22. ff. de reb. cred.* ubi dicitur, civitatem mutui donatione obligari, ergo non utitur jure pupilli, &c. Resp. hanc legem in causa restitutionis nihil omnino decidere, non enim sequitur Municipium obligatur, ergo non restituitur, cum restitutio præsupponat obligationis quandam validitatem,
16. ubi enim contractus nullus invalidusque est, vanum est quærere restitutionem, *l. 16. pr. ff. de minor.*

17. Tertio: quidam in *supr. all. l. 4. C. ex quib. caus. major.* pro jure minorum ponunt jure majorum, sed hæc correctio nimis est violenta, aliisque textibus contraria, neque quid firmitudinis rubrica
18. aut inscriptio, *dict. tit.* addere potest, tum quia argumentum ductum à rubro ad nigrum, levius est, quam ut possit contra clara
19. verba textusque expressos militare, tum, quia non incommode respublica quæ licet uti minor restituatur, uti major tamen consideratur, ejusque jus restitutionis ad titulum de majorum restitutione rejicitur, ut sic & pluribus pro Municipiis disputat. Bach. *ad Treutl. disp. de restit. in integr. th. 8. lit. H.*

Receptior ergo & communior sententia est, restitutionis benefi- 20.
cium Municipiis competere & adversus sententiam contra se latam restitui posse. Contard. *de moment. poss. limit.* 8. *n.* 48. Castil. *decis.* 30. *n.* 1. idque tum maxime si sententia apparet iniqua Sfort. Odd. *de rest. in integr. quæst.* 79. *n.* 6. Menoch. *consil.* 828. *n.* 14. Giurb. *observat.* 63. *n.* 11. Non tamen gaudet hoc be- 21.
neficio in judicio spolii, quia ubi denegatur defensio, ibi quoque denegatur officium judicis Castrens. *consil.* 257. *n.* 5. *vol.* 2. Cartar. *de execut. cap.* 3. *n.* 43. Magon. Lucens. *decis.* 11. *n.* 21.

Sed & Municipium restitutio- 22.
nem in integrum petere volens probare debet se læsum ex contractu, & læsio hæc probabilis esse debet, vel manifesto vel per testes Göden. *consil.* 34. *n.* 41. Et læsio esse debet enormis quia pro modico damno non datur restitutio *l. scio de in integr. rest. arg. cap. per x. de reb. Eccles. non alienand.*

Tempus restitutioni præfixum 23.

pariter est quadriennium *juxta cap.* 1. *x. de in in restit. in* 6. *& l. ult. princ. C. de temp. in integr. restit.* Sed dices quia quadriennium hoc currit ex illo tempore quo quis minor esse desinit, civitas autem uti supra vidimus semper comparatur minori, vel pupillo,
24. posse hinc videri, civitatem ad nullum certum tempus adstringi, sed posse perpetuo petere se restitui quasi semper sit minor. Quo tamen non obstante vera manet thesis quia jura non inducunt infinitatem *l. qui bona* §. *fin. & l. si nata ff. de damn. infect.*

Atque in tantum hæc datur exceptio à regula, ratione prædictæ istius comparationis SICHAR.
25. *ad d. l.* 4. *C. n.* 10. & quadriennium hoc currere incipit à die læsionis puta per contractum, Si autem læsio contingit facto administratorum, tunc incipit tempus illud, vel post mortem vel post depositionem administratorum :
26. Nam quam diu adhuc vivunt & in officio constituti sunt, censentur laborare ut defendatur factum suum, exemplo Prælati. *C. si sacerdotes* 16. *q.* 3. *C.* 2. *de in integr. rest. in* 6. GÖDEN. *d. cons.* 34. *n.* 42.

27. Quod & in terminis Municipii *Tongiani* tradit CRAVETT. *cons.* 680. *ubi n.* 29. *addit*, Tempus quadriennii ad impetrandam restitutionem etiam in tantum Municipiis utile esse, & ignorantibus Municipalibus non currere, ut etiam post annos mille competat ex RUIN. *cons.* 68. *in fin. lib. I. & in cons.* 45. *lib. IV.* PETR. GERARD. *sing.* 18. *col. pen.*

Civitatum jus in hoc quoque ob favorem est singulare, ut post tempus quadriennii, jure communi restitutioni præstitutum ex justa & notoria causa vel etiam ob grave, alias imminens damnum & enormem læsionem admittantur ODDUS. *de restitutione in integr. p.* 1. *quæst.* 19. *art.* 5. *n.* 57. *& art.* 7. *n* 66. *& seqq.* MAURIT. *de restit. in integr. cap.* 418. atque ita in causa Burgemeister und Raht der Stadt alten Stettin contra Mauritz Neuhamen 1658. die 3 Decembr. judicatum refert MEV. *p.* 6. *decis.* 414. 28

Ubi hoc pro Municipiis notandum quod ignorantia juris non minus in civitate, quam in minore ignorantiæ & errori facti comparetur CRAVETT. *d. loc.* 29

Imo supra minorum jura, hoc præcipui habent Municipia, quod etsi privilegiatus contra privilegiatum non possit uti beneficio, adeoque nec minor adversus minorem restitui *l. si minor* 34. *ff. de minor.* Municipium tamen ceu civitas 30 31

con-

contra civitatem non solum intra quadriennium à tempore scientiæ, sed etiam postea restitui possit, MOLIN. *cons. 9. n. 22.* PANORM. & *DD. in c. 1. de præscript.* qui licet de Ecclesia loquantur, notum tamen est civitates uti jure Ecclesiæ, ut hoc docet WESEMB. *cons.* 11. *n.* 1.

32. Et indubitato civitas contra civitatem restitutionis beneficio gaudet quando illa civitas, adversus quam restitutio in integrum petitur, cum injuria restitutionem petentis, locupletior fieri conatur. *post* JOAN. MAURIT. *in tract. de rest. in integr. c. 420. per tot.* ANTON. USIL. *in* §. *rursus. n. 53. & seq. inst. de act.* §. SFORT. ODD. *in tract. de rest. in integr. quæst.* 18. *n. 46.* ADRIER. PRUCKM. *cons. 3. n. 89. vol. 1.* WESEMB. *cons.* 103. *n. 32.*

33. Si & civitas huic juris beneficio renunciaverit, nihilominus tamen contra talem renunciationem restitui poterit, hoc ipso enim læsa est, quod beneficio juris renunciatum est *l. nam & si minor. ff. de jur. jur.* WESEMBEC. *consil. 213. n. 65.* Sicut minor ætatis privilegio & in integrum restitutioni renunciare nequit *l. 39. & 41. ff. de minor.* CAPIC. *decis.* 110. *n. 2.* MASVER. *pract. forens. tit. de oblig. renunc. n.* 14.

Ratione præmissorum quæritur 34.
an communitates rusticorum ca-
strorum, villarum & pagorum,
gaudeant æque ac civitates, bene-
ficio restitutionis in integrum? Qui- 35.
dam hoc affirmant inter quos est
BALD. *in l.* 1. *n. 3. C. etiam per pro-
curat. causam in integr. restit. agi
posse* ROLAND. *consil.* 90. *n. 27.
vol. 2.* ODD. *d. tract. p. 1. quæst. 3.
art. 9. n. 58. 62. & seq.* LOSÆUS
*d. tract. de jure univers. p. 3. c. 18.
n. 7. 8. 16. & seq.* BERLICH *decis. 26.*
Quidam negant ut. GLOSS. *in l.* 36.
*respublicæ 4. C. quib. ex caus. major.
in integr.* BART. *ibid. n. 3.* PANOR-
MIT. *consil. 89. col. 2. n. 1. vol. 1.*
JOH. ANDR. *in addit. ad Speculat.
lib. II. p. 3. tit. de restit. in integr.
§. quis autem 2. n. 20. lit. L. K. verb.
Respubl.* Ex illa ratione quia privi- 37.
legia concessa civitatibus, non com-
petunt villis PART. *ad. d. l. Respubl.
n. 3.* Et cætreoquin si extensio hæc
competeret tria singularia con-
currerent. 1. quod respubl. Ro-
mana ad exemplum minorum re-
stitueretur, 2. Quod aliæ civitates
Municipales eodem jure gaude-
rent. 3. Quod etiam villis & pa-
gis idem beneficium tribueretur
quod esse non debet PRUCKM. *con-
sil. 10. n. 69. vol. 1.* PARIS. *consil.
8. n. 6. vol. 1.* Quidam saniori ra 38.
tione distinguunt & affirmativam
amplectuntur, casu quo villa est

magna, suos habens administratores, deputatos, schultetum & præfectos, quam sententiam æquiorem dicit SICHARD. *ad. d. L. respublica n. 8. C. quib. ex caus. major. in integr.* Quia hoc casu illa ipsa ratio quæ pro civitatibus militat, etiam in pagis & villis obtinet.

Caput LI.

DE MUNICIPIORUM JURE COMPETENTIÆ.

SUMMARIA.

1. *Beneficium competentiæ quibus & ad quid competat?*
2. *Nullibi expressa sanctione hoc jus civitatibus concessum.*
3. 4. 5. *Ex quibus rationibus id civitatibus competat.*
6. *Privatis si quid relinquendum ne egeant.*
7. *Ergo & civitati relinquendus spiritus civitatis.*
8. *Competentiæ beneficium Municipium habet.*
9. *Residuum aliquod habebunt Municipia pro oneribus publicis.*
10. *Itemque pro stipendiis & contributionibus.*
11. *Publica privatorum actionibus præferenda.*
12. *Quatenus desumpto argumento ab Ecclesiis, hoc jus tribuendum civitatibus.*
13. *Status publicus civitatis considerationem aliquam meretur.*
14. *Salaria administratorum civitatis sunt privilegiata.*
15. *Præjudicium ex Carpzov.*
16. *Sumptus in concursu creditorum ad causam communem erogati habent præferentiam.*
17. 18. *Hujus applicatio ad beneficium competentiæ Municipiis competens.*
19. *Famuli & ministri debitoris ratione salarii sui, cæteris creditoribus præferuntur.*
20. *Idem merito obtinet in salariis administratorum civitatis.*
21. *Etiam futurorum salariorum hic habetur ratio. Cur?*
22. *Richteri dissentientis opinio notata.*
23. *An salus Municipiorum non sit causa publica.*

24.

24. *Differentia inter universitatem & privatum, tanquam ejus membrum.*
25. *Beneficium competentiæ in compotationibus & conviviis publicis cessat.*
26. *Compotationes & convivia plerumque religiosius quam judicia exercentur.*
27. *Domus judicii & sapientiæ non debet temulentia vaporare.*
28. *Exceptio competentiæ Municipio competens est dilatoria non peremptoria.*
29. *Renunciare non potest Municipium huic beneficio.*
30. *Licet per accessionem juramenti renunciatio facta sit.*

1. De jure certum est debitoribus ob sanguinis vinculum, affectionem vel reverentiam, hoc eis deberi, ne exactis solutionibus plane denudentur, sed habeatur ratio ne egeant *l. 16. 17. & 21. ff. de re judic. l.* 14. §. *eleganter ff. solut. matrim. l. 9. de obseq. à lib. & libert. præst. l. 173. ff. de R. J.*
2. Nullibi autem expressa dispositione cautum legimus civitatem fortunæ vitio ad incitas redactam, hoc beneficio quoque gaudere;
3. Quoniam autem benignitas interpretum urgentissimis fundaminibus æqnitatis, præsidium illud lugubre Ecclesiis, monasteriis, piis locis, aliisque calamitosis debitoribus, inevitabili fato exinanitis tribuit. WESEMB. *consl.* 50. *n. 19. vol.* I. BERLICH. *decis.* 236. *n.* 38. CARPZ. I. *const.* 32, Nulla obstat ratio cur non & hoc commodum civitati accommodetur LYNCK. *in l. Annal. ad ff. tit. de compens. th.* 23 Usu quippe receptum est nec civitates ad saccum & peram excutiendas, cum sustineant omnium substantiam, hinc ipsis relinquendum sine quo subsistere nequeunt, ne reipubl. & vitæ civilis tranquillitas turbetur, MEV. *p. 8. decis.* 163. *n.* 4. 4.
suadet hoc decus utilitatis publicæ, omni privato commodo ante ponendum, SALGAD. de SAMOZ. *labyrint. credit. p. 1. cap.* 24. *n.* 30. 5.
Sicut ergo privatis debitoribus salutari hoc bneneficio gaudentibus, remanere debet competens victus, unde non ipsi solum sed eorum liberi, uxor & necessarii ministri sustentationis nececessaria redimant, se ipsos recolligant, & novas facultates acquirere possint, CARPZ. *Asyl. debit. thes.* 75. *n.* 322. MEV. *discus. levam. debit. sect.* 7. *cap.* 4. *n.* 17. 6.

Sic & non immerito sufficiens quid remanebit civitati, quo spiri- 7.

tus vitalis qui eam continet, (cum sine nervo rerum gerendarum sustineri nequeat, quo eget ipsa civium societas Reipublicæ cura & administratio) adhuc vigere possit, MARANT. *spec. aur. p. 6. tit. de execut. n. 51.* Eo facit sententia MANZII *in patrocin. debitor. calamit. belli depauperat.* DEC. 3. *quæst.* 4. *n.* 38. *& seq.* ubi ait:
8. Quando executio contra civitates & Respublicas suscipitur, non ita sunt excutiendæ, ut non residuum aliquod reservetur in Fisco, vel bursa communi pro futuris occurrentiis & necessitatibus, præsertim pro oneribus publicis, reparandis mœ-
9. nibus, reficiendis pontibus, viarum stratis, molendinis, cisternis, aquagiis & similibus, itemque pro decernendis stipendiis publicis, cui & merito addenda necessitas exsol-
10. vendæ contributionis & avertendæ exactionis militaris, summatim pro præstandis omnibus his à qui-
11. bus pendet salus civitatis, bonumque publicum, quod omnibus privatorum actionibus præferendum, *arg. auth. res quæ in fin. C. com. de legat.*

Quidam hoc beneficium sive
12. præsidium deductionis necessariorum sumptuum ratione civitatis obæratæ deduci volunt ex *cap. un. Extravag. de decim.* ubi tamen revera Ecclesiasticarum saltem habetur ratio. Nisi quis cum allegato MANZIO *d. quæst.* 4. *n.* 39. argumentum eò desumat, quod *in d. cap. un.* à decimis propter necessitatem belli impositis liberæ pronunciantur expensæ, quæ fiunt pro fossatis & terris ædificandis, ut arbores fructus producant, ita quoque præsupposita argumenti ab Ecclesia ad civitatem validitate, huc applicatio fieri possit, per verba in *d. cap. in med. vers. de iis quoque quæ consistunt, ibi: deductis salariis moderatis.*

Et hæc æquiparatio hic urgeri poterit, ut quatenus Principibus li- 13.
cet ad status conservationem reditus præcipere, & privatorum utilitatem publicæ postponere, eatenus etiam civitatum salus considerationem aliqualem meretur, TABOR. *de alt. tant. in præfat. n.* 12.

Non saltem civitati tribuitur
hoc beneficium, si de ipsa excu- 14.
tienda agitur, sed illud & eo extenditur, quod salaria administratorum ac Senatorum, ut & sumptus ad conservationem status erogandi in concursu creditorum reliquis omnibus etiam privilegiatis creditoribus præferantur, CARPZ. *Decis.* 278. *per tot.* quam firmat præjudicio *de Anno* 1648. *mense*
Octobr. hisce formalibus: Ob nun 15.
wol den Creditoren die Execution nicht versagt werden kan/ da aber
eu-

eurem Fürgeben nach / bey allgemeinen Stadt Gütern und Einkunfften nicht so viel verhanden / daß nach Veräusserung selbiger Mühlen das allgemeine Stadtwesen an Rohrwässeren / Gebäuen / Besoldung der Rahts-Herren / Stadts-Dieneren und dergleichen unumgänglichen Ausgaben und Besserungen nicht erhalten werden möchte / so würde vor Befriedigung aller Creditoren / so viel man zu Erhaltung des Stadt-Wesens benöthiget / ausgesetzet / und inne behalten / und hätten sich deßfalls die Gläubiger keiner Prioritet anzumassen. V. R. W.

16. Ratio hujus asserti subsistit in hoc, quia in concursu creditorum sumtus in causam communem, & ad conservationem universorum debitoris bonorum ac facultatum erogati, ante omne æs alienum sunt exsolvendi, quibus effectum ut creditoribus omnibus satisfieri possit, BEUTHER. *de jure Prælat. lib. I. cap. 72.*

17. Ergo idem juris de sumptibus in conservationem status Reipublicæ & ad præstationem salariorum impensis merito obtinet. Cum enim administratores operis suis præfuerint statui,

18. bonis & reditibus civitatis, eaque conservaverint ut solutionem inde polliceri sibi possint creditores, nihil recepturi, si status Reipublicæ ac universitatis in fumum abiisset, omnesque periissent reditus ac proventus, quis non judicaverit jus prælationis circa expensas has in concursu creditorum obtinere, earumque rationem imprimis habendam fore, antequam reliquis creditoribus executionem urgentibus satis fiat, post PETR. REBUEF. *in privil. univers. 19. ad fin.* CARPZOV. *in asyl. debitor. th. 48.* adjungendo, si 19.
famuli & ministri debitoris salarium suum petentes, hoc nomine reliquis omnibus creditoribus etiam hypothecariis anterioribus præferuntur, Land-Recht *lib. I. art. 22.* KÖPPEN. *decis. 28. n. 13.* ex hac sola causa quia per operas famulorum tota debitoris familia ejusdemque facultates conservatæ sunt, unde creditoribus satisfactio contingit; Merito idem jus ad ex- 20.
pensas ad conservationem status factas, & salaria Senatorum, vel administratorum civitatis extendendum venit, quippe quibus non secus ac merces familiæ, salaria præ aliis exsolvi debent. Nec 21.
impedit, salariorum futurorum in concursu non posse haberi rationem, nam hic habetur respectus ad conservationem Reipublicæ, quæ non obtineret, si futura adimerentur administratoribus salaria. Cum ne quisquam reperiendus qui officia gratis præstet, & quidem in nego-

gotio qualis est administratio Reipublicæ gravissimo & molestissimo. Ita CARPZOV. *d. th.* 48, *n.* 263. *ad* 267. referens sic in magna causa judicatum apud MOLLER. *ad ad Const. Elect.* 28. *p.* 1. *n.* 86. Dis-
22. sentit RICHT. *Decis.* 24. *n.* 12. adjungens ibi præjudicium, sed sine rationibus allegatis: forsan & casus scabinatui propositus, fuit ob circumstantias singularis, per verba responso inserta bey so gestalten Sachen.

23. Illi, qui posthabitis rationibus præcitatorum JCtorum eruditione & fama præclarissimorum sententiæ huic calculum non addunt, & quod de servanda salute publica, suprema illa lege, allegatum est, multa nimirum publicæ salutis causa fieri, quæ alias regulis communibus non conveniunt, per *l.* 5. *ff. de decret. ab ord. fac.* ex eo capite admittere renuunt, tanquam
24. absolute verum non sit, publicam causam hic subesse, quia civitates loco privatorum habentur, *sæpe cit. l.* 16. *ff. de V. S.* Sciant, inquam, illi, in quantum brocardici hujus allegatio ad statum hodiernum Municipiorum applicari non possit, quod supra *lib. I. cap.* 6. satis explosum est, ut mirandum potius iterum sit, in quantum quis negare possit, inter civitatem tanquam universitatem & privatum, tanquam membrum istius, diversitatem non dari.

A qua tamen competentia compotationes & convivia publica omnino excludit *præcitatus* MANZIUS hisce verbis: (quæ ut in præcedentibus, sic & hic, ne mihi contingat quorundam, qui publicas curas non tutius quam in dulci mero quiescere putant, & quibus in ore esse solet, sitiens illud proverbium: Omnis actus solennis requirit potum. 25

Auriculas tenues mordaci rodere vero

referre libet) nolo autem, inquit, relictum administratoribus civitatum pro [compotationibus in curia vel conviviis in publicis hospitiis instituendis, quæ inveterata prava tamen consuetudine nonnullis in locis passim frequentantur, & arctius religiosiusque quam ipsa judicia exercentur. Indignum est enim, ut hi abundent superfluis, cum sæpe creditores deficiant necessariis; Deinde indecorum valde est, ut in loco judicii in domo sapientiæ, sapientia (quæ in scrinio pectoris Dominorum Senatorum firmum habere, & retinere deberet domicilium) vino cedat & judicium temulentia vaporet. 26 27

Hæc exceptio competentiæ Municipio competens est dilatoria, 28

non

non peremptoria, §. 10. J. *de except.* hinc actionem institutam prorsus non perimit, quod peremptoriæ proprium est, §. 4. *j. eod.* sed tamdiu creditori nocet & solutionem debiti differt, donec debitor ad meliorem fortunam venerit, ideoque postea desinit, *l. un.* § 7. C. *de rei uxor. act.*

29. Sed quid si civitas in obligatione huic beneficio renunciaverit? Resp. invalida est talis renunciatio *arg. l.* 14. §. 1. *ff. solut. matrim.* Cum pactis privatorum jus publicum mutari non possit, renunciatio quoque talis ob publicæ utilitatis prærogativam non obtinet, BARBOS. *lib. XIV. cap.* 1. *axiom.* 12. in tantum, ut licet per accessionem juramenti talis renunciatio confirmata sit, tamen juramentum non esse servandum, sed relaxationi, quin & absolutioni locum esse volunt LYNCK. *in Annal. tit. de cess. bonor. th.* 28 PEREZ. *ad d. tit. C. n.* 21.

Caput LII.

DE FIDEJUSSIONE MAGISTRATUS MUNICIPALIS.

SUMMARIA.

1. *Fidejussio Magistratus pro Municipe an valeat?*
2. *Magistratus Municipalis non potest bona civium alienare.*
3. *Qui non habet potestatem alienandi, non potest esse fidejussor.*
4. *Pro aliis se obligare, est dilapidare.*
5. *Municipia utuntur jure Ecclesiæ.*
6. *Ecclesia pro aliis fidejubere non potest.*
7. *Fidejubendo non obligatur civitas quam quatenus ad eam pervenit.*
8. *Fidejubere & mutuo accipere sunt paria.*
9. *An defectus potestatis alienandi ratione fidejussionis civitatis sufficiat?*
10. *In fidejussione civitatis observanda sunt quæ in mutuo.*
11. *Idem est aliquid non fieri vel invalide fieri.*
12. *Administratores obligantur, qui nomine civitatis fidejusserunt.*
13. *Fidejussio Municipalis Magistratus ob beneficium restitutionis illi competens firmitudinem nullam obtinet.*
14. *Læsionis probatio in fidejussione hac non est necessaria.*

15. *Jure Lubecensi Senatus pro Principibus fidejubere nequit.*
16. *Fidejussionis incommoda.*
17. *Bona civitatis nemini nisi urbanæ Iurisdictioni subjecta supponenda pignori.*
18. *Statutum Stralsundi de non fidejubendo.*
19. *Statuti istius utilitas.*
20. *Quatenus Municipium pro Superiori suo fidejubere possit?*
21. *Civitas an per obsides cavere possit?*
22. *Quodnam obstragii genus hoc sit?*

1. Municipium mutuatur à cive vicini Municipii certam pecuniæ summam: Creditor pro majori assecuratione non vult nisi sub cautione fidejussoria, Municipii in quo degit nummos tradere; Municipium hoc ab illo pro interponenda fide imploratur, Magistratusque hujus Municipii, ut Municipio vicino gratificetur fidejussionem subit, bonaque sui Municipii Municipali creditori obligat? Quæritur an hæc fidejussio de jure valeat & subsistat?

2. Et respondetur quod non, certum enim est, & alibi etiam deductum, Magistratum Municipalem non posse bona civium alienare *l. 3. & fin. C. de vendit. reb. civit. auth. hoc jus porrectum C. de SS. Eccl.* BALD. & JAS. *cæterique Dd. in l. præses C. de transact.*

3. Qui autem non habet potestatem alienandi, ille fidejubendo se non obligat BALD. *in l. Exceptione C. de evict.* REDOAN. *in tract. de reb. Eccles. non alien. in pr.*

Tum & cui cura reipubl. demandata est, administrare saltem debet bona ejus, non vero iis abuti, cum pro aliis fidem dicere, & se obligare nihil aliud sit, quam dilapidare JASON *in l. contra juris §. fin. ff. de pact.*

Deinde juris indubii est, Mucipia uti jure Ecclesiæ *Novel. 7. c. 2. §. 1. l. ut inter divinum cum auth. seq. C. de SS. Ecc.* Et minorum *l. remp. C. de jure reip. l. 1. C. de offic. ejus qui vic.* Ecclesia autem & minor pro aliis fidejubere non potest, nisi in rem suam.

Ideoque probari debet, ab actore, æque ac in mutuo, fidejussionem in utilitatem civitatis esse factam HARTM. PISTOR. *p. 1. quæst. 37. n. 29.* Nec enim aliter civitas fidejubendo obligatur, quem quatenus ad eam pervenit. WESEMBEC. *cons. III. n. 2.*

Porro fidejubere & accipere sunt paria *c. 4. de fidejuss.* Sed civitas vel Municipium non tenetur ex mutuo, quod officiarii ipsius con-

contraxerunt, nisi probetur in utilitatem Municipii versum esse *l. civitas* 27. *ff. si certum petat.* Ergo &c. Rationem hanc negativæ ex defectu potestatis alienandi non quidem sufficere dicit MEV. *ad Jus Lubec. part.* 2. *tit.* 3. *art.* 4. *n.* 101 contrariumque apparere ex *C. quod quibusdam X. de fidejus l.* 6. §. 1. *ff. ut leg. nom. cave.* idque tenere HART. *Pist. cit. quæst.* 37. *n.* 30. & 60. HERING. *de fidejuss. cap.* 7. *num.* 629. Conciliari tamen posse utramque opinionem putat, si distinguatur, an civitas obligetur & ad quid obligetur, obligari quidem civitatem ipso Jure, fide Jussione non secus atque ex alio contractu, sed valide non aliter, quam si observata sint, quæ in mutui donatione requiruntur *l. Civitas 27. ibique DD. ff. de R. C.* PISTOR. *d. loc.* COLER. *de process. execut. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 337. & *seq.*

9.

10.

11. Verum hæc conciliatio considerato effectu, à pura negativa vix recedit, cum paria sint, aliquid non fieri, & fieri invalide *l.* 8. §. *non quævis ubi* BART. *ff. de bon. poss. contr. tab.* ANTONIN. *variar. resolut. lib.* 2. *resolut.* 11. *num.* 10.

12. Quæritur autem an non ipsi administratores qui nomine civitatis fidejusserunt teneantur? Quod affirmatur, præter *d. l. Civitas de R. C.* ex ipsa æquitate, ne decipiatur qui fidem civitatis secutus est, etiamsi finitum fuerit administratorum officium. HART. PIST. *d. quæst.* 37. *n.* 65. & *seq.* Idque ex mutui & fidejussionis æquiparatione *l.* 2. §. 1. *ff. ad Sct. Vallej. C. cum qui dem* 4. *X de fidej.* Denique, etiamsi in hac Municipalium fidejussione obligatio quædam esset, illa ob competens Municipio remedium restitutionis in integrum, firmitudinem nullam obtinere posset *d. l.* 4. *C. quib. ex caus. major. l. remp.* C. *de Jure reip.* PANORM. *Et* CANONIST. *in c.* 1. 2. & *seq. de integr. rest. c.* 1. *de præscript.* Ut hoc in casu, quo Municipium pro Principe vel Domino suo territoriali fidejubet, prædeductis rationibus tuetur WESEMB. *cons.* 111. *p. tot.* 13.

Et quidem adversus fidejussionem facile impetrari poterit nomine civitatis restitutio in integrum, sine læsionis ulteriori probatione, cum læsio ex natura rei satis perspicuo esse videatur *l. ait prætor.* §. *non solum ibique* GLOSS. *ff. de minor.* 14.

Jure Lubecensi utiliter cautum, & statuto receptum est, senatum nullo modo pro Principibus vel Secularibus vel Ecclesiasticis fidejussionem in se recipere posse, ut sunt verba *d. lib. II. tit.* 3. *art.* 4. Es soll kein Rath von gemeinem Guth / keinem Fürsten oder Her- 15.

ren Geistlich oder Weltlich/etwas
borgen lehnen/ oder für Bürgen
sich auch einstellen/ auff keinerley
16. Manier noch weise. Prudentia
& æquitas statuti, respicit difficul-
tatem repetitionis, si cum poten-
tioribus res est, & vulgatum illud
beneficii præmium: Leihe deinem
Freund/und mahne deinem Feind.
Unde plura sæpe in Rempubl. re-
17. dundant incommoda. Hinc in
bene constitutis Rebus publicis
utiliter observari ait MEV. *cit. loc.*
in aliis autem magno sæpe pericu-
lo negligi, ut bona civitatis nemi-
ni, nisi civi & urbanæ Jurisdictio-
ni obnoxio, vel in emphytheusin
dentur, vel locentur vel pignori
supponantur. Testatur ibidem
18. *num. 22.* Stralsundi exstare statu-
tum, & hanc sibi dixisse senatus
legem, ut nec pro privatis fideju-
bendo intercedere fas sit.
19. Si enim testamento caveri po-
test adjecta pœna, ne bona avita
fidejussionibus graventur, propter
utilitatem posterorum, de quo HE-
RING. *d. tract. cap. 1. num. 96.* Nul-
lum est dubium quin & civitas ta-
le statutum non solum licite sed &
utiliter condere possit. Quo ta-
men statuto non obstante, casus il- 20
le exceptus est, si Superior cui à ci-
vitatibus subjectio debetur, in ea
necessitate constitutus sit, ex qua
non aliter quam fidejussione ci-
vium liberari poterit, vel si propter
eminentem civitatum utilitatem
nummis egeat MEV. *dict. loc. in fin.*
SCHRAD. *de feud. p. 9. cap. 8. num. 7.*
Quæritur adhuc occasione fide- 21
jussionis bujus materiæ, an civitas
Municipalis habeat Jus per obsi-
des cavendi? Quod affirmat
SCHILT. *tract. de obsid. cap. 2. §. 7.*
post Exercit. ad ff. 5. post BARTOL.
*arg. l. 2. C. de patrib. qui fil. suos di-
str.* Ubi GLOSS. dicit usurpatum esse,
ut filii pro obsidibus ex aliqua cau-
sa dentur *Genes. 42. v. 37.* Si er- 22
go hoc Patribus licet in filios etiam
civitati in Municipes idem compe-
tet: Verum obsidum hoc genus
diversum est ab illis qui Jure belli
dantur & velut accessio publicarum
conventionum sunt. Cæteri &
quos Municipia dare possunt, sunt
saltem sponsores quidam ad ob-
stagium obligati.

CA-

Caput LIII.

DE MUNICIPIORUM JURE CRIDARUM SIVE PROCLAMATIONUM PUBLICARUM, vom öffentlichen Ausruff.

SUMMARIA.

1. *Crida Grida quæ vox?*
2. Kriten Krischen.
3. *Cridæ vox in Latinitatem irrepsit.*
4. *Cridarum descriptio.*
5. *Bannimenta quid?*
6. *Incantus à canendo.*
7. *Legum promulgatio apud Romanos.*
8. *Promulgatio pertrinundinum quæ?*
9. *Cantiones Magistrales* Meister-Gesänge *apud antiquos Germanos.*
10. *Publicatio ex ambone.*
11. *Ambon quid? Umbo.*
12. *Publicatio in confluxu populi.*
13. *Publicatio è suggestu facienda cum concio est numerosior.* Bey der Haupt-Predigt.
14. *Publice quando quid fieri dicatur?*
15. *Publicatio solennis quæ?*
16. *Citatio edictalis ex ambone contra fugitivum.*
17. *Trina publicatio desponsatorum.*
18. *Quatenus facienda si personæ sint diversæ religionis, vel diversarum parochiarum.*
19. *Ad cujus instantiam facienda talis proclamatio.*
20. *Magistratus Municipalis non potest dispensare ne talis proclamatio fiat.*
21. *Nisi in casu necessitatis extremæ, etiam absque præscitu Superioris.*
22. *Proclamatio ex ambone pro solvendis tributis.*
23. *Publicatio per præconem in cœtu Ecclesiæ.*
24. *Præcones* Ausruffer Marckt-Meister.

25. *Publicatio venalium esculentorum* Höcker-Waaren.
26. *Effectus talis proclamationis.*
27. *Publicatio rerum inventarum.*
28. *Dominus rei deperditæ si compareat.*
29. *Quid si nemo veniat qui rem inventam repetat.*
30. *Res moventes deperditæ quandoque cedunt judici. De quo jus Susatense.*
31. *Cridarum species in Camera* das Ruffen.
32. *Accusatio cum clamore* Zetter-Geschrey *de jur. Saxonic.*
33. *Proclamationis istius formula.*
34. *Proclamatio in loco supplicii ne vis fiat carnifici.*
35. *Exclamatio carnificis post interemptum reum.*
36. *Publicatio causæ condemnationis apud Romanos, cum reus ad supplicium duceretur. Exemp. fumi venditoris.*
37. *Proclamatores apud Romanos qui?*
38. *Cridæ Romanorum ad ludos seculares. Harum formula.*
39. *Proclamatio hodierna histrionum ad ludos.*
40. *Effectus omnium proclamationum.*
41. *Præsumptio fortis pro scientia ex proclamatione fluens.*
42. *Notorium quatenus inducatur ex publicatione.*
43. *Negans se scire quod publice scitur, causas ignorantiæ probabit.*
44. *Effectus legis ex ambone publicatæ.*
45. *Lex unde dicta.*
46. *Edictum ad Magistratum transmissum an eum obliget ante publicationem?*
47. *Edictum est præceptum commune ubi privata scientia non attenditur.*
48. *An promulgatio edicti statim obliget?*
49. *Quid de spatio bimestri juxta Nov. 66?*
50. *Effectus proclamationum ex ambone ob contrahendas nuptias.*
51. *Quid si sponsa alia superveniat post proclamationem trinam?*
52. *Si posterior sponsa sit deflorata?*
53. *Si posterior sponsa sciat sponsum jam cum alia contraxisse sponsalia?*
54. *An verus dominus post rem deperditam publicatam eam vindicare possit?*
55. *Crida & proclamata tribuunt bonam fidem.*
56. *Effectus proclamationis ob tributum solvendum.*
57. *Effectus* des Zetters Geschreyes *in judiciis criminalibus.*
58. *In quibus criminibis accusatio cum clamore facienda?*

59. *Citationis per proclama in concursu creditorum effectus.*
60. *Clerici & exempti comparere tenentur ad proclama judicis secularis.*
61. *Debitor in concursu est reus, cujus forum actor sequi tenetur.*
62. *Recepta in hoc sententia.*
63. *Edictis Principum publice affixis obediendum.*
64. *Pœna corrumpentis album prætoris.*
65. *Pœna corrumpentis edictum Principis publice affixum.*

I. Vox *Cridæ* Gallis & Italis
nota est, significatque
clamorem præconum;
Unde apud illos notum
est, *faire cry & commendement.*
Offentlich ausruffen und befehlen
lassen. *Cri des vendeurs.* Offentli-
cher Ausruff der Verkäuffer *Cri
public.* Offentlicher Ausruff im
Namen der Obrigkeit. His idem
est *Grido, Gridar.* Cum dictione
2. hac convenit expressio idiomatis
nostri Westfalici Kriten/ Krischen/
quod idem est, quam in altum
sublata voce clamare, ejulare, plo-
3. rare, inde Kreiter rabula. Vocabu-
lum hoc Italico Gallicum tandem
quoque præcipuæ nationis istius
auctoribus irrepsit in Latinitatem,
quo & moderno tempore Ger-
maniæ JCti utuntur. Vid. PERE-
GRIN. *de jur. fisci. lib. V. tit.* 1.
n. 200. ALCIAT. *lib. V. consil.*
112. *n. 1.* ROL. à VALL. *lib. III.
cons.* 72. ALEXAND. *lib. II. cons.* 4.
n. 10. MASCARD. *de probat. concl.*
538. *n.* 14. BOER. *decis.* 42. *n.* 31.
FARINC. *crimin. quæst.* 177. *n.* 45.
GAIL. 1. *obs.* 57. *n.* 7. FRANTZK.
lib. II. resolut. 9. *n.* 20. RICHTER.
p. 2. *decis.* 69. *n.* 54.

Cridæ vel *Gridæ* Latine dicun-
tur proclamata, sive proclamatio- 4.
nes & promulgationes publicæ.
CARD. TUSCH. *lit. P. concl.* 805.
BOER. *cit. decis.* 42. Offentlicher
Ausruff/ wann etwas öffentlich
angeschlagen / affigirt und publi-
ciret wird. A quibusdam hæ cridæ
vocantur bannimenta BOER. *cit. l.* 5.
BART. *ad rem. quæ nobis* 15. *ff. de
acquir. poss.* TUSCH. *lit. B. concl.* 2.
& seq. quæ nihil aliud sunt quam
edicta publica & proclamata, sub
certa pœna & præmio aliquid pro-
hibentia seu mandantia. FARIN.
lib. I. quæst. 51. *n.* 19. *qu.* 108.
n. 132. *& qu.* 109. *n.* 44. JUL.
CLAR. *pract. crim. lib. V.* §. *fin. n.* 6.

A quibusdam cridæ vocantur 6.
incantus, BOER. *decis.* 42. *n.* 31.
quia quandoque quod publice pro-
clamatur, ad certam melodiam ca-
nitur, ut quando vigiles nocturni
die Nacht-Wächter/ad melodiam
horam auditam exclamant, & si-
mul de custodiendo igne monent:
Höret ihr Herren/was wil ich euch
sa-

ſagen/ Die Glocke hat ‥ Uhr geſchlagen / Wahret eur Feuer und Licht / Daß eurem Nachber kein Schade geſchicht / &c. vel quando mulieres in majoribus urbibus merces ſuas venales publico cantu proclamant.

7. Legum & edictorum promulgatio (quæ idem eſt ſecundum Feſtum ac provulgatio) apud Romanos fiebat in loco publico, per affixionem, & quidem per trinundinum, id eſt, per trinas nundinas vel dies 27. Nam nundinarum

8. causâ ex agris in urbem cives conveniebant, atque ita à ruſtica plebe ter legi cognoſcique poterant. Poſt tertias nundinas Magiſtratus, vel in forum vel in campum Martium populum convocabat, atque legem per præconem recitari & promulgari faciebat, Rosin. *Antiq. Rom. lib. VIII. cap.* 2.

9. Antiqui Germani leges ſuas memoriæ traditas in conventibus cum ſacerdotibus ſuis canebant, unde ortæ ſunt cantiones Magiſtrales, Meiſter-Geſänge Beier. *diſput. ad Schnobel.* 1. *theſ.* 10.

10. Hodie edictorum publicatio fit vel de ſuggeſtu in templis, quæ publicatio ex ambone fieri dicitur, eſt autem ambon, ἄμβον, proprie montis cacumen, & montis eminentia. In veteri hiſtoria Eccleſiaſtica, ſuggeſtus Epiſcopi in templo 11.
concionantis ambon dicitur, Isaac. Casaubon. *in Athen. lib. XI. cap.* 10. Latinis *umbo* idem eſt, quod Græcis *ambo*. Varro *lib. IV. de ling. Latin.* eſtque locus, qui protuberat & prominet. Sic Statius *in Thebaid.*

Stant juga & objectus geminis umbonibus agger,

Et in Hercule Surretin.

- - Solidus contra urget umbo maligni

Montis.

Umbones poſtea appellati ſunt clypei in medio eminentes, Plin. *lib.* XXXVII.

Ut autem à concionatoribus publice è ſuggeſtu quid proclame- 12.
tur, plerumque edictis Principum inſeri ſolet: Und habt ihr / damit ſolches jedermänniglich zur Wiſſenſchafft gereiche / dieſes von den Cantzeln publiciren / und ad valvas Eccleſiæ, oder ſonſt gehörig / affigiren zu laſſen. Nam citius ad omnium notitiam pervenire non poſſunt Conſtitutiones & edicta Principum, quam per publicationem in eo loco, ubi eſt multitudo perſonarum & confluxus populi, Abb. *part.* 1. *conſ.* 99. *n.* 2. & 3.

Hinc proclamationes tunc 13.
è ſuggeſtu fiunt, cum concio eſt numeroſior, bey der Haupt-Predigt / nec ſufficit ex ambone quid pu-

publicetur, si auditorum multitudo deest. Actus enim qui ad omnium vel majoris partis notitiam pervenire debet, non apte potest dici publice factus, licet in publico loco proclamatus, si non simul
14. personarum adstiterit multitudo, GEMINIAN. *conf.* 75. *n.* 5. Nam aliud est, publice quid fieri, aliud solenniter publicari. Illud fit, quando e. gr. per Notarium aliquid publicatur & conficitur in præsentia testium, ex tali enim actu resultat publicatum, *C. cum Joannes x. de fid. instrum.* C. *licet ex quadam de restit. in integr.* Hoc sensu publicum & manifestum quoque dicitur, quod probari per testes potest, GLOSS. *in c. vestra de*
15. *cohab. cler. & mulier.* Publicatio autem solennis ut dicatur, non sufficit, ut ea fiat à persona pnblica in loco publico, coram quibusdam testibus, sed necessum est, ut actus geratur coram tanta multitudine, ut transire possit in majoris partis notitiam de populo, ABBAS *dict.*
16. *conf.* 99. *n.* 3. Hoc modo per verbi Divini Ministrum citatio fit edictalis, quando agitur de citando fugitivo, ubi post concionem finitam cætui ternis vicibus citatio prælegi solet, ut eò facilius ad aures fugitivi perveniat, CARPZ. *jurispr. Consi. lib. III. tit.* 5. *defin.* 63.
17. Pertinent & eo trinæ publicationes desponsatorum, Abkündigungen Verkündigungen / quæ fieri debent ante copulationem sacerdotalem, & quidem ab illo pastore Ecclesiæ, sub cujus parochia desponsati jam resident C. *cum inhibitio* 3. *x. de clandest. despons.* Si diversæ religionis & diversarum parochiarum sint despon- 18.
sati, ab utroque concionatore & in utraque parochia fieri debet proclamatio, CARPZ. *lib. II. tit.* 8. *jurispr. Consist. def.* 139. *n.* 2. ubi 19.
notandum, non ad cujusque instantiam ad proclamationem hanc properandum, nisi constiterit desponsationem factam esse consensu Parentum, agnatorum vel tutorum. Sæpe enim, quam maxime inter leviorem plebeculam evenit, ut obstet quid matrimonio per copulationem consummando CARPZ. *cit. loc. def.* 138. *n.* 5. & 6.
Magistratus autem Municipalis, ut 20.
proclamationes tales omittantur, dispensare nequit, sed ad id speciali Principis vel Superioris consistorii indulto opus est, CARPZ. *Def.* 139. *alleg.* & 140. ZOES. *ad lib. IV. decret. tit.* 3. *n.* 3. Nisi
intercedat extremæ necessitatis ca- 21.
sus, ubi absque præscitu Superioris dispensatio fieri potest, forte si jam agonizans matrimonium inire vult, cum concubina vel sponsa gravida hunc in effectum, ut filii

lii ex illa nati vel nascituri per subsequens matrimonium legitimentur, CARPZ. *cit. def.* 141.

22. Aliæ quoque fiunt cridæ à verbi Divini Ministris é suggestu, v. g. ut cives tributa ærario solvant, vel si Magistratus pro bono publico aliquid publicari vult. Ubi renuens Concionator, ne quid Resp. detrimenti capiat, competentibus

23. remediis coerceri poterit. Quibusdam in locis publicanda promulgantur non per verbi Divini Ministrum, sed per præconem in ipso adhuc cœtu, finita concione, qui mos in Cliviæ Ducatu invaluit.

24. Præcones speciales in Municipiis constitui solent, Ausruffer/ Marckmeister/ sicut apud nos der Schütter/ qui vel ad tubæ vel ad pelvis, vel tintinnabuli sonitum, sicut more militari per tympanum indicant, ut in vicinia degentes accurrant, & promulgationem

25. audiant. Fit hoc, quando res venales publicantur, ab extraneis adventantibus, sicut apud nos statutum est, ut mercatoribus ejusmodi esculenta, Höcker-Waaren/

26. vendere privatis non liceat, nisi facta prius proclamatione, per triduum illa venum exponantur, müssen erst drey Tage damit ausstehen. Ubi facta tali proclamatione, licet nemo compellatur vendere, res tamen certo pretio omnino vendenda. DECIUS *in l. rogasti, princ. ff. si cert. pet.*

Pertinet huc publicatio rerum 27.
inventarum, cujus dominus ignoratur, eum in finem, ut inventor é suspicione furti se liberet, ubi vel per præconem elata voce id indicatur, vel libello publice proposito affigitur in loco, ubi frequenter solent homines conversari, quod consilium suggerit ULPIAN. *in l.* 43. §. 8. *ff. de furt.* Ubi si do- 28.
minus compareat, & rem inventam certis indiciis demonstret, illa ei restitui debet. Quod si publi- 29.
catione facta nemo veniat rem illam repetens, repertor sibi eam retinere poterit, si pauper est, ob præsumtionem amittentis, qui eam facilius egeno, quam diviti, hoc casu reliquisse credendus est. Si dives rem talem invenerit, eam in usus pauperum recte confert WESEMCEC. *patat. ff. de furt. n.* 10. COLER. *p.* 1. *decis.* 149. Quando- 30.
que res inventæ præcipue moventes cedunt judici loci, juxta illud: Verstrichen Gut gehöret dem Richter. Eo quadrat vetus Jus Susatense, *art.* 38. Versteckfen Gut/ dat dem Richter werd geantwortet/ dat sall he verkündigen laten drey Sundage uppe dem allen Kirchhofe/ un kümmet dann wey na binnen Jahr un Dage/ deme solhe dat wier gifen / un dey sall dem

dem Richter gifen / dat he daran geleget hevet.

31. Cridarum species in Camera est proclama, das Ruffen / quando pars ad terminum citata, & citatio rite insinuata, non comparet, ubi adversarii procurator exhibita nuncii relatione, à judiee contra absentem proclama petit. Weil niemand erscheinet / bitte ruffen. Et judex pronunciat: In Sachen / &c. ist das Ruffen wider den citirten erkannt. *Ordin. Cam. Imp. part.* 1. *tit.* 61. BLUHM. *proc. Cam. tit.* 66. BESOLD. *thes. pract. voc.* Ruffen.

32. De Jure Saxonico si quis in flagranti & notorio crimine apprehenditur, accusatio cum clamore institui debet, mit Geruffe und Zetter-Geschrey / Land-Recht/ *art.* 64. *ibique* GLOSS. *lib.* II. BESOLD. *th. pr. verb.* Zetter-Geschrey.

33. In judicio criminali Saxonico, cum illud contra reum instituitur, per lictorem talis fit proclamatio: Höret zu / ihr Bürger und umstehende Leute. Es ist anjetzo des Churfürsten zu Sachsen / und E. Ehrbahren Rahts allhier hoch-noht-peinliche Hals-Gericht geheget/ einem jeden zu seinem Rechten. Es ist geheget zum ersten mahl/ zum andern mal/ zum dritten mal. Wer nun vor diesem hoch-noht-peinlichen Hals-Gerichte zu schaffen hat / der trete und komme hervor nach peinlicher Art / sol ihm rechts geholffen werden. VOLCKMANN. *art. Notar. p.* 2. *cap.* 17.

Reo jam condemnato, atque in locum supplicii deducto, judex vel vicem ejus gerens, per proclama prohibet, ne vis fiat carnifici, si forte ictus ipsum falleret, peinliche Hals-Gerichts-Ordnung/ *art.* 97. Sol aber Richter öffentlich ausruffen / oder verkündigen lassen / und von der Obrigkeit wegen / bey Leib und Gut gebieten/ dem Nachrichter keinerley Verhinderung zu thun/ auch/ ob ihm mißlünge/ keine Hand anzulegen. 34.

Post interemptum jam reum, quibusdam in locis, ut in Saxonia, carnifex hæc exclamare solet: Herr Richter / habe ich nun dasjenige nicht verrichtet / was Urthel und Recht anbefohlen? Respondet judex: Du hast gethan/ was Urthel und Recht mit sich gebracht. Regerit carnifex: Das dancke ich Gott und dem Rechte/ und dem Meister / der mir solche Kunst gelehret hat. VOLCKMANN. *cap.* 17. *cit.* 35.

Apud Romanos usus quoque ferebat ut ductis ad supplicium reis, præco publice causam condemnationis indicaret; Sic Alexander Imperator Turinum fumi vendi- 36.

ditorem, fumo apposito, qui ex stipulis & humido ligno factus, necari jussit, præcone præclamante: fumo punitur, qui vendidit fumum, BRISSON. *de form. & solenn.*
37. *popul. Rom. verbis lib. V.* Erant & apud eos præclamatores qui a sacerdotibus Flaminibus præmittebantur, ut denunciarent opificibus, ut manus abstinerent ab opere, ne si vidisset sacerdos facientem opus, sacra polluerentur ROSIN, *antiquit. Rom. lib. III. cap.* 31.
38. Gridæ quoque apud eos ad ludos seculares spectandos fiebant, quando populus à præcone hac formula invitabatur: Convenite ad ludos spectandos, quos neque spectavit quisquam, neque spectaturus est.
39. Cum quo ritu convenit, si moderni nostri histriones, & circumforanei ad tubæ sonitum, populo spectacula repræsentanda offerunt, ut eo citius & paratius, merces suas una cum fraudibus vendere queant.
40. Effectus autem omnium proclamationum, sive ex ambone, sive per vocem præconis, sive per affixionem sint factæ, in genere hic est, ut inducant notorium, & id quod promulgatum est, transeat in famam publicam loci *C. Tua 8.*
41. *x. de Cohabit. cleric. & mulier.* Ita ut licet forte omnes id non sciant, Major tamen populi pars id scire intelligatur, *C. cum dilectus de purgat. Canon.* ABBAS *cit. cons. 99. n. 2. part.* 1. Et hæc notitia præsumitur fortis quæ originem debet ex publico & solenni actu, *Cap. quod dicitur dist. 16. l. si filium C. de liber. caus.* Nec enim notorium dicitur ex eo quod facile sciri potest, ut si quis maculam in facie habeat, nam talis forte non potuit domo exivisse, ut ait BALD. *in l. ea quidem n. 5. C. de accusat.* Sed opus est ut in publico quid fiat, multis adstantibus, ita ut universus populus, vel major, ejus pars de eo testis esse possit MASCARD. *de probat. concl.* 1106. *n.* 16. Et ex hoc notorio quod inducit publicatio & promulgatio, oritur præsumtio pro scientia scilicet publicatum ad cujusque notitiam pervenisse, MENOCH. *lib. VI. præs. 23. n. 69.* 70. 71. Ergo qui negat se scire quod publice omnes sciunt vel scire deberent, causas ignorantiæ suæ probare debet.

Effectus particuculares gridarum sunt hi, & quidem primo si edictum Superioris ex ambone publicatum est, jam eo ipso acquisivisse censetur requisitum, quod de essentia ejus est, nempe ut lex sit intellecta *l. 9. C. de LL.* ante promulgationem enim nomen legis non meretur, unde â *legendo* legis nomen deductum volunt.

Adeo

Adeoque *Impp. in d. l. 6.* emphatice sancierunt, leges sacratissimas intelligi debere, ab omnibus ut universi præscripto earum manifestius cognito inhibita declinent, promissa sectentur. Quia lex est regula humanorum actuum quæ non dirigit, nisi applicetur, appicatur autem per promulgationem. *Can. in istis dist. 4.*

46. Ubi quæro, an edictum tale quod ad publicandum Magistratui Municipali à Principe, vel ejus regimine missum, obliget Magistratum, ante publicationem, qui jam scit, legem talem latam & acceptam esse? Resp. Obligationem ex simplici scientia non inferri, quia promulgatio est de ratione legis, quæ ante illam caret vi;
47. Edictum deinde ideo conceptum est, ut sit præceptum commune, obligans omnes communiter, hinc non obligare debet unum vel aliquos præ cæteris, eique libertatem concessam auferre. Nec quicquam facit scientia conceptæ legis, quia scientia illa est privata, nullum vigorem inferens ZOES. *ad tit. ff. de LL. n.* 11.

48. Quæro deinde an promulgato edicto illud saltem obliget post bimestre spacium juxta dispositionem Imperatoris Justiniani in *Novell. 66.*
49. Et dicendum videtur edictum omnes ligare, qui præsentes in promulgatione fuerunt, absentes vero ante elapsum bimestre, præsumptionem pro se habere, quod legem ignorent, & tamdiu excusentur, quamdiu ipsi demonstrari non possint, quod sciverint, post bimestre vero si absentes ignorantiam allegent, quod illam tunc probare, & præsumptionem scientiæ elidere teneantur, MENOCH. *arbitr. jud. quæst. lib.* II. *cas.* 186. *n.* 2. 2. 3. CRISTINÆ *Decis.* 52. *n.* 5. *vol.* 2.

Effectus proclamationum trinarum, quæ è suggestu fiunt propter contrahendas nuptias est, ut iis præterlapsis matrimonium consummari possit, & si quis adsit, qui contradicere potest, ut hoc tempestive faciat, ante consummationem, BEUST. *de connub. p.* 2. *in præfat.* CARPZ. *consistor. lib.* II. *tit.* 8. *def.* 138, 50.
Ubi licet sponsa alia absens post proclamationes illas supervenerit, cum qua sponsus sponsalia jam ante contraxit, tamen impedimentum matrimonio inferre nequit, puta tamen, si sponsa posterior rescivit, sponsum jam ante celebrasse sponsalia, quia dolus sponsi nocere non debet sponsæ, vel jam mulieri innocenti, *arg. l. 7. pr. ff. de dol.* sed crimina suos tenere debent auctores, *l. crimen. ff. de pæn.* 51.
Cum prior sponsa nondum desflorata facilius invenire no- 52.

vum possit sponsum, quam posterior virum jam passa. CARPZOV.
53. *d. tract. lib.* II. *tit.* 4. *def.* 66. Secus ergo dicendum, si posterior sponsa scivit, sponsum cum alia contraxisse sponsalia, ergo huic, adventante priore, tempore proclamationis absente, cedendum est. Quia dolus nemini patrocinari debet, *l. nec ex dolo* 12. *ff. de dolo. l.* 3. *ff. de transact.* ac scienti ac consentienti non fit injuria, *l.* 11. C. *de resc. vendit.* l. 1. §. *usque adeo* 5. *ff. de injur. l.* 145. *ff. de R.* J. *cap. scienti* 27. *de R.* J. *in* 6.

Effectus cridarum, quæ ob rem
54. inventam furto amissam fiunt, est, ut verus Dominus, elapso termino, illam rem vindicare nequeat. Nam cridæ eum in finem fiunt,
55. ut litium sit finis, & ne dominia in incerto sint; Tribuunt enim ejusmodi proclamata bonam fidem, MENOCH. *lib.* III. *præs.* 130. *n.* 1. DEC. *cons.* 140. *princ.* Hinc tale statutum iniquum non est, sed ad unguem observandum, ROL. à VALL. *cons.* 72. *n.* 50 BURSAT. *consil.* 66. *n.* 4. ALCIAT. *lib.* II. *Resp.* 55. CRAVETT. *consil.* 216. *n.* 21. MENOCH. *consil* 1244. *n.* 25. RICHT. *decis.* 96. *n.* 98. *& seq.*

56. Cridæ, quæ propter tributum ærario solvendum fiunt, hunc sortiuntur effectum, ut sciant cives, tempus solutionis instare, quo præterlapso executio in morosos impune agitur. Denunciationes tributi exsolvendi, in quibusdam urbibus per tympani sonitum fieri scio, de quo modo dici solet: Daß die Bürger nach der Trummel exerciret werden.

In judiciis criminalibus, quæ cum clamore, mit Geruff und Zetter-Geschrey/ instituuntur, hoc 57.
gridæ istæ operantur, ut accusatus jam habeatur pro notorio delinquente, pænaque ultimi supplicii affici queat. Unde talis clamor non fieri solet, ubi delictum non est notorium, nec meretur pœnam ultimi supplicii, Land-Recht *lib. I. art.* 7. §. *ult.* Weichbild *art.* 38. *ibiq. Glossa dicit:* Quod nulla accusatio cum clamore in- 58.
stitui possit, nisi in tribus casibus, scilicet furti homicidii & raptus. COLER. *decis.* 108. *n.* 4. STEPH. *ad Const. crim. Caroli V. art.* 87.

Quando per proclama, moto concursu creditorum, fit citatio, 59.
hic edictalis citationis effectus est, ut creditores credita sua in termino præfixo proponant, simulque sua jura deducant, quo postea creditores non facile audiuntur, nisi per juramentum causas silentii & absentiæ demonstrent, MEV. *discuss. levam credit. cap.* 3. *n.* 121. GAIL. 1 *obs.* 57. *n.* 7.

Etiam Clerici cæteræque personæ

næ exemptæ & privilegiatæ, ad proclama judicis ſecularis comparere tenentur, nec declinare volentes forum, audiuntur; Quia creditores conſiderandi ſunt, ut actores, quibus incumbit, forum rei ſequi, ſive Laicus ſit ſive Clericus; Vocantur enim creditores
61. ad inſtituendam actionem, & licet debitor, edito libello ſuo & priori iſto actu cenſeatur actor, tamen in effectu, quoad omnia vere reus eſt, BART. *in l. libertus. ff. de in jus voc.* FAB. de ANNA *conſ. 59. n.*
62. *& 10.* GIURB. *deciſ. 44.* Eamque ſententiam de jure receptam & veriſſimam dicunt, VIVIUS *deciſ. 38. n. 8.* MARSIL. *deciſ. 79. lib. I.* APIZELL. *de quinquennal. dilat. tit. 1. n. 97.* SALGAD. *labyrinth. credit. p. 1. c. 6.* Unus ergo ſed fruſtra diſſentit MARTA *de jurisdict. part. 4. cent. 2. caſ. 123.*

63. Edicta Principis per Magiſtratum in locis publicis affixa, ut quæ totam concernunt Rempublicam, hoc operantur, ut vim legis territorialis habeant, ex quo conſectarium eſt, quod ſubditi ſimul ac extranei in territorio exiſtentes illis obedire teneantur, KNICHEN *de jure territor. cap. 3. n.* 297. BESOLD. *theſ. pract. verb.* Gebot. STEPH. *de jurisdict. lib. II. cap. 7. part. 1. n.* 350. adeoque effectus ſubjectionis eſt, *ſupra lib. I. cap. 8. n. 73.*

Prout olim actio pœnalis prætoria conſtituta erat adverſus eum, 64.
qui album Prætoris (tabulam illam gypſatam & dealbatam, in qua Romæ Prætores ſua edicta & actiones earumque formulas proponebant) *l. 2. §. 10. ff. de orig. jur.* dolo malo corrumperet, §. *pœnales 12. J. de action.* cujus ratio conſiſtebat in contempta Prætoris Majeſtate vindicanda. Sic hodie pœna in corrumpentem edicta Principum publice affixa, eſt 65.
arbitraria, GRÖNW. *de LL. abrog. & BRUNNEM. in l. ſi quis 7. ff. de jurisdict.* Quod ſi autem plures illud corruperint, ſuſtulerint, vel deleverint, ſinguli in ſolidum tenentur, nec pœna ab uno perſoluta, alterum ex delicti conſortibus liberabit, *d. l. 7. §. 9. ff. dict. tit.*

Caput LIV.

DE MUNICIPIORUM JURE FEUDALI.

SUMMARIA.

1. *Capitis hujus methodus. Membrum primum.*
2. *Feuda originaliter contemplatione Magistratus data.*
3. *Municipia cur feuda dare possint?*
4. *Inferiores & ignobiles secundum quosdam res suas in feuda dare non possunt.*
5. *Persona viles & rustica dant feuda.*
6. *Quæ potest privatus, ea multo magis potest Municipium.*
7. *Quilibet habens bonorum suorum administrationem, res suas infeudare potest.*
8. *Municipium dans feudum, jurisdictionem quandam de rebus feudalibus sibi acquirit.*
9. *Municipiorum feuda dicuntur Burgensia.*
10. *Feudi concessio non importat superioritatem.*
11. Ein jeder gemeiner Bürger oder Baur kan ein Erbherr seyn.
12. *Si Municipium bona universitatis in feudum det, ejus requisita alienationis.*
13. *Municipii jus vasallagii.*
14. *Municipium feudum accipere potest.*
15. *Quando renovatio investitura à Municipio facienda?*
16. *Vasallus,* Lehn-Träger / *specialiter ex Municipio constituendus.*
17. *Cautela pro Municipio si plura recognoscat feuda?*
18. *Quid si constitutus vivat & constituentes mortui sint?*
19. *Exemplum Monasterii, si moriatur Abbas & vivat curator?*
20. *Istius substituti potestas.*
21. *Municipio quandoque ad renovandam investituram certum tempus præfinitur.*
22. *An civitas privanda sit feudo, si ejus administratores negligentes sint in petenda investitura?*

23.

23. *Civitati ut minori ob neglectam investituram restitutio in integrum competit.*
24. *Secus si ipsa civitas sit in dolo.*
25. *Civitas quoque obligatur ex delicto omissionis.*
26. *De civitatis delicto commissionis in Dominum feudi.*
27. *Delictum Consulum & Senatorum, in feudi Dominum, non obstat civitati.*
28. *In mandato generali nunquam concessa videtur facultas delinquendi.*
29. *Delinquere non pertinet ad officium Regentis.*
30. *Si civitas in duas partes sit divisa, & harum altera in dominum feudi delinquat?*
31. *Si in civitate vasalla vel à sola plebe, vel à patritiis committatur delictum commissionis.*
32. *Felonia à civitate commissa cadere debet in ipsam universitatem.*
33. *Exemplum si quis ex civibus stuprum uxori vel filiæ domini inferat.*
34. *Civitas si ob feloniam feudo privatur, privandi tamen eo non sunt cives, feuda particularia possidentes.*
35. *Ejus ratio.*
36. *Quid si Consul regens committat delictum in Dominum feudi?*
37. *Exemplo Prælati feloniam committentis.*
38 *Subfeudi concessio.*
39. *Quatenus à civitate fieri possit?*
40. *Civitas nunquam moritur.*
41. *In feudo civitati concesso non considerantur liberi vel agnati.*
42. *Feudum civitati concessum etiam morte amittitur. Mors civitatum.*
43. *Civitas à Tyranno destructa non dicitur mortua.*
44. *Ob bannum perpetuum civitas habetur pro mortua.*

1. Duplex capitis hujus, intuitu feudalium constituitur membrum, quorum prius est ratione feudi à Municipio constituendi & dandi: Alterum ratione feudi à
2. Municipio accepti. Et Municipales feuda, quorum si primævam spectes originem contemplatione Magistratus data VULT. *de feud. c. 1. n. 14. & c. 41. n. 1. lib. 1.* dare posse, ideo assero, quia 3.
non reperiuntur apud Feudistas in personis exceptis, est ad hoc authoritas BALD. ALVORAT. & *aliorum in c. 1. de his qui feud. dar. poss.* SONSBEC, *de feud. p. 6. n. 15.* HART. *de feud. observ. 6.* BRUN. *cons. 157. in pr. vol. 1.*

 Non

4. Non defuere quidem, qui existimarunt, inferiores & ignobiles, res suas allodiales non posse in feudum dare, sed bene ea quæ ab aliis in feuda tenent, ut in ea fuit opinione NICOL. *de* NEAP. *in c. 1. per quos fiat invest.* DUAR. *de feud. c. 6.*

5. Quod tamen, cum nec de jure, nec de consuetudine receptum sit, ideo propositione hac, argumentum ab ignobilibus privatis etiam vilibus & rusticis. SCHRAD. *de feud. p.* 10. *sect. 8. n. 14.* REINCK. *de regim. secul. & Eccl. lib. I.*
6. *class. 5. c. 1. n. 9.* ad Municipales tanquam majus ducimus, regulare namque est, omnia quæ potest Municipium privatus, ea multo magis posse, *arg. l. 1. §. 1. ff. quod cui univers. nom l 1. ff. de libert. univers.*

7. Indifferenter traditur, quod quilibet, qui legitimam suorum bonorum habet administrationem, res suas infeudare possit, JACOB de St. GEORG *in tr. feud. verb. in feudum. n. 26.*

8. Municipium itaque dans allodium suum in feudum (quæ feuda vocantur Burgensia) jurisdi-
9. ctionem quandam Domino, tamen territoriali non præjudicabilem singularem, ordinariam tamen super rebus, quæ ab ipso in feudum recognoscuntur, sibi acquirit *c. Imperium. §. ult. de prohibit. feud. ali. per* FRIDER. ZABARELL. *in Clem. Pastoralis vers. denique in 3. notabil. col. 3. quæst. 4. de sentent. & de judic.* SCHRAD. *d. pr. 10. sect. 8. n. 14.* SCHNEIDEW. *de feud. c. 3. n. 14.* REINCK. *de regim. secul. & Eccles. l. 1. n. 9.*

Feudi concessio non importat superioritatem, nec juramentum eo nomine præstitum obligat accipientem, ut subditum, sed ligat eum saltem in concreto, ratione ipsius feudi, ejusque onerum, non personam in abstracto, SCHRAD. *de feud. d. part. 10. sect. 1. n. 51.* GAIL. *de arest. cap. 6. n. 14. & seq.* 10

Faciunt ad præmissa illa; Nach welcher Art zu reden / nicht allein ein Fürst / Graff oder Herr / sondern auch ein jeder gemeiner Bürger und Baur / ohne Schein und Grund einiger ordentlichen Landes-Obrigkeit / ein Erb-Herr seyn und heissen kan / wann er nur seine Vasallos Emphyteutas, censitos, superficiarios, Curiales, Colonos, servos, homines proprios, adscriptitios glebæ, und dergleichen Lehen-Pflicht-und Zinß-Leut hat / darüber ihme ausserhalb des Eigenthums / und dahero steigenden Rechten im geringsten keine Bottmässigkeit zukommt. Waldeckische Ehren-Rettung. *p 2. cap. 9.* SPEIDEL ad BESOLD. *pr. th. lit. E. n. 49.* 11

Si

12. Si tamen Municipii Rectores bona universitatis in feudum dant, quia horum administratio non alienatio à lege ipsis concessa est, hinc sequitur, quod in concessione ista sicut in omni alienatione, solennitates requisitæ negligendæ non sint, ZAS. *tract. feud. part.* 5. *n.* 51. *tom.* 4. *arg. l.* 1. *&* 5. *ff. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. l. lex quæ tutores* 22. *C. de administr. tut. l. fin. C. de vend. reb. civit. lib.* XI

13. Alterum capitis hujus membrum de jure feudi est, si Municipium illud acceperit, ac Domino suo obligatum est, tanquam vasallus. Et indubitati juris est, Municipium quoque feudum accipere

14. posse, quia contrahere potest, valetque regula: quod à quo non removetur genus, ab eodem nec removeantur omnes species illius generis: BART. *in l. juris gentium.* §. *sed si fraudandi. n.* 2. *ff. de pact. arg l. fin. in pr. C. de usur. rei judic.*

15. Hoc autem casu, quia communitas semper vivere, & nunquam mori intelligitur, *l. fin. ff. quod cuj. univ. nom.* hinc quoad renovationem investituræ mutatio contingere non potest, *l. proponebatur* 76. *de judic. l. an ususfructus* 56. *ff. de usufruct. l. annuum* 6. *ff. de ann. leg. c.* 1. *vers. inde potest præsumi de alienat. feud.* 1. *F.* 13. Er-

16. go ne longinquitate temporis pleno jure res feudalis censeatur esse civitatis, solet investitura per certum aliquem substitutum, & ad id specialiter deputatum peti, SYLVAN. *de feud. recognit. quæst.* 94. *n,* 5. ZAS. *de feud. part.* 7. *n.* 11. qui vocatur der Lehn-Träger / quod munus plerumque incumbit Syndico, SCHRAD. *p.* 5. *cap.* 4. *n.* 24. à cujus morte tempus petendi investituram currit, HARTM. PIST. *Pract. obs. lib.* II. *tit.* 54 *Obs.* 14. ubi autem plura Municipium re- 17.
cognoscit feuda consultum ipsi non est, ista omnia ob renovationis onus, uni committere personæ, sed ut diversis conferatur, e. gr. Consulibus & Pro-Consulibus, ac quoties ex his quidam fato cedit, semper animadvertendum erit, ne ob petitionem investituræ, respublica damni quid patiatur. Consti-
tutus hic ab administratoribus ci- 18.
vitatis investituram impetrans, & præstanda præstans, quamdiu vivit, licet ipsi constituentes & administratores mortui sint, communitas tamen necesse non habet, aliam petere investituram, FRANTZ de *Laudem. cap.* 8. *n.* 146. Pari
ratione sicut curator Monasterii, 19.
der Lehn-Träger / qui petiit investituram, juravitque fidelitatem nomine Abbatis & Monasterii, licet Abbas moriatur, Monasterium tamen novam investituram petere

à Domino non cogitur, HARTM.
20. PIST. *cit. loc.* Ergo talis substitutus, licet quoque mandatarius vel procurator appellari possit, amplius tamen quid habet quam Procurator, speciale mandatum habens, FRANTZ. *de tract. & cap. n.* 137. Qui similis est curatori qui pluribus existentibus heredibus vasallis, nomine omnium investituram petit, & juramentum fidelitatis præstat, sicut ex inveterata consuetudine Germaniæ obtinet, teste MYNSING. *5 obs. 9. n.* II. Aliquando etiam à Domino feudi,
21. Municipio certum præfinitur tempus, quo præterlapso renovatio investituræ petenda, STRUV. *Synt. jur. feud. cap.* 10. *th.* 3. *n.* 3.

Quod si Municipii Rectores, ne-
22. gligentes sint in petenda investitura, quæritur, an civitas statim privanda sit feudo? Et quidem id negatur, si ipsa civitas dolo vel culpa careat, puta, si Syndicus vel deputatus vasallus, inscia universitate investituram petere neglexerit; Tunc civitas, ne ob hanc omis-
23. sionem damnum incurrat contra istam læsionem in integrum restitui potest, quia civitati æque ac minori restitutio hæc conceditur, *l. Respublica ff. C. ex quib. caus. major. l. Rempublicam 3. C. de jure Reipublicæ ibiq. DD.* Minori autem, qui propter non petitam investituram feudum amittere meretur, contra hanc læsionem sive amissionem feudi, restitutionem in integrum concedi, clari est juris, ALEX. *cons. 79. lib. I.* ROL. à VALL. *consil.* 18. *n. 21.* Secus tamen est, 24.
si ipsa civitas est in dolo, puta, si ipsa per eos, qui cives singulos repræsentant, injunxit administratori, ne investituram peteret, vel si sciens investituram petendam, & Syndicum vel alium Deputatum hoc negligere tacuerit ac consenserit, tunc 25.
quia etiam civitas obligatur ex delicto in omittendo consistente, hinc & ob id feudo recte privari potest, quia casus hic non reperitur exceptus à regula, quæ vult privationem eo casu in delicto civitatis procedere; Regulæ enim tam diu est insistendum, donec de exceptione fides fiat *DD. in l.* 1. *ff. de R. J.* SCHRAD. *de feud. p. 2. part. 9. Sect. 9. quæst. 35. n. 55.*

Quoad delictum omissionis no- 26.
tandum, civitatem, quæ convocatis omnibus solenniter de universitate, & consilio communicato ex proposito contra Dominum feudi deliquit, feudo quoque privari posse, *cap. gravem x. de sent. excomm.* ANDR. de RAMPIN. *in cap.* I. *§. fin. ibique* MATTH. de AFFLICT. FELIN. *in cap. dilectus de sent. excomm.* MENOCH. *recup. rem. qu. n.* 123. Cæteroquin, licet Consules 27.
&

& Senatores delinquant, hoc tamen civitati non obest, licet ipsi totam universitatem repræsentent, quia potestas vel repræsentatio est limitata quam non licet transgredi, BART. *in l. ambitiosi 4. n. 26. ff. de de decret. ab ordine fac. arg. l. diligenter. 5. ff. mandat l. non distinguendus 32. §. de officio ff. de arbitr. l. prohibere 3. §. plane ff. quod vi aut clam. l. fin. de vend. reb. civit.* quod hocce casu clarius
28. adhuc patescit, quia in mandato vel commissione, quantumvis generali nunquam intelligitur concessa facultas delinquendi, vel mandantem ad pœnam obligandi, *l. 3. §. si procuratori ibiq; DD. ff. quod cuj. univ. nom.* Neque actum vel ge-
29. stum ab universitate in iis quæ ad officium illorum non pertinent, subditis debet esse onerosum vel nocivum, ac delinquere non pertinet ad officium Regentis, CRAVETT. *cons. 957. n. 12.* BALD. *consil. 271. n. 5. & 6.* Quod in
30. tantum procedit, ut, etsi civitas in duas partes sit divisa, quarum alterutra adhibito consilio in Dominum feudi delinquat, tamen per illud delictum, quoad amissionem feudi civitati toti non præjudicari, sed ipsam feudum adhuc retinere, AFFLICT. *cap. 1. in princ. quib. mod. feud. amitt.* ZAS. *Tract. feud. part. 10. n. 71.* hac addita ratione, quia una pars delinquendo alteri non nocet, *C. in nostra de jurejur. Vide supra lib. I. cap. 14.*

Huc patet, quod si in civitate 31.
vasalla, soli Patritii vel sola plebs, commiserit culpam omissionis feudi, ob id nec civitatem privandam. ALVEROTT. *in c. 1. §. 1. n. 12. quib. mod. feud. amit.* BLANC. *lib. IV. de feud. cap. 2. n. 13.* MEISCHNER. *decis. Camer. 22. n. 213. tom. 1.*

Qoties vero per delictum civi- 32
tatis ipsa feudo privanda est, tunc felonia vel rati habitio ejus debet esse commissa nomine civitatis eritque delictum, quod cadere potest in ipsam universitatem. Scilicet quis ex civibus, 33.
uxori, filiæ, vel matri Domini stuprum intulerit, & civitas illud delictum ratihabuerit, tamen feudo non privanda, quia hoc crimen ab universitate explicari non potuit, BALD. *in l. sicut. §. 1. ff quod cuj. univ.* Casu quo civitas ob 34.
feloniam commissam feudo privari potest, privati tamen cives, etiam participes criminis, si particularia feuda, ab eodem domino possident, iis simul privari nequeunt, si saltem sententia prvationis lata, est contra ipsam civitatem, & singulares cives ad id non fuerint citati, quia aliud est civitas aliud

singulares cives *l. in tantum 6. §. universitatis ff. de rer. divis. l. sed si hac* 10. §. *qui manumittitur ff. de in jus voc. cap. qui manumittitur*
35. 12. *qu. 2.* Et valet hic regula, quod res inter alios acta aliis non præjudicet *l. sæpe 63. ff. de R. jud. l. si cui 7. §. iisdem ff. de accus. l. Modestinus 10. ff. de excecpt. l. 1. & 2. C. res int. al. act.* SCHRAD. *dict. sect. 9. n. 94.*

36. Sed quid si Consul regens in Dominum deliquerit, tunc volunt feudum quidem reverti ad dominum, sed quousque tantum vivit, vel in consulatu est Consul, post mortem namque ejus vel naturalem vel civilem Municipio feudum restitui debet, SONSBEC. *de feud. p. 13. n. 6. ad fin.* SCHRADER. *de feud. p. 2. part. 9. Princip. sect. 9. incipit. trigesimo quaro quæst. 35. n. 30. pract.* PAPIENS *de form libelli quo agitur ad revocat. feud.* BESOLD. *consil. 57. n. 130. part. 2.*
37. Exemplo Prælati, ob cujus delictum vel feloniam Ecclesia feudo privari potest, quoad ille vivit, si autem fuerit mortuus, vel ab officio remotus, Ecclesia feudum illico recuperat. SCHRAD. *d. p. 2. part. 9. sect. 9. n.* 70.

38. Cum de jure feud. constet subfeudationem consentiente Domino fieri posse, & tali casu vasallo infeudante, heredibus feudalibus relictis mortuo, feudum hoc ita subsistat, ut Dominus cui apertum est feudum, subvasallum agnoscere, eique petenti investituram super subfeudo renovare teneatur, & quidem ob consensum semel præstitum HARTM. PISTOR. *lib. II. quæst. 45. n. 16. & quæst. 44. n. 27.* Hæc tamen concessio 3
in subfeudum civitati facta eundem effectum non habet, & aperto feudo, dominus illud subfeudum denuo concedere non obligatur *arg. 1. feud. 13. §. Inde potest*, quia non concessum fuit à vasallo subfeudum, subvasallo ejusdem conditionis, sicut id in subfeudatione requiritur. Civitas enim 4
ob rationem complurium privilegiorum, quibus gaudet, atque ob difficultatem conveniendi, potentioribus accensetur, ut tale subfeudum nunquam reversurum esset ad dominum, quod ipsi durum, quia civitas æque ac Ecclesia nunquam moritur *dict. 1. feud. 13. C. si gratiose 5. de rescript. in 6.* KOHL. *de subinfeudat. cap. 2. n. 16.* ROSENTH. *de feud. cap. 9. memb. 1. concl. 45. n. 7. lit. G.* PISTOR. *vol. 2. cons. 47.* Atque ita responsum esse anno 1665. recenset STRUV. *in observat. feud. ad cap. 12. §. 9.*

Feudum civitati concessum non 4
potest reverti, quam ad Dominum in cæteris quoque ad liberos vel agna

agnatos devolvitur, hic autem nec liberi nec agnati considerari possunt, sed sola domini persona ergo feudum ita finitum ad solam domini personam revertetur NIEL.
42. *disp. feud. 8. th. 2. lit. F.* Feudum civitati concessum amittitur etiam morte, sed mori civitas intelligitur, cum solo æquatur, vel funditus evertitur, modo eversiones istæ civitati contingant ob deli-
43. ctum & authoritate Superioris; Si autem à Tyranno & hoste, belli tempore destruatur, absque culpa, diro saltem fato, tunc destructio illa inter casus fortuitos connumeratur, sicut omnis vis latronum & prædonum *l. in ratione ff. ad L. Falcid.* §. *item is cui J. quib. mod. re contrah. l. in reb. ff. commod.* Pro mortua quoque ha- 44.
betur, perpetuo banno, ob cujusmodi capitis diminutionem omnia privilegia & jura amittit. Et licet tali casu civitas ob culpam & delictum eversa, etiam cum Principis consensu restauretur, tamen jus feudi semel exstinctum, sicut & omne privilegium & jurisdictionem non recuperat, per ea quæ habet GAIL. *2. observ. 61. n. 3. & 4. ibiq. alleg.*

Caput LV.

DE MUNICIPIORUM JURE MUNIENDI.

SUMMARIA.

1. *Jus fortalitii est regale.*
2. *Principis est, non privati, arces & fortalitia exstruere.*
3. *Turbati juris superioritatis incommoda. Jus muniendi ad jura belli spectat.*
4. *Quatenus fundos proprios tueri ab incursu liceat?*
5. *Dispositio juris Suevici desuper.*
6. *Quid in Hispania de hoc juris?*
7. *Chateaux en Espagne priverb. Gall.*
8. *Quid in Gallia juris circa exstructionem fortalitiorum?*
9. *Concessio juris muniendi à Stephano Angliæ Rege.*
10. *Bononiensium & Hugonis Pensacensis historia*
11. *Rudera veterum castellorum in Germania.*
12. *Constit. Imperii.*
13. *Apud veteres pro mœnibus erat juventus.*

14. *Exempla.*
15. *Responsum Wilhelmi Ducis Juliacensis ad Imperator Maximilian. I.*
16. *Apud veteres Germanos fortalitia perquam erant rara.*
17. *Fortalitiorum utilitas moribus hodiernis.*
18. *Linea exercituum.*
19. *Jus reficiendi an sit regale?*
20. *Multa leges, mutata Romanorum jurisdictione mutata sunt.*
21. 22. *Municipia habent jus reparandi muros, & alia propugnacula.*
23. *Mœniorum refectionis onus incumbit Municipiis.*
24. *Defensio non deneganda urbibus.*
25. *Princeps potest repartitionem murorum prohibere vel imperare.*
26. *De jur. Civili non licet muris Municipiorum, quid superimponere vel eos perforare.*
27. *Nec prope muros licet ædificare.*
28. *Ordinat. Polit. Ducis Neoburg.*
29. *Ædificia prope muros civitatis metu damni publici dirui possunt.*
30. *An restitutio damni per demolitionem talis ædificii dati, facienda?*
31. *Prope muros cum permissione ædificans etiam illos reparare tenetur.*
32. *Non licet privato aperire muros civitatis.*
33. *Ad reparationem murorum quatenus omnes cives concurrere debeant?*
34. *Ad eam tempore necessitatis tenentur quoque exempti.*
35. *Cives ad eam tenentur etiam sine belli metu.*
36. *An si muri ruinam minentur, cives vicina prædia tenentes possint petere cautionem de damno infecto.*
37. *Responsum Schilteri de casu hoc consulti.*
38. *An legatum ad pias causas debitum etiam ad murorum refectionem impendi possit?*
39. *Publicis necessitatibus providendum.*
40. *Etiam privatorum incommodo.*
41. *Favor pauperum vincitur favore publico.*
42. *Circumstantiæ pro quæstionis istius decisione notandæ.*
43. *Medium excitandi liberalitatem civium ad reparanda mœnia.*
44. *Muri & portæ res sanctæ.*
45. *Sanctum unde dictum?*
46. Hagen/Heyen *àanciendo.*

47. *Sacio pro sancio. Origo vocis.*
48. *Hetrusci Religionis Magistri apud Romanos.*
49. *Muri cur sancti ex Plutarchi sententia?*
50. *Jus Alemannicum circa sanctimoniam murorum.*
51. *Pœna capitis delinquentibus in portas & muros dictata.*
52. *An transcendentium muros Municipales sit pœna capitalis.*
53. *Quod negatur.*
54. *Crimen læsæ Majestatis tantum contra Remp. Rom. committi potuit.*
55. *Omnes in orbe Romano quomodo cives Romani dicantur?*
56. *Pœnam transcendentium muros etiam Municipales, quamvis quidam putent capitalem esse.*
57. *Hodie tamen est arbitraria.*
58. *In dictanda pœna videndum, quo animo quis mœnia Municipii transcendat.*
59. *Civitatum valla & propugnacula etiam sunt sancta.*
60. *Quid de eo qui ex metu pœnæ muros transcendit? In fuga semper est mala fides.*
61. *Ignoscendum ei qui sanguinem suum redemit.*
62. *Pœna violationis mœniorum apud Mechlinenses.*
63. *Sagæ & venefici transvolantes mœnia ad montem Bructerorum, an gravius puniendi?*
64. *Per aliam viam quam per portam ingredi & egredi non licet civitatem.*
65. *Ob debitum civitatis non potest fieri executio in ejus muros.*
66. *Sanctitas palatiorum Regum & Principum.* Burg-Friede.
67. *Si de Murorum dominio est quæstio ad insignia & arma depicta recurrendum*
68. *Rei alienæ non permittitur insigere arma vel insignia sua.*

1\. Nemo Politicorum dubitat, jus fortalitii, sive muniendi oppida, arces & castella, eine Stadt vest machen / mit Basteyen verwahren / Vestungen anlegen / dieselbe mit Soldaten besetzen / à Municipiorum juribus longe remotum & regium esse, adeoque ad solum Principem vel eum, qui jura Majestatis habet, pertinere. Principis namque est, salutem Reipublicæ tueri, & ut SIMANCHA de *Req. lib.* VIII. *cap.* 14. ait: Optime subditorum incolumitati prospicitur, quando regiis legibus edicitur, ne à privatis hominibus arces vel turres exstruantur, privati 2.

quippe fortalitium si constituant aut sese à jugo Superioris eximendi animum ostendunt, vel ejusdem Domini æmulatione quadam id faciunt.
3. Natura inclinante servus vinctus id postulat, ut vincula dissolvantur, solutus libertatem petit, liber factus civitatem adeptus Magistratum, hinc ad summos honorum gradus conscendere quousque regnum consequatur. Adhæret ergo jus muniendi potestati territoriali & regalibus, sicut jus belli & armorum, CLAPMAR. *de arcan. Rerumpubl lib.* I. *cap.* 21. *verb. jura muniendi.* SIXTIN. *de Regal. lib.* II. *cap.* 1. *n.* 15. CHOPPIN. *de doman. lib.* III. *tit.* 29. *n.* 24. KNICHEN *de jure territor. cap.* 3. *n.* 238. MYLER. *discurs. de stat. Imp. concl.* 83. *n.* 3.

Unusquisque loca sua & fun-
4. dos proprios murali quidem ambitu à piratarum, hostium item ferarum incursionibus vallare potest per *l. provincias* 30. *ff. de ædif. privat.* LIMN. *de jur. public lib. IV. cap.* 9. *n.* 234. Hoc tamen fieri debet absque fortalitii forma.
5. Quo facit Schwaben-Spiegel *cap.* 234. Man mag auch ein Hoff ohne sein (des Land-Richters) Erlaub an ebener Erde umfahen mit einer Mauer/die also hoch ist/ so ein Mann sitzet auf einem Roß/daß er wol zu oberst daran gereichen möge mit der Hand ahn Zinnen/ und ohne Brustwehre und aller Schlacht-Vestung in derselben weiß / mag ein Mann seinen Hoff mit Holtz ummachen. In Hispania nemini castrum ædificare licet, nisi cui id Princeps concessit, ARZEVED. *in Constit. Hisp. lib. VI. tit.* 5. imo ibidem nec reficere castrum exstructum licet, rationem cujus reddit PASQUIER. *Recherches lib. VI. cap.* 15. hisce verbis: *Ceux qui rendent raison de cela, estiment que ce fut pour empecher que les Mores, qui faisoient ordinairement plusieurs courses, ne surprissent quelques chataux de fore, ou d'emblée, ou ils auroient moyen de faire une longue & seure retraite. C'est pourquoi on a dit que celui fait en son esprit des chateaux en Espangne, quand il s'amuse depenser à part soy à chose, qui n'etoit faisable.* In Gallia à Rege obtineri debent literæ concessionis, civitatem muro cingere, & munimento firmare, COQUILLE *ad consuet. Nivern. cap.* 1. *de just. art.* 7. LIMN. J. *P. lib. IV. cap.* 8. *n.* 225. Stephanus, Rex Angliæ, ut indulgentiorem se subditis præberet, & simul contra Henricum II. muniret, concessit quidem subditis in suo cuique territorio castella parandi, muniendique potestatem, mox tamen eum pœnituit istius liberalitatis,

cum eos inde experiretur obstinatiores, & ipse Henricus, secundo regni sui anno funditus ea demoliri præcepit, ARNIS. *de jure Majest. lib. II. cap. 5. n.* 8.

10. Bononienses cum aliquando muros reparare essent prohibiti, ipsi in fraudem legis, vallis, fossis arborumque strue fortius ac muro civitatem circumdedere, LIMN. *d. lib. IV. cap.* 8. *n.* *229.* Hugo Pensacensis, eò quod non consulto Rege in Aquitania, arcem loco rebus bellicis gerendis inidoneo ædificasset, non modo in jus vocatus, sed etiam ad supplicium tractus fuit, PAUL. Æmil. *Histor. Franc. fol.* 373.

11. Superioris seculi historiæ comprobant & plurimarum arcium à majoribus nostris spessundatarum & dirutarum rudera attestantur, quid valuerint latronum & prædonum istæ latebræ, de quibus BODIN. *de Republ. lib. V. cap.* 5. CRUSIUS *Annal. Suevic. lib. XII. part.* 1. *cap.* 3. *& lib.* VI. *cap.* 12. *part.* 2. COMIN. *lib. X.*

12. Unde passim in Constitutionibus Imperii, Erklärung des Land-Friedens zu Augspurg de Anno 1500. §. wider gemeldte Schlösser. item: Recl. Imp. de anno 1567. §. dieweil es aber. 45. in verb. in dem, viel bemeldten Receptacul der Rebellen und Friedbrecher der Vestung/ &c.

An autem expediat Principi, omnia sua oppida esse munita, nec ne, non sat conveniunt in hoc Politici. 13.

Sane veteres pro mœnibus juventutem reputabant, sicut Lycurgus Lacedæmoniis suis muros & mœnia sustulit, ut in animi fortitudine præsidia salutis collocarent. Unde Climenes de oppido arte & natura munito dixit: O muliebres latebras! Et Agesilaus cuidam muros oppidi validos ostendenti, & roganti, an pulchri viderentur? respondit: Pulchri per Jovem, sed in quibus mulieres habitant, non viri. Legatus quidam in Asiam missus ostendentibus ipsi murum probe munitum, per Deos, inquit, O hospites: conclave mulierum, PLUTARCH. *in Lacon.* Eo quadrat responsum Wilhelmi, Du- 14.

15. cis Juliacensis ab Imperatore Maximiliano interrogati, cur munitiones nullas in ditionibus suis exstruxerit? Ego fretus primum pace & amicitia meorum vicinorum neminem lacesso, deinde sto fidei & virtuti meorum subditorum, DAN. CRAMER. *in orat. funebr. Friderici Ducis Stetin. cit. à* KNIPSCH. *de C. J. lib.* II. *cap.* 22. *n.* 105. *& seq.*

16. Veteres Germani vicos patulos incoluere, urbes autem munitas ferre non potuere, hinc Tencteri apud TACIT. *lib.* IV. *Histor.* Ubiis istam ignaviam exprobran-

inquiunt: Postulamus à vobis muros coloniæ munimenta servitii detrahatis etiam fera animalia si clausa teneas, virtutis obliviscuntur. Nec Germania ullam habuit urbem ante quintum seculum Christianum, prout testatur CONRING *de urbibus German.* §. 20. *&* 24. Habita tamen ratione locorum & qualitate subditorum aliquando fortalitia exstruere expedit, aliquando non, THOLOSAN. *de Republ. lib.* II. *c.* 3. 17. *n.* 3. Quicquid autem horum sit, tam truculenta sunt, hodierna hostium molimina, ut contra eorum 18. insultus fortissima monumenta non sat esse possint munita, ubicunque stationes figunt exercitus, mox vallis, quæ jam lineas vocamus, sese cingunt, ut de exercitu tali, qui irruptionem hostium timet, ac illico inde se tali vallo cingit, merito possit dici: *Nulla dies sine linea*, non castella, non oppida, non urbes tantum sed integra regna hac nostra ætate fiunt propugnacula, quorum utilitatem merito defendunt ANTIMACH. *de regni administr. lib.* III. *n.* 33. BODIN. *de Republ. cit. lib. V. c.* 5. MELCH. JUN. *Polit. quæst.* 64. *part.* 2. *memb.* 2. SCHÖNBORN. *Polit. lib.* IV. *cap.* 13. LIBENTHAL *colleg. Polit. exercit.* 5. *quæst.* 1.

19. Sed ut ab excursione hac intra muros Municipii me conferam, quæritur, an jus eos reficiendi, etiam regale sit? Textus est apertus *in l.* 19. §. 4. *ff. de rer. divis.* Municipales muros civitatis sine Principis vel Præsidis authoritate reficere, non aliquid eis conjungere, vel superponere posse. Quæ lex multis pro fundamento est, jus muniendi vel reficiendi regale esse, AFFLICT. *in c. unic. n.* 34. *quæ sint regal. &* *decis.* 205. *n.* 70. *&* 47. *& decis.* 39. *n.* 15. ANTHON de PETR. *de potest. Princip. quæst.* 8. *n.* 13. *&* 18. *consil. Marpurg. vol.* 3. *cons.* 33. *n.* 186.

Non obstante tamen textu præallegato, qui mutata Romana jurisdictione, & ipse mutatus est, à 20 Municipiis, quæ quiddam jurisdictionis habent, murorum aliorumque propugnaculorum repa- 21 rationes, etiam non impetrata licentia à Superioribus fieri videmus, ut & hoc Municipiis concedunt ROLAND. *cons.* 84. *n.* 9. STEPHAN. *de jurisd. lib. II. p.* 2. *n.* 126. NATT. *cons.* 567. *n.* 15. & 16. *lib. III.* HOT. *cons.* 6. *n.* 4. PACIAN. *consil.* 101. *n.* 30. KLOCK. *cons.* 14. *n.* 41. *tom.* 1.

Facit & eo textus *in l. omnes* 12. *C. de operibus publ.* hisce verbis: 22 *Omnes Provinciarum Rectores literis moneantur, ut sciant ordines atque incolæ urbium singularum, muros vel novos debere facere, vel veteres firmius renovare.* Optarent sane Munici- 23 pia

pia nostra, ne reparationis illud onus ipsis incumberet, sed hodiernis temporibus ita servatur, ut mœniorum reparationes ab universitatibus fiant, BORR. *de custod. clav. n. 44*, CARD. TUSCH. *lit. O. concl.* 121. *n.* 4. STEPH. *de jurisd. lib.* II. *d.* 2. *cap.* 2. *n.* 126.. KLOCK *de contrib. cap.* 9. *n.* 24. Quod
24. sine ratione, cœcam per invidiam sæpe negarunt, qui inter Martios furores, nisi illuc refugere non potuerunt, suis calamitatibus, si non probiores, tamen peritiores forte effecti, quam ut defensionis munimina urbibus invideant, ait MEV. *ad Jus Lubec. lib.* I. *tit.* 2. *art.* 1.
25. *n.* 64. Semper tamen in Superioris potestate situm est, reparationem istam murorum ob justam causam, vel publicam salutem prohibere vel imperare, FRITSCH. *de jure fortalit. exstruend. cap.* 4. *n.* 50. 51.

26. De cætero etiam jure civili, muris Municipalibus non licet quid conjungere vel superimponere, *l. sacra* 9. §. *muros. ff. de rer. divis.* nec perforare eos licet, nisi crimen peculatus quis incurrere velit, *l. qui perforavit* 11. *ff. ad L. J. pe-*
27. *cul.* Si quis autem prope muros ædificare velit, quindecim pedum spatium intactum relinquere debet,
28. *l. si cui* 9. *C. de ædif. priv.* Eo facit **Policey-Ordnung** *Wilhelmi, Duc. Neoburg. tit.* **von bauen in den Srädten.** ubi cautum, ne quis prope mœnia ædificet, nisi ad distantiam sedecim pedum, si civitas vallo non est cincta, **damit nicht nöhtig / wenn der Wall geleget worden / solche wieder abzubrechen.** Et ædificia, quæ mœnibus ita cohærent, ut ex illis in- 29.
cendium vel insidias vicinia reformidet, aut angustentur platearum spatia, vel minuantur porticibus latitudo, diruenda ac prosternenda sunt, *l. ædificia. C. de operibus public.* Et ex facto consultus ita respondisse se refert PETR. PECK. *ad reg. jur. Canon. reg.* 79. Et qui- 30.
dem sine restitutione damni, JOH. à SANDE *lib.* VII. *defin.* 4. nisi ab immemoriali tempore ædificium, vel pomarium ibi fuerit, tunc quidem, exigente necessitate, poterit destrui & exstirpari, sed restituta ex publico æstimatione, BRUNN. *ad l.* 3. *n.* 3. *ff. de operib. publ.* Si 31.
quis autem ex permissu Magistratus illic ædificet, tunc quoque reparare muros tenetur, sive modica sive magna fuerit expensa, *l. turres* 18. *d. t. C. de op. publ.* TRENTACINQ. *var. resol. tit. de jur. Fisc. resol* 8. *n.* 8.

Cæteroquin non licet privato, 32.
aperire publicos civitatis muros, & fenestram in eis efficere, vel foramen, vel quid aliud, in quo tra-

bes vel tignum quiescat, *l. qui perforavit. ff. ad L. Jul. pecul. l. sacra.* §. *muros. ff. de R. D.* sed ordinibus civitatis id facere licet, CHRISTIN. *vol.* 4. *decis.* 145. *n.* 6.

33. Quoad reparationem murorum sciendum, omnes cives ad illam conferre debere, audiendi tamen sunt, si dicant, quod primo expendenda sint, quæ habentur in ærario civitatis, antequam collecta indicatur, *l.* 2. C. *de præd. curial. l. si certarum.* §. 1. *ff. de testam milit.* CHRISTIN. *vol.* 5. *decis.* 48. *n.* 48.

34. Si reparatio murorum necessario facienda, puta imminente bello, tum & tenentur personæ Ecclesiasticæ pecuniarum contributionem conferre, ad eam refectionem requisitarum, secus si fiat voluntarie citra necessitatem, GLOSS. *in C. generaliter.* 16. *quæst.* 1. *verb. collationibus. C. non minus* & *C. adversus x. de immunit. Ecclesiar.*

35. Cives autem ad contributionem reparationis, vel constructionis murorum per provisionem possunt constringi, & si belli nullus metus nec necessitas instet, PAP. *lib. V. tit.* 11. *arrest.* 2. & *lib. VI. tit.* 1. *arrest.* 3. CHRISTIN. *d. decis.* 149. *vol.* 4. *n.* 5.

36. Quæro an si muri Municipiorum ruinam minantur, ii, qui vicina prædia habent, à Senatu possint petere cautionem de damno infecto? Rationem negativæ suggerit *l.* 15. §. 10. *ff. de damn. inf.* & *l.* 6. *ff. ut leg. seu fideicom. nom. cav.* quia respublica cavere non solet, interim tamen non licet Municipio, in loco publico reficiendo quid facere, vel quid reficiendum negligere, quo noceatur privatis, eo enim casu actio in factum competit contra Magistratum *arg. l.* 39. §. *Magistratus* 7. *ad L. Aquil.* Ergo Princeps adeundus, à quo petendum, vel ut prohibeat opus nocivum fieri, vel tolli jubeat factum, OLDENDORP. *class.* 6. *art.* 14. Atque 3
hoc modo desuper consultus respondit SCHILTER. Ob wol eine Stadt und Commun, zu einiger caution de damno infecto, zu Recht nicht mag angehalten werden / dieweil aber hinwiederum jeder Stadt und Commun, eignet und gebühret dahin zu sehen und acht zu haben / ne quid noceat opus publicum vicinis, damnive detur ex illius vitio, non tantum eo tempore quo opus fit, sed etiam si postea damnum contingat ex neglecta refectione, *l.* 24. §. 1. *ff. dict. tit.* In dessen Vernachlassung dem læso sonsten actio in factum contra Magistratum, in Rechten nachgelassen wird / als ist O. wohl befuget / den Lands-Für-

sten

steu dißfals anzugeben und zu bitten / daß das schadhaffte Werck abgetragen / oder sonsten de damno imminenti, in Zeiten vorgekommen werden möchte / *in addit. ad tit. ff. de damn. infect. Exerc.* 42. ubi simul subnectit formulam supplicationis ad Magistratum loci, de damno infecto ex mœnibus.

38. Quæritur, an etiam ad murorum instructionem vel refectionem relictum censeatur, si quid legatum est ad pias causas? Resp. affirmando. adeoque illud subsistit, etiamsi in illo testamento duo saltem adhibiti sint testes, sine omni solennitate, modo de disponentis voluntate constet, MEV. *part.* 8. *decis.* 5. *n.* 3. *& seqq.* SANDE *decis. Fris.* 4. *tit.* 7. *decis.* 20.

39. Nec obstat, quasi hæc non fuerit mens legantis, cum & hoc in casu utique conservetur testatoris voluntas, qui voluit publicis necessitatibus provideri, & Magistratus possit cogere divitiis conspicuos, ut pecunias mutuo dent ad publicas necessitates, si de cætero remedio locus non est, prout dictum infra *lib. III. c.* 11.

40. Nec movebit, pauperum conditionem sic fieri deteriorem, cum hic ponendus sit casus, ubi illis adhuc provisum est, ne plane egeant, & melius & ut privati incommodum aliquod patiantur, quam ut periculum salutis publicæ immineat.

41. Et utut favor pauperum sit ingens, is tamen vincitur favore publico, cum nec privilegiatus contra privilegiatum utatur privilegio, *arg. l. verum* 11. *§. item quæritur.* 6 *ff. de minor. l. sed & milites* 71. *ff. pr. de excus. tut.*

42. Quæstionis autem hujus decisio majori caret difficultate, si in genere ad pias causas relictum est tot, non expresso loco aliquo pio, cui nummi isti impendendi, maxime si aliis locis sat provisum, si periculum est in mora, & ærariolum civitatis, sicut frequenter accidit, parata pecunia destituitur, hic ergo valet regula: Salus publica suprema lex esto. WILDVOGEL *de jur. portar. cap.* 3. *n.* 59.

43. Ut & eo acrius liberalitas civium pro exstruendis & reparandis muris Municipiorum excitetur, convenit, nomina eorum illic inscribi, & si alicujus liberalitate opus illud exstructum est, ipsius nomen non eradendum, revocandæ potius sunt similes civium, in patriam liberalitates, ut monet ULPIAN. *in l. qui liberalitate* 2. *§. ff. de oper. publ.*

44. Muri & portæ quodammodo Divini juris & sanctæ res dicuntur in *l.* 1. *pr. ff. de R. D. sancta sunt, quæ neque sacra neque prophana, sed sanctione quadam sunt*

con-

confirmata, ut leges dicuntur ſancta, ſanctione enim ſunt ſubnixa, nec requiritur ut res ſancta Deo ſit con-
45. ſecrata, *l.* 9. §. 3. *d. tit.* Sanctum autem dictum eſt à *ſagminibus*, quæ erant herbæ, quas populi Romani ferre ſolebant, ne quis eos violaret *l.* 8. §. 1. *eod.* Non quidam erant certæ herbarum ſpecies, ſed quæcunque ex loco aliquo ſancto, qui rebus ſacris inſerviebat, ſumebantur, ſive gramen ſive ramus, ſive frons arboris ſacræ, ut lauri, oblivæ, myrti. &c.

46. Tales loci à Germanis Gentilibus vocabantur hagen / heven / nobis heggen / ab hegen ſancire, Hinc Tac. *de morib. Germ. lib. IX. cap.* 4. *Lucos ac nemora conſecrant Deorumque nominibus appellant.* Sic Hercinia ſylva ab Hercule appellata, de qua idem Tacit. *2 Annal.* Unde Plinius *lib. XII. cap.* 1. *Hiſtor. mundi* ait: Nec magis auro fulgentia atque ebore ſimulacra, quam lucos & in iis ſilentia ipſa
47. adoramus. Vox *Sacio*, pro quo poſteri *ſancio*, Hetruſca eſt, unde ſacer, ſagmen, ſaga, ex lingua Hetruſcorum cum ipſa religione ad Romanos pervenerunt, Jul. Cæsar Scaliger *Exerc.* 108. §. *1.*
48. Hetruſci quaſi auctores & Magiſtri religionis â Romanis habiti, Cic. *in Orat. de Haruſp.* Peucer. *de divinat. pag.* 376. qui ex vetuſta Lydorum Aſiæ, erant colonia, Val. Max. *lib. II. c.* 1. Horat. 1 *Sat.* 6. Senec. *de conſol. cap.* 6. ac multa vocabula ſyræ originis in Latium intulerunt. Vid. Schilt. *Exerc.* 4.
ad ff. §. 8. Plutarchus tamen 4
muros ex Varronis ſententia propterea ſanctos exiſtimandos ſcribit ut pro iis pugnare alacrius cives mortemque etiam ſubire ſuſtineant, Rom. *quæſt.* 27. *part.* 1.

Jus Romanum hoc ab Alleman- 5
nis quoque receptum, *cap.* 178. *Jur. Provinc.* Die Muren heiſſend heilig / die Heiligen beſchlieſſend / ſiva Muren um eine Stadt geet / da Heilige inne ſint. Und wirt jemand die Stadt verboten / und ſteiget er über die Mauren ein / daß er nicht zu dem rechten Thor ein geht / er hat das Haupt zu recht verlohren und verrecht.

Cum jam in §. 10. *Inſt. de rer.* 5
diviſ. l. fin. ff. eod. l. 3. *ff. de re mil.* pœna capitis circa muros portasque, tanquam res ſanctas, de quibus in lege antiqua Romuli dictum fuit, mœnia ſancta exiſtimantor, delinquentibus conſtituta ſit, muri autem Municipiorum etiam ſancti dicantur *in l.* 8. §. 2. *d. tit. de rer.*
diviſ. Quæritur, an eadem fuerit 5
vel adhuc ſit pœna tranſcendentium muros Municipales, quam ipſius urbis Romæ?

Et

53. Et respond. quod non, certum enim est capitalem illam pœnam restrictam fuisse ad muros Romanos, ut hoc patet *ex. d. l. fin. de rer. divis. in verb. nam cives Romanos.* Quod & patet ex illo quod à
54. DECIAN. *in tract. Crim. lib. VII. cap. 36.* transitio hæc ad crimen læsæ Majestatis refertur, crimen autem læsæ Majestatis tantum committi constat contra Remp. Romanam; Præterea in præ allegato textu subjectum exemplum Romuli & Remi innuit de civitate Romana dispositionem intelligendam esse. Exempla autem regulam declarant GL. *& DD. in §. si quis 35. Instit. de rer. divisione.*

55. Nec quicquam difficultatis ingerit, quod omnes qui in orbe Romano sunt, ex constitutione Imperatoris ANTONINI cives Romani effecti dicantur *l. 17. ff. de stat. hom.* quia, ut recte ad hanc respondet BACHOV. *ad Tr. vol. 2. disp. 20. th. 1. Lit. C.* omnes subditi Imperii sunt quidem cives Romani, sed non optimo jure, non proprie, sed per communicationem quandam honorariam, qui autem in muros Municipales quid delinquunt, etsi non capitali, severa tamen arbitraria pœna coerceri debent.

56. Limnæus quidem in contrarium docet, pœnam capitalem non solum transcendentibus muros civitatis Romanæ, sed & aliarum civitatum & Municipiorum dictatam esse, tum quia §. *sanctæ J. de rer. division.* est generalis, tum quia etiam illud hostile & abominabile est, quod in alias civitates, & contra earundem securitatem committitur *arg. l. pen. ff. ad L. Jul. Majest.* tum quia hoc clara evincunt verba *l. 8. §. fin. ff. de rer. divis.* ex quo textu ita argumentatur: Cujuscunque civitatis muri sunt sancti, in ejus civitatis muros delinquentes capitis pœna statuta est, inde enim muri sancti dicuntur, quia pœna capitis est constituta in eos, qui aliquid in muros deliquerint. *d. §. sanctæ*, muri autem civitatum Municipalium sancti sunt, consequens ergo necessarium est, etiam delinquentibus in illos capitis pœnam statutam esse, *de jure public. tom. 3. cap. 1. num. 27.* ubi contrariantium objectionibus respondet *sub num. seq.* 28. ad priorem tamen accedit mitiorem opinionem, dum ait: Hodie generaliter fere arbitrariam pœnam rele- 57.
gationis, carcerum, pecuniæ, in usu esse, similemque ex WESEMB. *in not. ad* SCHNEIDEVV. *d. §. sanctæ. J. de R. D.*

Atque semper illa limitatio ad- 58.
jungi solet, si quis animo hostili transcendendo muros vel portas,

 pa-

pacem violat, quam limitationem secuti sunt Scabini Lipsienses apud Carpz. *p.* 1. *quæst. crim.* 40 *n.* 25. Dieweil aus seiner gethanen Aussage / so viel erscheinet / daß er solches nicht gefährlicher Weise gethan. Idem asserit Christinæ *d. decis.* 149. *n.* 8. *vol.* 4.

59. Non autem muri saltem sunt sancti & inviolabiles, sed etiam civitatum valla & propugnacula, item muri castrorum, nam qui per murum castra ingreditur capite punitur, inquit. Modestin. *in l.* 3. §. *nec non* 17. *ff. de re milit.*

60. Sed quid dicendum de eo, qui ex metu pœnæ evitandæ fugit, ex muris civitatis, exiliendo, vel fune sese dimittendo, an dicendus est dolo fugere? Fuga quidem omnis in mala fide consistit, dolumque arguit. *arg. l.* 7. *fin. ff. de susp. tut.*

61. Bald. *in l.* 1. C. *de serv fugit.* Et reipublicæ damnum infertur, si pœnæ evitantur, & delicta manent impunita. Attamen cum hoc non animo hostili vel dolo malo fiat, & ignoscendum sit ei, qui sanguinem suum qualicunque modo redemit *l.* 1. *ff. de bon. eor. qui ant. sent. mort. sib.* merito pœna capitalis in ejusmodi effugientem cessat Harpr. *ad* §. 10. *n.* 9. J. *de rer.*

62. *divis.* In civitate Mechlinensi si quis muros, fossas, aut vallum transcendat, aut pecora dimittat in fossas, pœnæ duarum librarum Brabanticarum submittitur, Christin. *ad leg. Munic. Mechlin. tit.* 2. *art.* 11

Quæritur si sagæ & venefici pœnis subjiciuntur, in quos vindex justitia ferro & igne armari solet, an eorum delictum aggravetur, eo quod nocturno tempore hirco insidentes, muros & portas transvolaverint ad montem Bructerorum, nach dem Blocks-Berg/ Et quidem, modo vera sit fabula: de qua non unicus maxime dubito, nocturni isti ambulones majori pœna digni sunt, quia per aliam viam non licet ingredi vel egredi civitatem, quam per portam *l. si quis fin. ff. de rer. divis.* Tum & quod rei illicitæ dans operam severioribus coercendus.

Sanctitas etiam murorum efficit ne ob debitum civitatis in eos possit fieri executio, quia eos violare capitale est ut jam vidimus, & ipsi sunt extra commercium *d. l. sanctum ff. d. rer. div.* Sancta quoque sunt palatia Regum Principum, in iisque continetur securitas publica der Burg-Friede. Ac si quis in tali loco quempiam læserit, tanquam violator pacis publicæ acrioribus pœnis, vel manus amputatione, quandoque & capitali punitur, Speidel. *voc.* Burg-Fried.

Fried Mev. *ad jus Lubec. lib. IV. tit. 16. art. 2.* Chassan. *Catalog. glor. mund. part. 5. consid. 24. n. 125.*

67. Si de murorum dominio quæstio est, ad insignia & arma depicta recurreudum, quæ si Principis sint, etiam dominium mœniorum illius esse censetur Rol. à Vall. *cons. 44. n. 23. vol. 2.* Klock. *cons. 16. n. 15. vol. 1.*

68. Nemini enim permittitur insignia vel arma rei alienæ insigere, ut quæ evidens solent esse signum dominii, & possessionis Coepol. *de servit. U. P. tit. de pariete n. 16.* Sola. *de insign. & arm. Gloss. 2. n. 7. in fin.* Capic. *decis. 27. n. 4. vers. fuit notatum* sicut insignia insculpta in Ecclesia arguunt jus patronatus Mascad. *concl. 958. n. 21.* Cravett. *de Antiq. temp. part. 1. §. 8. datur n. 12.* Menoch. *3. præs. 130. n. 31.*

Caput LVI.

DE MUNICIPIORUM JURE NUNDINALI.

SUMMARIA.

1. *Nundinæ unde dictæ?*
2. *Nundinæ pro epulis nundinalibus.*
3. Marckt / Jahr-Marckt / *mercatus.*
4. Messe / Kirchmesse / Kermesse / *eorum origo.*
5. *Cur templorum sacra cum nundinis concurrant?*
6. Messen *à missa Papali.*
7. *Alii derivant vocem à Missis vel legatis, alii à metiendo* messen.
8. *Nundinæ solennes* offene freye Messen.
9. *Chirothecarum præsentatio in nundinis Francofurtensibus.*
10. *Chirothecæ indigitant cessionem apud Saxones, sicut calcei apud Hebræos.*
11. *Nundinæ minus solennes & provinciales à Principe concessæ.*
12. *Hæ à Municipalibus transferri nequeunt.*
13. *Quatenus eæ à Magistratu Municip. de die in diem alium transponi possint?*
14. *Nundinæ hebdomodariæ* Wochen-Marckte.
15. *Quænam Municipia eas instituere possint?*

16. *Earum usus & instituti ratio.*
17. *Statuta horum mercatuum contra propolas.*
18. 19. *Restrictio hujus instituti ad rem frumentariam.*
20. Marckt-Meister.
21. *Argoranomi Atheniensium*, Ruhere/ Vettschliessere.
22. *Mercatores circa res venales in nundinis nullam habent cognitionem, multo minus executionem.*
23. *Mercatores qui vere & proprie sint* Kauffleute/ *cæteri* Krämer.
24. *Mercatores etiamsi habeant suos judices & Consules mercantiæ* Amt-Meistere/ *ob hoc non eximuntur à Magistratu oppidano.*
25. *Consules mercatorum semel rite electi non removendi.*
26. *Eorum ætas & cognitio.*
27. *Quousque illa sese extendat?*
28. *Mercatorum nomine non veniunt eorum tyrones.*
29. *Statuta collegiorum extra collegiatos non extendenda.*
30. *Priores mercatorum, aliarumque artium mechanicarum etiamsi habeant cognitionem quandam in causis ad mercantiam aut artificium spectantibus, ex præventione tamen etiam in illis causis Magistratus judicet.*
31. *Priores seu Consules artium quando cum ipso artifice lites habent, Magistratus est judex.*
32. *Itemque quando tribuni artium sunt negligentes in administratione justitiæ.*
33. *Rixæ tempore nundinali inter mercatores exortæ de plano terminandæ.*
34. Boden-Zinse Stand-Stelle-oder Marckt-Geld / *pro usu fori & sustinendis oneribus civitatis exigi potest.*
35. *Quo jure Magistratus Municipalis pecuniam illam lucretur?*
36. *Vexillum tempore nundinarum dominus civilis jurisdictionis erigere potest.*
37. *Vexilli nundinalis signum in Municipiis idem quod in nundinis solennibus campanæ sonitus.*
38. *Municipia de rixis & verberationibus in nundinis cognoscunt.*
39. *Commoda quæ Municipiis ex nundinis redeunt.*

40. *Verbera in nundinis plerumque vili levique emuntur pretio.*
41. *Nundinæ non celebrandæ in diebus Dominicis.*
42. *Intolerandus ille ritus.*
43. *Edictum Regis Poruſs.*
44. *Ædes ſacræ tempore nundinarum non debent patere negotiatoribus.*
45. *Admittendi in nundinis non ſunt hiſtriones & circumforanei.*
46. *Horum deſcriptio.*
47. *Nec permittendi extranei mendicantes.*
48. *Tria hominum genera in nundinis.*
49. *Quartum genus qui tunc temporis de furto peragendo ſunt ſoliciti.*
50. *Caſus l.* 2. C. *de furt. in nundinis non eſt exceptus.*
51. *Rei furtivæ ſuum ſemper ineſt vitium.*
52. *Non obſtante negotiandi libertate, in nundinis adhuc tamen caute negotiandum.*
53. *Conſuetudo in contrarium non valet.*
Ejus ratio.
54. *Judæi in nundinis res furtivas ne emant.*
55. *Licet ignoraverint eſſe furtivas.*
56. *Privilegium nundinarum Princeps Municipio absque cauſa auferre nequit.*
57. *Revocatio privilegii ſi illud mixtum eſt cum jure communi non obtinet.*
58. *Privilegium tale conceſſum ob remunerationem non eſt revocabile.*
59. *Quod in naturam contractus tranſit, nec de plenitudine poteſtatis poteſt retractari.*
60. *Irrevocabile eſt privilegium nundinarum quod pecunia eſt acquiſitum.*
61. *Nundinarum privilegium amittitur per non uſum.*
62. *Limitatio ejus.*
63. *Amittitur & per abuſum.*
64. *Cautela pro municipalibus de non augendis oneribus tempore nundinali.*
65. *Privilegium nundinarum ſemel impetratum, an à ſucceſſore Principe renovandum.*

1. Nundinæ dicuntur quasi *novendinæ* & contractè *nondinæ*, quia nonus quisque dies apud Romanos erat solennis, quo rustici ad leges cognoscendas, lictâ re agraria in urbem conveniebant ROSIN. *Antiq. Rom. lib. VI. cap. 13.* MARTIN. *in Lexic. voc. nundinæ. Et* PLUTARCH. *Qq. Rom. 102.*

Conventus singulis novenis die-
2. bus in forum, qui nundinæ vocabantur, Saturno sacras putant. Nundinas pro epulis nundinalibus dicit ULPIAN. *l. cum societas 69. ff. pro soc.* figurata & locutione metonimica subjecti pro adjuncto, sicut nos dicimus einem das neue Jahr geben. Id est donum in novi anni auspicio PLAUT. *in Aulular. Act. 2.* harum eqularum quæ nundinarum tempore præstantur meminit, & coquum dicit *nundinalem* WISSEMB. *ad tit. ff. pro soc. disp. 33. th. 4. & 9.* Germ. Märck-
3. te Marck-Tage / Jahr-Märckte / à mercatu vocantur. Mercatus enim vox, pro loco accipitur, ad quem mercatores emendi vendendique causa conveniunt, quem & vocamus emporium & forum FRITSCH. *de regal. Nund. Jur. c. 1. n. 16.* Item Kirchmeß / nostro & Belgico Idiomate Kermeß à missa, unde Straßburger - Franckfurter - Leipziger Meß, Nam antiquis temporibus conversi ad fidem Christianam longius habitantes diebus Dominicis ire ad parochiam coacti sunt aliquot miliaria ubi in viis se collocabant coqui, caupones, institores & opifices varii, qui adventantibus necessaria administrarent BESOLD. *Th. pr. voc.* Meße. Etiam summis 5.
festis cursitabant homines in civitates Episcopales, sacrorum audiendorum causa, ubi simul mercatus & negotiationes celebriores habebantur, daher es noch kommt / daß gemeinlich die Kirchmessen und Jahrmärckte zusammen miteinander gehalten werden. WEHNER. *obs. pr. dict. v.* Meße. Sic à
templi structura dicuntur nundinæ 6.
Kermeßen / scilicet quo prima missa Papalis in eo templo celebrari cœperat, idque in honorem ejus Sancti, ejus causa templum fundatum erat FRITSCH. *de Regal. Nund. Jur. cap. 1. n. 25.* Ubi *n. seq.* refert, alios vocis originem deducere à *Missis* sive legatis & officialibus 7.
Imperatorum Caroli M. & successorum, per quos olim Jura nundinarum universalium executa sunt, Cujus vocis derivatio videtur convenientior, quam illa quæ à metiendo traditur, quasi Messe à Messen / weil auff solche Zeit die Waaren gemessen / ausgemessen und verkaufft werden ut SPEID. *eadem voc.* Nundinæ aliæ sunt solennes 8.
gene-

generales & celebriores offene Freye Messen ut Francofurtenses &c. quarum concessio tribuitur soli Imperatori *R.* J. *de Anno* 1576. §. dadurch dann & est de reservatis Imp. REINCK. *R. S. & Eccles. lib. I. cl.* 5. *cap.* 6. *n.* 156. *Et lib. II. cl.* 2. *cap.* 8. *n.* 19. STEPH. *de Jurisd. lib. II. memb.* 2. *n.* 114. BESOLD. *de Jur.*
9. *majest. cap.* 8. *n.* 10. Atque illic ritus servatur singulis annis, nundinis autumnalibus, ut chirothecarum par, coram Senatu pleno mensæ imponantur quibus significetur, jus hoc nundinarum concessum esse ab Imperatore per chirothecæ missionem JOH. NICOLAI. *disquisit. de usu & abusu chiroth. cap.* 4. Nam chirothecas apud Saxones
10. donationibus & cessionibus adhibitas fuisse sicut calceos exutos apud Hebræos asserit LAVATHER. *in lib. Ruth. Homil.* 22. de chirothecarum usu jam dictum *lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 54. 55. 56.

Aliæ sunt minus solennes pro-
11. vinciales, & anniversariæ quæ variant ratione temporis, & instituti, transeuntque in aliud mercatus nomen ut Viehmarckt / Pferde-Marckt/ quas Principes instituunt vi superioritatis territorialis in provinciis suis. Atque in iis eadem obtinent privilegia quæ in solennibus, hinc & invitis vicinis, quorum nundinæ forsan per hoc deteriorantur, institui possunt LIMN. J. *P. lib. IV. cap.* 8. *n.* 311. MYLER. *de stat. Imp. cap* 58. *n.* 311. SUEDER. *J. P. part. spec. sect.* 1. *cap.* 17. *num.* 18.

Nundinas has à Principe insti- 12.
tutas, Municipales quidem, sine consensu Principis alio transferre nequeunt. STEPH. *de Jurisd. l.* 2. *cap.* 1. *p.* 1. *memb.* 2. *n.* 100. De
die tamen in diem alium transpo- 13.
ni ab ipsis possunt sicut de diebus Dominicis necessarium, ita ob alias quasdam circumstantias sæpe utile est, ex. gr. hic loci ob mutationem styli veteris & ob vicinorum festa & nundinas idem obtinet quod permissum statuit BRUNNEMANN. *ad l. un. C. de nundin. n.* 6.

Aliæ denique sunt inferioris ad- 14.
huc notæ & dicuntur hebdomodariæ Wochenmarckte/quando rustici ex vicinis pagis adventantes, in foro civitatis annonam, & alia ad victum necessaria venum exponunt, qualis institutio fit sine ullo Imperatoris vel Principis privilegio, desuper impetrato SICHARD. *ad tit. C. de nund. num.* 3. THESAUR. *decis.* 264. SIXTIN. *de Regal. lib. I. c.* 2. *n.* 37. FR. MARC. *decis.* 53. *n.* 2. *part.* 1. BORELL *dec.* 36.
n. 26. Modo Municipia talia me- 15.
ro & mixto Imperio gaudeant STEPH. *de Jurisdict. lib. II. p.* 1. *c.* 1. *memb.*

memb. 2. n. 101. LIMN. *d. loc. cap.* 8. *in addit.* CLUT. *syllog. rer. quot. thes.* 22. KELLER. *de offic. Jurisd. Pol. lib. II. cap.* 8. WESEMB. *ad ff.*
16. *tit. de Nund. n.* 1. Ex illa ratione quia non tam mercatus, quam annonæ gratia, & usu quodam introducuntur. Ubi Magistratui integrum est, ordinare quo tempore, & ordine quisque in illis venire debeat, quia hæ nundinæ civitates impinguant GLOSS. *in l.* 1. *verb. locorum C. de nundin.* ac commodum satis amplum ipsis dant BEROI. *Consil.* 76. *n.* 9. *vol.* 3. GIURB. *obs.* 32. *n.* 1. BART. *in l.* 1. *n.* 2. *C. de frument. urb. Constantin.* Quando
17. que intuitu harum nundinarum statuta fiunt contra propolas die Vorkauffere/ ad utilitatem Municipalium, ut in emtione animalium aliarumque rerum vendibilium forensibus indigenæ ad certam in statuto definito diei horam sub pœna rei emptæ præferantur, prout de Comitatu Nassov. & Hala Saxon. attestatur FRITSCH. *d. tract. cap.* 9. *n.* 29. Nimirum ut af-
18. fluens rerum copia in provincia maneat, & inordinata caristia præcaveatur, *d. l.* 1. *C. ibique* BART. *n.* 1,. Et quia Justum est, ut copia frumentorum prosit provinciæ cui nascitur CASSIOD. *lib. I. epist.* 34. Quod tamen institutum libertati
19. commerciorum summe obstat, ideoque non immerito ad ea tempora restringitur, ubi penuria est frumentorum, aliarumque rerum, ad quotidianum usum necessarium, per ea quæ habet HUGO GROT. *de J. B. lib. II cap.* 2. §. 19.

Requiritur ut omnia in foro tunc 20.
temporis composite, citra tumultum & rixas peragantur, & pro hoc jure nundinali conservando habent Magistratus Municipales suos officiarios ad res nundinales specialiter constitutos, qui pondera mensurasque inspiciunt, & ne quid falsitatis admittatur, tam civibus quam extraneis provident, ut sunt Marck-Meistere/ quorum 21.
officia fere coincidunt cum Atheniensium Agoranomis, qui hæc præcipue curabant, ut omnia in foro composite citraque tumultum agerentur, deinde ut abstinerent à mendaciis, non vendentes modo sed & ementes ZYPÆ *de Judic. lib. II. c.* 22. *num.* 7. Et hi Marckt-Meistere *Postello* teste curatores fori dicti sunt. Ruhere/ Wettschliessere/ & his similes.

Ex quo deducitur irrationabile admodum statutum esse, quo in 22.
quibusdam Municipiis mercatores qui fere non sunt quam frivolarii, ut illos *Budæus* appellat. (Nomen 23.
enim & titulus mercatoris denegatur iis, qui minutatim duntaxat ad ulnam, mensuram, numerum vel pon-

pondus distrahunt Mohr. *in append. dissertat. de rescript. morat. num.* 9. cum ii proprie mercatores dicantur, qui cum aversione ins Groß distrahunt, & Kauffleute/ dicuntur Marquart. *de Jur. mercat. lib. I. c. 7. n.* 41. Cæteri appellantur venalitiarii Krämer Speidel. *Notab. Jur. lib. K. n. 6.*) hoc jus sibi vendicare, executionemque in res venales, si quid in iis vitii fraudisve, sibi permittere volunt, cum enim nullam eorum sciamus jurisdictionem esse, quis ipsis executionem concedet? Habeant licet specia-
24. les suos Judices vel consules quos Ampts-Meistere/ dicunt, in caussis mercantiæ, per hoc tamen non eximuntur à Magistratu oppidano, ut docet ex Stracha *de mercat. tit. quomod. in caus. merc. procedere p.* 1. *n. 7. & 8.* Coler. *de process. exe. p. 2. c. 1. num.* 52.

25. De hisce Consulibus mercatorum adhuc obiter notandum, quod semel rite & legitime electi removeri, atque alii illorum loco substitui nequeant Salycet. *in l. fin. n. 7. C. de Jurisd. omn.* Jud Strach. *de Mercator. sub rubr. quomodo ex caus. mercat. procedend. p. 2. n. 34.*

26. Quod nemo ad id officium eligi possit, nisi major XX. annis Salyc. *d. l. fin. n* 10. Strach. *d. loc. n.* 30. Quod etiam habeant cognitionem in illos, qui mercatores fuerunt, sed esse desierunt; respectu eorum, quæ tempore mercaturæ gesserunt Paul. De Castr. *in d. l. fin. C. de Jurisd. omn. Jud. & in l. 1. C. Ubi de ratio. agr. op.* Baptist. De S Sever. *Repetit l. omnes populi 9. n. 15. ff de J. & J.* Uti & il- 27.
lud, consulibus istis artium, competere aliqualem notionem, non ut in singulos sed ut in universos, quatenus sunt de collegio Alex. *in l. si uni n* 7. *ff. de Re Jud.* Castrens. *in l. 36. n. 5. eod.* Felin. *in cap. prudentiam in princ. num. 1. lim.* 1. *de offic. delegat.* Strach. *d. loc. n.* 2. plura de hisce vide, quæ tradidi *lib. III. cap. 8.* Quibus hic addo, 28.
quod Juvenes qui penes mercatores habitant ad Ministerium tabernæ, aut ut mercantiæ exercitium discant Kramer Junge / sub nomine & Jure mercatorum non contineantur. Strach. *d. tract. p.* 1. *num. 69.*

Executio de qua dictum *num.* 29.
22 à tribulibus ad exteros non extendenda, contra omnium DD. mentem, qui nulla statuta collegiorum extra collegiatos ejusdem collegii extendenda ajunt Schneid. *Inst. lib.* 1. *tit. 2. n. 15.* indubitatum namque est, Judices collegiorum non posse quicquam statuere in personas quæ in collegium nunquam receptæ sunt Vult. *ad L. ult. n. 23. C. de Jurisdict. omni. Jud.*

Pruckman. *conf. 17. num. 5. volum. 1.*

30. Circa hoc apprime adhuc notandum, quod etsi mercatorum, vel mechanicarum artium priores, seu Consules in Municipiis ex statuto vel privilegio, cognitionem quandam, in causis ad mercantiam aut artificium spectantibus habeant, quæ ultra id tamen minime extendi debet Gail. 2. *observ.* 20. *n.* 9. Ordinarius tamen Magistratus nihilominus expræventione in iisdem causis judicare queat. Surd. *Cons. 56. n. 19.* Dec. *cons. 664. vers. visio* nisi cognitio hæc privative concessa sit Ant. Capic. *dec.* 9.

31. Item quando priores vel Consules hi, cum ipso artifice lites habent, ordinarius loci est adeundus, ne priores sint Judices in propria causa Ursill. *in addit. ad Afflict.*
32. *decis. Neap. 41. n. 7.* Quod & procedit quando mechanici hi Consules vel tribuni artium, in administratione justitiæ circa causas artem suam cocernentes, negligentes sunt, tunc ordinarius invocandus Surd. *d. Cons. 56. num. 23.* Bernh. Græv. ad Gail. *conclus. 20 consid. 1. per tot. lib. 2.*

33. Si quid in nundinis rixarum quid inter mercatores interveniat, Magistratus ante omnia curet, ne mercatores litigantes longo processu involvantur sed ut lis de plano & quam celerrime expediatur
Carpz. *p. 2. decis. 131. n. 7.* Mu- 34
nicipia pecuniam sive collectam forensem Boden-Zinse/ Stand-Geld oder Marckt-Geld/ non jure regalium sed pro usu fori, & sustinendis oneribus civitatis à mercatoribus licite exigunt, Thom. Michael *disp. de Jurisd. th. 137. lit. D.* Wesemb. *cons. 12. num. 64.* Keller *dict. lib. 2. c. 8.* Besold. *in th. pract. verb.* Meß/Jahr-Marckt.

Nam talis reditus cedit in com- 35
modum Municipii, illud enim ratione nundinarum etiam onera quædam sufferre debet. Deinde forum ipsum senatus suo jure fundi & soli habet, ut Dominus, ergo pecuniam ac reditus istius fori pari modo Jure suo habere præsumitur, donec contrarium ostendatur, Accessio utique est cujus est dominium *l. partum C. de R. V.* Wesembec. *d. consil. 12. n. 36.*

Tribuunt quidam Domino ci- 36
vilis tantam Jurisdictionis, non criminalis, ut vexillum tempore nundinarum possit erigere Anton. Capic. *decis. 27. num. 46. & seq.* Klock. *cons. 34. num. 17. tom. 1.*

Vexillo hoc ex campanili erecto 37
datur signum libertatis, ut unicuique ad nundinas & commercia illic instituenda liber sit accessus, diciturque, die Marckfahne ausstechen/

stechen/ sicut nundinæ majores per signum campanæ inchoantur & finiuntur, diciturque die Messe wird Ein- und ausgeläutet/ Carpz. *p. 2. const. 30. defin.* 28. Möller. *semestr. lib. I. cap.* 12. Berlich. *p.* 1. *concl.* 57. *n.* 14.

38. Municipia etiam ex hoc Jure nundinali vel ex privilegio, vel usurpatione habent ut de rixis verberationibusque, quæ sine effusione sanguinis fiunt. Wann sie sich auff den Jahrmärckten mit truckenen stössen oder dummschlägen angeblauet haben / cognoscere, emendamque indicere possint, un-

39. de est quod duplex commodum ex nundinis redire dicit Wehnerus *in observ. lit. K. verb.* Kirchweyh/ Kirchmesse / unum, quod cerevisia vinumque evacuetur, & sic accisia vel gabella augeatur,

40. alterum quod ex ebriosorum rixis & verberibus, quæ plerumque in nundinis vili emuntur pretio, mulctarum fructus sequantur, dann wie kan eine Kirchmesse gut gewesen seyn/ da nicht die Marckt-pfennige mit Kolben weitlich ausgetheilet worden/ ex quibus plagis bursa publica sine dolore intumescit & turget.

41. Curandum quoque Magistratui ne nundinæ celebrentur diebus sacris, atque si ordinarie in talem incidant, ut in sequentem non festum differentur. Videmus enim variis in locis consuetudine receptum, ut ineffabilis & execrandus abusus diei Dominicæ, celebratione nundinarum committatur, quia tunc majoris commoditatis gratia & sine intermissione laborum populus illic confluere & nundinarum commerciis vacare potest;
Qui mos ita radices egit, ut eum corrigere impossibile appareat, ut 42.
ait Carpz. *jurispr. Eccles. lib.* II. *def.* 253. *n.* 4. Non autem tolerandum esse evincit textus sacer Nehem. 13. *v.* 15 cum pluribus aliis; Nam dies festi Majestati Altissimæ dicandi, qui nullis voluptatibus occupari, vel exactionum, vexationibus profanari debent dicit Imperat. *in l. dies festos. ult. C. de feriis.* Salutariter contra 43.
cautum est apud hos, severiori edicto Regio, quotannis republicando, quo summæ pietatis Princeps cultum diei Dom. perpetua sanctione munivit in verbis: Wie wir auch vorhin verordnet / daß die Jahr-Märckte / so sonsten am Sontag gehalten / auf den Montag oder andere Werck-Tage sollen verlegt werden so wollen wir auch noch darüber gehalten wissen / und sol der Magistrat in Städten / und solchen Ortern da Jahr-Märckte gehalten werden / wegen füglicher Verlegung derselben /

dafern es noch nicht geschehen / damit dieselbe nirgends gehindert werden / bey uns sich unterthänigst angeben / und gehöriger Verordnung gewärtig seyn. Die aber hinwieder muthwillig handelten / mit scharffer Arbitrar-Strafe angesehen werden.

44. Sacræ quoque ædes non debent nundinarum tempore patere negotiatoribus, tales enim loci nullis aliis usibus, quam religione dicatis, nisi summa cogat necessitas, inservient *Can. ex multis* 1. *quæst.* 3. *Can. ejiciens dist.* 88. STEPHAN. *ad lib.* I. *Cod. tit.* 12. *n.* 46. GREGOR. *syntagm. lib.* XXI. *cap.* 3. *n.* 8.

45. Arcendi à confluxu nundinali sunt homines vilioris notæ, qui fucatis artibus ludicris, spectaculis & histrionicis exercitiis emunctiones marsupiorum instituunt, quales sunt Seil-Täntzer / Taschen-Spieler / Riemen-Stecher / Marck-Schreyer / Schlangen-Fänger / Orphietan-Krämer / Bären-Zieher / Lieder-Sänger /
46. Eyer-Macher / Pech-Fresser &c. quorum vivendi ratio, omnibus cordatis merito suspecta, qui licet non ejusdem sint generis, & profligatæ famæ, recte tamen de iis quidam dixit: sie sind eben nicht Schelme und Diebe / sondern es sind Leute wann sie besser wäheven / könte es nicht schaden.

His adumerandi cujuslibet generis extranei mendicantes, qui tunc temporis vel in locis publicis à transeuntibus vel ostiatim eleemosynas petunt, quas dein catervatim in diversoriis medicantium Bettel-Herbergen / helluando consumunt, quales nulla comiseratione digni sunt, & de quibus coercendis infra *cap. 31. lib. III* latius agitur. 47

Pythagoras olim dixit, tria hominum genera in mercatum prodire, alii ut venderent, alii ut emerent, alii ut spectent, quid illic proferatur, aut quid agatur. Quartum genus addo, quod in nundinis obambulare solet, qui nec emunt nec vendunt, nec otiosi contemplantur, sed observant sollicite, si quid possint involare, ut scribit SIMON MAJOLUS *in canicularib. tom. 2. colloq. 5.* in quo genere reperiuntur quidam mire dextri, Mercurio favente nati. Diligens ergo circumspectio in nundinis agenda, ne sub tuto quorumcunque accessu ejusmodi insecta inserpant. 4

Licet in nundinis tuta esse debeant negotia, & liberi contractus cum incolis & exteris, cognitis & incognitis, ita ut nec de rerum venalium qualitate illic exacte constare semper queat, interim tamen si res furtiva à non domino,

no, in publico mercatu auf freyen Marckt comparata sit, verus dominus qui eam deprehenderit non exsoluto pretio repetitionem instituere poterit, nam hic casus generali dispositioni *l. Incivilem 2.*
51. *C. de furt.* quoque subjacet. Et quanquam in nundinis & publicis mercatibus bonæ fidei possessor vendat rem furtivam, tamen hujus rei vitium illi inest, propter quod dominium transferri nequit. RICHTER. *decis. 96. n. 37.* FRITSCH. *de nundin. cap. 8. n. 22.* Nam ejusmodi res manent in sua qualitate, & vitium semper comitatur. §. 2. *ibique* SCHNEID J. *de usucap. l. 23. C. de R. V. l. 27. ff. de cap. & postlimin.*

52. Licet & nundinæ sint tutæ, ut libere in iis negotiari liceat, in eo tamen non sunt privilegiatæ, ut mercator non debeat caute mercari HAHN. ad WESEMB. *de nundin.*
53 *n. 2.* Nihilque huic dispositioni impedit consuetudo in contrarium vigens, MENOCH. *de præsumt. lib V. quæst. 29. n. 22. & 25.* quia mala consuetudo est abolenda *C. quæ contra 2. C. mala 3. C. si consuetudinem 5. dist.* 8. C. *7. x. de consuet.* cæteroquin peccandi, & malis moribus præberetur occasio, hominesque in nundinis ad furandum invitarentur, quod fieri nec debet, nec potest. *l. 1. pr. ff. ad SCt. Maced. l. illud 5. §. 1. ff. de pact. dotal.* GILHAUSI *arb. J. crim. c. 2. tit. 27. n. 14.* MEV. *ad J. Lubec. lib. IV. tit. 1. art. 9. n. 10.*

Idem juris statuendum quoque 54.
est, in judæis, qui tempore nundinarum non raro res furtivas emere solent, licet distinguenum velint REBUFF, *de privil. univers. priv. 115.* STAMM. *de servit. person. lib. I. tit. 5. c. 3. n. 6.* inter rei furtivæ scientiam & ignorantiam. Contrarium tamen ve- 55.
rius & æquius, ita ut & illi licet sciverint vel ignoravarint, res istas suis dominis citra refusionem pretii instituere teneantur. *Ordinat. Polit. de judæis de anno* 1548. §. daß sie auch; Quæ constitutio de emptione nundinali quidem mentionem non facit, eo tamen jure communi etiam restringenda est, ut intrepide asserit FRITSCH. *d. loc. cap. 8 n. 31.*

Privilegium hoc nundinarum 56.
vel Principis privilegio, vel præscriptione à Municipio acquisitum Princeps absque justa & legitima causa tollere & revocare non solet *l. quod semel. ff. de decret. ab ord. fac.* maxime si per diuturnum usum transiit in quasi contractum *C. 1. x. de probat.* CARPZOV. *de leg. Reg. Germ cap. 13. n. 8. & 9. sect.* 14. Quia nundinæ in se partem habent ex jure 57

communi partem ex privilegio De jure mercatus]omnibns est permissus & originem ex J. gentium trahit *l. 5. ff. de J. & J.* quo casu revocatio privilegii si mixtum est cum jure communi non obtinet, juxta CEPHAL. *conf.* 342. ALCIAT. *consil.* 208. GRÆVI. *concluf.* 60. *lib. II. consil.* 1. *n.* 5. FRITSCH. *d. tract. cap.* 12.
58. *n.* 10. Eoque magis cessat privilegii nundinarum revocatio, si ob remunerationem, vel singularia merita concessum est. CRAVETT. *conf.* 640. Omne enim privilegium ob meritum concessum, est irrevocabile ALEX. *conf.* 716 *n.* 3. FELIN. *in cap. novit. n.* 7. & 12. *de jud.* PRUCKM. *consil.* 39. *n.* 51. *vol.* 1. KLOCK. *de contrib. cap.* 16.
9. *n.* 185. *sect.* 1. Hujusmodi concessiones proprie non sunt donationes, sed potius species quædam permutationis, seu compensationis servitiorum, ac in naturam contractus transeunt, quæ nec de plenitudine potestatis, de jure retractari queunt. *Vid. quæ desuper tradita sunt supra cap* 12. *hoc lib.*

60. Magis irrevocabilis ad huc redditur concessio, si ea per modum conventionis data forte pecunia fuerit acquisita CRAVETT. *d. conf.* 640. Ex qua formatur contractus firmus & duraturus TIRAQ. *in l. si unquam C. de revoc. donat. ad verb. donatione largitus. n.* 13.

Amittitur autem nundinarum 61. privilegium per non usum decennii *DD. ad l.* 1. *ff. de nundin.* ZOES. *ibid. n. fin.* Quod in Gallia observari scribit MORNACIUS *ad d. l. un. C. de nund.* In Saxon. annis demum XXXI. per non usum nundinas & reliqua privilegia amitti vult WESEMB. *tit. ff. de nund. in fin.* quod tamen ita intelli- 62. gendum, modo facultas privilegio hoc utendi adfuerit FAB. *c. lib. VII. tit.* 13. *def.* 10. sin secus, nulla negligentiæ culpa imputari poterit, forte si ob belli tumultus cessaverint hi mercatus, ubi privilegium manet salvum, licet quis ultra hominum memoriam illo non sit usus. GAIL. 2. *obs.* 50. *n.* 1. RAUCHB. *p.* 2. *qu.* 11. *n.* 100. CARPZ. *part.* 2. *constit.* 23. *defin.* 3.

Amittitur, & privilegium hoc 63. in pœnam, per nimium & tolerabilem abusum, *per l.* 4. *in fin. C. de Comer. & merc. nov.* 8. *cap.* 3. *l.* 11. C. *de judæis* cum maxime providendum, ne sub prætextu privilegii vel flagitiorum crescat auctoritas, vel publica vacillet utilitas, ut rescripserunt *Impp. in l.* 2. C. *de privileg. Scholar. lib.* XII. Caveant ergo Municipales ne per 64. immodicas & insolitas impositiones, telonia, portoria pedagia, gabellas, & accisias nundinatorum merces, in accessu & recessu gravent,

vent, ac vicinorum querelis juste motus Superior, de adimendo nundinarum privilegio cogitet, ut monet FRITSCH. *d. tr. cap. ult. n.* 48.

65\. Concessum semel hoc privilegium, renovatione & confirmatione à successore petenda regulariter non eget, interim tamen ejusmodi confirmationes in signum reverentiæ peti solent, ut Principi de novo fiat desuper submissio & intimationis notificatio LIMN. *ad capit. Carol. V. p.* 154. KLOCK. *de contrib. cap.* 20, *n.* 101. *& seq.*

Caput LVII,

DE MUNICIPIORUM JURE FERIARUM ET EXEMPTIONUM NUNDINALIUM.

SUMMARIA.

1. *Nundinis durantibus nemo ex causis civilibus potest molestari, exeuti aut arrestari.*
2. *Nundinarum privilegium præcipuum.*
3. *Nundinæ Gallis & Italis dicuntur à feriis.*
4. Pfeiffer-Gericht / *Francofurtensium pro concessione immunitatis nundinarum.*
5. *Judicii istius descriptio.*
6. *Francofurtenses jus arrestandi in nundinis sibi vendicant.*
7. *In nundinis non inferendæ sunt mercatoribus molestiæ.*
8. *Debita contracta nundinarum tempore eodem privilegio gaudent.*
9. *Creditor facile finem nundinarum expectabit.*
10. *Privilegium mercatorum excipit à regula ratione loci contractus.*
11. *Legatus cur in loco contractus possit conveniri?*
12. *Dispositio juris Saxon. de libertate nundinarum.*
13. *Idque tam nundinis annalibus.*

14. *Quam ſeptimanalibus.*
15. *Etiam quando mercatus nullus, nihilque ad forum portatur.*
16. *In debitis juratis & in nundinis contractis, quid habeat circa hoc obſervantia?*
17. *Quare in nundinis hebdomalibus eadem debeat eſſe ſecuritas, quæ in annalibus?*
18. *Juramentum eſt loco expreſſæ renunciationis.*
19. *Non tamen extenditur ultra naturam actus cui apponitur.*
20. *Juramenti effectus in contractibus.*
21. *Non obtinet hoc jus feriarum nundinalium in debitore fugitivo. & de fuga ſuſpecto.*
22. *Ratio. Etiam contra clericum fugitivum ceſſat privilegium.*
23. *Moræ periculum non reſpicit ferias..*
24. *Quis de fuga ſuſpectus dicatur?*
25. *Non tantum in loco nundinarum ſed in illo, ſine quo ad nundinas venire non poſſunt mercatores, areſta ceſſant.*
26. *Quod probitum eſt in termino etiam probitum eſt in via.*
27. *Privilegium illud non extenditur ultra territorium Municipii.*
28. *An debitor huic juri feriarum nundinalium renunciare poſſit?*
29. *Sententiam hanc approbat praxis Saxonica.*
30. *Quasnam res privilegia hæc in nundinis afficiant?*
31. *Res ante nundinas venditæ, licet in nundinis traditæ eo non ſpectant.*
32. *Banniti & relegati ab hoc privilegio ſunt excluſi.*
33. *Privilegia nunquam extenduntur ad ſceleratos.*
34. *Magiſtratus receptione pecuniæ nundinalis, ad curam delictorum impediendorum ſe obligat.*
35. *Stantibus feriis nundinalibus areſtans ad quid teneatur?*
36. *Mercatoris ſubſtantia in fide & bona opinione hæret.*

Aliud

1. Aliud etiam Municipia ex nundinis habent, quod est, ut durantibus nundinis ex causis civilibus nemo molestari, excuti aut arrestari possit, *l. unic. C. de nund. ibiq.* BART. BALD. *aliiq.* DD. PECKM. *de jure Fisci cap.* 10. *n.* 3. FRITSCH. *de*
2. *jure nund. cap.* 7. Hoc enim præcipuum nundinarum est privilegium, *ut nullus in mercatibus atque nundinis ex negotiatorum mercibus conveniatur, vel sub prætextu privati debiti, aliqua ibidem concurrentibus molestia inferatur*, ut sunt verba pragmaticæ sanctionis, *l. un. C de nundin.* Hinc nundinæ præprimis
3. majores dicuntur, Gallice *foires.* Italice *ferie*, quasi ab omni illo exactionum genere cessandum & feriandum sit. Frustranea ergo non debet esse, publico signo in civitate data fides.

4. Libertas hæc & vectigalium simul immunitas & securitas expetitur in celeberrimo Francofurtensium emporio, nundinis autumnalibus, per solenne illud judicium, das Pfeiffer-Gericht / de quo ita refert HORNICK. *de jure po-*
5. *testar. cap.* 18. *theorem.* 10. Das Pfeiffer-Gericht ist ein sehr altes Herkommen/und hat den Namen daher/weil die drey Städte/Nürnberg / Worms und Bamberg/ jährlich in der Herbst-Meß / den nächsten Gerichts-Tag vor Mariä Gebuhrt/ vor sitzendem Gericht/ von des Heil. Reichs- und Stadt-Gerichts-Schultheissen/als zu dessen Amt solches von Alters her gehörig/ ihre Zollfreyheiten/ so sie allhie haben/mit Pfeifferen aufholen mussen/gegen solche Zoll-Befreyung obgemeldte drey Städte/ jede besonder/ dem Schultheissen einen weissen höltzernen Becher / ein Pfund Pfeffer/einen alten weissen Uber-Hubt/zwey weisse Handschuh und ein weiß Stäblein gibt/ &c. &c. Ipsi tamen Francofurtenses ex inveterata consuetudine 6.
& vi privilegii ex concessione Friderici III. Imperatoris jus arrestandi sibi vendicant, KLOCK. *de contrib. c.* 3. *n.* 93. Beneficium fe- 7.
riarum nundinalium libertate commerciorum nititur, ne quis, ut prædicta verba legis *un. C.* sonant, *durantibus nundinis ullam mercatoribus inferat molestiam.*

Debita nundinarum tempore contracta, ipsis feriis durantibus, 8.
à dispositione, *d. l. un.* non sunt exemta, ob generalitatem textus, quia beneficia Imperatoria plenissime interpretari debemus, per *l. ult. ff. de Const. Princ.* & cæteroquin, si ex contractibus nundinalibus statim nundinarum tempore quis conveniri, & ad tribunal judiciarium trahi posset,

 non

non exigua inde nasceretur occa-
9. sio turbandi mercimonia. Ac suf-
ficit, creditorem facile extremum
nundinarum diem exspectare, eo-
que elapso, debitorem illico con-
venire, & ad solvendum legitime
cogere posse, atque ita sentit post
HAHN. *ad Wesembec. in Observ ad
tit. de nundin. n. 2* BARTOL. *ibid.*
WISSENBACH, *ad ff disp. 42. part.
2. th 2.* Nec obstat regula in
10. *l. 19. §. 2. ff de judic.* puta, quod
in loco contractus quis sortiatur,
forum, si ibi reperiatur, nam illa
procedit, nisi privilegium exstet,
in contrarium, quale mercatori-
bus ex *d. l. un. C.* competit. Se-
11. cus quidem est in Legatis, qui de
contractu in loco legationis inito
possunt conveniri, *l. 2. §. 4. & l.
25. ff. de judic.* Nam hæc specia-
lis legis dispositio est, quia an &
quando officium hi exuant, cre-
ditoribus constare nequit, merito
illis itaque consulendum, ne deci-
cipiantur, *d. l. 25.* Jure Saxoni-
12. co Electorali id expressa constitu-
tione sancitum, *p. 1. const. 30.*
Wir wollen aber sonderlich/daß in
allen Fällen innerhalb der öffentli-
cher Märckte der Handel und Wer-
bung halber die Freyheit gehalten/
kein Arrest Statt haben auch Bür-
gerlicher Sachen und Obligation
wegen niemand angehalten wer-
den sol. ibique CARPZ. addit præ-
cium, *defin. 26.*

Hæc non solum locum habent 13
in nundinis annalibus, id est, quæ
bis terve in anno celebrantur, &
vulgo publicæ solennesque dici
solent, ut vult THESS. *decis. 264.
post* BALD. *in d. l. unic. C. de nund.
n. 2. & post illum* BERLICH. *p. 1.
concl. 53. n. 3.*

Sed etiam septimanalibus, quæ 14
statis diebus semel bisve in heb-
domade in Municipiis habentur,
ubi homines ex vicinis locis res
commestibiles aliasque vendunt,
pro quo probando non firmius ha-
bemus argumentum, quam com-
munem in hisce partibus obser-
vantiam: Ubi videmus, in nun- 15
dinis septimanalibus, an denen
Marckt-Tagen/ etsi mercatus nul-
lus sit nihilque ad forum portetur
omnes tamen executiones in civi-
libus, usque dum tempus nundina-
le expirarit, in multis Municipio-
rum firmiter sisti, idque non so-
lum in mandatis ab ipso Magi- 16
stratu, sed etiam à Principis offi-
ciariis emanatis, cujus ea est ratio, 17
quia etiam nundinarum hebdoma-
lium securitas ad utilitatem Rei-
publicæ spectat, ut quæ ad vitam
communem necessaria sunt, libe-
rius & majori cum copia impor-
tentur, non impedita tam emen-
tium quam vendentium libertate;
Quæ ratio æque quadrat nundinis
hisce, quam solennibus allegata
à

à Mev. *de arrest. cap.* 11. *n.* 8. Licet ipse hisce mercatibus securitatem illam non assignet, *ibid. n.* 12. Nec video in debitis juratis, in ipsis nundinis contractis (quæ alias in exceptis habentur, ut à *cit.* Berlich *n.* 6. 8. 11. & *seqq.* hæc ordine ponuntur) singulare quid observari.

18. Nec obstat auctoritas & juramenti religio, *l.* 9. §. 3. *ff. de jurejur.* quod expressæ renunciationis & specialis expressionis vim habet, Alex. *consil.* 27. *n.* 7. *vol.* 1. Tiraquell. *in l. connub. circa fin. gloss. n.* 14. sicut, qui juramento fidejussit, censetur beneficiis suis renunciasse, Möller. *lib.* I. *semestr. cap.* 16.
19. Nam obligatio illa sub fide juramenti utique non erit inefficax, sed firmissime contractum, cui accedit, munire debet, interim tamen non potest extendi ultra naturam actus, cui apponitur, vel de quo agitur, *l. fin. C. de non num. pec.* Covarruv. *in cap. Quamvis. p.* 1. §. 4. *n.* 1, *de pact.* Frantsk. *lib. II. resol.* 6. *n.* 13.
20. Hinc obligatio extrinsecus non augetur per juramentum, sed intra limites suos manet, accedente conscientiæ nexu, Escobar. *de ratiocin. administr. cap.* 4. *n.* 8. Hering *de fidejuss. cap.* 27. *p.* 1. *n.* 43. Manet ergo obligatio, sed & privilegiata ejus qualitas, nec tollitur nec mutatur, saltem ejus effectus vi generalis privilegii differtur. Renunciationes sunt strictissimi juris, ut, nisi expresse de iis disponatur, subintelligendæ non veniant, *l.* 27. §. *Lucius. ff. de pact.* Zoes. *ad tit. ff. de fidejuss. n.* 20.

In debitore tamen fugitivo vel de fuga suspecto ad communem 21.
observentiam redeundum, feriasque hasce nundinales in Municipiis etiam non attendendas esse nullus dubito, Brunnem. & 22.
Struv. *ad dict. tit. per l. ait Prætor* 10. §. 16. *ff. quæ in fraud. cred. it.* Nec malitiis indulgendum, *l.* 38. *de R. V.* cum & contra Clericum fugitivum cessent privilegia, Gail. 2 *obs.* 44. Tum & ea, quæ mo- 23.
ram non patiuntur, aut ex illa deteriora futura sunt, etiam diebus Dominicis expedire licet, *l. fin. C. de feriis.* Gail. 1 *obs.* 53. *n.* 13. Talis reus, non facta arrestatione, in eo loco conveniri amplius nequit, hinc mora habet periculum, nec habenda ratio feriarum.

De fuga autem suspectus dici- 24.
tur, qui non possidet bona immobilia & sæpius interpellatus non solvit, qui frequenter lusit, sumptuose vixit, sua consumsit, & dilapidavit, & de quo fama est, quod plus debeat quam in bonis habet, Koppen. *decis.* 29. *n.* 10. Treutl. *vol.* 1. *disp.* 5. *th.* 2. *lit. b.*

25. Et quemadmodum tempore nundinarum, in loco, ubi illæ exercentur, arrestare aliquem non licet, ita etiam nec in illo, sine quo mercatores ad nundinas venire non possunt, PECKIUS *in tr. de arrest. cap.* 10. *n.* 4. Et quidem
26. hoc juxta tritum illud: Quod prohibitum est in termino, prohibitum quoque censetur in via. Viam, in qua mercator ad nundinas tendens commoratur, si demas, de cætero tamen extra locum nundinalem repertus, arre-
27. stari poterit. Nam privilegium illud non extenditur ultra territorium civitatis istius, cui illud concessum est. Territorium autem civitatis nundinalis intelligitur, non totius provinciæ aut regni, sed istius saltem Municipii, cui jus illud quæsitum, ZIEGLER. *de jure commerc. th.* 88. *& seqq.* LAUTERB. *de jur. in cur. mercat. th.* 264. SCHILT. *ad ff. exercit.* 7. §. 31.
28. Sed quæritur, an debitor immunitati hujus temporis aut loci renunciare possit? Ratio dubitandi est in eo, quod favorem publicum habeant nundinæ, ut hinc inde merces in civitatem quibus, illa eget invehantur. Resp. Verum hoc quidem esse, principaliter tamen de privatorum commodo hic agi, & sic regulæ communi standum, quæ habet, quod quoties privato favori lex aliquid introducat, licet secundario publicam causam annexam habeat, renunciari huic favori possit, DD. *in l. ad jus publ. ff. de pact.* ALCIAT. *ad l. pen. n.* 33. C. *de pact.* BART. *ad l. univers. n.* 2. C. *de legat.* PECK. *de tract. cap.* 12. *in pr.* oportet tamen, ut ista renunciatio specialis sit & expressa, alias non juvat. *l.* 1. *ibiq.* ROM *& alii. ff. si quis in jus voc.* PECK. *d. c.* 12. *n.* 3. *& seq.* Quam sententiam appro- 29.
bat praxis Saxonica, rescripto Electoris Augusti Anno 1588. ad Senatum Lipsiensem firmata. Cum enim Senatus ad instantiam mercatorum privilegium hoc nundinale, propter nimium ejus abusum tolli petiisset, rescripsit Elector Laudatus, satis cavere sibi posse creditores, si huic privilegio in casum non factæ solutionis, à debitoribus expresse renunciari faciant, MÖLLER *ad d. Constit. Elect.* 30. *n.* 8.

Privilegia hæc nundinarum affi- 30.
ciunt res in ipsis nundinis earumque tempore emptas, etiamsi non tempore nundinarum vel paulo post efferantur, CHRISTIN. *decis. Belgic. vol.* 3. *dec.* 99. *n.* 17. E 31.
contrario si ante nundinas res vendita sit, quamvis tempore nundinarum tradita, privilegium hoc non obtinebit, nisi intuitu & cau-

sa

ſa nundinarum contractum fuerit, vel ea lege, ut in nundinis ſolveretur, *Idem d. Deciſ.* ibidem allegans Concilii Belgici præjudicium *de Anno* 1553. *de jure merc. lib. II. cap. 6. n. 66.*

32. Excluduntur ab hoc privilegio banniti & relegati, ut pro quibus nec cauſa privilegii nec ratio utilitatis commerciorum publice militat *in d. l. un. C.* ubi mentio ſaltem fit debiti privati, ergo ſecus
33. eſt in delicto ſive debito publico, quia privilegia nunquam ſunt ejus naturæ, ut extendantur ad ſceleratos & maleficos; Potius intereſt malis hominibus, civitates purga
34. ri, *l. præſes 3. ff. de off. præſ.* Ac ſi Magiſtratus diligentem & accuratam delictorum impediendorum curam non agat, ad quam receptione pecuniæ nundinalis vectigalium & guidagiorum obſtrictus eſt, ipſe ad obſervationem promiſſorum & damni reparationem obligatur, Mager. *de advoc. arm. cap.* 15. *n.* 118.

Si quis itaque creditor, feriis 35.
hisce non obſtantibus, mercatoris alicujus bona vel perſonam frivole arreſtari curat, non ſolum injuriarum conveniri poterit, per *l.* 31. §. *fin. ff. de reb. auct. jud. poſſ. l.* 15. §. 31. *ff de injur.* Guid. Pap. *deciſ.* 324. ſed etiam debitori ad refuſionem ſumptuum, damnorum & intereſſe, non modo damni accepti, ſed etiam lucri ceſſantis tenetur, Marquard *de jure mercat. lib. I. cap.* 13. *n.* 45. Gravis namque injuria eſt, injuſte in jus duci, *l. ſi vero* §. 1. *ff. qui*
ſatisd. cog. multo magis tanquam 36.
fide decocta, detineri præprimis viro in dignitate conſtituto & nobili. Item mercatori, cujus ſubſtantia in fide & bona opinione hæret, Nevizant. *conſil.* 52. *n.* 8. Mev. *de arreſt. cap.* 23. *n.* 8. & *ſeq.*

Caput LVIII.

DE MUNICIPIORUM JURE CIRCA MUTUUM ACCEPTUM.

SUMMARIA.

1. *Ad civitatum & univerſitatum obligationes multa requiruntur.*
2. *Civitatibus credere periculoſum eſt. Ratio.*
3. *Bona civitatis communia ſi obligata ſunt, non alia quam in ea poteſt fieri executio.*

4. *Boua singulorum improprie dicuntur bona communitatis.*
5. *Civium bona regulariter pro debito civitatis obligari nequeunt.*
6. *Obligatio in civitatem & universitatem quatenus cedat?*
7. *Municipia Reipublicæ Romanæ quatenus in obligationem consentire potuerint?*
8. *Cur Municipes illi dolo quid facere non dicti?*
9. *Regula & exceptiones l. civitas. ff. de reb. cred.*
10. *Consensus eorum in obligatione civitatis necessarius, qui plebem in ea repræsentant.*
11. *Sine his nihil gestum dicitur communi civium consensu.*
12. *Proceres Municipii quid valeant cum plebe?*
13. *Reservata populi in arduis rebus civitatum.*
14. *Temporalem administrationem habentes non possunt in perpetuum obligare.*
15. *Diversitas juris inter numerationem factam administratoribus civitatis & obligationem cum iis contractam.*
16. *Quo casu obligatio sit valida cum solo Municipii Senatu contracta.*
17. *Quando administratores de mandato civitatis agere dicantur?*
18. *Verba:* Nach alter hergebrachter Gewohnheit dieser Stadt / in solchen Verschreibungen / *iu obligatione civitatis non satisfaciunt.*
19. *An Municipia in obligatione mutui habeant jus cavendi per obsides?*
20. *Jus dandi obsides non competit privatis sine permissu Principis.*
21. *Quod patribus licet in filios, idem & competit civitati in Municipes.*
22. *Qui obsides fidejussorum loco habeantur?*
23. *Pecuniam versam esse in utilitatem civitatis, difficilis est probationis.*
24. *Civitatis inopia tempore mutui est præsumptio pro versura.*
25. *Exercitoria competit, si probatur, navem tempore creditæ pecuniæ refectione eguisse.*
26. *Refectio ad commodum civitatis facta statim post mutuum, arguit versuram.*
27. *Comparatio fundi pro modica summa à civitate facta indicat versuram.*
28. *Probatio hæc committitur arbitrio judicis.*
29. *Non sufficit instrumento inseruisse, pecuniam esse versam in utilitatem civitatis.*

30.

30. *Quando confessioni cum certa qualitas actui accedere debet non credatur?*
31. *In minoribus oppidis, quomodo ad probationem versura contrahendum.*
32. *Quatenus dispositioni l. civitas ff. de R. C. possit renunciari?*
33. *Civitas ipsa si contraxerit, abundans est cautela renunciationis istius.*
34. *Senatus contrahens absque mandato frustra renunciat.*
35. *Creditor agens adversus civitatem simul interpellare potest administratores ad assistendum.*
36. *Administrator ostendere cogitur quo mutuum pervenerit.*
37. *Editio rationum facit ad juvandam actoris intentionem.*
38. *Et arguit se contractum ex sua parte implevisse.*
39. *Si creditor nesciat quis tempore contractus vices consulis in Municiuio gesserit.*
40. *Non sufficit expressio in obligatione* mit Vorwissen und Genehmhaltung des Rahts und Richt-Leuten.
41. *Nec sola sigilli civitatis appositio.*
42. *Probata versatione administratores proprio nomine non possunt conveniri.*
43. *Exceptio. Electio quando competat creditori an civitatem an administratores convenire velit.*
44. *Plures civitates ut corpus collegiatum mutuum sumentes, obligantur ut una universitas.*
45. *Arca communis est communionis argumentum.*
46. *Dispositio l. civitas non extendenda ad alios contractus civitatis.*
47. *Affirmantium opinio, an fundata sit?*
48. *Distinctio contractuum, an civitati sua natura sint utiles vel non.*
49. *Emptio annuorum redituum eo non refertur.*
50. *In omni contractu respicitur ad id quod principaliter agitur.*
51. *In venditione rerum civitatis solennitates requisitæ sunt observandæ.*
52. *Solennitates non præsumuntur sed probandæ.*
53. *Solennitates requisitæ specifice instrumento sunt inserendæ.*
54. *Magistratus Municipalis potest obligare bona civium.*

55.

55. *Magistri Gildarum modo in hoc condescendant.*
56. *Formula instrumenti civitatis quo obligantur bona singulorum.*
57. *Municipales an pro hoc debito arrestari & personaliter detineri possint?*
58. *Quod affirmatur.*
59. *In structuras magnificas aliasque res pomposas mutuatam pecuniam convertere Magistratus non debet.*
60. *Municeps pro debito tali arrestatus, quotam suam solvendo non liberatur.*
61. *Casus quo id contingit.*
62. *Qua ratione quisque civis pro sua parte obligatus sit?*
63. *Indemnis autem à Magistratu servari debet.*
64. *Quid operetur Clausula obligationis:* an unsere und gemeine Stadt-Güter zu halten.
65. *Aliena bona pignoris nomine supponi nequeunt.*
66. *Particula copulativa* und *quid operetur?*
67. *Interpretatio verborum sumenda quæ vitio caret.*
68. *In dubio interpretatio facienda contra eum qui apertius loqui poterat.*
69. *Bonis singulorum obligatis etiam novi civis bona intelliguntur, qui post initam obligationem advenit.*
70. *Communitatis effectus. Neo Civis pari utitur jure cum anterioribus.*
71. *Obligatur & civis qui post debitum contractum à civitate recessit.*
72. *Initium cujuscunque rei inspiciendum.*

1. Ad civicatum ut & aliarum universitatum obligationes, ut eæ firmæ sint, multa desiderantur, DD. *in famosa l. civitas 27. ff. de R. C.* Choppin. *ad consuet. Paris. lib. III. tit.* 2. inde videndum, an requisita illa omnia adhibita sint, cum cæteroquin vis obligationis
2. facile perimatur. Fatendum ergo, periculosum esse cum civitatibus contrahere, præsertim autem illis credere, post Dec. Neviz. Hamlel. *in comment. de action. n.* 7. possunt enim se exceptione tueri, tibi non competit actio adversus nos in particulari, vel ad ea quæ in privato patrimonio possidemus *arg. l. 7. §. 1. ff. quod cujusq; univers. nom. ibi. nec quod debet universitas, singuli debent, tit. C. ut nullus ex vicaneis pro alieno. vican. debit. teneatur*

tur Coler. *de proceſſ. execut. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 367. Kopen. *quæſt.* 60. *n.* 23. Carpz. *p.* 2. *conſt.* 6. *defin.* 24. *n.* 4. Executio itaque
3. eo caſu, ubi bona civitatis communia obſtricta ſunt, aliter fieri non poteſt, quam in ipſa bona univerſitatis, Hartm. Pistor. *part.* 1. *quæſt.* 37. *n.* 6. Dec. *in d.*
4. *l. civitas n.* 6. Bona ſingulorum improprie dicuntur bona communitatis, ne circa unam eandemque rem, plures in ſolidum domini conſtituantur §. *ſingulorum Inſt. de rer. Div. l. ſicut certo* 5. §. 15. *ff. commod.* Coler. *dict. cap.* 3. *p.* 2. *n.* 371.

5. Senatum quoque oppidanum, ne quidem civium invitorum bona obligare poſſe, obvium eſt, nam civium bona reſpectu ipſius Senatus ſunt res alienæ, quæ pignori vel hypothecæ obligari non poſſunt invito domino *l.* 1. *&* 2. *ac tot. tit. C. ſi res aliena pign. dat. arg. l. ſi fundus* 16. §. *aliena* 7. *ff. de pign. & hyp.* Neguzant. *de pign. part.* 2. *membr.* 3. *n.* 25.
6. Aliter ſe res habet in bonis ipſius civitatis, quæ ab adminiſtratoribus publicis recte obligantur. *l. is qui* 11. *in princ. ff. de pig. & hyp.* ideo autem obligatio in civitatem & quamvis univerſitatem cadere poteſt, quia cauſa obligationis producendæ proxima in eam cadit, puta conſenſus atque voluntas ſeſe obligandi. Nec obſtat *l.* 1. §. *fin.* 7.
22. *ff. de acq. poſſ.* ubi Ictus ait *Municipes. uni vel univerſi conſentire non poſſunt.* idem eſt *in l. un. ff. de libert. Municip.* quia hoc non ita accipiendum, quaſi univerſitati conſenſus plane deſit, verum ſecundum ſubjectam materiam, & conſuetam tunc temporis municipiorum adminiſtrationem, quæ ſaltem fiebat per Decuriones ipſorum periculo, nequidem adhibitis plebis tribunis. Imo ex eo fundamento nec municipes dolo quid 8.
facere dicebantur, ſed ſaltem ſi quid ad eos pervenerit, ex dolo eorum, qui res Municipales adminiſtrabant *l.* 15. §. 1. *ff. de dolo.* hoc ergo ſtatu, cives & incolæ non poterant dici conſenſiſſe, qui ſtatus non omnibus univerſitatibus, ſed Municipiis Romanis, tempore JCtorum erat peculiaris Schilt. *diſſert. ad ff.* 22. §. 54. 9

Regula *dict. l.* 27. *ff. de R. C.* eſt: Civitatem ſola mutui acceptatione, non accedente ſingulorum civium conſenſu non obligari. Exceptio prima eſt, ſi pecunia in ejus utilitatem verſa eſt, ob negotium utiliter geſtum, ubi æquitas ſupplet conſenſum ac inducit obligationem *Dd. ind. l. civitas.* Secunda limitatio eſt intuitu ipſorum contrahentium qui utique tenen-

tur, ob rationem, ne creditores, ob vanas administranti um tergiver-
10. ſationes defraudentur. Ut itaque valida ſit obligatio iſta, poſtquam jam plebs per tribunos ſuos ad reipublicæ vel civitatis administrationem admiſſa, & conſentiendi poteſtatem conſecuta eſt, neceſſario requiritur eorum conſenſus, quod expreſſe inſerendum tenori obligationis, vocantur illi gemeine Vorſtehere / Viertels-Meiſtere / alibi Vorgängere der Gemeine / Gilden-Meiſtere / Zunfft-Meiſtere / Richt-Leute.
11. Vel ii quibus juxta formam, ſtatuta & conſuetudines cujusque loci, poteſtas & auctoritas tanta eſt, quanta ipſius populi ſive adunantiæ generalis ut loquitur Losæus *de jurib. univerſ. p. 1. n. 49.* ut ſine quibus communi civium conſenſu quippiam geſtum eſſe, dici non
12. poteſt. Sed quod proceres & tribuni plebis faciunt, quibus ſumma rerum permiſſa eſt, id pro eo habetur, ac ſi ſinguli cives feciſſent, *l. 3. ff. quod cujuſque univerſ. nom.* Bologn. *in l. civitas n. 15. ff. ſi*
13. *cert. pet.* Nam licet in civitate, Magiſtratui ampla gubernandi poteſtas à populo conceſſa fuerit, hoc tamen ſemper reſervatum intelligitur, ut in rebus valde arduis, ſummam rerum concernentibus, ea ſine populi, vel eorum, qui hunc repræſentant preſcitu & conſilio exerceri non poſſit *arg. l. fin. C. de auctor. præſt. l. receptum 18. ff. commun. præd.*

Deinde adminiſtratores civitatis Conſules, Senatores, temporalem ſaltem habent adminiſtrationem, aliis in eorum locum ſuccedentibus. Ergo ſub generali de adminiſtrando res civitatis mandato, non venit facultas obligandi, vel alienandi ejus bona Goedd. *de reb. cred. cap. 2 concl. 10 n.* 240. quod ſpeciatim favore civitatum introductum, ne adminiſtratores occaſionem juris ad iniquum traherent compendium, atque ſic civitates damnum paterentur *l. ſui C. de reb. civit. vend.* Numeratio quidem quæ fit adminiſtratoribus, illa ipſi civitati fieri recte dicitur, obligatio autem ex tali numeratione non oritur, niſi accedente conſenſu eorum qui ſingulos in civitate repræſentant. Niſi forſan talis in Municipio eſſet Senatus, qui omnes ordines repræſentat & qui ſimul de quavis re ſtatuendi, ſine aliorum convocatione plenam & liberam habet facultatem. Hart, Pist. *d. quæſt. 47. n. 5.* qui tunc ex mandato agere cenſentur, nam ſi adminiſtratores de mandato civitatis, aut ipſum conſilium, quod totam civitatem vel Municipium repreſentat mutuam pecuniam accipiunt, civitas

tas obligatur, mutuum illud restituere, sive ea pecunia in utilitatem versa sit, sive non, nihil enim tum habet, quod ohmoveat universitas, quæ suis debitis adstringitur. Obligatio hæc oritur ex consensu civitatis, quæ tunc non ex facto alterius, sed proprio censetur obligata, *l. habeat. pr. ff. de instit. act.* post BARTOL. PEREZ *ad C. tit. de his qui ex publ. ration. mutuam pecuniam acceper. libr. X. n. 1.*

18. Sed si in instrumento civitatis contrahentis inserta sit hæc assertio **So/ wie nach alt hergebrachter Gewonheit dieser Stadt/ dergleichen Verschreibungen beständig aufgerichtet und ausgegeben werden.** An tunc prædictæ solenitati satisfactum sit, quæritur? quod merito negatur: Quia confessio unius cedere non debet damno alterius, VULTEJ. *consf. 30. n. 150. vol. 1.* nec judici de consuetudine testanti creditur, CARPZ. *p. 2. Const. 3. def. 22. n. 2.* PECK *de jur. sist. cap. 21. n. 3.* præsertim cum verba enunciative vel narrative saltem posita sunt, ut quæ in tertii & non consentientis præjudicium nihil probant, GODEN. *consf. 34. n. n. 24.* MENOCH. *præs. 44. n. 5. lib. II.*

19. Quæritur, an Civitates Municipales, in obligatione de mutuo accepto obsidibus cavendi jus habeant? certum quidem est, jus dandi obsides in proprio significatu, quatenus illud pars est juris bellici, & accessio quædam publicarum conventionum, non competere Municipibus, BACCHOV. *ad Treutl. p. 2. disp. 10. th. 2.* Ex 20.
illa ratione, quia ii sine permissu Principis cum hoste non pacisci, ita nec obsides tradere possunt privati, SCHILT. *de jure obsid. cap. 2. §. 7.* & 25. Quatenus vero de privato civitatis negotio agitur, eatenus quoque ipsas per obsides, vel potius per obstagium cavere posse creditoribus suis, indubium est. Filii enim à parentibus pro obsidibus dari possunt, *Gen. 42. v. 37.* hoc autem si patribus licet 21.
in filios, etiam civitati privatæ idem jus competit in Municipes, ut argumentatur BARTOL. *in cap. ex rescripto x. de jur. jur.* ubi Papa refert: Abbatem quendam ex Monachis suis obsidem dare posse 22.
creditori suo. Et quidem hi obsides fidejussorum loco habentur, sicut patet ex *cap. 11. x. de arbitr.* ubi obsides ad arbitrium servandum dati, restituendi veniunt ex causa illic expressa, SCHILT. *d. Tr. cap. 1. §. 2. n. 11.* Sed civem aliquem invitum, hoc modo obstagio, ob debitum civitatis à Magistratu tradi posse, nemo facile asseverabit.

23. Quoniam versuræ hocce in contractu cumprimis habenda sit ratio, videndum, quomodo probari possit, pecuniam versam esse in utilitatem civitatis, quæ probatio cum sit difficilis, plerumque solet revocari ad conjecturas, nam quod liquido constare non potest, si res est difficilis probationis, argumentis cognoscendum est, *l. non omnes* 5. §. *à Barbaris* 6. *ff. de re milit.*
24. Conjectura vero est, si constat vel probari poterit, civitatem tempore mutui accepti pecunia eguisse, *arg. l. fin. in princ. ff. de exercit.*
25. *act.* sicut creditor, qui Magistro navis pecuniam credidit, pro refectione navis, qui exercitoria contra dominum experiri potest, modo probet, navem, cum pecunia crederetur in ea causa fuisse, ut refici deberet, *d. l. fin.* ibiq. BART. cujus opinio ex eo textu dicitur probata, tanquam communis à MANTIC. *de tac. & ambig. convent. lib. VIII. tit.* 15. *n.* 2. (2.) Si
26. probari possit, statim post mutuum contractum factam fuisse aliquam refectionum ad commodum civitatis, tunc conjectura est, quod ex pecunia mutuata reparatio facta sit, neque enim vento reficiuntur ædificia, *arg. l. ex duobus. ff. de negot. gest.* BALD. *cons.* 353. *n.* 2. *v. modo probatur. lib. III.* accedere simul debet prudentia & integritas administratoris, & sic probatio illa sufficit, quæ animum judicis ad credendum inducit, *Cap. in præsentia de renunciat. C. causam de re jud.* PAUL. de CASTR. *cons.* 169. *n.* 4. *lib. II.* CRAVETTA *cons.* 93. *n.* 2. Idem est (3.) Si post mu- 27.
tuum contractum apparet, civitatem fundum utilem ejusdem æstimationis emisse, maxime, si summa ista, de qua agitur, non est immodica, & quæ ubique alienatione rerum immobilium civitatis refundi potest, ABBAS *in l.* 1. *n.* 9. *v. & videtur. & in cap. pen. n.* 5. *x. de depos.* Reliqua in ma- 28.
teria probationis hujus committuntur arbitrio judicis, qui ex personis & causis varie hac in re potest definire, DEC. *cons.* 263. *in fin.* ANCHOR. *cons.* 172. *n.* 3. *& cons.* 267. *in fin.* MENOCH. *lib. III. præs.* 55. *n.* 4. MASCARD *de probat. conclus.* 1161. In *d. l. civitas.* non tamen sufficit, in instrumento inse- 29.
ruisse pecuniam in rem civitatis versam esse, quasi ea clausula creditor ab onere probandi esset relevatus. *Auth. hoc jus porrectum. C de SS. Eccles.* COLER.. *de pr. Execut. p.*2. *cap.* 3. *n.* 352. PISTOR. *d. quæst.* 37. *n.* 3. KOPPEN. *quæst.* 60. *n.* 7. Confessio enim earum personarum
quæ actum aliquem libere expedire nequeunt, nisi certa qualitas 30.
quam accessisse dicunt, revera inter-

terveneric, nullam vim probationis obtinet, cum hoc casu sint testes in propria causa, *l. si forte 8. ibiq.* BART. *n. 4. ff. de Castrens. pecul.* MASC. *de probat. vol. 3. concl. 1167. n. 3.*

31. Si quis jam ab onere probationis versuræ velit liberari, caute agit, si in minoribus oppidis, non cum solis administratoribus, sed cum omnibus convocatis civibus contrahit, tunc enim civitas obligatur, non probata versione. COLER. *d. cap. 3. n. 336. & seqq.* LOSÆUS *de jur. univers. part. 2. cap. 3.*

In amplioribus civitatibus sufficit illos adhibere, qui civitatem
32. totam repræsentant, ut jam supra dictum.

Quaritur: Si in formula obligationis, dispositioni *l. civitas* in specie fuerit renunciatum, an tunc liberatis administratoribus, ipsa civitas teneatur, non probata versione? Sic plerumque vi-
33. demus, inseri solere instrumentis, atque Notarii sat caute egisse autumant, cum potius dicendum, quod si ipsa civitas vel per cives, repræsentative contraxerit, cautelam istam esse supervacuam, quia subsistit jam obligatio per se sine
34. hac renunciatione, si vero Senatus nomine civitatis absque mandato contraxit & renunciavit, frustra actum est, non enim liberum est Senatui, obligare civitatem, & renunciare juri pro civitate introducto, cum quis suo saltem non alieno renunciare possit, STRYCK. *de caut. contr. sect. 2 cap. 1. §. 10.*

Creditori contra civitatem ex mutuo agenti, duplici ope subvenitur. 35.
(1.) Agere potest adversus civitatem, & simul interpellare administratores, ut liti assistant, & versionis probationes suggerant, *l. si parentes 20. & seq. C. de evict.* quod si recusaverint, contra ipsos 36.
actio dirigi poterit. (2.) Priusquam cum civitate experiatur judicis officium implorare potest, creditor, ut cogatur administrator ostendere, quo mutuum pervenerit, *arg. l. in creditore 38. C. de evict. & l. si contendat 28. ibique gloss. ff. de fidejuss.*

Et hæc rationum editio non 37.
tam ad fundandam, quam ad juvandam & supplendam actoris intentionem facit, hinc eam non denegandam esse communiter receptum testatur BERLICH. *p. 1. concl. 45. n. 48.* CARPZ. *lib. III. tit. 8. Resp. 78. n. 70.* Et juvat credito- 38.
rem, quia jam probavit se pecuniam administratori civitatis nomine & intuitu credidisse, & contractum istum ex sua parte implevisse, BERLICH. *d. loc. n. 62.* HAHN *ad Wesemb. tit. de edend. n. 12.*

(3.) Ab initio simul contra ci- 39.

vitatem & adminiſtratores experiri valet, RICHTER. *deciſ. 71, n. 7.* ſi creditor neſciat, quis tempore contractus vices Conſulis vel adminiſtratoris in Municipio geſſerit, poteſt petere â Senatu ex protocollo, edi nomina eorum, qui tum temporis Magiſtratu functi fuerint, quia tertius pro veritate detegenda, ut ad teſtimonium, ſic ad edendum inſtrumentum tenetur, *l. 3. §. ſciendum. ff. ad exhib. l. 17. C. de edend.* quoties ſcilicet exhibitionem petentis intereſſe, judici appareat, GAIL. 2 *obſ.* 106. *n.* 2. MEV. *p. 6. deciſ. 60. n. 3.*

40. Ex præciſa diſpoſitione *d. l. civitas* & ex jam allatis abunde conſtat, non ſufficere ſcriptum eſſe, **mit Vorwiſſen und Genehmhaltung beyder Rähte und Richt-Leute von Aemtern und Gemeinheit/** ſicut formula illa apud nos recepta
41. minus etiam ſufficit ſola ſigilli adpoſitio, quia in re tanti momenti non creditur Magiſtratus aſſerto, nec enim extrinſeca ſolennitas præſumitur, ſed ejus acceſſus probari debet, *l. quæcunque. §. ult. de publ. in rem act.* adeo, ut licet inſtrumentum hoc clare dicat, ſine alia fide autem non ſufficit, MENOCH. *lib. III. præſ.* 132. *n.* 28. pro-
42. bata jam verſione, adminiſtratores proprio nomine amplius conveniri non poſſunt, ſicut exemplo tutorum, quibus adminiſtratores civitatum comparantur, *l. 3. pr. ff. de adminiſtr. rer. civit.* ſancitum eſt, *l. poſt mortem. 9. §. 1. ff. quand. ex fact. tut. l. 26. C. adminiſtr. tut.* Niſi ipſi proprio nomine expreſſe mutuum ſimul acceperint, tum li- 43.
cet pecuniam illam in civitatis utilitatem impenderint, ex mutuo efficaciter obligati erunt, *l.* 13. C. *ſi cert. petat.* ubi creditori electio competit, an civitatem, an vero adminiſtratores convenire velit, modo tamen excuſſionis beneficio ſimul renunciaverit, DN. STRYCK. *de caut. contr. Sect. 2. cap. 1. th. 7.*

Quær. ſi unius provinciæ plures 44.
civitates commune ærarium habentes, mutuo acceperint pecuniam, an teneantur ut ſingulæ, adeoque pro correis debendi habendæ, an vero ut univerſitas & ut corpus collegiatum? Et videtur repondendum, pro poſteriori, quia conſideratur hic univerſitas, ut unius corporis membra, ubi omnes unum repræſentant MEISCHN. *tom 2. part. 2. deciſ.* 10. *n. 6.* quia & ratio habetur pecu-
niæ, non in ſingularem omnium, ut 45.
communium uſum vertendæ, verſio quippe in uſum, eſt regula obligationis civitatum, quæ ſic erunt obligatæ ſicut verſa eſt in utilitatem pecunia BALD. *in d. l. civitas* quo & facit arcæ communis

nis constitutio, quæ communionis communis & causæ est argumentum *l.* 1. §. 1 *ff quod cujusque univers.* Mev. *part.* 7. *decis.* 90.

46. Quæritur etiam, an hactenus dicta. occasione *l.* 27. *ff. de reb. cr.* etiam extendenda ad alios civitatis contractus extra mutuum, videtur negantium sententia probabilior, quia civitas jure minorum utitur & mutuum multa habet singularia, utpote stricti juris, & odiosum est onus probandi versionem, quia & cæteroquin nemo facile contraheret cum civitate, quæ hoc pacto excluderetur à commercio. Affirmantium opi-
47. nio fundata est *in C.* 1. *x. de deposit.* & *C. pen. de fidejuss* Verum cum ex hisce duobus contractibus extensio non probetur, ut qui ita comparati sunt, ut non utrique contrahentium, sed uni saltem sint utiles, & juris præsumtio pro civitate militet ex ratione, quod inde in civitatem nihil utilitatis redundat, adeoque onus probandi versionem in adversarium devolvitur, non ex speciali privilegio sed de jure communi.

48. Hinc rectius distinguitur, inter contractus utrique contrahentium utiles, & illos qui sui natura civitati non sunt proficui, in illis privilegium *sæp. cit. l. civitas.* non admittendum, in his vero ei locus dandus erit, post Heig. *n. quæst.* 34. *n.* 8. Pinel. *ad l.* 2. *C. de rescind. vend. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 69. Köppen. *quæst.* 60. *n.* 10. Pist. *quæst.* 37. *n.* 29. & 51. & Carpz. *part.* 2. *const.* 6. *def.* 20. Schilt. *Exercit. ad ff.* 50. §. 32. recte ergo Carpz. 49
d. def. 20. statuit, venditionem annuorum redituum à civitate factam huc non referri, nec probationem in rem versionis ab emtore exigi, sed hic ut in alia quapiam venditione rerum civitatis procedendum, & contractum hunc ex venditionis & emptionis regulari natura æstimandum, Heig *d. quæst.* 34. *n.* 10. & *seqq.* nec
impedit hic aliquo modo, reditus 50.
etiam cum usuris symbolizare, quia sæpe accidit, ut unus contractus alterius indolem sapiat, & tamen ad id quod principaliter agitur, respici soleat *l. qui negotia ff. mandati l.* 1. § *si te rogavero* 8. *ff.*
depos. observanda tamen illæ om- 51.
nes, quæ ad contractum talem requiruntur solennitates, sicut cæteræ in venditione rerum civitatis sunt receptæ & traditæ H. Pist. *d. quæst.* 27. *n.* 51. Lancellot. *de decurion. n* 95: *de quib. cap. seqq.*

Et hæc solennitatis probatio 52.
ut quæ est extrinseca, & quæ regulariter non præsumitur, intervenisse, emptori incumbit, sicut qui

qui à pupillo vel Ecclesia rem emerunt, probare debent decretum aliasque solennitates, ad alienationem accessisse *l. fin.* § *C. de reb. civit.* GMEZ. *resol. tom. 2. cap. 11. cap.* II. *n.* 17. BONON. *de censib. art.* 18. *n.* 42. ubi consultum est
53. pro emptore, ut solennitates requisitas, in instrumento specifice exprimi curet, apposito decreto, quo in asserentem contrarium, probationis incommodum devolvatur, MENOCH. *lib. II. præs.* 75. *n.* 12. SURD. *consil.* 181. *n.* 1. *& seq.* HEIG, *cit. quæst.* 34. *n.* 23. *p.* 1. Magi-
54. stratum ergo Municipalem posse etiam obligare bona civium constat, modo tribuni plebis, magi-
55. strique Gildarum, in quas universitas omnem potestatem suo nomine agendi contrahendique transtulit, in hoc negotinm condiscendant, *per text. l. fi. is qui pr. ff. de pignor. l.* 14. *ff. de pact.* BALD. *in l. civitas. ff. si cert. petat. & in l sicut ff. quod cujusq. univers. nom.* CARPZ. *p.* 2. *constit.* 6. *defin.* 18. quo tunc hæc formula concipi solet: Wir Verpfänden
56. hiermit nicht allein unsere gemeine Stadt-Güter / sondern wir wollen auch vor uns und unsere Erben / unsere selbst eigene Güter / so einem jeden unter uns besonders zustehen / hiermit kräfftigst obligiret haben.

Sed jam quæritur an Munici- 57.
pales qro hisce debitis à Magistratu conflatis, capi, arrestari & personaliter detineri possint? Quod etsi negari velit, *per. l.* 4. *C. de execut. & exact. l.* 6 §. 1. *ff. quod cui univers. nom.* §. *singulorum Inst. de rerum divis. l.* 1. *& tot. tit. C. ne filius pro patre l.* 1. *& tot. tit. C. ne uxor pro marit.* nos tamen affirmamus, si debitum uti modo 58.
dictum, consensu plebis seu ejus magistorum, contractum & quod disjunctive ponitur, à CARPZ. *p.* 2. *constit. l. defin.* 25. in necessarium 59.
usum reipublicæ, non in structuras magnificas, aliasque res pomposas delitiosasque versum sit BRUN. *cons.* 182. *col.* 4. LUC. de PENN. *in l. unic. C. de superindict.*

Casu autem, quo Municeps unus pro debito toto Municipii 60.
arrestatur, non liberatur si portionem virilem sive quotam suam solvere paratus sit, sed pro solido detineri poterit, BART. & JAS. *in l. si se non obtulit* 4. *ff. de re judic.* COLER. *de process. execut. part.* 2. *C.* 3. *n.* 380. BALD. *in l.* 1. §. 2. *ff. quod cuj. univers. nom. n.* 3. puta
nimirum, quando civitas se & suos, 61.
suaque & suorum bona solenniter obligavit, quo casu non tantum pro rata & portione sua, civis arrestari poterit, sed & pro debito universo; Qui in contrariam senten-

tentiam eunt, censentes pro sua parte saltem quemque obligatum
62. esse illi verum quidem statuunt, respectu civium inter se, non autem respectu creditoris, scire enim creditor nunquam posset, quota cujusque sit portio, neque id etiam in cantrahendo actum vel cogitatum fuisse dici potest, planeque arresti usus sic tolleretur, & particularis hæc præstato plurima secum incommoda ferret, ut probat ex
63. PECK. *de J. sist.* GOTHOFRED. *in Prax. Civil. lib. II. tit.* 4. solidum autem illud per communem collectam, per æs & libram solvi, interimque Municeps per Magistratum de arresto iidemnis servari, atque dispendium ei restitui debet,
64. COLER. *d. C. 3. n.* 282.

Quæritur autem hic, si in obligatione ita expressum cavetur: An unsere und gemeine Stadt-Güter zu halten/&c. an etiam sic simul bona privatotum comprehensa censeantur? Distinguendum videtur, an in obligationem creditori habitam simul consenserint cum administratoribus singuli cives, vel qui eos repræsentant, & tunc etiam singuli tenentur una cum rebus suis, an autem Decuriones & administratores solum consenserint, atque tunc singulorum bona obligata non esse, jure statuit KLOCK *cons. adopt. 65. n. 15. & 23.* Licet & decuriones per verbum unsere intellexerint bona civium 65. privata, quia nemo potest aliena bona pignoris vel hypothecæ nexui supponere, nec & obstat particulam und in verbis: Ohn unsere und gemeine Stadt Güter/ non 66. debere vel posse esse otiosam, sed ita accipiendam, ut aliquid operetur, *per l. si quomodo. in princ. ff. de leg. & l. in repetendis 63. ff. de leg. 3.* quia particula illa copulativa non semper infert aliquid ulterius, sed sæpius per exegesin continet illud ipsum, quod jam in præcedenti fuit significatum, scilicet unsere gemeine Stadt Güter/ talis utique interpretatio sumenda, 67. quæ vitio caret, & ne recedatur à dispositione juris communis, quod vult, neminem posse obligari, qui non contraxit, vel non consensit, neve per alterum iniqua conditio inferatur; Si & creditor per verbum un- 68. sere intellexit bona privatorum, tunc debuit illud clarius expressisse, quia autem id omisit, merito contra eum fit interpretatio, *cap. contra eum 57. de R. J. in 6.* & vulgatissima est doctrina, in re dubia interpretationem esse faciendam contra eum, qui in verbis contractus se fundat & apertius loqui poterat, *l. veteribus 39. ff. de pact. l. stipulatio. 38. §. 10. ff. de V. O. l. Labeo. 21. ff. de contract.*

 empt.

empt. ZAS. *consil.* 14. *n.* 36. *tom.* 6.

69. Tum & quæro, quid statuendum de novo cive, qui post initam obligationem, ubi singulorum bona supposita sunt, advenit, an etiam is ob tale debitum arrestari vel alio modo inquietari possit?

70. Affirmatur: Quia quod juris est, de ipsa communitate idem & esse debet, de hominibus postea accedentibus, communitas quippe est quædam universitas juris, recipiens augmentum & diminutionem, ideo pacta cum ea facta, extenduntur ad illos, qui postea adveniunt, quia manet eadem, & neo-recepti videntur ea conditione immatriculati, ut pari jure cum anterioribus utantur, CASTRENS. *cons.* 555 *lib.* II. PECK. *d. tit. cap.* 4. *n.* 17.

Tertio quæro & de eo cive, 7
qui jam desiit esse talis, & aliò domicilium suum transtulit, an & is pro debito suo tempore contracto conveniri possit? & pariter dicendum, quod civis qui fuit civis tempore debiti contracti, licet postea à civitate recedat, non obstante recessu, possit pro illo debito detineri, ex eo quod sufficit, causam propter quam debitum fuit 7
contractum, habuisse originem illo tempore, quo is erat civis, & tunc contractum fuisse; Initium enim cujuscunque rei inspiciendum est.

Caput LIX

DE MUNICIPALIUM BONORUM ALIENATIONE.

SUMMARIA.

1. *In alienatione bonorum Municipalium solennia observanda.*
2. *Bona Municipalia ad reditus civitatis spectantia.*
3. *Bona Municipalia publicis usibus simpliciter destinata.*
4. *Civitatis bona illa distrahi possunt, quæ singulis sunt proficua.*
5. *Cum certis tamen solennitatibus.*
6. *Alia bona Municipalia plane sunt inalienabilia.*
7. *Venditionem eorum permittere potest solus Princeps, ex plenitudine potestatis.*
8. *Ratio ejus.*
9. *Ad solennitates alienationis requiritur convocatio Senatus, eorumq; qui plebem repræsentant.*

10.

10. *Etiam in statu Municipali Aristocratico.*
11. *In universitatibus civitate inferioribus, majori cautela ratione alienationis necessaria est.*
12. *Convocatio in hunc finem instituenda solennis.*
13. *Locus conventioni tali destinatus.*
14. *Consentientium vota.*
15. *Solennia alienationis juxta l. 3. C. de vend. reb. civit.*
16. *Ea praxi non obtinent.*
17. *Multæ solennitates in alienationibus hisce nimis sunt scrupulosæ & difficiles observatu.*
18. *Forma solennitatum recepta in alienatione hac servanda.*
19. *Consensus Superioris requiritur loco decreti.*
20. *Ad quarum rerum alienationem non facile prolabi debeat Respublica.*
21. *Justæ alienationis causæ.*
22. (1.) *Necessitatis incommodum.*
23. (2.) *Exsolutio æris alieni prementis.*
24. (3.) *Instantia creditorum.*
25. *Creditor civitatis non cogendus, ut nomina in solutum accipiat.*
26. (4.) *Tempus famis.*
27. (5.) *Prædia infructuosa.*
28. *Prædia longe dissita.*
29. *Fundi publici pasculationi destinati non possunt in cultura redigi, sine alienationis requisitis.*
30. (6.) *Redemptio civium ab hoste captivorum.*
31. *Idem est si Princeps ab hoste sit captus.*
32. *Dura necessitas causas alienationis in unum redigit.*
33. *Successores alienantium, contractum Municipii cum solennitatibus initum revocare non possunt.*
34. *Ratio hujus.*
35. *Revocationi locus, si successores probaverint solennitates non intervenisse.*
36. *In quo consistat ratio revocationis bonorum civitatis absque solennitate alienatorum.*
37. *Possessores bonorum civitatis imputent sibi, quod in alienatione eorum cautiores non fuerint.*

38. *Titulus administratorius est penes proceres civitatis, dominium & proprietas penes ipsam radicaliter.*
39. *Prius restitutio facienda, antequam contractus talis rescindatur.*
40. *Civitas cum alterius damno non locupletanda.*
41. *Locupletationis probatio cui incumbat?*
42. *Clausula renunciatoria in instrumento non sufficiunt.*
43. *Licet renunciatio juramento sit firmata.*
44. *Consules & Senatores Municipii de evictione non tenentur finito officio.*
45. *Exceptio.*
46. *Quid si emptor in mala fide fuerit?*
47. *Antiquitas temporis facit præsumptionem pro solennitatibus.*
48. *Varia alienationis species cum solennitatibus.*
49. *Datio in solutum emptioni æquiparatur.*
50. *Bona Municipii alienanda commode inter ipsos cives dividuntur & venduntur.*
51. *Extensio alienationis hujus ad collegia, corpora & communitates.*
52. *A civitatibus ad collegia valet argumentatio.*

1. Non solum cum de obliganda civitate agitur, sicut præcedenti capite, in puncto mutui, dispeximus, sed & ratione alienationis bonorum civitatis certæ solennitates observandæ, & cautelæ adhibendæ, uti apparet *ex l. 3. C. de vend. reb. civitatis.*

2. Bona Municipalia vel ad reditus civitatis spectant & in pecunia populi sunt, ut prædia, pascua, nemora, gemeine Weide/ Stadt Heide/ Stadt Bruch/ Waldemen/ Marck/ quo & spectant reditus Reiqublicæ, qui in ærarium Municipale vel bursam communem referuntur, fructus & pensiones molendinorum & prædiorum publicorum, Stadt-Pfächte/ item vectigalia, accisæ, 3.
gabellæ, mulctæ, &c. vel usibus publicis simpliciter destinata sunt, ut templa, scholæ, ædificia publica, theatra, balnea, eorumque usus est publicus illorum, puta, qui sunt ejusdem civitatis aut corporis, de quibus agitur [1] *§. 6. J. ibiq. Comment. J. de rer. divis.* MANTIC. *de Tac. & amb. convent. lib. IV. tit. 8. n. 1.* Hac distinctione 4.
prævia, facile patescit, quænam bona civitatis distrahi possint, illa nimirum, quæ à commercio non sunt exempta, qualia sunt prioris generis, *l. 6. pr. ff. de contrah. empt.*

empt. l. 6. §. 1. *ff. de R. D.* de quibus *d. l.* 3. *C. de vend. reb. civit.* loquitur BART. *ad l. C. de jur. Reipubl.* Ea quæ quidem ſunt civitatis, ſed non tanquam in univerſo repræſentatæ, ſed veluti ſingulorum, quorum reditus omnibus de
5. civitate ſunt proficui, DEC. *Reſp.* 43. *n.* 4. *vol.* 5. & hæc alienari poſſunt, non tamen ut cæteræ res privatorum, quæ illimitato commercio regulariter ſubſunt, ſed intervenientibus certis quibusdam ſolennitatibus, certisque de cauſis quæ ſi deficiant, alienatio eſt in-
6. valida; Cætera nullo modo ſunt alienabilia, quæ nec in ſtipulationem deduci poſſunt, *l.* 83. §. 5. *ff. de V. O.* nec valet obligatio, adjecta conditione, ſi privata facta ſit *d. l.* & 6. quia eſt ſuppoſitio caſus abominabilis MENOCH. *remed.* 4. *adipiſc. n.* 463. & *conſil.* 373.
7. *n.* 12. ſolus Princeps ex plenitudine poteſtatis conſtitue preoteſt, ut ea vendantur & ad privatos uſus convertantur, *arg. l.* 9. §. 1. *ff. de rer. diviſ. l.* 14. §. 1. *ff. de ſervit.* quia ejus plenitudini nihil reſiſtit, eique nemo dicere poteſt, cur ita facis? MANTIC. *cit. lib. IV. tit.* 8. *n.* 3. *de tac. & amb. conv.* quæ poteſtas in Principe apparet,
8. ſi juſta de cauſa, ex. gr. fortalitii ratione, civitatis ædificia publica demoliuntur, & loca religioſa evertuntur, imo ipſi permiſſum eſt, integra Municipia alienare, ut *vid. l.* 1. *cap.* 10, quidni ergo idem jus exercere ipſi integrum erit, circa bona univerſitatrs particulatim ſumpta, *arg. l.* 113. *ff. de R. J.*

Ut rite Municipalium bonorum alienatio fiat, *primo*, certæ intervenire ſolennitates *ſecundo*, adeſſe alienationis cauſæ debent. Inter primum requiſitum convenit, ut integri Senatus convocatio fiat, & ſimul eorum, qui plebem & univerſos cives repræſentant, **alte und neue Raht / Gilden und Gemeine**/vel **beyde Rähte und Richt-Leute** / ex qua Status Democratici mixtura, pleraque provinciarum harum Municipia participant, ſicut ex præcedentibus jam innotuit; Imo licet Status in civitati- 10.
bus ſit ariſtocraticus & omnis poteſtas in ſolis Conſulibus & Senatoribus reſideat, in hocce arduo tamen negotio, qualis eſt alienatio rerum civitatis, per capita fieri debet adunantia generalis, ut loquitur MANTIC. *d. lib. IV. C.* 8. ut de ſingulorum civium conſenſu alienatio fiat, quia, quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, C. 29. *de R. J. in* 6. *l. fin. C. de auctor. præſt.* Hoc eo magis adhuc obtinet in villis & univerſita- 11
tibus civitate inferioribus, quia illic decuriones & adminiſtratores,

Vorgängere/Vorstehere/Bauer-Richtere;/ non solent esse personæ litteratæ, graves & sagaces
12. THESAUR. *Decis.* 257. *n.* 2. Vel ut actus hic alienationis subsistat, pro unius cujusque loci consuetudine solennis convocatio instituenda est qua non servata alienatio est invalida & nulla *l. fin. C. ibique* GLOSS. *de jur. reipubl.*
13. Locus convocationi tali destinatus est curia, non autem locus privatus, nisi grave subsit impedimentum, belli. pestis, & similium. In pagis & villis ubi ejusmodi publica ædificia non dantur convocatio & conventus fieri solet plerumque in cœmiterio, vel alio loco prope templum, quasi actus majori auctoritate, teste ipsa Ecclesia perfici debeat.
14. Quando convocatio instituenda est per capita, sufficit duas tertias civium partes adfuisse vel amplius quam duas *l.* 3. *ff. quod cujusque univers. nom. l.* 3. *ff. de decr. ab ord. fac.* ALEX. *cons.* 68. *n.* 8. *vol.* 2. Cæteroquin si de singulorum consensu agendum, nunquam conclusum foret validum, rarus namque non est in multitudine, quorundam dissensus, cum variæ sint hominum voluntates *l.* 4. *ff. ad JCt. Trebell.* diversique diversa sentiant C. 20. *x. de rescript.* & facile in partes trahitur mobile vulgus.

Præcit. *l.* 3. *C. de vend. reb. civ.* 15.
plures adhuc requirit solennitates, puta peculiarem isti actui constitui debere Syndicum, ubi generalem non sufficere vult, MANTIC. *supra cit. lib. IV. cap.* 8. *n.* 21. & 23. & LOS. *de jur. univers. p.* 3. *cap.* 5. *n.* 21. (2.) Subsciptionem singulorum. (4.) Juramenti interpositionem, alienationem puta utilem esse civitati. (4.) Interpositionem decreti, de quibus solennitatibus PEREZ. *d. l. n.* 6. quidem 16.
asserit eas non esse abrogatas, praxis tamen reclamat, nec credo ullum in hisce Municipiis nostris exstare desuper exemplum & dici hic potest quod WESEMBEC. ait, circa solennitates alienationis rerum Ecclesiasticarum: Quæ om- 17.
nia si servanda essent exacte, vix ulla maneret recta rerum Ecclesiasticarum (addo civitatis) alienatio; itaque in regiis Summisque curiis ipse cognovi, & ab aliis experientissimis pragmaticis & in secreto comperi hæc non omnia ad amussin servari *consil.* 59. *n.* 23. *vol.* 2. & ut asserit MOLIN. *consil.* 44. *n.* 3. *vol.* 1. Publicæ utilitatis 18.
ratio potior habenda quam solennitatum, sufficit ut ubicunque locorum forma in publicorum bonorum alienatione servetur, quam usus introduxit, & ut de integritate fidei administratorum constet.

Sed

Sed quid dicendum de requisito etiam consensu Principis *per d. l. 3.* Hunc tamen utique adhibendum putaverim, tam ut alienatio omnem excludat suspicionem, tam ut etiam Princeps sit securus, nihil in ipsius fraudem agi *C. venientes 19. x. de jur. jur.* & ipsius ratificatio & auctoritas loco decreti est, quod in ejusmodi alienatione requiritur Los. *d. cap. 5. n. 7.* instar rerum pupillarium Besold. *p. 2. consil. 25. n. 3.*

20. Non tamen facile ad distractionem & alienationem earum rerum prolabatur Municipium, quæ tuendæ & conservandæ reipublicæ sunt necessariæ & distinatæ, quibus tenues sustentantur, ac quæ venditæ & rempublicam & subditos perdunt Klock. *de ærar. cap. 49.*

21. *n. 62.* Hinc justæ & prægnantes adesse debent alienationis causæ, sicut in rebus minorum *l. 12. & 13. C. de reb. eor. qui sub tut.* quorum jure & civitates gaudent ut sæpe

22. dictum. (1.) Ante omnia videat Municipium necessitatis in commodo pressum, an non alio modo quam alienatione immobilium illud evitari possit, puta suppositione pignoris, vel per collectam extraordinariam, de qua egimus *Cap. 15. lib. III.* (2.) alienationis

32. causa est exsolutio æris alieni, quæ causa merito dicitur ordinaria & regularis, & quando reditus vel fructus prædiorum exsolvendo tali debito non sufficiunt (3.) requiritur, ita instare & urgere creditorem, ut solutionem evitare civitas non possit, alioquin si exceptione aliqua contra exactionem se tueri possit cessat alienandi causa. Menoh. *arb. jud. qu. lib. II. cap. 2. cas. 172. n. 15.* ubi quæritur, an Municipium possit cogere creditorem ut nomina in solutum accipiat? Neg. quia alius ordo judicii & executionis in civitatibus non introducendus quam in privatis observatur, Brunn. *ad l. 8. ff. quod cujusq. univers. nom.* Berlich. *p. 2. decis. 296.* ubi rationibus & textibus defendit, nec pupillo hanc facultatem relictam esse. (4.) alienationis causa est justa, quando cives fame premuntur, nec habent, unde se suosque sustentare possint, cum publica utilitas major esse non possit, quam ut fame liberentur homines Nivizant. *cons. 66. n. 3.* & quia satius est civitati, bonis quam civibus carere. Tempus famis maxime est privilegiatum quo licite alienantur etiam inalienabilia, ut feuda & fideicommissa *auth. contra interrogatus C. ad Sct. Trebell.* Imo Ecclesia alienare potest eam ob causam vasa Deo dicata *l. 21. C. de SS. Eccles.* (5.) Non rejicien-

(right margin: 24. 25. 26. 27.)

cienda alienationis ratio est, si civitas prædium infructuosum dimittit, in quo plus exponitur in reparationem, quam in reditu habetur, quam pecuniam inde redactam, in alios Municipii usus redigere salubriores, utique convenit, *arg.* C. *Terrulas.* 23. *caus.* 12. *quæst.* 2.

28. Idem est si prædium sit longe remotum, & pro eo prædium proximius & commodius haberi possit COTTHM. *vol.* 1. *cons.* 28. *n.* 12. *& seq.* Juxta illud adagium **weit von seinem Guth / nahe bey seinen**

29. **Schaden.** Ubi quær. an liceat Magistratui pascua & nemora, ubi civis jus pascendi & lignandi habent, ad culturam reducere? Resp. Neg. ne per indirectum, qui commodum sentiunt, ex tali communi prædio, illud perdant, neve res deducatur ad usum non destinatum, & inconsuetum, ubi potior causa est prohibentis MENOCH. *consil.* 80. *n.* 26. BRUNN. *ad l.* 1. C. *de pasc. publ.* MEV. *ad j. Lub.* *p.* 2. *lib. III. art.* 1. *in fin.* Sed & hic adhibendas esse volunt solennitates, in alienatione rerum civitatis requisitas MEV. *cit.* (6.)

30. Causa est pietatis, si aliunde non habet Municipium unde cives suos ab hostibus bello captos redimat, tunc de bonis universitatis recte tantum distrahit, quantum redemptioni sufficiat *arg.* C. *aurum caus.* 17. *q.* 2. *Can. sacra* 17. *q.* 2.

Idem obtinet & majori adhuc ratione, si Princeps pugnando pro patria bello captus sit, nam sicut Princeps cives suos, ut pater patriæ filios habet, & paterna affectione prosequitur *l.* 34. *C. de inoff. test.* ita civitates & cives è contrario filiali ipsum amore colere debent, cujus debiti non minima pars est, parentem captivum redimere *Nov.* 115. C 3. Ergo in unum has causas redigit dura & dira necessitas, quæ efficit ut pro evitando naufragio gubernator navis jactura quicquid salvari potest, redimat, quæ efficit ut æger, pro continuanda vita, membrum sibi amputari non recuset, qui trunco corpore gaudet partem pro toto solvisse, *Disp. mea. inaugur. de casu extrem. necessit. cap.* 3. §. 6. 31.

Verum quæritur an observatis solennitatibus ad alienationem horum bonorum requisitis, successores eorum qui in alienationem consenserunt, contractum revocare possint? Quod utique negatur, facta enim ab officiali valent, etiam finito officio *C. fin. de offil. Vicar. in.* 6. nec hæredes possunt contravenire factis prædicessorum suorum *l.* 14. *C. de R. V. l. uxor.* C. *de bon. auct. jud. possid.* atque secus si fieret, fraudibus via pates- 32. 33. 34.

tesceret, & facile foret in damnum & præjudicium possessorum, quoslibet antecessorum actus annullare, & hoc damni ipsa civitas incurreret, ut nemo cum ipsa contraheret, observatio ergo prædictarum solennitatum contrahentes utrimque reddit securos. Hinc
35. concludendum, revocationi & repetitioni locum esse, si successores probaverint solennia observata non fuisse GLOSS. *ad. d. l.* 3. C. *de vend. reb. civ.* BARTOL. *ibid. n.* 3. MARTIN. *dict. l. IV. tit.* 8. *n.* 18.

Ratio revocationis bonorum ci-
36. vitatis sine solennitate alienatorum, non utique obvia est, nec hic sufficit salutis publicæ blandus titulus, sed potius quia res civitatis in hoc tertio cum Domaniis Principum bonisque Ecclesiæ ac minorum privilegiatæ sunt, ita ut alienatio eorum non simpliciter quidem prohibita, certis autem cancellis & repagulis inclusa sit, à provida legislatoria prudentia, ad retundendas dissipationum fraudes, cæteraque incommoda avertenda,
37. quibus solennitatibus non observatis, imputent sibi possessores istorum bonorum, quod juxta illud vulgare monitum *Impp. in l,* 2. *C. de furt.* non didicerint cautius mercari, & res in se ab aliis transferri curaverint, quarum illi plenum dominium non habuerunt, sed absoluta facultate alienandi destituti fuerunt. DN. STRYCK. *in dissert. de Jur. princip. circ. ration. Civitat. Cap.* 7. *n.* 13 *&* 14. Ergo funda-
mentum Justitiæ reunionum est 38.
alienatio ab iis facta, qui administratorio saltem nomine possederunt bona illa, quorum proprietas & dominium penes totum Concilium vel corpus radicaliter manet, & ubi solennitates non observatæ efficiunt, ut læsa civitas restituatur, & bona alienata postliminio quasi reducantur, in quo omnis consistit provisio saluberrimæ *l.* 3. *C. de vendit. reb. Civit.*

Et tunc quam maxime hæc
prædicta procedunt, si civitas ex 39.
ejusmodi contractu damnum incurrit, exemplo minoris & Ecclesiæ ubi tamen, si beneficium restitutionis in integrum imploret *arg. l.* 10. *de præd. min.* vel ex remedio *l.* 2. *C. de rescind. vend.* agat, prius non rescinditur contractus alienationis, quam restitutio facta fuerit illius, quod à civitate acceptum fuit, *l.* 21. §. *si quis ff. de act. Empt. &. vend. cap. cum dilectus X. de*
empt. vend. Si autem facta aliena- 40.
tio in utilitatem civitatis redundavit, iniquum foret ipsam cum alterius damno locupletari, *l.* 14. *ff. de cond. indeb.* prout bonæ fidei non convenit, idem bis exigere,
l. 57. *ff. de R. J.* Sed civitatem ex 41.

 con-

contractu alienationem inducente, factam fuisse locupletiorem ejus probatio incumbit adversario non civitati, argumento iterum desumpto à minore. KLOCK. *Cons.* *51. num 32. vol. 2.*

42. Nec putent possessores bonorum civitatis absque solennitate alienatorum, se optime consultisse, si instrumentis inseri curaverint efficacissimas clausulas renunciationis à civitate factas, quæ betonica huic morbo mederi non poterit, ut cunque juri pro se introducto valide renunciari possit, obstat enim favor publicus, cui non renunciare licet *C. si diligenti 12. x. de foro. com-*
43. *pet.* Imo licet renunciatio Juramento firmata sit BRUNNEM. *ad l. 38, ff. de pact. n.* 1. tum et generale axioma est, quod cui non competit potestas donandi vel alienandi, ei nec concedenda facultas renunciandi CARPZ. *part.* 2. *Const.* 4. *def.* 12 *n.* 8. GALLERAT *de renunciat. lib. IV.* quo coincidunt superius tradita in puncto matui *cap. 58. n.* 32.

44. Ratione evictionis quæritur an Consules, Syndici, & administratores, qui vendiderunt bona Municipii finito officio etiam ad eam teneantur? Neg. per ea quæ tradit LOSÆUS *d. tract. p. 3. cap. 5.* exemplo tutioris qui finito officio de evictione non tenetur *l. 5. ff. quando ex facto tutor* & nemini officium suum debet esse damnosum *l. 7. ff. testam. quem aper. l. 61.* §. 5. *ff. de Inst.* Nisi alienatio ma- 45.
la fide sit facta, dolus enim nemini parare dabet patrocinium *l. 13.* §. 7. *ff. de ædil. edict.* MASCARD. *de prob. concl. 532. n. 19. & 32.* si & emptor in mala fide fuit, 46.
tunc valet regula, in pari causa melior est conditio possidentis. COVARR. *resol. lib. III. cap.* 17. *n.* 2. TIRAQUELL. *de retr. consang.* §. 12. *gloss.* 1. *n.* 11. hinc nec pretium repetet *l.* 27. C. *de evict. ibique* BRUNEM. præsumptio pro hisce solen- 47.
nitatibus inducitur ex diuturnitate temporis, CRAVETT. *de antiq. temp. p.* 3. *n.* 6. COTHM. *resp.* 28. *n.* 75. *vol.* 1. & quidem ob difficultatem probationis, sicut in alienatione rerum Ecclesiasticarum, ob longum temporis lapsum consensus capituli, aliaque requisita intervenisse præsumuntur MARSIL. *singul.* 12. *n.* 4.

Bona Municipiorum publica, 48.
non possunt saltem vendi & permutari, hoc modo, servatis scilicet supra memoratis solennitatibus, sed etiam in iis censum & reditum annuum constituere fas est, BRUNING. *de var. univers. spec. concl.* 80. Item locari, modo fiat cum consensu, sicut in alienatione, & à conductoribus dentur fidejusso-

sores qui se obligent. si quid damni in istis rebus conductis evenerit, se præstituros, *l. 2.* & BART. *ibid.* C. *de præd. decur. sine decret. non alen. n. 2.* & 3. LOSÆUS *d. tr. c. 7. n. 2.* Et quidem datio fidejussorum obtinet, si ipsi conductores ratione cautionis præstandæ non sint idonei, *l. 4. §. 1. l. fin. §. 3. ff. de administr. rerum ad civ. pert.*
49 Idem obtinet in datione in solutum, ut quæ emptioni æquiparatur, *l. si præd.* C. *de evict.* ubi nec negligendæ solennitates, ut constet an expediat hoc modo succurri civitati, an vero utilius sit
50. aliam rem in solutum dari. Cautela hic superest in favorem civium, ut si bona Municipalia alienanda sunt, ipsa exsoluto pretio, inter singulos dividantur, pro proportione vel arthmetica vel geometrica. COSTA *de quota & rata quæst.* 34. ZIGLER. §. *civitas concl. 1. n. 22.* KPIPSCH. *de civ. Imp. lib. I. cap. 9. n. 12.*

Dicta jam de requisitis alienationis, extendenda licite quoque 51.
sunt ad collegia, societates, communitates, & universitates, quibus permissum est habere res communes, administratores Syndicum &c. VINN. *comm. ad §. 6. J. de rer. diis.* Civitatis enim nomen universalitate æque est ac universitatis C. *si civitas 17. de sent. excommun. in 6.* pari ratione, sicut à civitatibus ad collegia li- 52.
cita semper procedit argumentatio *l. 1. §. 1. quod cuj. univ. nom.* ergo ratione hujus juris, nec villæ excludendæ sunt, licet illæ alias nomine civitatis non veniant, *l. 4. §. 4.* & *fin. ff. de pen. leg.* ROL. à VALL. *cons. 90. n. 23.* MENOCH. *cons. 80. n. 22.* MANTIC. *sap. cit. tract. lib. IV. t. 8. n. 29.*

Caput LX.

DE MUNICIPIORUM JURE CIRCA PRÆSCRIPTIONEM.

SUMMARIA.

1. *Civitates loco privatorum habentur.*
2. *Municipiis circa præscriptiones supra privatos, imo Ecclesias quid præferentiæ tribuitur.*
3. *Romana Ecclesia non aliam quam præscriptionem centenariam admittit.*

 4.

4. *Ecclesiæ reliquæ præscriptioni quadragenali subjacent.*
5. *Ecclesiæ Romanæ privilegium circa præscriptionem Municipiis attribuitur.*
6. *Æquiparatorum quidquid in uno corrigitur corrigi etiam debet in alio.*
7. *Textus Nov. III. princip.*
8. *Quid per hanc derogatum sit Novellæ 131. Cap. 6?*
9. *Ex identitate rationis non inducenda correctio legum.*
10. *Municipia nullam quam centenariam admittunt præscriptionem.*
11. *Quæ in redemptionem captivorum debentur, centenaria præscriptione excluduntur.*
12. *Quod circa civitates non mutatum non prohibendum stare.*
13. *Covarruv. hanc sententiam dicit communem.*
14. 15. *An hoc tantum ex opinione Berlichii in quatuor casibus concedendum sit?*
16. *Quid hoc passu Jure Saxon. cautum sit!*
17. *Res civitatis qua ratione à quibusdam putentur inpræscriptibiles.*
18. *Eæ possunt præscribi.*
19. *Ad præscriptionem rerum civitatis requiritur, ut præscriptio sit incepta contra ipsam universitatem non singulos.*
20. *Limitatio.*
21. *In rebus officii Magistratus, præscriptione opus non est.*
22. *A civibus objici nequit præscriptio contra prohibitionem Magistratus. Quod ampliatur.*
23. *Singuli cives ut universitati nihil acquirere, ita nec eidem adimere possunt.*
24. *Is cui quid permittitur, non præscribit.*
25. *In non prohibendo non negligens, jus prohibendi salvum habet, exemplo privilegiorum.*
26. *Negligentia administratorum universitati præjudicare nequit.*

1. Civitates loco privatorum, haberi textus est *in l. cum qui 16. ff. de verb. signif.* ex cujus legis generalitate cur Municipia civitatum infima eximantur, dubium forte inveniet, sed quo sensu legis hujus applicatio, nostris conveniat Municip. supra *lib. I. cap.* 6. traditum est.

2. Interim & ex jure est, quod Municipiis circa præscriptiones, supra privatos, imo Ecclesias sanctis-

ctissimas quid præferentiæ tribuamus.

3. Romanæ Ecclesiæ id singulariter indultum, ut contra se nullam præscriptionem aliam, quam centenalem admittat, *C. nemo 16. q. 3. c. 13. & 14. extr. de præscript. Novell. 9.*

4. Quod etiamsi ad reliquas Ecclesias & loca pia fuerit extensum *l. 23. C. de Ss. Eccles.* id tamen expresse mutatum, & ad præscriptionem quadragenalem reductum scimus, ex *C. neq; decennii* 16. *q. 4. Nov. 131* C. *6.*

5. Et hoc privilegium Romanæ Ecclesiæ, etiam Municipiis assignamus, *d. l. 23. C. de SS. Ecclesiis.*

6. Quamvis non desint, qui correctionem *Nov.* 131 *d.* C. *6.* etiam ad civitates porrigendam asseverent, ex eo, quod quidquid æquiparatorum in uno corrigitur, etiam corrigi debeat in aliis, PLACENT. *in d. l. 23.* BALD. *in auth. seq. C. de SS. Eccles.* illudque ex identitate rationis, qua JUSTIN. *in Nov.* 111. ut præscriptionem centenariam ad quadragenalem reduceret, se motum dicit, etiam in rebus civitatum, Municipiorumque militantis, maximopere prætendant.

7. In alleg. *Nov.* 111. *princ.* hæc reperitur Imperatoris emphatica dispositio: *Dudum siquidem jusseramus ad centum illos annos exceptionis propagari curricula, per cujus licentiam sanctionis, negotia quidem multa commota sunt, & velut antiquorum vulnerum obducta patuerunt interim cicatrices, sed eorum sanitas provenire non potuit, probationum scilicet difficultatibus impedita, unde quia largitati nostræ causarum non occurrit angustia, cum ratione simul & religione tractantes prædictum privilegium, usque ad possibilem modum deducere experimento retraximus, & jubemus in negotiis, quæ antehac triginta annorum removebat exceptio, nunc venerabilibus Ecclesiis, Monasteriis & Xenodochiis, quadraginta annorum protelatio conferatur.*

Hic autem notandum venit dictam *Nov.* 131. *Cap. 6.* jam antea præscriptionem quadraginta annorum introduxisse, sed præscriptio centum annorum nondum erat expresse sublata, cum Novella hæc 111. sit posterior, scilicet Anno 541. illa autem Anno 539. lata. 8.

Quia tamen ex identitate rationis non inducenda correctio legum, atque adeo quæ expresse correcta non reperiuntur, relinquenda antiquæ dispositioni, GLOSS. *in* §. *ult. Inst qui & à quib. manum. verb. impleverit.* contra civitates & Municipia, nullam quam centenariam præscriptionem admitti concludo. 9. 10.

Addit CUJAC. *lib. V. Observ. 5.*

ex Theodori interpretis Græci observatione, quod quæ debentur in redemptionem captivorum, hodie etiam non oporteat excludi, nisi centenaria præscriptione, & quidem ex sola hac ratione, quia in dicta Novella correctoria de hisce nihil meminit Justinianus Imperator; Ergo idem merito obtinere in hoc puncto correctorii, quia si
12. quoad civitates nihil mutatum reperitur, sic & nihil impedit, quo minus jus vetus stare censeatur, *l. præcipimus* 32. C. *de appellat.* CRAVETT. *de antiq. temp. p.* 4. §. *absolutis differentiis. n.* 32. ROSENTH. *de feud. cap.* 6. *concl.* 87. *in fin.* CASTRENS. & BARTOL. *ad d. l. ut inter.* 23. *C. de SS. Eccles. n.* 8. VIGEL. *method. jur. civil. tit.* 5. *cap.* 13. *regul. gener.* JASON *in auth. si quas n.* 21. C. *de SS. Eccles.* BRUNING *de var. univers. spec. th.* 70. LOSÆUS *de jur. universit. part.* 3.
13. *cap.* 17. *n.* 18. COVARRUV. eandem tuetur sententiam prædictam, nimirum correctionem saltem concernere Ecclesias, non autem civitates, atque hanc opinionem dicit communem, refutando Boerium hac in re, eo, quod contrariam sententiam existimaverat communem esse, *in elect.* C. *possessor. part.* 2. §. 2. *n.* 15. *in princip.*

Nec Berlichio *p.* 2. *concl.* 8. *n.* 4.
14. assentiri possum, qui jus privilegiumque hoc Municipiorum, non nisi in quatuor casibus, puta venditione, donatione, institutione, & relicto concedit; Quod enim ille pro restrictione, nos pro exemplificatione accipimus, satis enim Justiniano visum fuit *in d. l.* 23. illos titulos acquirendarum rerum exprimere, qui communiores & de jure fortissimi, ad quod 15.
accedit & illud, quod ratio differentiæ, cur potius in hisce quam aliis casibus titulisque possessoriis præscriptio centenaria locum inveniat, pro destruendo hoc jure civitatico vel Municipali, non proferatur nec proferri possit.

Sciendum adhuc est, quod de 16.
jure Saxonico contra prædia ad Ecclesias & universitates spectantia, non alia quam præscriptio quadragenaria obtineat, CARPZ. *p.* 2. *Const.* 5. *defin.* 1.

Alii iterum ejus sunt opinionis, quasi nulla contra civitates currat 17.
præsciptio, hac scilicet ratione, quia bona civitatum & universitatum non sunt alienabilia, nisi certa forma, certisque solennitatibus adhibitis, de quibus actum *cap. præc.* & desuper habet *l. fin.* C. *de vendit rer. civit.* quæ autem alienari nequeunt, ea nec præscribi possunt *l. si fundum ff. de fund. dot.* Verum hæc tanti ponderis non 18.
sunt, ut eis immoremur. Res civita-

tatis præſcribi poſſe tam evidenter ſatis conſtat *per l. ſi finita 15. § ſi de vectigalibus 25. ff. de damn. infect. d. l. fin. C. de SS. Ecceſ. l. omnes C. de præſcr. 30. annor.* LOSÆ. *de jur. univ. part. 3. cap. 17. n. 10.*

19. Advertendum tamen adhuc eſt in puncto præſcriptionis contra civitatem, requiri ante omnia, ut præſcriptio ſit incepta contra ipſam civitatem, & communionem, nomine univerſali, cæteroquin ſi contra certas perſonas, & cives ſingulares præſcriptio ſaltem tentata ſit, eo caſu contra civitatem nihil præſcriptum cenſetur JAS *in l. beneficium ult. ff. de conſtit. pecun. num. 58. verſ. & pro hoc* MODEST. PISTOR. *conſil. 12. 1. 12. ibid. vol. 1.* quos citat BERLICH. *alleg. concl. 8.*

20. *n. 12.* Et quidem hac juncta limitatione, niſi actus illi præſcriptionis contra perſonas ſingulares intentati ſpacium quadraginta annorum excedant, eo caſu & recte contra civitatem illud extendi, MOD. PIST. *cit. conſ. 12. n. 38. & 59.* FELIN. *in cap. acceſſiſſent 8. n. 29. verſ. tertio limita x. de conſtit.*

Et hoc nota dignum eſt, quod

21. Magiſtratus Municipalis in iis quæ officii ſui ſunt, nulla præſcriptione egeat, ſine poteſtate enim imperandi is conſiſtere nequit, hoc natura contulit, jurisdictio tribuit.

Pariter à parte civium contra 22. prohibitiones Magiſtratus objici non poteſt præſcriptio, licet ultra hominum memoriam liberrime quid actum & quisque pro libitu ſuo libero jure uſus ſit, tamen hac libertate id egiſſe dici non poteſt, ac ſi quicquam juris contra prohibitiones Magiſtratus acquiſiverit.

Singuli enim cives, prout uni- 23. verſitati nihil acquirunt, imo ne univerſi quidem, niſi conſilio & nomine publico *l. 6. §. 1. ff. de rer. divis. l. 10. §. 2. ff. de injur. voc. l. 7. §. 1. ff. quod cujusque univerſ. nom.* item ratihabitione Magiſtratus, re adhuc integra ſuperveniente. *l. 7. l. 24. in princ. l. 25. §. fin. ff. rem rat. hab.* Sic pari & majori adhuc ratione, nihil univerſitati adimere poterunt. Imo, cui 24. quid poſſit non prohibetur, hoc tacite permiſſum cenſetur, talis autem non præſcribit *l. 12. C. de excuſſ. tut. l. 2. C. de his. qui ſponte public. mun. ſubeunt. lib. X.* Nec poteſt eſſe ex parte civium præſcriptio, ubi ex parte Magiſtratus nulla eſt negligentia *l. 35. ff. de ſervit. ruſt. præd.*

Sed qui non prohibet, ideo quia neceſſe non ducebat, & nihil 25. obeſſe exiſtimabat, is omiſſa prohibitione nihil negligit, adeoque graviori occaſione oboriente, jus prohibendi ſalvum habet, ſicut

qui

qui privilegiis suis dum non indigeret usus non est, is re postea aliud exigente, non excluditur GAIL. 2. *obs.* 60. quin etsi quidam
26. ex rectoribus & administratoribus forte negligentiores fuerint, & praejudicii quid in officio passi sint, hoc nec ipsi universitati praejudicare poterit *l.* 6. *l.* 9. §. 9. *ff. de administr. civit.* *l.* 4. *ff. de decret. ab ord. fac.* *l.* 12. *ff. de transact.* MARQUARD. *de jur. mercat. lib. I, cap.* 17. *n.* 58. *ad* 63.

Caput LXI.

DE MUNICIPIORUM JURE ACQUISITO PER CONTRACTUS ET ULTIMAS VOLUNTATES.

SUMMARIA.

1. *Municipia arces, valla, pagi, emere & habere possunt.*
2. *Per donationem etiam acquirunt.*
3. *An valeat donatio universitati facta sine causa?*
4. *Probatio liberaliats operi publico civitatis facta.*
5. *Dominium rei à Civitate empta transfertur sine traditione.*
6. *Quod singulare est pro Ecclesiis & civitatibus.*
7. *Ejusmodi res comparatur rei legata.*
8. *Itemque per testamenta acquirunt.*
9. *Civitati relictum videtur quod civibus in genere relictum.*
10. *Si quid relictum administratoribus Civitatum an ipsi civitati relictum censeatur?*
11. *Detrahitur tamen Falcidia, secus in rebus Ecclesia.*
12. *Si civitati legatus usufructus quando is amittatur?*
13. *Amissio usufructus facta ratione rei.*
14. *Amissio ista facta ratione temporis.*
15. *Municipium acquisito pago an jurisdictionem in paganos simul acquirat?*
16. *Jus publicum privatorum pactis mutari non potest.*
17. *In accessorio non plus quam in principali esse potest.*
18. *Quae raro contingunt raro attenduntur.*

19. *Municipia an possint possessionem acquirere?*
20. *Explanatio l. 1. §. Municipes ff. de acq. poss.*
21. *Casus istius legis figuratio.*
22. *Particulares personæ in universitate non sunt ipsa universitas.*
23. *An Municipium possideat servum.*
24. *Quatenus Municipium apprehendere possit possessionem?*
25. *Consensus qualiter cadat in Municipium?*
26. *Difficultas sæpe comparatur impossibilitati.*
27. *Quid hodie ratione possessionis, quæ universitati tribuitur obtineat?*
28. *Municipium apprehendere potest possessionem per Syndicum.*
29. *Item per ipsos regentes vel administratores.*
30. *An & per privatos & cives particulares?*
31. *Actus per singulos gesti non sunt universitatis.*
32. *Exceptio, si personæ perticulares longissimo tempore in apprehensa possessione perseveraverint.*
33. *Civitas de possessione sua aliter docere non potest, quam per singulos.*
34. *Universitas est persona repræsentata per singulos.*

1. MUnicipium quod arces, villas pagosque emere & habere possit, authoritatem habemus, CHASSAN. *in Cons. Burg. rubr. 3. §. 6.* SCHURF. *Cons. 83. n. 2. Cent. 2.* GYLMAN. *in Symphor. p. 1. tit. 2. de reconvent. n. 134.* quod & sine ulla authoritate ascititia per se indubium est.

2. Quæ & per donationem Civitas cquirit, sive donatio sit purè, sine sub conditione facta. *l. hoc Jure utimur ff. de donat. l. ut inter C. de SS. Eccles.*

3. LOSÆUS *de Jure univ. p. 3. cap. 12. n. 5* ejus est opinionis, ut putet, donationem civitati factam sine causa, non valere, investigaudo rationem, cur secus sit in privatis; Cui sententiæ tamen merito contradicit BRUNING. *de Var. univ. spec. th. 72. lit. B.* statuendo donationem reipubl. etiam sive causa factam esse irrevocabilem *l. qui liberalitatem ff. de oper. publ.* ac frustra rationem differentiæ quæri.

Qui liberalitate ductus, opus aliquod civitatis adornare vult, priorum manentibus titulis suum adjicit, & qui operi publico faciendo de suo quid superaddit, ita beneficio inscriptionis tituli gaudet, ut quantam summam in id opus in- 4.

intulerit, inscribatur *l. ult. in fin. ff. de oper. publ.* Hodie loco inscriptionis hujus solent operibus publicis arma eorum insigi, qui liberalitate sua ea promoverunt, sicut passim in portis, turribus & muris Municipiorum conspici licet.

5. De re à Civitate empta, quæritur an ejus dominium sine traditione in civitatem transferatur? Et affirmativa censetur fundata *in l. ut inter* 23. C. *de SS. Eccles. ibique* BART. *n.* 4. & 18. MOLIN. *in consuet. Paris. tit.* 1. *des fiefs.* §. 33. *Gloss.* 3. *verb. vendre* Dissentit AZO, à BART. desuper non immerito reprehensus, notum sane est, ex emptionis contractu non dari rei vindicationem, sed competere saltem actionem emti venditi, quia non ex nudo emptionis venditionis contractu, sed ex subsecuta traditione transfertur dominium. §. *per traditionem vers. vendita* J. *de rer. divis.* ergo quia res saltem hic vendita dicitur sine traditione, sequitur necessario *in d. l. ut inter* speciale quid constitutum esse. Et
6. si dices forte traditionem præcedentem isto textu præsupponi, fundata non est conjectura ista, & casu quo ea ferri posset, super vacua tum esset nova constitutio, quæ in proposito casu & Ecclesiis & civitatibus personalem simul. & realem actionem concedit; Accedit quod *in cit. l.* res Ecclesiæ vel civitati vendita comparatur rei legatæ; At pro rebus legatis etiam si nec dum traditæ sint, rei vindicationem hypothecarum & personalem actionem competere *per.* §. 2. *7. de legat.* in comperto est. BRUNNING. *& tract.* §. 81. 7.

Possunt etiam testamentis atque ultimis voluntatibus hæreditates & legata civitatibus relinqui *l.* 1. & *l. ut inter* C. *de Ss. Eccles. l.* 97. *ff. de condit. & demonstr.* quin & Civitati relictum videtur, quod Civibus in genere relictum est, *l.* 2. *ff. de reb. dub.* 8. 9.

Sed quid si administratoribus Civitatum quid sit relictum, an & Civitati ipsi relictum censetur? sic affirmat BART. *in d. l.* 2. *de reb. dub.* nisi forte ipsis ob bene merita, vel ipsis proprio nomine expresso, vel quibusdam eorum tantum relictum sit, eo casu administratoribus tanquam singulis legatum videtur LOSÆUS *dict.* 3. *cap.* 5. *n.* 1. *& seq.* 10.

Relictis tamen universitati, Falcidia quoque detrahitur per. *l.* 1. §. *ad Municipium & l.* 3. §. *ult. ff. ad l. Falcid. l.* 3. C. *ad SCt. Trebell.* Secus est in Ecclesiis aliisque locis piis, ubi Falcidiæ detractio cessat, *authent. similiter* C. *ad l. Falcid.* TIRAQVELL. *de caus. piæ. privileg.* 46. 11

Non

12. Non saltem autem bona mobilia & immobilia, sed jura quoque ususfructus, & alia Municipiis legari possunt *l. si ususfructus 21. ff. quib. mod. ususfr. amitt.* quo casu tunc ususfructus etiam amittitur, certo modo, ne cæteroquin inutilis sit perpetua proprietas, & quidem amittitur, vel ratione rei vel ratione temporis; Priori modo amis-
13. sio fit, si Civitas aratrum sit passa, nam tunc Civitas esse desinit *d. l. 21.* aratrum autem Civitati inducere, est ita eam demoliri ut vix vastigia civitatis relinquantur, sed inibi terra culta aratro locum præbeat, non habitationi sed sationi idoneum. THO-
14. LOSAN. *Synt. lib. IV. cap. 5. n. 14. & 15*, Secundo modo amittitur usus fructus Municipio relictus tempore 100. annorum, quia is finis est hominis maxime longævi *l. si ususfructus Municipibus 8. ff. de usu & ususr. legat. & l. an ususfructus 63. ff. de ususr.* Idem quoque est in usufructu relicto Ecclesiæ *l. fin. C. de SS. Eccles.*

15. Hisce jam positis, hæc subnascitur quæstio, si Municipium pagum à Statu quodam immediato emat, an Jurisdictionem in paganas simul emisse videatur? ad quam respondetur, si venditur jus superioritatis, vel Jurisdictionem non reservarit quod plerumque fit, illud quod ordinaria & consueta Municipii Jurisdictio non capit, Domino territoriali acquiri, quia qui sui Juris non est, non sibi sed domino acquirit *per vulgaria*, imo 16.
nec jus publicum privatorum pactis mutari potest. *l. 38. ff. de pact.* tritumque est, accessorium naturam principalis ut assumat necesse esse, *l. 32. ff. de Ædilit. edict. l. 11. §. 17. l. 27. ff. de act. empt.* Ne- 17.
que plus in accessorio quam principali esse potest §. 5. *Instit. de fidej-*

Majus tamen subesset dubium 18.
si Municipium districtum superiorem alium non recognoscentem quam Cæsarem, emat; Hoc autem, quia est de raro vel nunquam contingentibus, ideo hic articulus jam non erit responsalis, ut loquuntur Practici *arg. l. 5. ff. de LL.*

Municipia an & quatenus pos- 19.
sint possessionem acquirere, non adeo expeditum est, ob textum *in l. 1. §. Municipes fin. ff. de acquir. poss.* Ubi ita PAULUS: *Municipes per se nihil possidere possunt, quia uni consentire non possunt, forum autem & Basilicam hisque similia non possident, sed promiscue his utuntur, sed Nerva filius ait, per servum quæ peculiariter acquisierint & possidere & usu capere posse, sed quidam contra putant, quoniam ipsos servos non possideant.*

Qui §. â ZASIO *ibid.* dicitur sca- 20.
ber, plenus conflictu disputationum, ubi DD. varie dividunt, fi-

 gunt

gunt & refigunt; Primo autem à Paulo JCto ponuntur rationes dubitandi, cur Municipes possidere nequeant; secundo proponitur objectio Nervæ in qua resolvitur oppositio Pauli: Tandem vera decisio hujus quæstionis adducitur ab Ulpiano *l. 2. ibid. Sed hoc jure utimur, ut & possidere, & usucapere Municipia possint, idque iis per servum & per liberam personam*
21. *acquiratur.*

Ex quibus ZASIUS *d. loc. n.* 4. talem figurat casum: Tempore istorum JCtorum Municipium apprehenderat possessionem legati fundi, aliusve spoliavit hoc Municipium, cui agere volenti interdicto possessorio, opponitur, quod Municipium sit tantum persona repræsentata, intellectu Juris, possessionem autem esse facti, factum reale requirentem, quod non cadit in personam repræsentatam, ut quæ nihil aliud est nisi figmentum

22. Nec & particulares personæ in Municipio possidere queunt, quia non sunt universitas, quæ separata est à singulis personis, *l. sed & si §. qui manumirtitur. ff. de in jus voc. l. 1. ff. de libertis univers.*

23. Argumentum illud Nervæ, scilicet Municipia habere posse libertos, qui ex servis fiunt, hos autem Municipio etiam ignoranti acquirere ex peculio, ita diluit Paulus, quomodo poterint servi universitatum ex peculio acquirere possessionem cum ipsa universitas vel Municipium non possideat servum?

Hanc dissentientium controver- 24.
siam ita dirimit ULPIANUS *d. l. 7.* possidere nimirum posse Municipium vel per servos, vel per liberas personas, quales sunt Syndici, quasi diceret universitatem apprehendere quidem non posse possessionem per se, bene autem per officiales.

Si & dicitur in *d. §. Municipes.* 25.
consentire non posse Municipia, quo & coincidere videtur *l. si ex dolo. §. 1. ff. de dolo mal.* ubi traditur, Municipes nihil dolo facere, quia consentire non possunt, eoque facit decisio Juris Canonici universitatem non posse excommunicari C. *Romana. §. universitas de sent. excommun.* Non putandum est, quasi universitas ob defectum consensus delinquere non possit, cujus contrarium jam vidimus
lib. I. cap. 14. sed quia difficile est, 26.
ut consentiant, id est, magno cum labore fit, antequam consentiant, sic sæpe quæ difficilia sunt, in jure nostro dicuntur impossibilia, & quæ commode fieri non possunt, censentur simpliciter fieri non posse, quæ impossibilitas est civilis & legalis, ZAS *ad d. l. 1. §. Municipes. ff. de acq. poss. n.* 8.

Ve-

28. Verum hæc diſputatio multum habet ſubtilitatis, parum curioſitatis & nihil utilitatis, quia hodie non minus Municipium & univerſitas poſſidet & poſſeſſionem acquirit, quam privatus, BRUNNEM. *ad d. l. 1. n. 16. ff. d. tit.* Poteſt itaque Municipium & quælibet univerſitas apprehendere poſſesſionem per Procuratorem, ſine dubio; *d. l. 1. § 20. ff. de acq. poſſ.* vel etiam per Syndicum univerſitatis, qualis & hoc ſenſu Procurator dicitur, de quo intelligendus eſt textus, qui de acquiſitione poſſesſionis per liberam perſonam loquitur *in l. 2. eod. tit.*

29. Item regentes univerſitatem vel collegium poſſesſionem apprehendere, per Legatos & Deputatos, nomine eorum poſſunt, & hæc apprehenſio adeo conſueta eſt, ut cum dicitur, posſidere univerſitatem, intelligatur posſidere per adminiſtratores vel regentes univerſitatem.

30. Sed quatenus poſſesſionis apprehenſio per privatos cives & incolas, ad hunc effectum fieri poſſit, ut ipſi univerſitati per illam acquiratur, non usque adeo obvium eſt.

31. In genere namque dicendum, actus per ſingulos geſtus non cenſetur eſſe univerſitatis, ſi de mandato vel conſenſu illius non conſtat, *lib. III. cap. 26. n. 28. & 29.* ubi de piſcatione per privatos cives exercita tradidi

Si tamen perſonæ particulares & privatæ longiſſimo tempore, vel ultra memoriam perſeveraverint, in apprehenſa poſſeſſione, tunc ipſi civitati acquiſita vel præſcripta intelligitur poſſeſſio, ex illa ratione, quia paſcua, nemora, venatio & piſcatio univerſitatis non aliter exercentur, quam per cives & ejusmodi perſonas ſingulares. 32.

Hinc nec obſtat, ſi dicatur, præſcriptionem tanquam odioſam non eſſe extendendam à paucis & ſingulis civibus ad univerſos, quia civitas vel univerſitas non poteſt aliter docere vel probare poſſeſſionem iſtarum rerum, quam per uſum ſingulorum, atque ſic ſingulorum uſus univerſis proficit, licet de cætero quod univerſitati debetur, non debeatur ſingulis, & quod ſingulis debetur, non debeatur univerſitati, *l. ſicuti. ff. 1. ff. quod cujusq. univerſ. nom.* Certum quippe eſt, univerſitatem eſſe perſonam præſentatam per ſingulos, *l. 22. ff. de fidejuſſ.* 33. 34.

Caput LXII.

DE MUNICIPIORUM LIMITIBUS, DISTRICTU & ARCIFINIIS.

SUMMARIA.

1. *Municipii illa esse præsumuntur, quæ intra fines ejus reperiuntur.*
2. *Præsertim illa, quæ ad usum civitatis translata.*
3. *Municipale jus quoque ad habitatores suburbiorum extenditur.*
4. *Qui se fundat in toto, in qualibet ejus parte se fundet, necesse est.*
5. *Ex finibus arguuntur media.*
6. *Jurisdictio Municipii terminatur finibus districtis ejus.*
7. *Terminus terminans. quis?*
8. *Bona civica in exteros alienata, si iterum ad cives redeant, eandem qualitatem recipiunt.*
9. *Facile quid redit ad suam originem.*
10. *Noviter ad districtum civitatis acquisita cujus sint jurisdictionis?*
11. *A jurisdictione Superioris inviti se quis eximere nequit.*
12. *Locus separatus à civitatis districtu separato jure utitur.*
13. *Limites naturales & artificiales.*
14. *Limites mixtam naturam habentes.*
15. *Limites Municipii,* Fluhr / Weichbild.
16. *Differentia inter* Fluhr & Weichbildt.
17. *Lapides terminales Municipii. Fines varii generis.*
18. *Limites à limine.*
19. Marck / Marck-Stein.
20. Gräntze / Kreiß / *Frontieren unde dicantur?*
21. *Belgæ à palo limites vocant.*
22. *Veteres palis pro terminis usi sunt.*
23. *Lapidum usus autiquior.*
24. *Speculæ,* Schau-Thürne / Wart-Thürne / *earum usus.*
25. *Earum custodes,* Wärtener.
26. *Duces limitanei, limitrophi fundi.*
27. *Custodia maritima,* Küste
82. 29. *Limitum valla & fossæ,* Landwehr.

30

30. Landwehr *civitatis esse præsumitur.*
31. *Modo extra muros quid jurisdictionis habeat civitas.*
32. *Olim quoque Municipia extra muros suos habebant aliqualem jurisdictionem.*
33. *Cujus jurisdictionis præsumatur castrum intermedium duarum civitatum.*
34. *Sanctimonia custodiendorum limitum apud veteres Germanos.*
35. *Fines Municipiorum turbati non censentur studio.*
36. *Magistratus Municipalis segnis in disterminandis limitibus, merito ad id à Principe compellitur.*
37. *Tabulæ publicæ pro dignoscendis limitibus Municipii,* Fluhr-Grentz-Bücher.
38. *Quando utplurimum necessarii?*
39. *Visitatio limitum Municipalium necessaria.*
40. Schnadt-Beziehung / Schnadt-Besichtigung.
41. *Quibus in locis hæc lustratio maxime utilis?*
42. *Desuper hoc jus Saxonicum.*
43. *Statutum civitatis Rudelstadiensis.*
44. *Conducit, ut Principum Officiales visitationi limitum præsto sint.*
45. *Evitandæ rixæ in collocandis lapidibus limitaneis.*
46. *Præsentia Vicinorum necessaria.*
47. *Ordinaria & anniversaria limitum Municipalium visitatio.*
48. *Facienda illa est stato certo tempore.*
49. *Lapides limitanei novi quibus requisitis ponendi?*
50. *Lapidis limitanei nota in dubio.*
51. *Indices,* Zeugen / *lapidum horum.*
52. *Eorum usus.*
53. *Non visitandi sunt limites cum plebe armata.*
54. *Ejus ratio.*
55. *Nec actui illi interesse debent cives cum tibiis & tympanis.*
56. *Litigia circa limites pervulgaria.*
57. *A lite deducitur limes.*
58. *Suadenda amicabilis transactio circa limites.*
59. *Lites circa limites Municipiis sunt valde damnosæ. Exemplum.*
60. *Communicandæ sunt cum Principe. Quo casu?*
61. *Erectio lapidum finalium non præjudicat Superiori.*

62. *Fines privatorum tanti præjudicii non sunt.*
63. *Probantur fines Municipales (1.) per libros civitatis.*
64. (2.) *Per Recessus & conventiones divisionis.*
65. (3.) *Per lapides terminales.*
66. (4.) *Per publicam famam.*
67. *An desuper testes de Municipio produci queant?*
68. *Per testes commoda hujus fit probatio.*
69. *Violatio limitum.*
70. *Ejus pœna apud Gothos, Longobardos & Alemannos.*
71. *Pœna ejus apud Saxones.*
72. *Delicti hujus minori frequentia apud Germanos veteres.*
73. *Pœna fustigationis apud eos loco mulctæ 30 solidorum.*
74. *Pœna termini moti jure crim. Carolino.*

1. Municipii in dubio omnia illa esse præsumi, quæ intra fines ejus reperiuntur, docet CASTRENS. *in l. 1. pr. ff. de acquir. poss.* SOCIN. *cons.* 166. *col.* 2. SOCIN. JUN. *cons.* 68. *n* 6. *lib. I.* MASCARD. *de probat. vol.* 1. *concl.* 269. quod omnino & sine dubio
2. procedere ajunt, quando intra fines Municipii tam immobilia quam mobilia reperta ad usum civitatis translata vel transferenda sunt, SOCIN. *d. cons.* 68. *n.* 16. INNOCENT. *in cap. cum ad sedem de restit. spol.* BALD. *cons.* 443. *col. vol.* 5.

Hinc patet, jus Municipale ad
3. habitatores suburbiorum & proximorum vicorum recte extendi, *l. ædificia* 13. *ff. de V. S. l. qui ex vico. ff. ad Municip.* COLER. *de process. execut. p.* 1. *cap.* 3. *n.* 17. REBUF. *ad const. Regn. Gall. tom.* 1. *de lit. oblig. art.* 6. *gloss.* 2. *n.* 43. Sic valet testamentum conditum in suburbio, secundum statuta urbis, GRÆV. *lib.* II. *concl.* 123. *consid.* 1. *n.* 1. *desuper uberius egi supr. libr.* I. *cap.* 7.

Qui enim se fundat in toto, in 4
qualibet ejus parte se fundet necesse est, *arg. l. quæ de tota* 76. *ff. de V. S.* & regulariter ex finibus arguuntur media, *l. Celsus* 6. *ff. de*
usucap. ut & in similibus consuluerunt 5
HIERON à MONTE *defin. reg. cap.* 96. *n.* 9. WESEMB. *cons.* 62. *n.* 3. MENOCH. *lib.* III. *præsumt.* 109, *n.* 1. CRAVETTA *consil.* 673. *n.* 1. & *cons.* 882. *n.* 1. BURSAT. *cons.* 235. *n.* 36. FAB. de ANNA, *cons.* 59. *n.* 20.

Hinc plerumque jurisdictio Mu- 6
nicipii terminatur finibus districtus ipsius, also / daß / so weit einer Stadt/oder eines Dorffes Fluhr/ Mar-

Marcken oder Bezirck gehet / so weit auch gemeinlich dessen Gerichte zu gehen pflegen. Nam quod Intra fines designatur, hoc finibus illis, velut sepimento inclusum dicitur, NATTA *cons.* 204. *n.* 1. & confinia includunt id, quod est intra illa, sicut é contrario termi-
7. nus terminans dicitur, quicquid extra fines est, PARIS. *consil.* 27. *n.* 13. *vol.* 1. *& cons.* 4. *n.* 1. *vol.* 4. DE MONTE *tract. de finib. cap.* 108. *n.* 4. nisi tamen de contraria consuetudine, privilegio aut justiore præsumptione constet, FRITSCH. *de district. universit. cap.* 8. §. 1. *in fin.*

8. Quæritur autem, si bona civica, Bürgers- und Stadt-Güter / alienata ad exteros, postea ad cives iterum redeant, an eandem qualitatem recipiant? ex. gr. si ob tot agrorum jugera civibus jus venandi competit, & respondetur affirmando, quia reditus ad pristinam conditionem est facilis & favorabilis, adeoque omnia tanto facilius secum reducit, BART. *in l. Pomponius. n.* 2. *ff. de*
9. *negoc. gest.* & omne operatur ex sua origine tam effectum impeditivum, quam inductivum, & facilius quid redit ad originem, quam mutatur conditio primitiva, MEV. *part.* 5. *decis.* 181.

10. Quæritur adhuc, an ea, quæ sunt jurisdictionis & statuti in adjacentibus, etiam obtineant in iis locis, quæ de novo civitatis districtui accedunt? & distinguendum in accessionis modo, si enim villæ & prædia ita ad Municipium accedunt, ut sub idem nomen, regimen & jurisdictionem transeant, præmissa quæstio affirmatur, quia res unita sapit per omnia naturam & conditionem ejus, cui unitur, GUID. PAP. *consil.* 134. *n.* 2. quod intelligendum, si accessio illa fuit 11.
expressa vel tacita voluntate ejus, cujus antea fuit jurisdictio, à qua nemo se aut bona sua invito Superiore eximere potest, CABEDO *decis.* 40. *part.* 2. *n.* 9.

Quando autem coadunatio fit 12.
cum distinctione limitum aut regionis, ita nt locus adjectus maneat separatus á civitatis districtu, tunc separata diverso jure merito censentur, CANTIUNC. *consil.* 10. *n.* 13. MEV. *ad jus Lub. quæst. præliminar.* 5. *n.* 7. *& seq.*

Limites tam regionum quam Municipiorum vel naturales vel 13.
artificiales sunt. Naturales sunt, quos natura ipsa constituit, velut montes, flumina, arbores, &c. Artificiales sunt, qui ab hominibus constituuntur, ut lapides, pali, postes, fossæ, item arbores studio plantatæ.

Dantur etiam termini mixtam 14.
na-

naturam habentes, qui natura quidem proveniunt, arte vero notati sunt, quales sunt petræ in finibus occurrentes notatæ & assignatæ, RULAND *de Commissar. lib. VI. p. 2. cap.* 1. *in fin.*

15. Omne autem Municipium suos habet limites, sive districtus, quos vocant Fluhr / vel ut alii, licet male scribant, Pfluhr / FRITSCH. *de district. universit. cap.* 1. §. *1.* Item Weichbild / quo termini vici sive oppidi solebant designari, Vicanei enim statuis solebant fines denotare, OTTING *de jure limit. lib. I. cap.* §. *n.* 7. *& cap.* 17. *n.* 50. von welchem Bild man weichen muß.

16. Et vox Weichbild non infert per se jurisdictionem, sed jura Municipii, Fluhr autem comprehendit jura communitatis, paganæ, seu villanæ, inter quæ præcipuum jus publici pascui, inde Fluhr und Trifft-Steine / quorum insuper Solet esse caput bovinum, OTTING. *d. cap.* 8. *n.* 11. *& seq.*

17. Lapides terminales alicujus Municipii insigniis civitatis sunt notati, fines autem & termini varii sunt generis, ut: Land-Gräntzen / Amt-Gräntzen / Feld-Gräntzen / Fluhr- Termini, Forst-Gräntzen / Gericht-Gräntzen / SPEIDEL *in voc.* Grentzen.

18. Limites autem dicuntur à limine, quod per limina ostiorum foris & intus itur, ISIDOR. *lib. XV. C.* 14. & hi limites olim & hodie adhuc lapidibus designantur, sic VIRGIL. *lib. XII. Æneid.*

Saxum antiquum ingens campo qui
forte jacebat.

atqne hoc modo lites arvorum discernebantur.

Diversimode limites hi apud nos sortiuntur nomen: Dicuntur quandoque Marck / unde lapis limitaneus, ein Marck-Stein / Marck enim est signum, inde mercken / ex eo profluxit quod arva & nemora publica in confinio sita, idiomate nostro vocentur eine Marck / inde est Feld-Marck. Limites & nobis dicuntur eine Schnatt / lapis limitaris, ein Schnat-Stein / cujus vocis derivatio mihi ignota est. 19.

Grentze dici volunt à *gyrando*, quia est extra limites circum circa ambiens, pariter inde quoque est Kreiß / à circo & rotunditate. Frontieren nomen ducunt à fronte, quia unius regionis & civitatis extrema pars & alterius anterior & prima est, ut frons quædam. 20.

Belgis limes dicitur Pael palus, quia ubi saxa non reperiuntur, pali infixi eorum vicem subeunt; *Limen* ergo ipsis est Dürpel / quasi Dörpael / ostii limes. MARTIN. *Lexic. etymol. voc. limes.* & sine dubio 21.

bio ex eo eſt, quod dici ſoleat: **Wann einer zwiſchen die vier Pfähle kommt**/ id eſt, intra limites, palis ſecundum quatuor mundi plagas notatos.

22. Veteres enim palis picatis in terram defixis pro terminis utebantur, quos vocabant ſacros vel ſacrificales, SICULUS. ſed lapidum
23. uſus eſt antiquior, qui in veteri Teſtamento erant ſigna fœderum, quos & veteres vocabant ſacros, id eſt, inviolabiles, JUVEN. *Sat. ult.* *Aut ſacrum effodit de limite ſaxum.* & hi æque ac limina introitum exitumque locis præſtant, cit. RULAND. *de commiſſ. p. 2. lib. VI. cap. 1. n. 6.*

24. Solent & Municipia, inprimis celebriora, ſuas habere ſpeculas, puta turres in eminentiori loco ad limites diſtrictus ſitas, **ein Schau-Thurn** / vel ut vulgatius nobis, **eine Wahrte**/ubi hoſtili tempore fiunt excubiæ, an hoſtes veniant, tranſcantne an maneant, & quot ſint, ſignum quoque ex ſpeculis dabatur, ſublatis ignibus, ubi quid molirentur hoſtes, momento temporis accipi poſſit. Sic VIRGIL. *lib. III. Æneid.*

Dat ſignum ſpecula Miſenus ab alta.

25. Et noſtris hodiedum ſpeculis certi adhuc dati ſunt, fixo ibi domicilio cuſtodes, quos vocamus **Wärtner** / qui ex diſtrictu Municipii exeuntes ob gabellarum & acciſiarum præſtationem, item, ſi vicini forte in præjudicium diſtrictus civitatici quid emoliantur, obſervare & indicare debent.

Sicut olim caſtella limitibus ſoſolebant imponi cum milite præſidiario, quo pertinent limitanei exercitus, Duces limitanei Limotrophi fundi, ex quibus annonæ militi limitaneo aſſignatæ. *tit. C. de fund. limitroph.* Finium mari- 26.
tiniorum cuſtodia, ut hoc per viam ſuper addam, à cuſtodia dicitur **Küſte**/ cum ſcilicet ad arcendos pyratas, littora excubiis eſſent munita, ſic deinceps integri diſtrictus ad mare ſiti hoc nomine venerunt. 27.

Non ſolum autem Municipia ſed & vici & pagi limites ſuos foſſa & ſepimento munire ſolent, quod genus limitum **Landwehr** vocamus, contracte **Lanwer** / & videtur hæc vox idem eſſe, quod veteribus arcifinium, à finibus, arcendis hoſtibus idoneis. VARRO nam non ſolum in eminentiore parte valli virguta & utrinque foſſæ accedentes arcent, ſed & interſtitium, ubi patet tranſitus, trabe verſatili, **mit einem Schlagbaum**/ inſtructum eſt. 28.

Injicit & hujus mentionem MEV. *in præfat. ad jur. Lubec.* **Das Lübiſche Recht erſtrecket ſich in unſe-** 29.

ſerer Stadt und in den Städten/ da Lübiſch Recht gebraucht wird/ ſo ferne als unſer und ihr Weichbildt/ Feld-Marck und Landwehr
30. reichet. Unde in terminis noſtris diſtrictum civitatis ſeu Municipii, die Landwehr/civitatis eſſe non ſolum jure dominii, ſed & jurisdictionis, reſpondit SCHURF. *conſ.* 26.
31. *n.* 3. *cent.* 1. modo Municipium extra ſuos muros quid jurisdictionis habeat, quod bene declarat, CRAVETTA *conſ. 673. n.* 12. cujus præſumptionis uſus contra potentiores pro Municipiis non exiguus
32. eſſe poterit. Et olim jure Romano Municipia extra pomaria tale quid habuiſſe diſerte probat SALMASIUS illis ſuis verbis: Nullum fere oppidum, nulla colonia, nullum Municipium, quin aliquantum agri modo extra muros & circa muros adſcriptum haberet, & certis limitibus definitum, intra quos juris dicendi coercendique Magiſtratui illius Municipii coloniæve poteſtas eſſet, quod territorium vocabant, vel etiam regionem, hinc regiones ſunt intra quarum fines ſingularum coloniarum aut Municipiorum Magiſtratibus libera eſt poteſtas. *Tr. de region. & Eccleſ. ſuburbicariis pag. mih.* 3.

33. Ex eodem manat fonte, ſi quæratur cujus ſit caſtrum vel aliud prædium, intermedium duarum civitatum quod in dubio præſumatur eſſe de jurisdictione illius, cui magis eſt propinquum HIERON. de MONT. *tract. de finibus reg. c.* 83. 11. CHRISTIN. *vol. 2. deciſ. 69. n.* 9.

De Municipalium limitibus adhuc notandum, mirum non eſ- 34.
ſe, ſingulis oppidis noſtris ſanctimoniam quandam ineſſe cuſtodiendorum limitum, cum de veteribus Germanis ita teſtetur. TACITUS: Nullas Germanorum, populis urbes habitari ſatis notum eſt, ne pati quidem inter ſe junctas ſedes colunt diſcreti ac diverſi. Ut fons, ut campus, ut nemus placuit, vicos locant, non in noſtrum morem connexis & cohærentibus ædificiis, ſuam quisque domum ſpatio circumdant, ſive adverſus caſus ignis remedium, ſive inſcitia ædificandi, ſive potius innatæ libertatis ductu, ne confinio quis alterius libertatem violet, vid. LEHM. *Chron. ſpir. lib. I. cap. 5. in princ.*

Si ergo fines Municipiorum vel 35.
pagorum reperiantur turbati id ſtudio non, ſed vel negligentia vel bellorum calamitatibus factum præſumitur, regulariter enim quælibet civitas proprios ſuos fines habere cenſetur *l. cum pater* 77. §. *vicos fin. ff. d. leg.* 2. *l. pen. ibi cum proprios fines habebant C. de inſtit. & ſubſtit. l. quicunque* 2. C. *de*

de fund. limotroph. CACHERA. *consil.* 34. *n.* 1.

36. Tantum autem publice interest cujuslibet civitatis districtum suis notare limitibus, ut à vicino disterminari possit, adeoque si Magistratus Municipalis in eo sit segnis, merito à Superiori mandatis pœnalibus eo fine constringatur & compellatur FRITSCH. *cit. tract.* *cap.* 3. §. 1.

37. Nec etiam saltem in Municipiis opus, ut pro modo collectarum ponendarum, libri censuales sive calastra Steuer-Register/ Erb-und Geschoß-Bücher conficiantur de quibus *supra lib. II.* C. 45. Sed ut tabulæ publicæ quoque fiant ex quibus indubitati limites cujusque districtus Municipalis dignosci & determinari

38. queant vulgo Fluhr-oder Gräntz-Bücher; Maxime hoc tunc præ primis, non utile solum sed & necessarium est, si ob diutini belli calamitatem fugam & pestem civium limites promiscua usurpatione facti fuerunt confusi, & non cognoscibiles, quo casu rapaces vicini facile manus injiciunt & multa deserta loca tanquam res nullius cum insigni civitatis detrimento invadere gestiunt.

39. Huic ut occurratur malo neve vel temporum vetustate, aut injuria, hominum hominum malitia, aliisque casibus finitimi districtus turbentur ac moveantur, & ad tollendam omnem incertitudinem maxime utile imo necessarium est ut limites Municipales quotannis publica & solenni inspectione visitentur FRISCH. *cit. loc.* *cap.* 6. *n.* 1.

Qualis visitatio apud nos non 40.
vituperando ritu, tempore vernali per eos qui rei agrariæ præfecti, instituitur, quod vocant, die Schnädte beziehen / vel die Schnadt-Besichtigung halten/ qui actus prothocollo solenniter inseritur.

Atque hic modus servandi limi- 41.
tes maxime convenit iis in locis ubi alienorum territoriorum vicini confinio adjacent, sicut noscat frequentibus turbis desuper edocti su- 42.
mus. Eo tenditordinatio civitatum decurionibus præscripta, inserta corpori *jur. provinc. Sax. part.* 3. *n.* 16. *sub. rubr. Puncta* für die Rähte in Städten: His verbis sollen sich (die Rähte in Städten) Verordnung thuen / daß alle Jahr die Fluhr begangen / nach der Versteinigung gesehen / wo Mangel daran / ergäntzet / und dadurch allerhand Mißverstand und Widerwillen zwischen ihnen / und anderen Angräntzenden abgewendet werde. Idem cautum legitur statuto civitatis Ru-

DELSTEIN. *cap.* 17. §. 14. Der Raht sol alter Gewohnheit nach zu Verhütung allerley Unrichtigkeit und Zancks in ihren Fluhr jährlich die Merckungen / Wege und Stege / Trifften und Strassen begehen / und vermarcken. Teste FRITSCH. *d. tract. de district. univers. cap.* 6. §. 3.

44. Quibusdam in locis visitatio hæc fit, maxime si alterius Principis vicini terrritorium adjaceat, præsente Principis officiali aut Commissario, ut hoc facto errores nixæ & incommoda inter vicinos eo commodius evitentur, *præcitat statut.* RUDELST. Daß alle solche Besichtigungen / Vermarckungen und Feld-Scheidungen / mit Zuziehung des Amts oder Herrschafft geschehen solle.

45. Qnod maxime obtinet si limitanei lapides collocandi, ubi & convenit, ut actus ille fiat in præsentia vicinorum, im Beysein beyderseits Benachbahrten und Angräntzenden / itidem ob evitandas lites, cum non raro à verbis ad verbera & arma deveniri soleat.

46. Tum & actus ille solennis majoris est auctoritatis & fortius probat contra vicinos præsentes, quam absentes, quin & in præsentia utriusque partis error in disterminando obveniens, facilius corrigi & metus futuræ litis amicabili compositione præcaveri potest FRITSCH. *alleg. cap.* §. 5.

In ordinaria autem & anni ver-
saria limitum Municipalium visi- 47.
tatione, cum ponderis minoris sit, nec quicquam difficultatis inde oriri soleat, hæc cautela abundans foret, nam renovatio & continuatio alicujus actus tanti non est præjudicii, quam ejus initium.

☞ Utile tamen est nt ordinaria 48.
limitum visitatio, statuto tempore fieri solita, circa idem illud tempus reiteretur juxta consuetudinem, quod actui illi destinatum est, quo vicini tacite quasi monentur, ut si velint visitationi præsto sint, nec visitationem illam intempestivitatis, clandestinitatis & fraudulentiæ accusare possint.

Quaudo lapides novi ponendi, 49
hoc in conspectu eorum quorum inter est, junctis juratis agrimensoribus durch geschworne Stein-Setzere / fieri debet, sumptibus etiam utriusque partis finales lapides non solum collocandi, sed & vicini utrinque certum terræ spatium ad eorum erectionem cedere debent. AUCT. *laudat.* §. 4. *cap.* 6.

Ut & sciri possit an lapis ali- 50
quis, nullo insigni vel nomine notatus, sit limitaneus ein Gräntz-Stein / vel non, vel si du-

dubitetur an non loco suo sit motus, cautelæ loco ejus fundamento subjici solent carbones, lateres vel lapilli, ut appareat, non cum casu vel perfunctorie, sed eum attentione certa tessera & nota positum esse PYTHÆUS *lib. II. cap.* 14. *adversar.*

51. Lapilli hi vocantur *indices*, Zeugen / quia testantur de lapidum horum significatione; Italis dicuntur *guardia* eo quod lapides quasi custodiant, ut si post lon-
52. gum tempus aliquod revocetur in dubium, lapidem istum non esse pro termino positum, per istas testes probetur, Constitutum ita lapidem, & industria ab hominibus pro limite positum esse. Daß es ein Marck-Stein und nicht ein Feld-Stein sey. HIERON. de MONT. *tract. de fin. regund. cap.* 17. *n.* 3. *& cap.* 18. *n.* 1. SCHNEID. *in* §. *quædam actiones n.* 26. J. *de action.*

53. Non probandus autem est mos, ubi visitatio limitum fit armata plebe, utpote periculosa quieti publicæ, & concordiæ, vicinorum damnosa, cur enim subditos ad arma & rixam procedere patiamur, quos Magistratus utriusque partis sua jurisdictione componere possunt? Ut ex Juliano monet ULPIAN. *l.* 13. §. 3. *ff. de usufruct.*

Nec & singulis concedendum quod per viam juris publice fieri 54.
potest, ne occasio sit majoris tumultus faciendi *l.* 176. *ff. de R. J.* ideoque juris publici tutela in medio constituta videtur, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem *s.* 14. C. *de judæis & cælic.* Improbandus est pariter mos 55.
ille, quo cives huic solennitati accedunt cum tibiis & tympanis, mit Pfeiffen und Trummen / ac si actus ille singularem decorem inde consequeretur cum potius solennitas illa sit odiosa, & tanquam plebi occasionem lasciviendi præbens, penitus omittenda. FRITSCH. *ibid. n.* 10.

Quoniam & vix in civili negotio frequentius lites & contentio- 56.
nes oriantur, maxime ubi exteri vel populi vel urbes agros limitaneos habent litigiosos, quam ob limites & fines, ut non raro circa illos propugnandos, de rixis, injuriis, minis verberibus, cædibus ac turbis audiatur, & leges merito discordiis propinquorum sedandis prospexerint, quas materia communionis solet excitare, ut ait PAPINIAN. *l. cum pater* 77. §. *dulcissimis* 20. *ff. de legat.* 2. Ita ut quidam, limites à litibus dictos velint ISID. *lib. VIII. cap.* 15. Et 57.
stlitem pro lite dixerunt JAMET. *in l.* 2. *ff. de re jud.* ut & Ceres

pri-

prima legum latrix, primo de finibus litigare inceperit ORDELAPH. *ad l. fin. n. 88. ff. de rei vind.*

58. Hinc non immerito pro evitandis hisce difficultatibus, Municipia circa limites transactioni potius amicabili locum dant, quam ut mox legitimo Marte, cujus alea est dubia, decertent, sicuti loquitur KNICH. de finib. territorialibus, *de subl. jur. territ. cap. 3. n. 5.*

59. Experientia enim ostendit, quot sumptus, processus illi limitanei devorent, & quot motibus conquassentur Municipia nostra, vicinorum exterorum aviditati exposita; laudatus FRITSCH. *cap. 7. §. 1. d. tract.* mentionem injicit civitatis Imperialis cujusdam, quæ desuper cum vicino Principe in Camera Imp. trecentas lites habuit.

60. Sed quoties simul de limitibus territorii & de præjudicio inferioris agitur, cum quæstio est de extensione territorii vel jurisdictionis, cum vicino Principe vicinisve civitatibus alterius domi-

61. ni, tunc merito capita tractandæ compositionis prius ad Superiorem deferenda, cæteroquin erectio lapidum finalium in præjudicium Principis à Municipio facta, non solum irrita pronunciari, sed & sub comminatione multæ subditis injungi solet, ne inposterum orta circa limites controversia auctoritatem & interpositionem Magistratus superioris negligerent, prout desuper allegat exemplum FRITSCH. *cit. loc. cap. 7. §. 5.*

Privatorum finium alia ratio est, quos vicini absque præscitu 62.
Magistratus determinare, & lapides erigere possunt, *l. 2. C. ibiq.* BRUNEM. *n. 6. fin. reg.* CARPZ. *p. 2. const. 41. de fin.* Juncto ibi præjudicio, nam majoris momenti sunt controversiæ circa terminos publicos, von Marckungs-Steinen so einer Stadt oder Dorffes Zwing und Bann unterscheiden / ut ait OTTINGER. *de limit. lib. I. cap. 2. n. 9.*

Probatio finium Municipalium 63.
(1.) fit per libros antiquos civitatis Fluhr- und Gräntz-Bücher in quibus fines rite ac solenniter descripti sunt.

(2.) Per recessus & conven- 64.
tiones divisionis ac separationis finium, durch Abscheide / Recesse und Bezirck-Briefe MENOCH. *cons. 1101. n. 7.* quibus tam possessio quam dominium probatur. SICHARD. *cons. 1. n. 87.*

(3.) Per lapides terminales, 65.
de quibus jam toties actum hoc capite, quos varie distinguit, eorumque duodecim genera numerat OTTING. *d. tract. lib. I. cap. 2.*

(4.) Per publicam famam opi- 66.
nio-

nionem vulgi & circumcolentium rusticorum, cum primis seniorum, FARIN. *de testib. lib. III. quæst. 69.*
67. *n.* 170. Ubi & admittuntur testes de universitate, modo in particulari de ipsorum interesse, puta jure pascendi, lignandi &c. non agatur, prout uberius *lib. III. cap.* 13. actum, & hi testes aliorum contestium adminiculis juvantur
68. SURD. *decis.* 136. *n.* 3. Sed nec per testes commoda hic fit probatio, propter varietatem & lubricitatem eorum, unde in hac materia lis dicitur obscura: RAUDENS. *Resp.* 32. *n.* 58. *lib. II.* KNICH. *de jur. territ. cap.* 3. *n.* 48.

69. De violatione limitum publicorum sciendum, quod actio de termino moto jure civili sit 50 aureorum *l.* 3. *ff. de term. mot.* aliæ itidem coercitiones super accesserunt uti patet ex *l.* I. *d. tit.* Go-
70. thi, Wisigothi Longobardi & Alemanni mulctam pecuniariam adhuc reservarunt. Sic lex Suevor. *cap.* 202. habet: **Grebt er Marck-Stein aus / man sol ihm Hand und Haar abschlagen / oder er sol es lösen mit 30 Schilling.** SCHILTER. *exerc. ad ff.* 20. §. 30. Jure Saxon. *lib. II. art.* 28. Ita pariter 71.
cautum: **Der Steine ausgrabet / die zu Marck-Steine gesetzet seyn / er muß 30 Schilling zur Buß geben.** Ubi notandum minorem hic 72.
ideo dictatam esse pœnam, quia delicti hujus minor apud Germanos fuit frequentia, cum crescentibus criminibus etiam eorum coercitio sit exasperanda.

Deinde nullam apparere pro- 73.
portionem inter dict. pœnam 30 solidorum & verberationem, **Haut und Haar abschlagen** / qualiter alternative jure Suevico, hoc casu pronunciatum, quæ sanctio denotat pecuniæ inopiam, ut erat penes veteris Germaniæ civitates. SCHILT. *cit. loc.* §. 32.

Jure criminali Carolino, crimini 74.
huic statuta est pœna arbitraria *art.* 114. in verb. **Nach Gefährlichkeit Größe Gestalt / und Gelegenheit der Sachen / und Persohn / nach Recht gestraffet werden.** Testatur COLER, se vidisse pronunciatum adversus eum, qui scienter lapides finales evulserat, & loco moverat, eumque punitum arbitrarie, puta relegatione aliquot annorum *decis.* 145. *n.* 9.

Caput LXIII.

DE MUNCPIORUM JURE VIARUM.

SUMMARIA.

1. *Via unde dicatur?*
2. *Strata via publica.*
3. Land-Strasse / Her-Strasse / Heyden-Strasse.
4 Hell-Weg *Westfal. unde?*
5. *Via Regia,*
6. *Quænam sint viæ publicæ?*
7. *Ejus latitudo.*
8. *Viæ solum publicum.*
9. *Via privata, vicinalis.*
10. *Viæ publicæ inter regalia censentur.*
11. *Quatenus inter regalia censeantur, regalium distinctio.*
12. *Quid de viis publicis ad Municipia spectet?*
13. *Circa jus viarum concurrit potestas Principis, & politia Magistratus inferioris.*
14. *Suprema inspectio viarum.*
15. *Municipiis competunt viarum emolumenta & incommoda.*
16. *Concessio minorum regalium expressa, & tacita.*
17. *Curatores viarum Viocuri apud Romanos.*
18. *Exemplum Caj. Caligulæ castigati ob non adhibitam in verrendis viis curam.*
19. *Ipsi Cæsares apud Romanos viarum curam gerebant.*
20. *Dii Vii & Deæ Vibiliæ apud veteres.*
21. *Cura Ædilium circa vias publicas.*
22. *Sacra viarum cura.*
23. 24. *Viarum neglectus mercimonia à civitatibus arcet.*
25. *Gallorum magnus viarum curator.*
26. Weg-Meistere / Weg-Geld.
27. *Vectigalis regulariter non est capax Municipium.*
28. *Vectigalis descriptio & synonima.*
29. Weg-Geld / *quid sit?*

30. *Cur illud concedatur à Principe Municipiis?*
31. *Insignes Municipiorum expensæ pro commoditate viarum.*
32. *Constitutio Electoris Saxoniæ.*
33. *Cautela pro Municipiis ne exactionem* des Weg-Geldes *convertant in vectigal.*
34. *Refectio viarum sedulo à Principe Magistratibus Municipii inculcata.*
35. *Refectionis viarum sumptus, unde desumendi?*
36. *Viarum vicinalium reparatio quibus incumbat?*
37. *Viæ stercorationum à quibus reparandæ?*
38. *Ecclesia ipsa tenetur ad collectas pro refectione viarum.*
39. *Ecclesiasticorum avaritia.*
40. *Exstructio & reparatio hodogorum,* Weegweiser / Handweiser.
41. *Auriga non sequens viam publicam incurrit suspicionem, quod voluerit fraudare jus viarum.*
42. *Merces tamen & vehicula non cadunt in commissum.*
43. *Via publica amissa vicinus proximus novam viam præstat.*
44. *Cur vicinus cogatur illud onus præstare?*
45. *Devastatio viæ publicæ si facto privati contingat, ad quid ille teneatur?*
46. *Cognitio de criminibus in via publica commissis.*
48. *Quatenus illa competat Principi?*
48. *Desuper Constitutio Electoris Saxoniæ.*
49. *Regale viæ publicæ plus est quam concessio jurisdictionis.*
50. *Via regia per Municipium tendens in civitate talis esse desinit, ratione jurisdictionis.*
51. *Quid de cadavere in via publica confini duorum* Municipiorum *reperto, ratione cognitionis statuendum?*
52. *Locus in casu hoc est conjecturis.*
53. *Quid si conjecturæ deficiant, statuendum?*
54. *Auriga in viis publicis angustis sibi obvii.*
55. *Quis horum alteri cedere debeat?*
56. *Aurigarum equi cur tintinnabulis instructi?*
57. *Jure Saxonico & plerorumque moribus quid tali casu conveniat.*
58. *Lex Municipalis Clivensis circa aurigas sibi obvios.*
58. *In viis largis & planis quis orbitam deserere cogatur?*
60. *Cedendum digniori. Dignior quis?*

61. *Curribus veredariis omnes cedere debent.*
62. *Postarum signa.*
63. *Via à postis electa semper recta vocatur.*
64. *Cura ponticulorum in viis ad Municipia pertinet.*
65. *Reparatio pontium regiorum.*
66. *Si Princeps vectigal ratione pontium percipiat?*
67. *Si Municipium exinde guidagio & pedagio fruatur.*
68. *Consuetudinis vigor in materia hac.*

1. Via dicitur quasi *veha*, cum
solum sit, per quod ve-
hitur, estque nomen in
villis natum, ut quæ
urbibus priores esse traduntur, &
vernaculum Weeg derivatur à
Wage / curru, MARTIN. *Lexic.
Etymol. verb. via ex Isidor. lib.
XXV.* Via est, inquit, per quam
potest ire vehiculum, & via dicta
est à vehiculorum incursu, nam
duos actus capit, propter
euntium & vehentium vehiculo-
2. rum occursum. Dicta est via pu-
blica *strata*, id est, complanata,
stratum mare, id est compositum,
sic VIRGIL. *Eccl. 9.*
Et nunc omne sibi stratum silet æquor.
Stratæ viæ sunt lapidibus tectæ,
LIV. *lib. VIII.* unde nostrum
3. Strate / & Italicum *Strada.* Via
alia est publica, alia privata; Illa
dicitur eine offentliche Land-
Strasse / item Heerstrasse / scili-
cet tam ampla & patula, ut inte-
ger exercitus, erectis hastis & ve-
4. xillis, per eam incedere & com-
meare possit, item Heiden-Stras-
se / ab Ethnicis seu paganis, BE-
SOLD. *Thesaur. pract. lit. L. n. 19.*
à quibus vias militares ante natum
Christum vulgus credit; Appella- 5.
tur etiam idiomate nostro Hell-
weg / quasi ein heller und offener
Weg / *publice patens.* Vocatur
& Regia, Basilica, sicut quodvis
amplum & magnificum dicitur
vere regium veteribus, uva basi-
lica *apud* ISIDOR. *lib. XXVII. cap.
25. Et de fait il est notoire qu'ils
ont etè appellès Royaux, par les Ro-
mains & autres peuples, qui n'
avoient point des Roys* inquit LOY-
SEAU *Tract. de seigneures cap. 9.
n. 74.* id est: Dictæ sunt viæ Re-
giæ à Romanis aliisque populis,
qui Regibus carebant. Via publi- 6.
ca est, quæ habet exitum ad ma-
re, aut in urbes, aut in flumina
publica, aut ad aliam viam mili-
tarem, FRIEDER. MINDAN. *de man-
dat. cap. 36. n. 4. lib. II.* habens
certum spatium latitudinis defini-
tæ, FRITSCH. *de regal. viar. jur.
cap. 10. n. 15.*

Latitudo tanta esse debet, ut ve- 7.
hi-

hiculum unum alteri cedere, & ut ſine incommoditate verti, circumagi, ac ſi opus, retrahi poſſit, unde Saxon. Land-Recht *lib. II. art.* 59. Des Königs Straſſe ſol ſeyn alſo breit/ daß ein Wage dem andern weichen/ möge/ und begreifft die Land-Straſſe nicht allein illam latitudinem viæ, ſondern auch den freyen Weg/ da ein Fuhrman neben ſeinem Pferde hergehen kan.

8. Itaque *publica* dicitur, non ſolum per quas vulgo itur, cum & per privatam vulgo eatur, *l. ſi putator* 31. *ff. ad L. Aq.* ſed quorum etiam ſolum publicum eſt relictum ac directum, certis finibus latitudinis, ab eo, qui jura publicandi habet, ut ea publice iretur, *l.* 2. §. 22. *ff. ne quid in loc. public.*

9. Via privata, nobis ein Feld-Weg/ Holtz-Weg/ agraria, *d. l.* 2. §. 22. *Vicinalis*, quæ in vicis eſt, vel in vicos deducit, §. *item ſi putator. J. de l. Aquil.* Suet. *in Auguſt. c.* 40. ac quandoque ſine exitu moritur, Schneidew. *ad pr. Inſt. de ſervit. n.* 12. Manzius *de ſervit. tit.* 3 *quæſt.* 20. *n.* 103. quam vocamus ein blinder Weeg/ ein grüner Weeg.

10. Vias ergo publicas inter regalia recenſeri, textus eſt in C. 1. *quæ ſint regal*, quia ſcilicet tutela & defenſio earum ad Principem pertinet, *l.* 3. & 13. *ff. de offic Procons. l.* 2. *ff.* 4. & 9. C. *de offic. Præf. Prætor.* Schneidw. *ad* §. *fin. n.* 8. J. *de J. N. G. &* C. Verum cum diſtinguendum ſit inter regalia ipſa & res, quæ regalium jure poſſidentur, tunc accurate loquendo, viæ publicæ non ſunt regalia, quo nomine jura Majeſtatis veniunt, ut belli, pacis, fœderum, ſed habentur & poſſidentur jure Regali, quod ſuperioritatem dicimus, ut diſtinguit Mev. *in diſcuſſ. levam. debitor. cap.* 2. *n.* 59. Strauch. *prælect. Academ. ad l.* 3. *ff. de via publ.* Ergo earum jus Regale ad Principem, juriſdictio autem pro terminis finibusque cujuscunque Municipii ad Municipales pertinere probat, Gloss. *in l.* 2. §. *viarum. ff. ne quid in loc. publ.* Alciat. *in l. quantum ad juris n.* 9. *de verb. ſign.* Sixtin. *de regal. lib. II. C.* 2. *n.* 15. vel ut præfatus Loyseau *cap.* 9. *n.* 75. hoc explicat, ac ita Latine reddidit Fritsch *cit. Tract. de jur. viar. cap.* 3. *n.* 15. Principi incumbit protectio harum rerum, quia eſt cuſtos & protector bonorum publicorum, politia autem & juſtitia ordinaria viarum publicarum tendens ad conſervationem earum, pertinet ad judices ordinarios locorum, ad minimum illos, quibus eſt jus præ-

Note: margin numbers 11, 12, 13 in the right margin stand beside "n. 8. J. de J. N. G. & C. Verum", "ff. de via publ. Ergo earum jus", and "II. C. 2. n. 15. vel ut præfatus" respectively.

fecturæ & Castellaniæ, hinc ad eos spectat cognitio reparationis, & rerum quæ ibi suscipiuntur, addendo: In hoc quasi consentiunt
14. omnes consuetudines. Hactenus LOYSEAU. Ex quo concluditur, supremam inspectionem viarum, earumque abolitionem, mutationem, augmentum ac diminutionem esse Principis, WESEMB. *cons.* 309. *n.* 32. qui & potest statuere ut eatur per unam publicam, reliquis prohibitis. LINDENSPUR *Comment.* über die Fürstlich-Würtenbergische Land-Ordn. *pag.* 282. *n.* 6.

15. Interim negari non poterit viarum emolumenta, & vice versa reparationis incommoda, tanquam minorum regalium exercitia ratione jurisdictionis, ut quæ ex concessione Principis acquiri possunt, etiam cedere civitatibus provincialibus VALASC. *de jur. Emphyt. quæst.* 8. *n* 38. DECIAN *consil.* 2. *n.* 165. *vol.* 1. VULT. *de feud. lib. I.*
16. *cap.* 7. ubi dicit: Ex concessione expressa, idem vero est in tacita, quam legitima præscriptio inducit, nobiles, civitates, & alios superiorem recognoscentes, regalia obtinere posse, addit ibi ea allegans FRITSCH. *d. loc. cap.* 4. *n.* 15. esse notissimum regalia talia à privatis possideri posse.

17. Variarum Regiarum apud Romanos tanta fuit ratio & cura, ut certos curatores viarum designarint, SICUL. FLACC. *in lib. de condit. agror.* Censorumque Romanorum fuit functio, ut in urbe vias sternendas silice, marginandasque locarent, LIV. *lib. XIV.* Romani etiam suos Ædiles quos teste Cujacio viocuros BARNAB. BRISSONIO *antiq. lib.* 4. 12. dixerunt, quibus stratura viarum demandata fuit, habere. Caji Cali- 18.
gulæ jussu Flavii Vespasiani ædilitatem gerentis vestem, luto oppletam ac respersam fuisse, propter curam verrendis viis non adhibitam refert ex SUETON. *in Vespas. cap.* 5. SALMUT. *not. ad* PANCIROL. *lib. I. rer. memorabil, de viis.*

Imo cura viarum non negligebatur 19.
ab ipsis Cæsaribus, quas mandavit refici, Octavianus partim suis, partim publicis sumptibus DION. CASS. *lib. LXIII. Hist. Rom.* Isque Cæsar existens Viarum curator constitutus, prætorios viros etiam viis reficiendis, qui binis lictoribus uterentur, designavit *id. lib. LXIV.*

Viarum tutela etiam ipsis Diis 20.
à veteribus conmmendata, qui dicti Dii Vii, & à PLAUTO Lares viales *in Mercat. Act.* 5. *Scen.* 2. & sacrificabatur olim Deæ Vibiliæ, quæ ab erroribus viarum mortales liberabat ARNOB. *lib. IV.*

Pars

Pars curæ ædilium, circa vias publicas in hoc consistebat, ut aperiantur occlusæ, reficiantur & purgentur, ne effodiantur vel subruantur, ne quid in his ædificetur, non projiciantur in his stercora, non morticinia, non coria, non alia noxia ULPIAN. *l. 1. & 3. ff. de via publ.* Ne fiant impedimenta itineris, *Dd. l. 2. §. 2. ff. d. loc. & itin. pub.*

22. Adeoque sacra erat viarum cura ut impium visum fuerit, eas non tantum non impedivisse, sed etiam errantibus ab iis viam non demonstrasse. Inter leges ergo viarum publicarum illa erat: Eranti viam comiter ostendam, unde ENNIUS *Homo* inquit, *qui erranti comiter monstrat viam quasi lumen de suo lumine accendit.* Facit & DIPHILUS *Comicus in sentent. comicor. antiquor. cap. 15.*

Nescis execrationibus obnoxium esse si quis aut non recte, monstraverit viam aut ignem accenderit, aut aquam corruperit, volenti comedere aut prohibuerit ista.

23. Si viæ negliguntur, mercimonia subsistere necessum est, ut sine quibus ad civitatem aditus non patet, quod vocare solemus im Todten-Wasser liegen / ac civitas sine commercio æque est calamitosa ac si contagio infecta esset, quam omnes adventantes formidant.

Bene itaque ait PAUL. NEGELIN. *tract.* vom bürgerlichen Stande. *cap. 16.* Es ist viel dar an gelegen / daß zu Fortbringung nötiger Handthierung Wege und Strassen im baulichen Wesen gehalten werden / in Betrachtung / daß wo die Zu- und Ab-Fuhr so wohl das Wandelen zu Roß und Fuß etwas unbequem / bald auch hiedurch die Gewerbe selbsten danieder liegen müssen. difficulter eo transferuntur merces ubi viatores intra triduum minus viæ spacium, quam alibi uno die conficiunt MARQUARD. *de jur. Mercat. lib. I. cap. 3. n. 32.* Sic hodie in Galliis magnus est viarum totius Regni curator, qui vocatur *Maistre de ports, passages & chemins* THOLOSAN. *Syntagm. lib.* III. *cap.* 13. *n.* 5. 24. 25.

Quorum exemplo Municipia nostra bene faciunt, dum suos ad hoc officiarios Weg-Meistere eligunt, & pro conservatione viarum publicarum pedagium quoddam Weg-Geldt à viatoribus & aurigis poscunt, quod si non sufficit, reliqui sumptus pro stratura hac viarum ex accisiis sumendi. MINDAN. *lib.* II. *de mandat. C.* 24. *n.* 16. 26.

Patet inde differentia inter *Vectigal* Zoll quod est Regale & cujus Municipium regulariter non est 27.

est capax, nisi justa ex causa à Principe id impetret RIPA *consil. 18. lib.* II. vel ex præscriptione temporis cujus memoria non ex stat illud acquirat JAS. *in l. de qui-*
28. *bus n. 45. ff. de LL.* quod definitur Principis ærarii reditus ob securum terræ marisque usum pro mercibus, quæ invehuntur & exportantur, interdum pro nudo transitu pendendum SUEDER. *jur. publ. part. spec. sect. 1. cap. 20. n. 1.* Affinitatem quandam hynonymicam habens cum *Datiis Gabellis Licentiis, pontivegiis passagiis taliis portariis pedagiis, guidagiis, teloniis*
29. *&c. id d. loc.*

Ac inter præstationem hanc quam in specie Weg-Geldt appellamus, *Illud* præstatur territo-
30. rio pro securitate cujus largitio est Principis: Hoc datur Municipio pro conservatione viarum, cujus receptionem Princeps Magistratui oppidano non denegat, ob justam illam & rationabilem causam, si refectionum istarum sumptus ex ordinariis civitatis proventibus præstari nequeunt, EVERHARD. *cons. 3. n. 20.* ROL. à VALL. *consil. 34. n. 26.* CACHER. *cons. 31. n. 21.*

31. Sane intolerabiles Municipio sæpe incumbunt expensæ, pro commoditate viarum publicarum erogandæ, maxime, si adversus impetus & inundationes aquarum, adversus tempestates, glaciem, imbres & ventos in usum viarum dimicandum est. Eo facit con- 32.
cessio Christiani II. Electoris Saxoniæ de Anno 1606. *in corp. Saxon. pag.* 311. ubi dicitur: Wo sich des Rahts zu W. übergebene Beschwerungen gemäß befunden wird/ daß sie nemlich aus dem gemeinen Gut die Strassen/ item unterschiedliche Brücken/ ohne die Dämme/ und dann das Pflaster/ über eine Meile lang halten und bauen müssen/ &c. So wollen wir ihnen in Erwegung obberührter Ursachen gnädigst nachlassen/ daß sie von jedem durchgehenden Pferde zwey Pfennige zum Wege-Geld bis auf unser Wiederruffen/ forderen/ einnehmen/ und wiederum zu denen Brücken und Wegen anwenden mögen / referente FRITSCH. *d. Tr. de reg. viar. jur. cap. 9. n.* II.

Discant ergo Municipia, ne li- 33.
citum pro conservatione viarum exactionis hoc genus, Weg-Geld / in vectigal convertant, eique aliud quam conveniens nomen indant, ne odium Principis sui incurrant & id affectent, cujus regulariter capacia non sunt.

Non sine ratione tot pœnalibus 34.
edictis & mandatis inculcatur à Principe, Magistratibus Municipiorum, ut in refectione viarum sint alacres & studiosi, quia ipsi sæpe Ma-

Magistratus non sine proprio universitatis damno experiuntur, quantum fructibus pedagiorum decedat per negligentiam refectionis viarum.

35. Neque putes, quia ejus rei sollicitudo à Theodosio Juniori titulis Magnorum Principum dicata, *l. absit* 4. *C. de privil. dom. Aug.* ideo ex Fisco Principis aut vectigalibus ordinariis vias regulariter esse reparandas; quin potius universitas ob commodum inde perceptum, ad onus illud obligata est, idque vel ex bonis communibus, vel ex collecta singulorum, SCHILT. *Exerc.* 47. § 37. *ad ff.*

36. Vias vicinales quod attinet, sive in vias regias & militares exitum habeant, sive sine ullo exitu intermoriantur, Holtz-Gassen- und Dorff-Wege/ illarum reparatio incumbit vicinis, in quorum usum illæ sunt exstructæ. Vicinos illos lex 12 Tab. vocat *Amsegetes*, æque ac in urbe quisque civis ante ædes suas publicas vias reparare, & aquagia purgare tenetur, *l. un. ff.* §. 3 *de via publ.*

37. Pariter ut viæ stercorationum, Düngel-Wege/ ab iis reficiantur, qui iis utuntur; *Et singula loca debent quoque sortiri, ut sibi consulant vel negligentia vel labore, l.* 2. *C. Theod. de itiner. muniend.* atque ab hoc onere nemo vel reverentiæ vel dignitatis exceptione est immunis.

Et Ecclesia ipsa tenetur ad collectas, si imponantur pro refectione viarum, DEC. *in C. Ecclesia S. Mariæ in fin. vers secundo limita extr. de Constit. Argentor. cons.* 9. *n.* 43. *vol.* I. 38.

Vereor tamen ne hic vere nimis multis Ecclesiasticorum illud objici possit: Professio & desiderium tuum inter se discrepant, nam cum Philosophum te esse proponas, vinceris avaritia, & onera solus recusare conaris, *ut est textus in l. professio C. de munerib. patrim.* Refertur huc quoque instructio & reparatio *hodogorum*, Weg- oder Handweiser/ quibus nostræ provinciæ nunquam satis laudabili instituto Potentissimi Regis pro viatorum & peregrinantium commoditate jam exornatæ & instructæ sunt, in tantum, ut multæ provinciæ finitimæ exemplum illud undique fere imitatæ sint. 39. 40.

Observandum autem est pro Municipiis, quod si auriga nolit sequi viam publicam & extra illam reperiatur, incurrat suspicionem quod voluerit fraudare hoc jus viarum competens Municipiis, & ob id possit puniri, etiamsi nondum exierit fines Municipales, *arg. l. præsidibus,* 2. §. *sed nec per alium, C. de curs. publ. ibique* BART. 41.

Merces tamen & vehicula non
42. cadunt in commissum, nisi excesserit locum territorii, quia alias semper poterit redire & reflectere in viam rectam & pœnitere. BALD. *in l. cum proponas. C. de naut. fœn.* BERTACH. *in Tr. de gabell. in 9 part. pr. de fraud. gabell. n. 18. & n. 19.*

43. Via publica vel fluminis impetu vel ruina amissa, aut ita deteriorata, ut illa uti non possimus, vicinus proximus de suo prædio adjacente novam viam præstare tenetur, *l. si locus 14 ff. quem servit. amitt.* ex publico tamen ejus honestum pretium refundendum, erit, *l. 13. § 1. ff. Com. præd.*

44. Ex hac nimirum ratione vicinus stante isto impedimento onus hoc pati cogitur, tum quod quis utilitatis publicæ causa suo privari potest, *l. Lucius. ff. de eviction. l. item si verberetur. ff. de rei V.* tum etiam, quod ipse vicinus quodammodo præsumatur in culpa, quod publicum iter sibi vicinum non reficiat, prout de jure, nisi contrarium doceatur, tenetur, *l. ædiles 3. ff. de via publ.* MOLIN. *de J. & J. Tract. 2. disp.* 808. *n.* 8. Si con-
45. stet, devastationem viæ publicæ contigisse facto privati alicujus, inprimis is cogendus ad restaurationem, quoquo modo causam dederit ruinæ & devastationi; & si ipse non esset solvendo, tunc in subsidium tenentur vicini prædiorum, CÆPOLL. *de servit. rust. præd. cap 3. n. 39.* recuperabunt tamen ii hanc impensam per regressum contra authorem devastationis, etiam per immissionem in possessionem prædii vicini, si quod habet, vel per actionem negotiorum gestorum, CASTRENS. *in Tr. de remed. subsid. remed.* 95.

Cognitio de criminibus in via 46.
publica commissis competit Municipio, quod mero mixtoque imperio gaudet, nisi à Principe ob regale præstandæ securitatis publicæ, cognitio de criminibus expresse sit reservata, quia merum imperium, in territorio concessum, 47.
etiam in qualibet territorii parte concessum videtur, *arg. l. 239. §. territorium. ff. de V. S.* Sed viam publicam per alterius territorium transeuntem, ejus quoque partem esse nemo negabit; Nihil quoque commune habet jurisdictio cum jure regali, sed toto genere differt, ut quæ nihil aliud est, quam potestas reddendi & decernendi jus constitutum, BOCER *de regal. cap. 2. n. 145.*

In terris Elect. Saxon, desuper 48.
specialis exstat Constitutio de anno 1506. & 1600. quam refert ZANGER. *de Except. p. 2. cap. 1. n. 244.* hisce: **Hierauf erklären und verwilligen wir/ daß nun hinfort**

fort unsere Unterthanen alle Händel / so sich auf den Strassen begeben / da ihnen sonst die Ober-Gerichte zu stehen / unverhindert / von unseren Amt-Leuten zu richten sollen haben / und davon nichts ausgeschlossen / allein alle Gewalt / Raub und Zugriffe / auch öffentliche thätige Thaten / welche uns aus Krafft der regalien / und Fürstlicher Obrigkeit zu richten stehen / wollen wir vorbehalten haben.

Secus ergo est, in feudatario,
49. qui castrum possidet, cum omnimoda jurisdictione, ad talem cognitio & punitio criminis in via publica commissi non spectabit, quia regale hoc viæ publicæ generali concessione jurisdictionis transire non solet, SCHNEIDW. *ad* §. *ult. n.* 8. *J. de J. N. G. & ad* §. 8. *ad summa autem n.* 76. *de interdict.* BEUST, *de jurejur. pag.* 483. BORCHOLT. *in C. un. n.* 6. *quæ sint regal.* ARUM. *disp. feud.* 4.
50. *thes.* 18. Si autem Municipio jurisdictio criminalis non competit, saltem jus incarcerandi der Angriff innerhalb den Ring-Mauren / vel si priori casu Princeps cognitionem de delictis in via commissis sibi reservaverit, tunc licet via regia per civitatem tendat, tamen illa extra civitatem talis saltem dicitur, & statim atque ingreditur civitatem publica esse via desinit, & sic olim Scabinos Magdeburgenses pronunciasse recenset allegatus ZANGER. *de except. Cap.* 1. *part.* 2. *n.* 242.

Sed si in via publica confini duorum Municipiorum, quæ criminali jurisdictione utraque pollent, cadaver interfecti reperiatur, & utriusque fundus parte aliqua istius cadaveris tectus sit, cujus sit desuper cognitio, quæritur. 51.
& plerumque hæc quæstio decidi solet, spectandum esse locum, in quo caput quiescit, BERLICH *p.* 1. *decis.* 16. THEODOR. *colleg. crim. diss.* 4. *th.* 3. *lit. B.* quia per caput & faciem homo cognoscitur; 52.
Potius tamen locus hic est conjecturis, & quantum fieri poterit, indagandum, cujus in districtu pars corporis læsa requiescat, LIMN. *jur. publ. lib. IV. cap.* 8. *n.* 100.

In dubio autem si conjecturæ non adsint, & adminicula ista deficiant, ad utrumque Municipium cognitionem deferri jure statuunt TREUTL. *vol.* 1. *disp.* 19. *th.* 4. *ibique* BACCHOV. OTTO *jur. publ. cap.* 11. CARPZ. *prax. crim. p.* 3. *quæst.* 120. *n.* 34. 53.

Ad publicarum viarum materiam spectat quoque disceptatio inter aurigas circa vehicula sibi obvia, iis præprimis in viis quæ sinuosæ, angustæ & arctæ sunt, ut cedere non possint; fundamentum con- 54.

 ten-

tentionis istius constitit in pari jure, quantum unus æque in via publica habet ac alter, *arg. l. 13. & seq. ff. de judic.*

55. Primo ergo discutiendum, utrum alter potuerit providere, ne poneret se in illam necessitatem, cum videret, alium occupasse, quia semper necessitatis causa spectanda, *arg. l. 7. princ. ff. de exerc. act.* DECIAN. *resp. 44. n.* 121.

56. Nec solus visus hic desideratur, sed & auditus sufficit, solent enim aurigarum & carrucariorum equi, der Land-Karren/ apud nostrates, Montanos, Hassos, &c. tintinnabulis instructi esse, sicut Batavorum currus & rhedæ orbibus, ex ferro vel cupro resonant, ut percipi satis possit, aliquem fauces viarum ingressum esse, ut sistere gradum possis, donec alter angustias transierit, alias culpa non cares & cedere cogeris, FELDMANN. *discept. Acad. de vehic. sibi obviis. sect.* 1. *n.* 12.

Jure Saxon. Land-Recht *lib.* II.
57. *art. 59.* quod & moribus aliis convenit, minores currus majoribus, pedites equitantibus, equitantes currum agentibus, & inter currus ipsos vacui oneratis cedere debent. Qui prior cum clamore vel signo dato pontem ascendit, vel viam intrat, ab altero expectandus. Deinde hi qui proximiores sunt unde exierunt, his qui remotiores, locum dant. NICOL. *van der Hoog. singul. jur. 20.* SPEIDEL. *thes. pract. voc.* Fuhrmann. STRUV. *jurispr. Rom. Germ. lib. II. tit. 3. §. 8.* Quo facit lex Munic. 58.
Clivens. *tit. 180. de aurigis* in vernacula sic habens: §. 1. De Ydel-Wagen sal ruymen den geladenen/ und die Minn-geladene den schwaar-geladenen/ und die Gaende den Rydenden.

Etiam in viis planis, & sat am- 59.
plis quæstio inter occurentes vatores non raro occurrit, quisnam orbitam deserere ausbiegen & quis vehiculi sui cursum servare debeat; Semper autem humanitati & honestati hic dandum est aliquid, ut digniori & celsiori honos debitus deferatur *l. 2. C. de offic. divers. judic.* Dignus est non 60.
qui ditior altero, quia opes extra hominem sunt, ut SENEC. ait *cap. 25. de vita beata.* Sed qui in majori ordine constitutus *tit. C. ut dignit. ordo servetur.*

Sed horum exceptio datur in cur- 61.
ribus veredariis quia stato tempore adventare debent. Post-Wagen / quibus in exigui temporis mora periculum est *arg. l. 5. C. de curs. publ.* Quibus cuncta adventantia vehicula cedere debent, & ipsi Principes sæpe locum dant, non habito respectu oneris vel iti-

itineris, quia publici boni semper habenda ratio *l. 19. C. d. tit. l. 3. C. de primip. l. 9. §. 5. ff. de publican.*

62. Et ne occurrens allegare possit ignorantiam, sonari solet eo casu buccina postarum, das Post-Horn / cum & ipsi vectores singula veste & signo publico, quod apud nostros est, aquila ad pectus pensa, sint induti & muniti.

63. Cum & quisque per cursum publicum iter faciens, ab itinere recto deflectere non debeat, via tamen quælibet à Postis electa, recte recta vocatur, ut ait HORNICK. *de jure postar. cap. 18. theorem. 13. in not. ad fin.*

64. Quæ de viis publicis jam notata, ea & ad pontium materiam referenda sunt, non autem intelligo pontes in flumine publico constructos qui ad Principem & inter Regalia referuntur BESOLD. *th. pr. voc.* Brücken. Sed loquor de ponticulis vel ponticellis, passim in viis publis necessariis, pro peditibus destinatis, qui appellantur Steige nobis ein Schem.

Ratio pontium regiorum quos vocamus eine Haupt-Brücke an der Strassen oder einem Passe / super flumen excellens spectat quoque ad totius regionis incolas, quia tale opus publicum omnium usui inservit. 65.

Si vero Princeps vectigalium commoda ratione pontis percipiat, æquum etiam est ipsum oneris hanc partem ferre, nisi ærarii inopia vel alia necessitatis publicæ ratio secus suadeat. FRITSCH. *de jur. pont. cap. 5. n. 4.* 66.

Si vero civitas præcipuum commodum ex tali opere percipit, vel intuitu pedagii, & guidagii, vel quod pontes ducendis ac reducendis pecoribus ultra flumen pascendis, vel alio modo vehiculis & plaustris inservit, tunc etiam ipsi soli onus sumptuum merito incumbit *Laud. auct. ibid. n. 6.* 67.

Quam plurimum tamen valet hic consuetudinis vigor, & receptus usus, qui prout variat, ita ipsi jure meritoque insistendum est, cum impossibile sit secundum juris civilis apices controversias hasce dirimere. 68.

Caput LXIV.

DE MUNICIPIORUM JURE PONDERATIONIS ET MENSURATIONIS.

SUMMARIA.

1. *Pondera ad jus ſuperioritatis & merum Imperium referri volunt.*
2. *Quomodo id intelligendum?*
3. *Probatio juris territorialis ex jure ponderationis & menſurationis etiam deſumitur.*
4. *Exemplum provinciarum unitarum Belgii.*
5. *Exemplum civitatum Imperialium ducatus Wurtenbergici.*
6. *Municipia uti debent ponderibus & menſuris à Superiore determinatis.*
7. *Uniformium menſurarum & ponderum commoditas in orbe vix ſperanda.*
8. *Princeps illam præſcribere poterit.*
9. *Juſta menſura & ſtatera in quovis loco obſervanda.*
10. *Publice intereſt ut occurratur vendentium fallaciis.*
11. *Conſtituendus in quavis civitate qui de menſuris cognoſcat. Metronomi Athenienſium.*
12. *Modus inquirendi in pondera & menſuras Municipalium.*
13. *Exemplum Principis Eccleſiaſtici hoc pacto ærarium ſuum mire augentis.*
14. *Conſtit. March. Brandeburgica.*
15. *Viſitatio panis an debitum pondus contineat ap. Lippienſes.*
16. *Pondera & menſuras falſantium pœna.*
17. *Pondera qui habet majora quam eſt de conſtitutione.*
18. *Emptor furti tenetur qui majora pondera majoreſque menſuras venditori exhibet.*
19. *Modius iniquus, modius non eſt.*
20. *Dardanarii ob falſum menſurarum modum puniti.*
21. *Ædiles pondera & menſuras falſas frangebant.*
22. *Hemina dimidium ſextarii.*

23. *Pœna falsificantium pondera & mensuras de jure Canon.*
24. *Pœna eorum juxta leges Georgicas Justiniani Imp.*
25. *Pœna eorum de jure Carolino criminali.*
26. *Pœna in eos de jure Saxonico.*
27. *Pœna eorum jure statutario Mechlinensi.*
28. *Pœna arbitraria in eos.*
29. *Pœna eorum de jure Suevico.*
30. *Sub asci Turcarum id curant, ut mensura & pondera sint justa.*
31. *Quando pœna in falsarios hos obtineat?*
32. *In emptione quodnam genus ponderis & mensuræ intelligatur?*
33. *Quid si in Municipio nihil certi ratione & ponderis & mensuræ constet?*
34. *Mensura ab Angliæ R. proposita.*
35. Stadt-Wage / Wage-Meister / Wage-Geldt / Stadt-Gewichte.
36 *Imponendum illi signaculum Civitatis.*
37. *Mensura reticulamentorum.*
38. *Juratus mensor* Stadt-Fröger.

1. Pondera quamvis ad jus superioritatis & merum Imperium referri volunt, GUID. PAP. *decis.* 490. CAROL. TAPIA *in l. fin. ff. de constit. princ. part.* 1. *n.* 50. BUDEM. *quæst. nob.* 7. Hoc tamen, non in genere
2. sed certo respectu intelligi puto, de potestate mensuris ponderibusque quantitatem certam tribuendi, illamque augendi vel minuendi.

3. Hinc deducunt, quod si quis in alterius Principis territorio, oppidum vel pagum possidet, promptamque cupit habere probationem, se de territorio non esse, is doceat, se ponderibus & mensuris à vicini Principis diversis uti, prout monet LINDENSPUR. *comment. ad jur. provinc. Wurtemberg. rubr.* Vom gemeinen Land-Maaß *n.* 3.

Eo & Belgæ noluerunt admittere commune & æquale pondus ac mensuras eine gemeine Maaß und Gewichte/ne septendecim confœderatæ provinciæ, quarum quælibet singularia obtinet privilegia, unitæ censeantur, & in unius regni formam singularum privinciarum formis suppressis, redigantur, prout tefert post MATERAN, *Hist. Belg. lib. II.* KNIPSCH. *de civ. Imp. lib. I. cap.* 12. *n.* 80. 4.

Sic

Sic & cum Christophorus Dux
5. Wurtenbergicus magna prudentia fuerit usus, quo in provinciis suis æquale pondus & mensuram induceret, civitates tamen Imperiales & Nobiles immediati vicini id in civitatibus & ditionibus suis recusarunt admittere, ne subditæ videantur. BESOLD. *de jure Majest. Sect.* 3. *cap.* 8. *n.* 9.

Ergo Magistratus Municipales
6. licet gaudeant mero mixtoque imperio, non poterunt tamen aliis mensuris & ponderibus uti, quam illis, quæ à supremo Principe statuta sunt, ut habet CHOPPIN. *in consuet. Andegavens. l.* 1. *cap.* 40 *& cap.* 43. *n.* 16. BORELL. *lib. III. de Magistrat. edict. cap.* 15. *n.* 7.

Optandum sane, ut uniformes
7. essent per universum orbem terrarum mensuræ, quod non tantum commerciis, sed Mathematicis etiam negotiis apprime utile foret & proficuum, sed tanta ubique occurrit diversitas, ut inane prorsus sit votum & spes omnis decollet. ZIEGLER. *de jure constituendi mensuras.* §. 7.

8. Poterit tamen nihilominus quilibet Princeps in suo territorio uniforme mensuræ genus præscribere, ut vel inter cives tantum suos æqua ubique servetur admensu-
9. ratio, quod si neque hoc obtineri poterit, uti sunt, qui id minus consultum esse putant, nihilominus id merito curat & præscribit Princeps, ut justa quovis loco mensura servetur, justa statera, justum pondus, MYLER. *de Princ. & Stat. Imp. p.* 2. *cap.* 46. *n.* 34. *& seq.*
quia publice interest, ut occurra- 10.
tur vendentium fallaciis, *l.* 1. §. 2. *ff. de ædil. edict.* ideo recte Municipia quævis jus ponderandi mensuras inspiciendi, constitutam quantitatem conservandi, merces falsas eripiendi, venditoresque mulctandi, sibi vindicant, *l. jubemus. C. de defens. civit.* REINAUD *de mensur. n.* 614. *&* OBRECHT. *de jurisdict. cap.* 11. *n.* 25.

Ne ponderum & mensurarum 11.
injustitia ementes decipiantur; Textus quoque est in *l.* 1. C. *de Irenarch.* posse civitatem constituere aliquem, qui cognoscat de mensuris, & puniat false mensurantes, sicut olim Athenis fuerunt Metronomi in urbibus, quibus cura erat, ut venditores justis mensuris uterentur, KLOCK. *de ærar. lib. II. cap.* 36. *n.* 10.

Ponderum ergo inspectionem & 12.
mensurarum caute instituit Magistratus, si uno eodemque die ab incautis nihil tale metuentibus, decupis, propolis, pistoribus, laniis, mercatoribus aliisque negotiatoribus & subditis, qui ad ulnas & pondera merces suas vendunt, mensu-

suras, stateras, ulnas & pondera per certos ad id constitutos auferri ac in locum publicum affixis schedulis cum nomine possessorum comportari jubet, ut si quid in iis falsi reperiatur, pro qualitate delicti personarum & facultatum debita pœna infligatur.

13. Prout & de Principe quodam Ecclesiastico refert KLOCK. qui initio regiminis sui hoc pacto sex thalerorum Imperii millibus ærarium suum adauxerat, *de ærar. lib.*
14. *II. cap.* 36. *n.* 4. quod & institutum Magistratuum Municipalium Marchiæ Brandeburgicæ *ex Recess. Provinc. de Anno* 1538. *&* 1602. laudat. DN. STRYCK *de jure sens. dissert.* 1. *cap.* 1. *n.* 81. *cum ibi cit.* SCHEPLITZ *ad Consuet. Marchic. p.* 4. *tit.* 6. §. 5. prout jam supra *cap.* 18. *n* 45. *hujus libri*, ratione ocularis inspectionis, notatum legitur.

15. Nec vituperandum est, institutum hujus loci, ubi ex collegio pistorum quotannis ordinantur inspectores, qui pondera visitant, ut panis debitæ quantitatis & qualitatis vendatur, **daß es wohl ausgebacken/und sein Gewicht/ nach der gesetzten Froge/ halte**/qui & eum in finem peculiari juramento obstringuntur, vocantur **die Brodt-Hüter.**

16. De jure nostro, qui pondera & mensuras falsant, in insulam relegantur, *l. pen. ff. ad L. Corn. de fals. n.* 9. BALD. *cons.* 155. *vers. quæritur. lib.* I. *n.* 9. ubi docet, si quis pondera habeat majora quam est de constitutione vel bannimento, ut ille loquitur, licet non videretur puniendus, quod tamen sit suspectus, ideoque si sit bonæ famæ, debeat ei deferri juramentum provideri que, ut in futurum cesset sinistra illa suspicio, alias inquirenda omnino sit veritas. 17.

ULPIAN *in l. annonam 6. ff. de extraordin. crimin.* furtum in eo statuit, qui pondera vel majores mensuras decipiendi venditoris caula dedit, *l. si quis uxori* 53. §. *si majores. ff. de furt.* datumque condicit, *l. arbitrio* 18. §. *de eo. ff. de dol. mal.* 18.

Nihil enim agit respectu venditionis, qui mensura corrupta & falsa utitur, quia cit. PAULUS respondit *in l. Paulus respondit.* 122. *ff. de V. S.* modius iniquus modius non est, sicut falsus tutor nec tutor, nec falsum testamenium testamentum est. 19.

In Dardanarios propter falsum mensurarum modum, ob utilitatem popularis annonæ pro modo admissi, extra ordiuem vindicari placuit, *l. in Dardanarios* 37. *ff. de pœn.* 20.

Ab ædilibus curulibus ponde- 21.

 ra

dera & menſuræ falſæ frangi debebant, ante januam illius, qui illis fuerat uſus, *l. item quæritur* 14. §. *ſi quis menſuras. ff. locat.* BORELL. *de Magiſtr. edict. lib. III. cap.* 15. *n.* 23. *de quo* JUVENALIS *Sat.* 10.

Et de menſura jus dicere; vaſa minora
22. *Frangere pannoſos vacuis ædilis Ulubris.*

Ulubra erat civitas, vel vicus diſertiſſimus Italiæ, in quo nutritus eſt Cæſar Auguſtus, HORAT. *lib. I. Epiſt.* 11. Et PERSIUS *Satyr.* 1.

Fregit heminas Areti ædilis iniquas.

Erat hemina menſura, continens dimidium ſextercii è Græco ἑμιον quod eſt dimidium, unde forte noſtrum ex diminutivo Mengelein/quod eſt dimidium amphoræ; PLAUT. *in Milite.* neque equidem heminas octo expromſi in urceum.

23. Jure Canonico ſi quis juſtas menſuras & juſta pondera, cauſa lucri mutare præſumſerit 30 dies in pane & aqua pœniteat. *Cap.* 2. *x. de emt. vend.*

24. Legibus Georgicis JUSTINIANI *tit.* 7. *l.* 4. exſtat, quod diminutiores frumenti aut vini menſuras habentes, menſuram veterem & per manus à Majoribus traditam non uſurpantes, ſed turpis lucri cupiditate contra ſtatuta facientes, ut ſcelerati duris verberibus affici debebant. *Jure Carol. ordinat. crim.* *art.* 113. cautum: Welcher böß- 25.
lich und gefährlicher weiſe Maaß/ Wage / Gewicht / Specereÿ/ oder andere Kauffmannſchafft / fälſchet / und die für gerecht brauchet / und angibt / der ſol zu peinlicher Straffe angenommen / ihm das Land verbotten / oder an ſeinem Leibe als mit Ruhten ausgehauen / oder dergleichen nach Gelegenheit und Geſtalt der überführung beſtraffet werden.

In foro Saxonico juxta textum 26.
Land-Recht *art.* 13. *lib. II.* habetur: Die mag der Baumeiſter wohl richten deſſelbigen Tags zu Haut und Haar / junctis ibidem hisce: Daſſelbe Gericht gehet auch über unrechte Maaß / über falſch Gewicht / &c. CARPZ. *pr. crim. p.* 2. *quæſt.* 63. *n.* 82.

Statuto Mechlinenſi ita ſanci- 27.
tum: *Die met onrechte mate oft gewichte goet verkochte, verbeurt ſynen duym, ofte twe ponden Brabands davore, ende boven dien ſtaet noch tot arbitraele correctie van ſchepenen.* CHRISTINÆUS *ad leges Municip. Mechlin. tit.* 2. *art.* 15.

Pœna hodie moribus noſtris eſt 28.
arbitraria, MATTH. STEPH. *ad dict. art. Conſt. crim.* 113. & crimen hoc punitur ea mulcta, quam leges Municipales ſtatuerunt, CARPZOV. *pr. crim. d. quæſt.* 93. *n.* 79. ne autem per ſomnolentiam Magi-

ſtratuum, malum hoc ingraveſcat, merito in falſarios hosce graviori pœna animadvertendum, DAMHOUD. *prax. rer. criminal. cap. 123. n. 5.*

29. Jus Suevicum ita tradit: Ein Burggraff / id eſt, Burgemeiſter / ſol richten um unrechte Wage und Metzen / und um allen falſchen Kauff / wo man den befindet und über Leibnahr / id eſt, eſculenta & poculenta, SCHILTER. *ad ff. Exercit. 49. §. 135.*

30. Turcæ veræ pietatis hoſtes, in id tamen incumbunt potiſſimum, ut mercatores in ſuis negotiationibus nullas fraudes committant, aut ſi quas commiſerint, graviſſime puniantur, hinc Subaſci illorum, miniſtros ſuos ſingulis diebus per civitates, plateas, & compita diſtribuunt, obſervaturos, num fraus aliqua in contractibus vendendisque mercibus aut mancipiis committatur, perluſtrant iidem tabernas cauponasque, atque obſervant, num quæ fraus committatur à frumenti venditoribus, num menſuræ & pondera ſint juſta, ADAM. ROSCIUS *Tr. de nobilit. qu. mercat. lib. II. cap. 5. in fin.*

31. Pœna autem quocunque modo & caſu falſariis iſtis infligenda, tunc obtinet, ſi in ponderibus & menſuris deceptionis animus eſt, & qui decipitur, arbitratur, communi pondere & menſura negotiari, cæteroquin ſi convenerit de menſura, nihil intereſt qualis ea ſit, quia tunc doloſa non eſt, cum de ea placuerit. *l. Imperator. 71. ff. de contrah. empt.* Alioquin

32. ſi emtio celebrata ad certam menſuram tunc ex more regionis merces præſtandæ, juxta pondus & menſuram illius loci, ubi contractum eſt, ſine imminutione vel incremento *C. ex parte x. de cenſib.* THOLOS. *ſyntagm. jur. lib. XXXVI. cap. 1. n. 15.*

33. Si nulla in Municipio certa ſit recepta menſura, aut certum pondus, tunc in dubio ſtatur menſura aut pondere vicinorum locorum *Canoniſt. in d. C. ex parte de cenſib.* Nota enim ſunt exempla nobis, ubi ex vicinia alterius territorii, menſuris noſtræ civitatis utuntur.

34. Angliæ quidam Rex, mercatoribus brachii ſui menſura adhibita, menſurandi modum in dicto Regno ſuo propoſuit uti ex SELDENO narrat KLOCK. *de arar. lib. II. cap. 36. n. 15.*

35. Laudabilis itaque Municipiorum ad extirpandas coercendasque venditorum fraudes eſt ordinatio, quæ ponderationes omnes majores, quæ ſuam habent quantitatem definitam vult in loco publico ad id deſtinato, in der Stadt

Wage / coram præfecto ponderibus, vordem Wagemeister / fieri, pro cujus juris conservatione & in compensationem impendiorum, recte Municipia certam quotam ponderandorum, ihr Wage-Geld / accipiunt, atque ut compendium hoc in Municipiis conservetur, providendum est, ne civibus privatis competat, majores stateras domi suæ habere, ad determinatum aliquod pondus, nimirum ad conservationem reditus istius, qui ex ponderibus publicis redigitur.

36. Municipia autem sua pondera ænea, ferrea, vel lapidea, ihr Stadt-Gewichte / pro norma publica in publico loco conservare debent, *l. modios. C. de suscept. Novell.* 128. *cap.* 15.

37. Et hi prototypi ponderum & mensurarum signaculo civitatis, mit dem Stadt-Zeichen / insigniri solent.

38. Quibusdam & in civitatibus ad flumina sitis, ubi piscatura permultum exercetur & viget, certa mensura, juxta quam reticulamenta nectuntur, vulgo die Weite der Maschen / publice quoque affigitur, & ritus hic expedit, ne arctioribus retibus minutiores pisciculi capiantur, atque adeo totum genus devastetur, data unicuique licentia, dirumpendi retia quoquo modo inventa, contra mensuram istam nexa, prout & hic loci olim usitatum fuisse mihi relatum est.

Gaudent & Municipia illo jure, ut vasis, modiis aliisque mensuris rerum aridarum & liquidarum, per juratum mensorem, quem appellamus den Stadt-Fröger / characterem publicum imprimi faciant, quod vulgo eychen vocatur, quo securi redduntur homines, nihil fraudis subesse, & omnibus de justa mensura constat. AELWINGER. *Explicat. Polit. de ration. ditescend. disp.* 3. *th.* 10. 39.

Caput LXV.

DE MUNICIPIORUM JURE TALIONIS SIVE RETORSIONIS.

SUMMARIA.

1. *Talio est instar defensionis.*

2. *Talio unde dicatur?*
3. *Talionis species pignoratio.*
4. *Androlepsia apud Græcos.*
5. *Claritagio quid?*
6. Jus Marquæ *Gall. droit de la marque.*
7. *Repressaliæ unde vocatæ?*
8. *Repressaliarum descriptio.*
9. *Earum quæ sit causa, & effectus?*
10. *Repressaliis caute utendum.*
11. *Venenum repressaliarum herbis salutaribus miscendum.*
12. *Neglectus justitiæ est occasio repressaliarum.*
13. *Repressaliæ referuntur ad jura belli.*
14. *Municipes alterius ditionis quatenus detineri possint pro neglecta justitia.*
15. *Talionis vel retorsionis jura etiam competunt Municipiis.*
16. *Non autem competunt Municipiis repressaliæ.*
17. 19. *Retorsionum favor.*
18. *Repressaliarum odium.*
20. *Jus talionis seu retorsionis quando in Municipiis habeat locum?*
21. *Ejus exempla.*
22. *Exemplum quo forenses in loco aliquo pro debitis arrestantur.*
23. *Exemplum statuti Hallensis ratione utensilium.*
24. *Municipium utitur talione adversus Municipium, quod iniquam consuetudinem contra id exercuit.*
25. *Magistratus unus id jus contra alium statuit. quo ille usus.*
26. *Quomodo probari debeat civitatem contra civitatem iniqua consuetudine aut jure usam esse.*
27. *Circa hoc jus, non quid privati faciant sed quid Magistratus publica authoritate inique fecerit spectandum.*
28. *In dubio ad arbitrium Magistratus deferendum, an hoc jure talionis procedendum.*
29. *Magistratus si antea semel contra Magistratum retorsione usus fuerit, in posterum eodem jure semper quis uti poterit, excluso arbitrio Magistratus.*
30. *Quando retorsio competat in Magistratum, non in personas singulas de universitate?*
31. *Hoc non procedit in facto Magistratus iniquo.*

32. *In statuto iniquo obtinet retorsio non in sententia iniqua.*
33. *Sententia iniquissima regulariter transit in rem judicatam, si appellatum non sit.*
34. *Albinagii jus Gallorum.*
35. *Æquissimum esset ut talionis jus ob hoc contra Gallos usurparetur.*
36. *Jure retorsionis merito Angli excluduntur ab hæreditate collateralium, in nostris terris.*
37. *Eodem jure Saxonibus in Bohemia non solent deferri hæreditates.*
38. *Jus retorsionis & competit contra Municipia unius provinciæ.*
39. *In Imperio Rom. Germ. degentes, omnes sunt cives & incolæ.*
40. *Jus talionis inventum ad inducendam æqualitatem.*
41. *Etiam in una civitate contra incolas diversæ jurisdictionis talionis jus obtinet.*
42. *Repressaliæ* rechtliche Hemmungen / *an æquitati conveniant?*

1. Talio est instar defensionis, quæ nunquam habet locum, nisi præcesserit offensio, *arg. l. 44. sub fin. ff. de pact. l. 59. ff. de administrat. tutor.*

2. Talionem quidam dici volunt à retaliando, & relatione tali; vel tali retributione, cum tale patimur, quale fecimus; Et lex talionis est lex paris vindictæ; Talio ergo recompensatio dicitur, Gell. *lib. XX. cap.* 1. & nominis hujus significatio generalis est. Species affines sunt:

3. (1.) Pignoratio, quando quis satisfactionem ipse petit, ob turbatam jurisdictionem, vel possessionem dico ipse, id est, sine interventu judicis propria auctoritate, Col. *de Proc. Exec. p.* 1. *C. 2.*
4. *n. 269.*

(2.) Jus pignorandi homines Græcis dicitur *Androlepsia*, quæ apud eos usurpabatur, perpetrata in civitate aliqua cæde, cujus auctor non extradebatur, & in quam refugerat vel ubi erat. Tunc licebat, ex ejus civitatis civibus tres capere, quousque reum redderent. Androlepsia hæc propria fiebat auctoritate, eorum puta, qui ultionem necis postulabant, Budæus *in l. aut facta.* §. *eventus de pœn.* Gail. *cap. 2. de pignor. in fin.* Steph. *de jurisdict. Græc. cap. 9.* Covarruv. *in Cap. peccatum, part. 2. Cap. 25. n. 4.* 5.

(3.) Clarigatio; Clarigare olim erat idem, quod res raptas clara voce, cum patre patrato (quem *Galli Heros d' armes* dicunt) repetere, ad quod olim Feciales mitti solebant. Heig. *p. 1. qu. 12. n. 12.* Cujac. *in l. un. C. ut nullus ex vi-*

6. *caneis. pro alior. vic. deb. ten lib. XI.*
clarigationem vocat jus *Mar-*
quæ, vel Gallicé *Droit de la Mar-*
que, quando Legati in civitatem
illam, quæ nocuit, injiciebant si-
gnum, quo denotabant, tentanda
hostilia, donec satisfiat, THOLOS.
7. *Syntagm. lib. XXXVIII. cap. 7. n. 5.*
(4.) Repressaliæ, dictæ à repre-
hendendo, quasi reprensaliæ, non
autem à repræsentando, ut pla-
cet COLER. *d. loc. p. 1. C. 2. n. 296.*
quasi diceremus **Wieder-Nahme.**
Repressalias à Clarigatione usum
8. suum duxisse putat HEIG. & THO-
LOSAN. *cit.* quia etiam fiunt aucto-
ritate publica, & quidem eo ca-
su, quando in alieno territorio in-
justitia commissa est, & ii, qui ibi
imperant, de jure reddundo inter-
pellati, statuere nolunt; Quo li-
cet res eorum capere & retinere,
donec damnum resarcitum sit,
9. GUID. PAP. *quæst. 32. n. 2.*

Causa justa & legitima cense-
tur esse, si dominus vel Princeps
loci requisitus, justitiam facere de-
negaverit vel neglexerit, BART. *de*
repressal. quæst. 1. in princ. & capi
non solum possunt subditi istius
Domini, sed & bellum indici po-
test contra totam terram & omnes
gentes eorumque bona, quæ isti
imperio subsunt.

An causa hæc sit legitima, ut
cives alieni territorii innocentes
pro aliorum noxa detineri & ve-
xari possint, discutere, nostri non
est instituti.

In eo tamen conveniunt inter- 10.
pretes, non promiscue, sed cau-
te repressaliis utendum, quia per se
illicitæ sunt, hinc velut venenum
in Republica concedendæ, & quem-
admodum venenum medicamen-
tis quibusdam admixtum, bonum
& salutare, *l. 3. §. 2. ff. ad l. Corn.*
de sicar. Sic etiamsi membrum ali- 11.
quod Reipublicæ ægrotet, hoc est,
suum ab exteris non possit con-
sequi, tunc bonus Magistratus,
Medici probi sustinens officium,
admixtis herbis salutaribus, hoc
repressaliarum veneno vitam &
sanguinem ægroto suo restituere
poterit & debebit, LINNÆUS *de*
jure publ. lib. VIII. cap. 9. n. 26.

Hoc saltem Municipali mate- 12.
riæ inservit, quod, licet finaliter
repressaliæ concedantur, ne pereat
justitia, occasionaliter hoc vero
fit, propter neglectum justitiæ, in-
surgentem ex defectu, vel negli-
gentia regentium, MARTIN. LAU-
DENS. *Tract. de repressal. n. 7.*

Competit ergo repressaliarum 13.
jus jure belli, & quidem justi, ne
justitia pereat, GROT. *de jure belli*
& pac. lib. III. cap. 2. §. 4. hinc
eæ saltem concedi possunt ab illo,
qui jura belli habet, & Superio-
rem non recognoscit, ut qui solus
bellum indicendi jus habet, *l. ho-*
stes.

ftes. ff. de captiv. C. ficut x. de injur.

14. Et quamvis dici poſſit, non convenire, ut regnicolæ vel Municipes alterius ditionis detineantur, vel in eos agatur pro neglectu juſtitiæ; Hoc tamen ita obtinet, intuitu ſingularis perſonæ, ex cujus dolo alii teneri non debent. Interim tamen teneutur, ſi quid ex dolo ejus, qui eos adminiſtrat, pervenit, *l. ſed ex dolo 16. §. 1. ff. de dolo.* quia videntur tatum habere, niſi reddant, *l. 1. §. dejeciſſe ff. de vi & vi armat.*

15. Jam ſatis patet, civitatem Municipalem repreſſaliarum jura ſibi uſurpare neutiquam poſſe; Talionis vel retorſionis jura tamen ipſi non deneganda, quia hæc ſunt defenſionis ſpecies, Magiſtratibus pro tuitione ſubjectorum & æquabili juſtitiæ adminiſtratione permiſſa,

16. Repreſſaliæ ergo fiunt; ob aliorum noxam & injuriam, cum prætenſione perſonarum vel re-

17. rum innocentium; Retorſiones autem nituntur & exercentur favore defenſionis, & duplicem habent rationem introductionis, æquitatem & æqualitatem, quibus jura mundi nihil magis favore dignantur, Mev. *part. 2. deciſ. 59.*

18. *n. 6. in not.* Repreſſaliæ vero ideo odioſæ ſunt, quia bellicæ invaſionis ſpeciem gerunt, retorſiones primam æquitatis regulam ſequuntur, *l. 1. & tot. tit. ff. quod quisque jur. in alt.* in quo ratio & anima hujus juris conſiſtit.

Num quæ cives civitatis ſuæ patiuntur ut juſta, illa etiam alienæ civitatis civibus pariter exhibere non iniquum erit. 19.

Verum nec hoc indifferenter habet locum, ſed illi tantummodo civitati vel Municipio imponitur, 20. quod antea inæqualitatem contra ipſam civitatem jure pariationis uti valentem exercuit, exemplum ejus ponitur a Carpz. *part. 3. Conſt. 38. defin. 8.* in illo, ſi qua ſit civi- 21. tas quæ hereditates legata & fideicommiſſa vel omnino non, vel niſi certa quapiam re detracta, vel etiam geradam & res expeditorias extra portas & muros ſuos ad alia loca transferri quidem non patitur, attamen hoc jus non indifferenter adverſus civitates omnes exercuerit, hæ civitates, contra quas jus hoc exercitum non eſt, talionem contra illam civitatem cum aliis prætendere non poſſunt, non obſtante, quod illa civitas contra alias civitates tali jure fuerit uſa, ubi id præjudiciis diverſis confirmatur,

Aliud addit exemplum Sande 22. ex Zasio *ad dict. tit.* Mos, inquit, eſt apud Friburgenſes approbatus,

quod

quod forenses pro debitis capiantur ? quærit Auctor ille: Quid si Friburgenses ergo veniant ad alium locum, certe in casu pari patientur retorsionem. Hisce motus (addit) Senatus noster decrevit, Frisios eodem arresti jure in posterum uti posse adversus subditos istarum nationum, apud quas arresti usus est adversus extraneos; Quæ definitio valde notanda est, quia usu venire potest & in aliis, quæ à vicinis nostris statuta sunt, in odium vel præjudicium extraneorum, *lib. 1. tit. 17.decis. Fris. defin. 3. in fin.*

23. Aliud exemplum habet THOMINGIUS *in defin. 26.* statuto Hallensi disponitur, uxore prædefuncta, superstite marito, ad proximum cognatum non omnia utensilia, sed certas res eorum nomine pertinere debere. Quæritur, an mulier illius civitatis, cognatæ alibi defunctæ succedens, omnia utensilia, secundum dispositionem juris Saxonici eo loci vigentis percipere possint, an vero retorsionis jure iis rebus, quas ut dictum est, statutum Hallense concedit, contenta esse cogatur ? Et pro affirmativa posterioris membri concludit *ibid. n. 8.*

24. Licet itaque Mnnicipio talione uti adversus Municipium, quod contra illud iniquam consuetudinem exercuit.

Unus enim Magistratus semper fere id jus statuere contra alterum Magistratum solet, quo hic & Magistratus contra priorem illum subditosque ejus usus est, ut docet ERNESTUS COTHMANN. *in cons. 45. n. 98. & PRÜCKM. consil. 31. n. 6. vol. 1.* 25

Cum autem hoc non præsumatur, nisi specifice probetur, propterea, quod civitas contra civitatem tali jure usa sit legitime probari debet, idque ex libris publicis protocollo civitatis aliisque documentis fidei publicæ CARPZOV. *p. 5. dict. const. 38. defin. 9.* quam tali concludit præjudicio, da aber nicht dargethan noch erwiesen werden möchte / daß bemeldter Raht sich dergleichen Rechtens gegen die Einwohner zu Pansa/insonderheit jemahlen gebrauchet/ oder die gerade dahin abfolgen zu lassen sich geweigert hätte/so würde &c. und hätte nach Gelegenheit disfalls das Jus retorsionis nicht Stadt. V.R.W. 26.

Hoc jus talionis non à civibus, vel quod incolæ seu personæ privatæ inæqualitatem antea exercuerunt, sed id à Magistratu & authoritate publica factitatum esse oportet, *Juris Saxon. Constit. 38. §.* Dieweil sich aber. *vers.* So ist auch in den Schöppen-Stühlen bis anher nicht unbillig erkannt 27.

werden / daß nicht die Privat Persohnen / sondern die Obrigkeit solch Jus retorsionis zu exerciren / und vergwirenden haben sol. ubi MÖLLER. *n.* 7. RAUCHBAR. *part.* 2. *quæst.* 19. *n.* 8. GOLTB. *de gerad. cap.* 9. *n.* 53. THOMING, *decis.* 26. *n.* 56.

28. Adeoque si casus ejusmodi contingat, quo de jure talionis hoc disceptatur, res ad Magistratum deferenda, qui arbitretur, an jus hoc talionis sive retorsionis exarcendum sit contra gravantem ci-
29. vitatem, nec ne?. Si autem antea semel Magistratus contra aliquam civitatem jure retorsionis usus fuerit, tunc imposterum semper idem jus contra illam civitatem ejusque cives exercendum est, excluso ulteriori Magistratus arbitrio, BERLICH. *part.* 3. *concl.* 51. CARPZOV. *d. Constit. def* 10.

30. Quod si Magistratus alicujus loci iniquum quid statuat, per dolum apertum vel præsumtum, tunc ipsi statuentes, ut sunt Decuriones, Senatores & Administratores civitatis & oppidorum pari jure uti cogentur, atque in eos licita est retorsio, non autem in singulas personas populi, universitas enim est alia persona, quam subditi in universitate, *l. sed & si hac lege.* §. *qui manumittitur ff. de in jus*
31. *vocando.* Hoc autem non procedit in alio iniquo facto Magistratuum, veluti siquis injuste vel duriuscule carceri fuit emancipatus, eo casu non licitum est, injuste incarcerato, pari modo retorquere in Magistratum, ut ipsum alibi inventum carcere detinere possit, sed Magistratus desuper conveniendus est actione injuriarum, *l. injuriarum æstimatio. ff. de injur.* BALD. *in rubr. C. de pœn. jud. qui male judic.*

Et ita superius intelligendum, 32
si Magistratus per statutum iniquum vel gravans in præjudicium alterius, ubi statutum tale non invaluit, aliquid disposuit, si quid autem statuat per modum sententiæ in judicialibus, tunc sententia, licet iniqua, locum non dat retorsionibus, nam omnis sententia, 33
licet iniquissima, tamen transit in rem judicatam, si non appelletur, nisi in casibus aliquibus post BALD. *in l. un.* §. *sed si in medio. C. de caduc.* ZAS. *ad l. hoc edictum. n.* 5. *& 8. ff. quod quisque jur. in al. stat.*

Ex quo est, quod de Gallorum 34
jure Albinagii, quod hereditates peregrinorum in universum in Fiscum transfert (de quo videre est apud FRID. *de Clapperiis. decis. caus.* 1. *quæst. unic. part.* 4. *caus.* 2. *qu.* 1. *part.* 14. MAGER. *de advocatia. arm. cap.* 15. *n.* 136. BESOLD. *de jur. Majest. Polit. cap.* 7. *n.* 6. *& de jure civium. cap.* 4. *n.* 2.) tradunt

35. dunt Dd. æquissimum esse, ut talionis jus erga ejusmodi populos usurpetur, und daß man auch die Ihrige nicht erben liesse. SCHULTES. *quæst. pract.* HARTM. PISTOR. *Observ.* 45. LOUYS SERVIN' *des playdoyèz tom.* 2. *fol.* 281. BESOLD.
36. *th. pract. lit. A. n.* 14. Sic etiam in Anglia advenis non defertur successio in hereditate collateralium, unde pariter non iniquum sed æquissimum est, ut illi in nostris terris ab ista successione excludantur, per ea, quæ tradit SCHULT. *p.* 1. *quæst.* 6.

37. Pari ratione in provinciis Saxonicis, Bohemi adspirare non possunt ad hereditates sibi delatas, quod efficit, ut jure hoc retorsionis ex Bohemia quoque non soleant Saxonibus deferri hereditates, TOMING. *d. decis.* 26. *n.* 6.

38. Ne quis autem putet, jus hoc uti odiosum saltem ad extera loca restringendum esse, cum & indubie contra civitates & Municipia unius provinciæ rectissime exerceatur, prout teste experientia edoctus testatur CARPZOV. *d. p.* 3. *Const.* 38. *defin.* 3. *n.* 6. addendo ibi *n.* 8.

39. Si contrarium doceremus, vix unquam in Imperio Romano Germanico retorsioni seu talioni locus dabitur, cum omnes homines Imperio subjecti, licet sub curiis diversis, diversisque in provinciis degant, pro civibus Romanis & incolis habeantur, *l. in orbe Romano* 17. *ff. de stat. hom.* COLER. *de process. execut. p.* 3. *cap.* 7. *n.* 32. Nemo autem hoc jus in Imperio Romano non obtinere, asserere ausus est TOMING. *d. loc. n.* 1.

Nec putandum, incolis ejusdem provinciæ hoc jure injuriam inferri, quia potius jus talionis & retorsionis hoc ad corrigendam injuriam & iniquitatem, inæquabilemque successionis proportionem inducendam inventum fuit, TOMING. *decis. cit. n.* 16. 40.

Imo quod magis est, in una eademque civitate contra incolas diversis curiis atque jurisdictionibus subjectos retorsionem exerceri, non semel se observasse tradit CARPZOV. *cit. defin.* 3. *n.* 12. nec contra juris rationem, ut quæ æquabilitatem successionis non minus inter ejusdem civitatis incolas, quam diversarum provinciarum homines attendi jubet, propter generalitatem textus *in l.* 1. *ff. quod quisque jur. in al.* 41.

An autem ejusmodi repressaliæ, rechtliche Hemmungen / Oder Aufhaltungen / æquitati conveniant, *vide tractantem* DN. JOHANN. SPRENGER. *in Synopsi jurispubl. moderni imp. pag.* 117. Justitiam autem retorsionis seu talionis, de qua hic egimus, in confesso esse, satis ex prædeductis liquet. 42.

Caput LXVI,

DE MUNICIPIORUM JURE MONOPOLII.

SUMMARIA.

1. *Monopolia sunt illicita regulariter.*
2. *Monopolium, unde dicatur?*
3. *Ejus descriptio.*
4. *Monopoliorum prohibitio consistit in libertatis commerciorum favore.*
5. *Mercimoniis Rempublicam sublevantes non sunt restringendi.*
6. *Propolii odium,* Vorkauff / Aufkauff
7. *Quædam monopolia sunt furta publica.*
8. *Constitutiones Imperii in odium propoliorum.*
9. *Causa movens prohibitionis istius.*
10. *Commerciorum libertas non debet vergere in publicum detrimentum.*
11. *Magistratus potest nocitura limitare.*
12. *Magistratus non potest libera commercia prohibere, sed moderari.*
13. *Differentia inter commercium & mercaturam.*
14 *Differentia inter usum commerciorum & cultum pro arte.*
15. *Quo sensu Monopolia habeantur pro improbis?*
16. *Rationabilis causa permittendi monopolium in civitate.*
17. *Ratione novi & insoliti commercii & opificii potest in civitate introduci monopolium.*
18. *Fundamentum monopolii, quod Magistratus pro utilitate publica sibi tribuit.*
19. *Monopolia alia sunt privata alia publica.*
20. *Civitates & in ea certi mercatores certarum rerum commercium exercere possunt bono publico.*
21. *Hugonis Grotii sententia de monopolii jure.*
22. *Prudentis est, in parvis à justitia abire, ut in magnis salva sit.*
23. *Quo jure Municipium exercere possit monopolium?*
24. *Cives subjici possunt aliquali gravamini sed moderato.*
25. *Justitia monopolii civitatum ex Aristotele.*
26. *Exercitium mercaturæ civitaticæ non est sordidum.*
27. 28. 29. *Exempla Regum & Principum mercaturam exercentium.*

30.

30. *Certis civitatibus jus monopolij à Principibus concessum.*
31. *Monopolium cerevisiæ.*
32. *Monopolia balneorum, molendinorum, &c.*
33. *Monopolium civitatum. coquendi sachari.*
34. *Monopolium coquendæ polentæ,* das Maltz-machen.
35. *Germania & Italia monopoliis plenissima.*
36. *Potior civium est causa præ extraneis tam in emendo, quam vendendo.*
47. *An cives cogendi. ne alibi molant, uam in mola civitatis?*
38. *Vicini quorum reditus hac restrictione impediuntur, legem hanc impugnare possunt.*
39. 41. *Quænam in Municipiis monopolia statuto vel præscriptione possint induci?*
40. *Contra utilitatem publicam non valet præscriptio.*
42. *Præscriptionis efficacia.*
43. *Monopolia civitatis ipse Magistratus exercere, non privatis concedere debet.*
44. *Monopolium ne sit civibus grave.*
40. *Cessante causa monopolii ipsum cessare debet monopolium.*
46. *Valetudine constituta cessare debent pharmaca.*
47. *Non omnis commerciorum restrictio infert monopolium.*
48. *Intentio salutis publicæ pro privilegio Principis est.*

1. In monopoliorum materia nihil tutius & vulgatius est, quam illud, ex rescripto Imperatoris *l. un. C. de monopol.* illa esse
2. prohibita & illicita. Dicitur autem monopolium à *μόνος, solus,* & *πολέω, vendo,* & est quasi *soli venditio*, quod describi potest, com-
3. mercium emendi, vendendi, permutandi à paucis, vel uno etiam usurpatum, reliquis civibus præreptum, quo pretia augentur cum lucro negotiationis, & reliquorum, sicut patet ex contentis, *d. l. un. ibique* SICHARD. SURD. *Consil.* 321. *n.* 24.

Monopolii regularis prohibitio consistit primo in libertate commerciorum, jure gentium licitæ, 4.
per *l.* 3. *ff. de J. & J.* scilicet commercia rerum ob universalem societatis humanæ utilitatem, & indigentiæ expletionem sunt introducta à variis gentibus, deinde omnibus retro seculis libere exercita & frequentata, quorum utilitates non unas jam dudum docuit, rerum magistra experientia. Non 5.

ergo restringenda & coercenda sed potius præmiis remuneranda sunt pericula eorum, qui mercimoniis Rempublicam sublevant, & ideo tales non immerito Reipublicæ causâ abesse dicuntur à CALLISTRATO *l. semper. 5. §. 3. ff. de jur. immunit.*

6. Altera prohibitionis ratio consistit in propolii odio, Germanice, Vorkauff / Auffkauff / quando privati, qui pecuniis alios vincunt: alios præveniunt, alios exaucto rerum pretio deterrent, ac soli emunt omnia, quæ deinceps pro suo lubitu soli vendunt, quam maximo pretio, ut ait BOTER. *de Illustr. stat. cap. 14.* juxta illud: Durch Vorkauff und Auffkauff / Böser Müntze freyen Lauff / Wird der Arm gefressen auf.

7. Quæ Monopolia publica vocat furta, publicæ societatis disturbationes & turpitudinis communiones, quibus nihil deterius in commerciis accidere potest, THOLOS. *de Republ. libr IV. cap. 7. n. 11.*

8. Unde & Constitutiones Imperii monopoliis pessulum objicientes, hujus speciei semper mentionem faciunt, sic *R. J. de Anno* 1512. §. Und nachdem. &c. cautum. Die allerley Waare und Kauffmanns-Güter in ihre Hände und Gewalt allein zu bringen sich unterstehen / Fürkauff damit zu treiben / setzen und machen ihnen zum Vortheil solcher Güter den Wehrt selbsten ihres Gefallens / &c. Et *R. J. de Anno* 1548. *tit.* die *monopolia.* und schädliche Fürkauff klagend. Ibi: ubi vocantur betrügliche / gefährliche und ungebührliche Fürkauff. Causa prohibitionis est damnum Reipublicæ, 9.
unde notanter in istis Imperii Constitutionibus semper additur, dem H. Reich und allen Ständen zum mercklichen Schaden.

Ratio itaque odii & prohibitionis pronopolii huc recidit, quod 10.
commercia quidem sint libera & omni modo promovenda, COLER. *processs. execut. p. 1 cap. 10. n. 68.* Interim tamen non negandum, esse sub directione Magistratus, & sub ejus contineri moderamine, ut publice & privatim ea conducent. Hinc Magistratus potest nocitura 11.
limitare & tollere, ob potestatem bono publico providendi à majore sibi concreditam.

12. Non potest prohibere Magistratus, quæ Jure gentium libera & permissa sunt, ut sunt commercia, non autem dempta est illi facultas ea moderandi. Deinde distinguendum est, inter commercium & 13.
mercaturam; Commercium est liberrimæ naturæ, hæc autem est artis genus, in toto orbe suis limitibus inclusa & restricta; Ordi-

dinatio de mercatura instituenda
non tollit commerciorum liberta-
tem , quæ vult & permittit, ut
ea omnes fruantur, non autem ut
omnes possint esse mercatores,sine
omni restrictione, id est, pro lu-
bitu vendere quæ quis velit, lucri
sui causa.
14. Tertio distinguendum inter
usum commerciorum, qui singu-
lis patere debet & inter cultum
pro arte & lucro, qui saltem de-
bet esse mercatorum atque restri-
15. ctus juxta mores & leges civitatis;
Quatenus jam commerciorum li-
bertas restringitur, monopolia ha-
bentur pro improbis, & per man-
data sine clausula coercendis, po-
test autem intervenire rationabilis
causa permittendi monopolium
16. certi generis, v. gr. promiscua vendi-
tio certarum mercium in civitate,
efficit ob defectum spei lucrandi,
quod nemo illi commercio studere
cupiat, adeoque Magistratus recte
uni & alteri civium concedit privi-
legium pro adducendis istis mer-
cibus. Denique si novum & in-
17. solitum genus commercii vel opi-
ficii introducitur in civitatem ali-
quam, quo in illam non levia im-
pendia derivantur, & in usum de-
ducuntur, ibi iniquum non est, ut
in redhostimentum studii curæ &
impensæ, prærogativa quædam
concedatur. Ergo & eo casu con-
suetudo privilegia & monopolia[a]
approbat & observat.
Cum jam in genere de justitia 18.
monopolii, certo tamen modo
restricti, limitati ac in usum publi-
cum vergentis, constet, & regula
illa de non permittendo monopolio
suas habeat exceptiones, quoties
concessio ejus non est injusta. KEL-
LER. *de offic. jurid. polit. l* 16. II. *cap.*
18. LATHER. *de censib. lib. II.*
cap. 14. *n.* 8. sic etiam Magistratui
nihil quicquam imputandum, si
quid peculiaris commercii pro
commodo publico sibi tribuat.
MEV. *ad jus Lubec. lib. III. tit. 6.*
artic. 12. *in addit. ad n. 2.*
Ergo non unius generis sunt 19.
monopolia, alia privata & illicita,
alia publica licita, & ad usum pu-
blicum destinata sunt; *Illa* certo-
rum mercatorum promovent com-
modum privatum , bonum vero
publicum intercipiunt. Sed *hæ*
commodum tribuunt Reipublicæ,
illamque non lædunt , SCACC. *de*
commerc. & camb. p. 3. §. 1. *qu.* 7.
lim. 10. *n.* 15. MARQUARD. *d. Tract.*
de jur. mercat. lib. IV. cap. 7. *n.* 2.
Addens ibi, quod eo casu ex 20.
probatiorum Politicorum opinio-
ne, non solum civitates, vel ipse
Princeps, sed & consensu Magi-
stratus, pauci privati mercatores
certarum mercium negotium ad se
trahere , & hoc ipso Rempubli-
cam

licam laborantem juvare non pro-
21. hibentur. Recte itaque HUGO GROTIUS nominis sui vir, ait: Monopolia non omnia cum jure naturæ pugnant, nam possunt interdum à summa potestate permitti, justa de causa & pretio constituto, *lib. II. de Jure belli & pac. cap.* 12. *n.* 16. nam sicut non omne lignum ad eandem regulam, sic non omne tempus ad eandem legem formatur, ut ex MEV. ait FRITSCHIUS *de monopol. cap.* 10. *n.* 4.

22. Et præstat, temporis cum usu habere rationem, quam legum, adversus indomitam vim invalidarum, cum Reipublicæ pernicie. PLATO *in præcept. gen. Reip.* dicit: Necessarium est viro prudenti in parvis à justitia abire, qui in magnis eam salvam velit.

23. De hisce monopoliis Municipiorum pro instituti modulo sermo hoc capite erit, quæ civitas vel permissione Superioris, vel præscriptione immemoriali acquirit, eorumque exercitium hisce generalibus causis nititur: (1.) Reipublicæ necessitate. (2.) Utilitate, & (3.) Æquitate. Necessitas multa sæpe extorquet, quæ in statu tranquillo essent illicita.

24. Quemadmodum enim Princeps vel etiam Magistratus inferior à Subditis & civibus exigere potest, ut contribuant ad subveniendum publicæ necessitati, ita subjicere illos potest aliquali gravamini, modo tamen moderatum sit, & cum minori ipsorum molestia ac detrimento exerceatur. FRITSCH. *d. Tr. cap.* 10. *n.* 27. Consentiunt BESOLD. *de arar. cap.* 3. *n.* 6. & *& Polit. lib. II. cap.* 4. §. 12. ALTHUS. *Polit. cap.* 17. *n* 23. BORNIT. *de ærar. lib. II. cap.* 1. BOTERUS *de illustr. stat lib.* I. *cap.* 14. SCACC. *d. tract. de commerc.* §. 1. *qu.* 7. *p.* 3. *lim.* 10. *n.* 18. BORELL *de Magistr. edict. lib.* III. *cap* 8. *n.* 23. PEREZ *ad d. tit. C. de monop. n.* 3. CARPZ. *decis.* 4. *n.* 7. STRUV. *exercit. ff.* 23. *tit.* 69. MEV. *p.* 3. *decis.* 70. *n.* 5. *& seqq.* BRUNN. *in d. l. un.* C. *de monop.* MOLIN. *de J. & J. disp.* 345. *n.* 3.

De civitatibus jure monopolii 25.
gaudentibus ita habet ARIST. I *Pol. Cap.* 11. nonnullæ civitates hanc sibi viam ad pecuniam parandam, cum ejus indigent, muniunt; Assequuntur enim, ut singularem rerum vendendarum facultatem solæ habeant, utile est autem, hoc cognoscere civitatum Rectoribus. Multum enim civitatibus opus est pecuniæ faciendæ ratione, &c.

Nec est, quod nos moveat il- 26.
lud CAROLI MOLINÆI, dum *in Tract. de usur. n.* 533. putat, civitatibus illud munus esse sordidum & illiberale, & quasi is prætextus sit

sit ad subjiciendam plebem servituti, potius cum præcit. multis Auctoribus statuimus, mercaturam rem esse indifferentem, in qua Magistratus vel vetando vel permittendo suam pro commodo Reipublicæ potest interponere auctoritatem, SALMAS. *de fœn. Trapez. p. 236.*

27. Exstant exempla Regum & Principum licita hæc monopolia exercentium, sic Rudolphus Bohemiæ Rex inopiam ærarii negotiatione vini, salis, hordei, tritici, sublevavit, & debita prædecessorum dissolvit, DUBRAV. *lib. XIX. Constit. Bohemic.*

28. Rex Galliæ monopolium exercet salis in horrea regia reconditi, pœna capitis in eos sancita, qui aliunde quam ex iis emerint,
29. THUAN. *lib. V. Histor.* sic legimus Principes officinas ferri & cupri, Eysen- und Kupffer-Hammer certis personis permittere, si scilicet sumptus permagnos in eas impendi oporteat, accedente lignorum penuria, apud CARPZOV *decis. 4. n. 12. ubi in fin. allegat Scabinens. Lipsiens. prajudicium de Anno 1643.*

30. Pari modo de monopoliis in Italiæ civitatibus licitis testatur STRACCH. *de mercat. p. 4.* ac privilegii loco iis cedi à Principibus solere jus œnopolii sive vini vendendi, Wein-Schanck/ de quo in *Cap. subseq.* exoticæ cerevisiæ, frembd Bier einzulegen. Item salis, lupuli, &c. Uratislaviæ in Silesia privilegio & consuetudine sibi solus Senatus jus emendi vendendique lupuli vendicat, quod cæteris omnibus sub pœna gravi interdictum, FAUST. *consi. proærar. 9. ordin.* 774. Nec novum est, 31.
quod statuto & indulgentia Principis id privilegii Municipiis detur, ne ad certum oppidi districtum in pagis coquere aut vendere cerevisiam liceat, quod jus omnibus fere Germaniæ urbibus & oppidis, imprimis vero provinciis Saxonicis dicit familiarissimum. CARPZ. *d. decis. 4. n* 11. ut & multis in Germaniæ locis reperiuntur ædificia publica cerevisiæ coquendæ, des Rahts gemeine Brau-Häuser/ desuper vide plura *infra lib.* III. *cap. 27.* Referuntur 32.
& eo balnea publica certo pretio locari solita, offene gemeine Bad-stuben / molendina publica, Zwang-Mühlen/ &c.

33. In Republica Lubecensi mercatoribus ob rationes utilitatis publicæ, jus coquendi sachari & salis ad certum tempus speciali privilegio concessum meminit MARQUARD *d. Tr. lib. IV. cap. 7. n. 26.*

34. Civitati Königsser/ Comitatus Schwarzenburgici monopolium polentæ conficiendæ, das Maltz-

machen / intra certum districtum nomine privilegii est concessum, FRITSCH. *d. Tr. de monop. Cap.* 10. *n. 78.*

35. SICHARD. *ad d. l. un. h. t.* totam Italiam & Germaniam monopoliis plenissimam esse dicit, non quidem quoad rationem legis prohibitivam, sed respectu meritorum, privilegii, statuti, seu inveteratæ

36. consuetudinis. Præterea ad licita monopolia refertur, cum Magistratus vel ex privilegio vel ex observantia inveterata, seu statuto, civium suorum causam potiorem, quam extraneorum ducit, tam in vendendo quam in emendo ne subditi egeant. MENOCH. *consil.* 1061. *n.* 20. SURD. *cons.* 210. STEPH. *de jurisd. lib.* I. *cap.* 33. *n.* 73.

37. Quæritur, an Magistratus Municipalis pro conservando & sustinendo monopolio possit cives cogere, e. gr. si plures sint molæ, ne alibi molant, quam in molendino civitatis, Stadts-Mühle/ vel ne alibi emant? & dicendum, mandatis hujusmodi, ut morem gerant, nisi prohibitioni olim factæ per triginta annos acquieverint, cives compelli non posse, WESEMB. *cons.* 67. *n.* 29. COVARRUV. *in C. possessor.* 2. *part.* §. 4. *n.* 6. CLARUS §. *feudum. qu.* 30. CRAVETT. *de antiqu. temp.* 4. §. *circa præmissa in princip. & consil.* 111. *n.* 22. actus enim hi ut meræ facultatis, nec possessionem, nec præscriptionem requirunt, *l.* 88. §. 5. *de leg.* 2. *l.* 2. §. 1. & *l.* 13. *ff. de precar.* MENOCH. *A. J. Q. lib. II. cent.* 2. *cas.* 160. & *præsumt. lib.* I. *quæst.* 29. unde si 38
tam iniqua & naturali libertati contraria lex imponatur, vicini, quorum molendinis reditus pro molitura subtrahuntur, ejus impugnandæ jus habent. COVARRUV. *d. loc.* §. 4. *n.* 6. & 7. BOER. *decis.* 125. *n.* 4. RAUCHBAR. *p.* 1. *quæst.* 27.

Quæritur & an in Municipiis monopolia statuto vel præscriptio- 3
ne possint induci? & quidem si monopolii genus in priori significatu sumamus indubium est illud ob generalis legis prohibitionem acquisitioni non subjacere, ac tam odiosum esse, ut nec à summo Principe concedi possit KOPPEN. *Observ. feud. cap.* 8. *n.* 26. Jus pu- 4
blicum semper interpellat contra eos, ideoque nunquam præscribi sinit, & præscriptio contra utilitatem publicam nihil operatur, PANORM. *in C. exstirpandæ.* §. *qui vero. n.* 27. *x. de præbend.* MEV. *p.* 8. *decis.* 267. *n.* 5. & 7. De 4
cæteris vero monopoliis quæ iniquitate non laborant, quæ in multis, uti dictum, Municipiis, pro commodo & sustentando Reipubli-

licæ ærario vigent, quæ nec commerciorum libertatem constringunt, nullamque rei annonariæ caritatem introducunt, FAUST. *cons. pro ærar. class.* 3. *cons.* 26. secus dicendum. Nam quia ejusmodi sunt quæsibilia privilegio, etiam quæsibilia sunt præscriptione, PIST. *cons.* 4. *n.* 39. *vol.* 1. SCHRAD. *de feudi part.* 10. *n.* 238. KNICH. *de Saxon. non provoc. verb. jus. C.* 1.
42. *n.* 12. Imo talis præscriptio, uti sæpe dictum, præstantior & longe firmior est privilegio, CRAVETTA *de Ant. temp. p.* 1. *v.* 1. *n.* 40. MOLIN. *de majorat. disp.* 584. *n.* 3. habet vim Constitutionis Imperialis, SCHURFF. *cons.* 45. *n.* 4. *cent.* 3. legique resistenti derogat, ac pro indubitabili veritate habetur, VASQ. *controv. us. freq. cap.* 3. *n.* 14. MASCARD. *concl.* 1214, *n.* 81.

43. Cautelæ loco pro Magistratu Municipali in hac monopolii materia addendum, (1.) ut illa ipse exerceat, nec aliis iterum, præsertim ditioribus, sub specie privilegii concedat, quia rationes & ordines singulorum cum publicis non confundendæ, neve privatus in leges impingat, cum pro Magistratu melior stet præsumptio, FRITSCH *cit. Tract. de monop. cap.* 10. *n.* 35. *& seqq.*

44. (2.) Ne monopolium subditis & civibus sit grave & intolerabile, sed moderatum & cum minori molestia conjunctum, atque ita exerceatur, ut quilibet videat, magis per illud quæri Reipublicæ & civium salutem, quam ut ærarium civitatis repleatur, sic enim cessabunt querulæ plebis voces, & præscindetur omnis murmurandi occasio.

(3.) Si forte pro levamine civitatis à Principe concessum est 45.
monopolii jus, tanquam subsidium extraordinarium, cavendum est Magistratui, ne in ordinarium degeneret, nam cessante causa monopolii, ipsum quoque remedium cessare debet. Ut enim restituta 46.
corporis valetudine, Medici periculosis abstinent pharmacis, ita & Magistratus ab odiosis remediis, MARQUARD *de jur. mercat. lib.* IV. *cap.* 7. *in fin.*

Nec autem statim monopolium 47.
dicendum est, si Magistratus pro conservatione civium & civitatis, tempore necessitatis, commercia restringit, quod e. gr. pro avertenda annonæ caritate non solum licitum, sed necessum est, ne subditi egeant, BURSAT. *consil.* 138. *n.* 9. ALCIAT. *consil.* 14. *per tot. vol.* 4. CRAVETT. *cons.* 973. *n.* 45. MENOCH. *cons.* 1061. *n.* 20. SURD. *consil.* 210. COLER. *de aliment. lib.* I. *cap.* 17. *n.* 7.

Nec singulare Principis privile- 48.
gium in eo, quod salutem publicam

cam promovet, requirendum est; Id sat privilegii est, quod Princeps velit Magistratus inferiores summa ope niti debere, ne civitas detrimenti quid capiat, & ut cives publica onera subeuntes meliori atque alii, jure habeantur: MARQUARD *cit. Tr. de jur. mercat. lib.* I. *cap.* 17. *n.* 51.

Caput LXVII.

DE MUNICIPIORUM JURE OENOPOLII. Vom Weinschanck.

SUMMARIA.

1. *Vinum quando in Germania & Gallia innotuerit?*
2. *Cultura vinearum ab Imp. Propo Gallis & Pannoniis concessa.*
3. *Oenopolium unde dictum.* Weinschanck / Weinschencke.
4. Rahts-Keller. *Cur alla civitatis soleat esse vicina curia.*
5. *Vinum dispellit curas quas curia gignit.*
6. *Veteres cellis subterraneis non usi sunt.*
7. *Dolia defossa qua?*
8. *Laccus quid?*
9. *Sensus* l. 27. §. ult. ff. ad L. Aquil.
10. *Dolia infixa & infossa quando legato fundo venerint?*
11. *Quando non venerint?*
12. *Diffundere vinum apud veteres.*
13. *Vasa picata & gypsata.*
14. *Consules Romani vini curam gerebant.*
15. *Vinum Consulare pro optimo & vetustissimo.*
16. *Vini proverbium* de meliore nota.
17. *Vina vetustate commendantur.*
18. *Vini monopolium quatenus acquiratur?*
19. *In concessione œnopolii non opus, ut vicini consentiant.*
20. *Audiendi tamen quorum interest. Constitutio Saxonica.*
21. *Oenopolium consideratur ut jus braxandi.*
22. *Oenopolium civibus concessum sub onere accisæ.*
23. Wein-*Conductores.*
24. *Oenopolii justitia.*

25.

25. *Incommodum promiscuæ vini mercaturæ.*
26. *De Oenopolii jure jus Lubecense.*
27. *Oenopolii concessio non est regale.*
28. *Stante œnopolii jure, licet civibus in usum domesticum vina recondere.*
29. *Modo solvatur vectigal vinarium* die Wein-*Accise.*
30. *Non iniquum est inducere talia datia, quæ usus induxit.*
31. *Idem dispositum in Civitatibus Imp.*
32. *Consuetudine proprii vini reconditio cessat.*
33. *Consuetudinis istius æquitas in bono publico.*
34. *Exempti à jurisdictione Municipali etiam vini accisiam præstare debent.*
35. *Jurisdictioni Magistratus Munic. non obnoxii pro forensibus habentur.*
36. *Exempti quæstus civitatensium exercere non debent.*
37. *Duæ personæ in una concurrere nequeunt.*
38. *Res transit cum onere etiam in exemptos.*
39. *Præiudicium desuper.*
40. *Nobiles & Clerici idem præstant onus.*
41. *In œnopolio vini nationalis,* Land-Wein / *habenda ratio.*
42. *Exotica semper cariora nationalibus.*
43. *Exoticæ vina ubi prædominentur?*
44. *Acetum pro vino non vendendum.*
45. Chur-Sächsische Tax-Ordnung / *de eo.*
46. *Vini depravati venditio obstat œnopolio.*
47. *Oenopolii finis & intentio.*
48. *Vini officiales* Wein-Herren / Wein-Meistere.
49. *Aqua pro vino non vendenda.*
50. *Jugulare vinum, quid?*
51. *Famuli publici tabernarii* Wein-Schencken *eorum officium.*
52. *Orificia doliorum ab horum accessu ut sint immunia.*
53. *Ordinat. polit. Saxo-Gothana.*
54. *Vini taxa publica in promiscua ejus venditione.*
55. *Hanc negligentium pœna.*
56. *Vigore juris œnopolii an cives prohibendi ne extra civitatem bibant?*
57. *Vina aromatica & medica œnopolii nomine non veniunt.*
58. *Eorum venditio competit pharmacopolis.*

59. *Monopolium potuum exoticorum, Thea & Cahue, sive Coffe, & chocolata.*
60. *Coffiopoia* Caffe-Häuser.
61. *Egeni sæpe æmulantur potentiorum insaniam.*
62. *Mundus repuerascit in extremo senio.*
63. *Aquosæ compotationes publici quoque juris reddi possunt.*

1. De vini antiquitate, usu & præstantia non differo, hoc saltem notasse sufficiat, quod illud in Germania & Gallia, Imperatoris Probi, tempore tertio post Christum seculo, demum innotuerit, de quo ita FLAV. VOPISC. *in Probo:*
2. Gallis omnibus hic permisit, ut vites haberent, ipse Almum montem in Illyrico, militari, manu fossum, lecta vite consevit. Et VICTOR ac EUTROPIUS: vineas Gallos & Pannonios habere permisit opere militari, Almum montem apud Sirmium, & Aureum apud Mœsiam superiorem, vineis consevit & provincialibus colendas dedit, ut refert LEHM. *Chronic. Spir. lib. I. cap. 24.*

3. Monopolium vini dicitur *Oenopolium*, à Græco *οἶνος*, vinum, & *πωλέω*, vendo Oenopolium & aliquando sumitur pro taberna vinaria, inde *Oenopola*, vini venditor, *Oenopta*, vini inspector, Germanice dicitur Weinschanck quod est jus vini vendendi pro differentia tabernæ vinariæ, quam vocamus die Weinschencke.

Jus hoc œnopolii, vel vini vendendi in Municipiis exercetur in cella Civitatis vinaria, Raths-Wein-Keller/Stadt-Keller/ quæ plerumque Curiæ solet esse vicina, forte ideo, ne pharmacum longe absit à morbo, nam sicut Curia gignit curas, sic vinum eas dispellit, juxta illud HORATII *lib. I. Carm. od.* 18. 4. 5.

- - - - Neque.
Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines,
Quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepat.

Et od. 21. lib. III. Ita amphoram alloquitur:

Tu spem reducis mentibus anxiis.
Viresque, & addis cornua pauperi.

Ex antiquitate hic adnotandum est, veteres cellas non habuisse subterraneas, sed dolia in quibus vina adservabant sub terram demisisse, quod fuisset superfluum, si subterraneæ extitissent cellæ, ut ex PLIN. *lib. XIV. cap. 21.* notat GUID. PANCIROLL. *rer. memor. part.* I. *tit.* 25. 6.

Sane dolia defodi fuisse solita, colligitur ex *l. in instrumento* 8 *in fin. princ. ff. de instruct. vel instrum.* ubi 7.

ubi de doliis agitur licet defossa non sint & *l. cum fundis. 21. eod.* de doliis infixis.

8. Fossæ istæ pro recipiendis doliis erant tectorio inductæ, quod genus fossarum vocarunt *laccum*, quod indicat textus *in l. si servus 27. §. ult. ff. ad L. Aquil.* ubi tractatur de tectore, cui locaveris laccum, id est qui tectorium cisternæ inducit: De tectorio habet. *l. In rutis*

9. *241. ff. de V. S.* ut sensus sit *d. l.* 27. teneri tectorem actione in factum locatori, si laccum quem curandum, id est incrustandum conduxerat, pertuderit quia imperitia adnumeratur culpæ, ut explicat

10. Cujac. *lib. X. obs. cap. 9.* Dolia ita infossa & infixa, erant veluti pars fundi, ut amoveri nequirent Menoch. *de præs. lib. IV. præs. 154. n. 2. 3.* & quidem dolia hæc, legato fundo, non quævis continebantur, quia tota & integra inde erui poterant, *l. Lucius 93. §. Collegio 4. ff. de*

11. *leg. 3.* Verum si vasis vinariis ita terra erat aggesta, ut fundo cohærerent, ac perpetuo ibi sint, ac sine ruina ædificii avelli non possint, tunc pars erant ædium, qui sensus est *d. l. dolia 26. pr. ff. de Instr. vel instr leg.*

12. Ex laccu diffundi solebant vina, in testas cados & amphoras, quod innuit *l vinum 15. ff. de trit. vin. vel oleo leg.* in verbis *vinum in amphoras & cados, hac mente diffundimus ut in his sit, donec usus causa probentur.*

Quæ Vasa veteres picabant, vel gypso linebant, ne virtus vini aut 13.
raritate materiæ aut poris vasorum occultis evanesceret deinde claudebant amphoras illas operculo è cortice vel subere picato; Hinc Horat. *lib. III. Carm. od. 8.*

Corticem adstrictum pice dimovebit
amphora.

Consules quoque Romani vini 14.
curam in tantum gerebant, ut nomina si a cadis atque amphoris inscribi fecerint, ad denotandam ejus ætatem, ortum inde, ut *Consulare* 15.
vinum pro vetustissimo, & optimo fuerit usurpatum, hinc Martial.

Potavi modo Consulare vinum.
Quæris quam vetus atque liberale.

Ex notis & titulis illis quibus 16.
signabantur amphoræ & fictitia vasa vini, proverbium acquisivit nomen *de meliore nota*, quo tendit illud Petronii Arbitr. statim allatæ sunt amphoræ vitreæ, ac diligenter gypsatæ quarum in cervicibus pittacia erant affixa, cum hoc titulo: Falernum Opimianum, quas notas Plaut. *in Pœnulo act. 1. scen. 2.* vocat *literatas fictiles epistolas.* Adeoque vini ætas dignoscebatur ex nota Consulatus impressa.
Plin. *lib. IV. cap. 4.* In comperto 17.
quippe est, vina vetustate quam ma-

xime commendari, & generosa censeri, quo facit ipsius Salvatoris dictum dum ait: Nemo vetus vinum bibens statim vult novum; Vetus enim est melius Luc. 5 v 39. de vino veteri & Consulum nomine notato, ita canit Ovid.

Qui properant nova musta bibant, mihi fundat avitum.
Consulibus priscis condita testa merum.

18. Ex digressione hac, quam exhibet Salmuth. *ad dict. loc.* Pancirolli *p. 1. tit. 25.* ad vini monopolium ut pedem refigam, acquiritur illud vel concessione Principis

19. vel præscriptione: Priori casu non opus; ut audiantur vicini, an talis concessio civitatis ipsis præjudicet, nisi etiam privilegiis sint muniti C. *quia & c. in his, ibique Gloss. verb. sine præjudicio X. de privil. l. 2. §. merito ff. ne quid in loc. publ.* Leuber. *de stap. Saxon. num. 335. & 746.*

20. Solent tamen pro evitandis rixis & contentionum seminibus Principes eos audire quorum interest: Inde Johan Georg II. Elect. Saxon. de Anno 1657. tit. Von Justitien-Sachen ita statuit: Da van uns oder unseren Christ-mildesten Vorfahren einer oder der ander / eine special Concession des Weinschenckes erlanget/denselben und den Raht zu N. hören/ und den Verlauff zu unserer gnädigsten Resolution unterthänigst berichten sollen.

21. Oenopolii jus hoc consideratur ad exemplum juris braxandi, ut vel civitas privative venditionem vini sibi vendicet, ut nulli ea competat, als auf den Stadts-Wein-Keller / vel Rahts-Keller / vel

22. ejus exercitium reliquis civibus conceditur, sed sub onere gabellæ sive accisiæ, ita, ut pro qualibet tonna sive dolio, Ohmweise/ certum pretium pendatur; Vel

23. aliquis conducit facultatem vendendi vini à Magistratu, illamque exercet nomine ipsius Magistratus, quod vocatur den Weinzapfen pfachten / illosque dicemus die Wein-Conductores.

24. Oenopolii justitia jam patescit ex iis, quæ *superiori cap. n. 14. & seq.* de licitis monopoliis dicta sunt, nam mercatura sub rationabili dispositione Magistratus est, qui eam ad utilitatem publicam ampliare & arctare potest, ut vel mille statutorum exemplis, quæ diversis locis exstant, demonstrare licet, ut ait Mev. *ad Jus Lub. lib. III. tit. 6. art. 12.* Sttrach. *de mercat. p. 4. n.* 44.

25. Tum & corruptio tam nobilis speciei ex promiscuo ejus mercatu timenda, & ex multiplicatione tabernarum vinariarum in commo-

26. modum civitas sustinebit. Sic Lubecæ vinum Rhenanum non venditur, nisi in cella vinaria Senatus seu civitatis publica, MEV. *ad J. Lubec. lib. III. tit 6. art. 12. n. 4. in add. sub fin.* quo jure & cautum, daß niemand Wein einlegen und verzapffen solle / ohne des Rahts sonderlicher Zulassung.

27. Concessio hujus inter regalia non refertur, cum undique civitates illam sibi arrogent, civibusque suis cedant, TABOR. *de jure cerevisiar. p. 2. Cap. 1.*

28. Quæritur: Dum in Municipio non licet proprio placitu vini mercatum habere, an prohibitum sit civibus ad usum suum domesticum illud recondere, quod vocamus, seinen eigenen Wein einlegen? Quod negatur. Nam quoties mercatura alicui interdicitur, non censetur interdicta emptio ad proprios usus, BALD. *consil.* 391. *n.* 2.

29. *vol. 4.* modo vectigal vinarium, die Wein-Accise solvatur pro more civitatis receptum, neque iniquum id videtur peti de rebus, quæ victus & corporis causa tuendi devehuntur, contra quam dispositum, *l. 5. C. de vectigal. l. 4. §. 1. ff. de public. & vect.* ROL. à VVLL. *consil. 34. n. 15. vol. 3.*

30. Nam necessitas & consuetudo indictionum Magistra in eo genere datii, quod rebus victui deservientibus imposuit, hodie per Europam fere recessit ab isto jure, non habito respectu proprii aut alieni usus, de cujus æquitate pro usu Reipublicæ non ambigendum ait MEV. *d. lib. III. tit. 6. art. 12. n. ult.* quem sequitur FRITSCH. *de J. Oenop. cap. 2. n. 27. & cap 4.* 31.
n. 15. atque ita etiam in civitatibus Imperialibus Ulmiæ, Augustæ Norimbergæ & Spiræ observare tradit BESOLD. *th. pract. voc.* Wein-Geld / ut puta de vino in ædibus propriis consumto gabella vinaria solvatur. Verum proprii vi- 32.
ni usus & possessio plane prohibitus est in aliquibus locis, ut hic, qui huic privilegio præscriptione vel longæva consuetudine quæsito innititur, eoque jure se defendere gestit. Cujusmodi observantiam 33.
ex justa & Reipublicæ congrua causa valere dicit *cit.* MEV. *d. art. 12. n. 6. per l. si in emptione 34. §. 1. omnium. verb. mores civitatis, ibiq;* GOTHOFR. *ff. de contrah. empt. lit. B.* STRACH. *de mercat. d p. 4. n. 1. & seqq.* nec prohibita quisquam exercere debet, *l. 3. §. ne potentiores. ff. de off. Præf.*

Deinde quæro, si in civitate 34.
vini venditio omnibus civibus præstita gabella, gegen Erlegung der Wein-Accise / permissa est, an officiales Principis & immunes ab oneribus civicis, negotiationem

hanc exercere volentes etiam Magistratui accisam vini præstare debeant?

Et dicendum, licet tales, nec
35. cives nec jurisdictioni civitatis obnoxii, sed forensium loco habeantur, adeoque ab oneribus urbanis, tanquam jurisdictionis fundamento, exemti sint, DECIAN. *resp.* *41. n. 41. vol. 2.* KLOCK. *de contrib.*
36. *cap. 3. n.* 137. Quia vero suis non contenti ministeriis civitatensium quæstui inhiant, ac limites suos excedunt intuitu negotiationis hujus, immunitate non gaudent, *l. 9.* C *de SS. Eccles.* COLER. *de processſ. Execut. p. 2. cap. 3. n. 137.* cum iniquum foret, cum civium detrimento ejusmodi negotia quæstuaria exercere, quo casu merito privilegia etiam aulica cessant, KLOCK. *de* Contrib. *cap. 12. n. 253.* Ergo vel onera civica, mercimonio tali obnoxia subeunda sunt, vel à mercatura abstinendum est, & exempti
37. talibus se immiscentes negotiis, duplicem personam sustinere incipiunt alteram ratione muneris ex quo immunes sunt, alteram ratione negotiationis, quæ subjicitur oneribus, ubi idem est, ac si duæ personæ in una concurrerent, *l. tutorem ff. de his quæ ut indign. l. quædam* C. *de administr. tutor.*

Atque sic negotiatio transit ad
38. personam immunem, sed cum suis legibus & oneribus MINSING. *resp. 93. num. 6.* sicut omnis res cum suo onere *l. fin.* §. *ff. de donat.* ut decidit MEV. *p. 3. dec. 321.* relato ibidem in fin. præjudicio, in causa 39.
Bürgermeister und Rath der Stadt Wollgast contra daselbst wohnhaffte Secretarien; ubi dicit so weit sie Bürgerliche Nahrung treiben/ auch Bürgerliche onera zu tragen schuldig/ gleich wohl die ihres Ambts halber ihnen sonst competirende Freyheit vorbehalten.

Idem statuendum est, de nobili- 40.
bus in civitate degentibus & Clericis, ob rationis identitatem.

In exercendo œnopolio vini 41.
qualitas etiam notanda venit, ne forte per importationem vini exotici, vinum nationale, der Land-Wein / contemptui habeatur, & divendi non possit; sunt enim delicatuli homines etiam tenuioris
sæpe sortis, qui exoticis licet carissimis stulta prodigalitate gaudent 42.
& vino externo Cariori inebriari malunt, quam provinciali.

Iis autem locis ubi vinum non 43.
nascitur, vel tale saltem, quod naturale acetum appellatur, exotica vina merito prædominantur, FRITSCH. *d. tr. cap. 3. n. 3. & 4.* Merito itaque Cura Magistratus
sic intendenda, sive œnopolium 44.
in Cella curiali an dem Raths-

Wein-

Wein-Keller/ ipse exerceat, sive jus illud civibus quibusdam concessum sit, ut bonum & salubre, vinum importetur, neve quid pro quo, & acetum pro vino vendatur. Quo facit Chur-Sächsische Tax-
45. Ordnung *Class.* 3. tit. getränke/ ibi: Es sollen sich auch die Räthe in Städten so das Weinschencken allein berechtiget/ dahin befleißigen / daß sie jederzeit nach Gelegenheit des Orths einen guten Trunck Wein in Vorrath
46. haben. Quod si negligitur & vinum depravati saporis, ut quisquam vix integræ valetudinis, nedum imbecillis & ægrotus, illud degustare possit, importat Magistratum privatione œnopolii puniendum statuit *alleg.* Fritsch. *cap.* 3. *n.* 12.

Nam finis concessionis est, ut
47. communis utilitas & commoditas Civitatis obtineatur, quod autem à fine deviat, tanquam perniciosum
48. sine mora tollendum est. Instituendi quoque sunt à Magistratu officiales vinarii, integræ notæ, quos vocamus Wein-Herren/ alibi Wein-Meistere/ qui vina invecta probent, & si vilia vel corrupta inveniant, ea vel plane non, vel minori pretio divendi patiantur,
49. ne miseris hominibus vinum pro aqua inadæquato tamen pretio, non sine valetudinis periculo porrigatur.

Quod veteribus erat Jugulare vinum ut *ap.* Martial. *lib.* 1. *Epigr.* 50.
19. *siclis est Jugulare falernum* cum nimirum vinum aqua perimitur, & internecioni datur, quando juxta eundem Mart. *l. lib.* 1. *Epigr.* 57.
Continuis vexata madet vindemia nimbis.

Quando senatui œnopolium 51.
competit, constituuntur etiam abeo famuli tabernarii, Weinschencken/ qui vina promunt, mensurant, divendunt, & compotatoribus inserviunt, ut ab horum savritie & depravata mixtura nihil timeatur con- 52.
sultum est, dolia in Cella vinaria ita custodiri, ut vasorum orificia sint ab accessu immunia, quæ cura
Magistratui injungitur *Ordinat. Po-* 53.
lit. Saxo-Gothana cap. 3. *tit.* 12. hisce verbis: Es sollen die Rähte der Stadt/ und andere/ so Wein und Bier-Keller haben/ gut Wein und Bier verschaffen dasselbe unvermengt und unverfälscht den Leuten/ umb billig mäßige Zahlung zu kommen lassen/ und in alle Wege die Keller und Schenckstätte dermassen anrichten / und verwahren daß der Schencke oder dessen Gesinde zu den Fässen und Spunden des Weins und Biers/ ohne Bey-seyn der verordneten Kämmerern und Wein-Meistern nicht kommen können rc.

Convenit etiam in Municipiis ut 54.
in

in promiſcua vini venditione, per certos Miniſtros publica ejus taxa conſtituatur, de qua ut omnibus conſtet, in tabella publice affixa, ea deſcribatur, ſicut multis in locis uſu venit.

55. Quam taxam ſi negligant caupones, ut genus hominum quæſtuarium plerumque ſolet, ſevera pœna ipſis dictanda, ut monet *laudat.* Fritsch. *d. cap. 3. n. 4. & ſeqq.* Juncta ibi Chur-Sächſiſche Tax-Ordnung *Claſſ. 4. tit.* Getränck.

Sed quæritur an cives prohiberi
56. poſſint, ne extra Civitatem vinum bibant, vel emant? quod evincit text. *in l. fin. ff. de decret. ab ordin. fac.* etiam extra Civitatis diſtrictum, modo id fiat in ipſius commodum, & ut fraudibus obveniatur. Everhard. *Conſil. 45. n. 3. & 6.* quod tamen non eo extendendum, ac ſi civibus qui negotiandi & res ſuas agendi cauſa alio concedunt, ibidem bibere non liceat, ſed ſaltem de iis id ſtatuendum, qui ſtatuti fraudandi cauſa alio abeunt, uti poſt Klock. *de vectigal. concl. 14. tit. C. tradunt* Knipsch. *de Civ. Imp. lib. II. cap. 19. n. 65. ad 68.* Fritsch. *de œnop. d. cap. 4. n. 33.*

57. Vina Aromatica & medica Oenopolii nomine venire non ſolent, ut quæ in curanda hominum valetudine uſui ſunt, hoc enim convenit ut vina optimi & delicatioris ſaporis, non luxuriæ ſed ſanitati
inſerviant; Ideoque iſtorum ven- 58
ditio pharmacopolis conceditur, niſi dicas, varia hodie poculorum genera excogitari ad voluptatis illecebras, & compotationum ac luxuriæ gratia, verum hoc inter vituperanda ſeculi noſtri vitia referendum eſt Faust. *Conſil. pro ærar. 119. ord.* 1204.

Non ſaltem autem ex vini ven- 59
ditione compendium in publicam utilitatem redundans Jure ſibi quærit Magiſtratus Municipalis, uti ex jam dictis patet; Verum etiam inſaniente moderno ſeculo cum exoticus potus, bibendi prurigo & cacoethes nos invaſerit jam *Cava, Cahne, ſive Coffe Arabiæ* felicis faba, Item *thea, thee* Chinenſis & Japonenſis
arbuſculæ ſive fructus folia, ac pul- 60
tis Hiſpaniæ ſpuma, quam *chocoladam* officinæ vocant, nobis ignota non ſunt, puta cum in celebrioribus urbibus, non privatim ſaltem ſed intenſo hominum cœtu, in publicis Coffio poliis Koffe-Häuſer/ hæc bibantur, atque cum doceat egena experientia Munici-
pes noſtros, inter curtam ſæpe ſu- 61
pellectilem æmulari velle potentiorum inſaniam, quorum ſtultitiam patiuntur opes, indignum putantes ni pari diſpendio ſumptuum, & temporis, ad pictas & variega-

riegatas mensas sorbitiunculas has
instituant, ut merito majores no-
stri redivivi credituri sint, rediisse
nunc mundum in extremo suo se-
nio repuerascentem ad serpastra
63. sua. ad pupas ad crepundia: Hinc
& Magistratus publici juris ejus-
modi aquosas compotationes red-
dere poterit, æque ac cellam vina-
riam; exemplo sint celebriora
emporia, quibus hoc monopolii ge-
nus non mediocre præstat com-
pendium.

Caput LXVIII.

DE AMISSIONE PRIVILEGIORUM ET JURIS CIVITATICI.

SUMMARIA.

1. *Municipium amittit sua jura, jurisdictionemque ex revocatione principis expressa.*
2. *De qua revocatione remissive.*
3. *Cur privilegia civitati data non possint revocari sine causa.*
4. *Per privilegium adeptum jus civitati quæsitum est.*
5. *Auctoritate principis nemo falli debet.*
6. *Privatis turpe est fidem fallere, multo magis principi.*
7. *Privilegiorum natura est ut sint perpetua.*
8. *Fides à principe data æquipollet juramento.*
9. *Privilegia vel contractu vel titulo oneroso quæsita, sunt irrevocabilia*
10. *Vel si intercesserit obligatio reciproca.*
11. *Princeps non servans pacta se ipsum excludit.*
12. *Promissio de non revocando privilegium illud facit irrevocabile.*
13. *Privilegium concessum ob bene meritum irrevocabile.*
14. *Intellectus l. qui fundos 9. C. de omn. agro deserto.*
15. *Non valet argumentatio à revocatione juris communis, ad mutationem juris singularis.*
16. *Contraria voluntate tolli potest, quod voluntate concessum est.*
17. *Exceptio si concessio intendit naturam perpetuitatis.*
18. *Renunciatione ipsius Municipii amittitur ejus privilegium.*

19. *Favori suo quilibet rennunciare potest.*
20. *Raræ solent esse beneficiorum renunciationes.*
21. *Per non usum per decennium perditur privilegium.*
22. *Modo ad fuerit occasio utendi, exemplo servitutum.*
23. *Per abusum tollitur privilegium.*
24. *Abusus incommoda & effectus.*
25. *Contraventio autem civium, civitati non nocet.*
26. *Itemque ob grave delictum.*
27. *Principis assertioni de delicto subditi non statur.*
28. *Aratro urbes capiebant initium sic & finem.*
29. *Eodem modo quid solvitur quo caperat.*
30. *Civitatum morbi & mors.*
31. *Deleta urbe Dii tutelares simul mori putabantur à Gentilibus.*
32. *Quando & ex qua causa hoc fiat?*
33. *Civitas ob delictum pessundata habetur ac in rerum natura non fuisset.*
34. *Sublata civitate omnia privilegia cessant.*
35. *Exempla civitatum per aratrum devastatarum.*
36. *Civitas aratrum passa seu destructa sine permissione Principis readificari non potest,*
37. *Civitati destructæ si hoc concedatur, ut portas readificet, an ex eo pristina jura illi restituta esse dicendum?*
38. *Quod negatur, nisi illa præscriptione subsequenti recuperet.*
39. *Quæritur, an exstincta tali modo civitate, etiam jura seu obligationes exstinguantur.*
40. *Distinguitur inter actiones personales & reales.*
41. *Rarissime ad hoc pœnæ genus deveniendum, quod probatur exemplo notabili Caroli V. Imperatoris.*
42. *Destructio civitatis contingens absque delicto, privilegia ejus non perimit.*
43. *Talis civitas adhuc vivit, sed sine corpore.*
44. *Exemplo hæreditatis.*
45. *Exemplo Ecclesiæ à Tyranno occupatæ.*
46. *Civitas sine hostili fato destructa.*
47. *Exemplum civitatum miro fato destructarum.*

48. *Si communicato conſilio Municipales una é Municipio emigrent.*
49. *In transferenda civitate conſenſu Principis opus.*
50. *Deſuper exemplum Area in Gallia.*
51. *Cives alibi conjunctim ſedem figentes jura ſua priſtina recuperant.*
52. *Ex natura ſurrogati.*
53. 54 55. *Municipia ſi alias in jurisdictionalibus à Principe turbentur, quas habeant ad id actiones & remedia?*
56. *Quarum controverſiarum competens judex eſt Camera?*
57. *Adverſus ſævitiam dominorum Municipia auxilium Superioris implorare poſſunt.*
58. *Ob nimiam ſævitiam domini jurisdictione privari poſſunt.*
59. *Quo caſu ceſſat privilegium Auſtregarum.*
60. *Superior in talibus paſſibus ante omnia videre debet, ut conſtet de allegata ſævitia Domini, ne ſubditi adverſus dominos armentur.*

1. Amittit jura jurisdictionesque ſuas Municipium; *primo*, ex revocatione expreſſa Principis, de qua revocatione quomodo & quando à Principe fieri vel non fieri poſſit, adeundus eſt Tusc. *in verb. privilegium. concl. 65. quem vide plurimis concl. ſeqq. hanc materiam tractantem. d. l.* Kkock *de contrib.*
2. *cap. 9. n. 464. & ſeqq.* ubi agit de actione beneficiaria utili ſeu condictione *ex l. fin. C. de revocand. donat.* Principibns contra Municipia ob denegatam obedientiam præſtantiæ, ut loquuntur, competenti. Circa revocationem autem privilegiorum Municipio à Principe conceſſorum revocanda hic veniunt, quæ *ſupra Cap. 12,* de privilegiis ratione meri & mixti Imperii competentibus, & *infra lib. III. Cap. 8.* de privilegiis opificum collegiis conceſſis, tradita ſunt.

Sed uberius adhuc deſuper hoc loco notandum eſt, privilegia ſemel Municipio data revocari non poſſe ſine cauſa, per ea, quæ habet cit. Klock *de contrib. cap. 16. n. 134. &* Knips. *de civ. Imp. lib. I. Cap. 18. n. 10.* quia jus civitati per conceſſionem Principis conceſſum invitæ & ſine legitima cauſa auſſerri nequit, quod nec Imperatorem de plenitudine poteſtatis facere poſſe tradunt Bart. *in l. item ſi verberatum. ff. de R. V.* Gail. *2. Obſerv. 56.* Hart. Pist. *p. 2. quæſt. 40. n. 43.* Schrad. *de feud. p. 4. Cap. 1. n. 29.* 3.

4. Utique ergo per privilegium, sive per donationem & liberalitatem, sive alio modo adeptum jus jam Municipio quæsitum est.
5. *Deinde* durum nimis esset, aliquem auctoritate Principis circumscriptum esse, quia nihl est, quod clariore lumine refulgeat, quam recta fides in Principe, *l inter claras. C, de summa Trinit.* & in nemine magis reprobanda inconstantia, quam in Principe, HYPPOL. de MARSIL. *singul.* 166.
6. Si & privatis turpe est, fidem datam cum donatis & promissis revocare, cum & levitati perfectam donationem revocare cupientium jure occurratur, *l. si repetendi 7. C. de cond. ob caus.* quanto magis hoc in Principe tam sacra & publica persona fœdam existet, qui unum calamum, unam linguam habere, & quæ semel ab ipso processere, irrita facere non debet, BALD. *cons.* 327. *n.* 4. *vol.* 1. SCHRAD. *consil.* 21. *n.* 47. *vol.* 2. *& de feud. part.* 10. *sect.* 1. *n.* 6. ENENCKEL. *de privileg. lib. III. cap.* 7. *n.* 3.
7. *Tertio* hæc privilegiorum natura & ea concedentium intentio est, ut perpetua sint, durent & permaneant, CEPHAL. *consil* 342. *n.* 64. *vol.* 3. BORELL. *consil.* 1. *n.* 91. quod & quam maxime obtinet, si privilegia concessa sint civitatibus, BALD. *in l. vectigalibus, C. de vectigal. & commiss.* EVERH. *cons.* 18. *n.* 5. *lib. I.* & quidem 8. talis promissio utpote sancta dicitur, jurata si facta sit, sub fide Principis, & operatur ac si verum juramentum tactis corporaliter scripturis fuisset adhibitum, SURD. *consil.* 419. *n.* 68.

9. Sed minus adhuc privilegia revocationi obnoxia sunt, si concessa fuerint per modum contractus, NATTA *cons.* 242. *n.* 3. CRAVETT. *cons.* 869. *n.* 7. COTH. *cons.* 17. *n.* 52. vel si alio titulo onerosa sint acquisita BRUN. *de var. univ. spec. concl.* 60.

Idem est, si intercesserit obligatio quædam reciproca vel compensativa, BART. *in l. omnes populi* 9. *n.* 30. *de J & J.* TIRAQUELL. *in l. si unquam. verb. donatione largitur. n.* 14. *C. de revocat. donat.* 10. per contractum Princeps jure privati censetur, *l. digna vox de LL.* nisi ergo Princeps pacta & conventiones servaret, sed ea pro voluntate & lubitu infringere ipsi fas esset, hoc ipso se ipsum excluderet ex commercio; & nemo foret, qui contrahere cum ipso cuperet, fieretque exul, qui omnium est præsul, *l. hi qui C. de Apostat.* BALD. *in l. Princeps, ff. de LL.* 11.

12. Irrevocabile quoque fit privilegium, si Princeps promiserit, se non revocaturum, sed in perpetuum

tuum ſervitutum, Cephalens. *conſil.* 342. *n.* 66. Riminald. *conſil.*
13. 556. *n.* 128. item ſi privilegium
aliquod ob bene meritum ſit Municipio conceſſum, quia id vim habet contractus, Alex. *conſil.* 216. *n.* 2. *vol.* 2. Paris. *conſil.* 2. *n.* 127. *vol.* 4. Decian. *conſil.* 25. *n.* 30. *vol.* 1. Rol. à Vall. *conſil.* 13. *n.* 27. *vol.* 3. *conſil. Marpurg.* 19. *n.* 126. *vol.* 3.

Revocatio privilegii à Principe
14. conceſſi, absque cauſa legitima
non infertur. (1.) *Ex l. qui fundos* 9. *C. de omn. agr. deſert. lib. II.* quia non agit textus ille de conceſſione gratuita ſed facta jure contractus emphyteutici, ubi non ſoluto canone modificatio contractus fieri poteſt, nec à Principe ſolum, ſed à quolibet privato; Cauſa autem ibi ſubeſt, Principem movens, ne ſcilicet unus fundos fertilibus & alii reliquis ſterilibus fruantur, unde Principis conceſſio ad leges æquitatis & juſtitiæ reduci poteſt, Klock *de contrib. Cap.*
15. 16. *n.* 34. Nec movet illud,
æque poſſe privilegia Principem tollere, ſicut ipſius eſt jus civile poſitivum mutare ſine cauſa, Cravetta *conſ.* 119. *n.* 2. *& de antiq. temp. p.* 1. *in princ. n.* 38. Nam male infertur à poteſtate Principis circa abrogationem juris communis ad mutationem juris ſingularis vel privilegiorum, quorum revocatio ſine cauſa non eſt licita, absque inconſtantia & variationis nota, ob jus inde alteri quæſitum, Gail. 2 *Obſerv.* 55. *n.* 4. Schrad. *conſ.* 21. *n.* 47. *vol.* 4. Nec (3.)
quicquam infringit illud, poſſe nimirum Principem ea voluntate, 16.
qua privilegium largitus eſt, contraria voluntatis mutatione rurſus illud adimere, ut qui cauſam voluntatis, quæ pro ratione eſt, reddere non cogitur, ut Bald *in l. fin. col.* 3. *C. ſent. reſcind. non poſſ.* quia ex voluntate illa Principis
tertius acquirit jus, quod cum in- 17.
tentione concedentis naturam conſequitur perpetuitatis, obſtat hic ergo Principi neceſſitas juris ſimul & honeſtatis, Conrad. ab Einsidel. *de regalib. cap. ult. n.* 121. *& ſeqq.*

Secundo amittitur privilegium 18.
renunciatione ipſius Municipii, *l.* 1. §. 3. *de aſſign. libert. l. ſiquis in conſcribendo.* C. *de pactis. C. nonnulli de reſcript.* Modest. Pist. *conſil.* 12. *n.* 23. *lib.* I. Ruland. *de commiſſ. p.* 4. *lib.* II. C. 4. *n.* 142.

Et quidem illa ex ratione, quia 19.
unicuique liberum eſt juri & favori pro ſe introducto renunciare, *l. ſiquis* 29. *C. de pact. l. cum inter ff. eod. l. ſi convenerit. ff. de jurisd.* quidni ergo & civitati; cum ad jura renunciata nemini detur re-

greffus: *l. quæritur.* 14. §. *si venditor 9. ff. de ædil. edict. l. Papinianus 20. ff. de minor. l. postquam.* C. *de pact.* MYNSING. *decis.* 4. *resp.* 4. *n.* 50. imo omnibus dignitatum titulis & officiis, quilibet renunciare potest, REINCKING. *ad l. fin. C. de edend. n.* 6.

20. Verum curiosa fere est magis quam practica disceptatio, cum de renunciationibus agitur, ut recte innuit Pontifex in *C. 1. x. de renunciat,* ideoque ob raritatem ei merito non diutius inhæreo.

21. *Tertio* per non usum per decennium integrum, *l.* 1. *ff de nund.* nisi occasio utendi non fuerit data, MENOCH. *de præsumpt. lib.* VI. *præs.* 41. *n.* 16. MYNSING. *resp.* 76. *n.* 4. GAIL. 2 *observ.* 60. *n.* 2.

22. Sicut servitus hauriendi aquam ex fundo alterius non amittitur, si fons exaruerit, ita, ut quis servitute ista uti non potuerit, *l. & Attilicinus* 35. *ff. de servit. præd. rustic.* quia non valenti agere non currit præscriptio, *l.* 1. §. *non autem. C. de annal. except.* & ubi non adest negligentia, ibi nec adesse debet pœna, ZAS. *cons.* 7. *in fin. vol.* 3.

23. *Quarto* per abusum, *C. ut privilegia. C. tuarum x. de privil. C. ubi ista distinct.* 74. *C. privilegium. caus.* II. *q.* 3. BOER. *decis.* 304. *n.* 7. ROLAND. *cons.* 18. *n.* 19. *lib.* III. GAIL *d. obs.* 60. *n.* 13.

Hoc æquitati conveniens est, ut potestas illi auferatur, qui potestate collata abutitur, *l. Judæos. C. de Judæis C. privilegium* 63. *caus.* II. *quæst.* 3. *C. ubi ista* 7. *dist.* 74. *C. tuarum.* §. *verum. x. de privil. Cum pari modo & amittantur regalia.* SIXTIN. *de regalib. lib. I. cap.* 6. *n.* 34. GAIL. *de pp. lib. I. cap.* 2. *n.* 22. Imo & superioritas territorialis, GAIL. 1 *obs.* 17. *n.* 2. & jurisdictio, *C. ut quibusdam.* §. *sane x. de pœn.* GAIL. *d. loc.* MICHAEL. *de jurisdict. concl.* 135. *in fin.* 24

Notandum tamen quod docet GAILL. 2. *obs.* 60. *n.* 14. privilegium civitati datum non amitti, propter contraventionem civium, quorum actus non debet nocere universitati MYNSING 4. *obs.* 88. 25

Quinto ob grave & enorme delictum contra Superiorem concedentem commissum, *l. gravem de excess. prælat. C. ista nos. caus.* 25. *q.* 2. OLDRAD. *cons.* 65. *n.* 8. CACHERAN. *decis.* 139. *n.* 9. 26

Ubi tamen notandum assertioni Principis de delicto subditi, etiamsi de visu proprio is attestetur, non stari ita ut assertum illud condemnationem hanc inferat, prout id late prosequitur TREUT. *consil.* 19. *n.* 25. *& seq.* Notabili hoc confirmans facti specie ab Henrico II. Gall. Rege. 27

Sex-

28\. *Sexto* si Municipium à Principe destruatur mœnibusque privetur, quo casu civitas dicitur ad mortem damnari, aratrum pati & mori *l. 21. ff. quib. mod. usus fruct. amit.* AFFLICT. *in C. 1. §. fin. 12. de capit.* PRUCKM. *in rubr. quæ sint regal. C. 6.* quo significare voluerunt veteres urbem reducendam esse ad pascua & agros, LIBENTHAL. *colleg. polit. exercit. 5. concl. 12.*

Hoc enim ritu, ut auspicari fundamenta urbium, ita eodem illas exfundare, ut NONIUS loquitur, id est funditus delere solebant, quod innuit HORAT. *lib.* I. *Od.* 16.

Iræ Thyesten exitu gravi
Stravere & altis urbibus ultimæ.
Stetere causæ, cur perirent.
Funditus, imprimeretque muris
Hostile aratrum exercitus insolens.

29\. Et ideo quidem in delendis urbibus aratrum quoque adhibebatur, ut unumquodque eodem modo desineret & solveretur quo cœperat *l. 35. & l. 153. ff. de R. J.* eoque alludunt Poetæ, OVID. *epist. Heroid. 1.*

Nunc seges est ubi Troja fuit resecandaque falce,
Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.

Et VIRGIL. *Æneid. lib. III.*

30\. *Et campus ubi Troja fuit.*

Hoc pacto Civitates dicuntur intermori, ut & ægrotare & reviviscere more hominum censentur, atque simul credebat stulta veterum superstitio, genios seu Deos tutelares, qui præesse unicuique loco putabantur, mori simul 31. vastatis civitatibus, resurgentibus demum renasci. ROSIN. *Antiq. Rom. lib. I. cap. 3. in paralip.* mors 32. talis inferri solet civitatibus ob crimen læsæ Majestatis seu rebellionis FARINAC. *tit. de delict. & pœn. cap. 24. n. 120.* Lata tamen primum sententia declaratoria DECIAN. *tract. crim. lib. VII. cap. 110. n. 48.* BOCER. *de regal. cap. 5. n. 142.* SIXTIN. *de regal. 2. cap. 20. n. 44.*

Atque civitas solo æquata omnia jura omniaque privilegia ipsi 33. adhærentia, cum mero & mixto Imperio perdit PRÜCKM. *de Regalib.* MAGER. *de advocat. cap. 16. n. 20.* Atque civitas ita pessumdata habetur acsi amplius in rerum natura non esset, *arg. l. si usus fruct. civitati ff. quib. mod. usus fruct. amit.* GAIL. *2. obs. 61. n. 3.* TUSCH. *lit. D. concl. 228. n. 2.* & sublato Principali omne 34. accessorium omniaque jura exstincta censentur *l. cum principalis ff. de R. Jur C. accessorium de R. in 6.* Sicut Ecclesia destructa, etiam canonici desinunt habere nomen canonicorum, & præbendas amittunt

tunt PANORM. *in C. ex injuncto x. de nov. op. nunciat.*

35. Sic aratrum passa est Carthago à Romanis, *d. l. ususfructus.* ab aliis Ilion, Thebe, Corinthus, Numantia, Athenæ, Saguntus ab Augusto, Friderico Ænobarbo Mediolanum, ab Imperatore Henrico Bononia, Brixia. BART. *in l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœn.* PANORMIT. *in C. dilectus. x. de si-*
36. *monia.* Civitasque tali modo destructa propria authoritate absque permissione Principis restaurari & reædificari non potest, GAIL. 2. *Observ.* 61. *n.* 4.

37. Si autem civitati destructæ concedatur, quod portas ædificet, eo cætera privilegia & jura pristina non præsumuntur restituta, SICHARD. *cons. crim.* 11. *n.* 7. SIXTIN. *de regal.* 1. *cap.* 6. *n.* 48.

38. Nisi præscriptione subsequenti sibi recuperasset, SIXTIN. *d. loc.* GRÆV. *lib.* II. *concl.* 61. *n.* 9. & 10.

39. Quæritur, an exstincta tali modo civitate etiam jura ejus exstinguantur, id est, obligationes super ea constitutæ, tam reales quam personales, taliter, quod nec actiones hypothecariæ possint intentari, neque etiamsi de novo civitas constituatur, possint novi cives molestari actionibus personalibus, quibus civitas anterior mortua adstricta erat? Et distinguitur inter actiones personales & reales. Ad illas novi inhabitatores non 40. adstringuntur, quia nulla remanet forma nec materia civitatis, contra quam possint intentari. nam desiit jam esse universitas, MENOCH. *consil.* 219. *vol.* 3. destructa civitate jura etiam ejus destruuntur, licet postea reædificetur, quo casu nova dicitur civitas, DECIAN. *consil.* 19. *n.* 171. *vol.* 3. ALB. BRUNN. *Tract. de interit. & perempt. concl.* 5. *n.* 13. & 15. MENOCH. *d. cons. n.* 16. quoad actiones autem reales, remanente territorio & fundo civitatis destructæ, remanent & eæ quia materialiter considerando idem est territorium, licet formaliter quoad collectionem personarum fuerit destructum, ROMAN. *cons.* 417. *col.* 4. *vers. in casu vero.* SESSE *decis.* 149. *n.* 14. & *seq.*

Raro tamen etiam in gravissi- 41. mis adhuc pœnæ genus deveniendum, exemplo notabili Caroli V, qui cum Gandavum subegisset, quæsivit é Duce Albano, qua pœna Gandavenses dignos duceret? qui respondit: meritam esse rebellem civitatem, ut subverteretur, ad quod responsum Cæsar jussit Albanum in turrim ascendere, urbemque totam ex alto despicere, interrogans, quot pellibus Hispanicis opus esset ad confi-

ficiendam æque grandem chirothecam (ita enim Gallice habet nomen Gandavum) cui nihil Albanus, qui offenſionem ex vultu Cæſaris legerat, reſpondit, FAM. STRADA *rer. Belg. libr. VII.*

42. Civitates itaque hac intentione juſſu Principis ob delictum everſæ, jura omnia amittunt absque ſpe reparationis, ſecus ergo erit, ſi deſtructio contingat absque delicto & Superioris auctoritate, ſed per tyrannidem, vel vi hoſtili, ubi civitas nihilominus privilegia omnia retinet, & reædificata ſpiritum & vitam recuperat. SFORT. ODD. *de reſtit. in integr. 2 quæſt. 1. art. 2.* ROSENTHAL *de feud. cap. 10. concl. 14. n. 14. lit. p.* GREGOR. THOLOS. *de Rep. lib. II. cap. 3. n.* 8. ZIEGLER. *in § civitas. proœm.* 1.8.

43. Civitas enim à Tyranno vel prædonibus deſtructa, intellectu quodam ſine ullo corpore materiali vivere adhuc, & ejus anima ſine corpore exſtare ac proinde ſua privilegia retinere intelligitur, *arg. l. hæreditas. ff. de hæred. pet. 1.* quæ

44. dicit, quod hereditas etiam ſine ullo corpore juris intellectum habeat ſicut civitas à Tyranno vel ab hoſtibus ad ruinam redacta juris intellectum adhuc exſtare cenſetur;

45. pari modo Eccleſia à Tyranuo occupata retinet privilegia ſua, & Canonicos electos pro Eeclesiæ utilitate abſentes contrahete poſſe tradit *C. paſtoralis cauſ. 17. quæſt. 1. C. quæ ſemel cauſ. 9. quæſt. 3.* MODEST. PIST. *conſil. 43. n. 4.* ubi ita ſcribit: **Wann aber ein Kloster nicht** propter delictum **wird eingebrochen/auch nicht der Meynung/ daß es wieder sol aufgerichtet werden / sondern vielleicht von Feinden / oder in Krieges-Läufften / so verlieret es sein Recht/ Gewonheit und** Privilegia **nicht/sondern erhält die alle in aller Massen wie es zuvor gehabt.** KNIPSCH. *de civit. Imp. cap. 18. lib. I. n. 35.*

Contingit etiam, ut alio quam 46.
hoſtili fato civiats deſtruatur, ut chasmate, de quo habet *l. 4. §. 1. ff. de cenſ.* incendio, terræ motu, inundatione aquarnm, &c. SIXTIN. *de regalib. lib. I. cap. 6. n. 62.* ODDUS *de reſtit. in integr. part. 2. quæſt. 98. n. 25.*

Sic in Hiſpania à cuniculis op- 47.
pidum ſubfoſſum narratur, à talpis in Theſſalia, à ranis in Gallia civitatem pulſam dicunt, in Africa à locuſtis, ex Gyaro Cycladum inſula, incolæ à muribus fugati leguntnr, in Italia Amiclæ à ſerpentibus deleti, in Ætyopia integra regio à ſcorpionibus ſublata, PETR. GREG. *ſyntagm. lib. IV. cap. 5. n. 16.*

Septimo, ſi communicato con- 48.
ſilio Municipales una ex Munici-

pio emigrent & diſcedant, PET. FAB. I ſemeſtr. 8. GOTHNFR. ad d.
49. l. ff. 21. quib. mod. uſusfr. amitt. ubi tamen ſi de civitate alio transferenda agitur Principis privilegio &
50. conſenſu opus eſt; Sic in Galliæ provincia Phocenſi civitas Area, vulgo dicta Jeres, circa Antipolim, cum per longiſſimos annos certo malo infeſtata eſſet, hoc ab Henrico Magno oppidani acceperunt privilegii, ut mutare ſedem, transferreque in locum ſalubriorem poſſent, ut notat ex MORNACIO ad l. 49. ff. de ædilit. edict. LIMN. J. P. tom. 4. lib. II. cap. 9. n. 128. quod eodem teſte idem Mornacius in Catalogo Gallicarum urbium hisce verbis expreſſit:

Cœli intemperiem & lethales Area ventos
Perpetitur. Sed eo Princeps decedere portu
Civibus indulſit, ſtatuant, ut colle propinquo
Deletam in melius longis ætatibus urbem.

51. Quood ſi jam cives civitate destructa & everſa alibi figant, conjunctim hoc caſu privilegia & jura ſua recuperant, & quaſi reviviſcunt, l. ſicut 7. §. 2. ff. quod cujus univ. GLOSS. in l. uſusfructus. ff. quib. mod. uſusfr. amitt. GOMEZ. var. reſol. lib. III. cap. 1. n. 53.
52. quia ſurrogatum ſapit naturam ejus, cui ſurrogatur. §. fuerat 29. J. de act. ita ut in ſurrogatum tranſeant omnes ejus qualitates, BART. in l. ſi cum. §. qui injuriarum. ff. ſi quis caut. jud. ſiſt. GAIL. 2 Obſ. 61. n. 8. KNIPSCH. de jure civit. Imp. lib. I. cap. 20. n. 10. 11.

Municipia autem, ſi alias in jurisdictionalibus ſuis à Principe tur- 53.
bentur adverſus Principem condictio ex privilegio quæ etiam condictio ex lege, quia privilegium habet vim legis arg. §. ſed & illud pr. inſt. de jur. nat. gent. & civil. & l. 1. ff. de conſtit. princip. Dicitur & actio confeſſoria & negatoria utilis BALD. ad rubr. de uſufruct. n. 1. JAS. & SCHNEID. in §. atque inſtit. de action. Itemque re- 54.
media poſſeſſoria MENOCH. de adipiſc. poſſ. remed. 1. n. 83. & de recup. poſſ remed. 1. n. 81. illis compe- 55.
tunt:

Hujusque controverſiæ com- 56.
petens judex eſt camera Imperial. GILM. deciſ. & præjud. Cam. in verbo privilegium. §. ſi quis quam ſub rubr. de perſon. privil.

Eodem modo ſi dominus ter- 57.
ritorialis nimium in ſubditos Municipales aliosve ſæviat, Municipes ſubditi Superioris auxilium & officium implorare poſſunt, ut domino ſub gravi pœna mandetur, ne plus ſolito eos gravet, quo caſu ad ſupplicationem ſubdi-

torum mandata ſine clauſula in camera decerni docet GAIL. 1. *obſerv.* 17. MYNSING. *obſerv.* 8. *cent.* 5. atque etiam à ſuperiori per viam ſequeſtrationis à ſævitia domini eximi poſſunt BAUM. *de ſequeſtr. cap.* 3. *n.* 8.

58. Imo ob nimiam ſævitiam domini jurisdictione privari poſſunt. GAIL. *d. loc. n.* 4. Quam tamen privationem monitio Superioris ut deſiſtat à ſævitia, Dominus & ſubditos bene tractet præcedere debet, *l. Grav.* 1. *concl.* 17. *conſil.* 2. *in pr.*

59. Et hoc caſu ceſſat privilegium Auſtregarum, atque proinde recta in Camerali judicio ſævitiarum & inſolitorum ſervitiorum gravamine agitur, poſt MYNSING. GAIL. CALVIN. *de proceſſ. judic. cap.* 8. *membr.* 2. *n.* 45. GRÆV. *lib.* I. *concl.* 17. *n.* 13.

60. Superior ante omnia videre debet, ut conſtet de allegata ſævitia Domini, ne ſubditi adverſus Dominos & Magiſtratus, pro quibus ſemper militat præſumptio, *C. in præſentia de renunciat. C. ſicut nobis. de ſent. & re judic. l.* 1. C. *de offic. civit, jud.* armentur & difficiliores & inobedientiores reddantur, GAIL. *d. loc. n.* 6. Sed hæc materia latius diſcuſſa ſupra *libr.* I. *cap.* 13.

Caput LXIX.

DE OBSIDIONE, DEFENSIONE ET DEDITIONE MUNICIPIORUM.

SUMMARIA.

1. *Pacis commoda.*
2. *Belli lata ſemina. Nulla pacis ſecuritas perpetua.*
3. *Chauci veterum populorum Germaniæ quietiſſimi.*
4. *Habendi & ulciſcendi cupiditas bellorum fomes.*
5. *Fata bellicoſorum.*
6. *Bella geruntur ſumptibus populi.*
7. *Miſerum eſt, obſidione claudi.*
8. *Defenſio etiam minimis competit.*
9. *Exercitia bellica in pace tractanda.*
10. *Prima proviſio Magiſtratus Municipalis in metu belli.*

11.

11. *Secunda provisio, ut de provisione annonæ cogitetur.*
12. *De modico reparando cogitandum, ne tota contextura resolvatur.*
13. *Monitum Cambysis ad Cyrum.*
14. *Faciendus calculus, ut quisque civium, de quo vivat, habeat.*
15. *Municipii, quod præsidio militari munitum est, defensio competit Principi.*
16. *Militum præsidiariorum officium.*
17. *De officio tali Constitutio Imperialis.*
18. *Ad obsidionis periculum evertendum omnes cives obligantur.*
19. *Ejus ratio.*
20. *In summa necessitate omnis homo est miles.*
21. *Vox Romanorum in subita vi auxilium petentium.*
22. *In belli periculo publica & privata versatur salus.*
23. *Forenses in civitate obsessa tenentur ferre opem.*
24. *In periculo obsidionis cessat immunitatis exceptio.*
25. *In omni promisso salus publica est excepta.*
26. *Immunitatis concessio ad extraordinaria onera non extenditur.*
27. *Vis major superveniens mutat statum, in quo res erat, antequam promitteretur.*
28. *Cessat exemptio ab oneribus etiam tempore propinquæ obsidionis.*
29. *Qui tenetur ad actum, tenetur quoque ad eum, cui actus instat.*
30. *Præjudicium in querela Capituli Stettinensis.*
31. *Item inter Ducem Pomeraniæ & Ducem Stetinensem.*
32. *Tempore belli cessat exemptio concessa ab omnibus oneribus.*
33. *Ratio ejus.*
34. *Exceptio si ipso belli tempore concessa sit immunitas.*
35. *Municipii absque præsidio obsessi obligatio defensionis.*
36. *Officium Magistratus, in tali obsidione.*
37. *In adversis simulanda est lætitia.*
38. *Amicorum conspectus jucundus est calamitoso.*
39. *Hortandi cives ad virtutem.*
40. *Desperatis sæpe crescit audacia.*
41. *An summus metus ab hoste incussus ad deditionem sit sufficiens?*
42. *Minæ atroces excusationem merentur, si paganis incutiantur.*
43. *Metus efficacia qui in constantes cadere potest. Exempla.*
44. *Milites tali metui cedere non debent.*

45. *Prompta deditio coacerbatos sedat hostes.*
46. *Quackeri & ejusmodi Sectarii an in obsidione arma arripere debeant.*
47. *Quam opem tales in obsidione ferre debeant?*
48. *Pœna eorum, si opus tale detrectent.*
49. *Exemplum horum in urbe Groningensi ab Episcopo Monasteriensi obsessa.*
50. *Omnes omnium charitates una patria complexa est.*
51. *An civis innocens pro liberando Municipii excidio in manus hostium dari possit?*
52. *Exrmplum Caleti ab Anglis ad necessitatem redacti.*
53. *An civis etiam invitus in liberationem urbis possit hostibus tradi?*
54. *Rationes affirmativæ.*
55. *Ex tali traditione non statim sequitur mors traditi.*
56. *Sæpe pœnituit, uni depercisse.*
57. *Jus dandi obsides competit Principi.*
58. 60. *Qualiter civitatibus Municipalibus id jus competat?*
59. *Quod si Princeps sit absens & impeditus?*
61. *An si hosti solvantur debita, quæ debebantur concivibus, dein veri creditores exceptione solutionis possint excludi?*
62. *Mora transfert periculum in morosum.*
63. *Victor est vice Magistratus, quo jubente secura fit solutio.*
64. *Obses ob extorsiones militares captus potest aufugere.*
65 *Civis ob Municipium obses captus damna à reliquis consequi debet. Exemplo repressaliarum.*
66. *Municipium limitaneum quod ob defensionem incurrit damnum illud à reliquis provinciæ civitatibus recuperat.*
67. *Exemplo legis Rhodiæ de jactu*
68. *Ac in casu dirutarum ædium tempore incendii.*
69. *Principis est subvenire civitati bello attritæ. Exempla.*
70. *Imminens periculum belli, qui avertunt, à reliquis sublevandi.*
71. *Adæquatio illa facienda etiam ob adventum exercitus amici.*
72. *Inter subditos unius Principis societas quædam inita pro avertendo communi periculo.*
73. *Onera hostilia, imposita aliquibus tanquam ex universitate, illa communiter reparanda sunt.*
74. *Bellum adnumeratur casibus fortuitis.*

75. *Casus fortuitus qui universos tangit, ab illis præstandus, qui de universitate sunt.*

76. *Cives tempore belli aufugientes reversi, cæteris damna refundere tenentur.*

1. Non undique semper fœcundissima omnis felicitatis genetrix floret pax quo bono in rebus terrenis nihil gratius solet audiri, nihil delectabilius concupisci, & nihil utilius possideri, AUGUSTIN. *de civit. Dei lib. XIX. cap.* 11.

2. Sed semina belli omnium hominum cordibus post lapsum insita quandoque propullulant, adeo, ut merito cum HOBBESIO dicendum: Pacem hodie nullam afferre securitatem, sed saltem esse respirationem belli mox redintegrandi, *cap.* 13. §. 7. *&* 8. *de cive.* semper bella vigent, nec in toto orbe amplius reperitur laudatus à TACITO Ghaucorum populus, inter

3. Germanos nobilissimus, qui magnitudinem suam malit justitia tueri sine cupiditate, qui quieti secretique nulla provocant bella, quibusque præcipuum virtutis ac virium argumentum est, quod ut superiores agant, non per injurias assequantur, *de moribus Germanor. cap.* 35.

4. Semper bella vigent, quamdiu nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, & dominandi libido, omnium bellorum vomites, in animis Principum hærent, EBERH. à WEIHE *Tract. de fœderib. cap.* 1. *n.* 44. non urbes, non Municipia & oppida, sed integra regna tremendo hoc malo conquassantur, unde tantarum civitatum deploranda sors & tristia fata, unde earum irrestaurabilis ruina, nisi ex uno istorum vitiorum, quando nimirum inimicus Princeps illud evertere studet, quod clementia alterius exstruxit. Licet tandem 5.
bellicosis illis eveniat, quod camelo accidisse legitur, cum à Jove cornua postulasset, ille stulta hac postulatione offensus, etiam ipsi aures rescidit, ERASM. *Chiliad.* 3. *adag.* 8. *cent.* 5. & qui Reges ut mundi flagella tot regna & provincias devastarunt, & tandem præda fiunt sibi ipsis, ut de Macedonibus Darius dixerat, CURT. *lib. V.*
interim antequam hi luxuriantes rami amputentur, inter tot cædes tot orbitates, & tot populi suspiria. Princeps cui fortuna favet, ad alterius territorii valvas affigit de acquirend. rer. dom. theses publice ventilandas, quarum impressio fit sumptibus populi; 6.
Sane omnium miserabile est, claudi obsidione, ut EGESIPPUS ait in 7.

pro-

prolog. de excid. Hierosolym. & ut
EUMENES *in Orat. ad patres apud*
LIV. *libr.* XXXVII. C. *53. ait:* quod
8. miserrimum in bello est, obsidio-
nem passus sum. Quod ut triste
malum, ita etiam à Municipiis &
oppidulis pro posse avertatur, quia
nihil naturalius est, quam contra
vim defensionem parare, tueri ar-
mis, focos, liberos, patriam, in-
stituitur lustratio & exercitatio ci-
vium t de qua actum *lib.* III. *Cap.*
24. cinguntur oppida muris &
fossis, pagi sepibus; Nam

Non solum taurus ferit unus corni-
bus hostem,
Verum & jam instanti læsa repu-
gnat ovis.

9. Studium bellicum exercitii loco
tractandum est in pace, ad quod
cogit necessitas in bello, quod ita
exprimit MACHIAVELL. *dell arte*
della guerra. lib. I. pag. m. 15. *Que-*
sto studio di guere, si usi ne tempi di
pace, per esercitio & ne tempi di
guerra per necessita. id est: Belli
studia tractentur tempore pacis
pro exercitio, & tempore belli
pro necessitate. juxta tritum illud:
Tempore pacis de bello cogitan-
dum, non belli tempus expectan-
dum, sed in pace cives ad rem
bellicam exercendi, monente.
PLATONE *lib. II. de LL.* & ut SE-
NECA *Epist.* 18. in ipsa difficultate
ad difficilia se præparet, ut contra
injurias fortunæ inter beneficia
firmetur. Miles in media pace 10.
sine hoste decurrit, vallum jacit,
& supervacuo labore lassatur, ut
sufficere necessariis possit; Quum
in ipsa retrepidare nolueris, ante
rem exerceas, & hæc prima in me-
tu belli sit provisio Magistratus
Municipalis.

Secunda in eo consistat, ne ra-
tione annonæ & pro avertenda fa- 11.
mis difficultate, antequam procel-
la incautos obruat, & navigia
forte scopulis adhærescant pericu-
li quicquam inter belli clausuras
impendeat, nam non solum cau- 12.
tus est paterfamilias, qui procellas
evitat, sed qui de modico stilli-
cidio reparando cogitat, ne ejus
defectu paulatim tota contextura
resolvatur. GREG. THOLOSAN. *de*
Republ. lib. I. n. 26. & juxta mo- 13.
nitum Cambysis ad Cyrum apud
XENOPHONTEM *de instit. Cyri lib. I.*
n. 27. non exspectandum est, ut
rerum necessariarum copiam tunc
pares, cum ipsa te necessitas ur-
gebit, sed cum maxime rebus o-
mnibus abundabis, tunc ante ino-
piam accessionis rationem aliquam
reperies.

Unde solet ex annonæ in civi- 14.
tatibus apparatu fieri calculus,
quantum ad certum temporis spa-
tium cuique civium competere de-
beat, ut æqua distributione quis-

que de quo tantisper vivat, consequatur.

15. Defensionem Municipii præsidio militari muniti, præcipue suscipiunt præsidiarii milites, & qui iis imperat Princeps, ut optimus civitatum defensor, nam cui fortalitium, ei defensio quoque competit, quia illud sine hoc consistere nequit, ABB. PANORMIT. *lib.* III. *cons.* 403. *n.* 5. KNICH. *de jur. territ. cap* 3. *n* 469. & salutem Reipublicæ tueri nulli magis convenit quam Principi, *l.* 3. *in princ.*

16. *ff. de off. præf. vigil.* officium ergo militum præsidiariorum præcipuum est, continuo invigilare, regionemque & ejus fines, ab hostium incursionibus fideliter tueri, *l.* 2. *C. de off. præf. prater Afri.* Ab excubiis & stationibus non nisi jussu Principis recedere, & ab exactionibus populi penitus abstinere, *tot. tit. C. de fund. limitroph. lib. XI ibique DD* quo facit Fuß-

17. Knechts Bestallung *de Anno* 1570. *art.* 14. Ob sie/die Fußknechte / in eine Besatzung geschicket würden / es wären Städte / Schlösser/ Märckte/ oder Flecken/ wie es sich zutrüge/so solten sie sich gutwillig darzu gebrauchen lassen/ und ihr Leib und Leben / bis auffs äusserste treulich und tapffer zu Erhaltung desselben zu setzen / auch von keiner Ubergabe nicht reden/ noch rahtschlagen / bey ihren Ehren und Pflichten / &c. Sed hisce ut ad rem militarem spectantibus, & de quibus cujusque Principis jus militare, vulgo Articuls-Brieff/ tractat, non immoror.

Hoc saltem hujus instituti est notare, quod imminente Municipii præsidialis obsidione, commune periculum omniumque civium versetur causa; Hinc quilibet ex Municipibus obstrictus est, velut ad commune incendium delendum, omnes conferre suppetias, nam quia in civili societate versamur, non id quod privatim interest unius ex sociis servari debet, sed quod integræ societati expedit *l.* 65. §. 5. *ff. pro soc. l. un.* §. 14. *C. de Cad. toll.* & in summo necessitatis casu omnis homo est miles, ita ut ne toga, nec prætexta, nec ornatus Clericalis quicquam excusationis conferat CARPZ. *decis.* 263. STRUV. *syntagm.* J. *Civ. exercit.* 50. *th.* 73. nam diversa sunt hominum inter se vincula, quæ ad mutuam opem invitant. cognati ad eam ferendam coeunt, & vicini inclamantur, & qui ejusdem Civitatis sunt participes, unde illud: *Porro Quirites* GROT. *de* J. *b & p. lib I. cap.* 5. §. 2. *n.* 1. quæ erat formula, qua utebantur in subita vi hominum, quicunque obvii essent aut exaudirent auxilium invocantes.

[Right margin numbers: 18. (beside "Hoc saltem hujus instituti est"), 19. (beside "mur, non id quod privatim inter-"), 20. (beside "C. de Cad. toll."), 21. (beside "Quirites GROT.")]

tes Gronov. *ad D. loc. Grot. Lit. D.* unde Plaut. *in Rud. act. 3. Ss. 2.* porro Cyrenenſes populares veſtram ergo imploro fidem agricolæ accolæ, propinqui qui eſtis his regionibus ferte opem, commune periculum communi aſſiſtentia repellendum, nam non ſo-
22. lum publica ſed uniuscujusq; privata ſalus in eo verſatur, ut dicendum cum Seneca *de otio ſapient. cap. 30*, hoc ab homine exigitur ut proſit hominibus, ſi fieri poteſt, multis, ſin minus proximis, ſin minus ſibi, nam cum ſe utilem cæteris efficit commune agit negotium. Imo non ſolum Cives & ſubditi
23. ſed & forenſes qui in Civitate obſeſſa degunt, & interritorio tali prædia & agros poſſident, ad opem ferendam obſtricti ſunt, ob communem neceſſitatem & utilitatem, quæ æqualiter omnes reſpicit *L. 4. §. is vero 2. ff. de Cenſib.* ſicut & in collectis extraordinariis verum eſt Gail. 2. *obſ.* 52. *n.* 15.

Nec in tali periculo neceſſitatis
24. exceptio immunitatis quicquam obſtat, quia actus benefici ea eſt natura, ut non credendus ſit quisquam ad magnum ſuum incommodum ſe voluiſſe obligare, &
25. cum quilibet princeps primo omnium loco ſuum populum tueri debeat, in omnibus promiſſis hæc ſub intelligitur conditio; quantum ſalus reipubl. admittet: Sic conceſſio immunitatis vectigalium 26.
& tributorum, intelligenda eſt de tributis anniverſariis quotidianis & ordinariis, non autem de iis quæ ſumma & præſens neceſſitas extra ordinem requirit, & quibus non poteſt carere res publica Grot. *de J. B. & p. lib. II. cap. 16. §. 27.* qui exemptionem prætendit hoc in caſu audiat quod regerit Seneca *lib. IV. cap. 39. de benefic.* effice ut idem 27.
ſtatus ſit cum exigitur, qui fuit cum promitterem & deſtituere levitas non erit, ſi aliquid intervenerit novi, quid miraris ſi conditio promittentis mutata ſit, mutatum eſſe conſilium, eadem mihi omnia præſta, & idem ſum: Vadimonium promittimus, tamen deſeritur nam in omnes datur actio, ſed deſerentem vis major excuſat.

Sequitur inde quod exemptio ab 28.
oneribus civilibus ſit limitata in caſum neceſſitatis & ſpeciatim obſidionis, wann die Stadt Belagert würde/ & non ſolum impendia præſtanda ad muniendum Municipium, & parandas excubias, alendum militem tempore obſidionis jam prementis, ſed & metus obſidionis propinquus idem operatur; nam qui tenetur, cum actu ſit obſidio, aſſiſtere ad defenſionem urbis perinde tenetur, cum obſidio inſtat; prout in querela Capituli Stetin-

 con-

contra regiminis Reg. Suec. decretum, cum ob Brandenburgicos & Polonos urbs esset in discrimine non levi & in casu obsidionis ad suppetias obstricta, decisum refert
31. Mev. *p.* 6. *decis.* 283. Idem statuit *p.* 8. *dec.* 454. Ex concessione privilegii hac formula, interducem Pomeraniæ & Civitatem Stetinensem Anno 1612. 27. Mart. initi; Es soll aber alles was von Immunität und Freyheit der Häuser und Persohnen oben gesetzt / in Kriegs-Nöhten/und Belagerung/ die der Allmächtige GOtt gnädig verhüten wolle / nicht statt haben/ sondern in solchen gemeinen Nöhten der eine neben dem anderen zu defendirung der Stadt-Hülffe zu ihm verbunden
32. und schuldig seyn: Tempore belli enim in quo nemini securum esse licet, omnes solent cessare immunitates quamvis concessæ sint ab omnibus oneribus ordinariis & extraordinariis, ubi omnis necessitatis casus superveniens omnes cautelas superat *l. in honoribus* §. *qui muneris ff. de vacat. muner. l.* 1. *C. eod.* Gail. 2. *obs.* 52. *num.* 26. Marc. *decis.* 457. *n.* 18.

33. Quæ communem usum habent ad commune onus pertinent, nec ab eo excusat immunitas dum petitur & assumitur utilitas Mev. *d.*
34. *decis.* 454. *n.* 7. exceptio saltem est in casu, quo ipso belli tempore concessa est immunitas Meischn. *decis.* 6. *tom.* 2. *lib.* 1. *num.* 63. Rosenth. *de feud. cap.* 5. *conclus.* 86. *n.* 5. vel de eo dictum cogitatumve appareat. Mynsing. 4. *obs.* 70. eamque sententiam receptam esse testatur Heig. *lib* 1. *quæst.* 18. *num.* 26.

Quod si jam Municipium muris quidem & vallis aliquo modo 35.
cinctum, sed milite præsidiario destitutum, hostem habeat obsidentem, & Magistratus spe mox adfuturi auxilii sui Principis fretus vel etiam Superioris expresso mandato obstrictus defensionem aliqualem parare cogatur, hoc opus hic labor est, quia eo casu Consules Præfectum, cives vero præsidiarios milites agere coguntur.
Hinc pro implenda omnis obsequii & fidelitatis exacta mensura, 36.
prima Magistratus directio eo tendat, ut ubi majus imminet periculum, ipse præsens sit, ut cives suos ad animositatem & constantiam eo pressius adhortari possit, hic faciendum, quod magni fecerunt Duces rebus afflictis, & ut 37.
Senecæ monitum ad Polybium suum habet, hilaritas de industria quandoque simulanda, & adversas res adumbrata lætitia abscondat, ne militum animi, si fractam Ducis sui mentem viderint, & ipsi

38. ipsi collabantur. Nam amicorum conspectus calamitoso jucundus est, magnoque ad sedandum ac tollendum dolorem adjumento, inest enim in amico vis quædam consolandi, tum adspectu, tum sermone, si sit commodus & urbanus, ARISTOT. *Ethic. lib. IX.*
39. *Cap.* 11. hinc hortandi & imperandi cives, quæ in rem sunt, quod plurimum ad accendendos animos interest, si testis spectatorque virtutis atque ignaviæ cujusque adest, prout expressit LIVIUS, dum Carthaginem oppugnaret Scipio,
40. *lib. XXVI. cap.* 44. Sæpe quidem quæ necessitate urgente fiunt, feliciter cadere solent, & clausis ex desperatione crescit audacia, cum ubi spei nihil est, sumat arma formido, VEGET. *de re milit. lib. III. cap.* 21.

41. Sed quid si Magistratus in mandatis habeat civitatem quovis modo defendere, hostis autem hostilitati minas jungat atroces, ni se dedant, expugnata urbe omnia devastatum iri; Quæritur, an metus talis ad excusationem deditionis
42. sit sufficiens? Sane, quia hic non de præsidio militari agitur, sed de resistentia paganorum, qui intra numerum militarem non conscripti, ejusmodi minæ utique excusationem merebuntur, *tit. ff. & C. quod met. caus.* quia nihil sub cœlo voluntati magis videtur contrarium, quam vis & metus, *l.* 116. *pr. ff. de R. J.* scilicet, si metus talis est 43.
qui cadere in constantes potest, qui est trepidatio mentis ob periculum instans & animum perturbans, imo metus totalis excidii, malum est, constantiam humanam superans, unde sollicitudo declinandi malum non erit vituperanda, *DD. ad d. tit. quod met. caus.* Hac ratione duæ civitates Italiæ, Squinata & Constantia, excusantur à DECIO *cons.* 690. *n.* 13. BÜRGER. *obs. milit.* 17. *cent.* 1. quia id regulariter posse dicimur, quod sine evidenti periculo fieri potest. *l.* 125. *ff. de V. S.* Militum vero ob- 44.
ligatio arctior est, ut quibus civitatis defensio à summo imperante injuncta, ad extremum etiam spiritus halitum paranda est, & si contingat inevitabilis mors è vestigio, PUFFENDORF, *de Jur. N. & G lib. VIII. cap.* 1. §. 1. & 4. BURGER. *Observ. milit. cent.* 1. *obs.* 10.

Prompta tamen sæpe deditio exacerhatum sed ad hostilem ani- 45.
mum, & supplices iratum ac offensum potuerunt placare Principem, unde consilium è temporis occasione sumendum, an resistentia conducibilior Reipublicæ sit defensione.

Adhuc quæritur, si civibus in- 46.
junctum, ut quisque arma ad descen-

fendendum arripiat, an etiam illi ad defensionem cogi possint, quibus pertradita sectæ suæ non conconvenit belli aleam experiri, &
47. arma tractare, & nec hi à defensione immunes erunt, maxime, si undique opus non est nocentia in hostem trudere tlea, eumque cum internecione propulsare, sed ejusmodi sectæ hominibus convenit, talem parare defensionem, quæ comitem non habet offensionem; Sic poterunt injecta pyro-
48. bola exstinguere, aquas apportare, in plateis vigilare, & id genus alia, quod opus si detrectent, tanquam putrida membra ex urbe ejici poterunt, quia boni civis non est, in universi calamitate & omnium anxietate, cum Diogene in dolio otiosum esse, Wildvogel *de jure portar. cap. 2. n. 66.*
49. atque in obsidione Groningensi, instante Episcopo Monasteriensi, Christophoro Bernhardo à Galen, sic cum Mennistis & Quackeris factitatum refert; In necessitate omnis justa ratio est expediendæ salutis; Si Hannibal ante portas
50. omnes occurrant, quia patriæ favor omnium maximus est, quia teste Cicerone chara uxor, chari liberi, chari parentes, at omnes omnium charitate una patria complexa est, nam in id genii sumus ut primo Deo, deinde patriæ serviamus, *l. 2. ff. de* J. J. *l. minime 35. de relig. & sumpt. fun.*

An autem patriæ favor tantus 51.
est, ut civis innocens pro liberando Municipii excidio à Magistratu in manus hostium tradi possit? Quæstionem hanc tractat Grot. *de J. B. & pac. lib* II. *cap. 25. §. 3.* certe ad dilectionis officia illud merito referendum, quod cum laude præstatur, & omitti sine culpa nequit, quia vir bonus & sapiens & legibus parens, & civilis officii non ignarus, utilitati omnium plus, quam unius alicujus, aut suæ consulit, Cic. *de finib.* Sic 52.
Anglus redacto Caleto ad ultimam necessitatem, sex ex nobilioribus civibus postulavit, in quos ad arbitrium procedere posset, qui & sponte se obtulerunt ad exsatiandam victoris iram. Nimirum in hac animorum consternatione quidam minime plebejus pro salute patriæ, inedia pene confectæ, mortem se non reformidaturum palam dixit, & quinque dein alios in similem rapuit affectum, Frossard *Histor. lib. I.* Sed an talis civis 53.
etiam invitus ad hoc cogi possit, majoris dubitationis est, & decidit allegatus Grotius *n. 4.* à superiori hoc fieri posse, qui cogere potest etiam ad alia, quam quæ virtus præcipit, & quidem hoc exigit: (1.) Salus suprema Reipubli-

blicæ lex, quæ omnes in ſe charitates, publicas & privatas continet. (2.) Secundum naturam eſt abſcindere membrum, ut ſervetur totum. (3.) Ex tali deditione non ſtatim ſequitur mors innocentis, poteſt enim quid intervenire, ut dedito parcatur, quia & apud malos multum auctoritatis quoque habet virtus, & forſitan hæc ille ambitioſe faciet, ut poteſtate contentus ſit, QUINTILIAN. *declam.* 253. prout & pepercit Anglus Caletenſibus civibus deditis, FROSS. *cit. loc.* unde adhuc apprime facit, quod habet QUINT. *jam all. loc.* Jam ſi exercitus hoſtium intra fines noſtros fuerit, ſi ardere villas, ſi frugifera ſuccidi, ſi fugam ruſticorum in urbem, ſi compulſa intra muros pecora viderimus, ſi mœnia oppugnabuntur, ſi turres quatientur, ſi ad delectum ab amplexu matrum juvenes rapientur, quam ſero pœnitebit tam caro uni pepercisse.

55.

56.

57. De obſidibus à Municipali Magiſtratu tempore hoſtilis invaſionis dandis, dicendum reſtat, regulariter jus dandi obſides competit Principi, quorum ſubditi jure obſtagii ob ſummum imperium & ob jus in actiones ſubditorum, eorumque bona obligari poſſunt. GROT. *d. Tract. lib. III. cap.* 20. §. 52. SCHILT. *de jur. obſid. cap.* 2. §. 1. *n.* 3. Civitatibus ergo Provincialibus hoc jus aliter non competit, quam permiſſu Principis, quia eſt pactum cum hoſtibus, ſed eadem eſt efficacia obſtagii ſi Princeps fuerit abſens & belli aliisque calamitatibus impeditus quia poteſtas politica à Principe magiſtratui inferiori collata, ſe ad ea extendit quæ ad hanc poteſtatem ſunt neceſſaria cum & inferioribus belli Ducibus inducias dandi, easque obſidibus datis firmandi jus competat GROT. *lib. III. cap.* 22. §. 8. SCHILT. *alleg. tract. cap.* 2. §. 7. *n.* 26. 27.

58.

59.

60. Proprie igitur jus dandi obſides Municipiis non competit, quia hi non aliter videntur dati, quam in conventionibus publicis & fœderibus, quæ jura ſummæ poteſtatis ſunt.

61. Quæritur ſi civitas ab hoſte fuerit occupata, & victor officialibus ſuis non nulla debita quibus certi cives, concivibus ſuis obligati ſunt, donet, & officiales ea à debitoribus exigent, an poſt hoſtium diſceſſum veri creditores exceptione ſolutionis excludi poſſint, vel an debitores ea denuo ſolvere teneantur? Si antea debitores in mora ſolvendi fuerunt, creditoribus denuo ſolvere debent, quia mora omne periculum trans-

62.

fert in morosum *l. quod t. 5. ff. de reb. cred. l. nemo 82. in fin. ff de V. O. l. promissor. 23. ff. de constit. pec.* CARPZ. *p. 2. const. 26. def. 25.*
63. MEV. *p. 5. decis. 43. n. 5.* Si vero nulla mora præcessit, debitor securus est, nec debitum illud petentibus denuo solvere cogitur, quia victor devictorum est dominus, & magistratus, sed qui magistratu jubente solvit id denuo solvere obstrictus non est. BALD. *l. novissime ff. quod fals. tut. auct.* PAUL. de CASTRO. *consil. 279.* MATH. de AFFLICT. *decis. 150.*

Sæpe autem evenit, ut hostes invitos cives è Municipiis obsides ducant, quod ut plurimum accidit pro solvendis extorsionibus militaribus, Brandt-Schatzung / isto casu obsides captivis similes sunt, sicut ergo captivo fugere licet *l. 26. ff. de captiv.* Sic & tali obsidi, ob deficientem consensum ad obligationem necessarium, cum nec fidem hosti dederit, quæ & hosti servanda, SCHILT. *d. tract. cap. 7. §. 3. n. 67.*

Quia tamen à cæteris concivibus ob damna & impedimenta allata relevationem consequi debent. ABB, *lib. II. consil. 21. n. 2.* Sicut qui alieno odio prægravatus repressalias passus est, is pro sua indemnitate contra illum, cujus causa repressaliæ fuerunt factæ, consequenda, habet actionem *l. nam & servus 21. ff. de neg. gest.* MENOCH. *consil. 244. n. 58.* SURD. *consil. 12. n 41.* COLER. *de proc. execut. p. 1. cap. 2. n. 386.* HEIG. *1. quæst. 12. n. 65.* MYNSING *cent. 6. obs. 1. n. 10.*

Municipium limitaneum, quod 66.
parata defensione hostiles avertit insultus, atque horum occasione damnum est passum, non immerito ejus reparationem petit ab illis ejusdem provinciæ civitatibus, cæterisque ditionibus & præfecturis, quæ ex resistentia unius civitatis ab hostili invasione fuerant liberatæ, & quidem decisio hu- 67.
jus fluit ex æquitate legis Rhodiæ de jactu *l. 2. §. 3. ff. ad l. Rhod. l. 11. ff. eod.* ubi si unus quid pro liberanda nave solverit prædonibus cæteri retribuere tenentur.

Item si pro salute viciniæ ar- 68.
cendi & extinguendi incendii causa unius vel alterius civis ædes sunt dirutæ, omnes illi qui salvi evaserunt, ad reparationem istarum ædium concurrere debent, ut pluribus demonstravimus *lib. III. cap. 4. n. 33. & 34.*

Et hic boni Principis est, sub- 69.
venire belli calamitate attritæ civitati remittendo tributa, sicut dignum encomio est, quod refertur de Constantino Imp. qui Æditæ civitati gravissime afflictæ, re-

mi-

miſit quod è quinquennio reliquum fuerat, quod & fecit Theodorus Rex cum per provincias Alpium Cottiarum exercitus tranſierat, ubi tertiæ indictionis tributa laxavit AUREL. CASSIOD. *lib. IV. Epiſt.* 36.

70. Simili ratione illi, qui imminens periculum bellicum ſuo cum damno repulerunt, ne incendiis & devaſtationibus reliqui perderentur, æqualiter ſublevandi ſunt KLOCK. *de contrib. cap.* 17. *n.* 289. *& ſeq.* Reipublicæ enim intereſt, ne quis damnificetur *l. quoties ff. ad Munic. l.* 1. *in princ. ff. de Magiſtr. conven.*

71. Cum & ob adventum exercitus etiam amici ſi unus pro alio gravetur poſtea fieri debeant tales adæquationes ut loquitur GASS MASTRILL. *lib. II. deciſ.* 164. *n.* 13. ubi *n.* 16. refert, ita in

72. ſupremo regni Siciliæ tribunali judicatum fuiſſe, quin imo inter unius Principis ſubditos ſocietas quædam inita cenſetur, ut ad commune periculum avertendum æquliter conferatur. KLOCK. *dict. cap.* 17. *n.* 296.

73. Quia jam aliquibus tanquam in ſocietate & communitate viventibus, ut univerſis, non ut ſingulis, onera hoſtilia & militaria ſunt impoſita; Ergo & illis ex publico reparatio facienda maxime, ſi communitas particularium damno ſublevata, majusque malum evitatum eſt, *d. l.* 1. *& 2. ff. ad l. Rhod.* Nec obſtat, 74.
ſi dicatur, bellum adnumerari caſibus fortuitis, *l.* 18. *ff. commod.* quos nemo præſtare cogitur, nec à quopiam peti poſſit, ut illorum eventus præſtetur, *l.* 23. *in fin. ff. de R. J. quæ fortuitis, C. de pignor. act.* Nam hoc procedit, ſi caſus 75.
fortuitus ſubditos & cives, ut ſingulos, vel unum & alterum tangat ſecus ſi tota univerſitas, imo integra provincia hoc malo prematur, inde damna, quæ pro totius communitatis conſervatione illata ſunt, ab omnibus patriæ civibus refundi omnino debent, KLOCK. *alleg. Tt, cap.* 17. *n.* 298.

Ex hac æquitatis ratione fluit 76.
conſectarium, quod is, qui tempore bellicæ invaſionis ſalutem fuga quæſivit, & concives ſuos in flamma hac deſeruit, adſpirante meliore aura reverſus, damna quæ preſſi cives interim ſenſerunt, refundere quoque teneatur. Quod enim omnes tangit, ab omnibus pro rata præſtandum, & iniquum eſt, cum unus oneri communi ſe ſubduxit, ut alteri ſarcina fiat durior & intolerabilior.

Caput LXX.

DE CAUSIS MUNICIPIUM EVERTENTIBUS ET CONSERVANTIBUS.

SUMMARIA.

1. *Nihil in mundo, eodem stat fortuna loco.*
2. *Vita & fortunæ incommoda.*
3. *Omnium statuum incrementa & decrementa. Tristia Municipiorum fata hodierna.*
4. *Causæ omnium mutationum dependentà providentia Dei.*
5. (1.) *Peccata populi sunt causa eversionis.*
6. *Quærendus est Deus in via ipsius astu.*
7. (2.) *Profanatio Diei dominici evertit Municipia.*
8. *Temeraria nimis violatio diei Dominici in Municipiis.*
9. *Plura tunc committuntur peccata quam reliquis sex diebus hebdomadariis.*
10. *Pœnitentia populi optimum pro avertendo malo remedium.*
11. (3.) *Injustitia est causa eversionis.*
12. *Justitia est clavus reipublicæ.*
13. *Non desunt Municipio leges sed deest executio earum.*
14. Kleine Diebe hencket man an eiserne / aber grosse Diebe an gûldene Ketten.
15. (4.) *Discordia mater eversionum.*
16. *Pestis hæc rerumpubl. unde oriatur?*
17. *Discordia maxima civitatum calamitas.*
18. *Varia hujus exempla.*
19. *Discordia est partium politicarum separatio.*
20. *Perniciocissima est discordia ipsorum regentium.*
21. *Discordia inter Senatores quam perniciosa.* Jovi positorio templum *ad curiam ponendum.*
22. *Catonis mens fuit expedire reipubl. esse inter cives discordiam.*
23. *Discordia atrox Dea, spasmus civitatis.*
24. *Fila soluta facile rumpuntur, concordia per æqua, per iniqua civibus concilianda.*

25. *Frustra proficit concordiæ commendatio nisi ab ea proceres civitatis initium faciant.*
26. *Concordiæ laus.*
27. *Discordiæ vituperium.*
28. (5.) *Eversionis causa est, si laudabilia instituta in Municipiis abrogentur.*
29. *Mutatio morum æquiparatur mutationi diatæ.*
30. *Mutationis consectaria.*
31. *Verba Augusti Imperatoris ad Senatum Romanum, de novitate evitanda.*
32. *Mutatio concernens publicam regiminis formam, in Muuicipiis est damnosa.*
33. *Ædium fundamenta renovari non possunt salvis ædibus.*
34. *Novatorum genius.*
35. *Couversa in deterius mutantur.*
36. *Statutis mutatis mutantur mores.*
37. *Pejus est, in legibus errare, quam hominem interficere.*
38. *Adrastia Gentilium Dea, inevitabilia sanciens, in condendis legibus invocata.*
39. *Apud Thurios & Locrenses, qui legum abrogationem petebat, collo in laqueum inserto id facere debebat.*
40. *Primæva statuta in Municipiis vix persistunt absque mutatione.*
41. *Cum temporibus etiam leges mutantur.*
42. *Utilitas publica ut leges introduxit, ita eos abrogat & corrigit.*
43. *Nihil mutandum in pejus propter sequelam inconvenientium.*
44. *Mutatio ordinationnm non facienda ex abrupto.*
45. *Pristina rei umbra semper retinenda.*
46. *Exemplum Romanorum post exactos Reges.*
47. *Nhil magnum fit subito.*
48. *Consilium in casu mutationis ordinationum.*
49. (6.) *Proprii commodi sectatio evertit civitates.*
50. *Si quis quod suum est quærit Respublica publici nomen perdit.*
51. *Valerii Publicolæ exemplum.*
52. *Thomæ Mori descriptio imaginariæ suæ Reipublicæ.*
53. *Ubi omnia omninm sunt, nihil privatis.*
54. *Fœminæ Spartanæ alicujus historia notabilis.*

55. *Monitum in eos, qui Magistratus Municipalis jurisdictioni non subjecti, statum civitatis convellere intendunt.*
56. *Statu publico prolapso damnum fit universale.*
57. *Divina ultio sæpe descendit in progeniem.*
58. (7.) *Laborat status Municipalis, si certæ saltem familiæ evehuntur.*
59. *Facilis est secundæ fortunæ abusus.*
60. 62. *Honor nimis uni vel pluribus exhibitus incitat fraudes & odium.*
61. *Ordo in Republica esse debet, sicut inter humani corporis membra.*
63. *In numero votorum inferiores plerumque adhærent Superioribus.*
64. *Leo in urbe non alendus, nisi nutrito præstetur obsequium.*
65. *Quo plus dignitatis, eo minus imperii conferendum.*
66. *Plures facilius munia societatis exequuntur.*
67. (8.) *Ruinam in Municipiis accelerat contemptus Magistratus.*
68. *Auctoritas Magistratus conservanda.*
69. *Ingenita sit civibus erga proceres suos veneratio.*
70. *Jus dicens sit facilis absque contemptu.*
71. *Non evehendi ad Reipublicæ clavum depauperati & tenuioris notæ.*
72. *Ad amovendum contemptum evitanda est nimia familiaritas.*
73. *Quinam in Municipiis ad hoc vitium sint proclives?*
74. *Jactura auctoritatis non facile reparatur.*
75. *Adspirantes ad Magistratus honores ne populo se submittant. Exemplum Absolonis.*
76. *Post adeptos honores qui antea nimis erant submissi, violentia uti debent ad acquirendam auctoritatem.*
77. (9.) *Nimia tribunorum plebis auctoritas Municipiis non est salutaris.*
78. *Ejus auctoritatis magna incommoda.*
79. *Ambitiosa plebs ad consilia publica adhibenda.*
80. *Gradus usurpatæ potentiæ tribunitiæ apud Romanos.*
81. *Abusus tribunitiæ auctoritatis paulatim corrigendus.*
82. (10.) *Magistratus crebra mutatio Municipiis est perniciosa.*
83. *Mutationis istius incommoda.*
84. (11.) *Fastuosa miseria in Municipiis damnosa.*
85. *Immodica hodie est vestium superbia.*
86. *Pauci, licet curta sit suppellex, secum habitant.*

87.

87. *Prodigalitas mutat Respublicas.*
88. *Dudum ultra conditionem notatus est fastus cujuscunque.*
89. *Cum egestate jam augetur luxus.*
90. *Tenuiorum gula multa absorbet.*
91. (12.) *Otium & desidia Municipiorum promovet ruinam.*
92. *Neglectus opificiorum quam maxime dolendus.*
93. *Agricultura obest opificum felicitati.*
94. *Otium ex nimia saturitate oriri solet.*
95. *In nostris Municipiis otium oritur media in penuria.*
96. *Laboribus acquiritur florens Reipublicæ status.*
97. *Timothei rarum exemplum, cui dormienti fortuna urbes tradidit.*
98. *Nemo recensuit ævi sui abundantiam.*
99. *Hereditas & dos nostra sunt sudor & dolor. Sententia Guevaræ.*
100. (13.) *Incentivum otii in Municipiis nostris vinum ex frumento adustum,* Korn-Brandtewein.
101. *Venenati potus istius incommoda.*
102. *Male dicitur aqua vitæ.*
103. *Quatenus huic potui dediti tempus terant?*
104. *Mala domestica ex vino isto orta.*
105. *Cives morbo hoc extenuati.*
106. *Spiritus iste absumit fruges & quercus.*
107. *Lucri odor malum hoc fovet.*
108. *Lucrum illud imitatur spiritum hunc, qui crassas relinquit fæces.*
109. *Quando ejusmodi destillationes permittendæ?*
110. (14.) *Magistratus in officio suam ostendat industriam.*
111. *Magistratus ignavi sunt, ut statuæ pilares.*
112. (15.) *Exemplo suo doceat Magistratus.*
113. *Gubernantium vitiis inficitur Respublica.*
114. *Gravis est morbus, qui à capite diffunditur.*
115. *Sylla apud Romanos luxuriosus, luxum prohibens ludibrio habitus.*
116. (16.) *Amor civium arx civitatis.*
117. *Modus conciliandi amorem civium.*
118. (17.) *Defendendi cives, qui onera sua ferunt.*
119. *Populus in Republica maximum onus sustinet.*

120. (18) *Cum vicinis conservanda amicitia.*
121. *Violentam vicinorum invasionem avertit protectio Principis.*
122. *Odio vicinorum tollitur mutuum commercium.*
123. *Commercia cum vicinis sunt subsidium sublevandæ inopiæ.*
124. *Odii vicinalis effectus.*
125. *Ferendum, quod mutari nequit.*
126. *Ne felicitate sua glorientur civitates.*
127. *Deus eminentia deprimit, humilia extollit.*
128. *Municipia calamitate pressa æquo ferant animo, quæ resistunt emendationi.*
129. *Consilia committenda sunt supremo Numini.*
130. *Non inquirendum in momenta, quæ Dux habet in potestate.*
131. *Tempus malorum optimus medicus.*
132. *Sperandum in adversis.*

1. Cum in volubili hac mundi sphæra nihil perpetuum sit, pauca diuturna, mirum non est, eodem non stare fortunæ loco, regna, Status, provincias, civitates, summa imis vertuntur, nec ullum ingenii acumen, nulla humana vis inexorabilia mundi fata elidere vel eludere poterit, & ut SENECA de privatis rebus conqueritur, hoc pro nostro themate ad Municipia eorumque mutationem & eversionem applicari poterit;
2. Etiam inter fortunæ otia calamitatis confusio ingruit, bellum in media pace consurgit; in subitas tempestates agitur æstiva tranquillitas, quoties sine hoste patimur hostilia, quoties invadit temperatissimos morbus, innocentissimos tormentum, frugalissimos inedia, secretissimos tumultus? Et ut ait *Tragœd. in Octav. vers. 90.*

Regitur fatis mortale genus
Nec sibi quidquam spondere potest
Firmum & stabile.
Per quæ casus volvit varios
Semper nobis metuenda dies.

Veluti & in singulorum hominum ætatibus, sic in omni populo, in omni statu sunt, sui natales sunt certi incrementorum gradus, est consistens vigor, est tandem & aliquid caducum, quod sensim tendit ad fatalem metam, hæc est rerum vicissitudo, hæc universitatis lex, cui quisquis obsistit, nec hilum proficit, & more gigantum bellat cum Diis, eleganter ait KLOCK. *de contrib. cap. 7. n. 145.* 3.
Maxime autem, de quo conqueratur, reperit is, cui salus Munici-

cipiorum hodiernorum curæ & cordi est, quoniam tristi & fatali hoc seculo, summa, media, infima, nescio quo fato; in perniciem eorum jurarunt fere undique, & quo vertas oculos, nemo est, qui non animadvertat, quantum distent præsentia tempora à præteritis, quantumque à priori felicitate desciverint civitates Provinciales, uno veluti impetu jam ad interitum properantes. Causas simul & remedia eversionis hujus, pro instituti scopo hic proponam.

Causas mutationum harum si quis ab alto petat, reperiet, unum
4. esse, à quo omnes dependent causarum causæ, qui mutat tempora & ætates, qui civitates constituit, fundat, rigat & evertit, Deus est, cujus voluntate & providentia ineffabili stant regna, mutantur, intereunt, in cujus manu est gubernatio politiarum, & cum Propheta est dicendum, an erit malum in Civitate quod Jehova non efficit *Amos. 3. v. 6.*

(1.) Prima itaque eversionis causa
5. sunt peccata populi quæ desolationem inducunt, & quibus Civitates exuruntur igne, eæque fiunt sicut tugurium in vinea, ut tigillum in cucumerario fitque Civitas ut obsessa ESAIÆ 1. *vers.* 7. 8 benedictione Justorum exaltabitur Civitas, sed ore impiorum subvertetur, *Proverb.* 11. *v.* 11. Ergo optimum remedium est, ne 6.
gens fiat vacua desiderio, ut antequam Deus exequatur decretum, & ejus iræ æstus populum invadat, ipsum quærant, ut abscondantur, juxtam monitum Prophetæ ZEPHAN. 2. *v.* 1. 2. 3. nam desertores sui Deus deserit, nec cadunt solum turpiter sæpe, sed ruunt LIPS. *monit. polit. lib.* 1, *cap.* 4.

(2.) Accedit profanatio diei 7.
Dominicæ, cui tamen malo mederi non possunt tot salutaria Principum edicta, monent Ecclesiastici, minantur Politici, ingemiscunt desuper omnes, quibus religio cordi est; Sed inveterascit malum hoc, & mirum est magis non accendi desuper iram Domini. Sane in 8.
Municipiis nostris plebecula tempus illud sacris dicatum lascivo otio & temulentæ petulantiæ impendit, ac si omnis illicita recreatio huc reservanda sit, obstrepunt tunc peractis sacris cauponæ, instrumentis musicis, inter saltationes & tripudia plateæ nocturnis clamoribus sæpe, & litigantium tumultu resonant, ac certissimum 9.
est una ista dominica die Deo dicata plura committi peccata, quam cæteris sex reliquis hebdomadariis, laboribus destinatis, ut dici possit Sontage seynd Sauffstage/Feststage/ Fretztage. Ubi optimum 10.

 pœni-

pœnitentia eſt remedium, ut populi ab interitu totali conſerventur, & ut dicat Jehova: pœnitebo & ego ſuper malo quod cogitavi, ut facerem ei. JEREM. 18. v. 7. 8.

11. (3.) Injuſtitia porro cauſa eſt everſionis propter quam ſæpe regnum à gente in gentem translatum eſt. EZECH. 7. v. 23. *prov.* 28. v. 2. omnem injuſtitiam adverſatur Dominus, & adverſus iniquos Judicia ſua æquiſſime exercet.
12. *Pſalm* 98. v. 2. Juſtitia autem eſt clavus reipublicæ quam ſi gubernator non regat, & non caveat à ſcopulis dirigendo, neceſſarium eſt per in via, per ſyrtes per vertices & cautes navem periclitari; Sic ſi Magiſtratus Juſtitiæ non dirigat vel negligat paginam, neceſſario Civitas in immedicabilia mala & tot pacis vertices incidet, urbesque in quibus non regnat Juſtitia non ſunt niſi ſpeluneæ latrionum KNIPSCH. *de Jur. Civ. Imp. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 21.

13. Legibus, ſtatutis, edictis & conſtitutionibus non de ſunt Municipia, ſed deeſt executio, atque ita ſine ſono moventur campanæ, tenduntur aranearum telæ, quæ muſcas minores capiunt, ſed valentiores transmittunt, atque ita ſæpe magnires parvas ducunt, ut Diogenes ajebat apud LAERT. vel ut Cato apud GELL. *lib. XI. cap.* 18.

Fures privatorum furtorum in 14. compedibus ætatem agunt, publici autem in auro & purpura; Quo facit illud tritum noſtratium: Kleine Diebe hencket man an Eiserne/ aber grosse Diebe an güldene Ketten/ quo tamen malo tot respublicæ, tot regna & urbes labefactata & concuſſa ſunt, teſtantibus tot Politicorum paginis.

(4.) Succedit diſcordia, ſeditio- 15. num & everſionum mater, cum Collegia Collegiis, Societates Societatibus, Cives Magiſtratibus, Magiſtratus membra inter ſe, ſibi invicem obſtant. Peſtis hæc rerum-publicarum plerumque à luxuria, 16. avaritia, ambitione & ſuperbia originem trahit, & ſic nulla quamvis maxima natio diu ſtare poteſt quæ diſſidentium ſtudiis diſtrahitur; Id unum venenum tantam labem civitatibus infert, ut ſine eo Imperia immortalia ſunt LIV. *lib. II. cap.* 44. Age, inquit Decius apud DION. HALICARNASS. *lib. VII.* ſi quis vos interroget, quæ ſit maxi- 17. ma Civitatum calamitas, & perniciem afferens celerrimam nonne reſponderitis & diſcordiam? PLATO *lib. XXX. in Menexemo*: Non aliorum viribus, ſed noſtris ipſorum diſſidiis oppreſſi ſumus, nullaque Civitas tam firma tam ſtabilis eſt, quæ odiis Civium non labefactetur CICER. *in dialog. de amicit.*

Undi-

Undique fere exclamandum cum Poeta *Ecclog.* I.

- - *En quo discordia Cives Perduxit miseros.*

18. Thesin hanc omnium seculorum annales certissimam faciunt. Quid enim Athenienses, quid Thebanos, totamque Græciam contra externos hostes defendit? concordia, quid pessum dedit? discordia. Quid Trojanam obsidionem in decimum annum distulit? Achillis & Agamemnonis Jurgia, quid Romanis in Britannos victoriam peperit? factiones Principum; Quid Romanum Imperium in integritate conservavit? concordia! quid hactenus in libertate & flore detinuit Belgiæ & Helvetiæ provincias? concordia.

19. Omne quod triste & deplorabile est in natura, originem trahit ex partium dissensu & resolutione, quod ita exprimit acutissimus politicorum SAVEDRA *Symbol.* 89. *in princ. Todas las obras de la naturaleza se mantienen con la amistad concordia, y en faltando desfalecen y mueren, non siendo otra la causa de la muerte, que la disonancia y discordia de las partes, que mantenian la vida.* Quod est: Omnia naturæ opera amicitia & concordia sustinentur, qua lapsa, intercidunt & evanescunt, cum & ipsa mors non aliam sui causam agnoscat, quam partium separationem & dissidium, quarum vita sola hactenus in harmonia constitit.

Damnosa utut sit discordia inter Municipii Concives, vel si hi contra Magistratum insurgant, damnosior tamen adhuc est si ipsi Rectores invicem perniciosa alant dissidia, quod idem est acsi remiges & nautæ digladientur in una aliqua navi LIPS. *Polit. lib. III. cap.* 6. Alphonsus rex dixit, si sibi contigisset temporibus, quibus Rom. resp. florebat nasci se, constructurum fuisse contra curiam, templum Jovi Positario, in quo priusquam in senatum venirent Patres conscripti odium, amorem & affectus privatos deponerent PANORMIT. *lib.* III. *de dict. & fact. Alphonsi.* Quanquam inter Municipes Catonis quidem aliorumque sententia fuerit, expedire reipubl. ut discordiæ sint inter Cives, præsertim viros magnos. Verius tamen LIVIUS discordiam (quam atrocem Deam vocat Euripides & quâ non aliter atque caseus vermiculis corrodi solet respublica BALD. *in l. unic.* §. *1. n. 1. C. de Caduc. toll.* Ubi subdit dissidium esse spasmum quendam Civitatis) omnium ordinum venenum esse reip. docet, congruit enim bono præsidi, ac cuivis Magistratui, curare ut pacata ac quieta sit provincia aut

urbs quam regit *l. 13. de offic. præf.* atque conveniens est, Magistratum providere, ut nulli populi Civitatum alterutris seditiones faciant, sed omnis pax sit Dei Civitatibus *Novell.* 17. *cap.* 2. omnia certe commota facilius quam quiescentia moventur ARIST. Tyrienus lapis quamvis grandis innatat, com-
24. minutus subsidit ita concordia sustinemur, discordia pessum imus PLEN. *lib. II.* atque fila per se tenuia ac soluta facile rumpunt, at si ea inter se violento implicas nexu, quo fortius premis, validius stipantur, coeuntque denique in funem, in frangendo nunquam sufficeris BAREL. *in Argen.* Constans itaque ac perpetua sit Magistratus maxima concordiam civium per æqua per iniqua conciliandam Civibus LIV. *l. 2.*

A concordia ergo ipsi civitatum
25. proceres initium faciant, deinde cum Lycurgo legislatore civibus suis eam supra omnia commendent, de qua ita præclare dixit DEMOCRITUS: Actum est de civitate, in qua imperium traditur discordiæ, & juxta PYSISTRATUM majores civium hostes esse non possunt, quam illi ipsi inter se diffidentes.

26. O nobilissimam & amabilissimam concordiam, filiam altissimi Dei, matrem silentii & quietis, sororem charitatis & fidelitatis, conservatricem omnium artium, imo omnium civitatum, per quod enim cœli conservantur, nisi per harmonicam quandam concordantiam & concordiam, quæ ipsis à primo motore & creatore data? & paulo post
quid corrumpit, divastat & omnia 27.
sub sole in nihilum redigit, nisi discordia; Sic dixit Cornel. Frangipani in Oratione quadam ad Venetiarum Ducem, ut ita scribit THOM. GARZON *in piazza universale discors.* 2.

(5.) Porro eversionis causam 28.
Municipia agnoscunt, si quod ab antecessoribus salutari instituto stabilitum, infausto consilio iterum abrogetur; Dico salutari instituto hinc illa formula de non abrogando quod inveterata & laudabili consuetudine introductum est, alt löblich Herkommen/ wohlhergebrachte Gewohnheiten / quibusdam locis inseri solet juramentis
Senatorum, ejusmodi mores & in- 29.
stituta si mutentur æque publico nocent ac valetudini jacturam infert, si victus & diætæ ratio mutetur, MELANCHT. *Orat. de leg. tom.* 1. Mutationem juris sequitur
mutatio morum, morum muta- 30.
tionem sequitur novitas quædam su-

ſubita, hæc autem movere &
quaſſare ſolet Rempublicam, at-
que inde receptas leges non eſſe
mutandas, etiamſi quid incommo-
di habeant, monet ARIST. *lib.* II.
31. *Polit.* Auguſtus Imperator olim
de novitate vitanda ad Senatum
Romanum hæc verba habuit:
Poſitas ſemel leges conſtanter ſer-
vate, nec ullam earum immuta-
te, nam quæ in ſuo ſtatu eadem-
que manent, etſi deteriora ſint,
tamen utiliora Reipublicæ his, quæ
per innovationem vel meliora in-
ducuntur, & in minimis quoque
rebus omnia antiquæ conſuetudi-
nis momenta eſſe ſervanda monet
32. VALER. MAXIM. *lib.* II. *cap* 6. Mu-
tuatio hæc puta eſt damnoſa,
quæ publicam regiminis civitatici
formam concernit, æque eſt da-
33. mnoſa, ac ſi quis ædium ſubſtru-
ctiones & fundamenta renovare ſe
poſſe putet. ſalvis ædibus, quæ ni-
ſi ruant, plus tamen ipſa concuſ-
ſio domus incommodi, quam no-
va materia utilitatis eſt allatura,
eoque magis, cum civitas quaſi ve-
tus & caduca domus, diutiſſime
ſtetit in eodem ſtatu, BODIN. *de
Republ. lib.* IV. *cap.* 3.

34. Novatores, ut aliquid ſui vide-
antur afferre, etiam recta com-
mutant; QUINT *juſt. lib.* III. & ſci-
35. to ſuper omnibus negotiis melius
atque rectius olim proviſum, &
quæ convertuntur, in deterius mu-
tari. TACIT. *Annal. lib.* XIV. *cap.*
43.

Statuta, leges & conſuetudines 36.
ſunt pro norma Reipublicæ hinc
fieri non poteſt, ut illis mutatis,
non mutentur mores, & ex mu-
tatione utilitatis parva fit acceſſio
THOLOSAN. *de Republ. lib. X. cap.*
5. *n* 17.

Veteres perquam tenaces erant 37.
in obſervandis legibus & moribus,
unde Socrates cenſuit, pejus eſſe
legibus conſtituendis errare, quam
hominem interficere, quia ejus-
modi error multos per multa ſe-
cula interficit. Hinc ne in legi-
bus ferendis errarent, petierunt
auxilium ab Adraſtia, quæ ab Eth-
nicorum priſcis Theologis puta-
batur potentiſſima inevitabilium, 38.
ſeu neceſſitatis legum Regina &
quia optabant firmiſſimas leges
condere, quas neque oblivio de-
leret, neque defraudaret aſtutia,
neque violentia frangeret, & o-
mnino nullus devitaret. THOLOS.
cit. loc. n. 18.

Thurcorum & Locrenſium tam 39.
rigidum erat inſtitutum, ut qui
legis abrogationem peteret, illud fa-
cere juberetur collo in laqueum in
ſerto atque ſic in publicum prodiret,
ut ſi lex videretur bona ejus au-
ctor incolumis abiret, ſin au-
tem diſpliceret laqueo ipſius gula

 fran-

frangeretur DIOD. SICUL. *lib. XII.*
ARNIS. *lib. I. polit: cap.* 17. *in fin.*
SCHÖNBORN *lib. III. polit. cap. 9.*
DANÆ. *polit. lib. III. cap.* 4.

Inde tamen ſuperſtitione qua-
40. dam putandum non eſt, nunquam
licere in Municipiis ſine eorum
pernicie quod ſemel pragmatice
conſtitutum eſt, mutare, cum eo-
rum vix dentur, quæ à primæva
fundatione, quæ formarunt ſta-
tuta, in hunc diem per omnia ſte-
41. terint immobilia, nam quia mu-
tantur tempora, Tyrannis eſſet
lex, ſi mutatis cauſis conſtitutionis,
& rationibus introductionis ceſ-
ſantibus, illic ſemper imperet:
Hinc quod non eſt licitum in le-
ge, neceſſitas facit licitum *C. quod
non eſt de Re. Jur. in decret. al.
l. 2. C. de patrib. qui fil. diſtrax.*
42. Ergo ſi utilitas ſuadet ordinatio-
nes Municipales cum neceſſitate
introduci, hinc nihil tam natura-
le eſt, quam ut contraria neceſſa-
ria utilitate, & ad evitandum
damnum reip. imminens leges in-
troductæ mutentur, ſi non omnes
illæ ſaltem, quæ minus utiles
aut noxiæ eſſe poſſunt, regulam
hanc præfigit ULPIAN. *in l. 2. ff.
de conſtit. Princip.* In rebus novis
conſtituendis evidens eſſe debet
utilitas, ut recedatur ab eo jure,
43. quod diu æquum viſum eſt. Ante
omnia autem cavendum eſt, quan-
tum vires & facultates ſufficiunt,
ne quid mutetur in pejus, mini-
mum enim inconveniens, docente
magiſtra experientia, majori ſem-
per malo manum porrigit, juxta
illud: Ex uno inconvenienti ſe-
quuntur; plura deinde cavendum, ne 44.
mutatio illa rituum & ordinatio-
num fiat ex abrupto, ſed quantum
fieri poterit, orbis ille in Repu-
blica quam minimo motu con-
vertatur, ut CICERO monet *ad At-
tic. lib* II. *Epiſt. 9.* Quædam ex
tempore diſponenda, quædam re-
jicienda in tempus. DIO *lib.* LII.

Si & mutare quidem convenit,
quod tamen cives retinere cupe- 45.
rent, non uno ictu integralis mu-
tatio inſtituenda, ſed priſtinæ rei
umbra quædam ſemper permanet.
CLAPMAR. *de arcan. Imp. lib.* VI.
Cap. 5. ſicut Romani exactis Regi- 46.
bus faſces Conſuli, & Regium
nomen ſacrificulo dederunt, ne
Regum memoria ſtatim intercide-
ret, LIV. *lib.* II. quæ enim ſen-
ſim fiunt, à paucis deprehendun-
tur, prout legum 12 tabularum ri-
gor, ea ratione nemine adverten-
te evanuit, GELL. *lib. XX. Cap.* 1.
omne ſubitaneum naturæ inimi- 47.
cum, ARIST. *Polit. lib. V.* BODIN.
de Rep. lib. IV. *cap.* 3. & nihil ma-
gnum fit ſubito, cum ne uva qui-
dem aut ficus, EPICET. *lib.* II.
Cap. 15.

Opti-

48. Optimum hoc casu mutationis pro Municipio consilium est, ut habita prius maturissima deliberatione unanimi, pro assistentia & confirmatione imploretur Magistratus & Dominus superior; qua de re ulterius egi *Cap.* 34. *&* 35. *hujus libri.*

49. (6.) Materia eversionis quoque suppeditatur in civitatibus; quando Magistratus & cives proprium & privatum potius quam publicum commodum & utilitatem quærunt, quod commune & damnosissimum vitium, ac omnium fere, quæ sunt in Rebuspublicis, malorum causam & originem dicit BESOLD. *de educat. Cap.* 1. *n.* 4. nihilque est proclivius, quam talis Respublica nutet, languescat,
50. intereat & collabatur tota. Imo Respublica nomen publici perdit, si quis, quod suum est, non quod universitati expedit, quærat. Probi potius Magistratus præ cura publicarum rerum plerumque obliviscuntur privatarum, quod dictum Catonis refert PLATO *in Caton. maj. n.* 4. Sed dudum funus, P. Va-
51. lerii Publicolæ consumtum est, qui olim tantum Reipublicæ ætatem impendit, ut ad justa præstanda sumptus defuerint, unde de publico erogati sint, PLUTARCH. *in vita ejus.* Summa itaque ratione Thomas
52. Morus imaginariam suam Rempublicam ita concludit *lib.* II. *Utop.* descripsi vobis, quam potui, verissime ejus formam Reipublicæ, quam ego certe non optimam sed solam etiam censeo, quæ sibi suo jure possit Reipublicæ vindicare vocabulum; Siquidem alibi de publico loquentes ubiques commodo, privatum curant, hic ubi nihil privati est, serio publicum negotium agunt, certe utrobique merito; Nam alibi quotusquisque est, qui nesciat, nisi quid seorsim prospiciat sibi, quantumvis florente Republica, semet tamen fame periturum, eoque necessitas urget, ut sui potius, quam populi, id est aliorum habendam rationem sibi censeat; Contra hic ubi
omnia omnium sunt, nemo dubitat, 53.
nihil quicquam privati cuiquam defuturum. Et quis nescit, florente Republica etiam res privatas florere, & contra, ea corruente etiam res privatas corruere.

Notabile est dictum istius fœ- 54.
minæ Spartanæ apud PLUTARCH. *in pracit. Polit.* quæ cum quinque haberet liberos in eo prælio, quo haud longe ab urbe pugnabatur, & venientem quendam interrogaret, quo statu rerum summa versaretur? respondente autem illo, filios ejus omnes interiisse, mulier ad eum: Hæc te non petii, sed ut patriæ res se haberent, rogavi.

Cum

Cum is ſubjunxiſſet, pulchre omnia ſe habere, illa, lugeant ergo miſeri, inquit, ego victrice patria beatam me judico, CAMER. *hor. ſubciſ. part. 3. Cap. 49.* quomodo ergo ſalva eſſe poterint Reipublicæ membra, ſi toti corpori vel principalibus ejus partibus male eſt?

Diſcant quæſo hic civitatum
55. membra, quæ jurisdictioni Magiſtratus ſubjecta non ſunt, & quibus volupe eſt ſtatum civilem & publicum variis attentatis ac nocivis innovationibus vexare, conquaſſare, concutere, commodum quod inde, pro modernæ auctoritatis ſtabiliendæ incitamento captant, in ipſorum poſteros vix vel nunquam eſſe redundaturum, pro-
56. lapſo potius publico decore, & incremento, damnum fieri univerſale, cui maxime ut ſœpe apparuit iſtorum filii ſubjacent, & ingemiſcunt, quorum ante nati inflixerunt reipublicæ vulnera in ſeram poſteritatem madentia. Sic jubet
57. viciſſitudo humanæ potentiæ, ſic ordinat qni fata regit, atque ſic plerumque deſcendit ejus ultio in progeniem, majorum ſuorum iniquitates neſcientem.

58. (7.) Tum & laborare ſolet ſtatus Municipalis & Civicus, ſi nimia in eo reperiatur unius ac alterius vel etiam integræ familiæ potentia & dignitas, quæ ad faſtum & damnoſam ſuperbiam extollit: Hominibus enim quaſi connatum & 59.
innatum eſt, ſecunda fortuna, cui nihil deeſt niſi moderatio, abuti, omneſque licentia ſumus deteriores, Comicus ait. Si honos nimius
uni aut pluribus exhibetur reli- 60.
quis autem denegatur, propterea ad invidiam commoventur, mox æmulantur, & odium concipiunt, denique apertis fraudibus inſectantur ARISTOT. ordo quidem inter
membra humani Corporis conſti- 61.
tutus eſt alia aliis digniora ſunt, ſed pro monſtro eſt, ſi unum eorum in quantitate proportionem quam ad cætera habere deberet exſuperet, idem venit in republ. quam humano corpori optime comparavit Menen. Agrippa *apud* LIV. *lib. II.* hoc faſtigio elati cun-
cta pro libertatis arbitrio agere 62.
ſolent, nihil de publico ſolliciti modo ſe ſuosque evehant; Quod
eo magis incommodi involvit cum 63.
de numero votorum agitur, quia inferiores, qnibus adhærentia deficit facile minis, metu, prece & precio in partes illorum trahi poſſunt, quibus opes, ſtabilis auctoritas & fortuna favet.

Hinc de Conſilio Periclis leo in 64.
urbe non eſt nutriendus niſi nutrito obſequium præſtare velis, & cui plus licet quam par eſt, plus vult

vult quam licet Macrob. 2. *saturnal.* 7. Nec quicquam pro tuen-
65. do publico utilius est, quam dignitatis & potestatis rationes, ita sejungere ut quo plus uni honoris & dignitatis, eidem minus
66. imperii conferatur. Ingentes sæpe in rebuspubl. extitere motus, quoties ab uno occupari partes, plurium permittitur, aut si unus agat omnia, plures enim facilius munia societatis exequentur post Reinking. *polit. Biblic. lib. II. axiom.* 73. Knipsch. *de Jur. & priv. Civ. Imper. lib. I. cap.* 15. *n.* 60.

67. (8.) Nec parum etiam in Municipiis nostris pro acceleranda eorum ruina confert Magistratus contemptus, quo nihil facilius nihil usitatius fere undique conspicitur, multi & pro gloria ducunt, non parere, & Magistratus decre-
86. ta despicere, certum interim est, ejus auctoritate conservari rempublicam, quæ est salutis publicæ tutela Vernulæ *Instit. polit. lib. I. tit.* 18. *quæst.* 1. Besold. *de Arcan.*
69. *rerumpubl. cap.* 1. *n.* 5. Civibus ingenita esse debet erga proceres suos veneratio, nam sicut auctoritate & reputatione Magistratus respublica conservatur, ita ejusdem contemptu eadem corruit.

70. Hinc in hac colluvie morum & hominum, habendus metus aut faciendus est Lips. *polit. lib. IV. cap.* 10. *n.* 10. Et ut monet Callistratus observandum est jus dicenti, ut in adeundo quidem se facilem præbeat, sed contemni non patiatur *l. observandum* 19. *ff. de offic. præsid.* pro avertendo hoc ma- 71.
lo etiam convenit, si ad clavum reipubl. non evehantur, quos fortuna adversa, paupertas vel quid ejus generis premit *supr. cap.* 7. *hoc lib.* nam talia imprimunt animis vulgi vilem de optimatibus opinionem. Prosperis rebus suis, inquit Tacit. 2. *Histor.* certaturi ad obsequium, fortunam adversam omnes ex æquo detractabunt. Deinde contemptum nihil acrius
amovet, quam nimia familiarita- 72.
ritatis evitatio, juxta inveteratum illud diverbium: familiaritas parit contemptum: Prolabuntur in 73.
hoc vitium plerumque ii qui pro captanda vulgi benevolentia, compotationibus & commessationibus popularibus facile intersunt, ubi consulares ut acquirant titulum eines guten Bürger-Manns/
plerumque inter facetiarum com- 74.
mercia, jacturam auctoritatis faciunt, quæ tamen semel læsa, difficulter, postea restauratur. Alii 75.
qui ad Magistratus honores adspirant, ad quos alias non multum spei est, populo nimium se submittunt, qui cum Absolone in atrio stant dicentes: utinam me

Eee eee pone-

poneretis judicem in hac terra, ut ad me veniret cuicunque est lis aut causa, & Justum pronunciarem istum, 2 *Sam.* 25. *v.* 2. *& seqq.*
77. Hæc indecens submissio & furtum hoc animorum cum postea honores adepti sunt, auctoritatem non aliter, quam cum violenta mutatione tribuit, ubi frustra sæpe malum malo quærit remedium, & medicina ipso morbo est periculosior; horum institutum est, ut vulgum auribus circumducant, sicut amphoram ansa coquus, sed ipsi sæpe circumducuntur.
78. (9.) Nimia quoque tribunorum plebis potentia raro in Municipiis solet esse salutaris, ubi simul inter inanes curiæ curas **wohl-entbehrliche Rahthaus-Sorgen/** collabascit rei familiaris studium, & tandem deficit nervus agenda-
79. rum, sic sæpe cives quasi pars abrupta à cæteris civibus Rempublicam in Republica constituunt Magistratus contra Magistratum erigitur, curia curiæ derogat, consilia consiliis opponuntur, ex quo tandem funesto diffidio prout sæpius in Politia hac notatum, nil tandem exsurgere poterit, quam
80. irreparabilis ruina. Tempore hic occurrendum, ne semel ambitiosa plebs viam ad consilia publica reperiat planam & apertam, neve quidquam concedatur, quod iniquo proposito inservit, iterum hic ex uno inconvenienti sequuntur plura; Sic Romæ cum plebs semel patribus suos tribunos extorsisset, mox etiam conjugia cum iis promiscua obtinuisset, brevi post omnia Senatui jura eripuit, sicut libidini mulierum nihil concedendum, cæteroquin nihil reliquum facient, donec quidvis obtinuerint, Liv. *lib.* *XXXIV.* De- 81.
inde, ut abusus tribunitiæ potentiæ in non usum revocetur, servandus est sapientiæ gradus, ne ad remedia fortia deveniatur, nisi ubi debilia non contulerint, Arnis. *operis Polit. lib. II. cap.* 5. *n.* 2.
(10.) Crebra & temeraria Ma- 82.
gistratus mutatio Reipublicæ quoque solet esse perniciosa, Timpler. *lib.* I. *Polit. cap.* 5. *quæst.* 2. æque perniciosa ac multa victus mutatio in hominum corporibus à Medicis improbatur, Gerhard. *quæst. Polit.* 9. *decad.* 2.
Ejusmodi enim mutatio non 83.
saltem evilescere facit auctoritatem Magistratus, ejus scilicet, qui jam sæpius officio suo legitime functus at indigne præteritus est, sed nova novorum suppositio efficit, ut intrudantur imperiti Rerumpublicarum & ignari; imo repetita hæc vicissitudo & ordinis mutatio

catio vocat & incitat sæpe novos
culices acrius mordentes, & ad
cadavera oppressorum civium, ni-
mis alacriter advolantes, Casus
Sphær. civit. lib. II. cap. 11. *quæst.*
84. 2. *& supra cap. 1. n.* 10. *lib.* I.
(11.) Porro nimius fastus, qui
undique hodierno seculo depra-
vatissimo in Municipiis, sed & un-
dique conspicitur, vel ut rectius
dicam, fastuosa & pomposa illa
miseria suum quoque pro eversio-
ne confert, in vestitu & apparatu
domestico, in victu & mensa ex-
cessus ingruit cum tempore pejor.
85. Eo jam luxus & vestium pretia
excreverunt, ut quo vestitu olim
Comites, Marchiones, Duces, &c.
usi sunt, illo nunc inferioris nobi-
litatis viri, fœminæque utuntur,
qui antea Nobilium erat habitus,
is jam plebeculæ & mechanicis
vix approbatur, unde pretia re-
rum sic inflammantur, ut jam in-
ter maximos sumptus numeretur
86. vestium luxus, quo nummi dissi-
pantur & res domestica frangitur.
Paucissimi jam secum habitant, ut
norint, quam restet curta suppel-
lex. Jam plebejus Nobilibus,
Nobiles Comitibus, Comites
Principibus, & sic ultra omni lu-
xus genere æquatos videas, teste
Arist. *Polit.* 5. *cap.* 6. fiunt in
87. Republica mutationes, cum ho-
mines sua consumunt, prodige vi-
ventes. Jam vicaneorum filios 88.
opificesque, qui omnia sua bona
secum portant, vides divitum
Nobilium habitum, imitari ac su-
perare, sic suo ævo jam ante semi-
seculum notavit Knipsch. *de civit.*
Imp. lib. V. Cap. 18. *n.* 1. Quid 89.
jam nos dicemus præsentes, de in-
veterato hoc malo in pejus ruen-
te, sed quid dicent posteri nostri,
nam invalescit querimonia hæc,
cum depravati temporis tractu, ac
cum egestate intus ad exuberan-
tiam usque latente, augetur adhuc
luxus, fastus & commiseranda su-
perbia.

Quæ jam vestes non consu-
munt, hæc gula absorbet, nihil- 90.
que apud tenuioris fortunæ opi-
fices vulgatius est, quam quæ per
diem operando acquirunt, secum
conferant in lectum, was sie des
Tages erwerben / nehmen sie des
Abends mit unter die Decke / non
enim viliori victu contenti sunt,
sed lautius pro viribus patrimo-
nialibus palatum instruunt, hinc
tot operariorum orphani in Mu-
nicipiis nostris dantur publico ære
alendi. Sed de luxu compescendo
plura egimus *lib. III. cap.* 9.
& 10.

(12.) Et huc refertur nimium 91.
in Municipiis otium & desidia

 su-

ſupina opificum, profeſſionem ſuam negligentium; In quantum conferant opificia utilitati & privatæ & publicæ dictum, infra *libr.*
92. III. *cap.* 8. *in princip.* Sed in quantum negligantur apud nos, norunt non pauci, non ſtrenue laborant, qui labore victum quærere deberent, ſed vel aliud, vel aliquid agunt, ſemper agentibus ſimiles, interim animus continuo exercitio vacuus, homines proniores reddit ad mala. VALER. MAXIM. *lib.* VII. *cap.* 2. Noſtri, dum opi-
93. ficia ſua negligunt, agriculturæ aliquantulum litant, atque hoc prætextu ſæpe vagantur, ſpatiantur, & ſub ſpecie induſtriæ toris quæſitæ, intus ſua negligunt, & incerto eventu, quem ex frugibus ſperant, certam opificiarii quæſtus
94. jacturam faciunt. Et quod mirum eſt, cæteroquin otium ex nimia ſaturitate & felicitate oriri ſolet, ſicut Deus exprobrat populo apud Ezechielem: Ecce, hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas & abundantia, & otium ipſius & filiarum ejus; Sed
95. hic oritur otium media in penuria, cives famelici ignavia torpeſcunt, & labores fugiunt, ac ſi olim per nimium otium arma in ſe mutuo converterunt, vel bellorum civilium motus excitarunt, ÆLIAN. *lib.* XIV. *de var. hiſtor.* hodie otioſi in cauponis ſaltem ſtrepitus cient, & quod forte ſupereſt obulorum, potu diluitur, juxta illud:

Quisquis egeſtatem fugis, illius effuge matrem;
Mater egeſtatis proxima deſidia eſt.

Dii laboribus omnia vendunt, 96.
ergo laboribus quoque emi & acquiri poteſt civitatum florentiſſimus ſtatus. Exſtinctus eſt Timo- 97.
theus, quem veteres pinxerunt dormientem, fortuna interim circumeunte & urbes in unum rete contractas ei tradente, ut habet ARNISÆUS *Polit. lib.* II. *cap.* 5. *in fin.*

Ergo ſimul rejiciendæ ſunt ci- 98.
vium querimoniæ de præſentis ævi calamitate, nam quis unquam Hiſtoricorum recenſuit ſeculi, in quo vixit, abundantiam, nemo gloriatus eſt de fortuna ſua præſenti, quotacunque reproducuntur recognita veterum, ſemper illic reperies inſertam clauſulam: bey dieſen nahrloſen/Geld-klemmenden Zeiten/&c. Faſtidimus præſentia, laudamus præterita, & optime in 99.
hanc rem ait GUEVRRA *lib.* II. *Epiſt. pag. mihi* 126. *Somos hyos de padre, que nos dex ola herencia en ſudores, y de madre que nos dio el dote en dolores, y lo que es pieor de todo, que es Mayarozgo, que no ſe*

pue-

puede vender, y es herencia, que no se puede repudiar, id est: Patre nati sumus, qui hæreditatem liquit in sudore, & matre, quæ dotem contulit in dolore, & quod pejus est, majoratus iste hac prærogativa gaudet, quod vendi nequeat, & hæreditas illa adnexum onus habet, quod repudiari non possit. Adversitates vitæ nostræ sunt principale, delitiæ & tranquillitas accessorium, sed utrumque labore dissipatur, labore acquiritur.

100. (12.) Sed aliud adhuc & multo pejus incentivum otii in Municipiis nostris reperitur, vinum illud ex frumento adustum, Korn-Brandtewein/Wacholder-Wein/ nobis vulgato idiomate Fusel dictum, quod alibi aliud & varium
101. sortitum est nomen, sicut in rebus charissimis solet; Quotidianum virus hoc nusquam non venale multis Municipiis magis fuit noxium, quam bellum, pestis &, fames; quid enim cultores suos internis turbis magis inquietavit, incendio absumpsit, res familiares dissipavit, deformes, squalidos & semisepultos reddidit, & multos ad incitas redegit, quam infernalis ille spiritus ad oceanum glacialem &
102. Poli arctici incolas relegandus. A quibusdam aqua vitæ dicitur, sed pessimo nomine, cum é Stygia palude, mortis aqua satius appellanda sit, ut ait Neuhus *Th. D. Prof. Philos. & Histor. Hammon amicus meus colendissimus, in nitidissima Oratione sua de potu & potulentis Ano 1707. habita.* Mille ma- 103.
la nunquam satis declamata & damnata inter Municipales quotidiano & manifesto obtutu hoc liquore disseminantur. Mane sub prætextu rerum agendarum tempus eo absumitur, interim censuræ submittitur Magistratus & curia, calumniis proscinduntur concives, qui tum in opificio & labore suo desudant, ut sibi parent vitæ media, ac habeant, unde otiosis istis decoctoribus vel eorum liberis sustentacula porrigere possint.
Vino tali adustus domum rever- 104.
sus, cuncta disturbat, sæpe uxorem cum liberis, quibus curta manet suppellex, & quos dura premit inedia, expellit, viciniam tumultu inquietat, & reliquum quod superest diei ac numorum in caupona cerevisiaria consumit. Hoc vi- 105.
tio multi conspiciuntur undique cives, licet validi adhuc, & opificio suo præstare quid valentes, sed nudi, egeni, ferendorum onerum civitatis incapaces, ære alieno obrui, & qui inde judicio sæpius pulsati cantare solent, sicut
vacuus coram latrone viator. Ta- 106.
ceam hic cætera incommoda, quæ huic spiritui suam debent origi-

 nem.

nem Municipia quæ vexat miseranda lignorum penuria, & annonæ sæpe dira caritas, huic mercimonio calamitatem suam debent, quia maledictus hic ignis fruges & quercus, exoptatam terræ bene-
107. dictionem absumit. Sed cur Magistratus tam manifesto malo, quod infimæ saltem plebis panaceam & recreationem recte dixeris, non medeatur, si quæris? Responsum tibi dabit urinosi vectigalis fœtidus ille inventor Vespasianus, lucri
108. odor tam gratus, Korn-Brandteweins-Accise) gratus quidem sed ideo tenuis, quia tenues plerumque cum vini spiritu evolat in auras, fæces interim relinquens manifestas, crassas & difficillimo
109. opere tandem repurgandas. Universitati quidem sua demenda non sunt compendia, sed id potius agendum, ne publicum & privatum damnum ex lucro tali resultet, unde ejusmodi destillationes tunc recipiendæ & permittendæ, cum undique copia annonæ crepant tabulata, cum frumenta emptoribus destituuntur, & quando lignum non æstate novum, nec frigore desit.

110. (14.) Ab eversione conservantur Municipia, si Magistratus in officio suam ostendit sedulitatem, neque enim tam muri Civitatem conservant, aut etiam numerosa Civium multitudo, quam gubernatorum industria VERNULÆ *Instit. polit. lib. I. tit. 2. quæst. 4.* vigilantia & diligentia Magistratus securitati est civibus, & hostibus terrori, ac totius reipubl. custodia cum è contrario Magistratus ignavi nil aliud sint, quam statuæ pi- 111.
lares, quæ magnas murorum sustinere moles videntur, cum tamen ne tantillum oneris sufferant. KNIPSCH. *de Civ. Imp. lib. 1. cap. 14. n. 9.*

(15.) Exemplo quoque præluceat Municipibus suis digno, nam 112.
quales in republ. Magistratus & regentes, tales quoque reliqui solent esse Cives SYRACID. 10. *v.* 2. & integritas præsidentium salus est subditorum C. *miramur. 5. dist.* 61. Juxta tritum illud: Qualis Rex talis grex, quales Dominæ tales catuli, ut dixit PLATO. Gubernantium vitiis tota respubl. inficitur, 113.
nam in eam sua vitia infundunt, & plus exemplo quam peccato nocent, semper malunt homines exempla quam verba LACTANT. *lib. IV. divin. Instit. cap. 23.* Verba movent, exempla trahunt: Et fortissimum præcepti genus est, præire, vimque facit, qui docet simul & ducit. REINCK. *de regim. secul lib. II. Class. 1. cap. 1. n.* 31. quemadmodum enim in corpori- 114.
bus, sic in regimine gravissimus est

mor-

morbus, qui à capite diffunditur. Plin. lib. IV. Epist. 22. unde Lucian. Honorium hisce hortatur:

- *In commune Jubes censesve tenendum.*
Primus jussa subi, tunc observantior aequi
Fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipsum
Auctorem parere sibi. - - -

115. Ludibrio suit apud Romanos habitus Sylla, quod cum ipse Intemperantissimus esset luxuque difflueret, Cives tamen Romanos legibus ad frugalitatem sobrietatemque revocare niteretur. Plutarch. nec aliter reputationem Magistratus acquiret nisi virtutem pro fundamento habeat. Boter. *dell. raggion. di stat.* Kirchn. *de republ. disput. 20. concl. 2.*

116. (16) Acquirendus simul & conservandus est amor civium, qui reipubl. arx est munitissima, nec Magistratus possunt habere firmiores muros, quam benevolos subditorum animos Guevarr. *horolog. princ. lib.* III. *cap.* 30. Schönborn *Polit. lib.* II. *cap.* 36. Sed
117. amor meliore ratione acquiri non potest, quam si Magistratus faciles ad se aditus praebeat, omnesque leviter & prudenter audiat, atque etiam infirmorum & tenuium querelis aurem benignam largiatur Knipsch. *Cit. cap.* 14. *n.* 27. *lib.* I.

(17.) Defendendi & protegendi, nec nimiis oneribus obruendi 118. sunt cives illi, qui sua publico praestant, qui exclusi quidem sunt ab honoribus & vix conspicui, sed qui onera interim tanquam lapides fundamentales sub terra sepulti dextere ferunt, quod innuit Autor. *de l' observation sur la vie & la condemnation du Marechal de Marillac* de Anno 1663. pag. 826. *Dans la societé des hommes, qui se* 119. *doivent un mutuel appuy, le faix retombe sur le moindre peuple, il est placè au dernier ordre, & comme caché dans la terre par son travail, & par la basseße de sa condition, mais il est & le fondament, & le soutien de l' etat, é c' pour ui principalement qua les loix sont, armeês de l' autorité publique. Les grands sont protegès par leurs propres forces, mais la justice est l' unique de fence des pauvres.*

(18.) Municipia quoque conservat amicitia cum exteris vicinis 120. conservata, maxime iis qui de alieno sunt territorio, quorum caeteroquin acrior solet esse invidia. Et quod de privatis alibi dictum, idem & ratione publici valet, malevolus & invidus vicinorum oculus noxa ingens, maxima contra est commoditas, si commodus adsit vici-

nus

nus Tholosan. *de republ. lib.* 21.
121. *cap.* 11. *n.* 3. Non autem hic de ambitione regnandi & de violenta vicinorum invasione, quæstio est, sicut olim subversio à vicinis accidit Ætholis, Carthaginensibus, Bizantiis & aliis, nam huic malo Principis protectio facile occurret.
122. Sed commercium illud mutuum & adjutorium quod vicinus à vicino sperat, cessare solet, ubi viget odium & alitur inimicitia; Implicantur quoque Principes variis querelis supplicationibus & molestiis, si Municipalis invicem cum vicinis turbas cient, quibus sopiendis deinde
123. pares non sunt; Nam Commercia ista cum vicinis sunt media per quæ illa quibus egemus consequi, & illa quibus abundamus cum aliis permutare possumus, atque ita sunt generale quoddam & necessarium humanæ inopiæ sublevandæ subsidium. Sine commerciis in sociali hac vita commode vivere non possumus; hinc merito utilitas vitæ hujus permutationum rationem & modum excogitavit Arist. *Pol. lib.* VI. *cap.* 4 Bodin. *de republ. lib.* III. *cap.* 4. Sed hæc una cum amicitia
124. turbantur, quoties mutuæ intercedunt repressaliæ, extorsiones & pignorationes, consumitur ærariolum processibus, audiuntur jurgia, scommata, intercedunt sæpe cædes & verbera, & innocui multoties luunt, cujus causa non sunt. Itaque Magistratus Municipalis curam suam eo extendat, ut quantum fieri poterit, concordia cum vicinis servetur, pax concilietur & commerciorum vigor floreat.

Plures causas, quibus Munici- 125.
pia everti solent, eorumque media non attingo, undique Politici earum lautam fecerunt messem. Hoc saltem pro colophone libri hujus & capitis addo: Ferendum in malis esse, quod mutari non potest, relinquenda est civitatum conservatio, mutatio & emendatio, ineffabili Dei voluntati, qui cuncta prout expedire videtur providentia sua disponit. Sciant Mu- 126.
nicipia ista, ubi læto turgent in palmite gemmæ, quæ vigent adhuc & virent, de magnificentia sua non gloriandum, quia Deus neminem alium quam se ipsum sinit magnifice sentire, & si florem suum à Deo acceptum ad auctorem non referunt, superbiam talem facile in calamitatem incidere posse. Deus prægrandia animalia
fulmine sæpe ferit, nec sinit in- 127.
solescere; parva vero non lædit, eminentissima quæque deprimit & humilia extollit. Sciant, cacumina & supercilia montium uno fulminis ictu, & nubium vi facile dejici

jici poſſe, & ſplendidas civitates aratro hoſtis magis exaratas fuiſſe, quam viles & abjectas.

128. Reliqua Municipia quæ premit inevitabilis calamitas, ſi pro viribus remedia quæ poterint, attulerunt, æquo ferant animo, quodcunque emendationi reſiſtit, hoc ſumant ſolatii ut ait SENECA non eſt domus (addo civitas) tam miſera quæ in miſeriore non inveniat ſolatium, ne pugnent cum divino decreto, nam cuncta eunt certis temporibus, naſci debent creſcere & extingui *in conſu-*

129. *lat. ſua ad Helviam.* Nec ulla vis humana aut virtus meruiſſe unquam potuit, ut quod præſcripſit fatalis ordo non fiat AMM. MARCELL. *Annal. lib. XXIII.* Niſi ſupremum & adorandum illud Numen commilitet conſiliis noſtris, quis exitus obveniet, niſi cogitationibus adverſus? Sine eo vir conſultus, conſultus non eſt, ſed ſapientiſſima conſilia inſipienter deſinunt, & generoſa ac fortia triſtem conſequuntur exitum. NICEPH.

130. GREGOR. *lib. VII.* Ad primam itaque in adverſitatibus cauſam reſpiciendum, quæ eſt occulta illa providentia divina, & ſi quæras cur huic vel illi Municipio deſit benedictio, cur ibi regnet inter omnes remediorum apparatus inopia? reſponſum habe cum diſcipulis Chriſti de deſtructione Hieroſolymorum & reſtitutione regni ſciſcitantibus non eſſe inquirenda tempora & momenta quæ Pater poſuit in ſua poteſtate *Matth.* 24. *v.* 36. *Marc.* 13. *v.* 32. addo hic ex *Luc.* 21. *v.* 19. Per tolerantiam poſſidete animas veſtras. Implo- 131.
randa eſt potentia Divina, & prudenter optimis mediis utendum, reliqua currant donec tempus maximorum malorum optimus medicus remedia adferat, non venit ad maturitatem fructus qui tempori reſiſtit, cedendum eſt tempori, ferendus eſt caſus, non per lamenta ac mœrorem ſed fortiter ſperando. Hæc fuit ſententia Euripedis & hoc Imperatoris Macrini ſymbolum, ferendum & ſpe- 132.
randum. Si juxta BESOLD. non eſt deſperandum de reipubl. ſalute, ubi adhuc inveniuntur qui malum agnoſcant, & de ejus remedio ſunt ſolliciti, ergo minus adhuc deſperandum, quia agnoſcit mala noſtra qui cuncta novit, nec remedio defuturus erit, qui de cujusque privati ſalute eſt ſollicitus; Ergo adhuc ferendum & ſperandum, orandum & laborandum.

POLITIÆ MUNICIPALIS LIBER TERTIUS,

Continens

Jura Municipalia, respectu Civium & privatorum.

Caput I.

DE MUNICIPIORUM JURE CIVITATIS VEL CIVICO, EJUSQUE RENUNCIATIONE ET AMISSIONE.

SUMMARIA.

1. *Civis unde dicatur? Civitatensis.*
2. *Modi acquirendi jus Civitatis.*
3. *Juramentum obedientiæ à Civibus præstandum,* Bürger-Eyd.
4. *Effectus hujus obedientiæ.*
5. *Pœna inobedientiæ jure Mindensi.*
6. *Magistratui contra jus procedenti uti privato resisti potest.*
7. *Hoc quomodo accipiendum?*
8. *Præsumptio pro Magistratu ob officium publicum.*
9. *Præsumptio ejus ex jure jurando præstito.*
10. *Præsumptio pro Magistratu intuitu Principis constituentis.*
11. *Procedit præsumptio hæc in negotiis Justitiæ.*
12. *In cæteris Mandato Principis opus.*
13. *Non præsumitur Magistratus commodo publico præjudicare.*
14. *Quando hæc præsumptio cesset?*
15. *Civitas vel Civilitas,* Bürger-Recht.

16.

16. Bürger-Recht *quomodo differat à* Stadt-Recht.
17. *Jus Civitatis universale.*
18. *Differentia inter jus Civicum majus & minus.*
19. Mitt-Bürger *qui?*
20. *Triplex Civium status.*
21. *Jure Civitatis & Principes donati sunt.*
22. *Jus Civitatis quomodo jure Rom. collatum? & hodie.*
23. *Confertur ope juramenti, quod necessariò præstandum.*
24. *Acceptans jus Civitatis ad quid teneatur?*
25. *Municeps non est, nisi munera subeat.*
26. *Animus commorandi declaratur hoc juramento.*
27. *Jure Rom. juramentum hoc est incognitum.*
28. *Exemtio liberat ab oneribus.*
29. *Cæteroquin & ignorans obligatur ad onera.*
30. *Obligatio hæc est reciproca intuitu protectionis.*
31. *Collatio juris Civilitatis non est de reservatis Principis.*
32. Competit *ea Municipalibus.*
33. *Tanquam competens administrationis Civilis.*
34. *Præmittenda tamen est inquisitio.*
35. *Quandoque Civitatibus Imp. hoc jus vi privilegii datum est.*
36. *Quandoque Princeps desuper implorandus.*
37. Princeps *an invito Magistratu possit obtrudere* Civem?
38. *Desuper exempla.*
39. *Monitum Auct. non esse disputandum contra* Principem.
40. 42. Juramentum *Civicum simul est subjectionis intuitu Superioris.*
41. *Formulare juramenti* des Bürger-Eyds.
43. *Filii hoc præstant, licèt parentes id præstiterint.*
44. *Quando juramentum à patre præstitum etiam liget filios?*
45. *Uxores illud non præstant.*
46. *Nec famuli. Alibi illud præstant* die Handwercks-Burschen.
47. Clausula *juramenti de promovenda utilitate publica.*
48. *Quando impetrans indultum contra utilitatem publicam censeatur vi hujus juramenti perjurus?*
49. Cives *honorarii juramentum hoc non præstare solent.*
50. *Honorarii mercimonia* Civica *non tractant. Et quare?*
51. *Nisi certo pacto desuper inito.*

52. *Quid statuendum contra refractarios nolentes capessere jura civica?*
53. Præsidium *civile ne sit sine oneribus publicis.*
54. *Discessurus quandoque juramentum hoc præstat.*
55. Bürger-Geld.
56. *Quinam illud luant, & quare?*
57. *Decuriones olim dabant sportulas.*
58. *Originarii Cives quid præstent?*
59. *Originarius Civis quis?*
60. *Filius sequitur originem patris, quandoque matris.*
61. *Advenæ quomodo & quando ad Civitatem admittantur.*
62. *Cur testimoniales libertatis proferendæ à Neo-Civibus?*
63. *Cur olim à* Civitate *exclusi servi?*
64. *Hodie homines proprii exclusi.*
65. *Legibus Alemannicis quinam dicti coloni?*
66. Cur *homines proprii exclusi?*
67. *Proprii homines imaginem quandam servitutis exhibent.*
68. Mann-Recht *quid?*
69. *Literæ hæ testimoniales quid contineant?*
70. *Constitutio Provincialis Marchiæ Electoralis hac de re.*
71. *Statutum civitatis Stralsundensis.*
72. *In quibusdam* Civitatibus *post annum & diem habentur advenæ pro liberè natis, sine testimonialibus.*
73. *Tale privilegium concessum* Civitati *Spirensi.*
74. 77. *Simile privilegium* Civit. *Lubecensi & Nicensi.*
75. *Rigæ huic vindicationi præscribitur biennio.*
76. Præscriptio *hæc obtinet favore libertatis.*
78. Cive *mortuo non motâ illi quæstione status, ea præscribitur quinquennio.*
79. *Adesse tamen debet in præscriptione hac, bona fides.*
80. *Quando bona fides hic adesse præsumatur?*
81. *Repertus inter* Cives *eo ipso Civis præsumitur?*
82. *Illius loci quis esse præsumitur, ubi educatus est.*
83. *Diu nominatus* Civis *loci, præsumitur talis.*
84. Civis *præsumitur scire facta in* Civitate.
85. *Drossardi in Comit. March. olim præstiterunt hoc juramentum* Civicum.
86. *Non autem hodie id obtinet.*
87. 90. Droste *unde dicatur?*

88.

88. *Antrust. Trust. Trustis.*
89. *Esse in Truste dominica quid denotet?*
91. *Advenæ & forenses in Civitatibus, quamdiu sine Civitate ferantur?*
92. *Civis novellus quamdiu quis censeatur?*
93. *Jur. Lubec. advenæ habent saltem trimestre spacium.*
94. *Cur jus hospitii statutum habeat tempus.*
95. *Ob publicas calamitates in Municipiis licet per multos annos degentes, peregrini manent.*
96. *Ejectus ut exul, civis non manet.*
97. *Cur alienigenæ tales coërcendi ad jus Civicum petendum?*
98. *Forenses quà tales præstant juramentum, non personale, sed reale.*
99. *Non gravandi sunt oneribus personalibus.*
100. *Nisi consuetudine receptum. Desuper jus Susatense.*
101. *Subjectio est odiosa, hinc restringenda.*
102. *Filius cum Patre degens aliquando hoc juramentum præstat.*
103. *An jus Civilitatis 30 annorum spatio acquiratur?*
104. *Animus revertendi multum operatur.*
105. *Quando hic recurrendum ad conjecturas.*
106. *Civem non alienigenam esse occisum, quando præsumatur in dubio.*
107. *Recipere aliquem in numerum, est res meræ facultatis.*
108. *Magis adhuc Magistratui licet, quod privatis competit.*
109. *Facilius est formam præscribere, quàm denegare.*
110. *Venturis potest interdici ingressus, admissi autem non facilè ejiciendi.*
111. 114. *Jus Civitatis petenti non facilè denegandum.*
112. 115. *Interest Reipublicæ Civitatem Civibus impleri.*
113. *Durum est Magistratui Munic. invito Cives obtrudere.*
116. *Sollicitudo victûs quærendi non est causa sufficiens rejectionis.*
117. *Pretium pro jure Civico ne sit nimium.*
118. 120. *Præcipuum est Civitatis ornamentum, si populi frequentia augeatur.*
119. *Roma ex hostibus receptis aucta.*
121. *Multitudo, abundantiæ in Civitatibus comes est.*
122. *Exemplum hujus præbent loca, quæ exules ob Religionem recepêre.*
123. *Inter causas morborum Civilium refertur Civium penuria.*
124. *Recipiendi sunt boni & præter meritum miseri.*

125. 126. *Municipia comparantur ventriculo eſurienti, & rarò multitudine laboranti.*
127. *Wormatiæ & Antverpiæ jus Civilitatis merè eſt perſonale.*
128. *Civilitas & tranſit in deſcendentes.*
129. *Domicilium, ſi quis necdum habeat, non locus originis, ſed domicilium patris attenditur.*
130. *Deſuper præjudicium.*
131. *In filium editum antequam Pater eſſet Civis, & Civilitas tranſit.*
132. *Vox Patris, vox filii.*
133. *Spurii ſequuntur conditionem Matris.*
134. *Quid de legitimatis per ſubſequens matrimonium?*
135. *Civilitas Patris prodeſt filio, ſi ibi ſimul commoretur.*
136. *Jus domicilii originis, an uſu Germaniæ ſublatum?*
137. *Civitati originariæ non obſtat, quod quis caſu in pago natus eſt.*
138. *Ex vico ortus patriam habet Civitatem adjacentem.*
139. *Natus tempore peſtis extra Civitatem. Natus in itinere.*
140. *Quid de expoſitis,* Fündlingen.
141. *Non perditur Civilitas per incolatum in rure vel alio oppido.*
142. *Proteſtatio facit conſervare Civilitatem.*
143. *Quid penſio* der Graben Gülden?
144 *Solutio hujus penſionis non efficit aliquem Civem duarum Civitatum. Limitatio.*
145. *Cives Rom. alii Urbani, alii ruſtici.*
146. *Statutum Wurzenæ.*
147. *Penſio hæc de animo redeundi docet.*
148. *Aſſertioni ejus, qui ſe alio ad habitandum non iviſſe declarat, ſtandum eſt.*
149. *Ratio ejus.*
150. *Civis clericus factus non perdit Civitatem.*
151. *Venditio immobilium indicium eſt mutati domicilii.*
152. *Exceptio eſt, ſi de alia mente conſtet.*
153. *Effectus juris Civilitatis eſt perpetua habitatio in Civitate cum familia.*
154. *Deſuper jus Suſatenſe.*
155. *Plenariam Civilitas inducit obligationem.*
156. *Civilitas facit acquirere bona immobilia exſtante ſtatuto contra peregrinos.*

157. *Ratio ejusmodi statuti.*
158. *Civilitas inducit honorum functiones, nisi pro solis Originariis statutum esset.*
159. *An civis quis esse possit duarum civitatum?*
Affirmantium ratio.
160. *Negantium ratio. Quia civis toti civitati obligatus est.*
161. *Debitum, quod civis præstat in plures civitates non potest dividi.*
162. *Unum membrum non potest esse duorum corporum.*
163. *Opinio hæc à Cicerone laudata.*
164. *Civis duarum civitatum esse potest uni dominio subjectarum.*
165. *Horum exempla.*
166. *Juri civitatis renunciari potest.*
167. *Olim libere non licebat renunciare civitati.*
168. *Secus hodie.*
169. *Licita est renunciatio ob leges societatis.*
170. *Et quia natura nos certo loco non affixit.*
171. *An civis originarius renunciare possit juri civico?*
172. *Domicilio originis mutato, cætera ad effectum juris civilis spectantia sublata sunt.*
173. *Decuriones & Curiales fortunam suam mutare non poterant.*
174. *Olim Imperatores habebant jus revocandi domum.*
175. *Hodie jus originis tollitur emigratione.*
176. *Dominus subditos invitos alienare nequit. Hinc nec subditi invito Domino se submittere possunt.*
177. *Diversitatis ratio est correlativorum, inter Principem & subditum.*
178. *Libera resignatio civica obest publicæ utilitati.*
179. *Cives, qui jus civicum assumunt, non abdicare libertatem resignationis præsumuntur.*
180. *Multitudo civium civitati sæpe obest.*
181. *Facultas renunciandi est fundamentum libertatis.*
182. *Semel renuncians licet pœniteat, jus civicum amittit.*
Dispositio juris Susatensis.
183. *Non amplius competit jus, cui resignatum est.*
184. *Quibusdam locis certa formalia renunciationi præscripta.*
185. *Renuncians ut civitatis commoda perdit, sic & oneribus non amplius subjacet.*

186.

186. *Liberatus est renuncians à Creditoribus civitatis.*
187. *Renunciatio quando non licita?*
188. *Nec intempestive renunciare, nec gregatim discedere licet.*
199. *Quod singulis licet, pluribus non prohibendum.*
190. *Natura non jussit, ut una civitas perpetua sit.*
191. *Statuta libertati emigrationis derogant. Desuper exempla.*
192. *Emigrans prius rationes administrationis reddet.*
193. *Jus civitatis quomodo amittatur jure Romano?*
184. *Bannitus jus civitatis amittit.*
195. *Quid de relegatis ad tempus?*
196. *Quid de iis, quibus datum est consilium abeundi?*
197. *Civis deserens civitatem periclitantem, amittit jus civitatis.*
198. *Defensio civitatis æquiparatur propriæ saluti.*
199. *Publica ruina periculosissima est.*
200. *Patria excipitur à juramento ordinis equestris.*
201. *Perfide patriam deserens graviter delinquit.*
202. *Tempore periculi emigrans, is redux ad onera residua tenetur.*
203. *Hostilia contra civitatem tentans perdit civitatem pro se & suis.*
204. *Quam pœnam talis incurrat?*
205. *Civis ducens uxorem propriam,* leibeigen/ *perdit civitatem jure Susatensi.*
206. *Civilitas ob delictum amissa non recuperatur.*
207. *Civilitas concessa pro se & liberis non competit naturalibus.*
208. *Civilitas post mortem ejus, de cujus hereditate est quæstio acquisita, prodest ad validitatem successionis.*
209. *Ejus limitatio.*
210. *Civilitas concessa post perfectum contractum ante traditionem, idem est, ac si quis tempore contractus civis fuisset.*
211. *Qui proprie cives dicantur?*
212. *Domicilium passivam tribuit inhabitantem jurisdictionem.*
213. *Differentia inter domicilium & domum.*
214. *Civis non est illius loci, ubi animum commorandi non habet.*

Præ-

1. Præcedenti libro Municipalia jura intuitu Magistratus ipsiusque universitatis, perspeximus; Intendit jam methodi nostræ ratio, ut posteriori hac POLITIÆ parte eadem jura respectu civium & privatorum, vel quatenus ea quam maxime eo referri possunt, explanentur. Civem dici volunt à coeundo, coeunt enim in unum cœtum, ut sub legibus vivant Politicis, CALVIN. *Lexic. voc. Civis.* Vel à *ciendo*, id est, vocando, quasi, qui vocatus est in eundem locum, sicut *contio* est cœtus vocatus in unum, MARTIN. *Lexic. Etym.* Itaque est jus civium, quod ad cives pertinet. Civis & dicitur Civitatensis, cui jus civitatis conceditur, quod non saltem in eo consistit, ut civis fruatur domicilio, sed ut munerum simul & dignitatum, privilegiorum & onerum sit particeps.

2. Jure civili varii erant modi acquirendi jus civitatis, JUSTINIAN. *l. 7. C. de incolis.* horum recenset quatuor, originem, manumissionem, allectionem & adoptionem, ULPIAN. horum tres statuit. Nos autem duos saltem agnoscimus: Nativitatem & assumtionem, de quibus in sequentibus latius.

3. Non autem promiscue sine omni ritu cives vel originarii vel assumti sint, assumuntur, sed jure Magistratus, Municipales cives suos peculiari jurejurando de obedientia præstanda, Bürger-Eyd/ (quod juramentum obsequii primam pæcipuamque basin jurisdictionis dicunt Politici, C. *quæ contra mores. dist. 8.* GUILL. de ROUILL. *Tract de just. & jur.* C. *9. n. 4. & 5.*) habent obstrictos.

Hæc obedientia à Civibus debita operatur, ut cives suos citare, & quidem pœnaliter possit, idque si multitudo, vel tota universitas vocetur voce præconis, vel ad sonum campanæ aut tubæ, aut si qua alia consuetudo circa id obtinet, BART. *in l. omnes. n. 16. ff. de Justit. & jur.* SOCIN. *consil. 59. col. 3. n. 3. vol. 3.* permissumque Magistratui est, omnes eos, qui absque privilegio, aut sine causa, signo audito non veniunt, ob contemptam Magistratus auctoritatem, pignoribus captis, mulctæ dictione, & aliis modis, pro rei qualitate punire, *l. un. ff. si quis jus dic. non obt.* LINDENSPUR *in comment.* über die Würtenbergische Land-Ordnung. *fol.* 41. 17. 4.

Idem obtinet in legibus, quæ à Magistratu promanant, cui severam dictarunt pœnam, *Statuta Mindensia lib. III. tit. n. art.* 1. So der Raht ein offentlichen Befehlich-Schluß machet/oder ein Willkühr 5.

führ setzet/ mit Vollbort der Vierzigen / und gantzen Regierung/ und jemand dagegen aus Vorwitz oder muthwillig handelte/ oder solches verachtet/ derselbe sol nicht allein/ die einverleibte Straff leiden/ sondern auch seiner Ehren entsetzet seyn/ er sey groß oder klein/ reich oder arm.

6. Et quamvis vulgare sit, Magistratui contra jus procedenti à quolibet, ut privato resisti posse. BALD. *consil.* 439. *volum.* 3. *Gram. decis.* 104. *numer.* 14.

7. Attamen in dubio, & cum quædam præsumptio etiam levissima pro Magistratu militet, vinculo hujus juramenti Magistratui Municipales obedire & morem gerere tenentur. DYN. *in C. quod quis mandato de reg. jur. in* 6. MODEST. PIST. *Consil.* 24. *num.* 10. *volum.* 1.

8. Hæc autem pro Magistratu præsumptio oritur (1.) ex eo, quòd Magistratus novit se gerere personam publicam, ejusque dignitatem scire, decus sustinere, & servare leges, & quia est jus animatum, & lex loquens. Eoque facit ARIST. *lib. II. Eth. c.* 4. Et qui ex officio publico agit, semper operatur præsumptionem, quod officio suo rectè fungatur. *l.* 2. C. *de offic. civ. Jud. l. humanum.* 8. C. *de probat.*

9. (2.) Oritur ex jure jurando, quod præstitit, priusquam ad Magistratum assumeretur *l. rem non novam* 14. C. *de Jud.* MENOCH. *l.* 2. *præs.* 67. *n.* 6. nemo autem immemor præsumitur esse juramenti, quod salutem æternam concernit, WESEMB. *Cons.* 338. *n.* 176. cujus si nemo immemor præsumitur multo minùs Magistratus *l. fin.* C. *ad L. Jul. repet.* (3.) Hæc præsumptio quoque 10.
concernit ipsum Principem, qui Magistratum Municipalem constituit, vel confirmat, cujusque vices in gubernando Municipio Magistratus supplet ad tale munus autem eligi solent, & debent Viri docti & eruditi & spectatæ probitatis MENOCH *alt. n* 5. Et quidem 11.
hactenus præsumptio pro Magistratu procedit, in negotiis ordinariis ad justitiæ administrationem pertinentibus, si verò extra ordinem quid suscipere, & Civibus novi quid nomine Principis injungere velit, jam pro ipso non ampliùs 12.
præsumitur, nisi de voluntate Principis docuerit, vel mandatum ejus ostenderit. *l.* 1. C. *de mand. princ.* Imò nec mandatum Principis sufficit si ad falsas preces emanaverit, tunc enim priùs de sub-et opreptione docere debet *l.* 2. *& tit.* C. *si contr. jus vel utilit publ.* quod fieri solet submissa relatione ad Principem, ad iteratam explorationem voluntatis ejus *l.* 7. C. *de prec. Imp. offer.* C. *deinde* 4. §. 11. *X. de Rescript*

13. *script*. Præsumptio hæc pro Magistratu præcipua est, quod commodo publico damnum & præjudicium inferre noluerit, ut nec præjudicare præsumatur fisco WESEMB. *Conf.* 42. *n.* 18. DE AFFLICT. *decis.*
14. 307. *n.* 21. Quàm maximè autem ea cessat, si apertè contra leges procedit, est enim custos legum, unde si facinorosos non puniat, contra eum præsumitur, quod de illis participet, & se reum constituat connivendo, ac eorum dicta & facta tanquam conscius approbando. *l.* 2. C. *de commerc. & mercat.* *l. fin.* C. *ne sanct baptis. iter.* nam qui punienda non punit, cùm punire posset & deberet, ea approbare videtur, impunctas enim peccandi est illecebra. RITTERSHUS, *Jur. Justin. p.* 12. C. 2. *n.* 7.

15. Vigore hujus juris Magistratici Municipia novellis civibus & advenis civitatem, das Bürger-
16. Recht conferunt; Quod proprie est jus *civilitatis* vel civicum, & differt à jure Civitatis das Stadt-Recht de quo *supra lib. I. cap.* 5. *n.* 44. *& seq.* quod competit superiori potestati, & appellatur jus dandæ civitatis, das Stadt-Recht geben. Hoc autem concernit jus recipiendi cives, quibus dari solet facultas seu potestas utendi, fruendi commodis, libertatibus & privilegiis civitatis, aller Bürgerlichen Freyheiten / Weide-Trifft / gemeinen Nutz und Niessung der Stadt / BESOLD. *th. pr. voc.* Stadt.

Hoc jus dividi solet in *universale* totius Reipublicæ commune, 17.
quo sensu cives dicuntur Imperii Germanici, item cives unius provinciæ. Et in *particulare*, quod est unius certæ civitatis, BESOLD. *Polit. libr.* I. *cap.* 11. *n.* 4. In civitatibus illustrioribus duplex est 18.
hoc jus, das grosse und das kleine Bürger-Recht/illud confertur saltem nobilioribus, qui & simul ad officia publica evehuntur, omniumque prærogativarum participes fiunt, quod Civitas Amstelodamensis dedit Philippo von Zesen / ut ipse testatur in *præf.* der Beschreibung der Stadt Amsterdam / dum ait: Selbst mit dem höchsten Vor-Rechte der Bürger verehret worden. Reliqui cives, 19.
ut qui sunt depressioris fortunæ, v. gr. opifices, die nur das kleine Burger-Recht überkommen/alicubi vocantur saltem Mit-Bürger. Distinctionem hanc & habet KNIPSCH. *d.* C. 29. *lib. II. n* 34. *& seqq.* Verum in Municipiis nostratibus hanc non agnoscimus; sed jus civilitatis qui adipiscitur, simul omnium jurium civitatis fit particeps.

In civitatibus triplex solet esse 20.
civium status; Patricii, & qui Ma-

Magistratum agunt mercatores & opifices. *Reform.* guter Policey zu Augspurg *de Anno* 1530. von Bürgeren und Inwohnern in Städten / ibi : Nachdem in Städten gemeiniglich dreyerley Bürger und Einwohner seyn / als gemeine Bürger / und Handwercker / Kauff- und Gewerbs Leute / und andere / so im Raht von Geschlechten / oder sonst ehrlichen Herkommens / und ihrer Zinß und Renthen sich ernehren / Knipsch. *de civ. Imper. l. 6. 2. C. 29. n.*

21. Hoc jus civitatis quibusdam tam fuit honorificum, ut Principes eo sæpe donaverint, sic olim per Legatos gratulati sunt Alexandro M. & civitate sua eum donarunt; Cum risisset Alexander hoc doni genus, unus ex Legatis, nulli inquit, civitatem dedimus alii, quam tibi & Herculi, quo audito, Alexander lubens accepit delatum, & Legatos humanitate prosecutus est, cogitans, non qui civitatem darent, sed cui darent, ut refert Parens meus m. in *Dedicat. Ignograph. suæ.*

Etiam Helvetii Ludovico XI. Galliæ Regi jus civitatis suæ dederunt, Bodin. *de Rep. l. 1. C. 6.* Cominæ. *l. 6.* Veneti Castiliæ & Arragoniæ Regem, civem & patritium suum fecerunt, Thessaur. *Polit. part. 1.* Althus. *Polit. c. 5.* Item Wilhelmus, Hollandiæ Comes, jam Rex Germaniæ declaratus, receptus fuit civis Ultrajectinus, quod his verbis recenset Lehmann. Im folgenden Jahr 1248. ist König Wilhelm Bürger zu Utrecht worden / und hat der Stadt / inmassen ein ander Bürger Huld und Pflicht gebühret / welches dergestalt zugangen. Albertus Magnus, Prediger Ordens / hat dem König eine visirliche Abendtheur zu Cölln gemacht / und dadurch erhalten / daß er in der Stadt Utrecht für den Orden ein Platz zum Kloster zuwege zu bringen und zu verehren versprochen. Demnach der König zu Utrecht angelanget / und sein Zusagen vollstrecken wollen / ist ihm Bericht geschehen / daß die Stadt eine Gerechtigkeit hergebracht / daß niemand etwas liegendes Holtz verkaufft oder übergeben werde / er seye dann Bürger. Darauf haben ihm seine Rähte das Bürger-Recht anzunehmen gerahten denen er gefolget / und hernach unverhindert einen Platz zum Kloster dem Prediger-Orden daselbst erkaufft / und samt grossem Geld zum Bau verehret. *Chronic. Spirens. lib. V. cap. 90.* Sed & in primæva confirmatione privilegiorum Lippiæ nostræ de Anno 1244. Latino sermo-

mone tradita Comes de Lippia nostrates vocat concives suos, dum ait: *Ego Bernhardus de Lippia concivibus meis Lippiensibus omnem libertatem & omnia jura, &c.*

22. Jure hoc civilitatis nemo Romæ fruebatur, nisi utroque parente natus, LIV. *lib. XLIII.* quod & Athenis obtinuit PHIL. *in Themist.* BODIN. *de Rep. lib. I. c. 6.* sed jure Justinianeo patre cive natus, civis est, *l.* 1. §. 2. *ff. ad munic.* Quibusdam in locis civis efficitur, qui uxorem ibi duxit. VINC. de FRANCH. *dec.* 516. *n.* 15. BRUNING *de var. univ. spec. concl.* 40. BESOLD. *de jur. ord. civit. cap. 3. n. 12.*

23. Datur autem medio juramento obedientiæ, KNICH. *de jure territ. cap. 3. n. 162.* STEPH. *de Jurisd. l. 2. p. 1. cap. 7. n. 212.* de quo jam *supra n 3.* mentio præmissa. Quod tam necessario est præstandum, ut nec in numerum civium quis assumatur, illo non præstito, nulla differentia attenta, sive originarius quis sit, sive advena, KNICHEN. *dict. loc.* ZIEGLER. *in §. civitas, concl.* 1. *n.* 10.

24. Et qui hoc præstitit tenetur subire civium onera omnia, cunctaque facere, quæ cives solent adimplere. ANCHOR. *consil.* 8. *col. fin.* ALEX. *consil. 103. col. 2. vol. 2.* BARBAT. *consil. 73. col. pen. vol. 4.* SOCIN. 97. *col. pen. vol.* 1. RUIN. *consil. 86. n. 16. & consil. 145. n. 9. vol. 3.*

Nam civis loci quis non est, 25. nisi qui loci onera & munera subit COTHM. *vol. 2. Resp. 73. n. 47.* Si enim Municipes non subeunt munera, repugnat allusio vocabuli. GILMAN. *symphor. tom. 4. part.* 1. 26. *n.* 338. Sola domus possessio obligationem ad onera Municipalia non inducit. *l.* 17. §. *ff. ad Municip.* Sed si animum possidens habeat ibi commorandi, sedemque suam figendi qui animus homagio vel juramento obedientiæ præstito declaratur. 27. Jure Romano id quidem incognitum est, actionem autem personalem regulariter inducit, & civem constituit, adeoque & domicilium saltem actui primo conciliat, & ad omnia tenetur quæ cives solent præstare. Hanc tamen Auctoris *Ichnograph. Muncip.* intentionem & assertionem, 28. quoad forum imprimis & jurisdictionem in personam ita restringendam putat. Dn. SCHILTER. si forte possessor sit privilegio exemptus, ut clericus, miles, officialis Principis &c. *Exerc. ad ff.* 13. §. 25.

29. Etiamsi acquirens civitatem illa onera ex initio ignorasset, tamen tenetur quia se obligat legibus loquentibus, de actu, quem facit CAGN. *in l. qui cum alio 8. ff. de Reg. Iur.* ALEX. *d. consil.* 10. 3. *n.* 7. *vol.* 2. SURD. *cons.* 198. *n.* 1.

30. Usque adeo, ut civis patriæ
quodammodo ratione onerum hy-
pothecarius videatur, Knipsch. *de
civ. Imp. lib. VI. cap. 3. n. 2.* Cum
enim Magiſtratus cives ſuos de-
fendere & protegere cogatur,
æquum eſt, ut pro curis & labo-
ribus, quos ſuſtinet, ii quoque
obedientiam & onera civica ſube-
ant, Reincking. *de regim. ſecul. lib
I. claſſ. 5. cap. 4. n.*
31. Collationem hujus juris civici
non eſſe de reſervatis Principis,
notum eſt ex Alexand. *conſ.* 148.
n. 7. lib. VI. Petr. *in Tract de po-
teſt. Princ. cap. 15. n.* 1. Gilman.
tom. 5. ſymph. Relat. 10. *fol. 47. n.*
12. *& ſeqq.* Lancell. *de attentat.
lib. I. cap.* 1. §. 4. *n.* 3. Besold *de*
32. *jure univerſit. fol.* 258. Inde eſt,
quod cives creandi poteſtas com-
petat Senatui, atque Magiſtrati-
bus Municipalibus etiam absque
juſſu, ſcientia & licentia Domini
territorialis, Besold *in th. pract.*
33. *lit. B. n.* 90. Et quidem Magi-
ſtratui collatio juris hujus com-
petit tanquam conſequens admini-
ſtrationis civilis, adeo, ut extra-
neis & cuicunque velit, illud con-
cedere poſſit. Speidel *voc.* Bür-
34. ger-Recht. modo præcedat de-
bita inquiſitio, ut conſtet, quis ſit
& unde venerit recipiendus. *Nov*
81. C. 1. Cum civitatis interſit
non promiſcue, unumquemvis re-
cipi, Hahn ad Wesemb. *tit. ff. ad
Munic.* Et licet Magiſtratui Mu- 35.
nicipali, qua tali illud jus compe-
tat, nihilominus hoc ſæpe certis
civitatibus Imperialibus in vim
privilegii conceſſum legitur; Ex-
emplum refert de civitate Eslin-
genſi, utpote cui à Carolo IV.
Anno 1534. datum. Daß ſie
möge Bürger annehmen /
und ſelbige in Eßlingen mögen
wohnen / und ſollen Steur/
Dienſt und andere Sachen thun/
als andere eingeſeſſene Bürger/
ohne männiglichs Verhindern.
Knipsch. *l. 2.* C. 29. *n.* 4. Cæ- 36.
terum utut jus creandi cives Ma-
giſtratui Municipali, non Principi
competat, ob regimen à Principe
conceſſum, Besold. *diſcurſ. Polit.
de jur. univerſ. cap.* 4. §. 4. *&* C.
8. *n.* 3. Si quæ tamen difficultas
in receptione alicujus civis oriri
poſſet, merito ad Principem re-
curritur, wenn man einen wider
Gebühr nicht annehmen will/ nam
Princeps ſemper ſibi reſervat in-
ſpectionem, ne jure conceſſo in-
feriores male utantur, Besold. *d.
Tract. cap. 5. n. 2. & conſil.* 91. *n.*
29. Speidel *in voc.* Bürger.
n. 63.

Hoc jus Magiſtratus quidam 37.
tam late extendunt, ut & Domi-
no territorii negent Municipio in-
vito aliquem pro cive obtrudere,
Brü-

BRUNING *de var. univ. spec. concl.* 50. RAUCHBAR *lib. II. qu.* 22. *n.* 22. ex hoc fundamento, quia jus recipiendi cives non est de Regalibus, prout jam vidimus. Et interventus Superioris, non nisi in gravioribus actibus universitatis necessarius ducitur, CRAVETTA *consil.* 228.

38. Unde Dux Wurtenbergicus Statibus suis rescripsit, daß ihr Fürst gegen die Städte und Communen wider ihren Willen und zu jedes Orts gemeiner Bürgerschaft und Handwercker Nachtheil / ohne sonders bewegende Ursachen / mit neuen Bürgeren nicht beschweren lassen wolle. LINDELSPUR *ad Ord Provinc. Würtenb. tit.* von Bürger-Recht. *n.* 17. Et nec Imperatores civitatibus Imperialibus cives invitis obtrudere, sed potius literas commendatitias pro jure civitatis impetrando largiri solere asserit, KNIPSCH. *d. C.* 29. 39. *lib. II. n.* 133. Verum si ego, quod sentio, huic decisioni addere debeam, Magistratui Municipali suasor & auctor essem, ne theses publicas contra territorii Dominum affigat defendendas, quia durum est disputare contra eum, qui argumenta format in *Ferio* & *Caesare.*

40. Interim juramentum hoc continet non solum vinculum obedientiæ Magistratui præstandæ, sed & simul subjectionis ratione Superioris exprimere solet, denen Landes-Oberen / wie auch Burgemeister und Raht / getreu / hold und gewärtig zu seyn / alibi, gelobe ich treu / hold und gehorsam zu seyn / die Stadt zu ihren Rechten / und den Landes-Fürsten zu seinen Rechten. Secundo, wenn gegen dem Lands-Oberen / wie auch Bürgermeister und Raht / etwas gefährliches gehandelt wird / solches dem regirenden Burgermeister anzusagen. Tertio. Auf Gebot und Verbot des Magistrats willig zu gehorsamen. Quarto. Wen seinem Mit-Bürger Schade geschicht / solches zu verhindern / nach Müglichkeit / oder es anzudeuten. Aliquibus in locis adjungitur: Daß sie von der Stadt nicht kommen wollen / sie haben denn dieselbige vorhin um Steuer Abzug und andere Schuldigkeit bezahlet. KNICH. *de jure territ.* C. 3. *n.* 162. STEPHAN. *de jurisd. lib. II. p.* 1. C. 7. *n.* 212. ZIEGLER. §. *civitas. concl.* 1. *n.* 10. De variis juramenti hujus formulis videatur GODD. im gründlichen Bericht von des Heil. Reichs Stadt Friedberg *cap.* 5. & 6. 41.

Videri itaque posset, cum hoc juramentum speciem quandam subjectionis homagii præ se ferat, 42.

Ma-

Magiſtratui Municipali id non convenire, ſed quicquid ſit, inveterata conſuetudo docet illud Magiſtratui Municipalium non denegandum ratione domicilii vel habitationis, neceſſariique obſequii, in rebus ad regimen urbanum ſpectantibus. KNICH. *all.* *n.* 228. MOLIN. *in conſuet. Pariſ. tit.* I. *v.* 2. *Gloſſ.* 3. & ſufficit, hoc juramento contineri quoque ſuperioris reverentiam & poteſtatem.

43. Licet Parentes illud præſtiterint, nihilominus tamen à filiis, qui in numerum civium recipi volunt, ideo repetendum, quia eſt maxime perſonale, non obſtringens hæredes, KNICH. *cit. n.* 293. SOCIN *conſ.* 84. *n.* 9. *vol.* 3.

44. Tum autem à patre præſtitum cenſetur quoque præſtitum à filio, quam diu minorennis, & ſub patria poteſtate eſt & alias juramentum hoc à patre præſtitum etiam ligat filios, BRÜNING. *de Homag. tit.* 337. propter vinculum familiæ & poteſtatis, cujus vi & efficacia pro una eademque perſona pater cum filio habetur *l. fin. in fin.* C. *de impub. & al. ſubſtit.*

45. Ab hoc tamen juramento uxores immunes ſunt, quæ per maritorum præſtationes ipſæ, & earum bona Magiſtratus jurisdictioni ſubjiciuntur RITTER. *de homag. concl.* 107. KNIPSCH. *de civ. Imp. lib. II. cap.* 29. *n.* 131.

Præſtitum illud à hero, à famulis quoque, & ancillis, dum illi ſerviunt, præſtitum intelligitur. *Id ibid. n.* 132. alibi tamen conſuetudine introductum eſt, ut famuli, die Handwercks Burſchen illud jurare teneantur, prout obtinet in Ducatu Würtenbergico Fürſtl. Würtenbergiſche Land-Ordnung. *tit.* 5. *pag.* 8. *ſeq.* referente BRÜNING. *de homag. concl.* 327. *in fin.* 46.

Primum juramenti hujus membrum continet quoque clauſulam de promovenda utilitate publica, der Stadt beſtes zu beförderen / Schaden und Unheyl abzukehren ꝛc. circa quæ formalia quæritur, an civis impetrans à ſuperiore privilegium aut indultum aliquod, quod eſt contra utilitatem publicam ob memoratam clauſulam, ſit puniendus ut perjurus? Affirmant quidam, alii diſtingunt, an damnum inferatur civitati impetrato privilegio, an commodum ſaltem ſubtrahatur CARPZ. *part.* 2. *Conſt.* 6. *defin.* 3. MEVIUS diſcernendum docet, an impetretur à Superiore, quod juribus civitatis averſum eſt, nec ſuperior concedendi poteſtatem habuit, aut adhuc illa poteſtas eſt dubia, & ligitioſa. An verò ſaltem impetratum imminuat publica lucra ad quæ percipienda civitati certum 47. 48.

jus

jus non fuit, sed potius imminuendi facultas superiori libera. Priori casu impetrantem, ut perjurum puniendum, posteriori autem reprehendendum, quod non omnibus modis præcaverit, unde decrescant commoda Reipubl. *Ad jus Lubec. Lib. IV. tit. 13. art. 2. n. 10. & seq.*

49. Quær. quid dicendum de civibus honorariis sive privilegiariis? Hi sunt, quibus civitatis jus honoris causa oblatum & datum est, hinc juramentum civicum den Bürger-Eyd / præstare non solent, iisque præter splendorem & dignitatem nihil cum veris civibus commune, & nomen tantum civium gerunt, jura tamen non attingunt. LIEBENTHAL *Polit. Exerc.*

50. 5. *concl. 5.* Et talibus, quia ad onera civica non concurrunt, mercimonia vel opificia exercere licitum non est, dörffen keine Bürger-Nahrung treiben /, commodi enim & incommodi eadem debet esse ratio, nihilque hoc casu vulgatius est inter cives nostros, quam illud dicterium: der mit will beissen / der muß auch mit kratzen. Nec ferendus est, qui commoda complectitur, sed incommoda & onera ferre recusat, *l. manifestissimi 22. §. pen. C. de furt.* GRATIAN. *discept. for. tom. 5. Cap. 9 6. n. 53.*

51. Et tum demum privilegiatus civis, licet onera non subeat, beneficia civica tamen consequitur, si certo pacto cum Magistratu inito das Bürger-Recht adeptus est, de quo casu tractat MEV. *p. 5. decis.* 268.

Sed quid statuendum de iis, qui potius ex Municipio discedere, quam jura civitatis assumere malunt? Tam sæpe difficiles sunt incolæ in capessendo jure civico, die Bürgerschafft zu gewinnen / ut severioribus mediis ad illud constringendi sint, nam qui hoc præstare recusat, publicatione bonorum punitur, SCHRADER. *cons.* 17. *n.* 6. LINDENSPUR über die Fürstl. Würtenbergische Land-Ordn. *fol.* 7. *n.* 8. tum autem nihil frequentius est, quam ut statim discessum minentur, ea intentione, ut debitis præstationibus se subducant. 52.

Ergo merito hoc casu Magistratus renitentes & subterfugientes, ad assumendum jus civitatis, intra certum tempus cogere, vel civitate arcere, aut interim commodis privare, & oneribus subjicere poterit; Cum iniquum sit, præsidio, tutela & commodis societatis civilis frui eos, qui oneribus publicis sese subtrahere student. BRUNNEM. *ad l. 34. ff. ad Municip.* STRUV. *Exercit. 50. th. 52.* Lubecæ ad id constitutum est tem- 53.

 pus

pus trimestestre, MEV. *ad jus Lubec. lib. I. tit.* 2. *art.* 2. *n.* 45. *& part.* 4. *decis.* 196. Et licet unicuique libera sit civitatis mutatio, & hæc libertas non naturalis tantum, sed & favorabilis dicatur à GROTIO *de J. B. & P. lib. III. cap.* 20. *n.* 41. GAIL. 2 *Obs.* 36. *n.* 4. statimque relinqui possit civitas, præstito saltem, quod lex vel consuetudo introduxit. GAIL. *alleg. n.* 10.

Attamen si quis spatium indul-
54. gendum petit, donec bona sua vendat, eo casu, si Magistratus id concedat, nihilominus discessurus juramentum præstabit, quo interea Magistratui obstrictus sit, ad quod & advenæ toties cogi poterunt, quoties inter ambigua tempora securitati consulendum est. Cum hoc juramentum & assumptionis vocetur, puta, si tempore belli multi exteri ad civitatem confugiunt, quibus sine vinculo fides sæpe habenda non est. MEV. *p.* 5. *decis.* 240.

55. Quando quis in civem recipitur, qui originarius non est, certum aliquod pretium de consuetudine fere omnium locorum præstare tenetur, qua pecunia vulgo das Bürger-Geld civilitatem sibi coemit.

56. Hoc autem præcipue pendendum est ab extraneis, qui in numerum civium recipiuntur, quod summam æquitatem habet, cum enim novi cives participes fiant jurium, immunitatum & privilegiorum civitatis, & protectione Magistratus, æquum est, eos jure antidorali, honorario aliquo Magistratum suum recognoscere. KOPPEN. *decis.* 11. *n.* 7.

Sicut olim apud Romanos cum 57.
Decuriones in ordinem reciperentur, sportulas dabant, nec in collegia Mechanicorum vel & studiosorum quisquam recipitur, nisi aliquot nummorum pro inscriptione pendat. BRUNING *de homag. concl.* 323. Huc refertur dictum Tribuni, *Actor.* 22. *v.* 28. Ego magno pretio jus civitatis redemi, KNIPSCH. *all. cap.* 1. *n.* 178.

Originarii vero eorumque li- 58.
beri, ut jam ex præmissis constat, à præstatione hac sunt immunes, sed exiguum saltem pro inscriptione solvunt, quod ordinarie hisce plerisque locis solet esse quadrans imperialis thaleri, eine Kanne Wein fürs Einschreiben. Et hi
originarii dicuntur à sua origine 59.
seu nativitate propria, *l.* 1. *ff. ad Municipal. l.* 4. C. *de incol.* ad quod ut proprie quis dicatur originarius, non solum requiritur, ut natus sit in loco, sed etiam, quod parentes ejus eo loci domicilium contraxerint perpetuum. *Rot. Rom. decis.* 327. *n.* 3. *p.* 1.

Fi-

60. Filius originem patris non matris sequitur, *l.* 3. C. *de Munic. orig.* sortiturque forum loci, ex quo pater ortum duxit, non autem, ubi mater ad lucem venit Quando vero pater non est legitimus, & filius vulgo dicitur quæsitus, tunc hujusmodi filius matrem sequitur, & ibi sortitur forum, ubi mater fixum habet domicilium, *l.* 1, *ff. ad Municip. l.* 19. *ff. de stat. hom.*

61. Nec admittuntur advenæ, nisi à Magistratu, sub quo hactenus degerunt, literas testimoniales exhibeant doceantque, se loci isthic honeste vixisse, ac bona gratia discessisse simulque fidejussores præstent, se legitime natos ac liberos nec ullius Domini proprios esse homines, Klock. *cons.* 29. *n.* 10. *&* 20, *tom.* 2.

62. Ut extraneus in numerum civium recipiendus exhibeat literas testimoniales, quod liber sit natus manifesta nititur ratione, ne scilicet civitas malis & servilibus hominibus impleatur, quod omnino cavendum est, & in mulieribus ideo observandum venit, ut nimirum & hæ civibus nubentes testimonium libertatis producant, quia servitus ventrem sequitur. Lindennspur. *in Comment* über die Fürstl. Würtenb. Lands-

63. Ordnung/ *n.* 3. *fol.* 4. Deinde ideo olim exclusi erant à jure civitatico servi, quia in absoluta erant potestate Domini, ad jus vitæ & necis usque, Besold. *de jur. ordin. civ. cap.* 3. *n.* 3.

Hodiernis moribus nec in numerum civium assumendi sunt homines proprii, welche jemand mit Leibeigenschafft zugethan sind/ Wolf. Jac. Sattler *dissert. inaug. de jur. Universit. concl.* 3. *lit. C.* Bruning *de var. univ. spec. concl.* 49. *lit.* 6. 64.

Imo veteribus legibus Alemannicis ex servitute tali manumissi non statim consequebantur jus civitatis sed coloniæ, dicebantur enim coloni, quod testatur Lehman: Sind sie doch nicht zu Bürgern/ sondern zu Inwohnern angenommen worden. Der Vergolg aber gibt zu vermuhten / daß offt die Städte und Obrigkeit durch leibeigene ansehnliche Leute müssen seyn hintergangen worden/als wenn sie frey wären/weil man in folgenden Zeiten solchen Betrug mit diesem Mittel begegnet / daß ein jeder / so zu Bürger wollen in Städten aufgenommen werden / mit Brieflichen Schein/so man Mann-Recht net / müssen darthun/ daß er niemands eigen Mann sey/oder nachfolgenden Herrn habe. *Chronic. Spirens. lib.* II. *Cap.* 20. *in fin.* 65.

66. Ratio prioris est, quia Domini hujusmodi homines proprios, ob jus personæ inhærens, quocunque locorum

rum degant, evocare possunt, Wenn ein Leibeigener sich in eine Statt oder Flecken einschleicht/ oder verborgen gehalten/ ist er von seinem Herrn erkundschafftet/ und die Persohn Mann oder Weib wieder begehrt/ haben die Obrigkeiten solche/ohne alle Einrede/ folgen zulassen/ ja von dem offt verjaget und ausgestossen/ LEHM. *d. loc. v.* die Pfächten-Beschwerniß. cum iniquum sit, ut Dominus servitiis debitis carere cogatur. Et in repetitione hominum propriorum idem jus usu rationabili, obtinet quod de aliis fugitivis, MEV. *p. 3. dec.* 161. *n.* 2.

67. Et licet homines proprii propriè servi non sint, ex obligatione tamen, quâ ad obsequium adstringuntur, imaginem quandam servitutis exhibent. MEV. *ad J. Lub. lib. I. t. 3. a. 2.*

68. Ergò meritò dictæ literæ testimoniales nativitatis, Gebuhrts-Briefe sive Mann-Recht producuntur, hoc casu Magistratui, ut fides ipsi reddatur, super libertate neo civis; Mann enim solùm dicebatur homo liber, servi verò, & libertini erant Leodes Leute / Lüte. LINDENSPÜR *supr. alleg. fol. 5. n. 3.* addit quod jure Würtenbergico receptum, daß die Weiber auch/ so sich von fremden Ort her mit einem Bürger verheyrahten/ Mann-Recht/ id est testimonium libertatis haben müssen. Hisque literis docere 69
debent se eo loci, quo hactenus degerunt, honestè vixisse, ac bonâ gratiâ discessisse, daß sie recht und frey gebohren/ und niemand eigen/ oder laßseyn/ auch innerhalb dreyen Jahren keine Schulden dadurch die Stadt beschwert seyn möge/ nachfolgen sollen HERING *de fidejuss. C. 5. n. 3:3.*

In Marchia Electorali Brandenburg per Recessum provincialem de anno 1538. inter Nobiles & civitates ab Electore Joachimo II. constitutum est, ne rusticus in numerum civium sinè nobilium literis, Kundschafften / recipiatur, hocce tenore: Als wollen wir hierinn ernstlich allen und jeden unseren Städten und Amt-Leuten/ bey Vermeidung unser ernsten Straff und Ungnad befohlen haben/ daß sie keinen für einen Bürger oder Unterthanen annehmen/ er bringe dann von seiner Herrschafft/ darunter er gewohnet/ Abzugs-Briefe/ und daß er sich von ihme nicht entbrochen/ und mit Wissen und Willen abgeschieden. Quæ simul constitutio reciprocè intelligenda est, quoad ipsos Nobiles, prout adducta sententia in Camera lata recenset MÜLLER *resol. pract. forens.* 70

re-

71. *resolut. 8. n. 21.* Inter senatum & cives Strahlsundenses conventum *art.* 11. §. Wenn nun jemand ut circa civem recipiendum inquiratur, wegen seines vorigen Lebens und Wandels / wie er von seiner vorigen Obrigkeit abgeschieden / und wessen er sich zu
72. ernähren bedacht sey. Habent tamen quædam civitates pro jure quæsito, daß alle Bürger und Einwohner / auch die Eingekommene / die ohnbesprochen / Jahr und Tag in den Städten gewohnet eo ipso von aller Dienstbarkeit frey seyn / ut de Vienna testatur LAZZIUS *lib. II. cap. 6.* de Colonia Cöllnische Statuta *part. ult. fol.* 55. MOLIN. *consil.* 15.
73. Quale privilegium confirmatum civitat. Spirensi á Wenceslao Imperatore *de anno* 1397. Wann die Bürger der Stadt zu Spyr / unz her allerley Lüte / wann die quamen / abe sie auch eigen Lüte / oder unverrechenet Amtlüte wären / wo die mit besetzet wurden vor den Raht zu Speyr in Jahres Frist / zu ihren Mit-Bürgern eingenommen/empfangen und behalten haben / nach ihrer Stadt alten Herkommen und Gewohnheit ꝛc. LEHMAN. *Chr. Spirens. l.* 7 *cap.* 70.
74. Jure quoque Lubecensi illi qui per annum & diem civis alicujus civitatis, ubi ejus observantia est, exstitit, & per id tempus controversiam libertatis passus non est, utut servilis conditionis probatio offeratur, ab omni tamen impetitione absolvitur *lib. I. tit. 3. art. 3.* COTHM. *consil.* 10. *n.* 126. *vol.* 1. Simile privilegium datum esse Niciensi civitati in Sabaudia legitur apud MEV. J. *Lub d. loc. n.* 23. Statuta Hamburgensia ita habent: Der Raht sol dafür seyn / daß keine eigene Leute vor Bürger dieser Stadt werden angenommen / die aber diese Stadt-Bürger von einem anderen / als senen eigenen Mann angesprochen / und solches beweiset würde; Kan dagegen der Bürger wahr machen / daß er über zehn Jahr ohne Ansprüche in dieser guten Stadt sich aufenthalten / seine Wohnung / und Wesen alhie gehabt / sol er seiner ruhsamen Besitzung geniesen / und ferner Ansprüche ledig und frey bleiben. MEV. *ibid. n.* 51.
In civitate Rigensi servili conditioni adversus omnem vindicationem præscribitur biennio. *Id. in fin. d. loc.* Jus Susatense quadrat cum Lubecens. *art.* 149. Hedde ock ein eigen Mensche die Bürgerschap gewunnen / würde eme dey von der Herrschup binnen Jahr und Tag besprocken und verwunnen / also / dat hei emme dero Wo- 75.

ninge hier gũnne duet hei des nicht / die sall na ses Wecken hier nicht länger blieven / ande sol sin Geld verlohren hebben / dat hei umme Burgeschlap geven hevet.

76. Et licet hujusmodi statuta sint odiosa, quia qui auffugit servus vel homo proprius quasi furtum sui facit, *l. 1. C. de serv. fugit.* Sic tamen favore libertatis obtinere potest, ut ea potius quam res furtiva præscripta censeatur, *l. quidam ita 25. §. si quis filium. ff. ad SCt. Trebell.* Et hujusmodi statuta valere, quibus nimirum post certi temporis habitationem civilem status quæstio moveri nequit, docet BRUNING. *de var. univ. spec. concl. 40.*

77. Dicto jure Lubecensi potest civis, qui in servitutem vindicatur, oder als eigen besprochen wird / juramento se non esse proprium, ab actione liberare, MEV. *ibid. art. 2.*

78. Cessante tali privilegio, si civis in Municipio quodam moratus non mota illi quæstione status, mortuus postea ita fuerit, de statu ejus post quinquennium quæri non debet, si vivus exstiterit in possessione libertatis, *l. 1. & tot. tit. ff. & C. ne de stat. defunct. post quinquen.* Licet non obstet, etiam post viginti annos & plures, liberis aut agnatis controversiam eo nomine movere FAB. *in Cod. l. 7. tit.* *6. def. 1.* quamdiu scilicet mala 79.
fides ejusque præsumtio obstat præscriptioni. Alias favor libertatis suasit, ut his, qui bona fide justoque titulo in possessione libertatis per viginti annos sine interpellatione morati essent, præscriptio adversus inquietudinem status prodesse debeat, *l. 2. C. de long. temp. præscr. quæ pro libert.* BALBUS, *de præscr. 3. part. 4. princ qu. 7. n. 1.* Et bona fides adesse 80.
præsumitur, si vidente Domino & non obstante ejus contradictione se gesserit pro libero, aut se justam causam etiam eo inscio se pro tali gerendi habuit. FAB. *d. loc. tit. 4. def. 1. & 2.* MEV. *ad d. art. 3. n. 14. & seqq.* Quo facit illud, quod repertus inter cives eo 81.
ipso civis esse præsumatur, MARSIL. *in l. de minore. 10 §. plurimum. n. 37. ff. de quæst.* GUID. PAP. *Tract. de præsumpt. n. 82. circ. fin.* ALCIAT. *de præsumpt. Reg. 2. præs. 15.* SCHRADER. *cons. 15. n. 65. vol. 1.* Si tamen alicujus 82.
origo ignoratur, an quis sit hujus vel illius civitatis & loci, præsumitur esse illius in qua fuit alitus & educatus ex BART. *trad.* MENOCH. *lib. VI. prsf. 30. n. 25.* ANGEL. *in l. hæres absens. §. 1. ff. de judic.* BOER. *quæst. 13. n. 41.* BARDEK. *consil. 126 n. 17.* Forensem esse, qualitas est, quæ non præsumitur, sed

ſed probari debet ab eo, qui in ea fundamentum conſtituit, *id. ib. n.* 28.
83. Quando quoque quis diu fuit nominatus civis alicujus loci, iſtius loci præſumitur eſſe civis, ſicut fuit deſcriptus, quia argumentum à nomiue valet, ac talis quis creditur, ac præſumitur, qualis fuit nominatus. *id. n.* 30.
84. Præſumitur quoque civis ſcire ea, quæ ſunt & fiunt, in civitate, niſi civis ſit novus, MASCARD. *concl.* 295. *n.* 4. pari modo, ut conjunctus cenſetur ſcire ſtatum & conditionem conjuncti, *l.* 9. *ff. unde cogn.*

85. Notabile eſt, quod juramentum civium in Comitatu Marcano Satrapæ, ſive, ut vulgo dicunt, Droſſardi, Droſten (qui ſunt ex nobiliſſimis familiis) præſtare tenebantur, quo non præſtito, Municipes ipſis in cauſis ad eorum officium & demandatam cognitionem ſpectantibus, obſequium denegabant, wollen ſie auch nicht für ihre Droſten und Amt-Leute erkennen/ ut plurima hac de re exſtant præjudicia etiam recentiſſima tam in aliis vicinis, quam in Unnenſium Municipio, quod SCÆVOLA *in l.* 101. *ff. de legal.* 3, patriam ſuaviſſimam appellitare jubet. Sed ita quidem olim atque
86. eo tempore, ubi obſervationes antiquæ vim legis habebant, als die alten Gebräuche noch golten / ſed jam in pleriſque Municipiis provinciæ noſtræ, hos inveteratos mores, una cum antiquioribus nummis indies exulare, perquam notum eſt.

Vocem Droſt / qui & nobilis 87
Præfectus alicujus diſtrictus, eines Amts / alibi dicitur ein Amtmann / (ut hoc per viam) quidam à Germanico Troſt / id eſt, ſolatio, dictam volunt, ut ex GOLDAST. refert ZEILER. *Epiſt. Germ.* 88.
97. *cent.* 3. accuratior autem derivatio deſumpta eſt à voce Antruſt cujus frequenter in LL. Salicis item Longobardicis mentio fit, Antruſt autem vox compoſita eſt, ex an & Truſt / vel *Truſtis* vocabulo Germanicæ originis, à Trü/ Treue/ trou/ id eſt *fide*, variante dialecto, quaſi anvertraut. Firmatur hoc etymon MARCULPHI verbis *lib.* I. *formul. Cap.* 18. *Veniens ibi in palatio noſtro, una cum armaria ſua, in manu noſtra Truſtem & fidelitatem nobis viſus eſt conjuraſſe*, A voce Trü ulterius deſcendit Tryte / Drude / *Drucla* item Getrude / id eſt, eine Vertraute / ſponſa fidelis, *tit.* 14. *LL. Salicis Truſtis* ſive fides jurabatur 89.
manu data, & tales erant in Truſte dominica, *LL. Salic. tit.* 43. §. 4.
Atque ſic non dubito, ab Antruſtiis 90.
dictos Droſten / à fide promiſſa, non ſim-

simpliciter eo sensu, quo fides pro fidelitate feudali vel pro homagio præstabatur, sed quia obtinebat in specie ratione fidei, quæ promittenda erat officii illustris, & præfecturæ illius intuitu. Si in obscuris in incertum viam tentare licet, & mihi, si à vero in hoc etymo aberravero, facile ignoscendum erit.

91. Forenses alienigenæ & advenæ in omnibus pene Germaniæ civitatibus & Municipiis non diutius anno integro feruntur, quo elapso aut migrare, aut jus hoc civitatis comparare tenentur, GAIL. 2 *obs.* 36. *n.* 8 MASCARD. *de probat. concl.* 534. *n.* 12. CHRISTIN. *consuet. Mechlin. tit. art.* 42. *n.* 7. Et
92 qui per annum in civitate nondum habitavit, civis novellus censetur, eoque in casu ante annum censetur ignorare leges civitatis, JOAN GUTIEREZ *pract. quæst. lib. IV. quæst.* 28. *d.* 35

93. Lubecensi jure auctior terminus advenis præscriptus est, trimestre nimirum spatium, post quod jus civilitatis petere debent, welcher allda Rauch und Feuer halten wil/ der/ oder die mögen wol drey Monath da wohnen/ nach der Zeit/ wollen sie länger bleiben/ so sollen sie die Bürgerschafft gewinnen.
94. Et jus hospitii statum habere tempus, eoque finito terminari, hasce habet rationes. (1.) Ut communioni onerum subjiciantur in compensationem commodorum civilium, quibus fruuntur. (2.) Ut de civium jure & numero certo constare possit. (3.) Ut fraudibus occurratur, & fides Reipublicæ de habitantibus certa fiat. (4.) Ut præcidantur multæ lites, ratione juris & conditionis eorum, qui in urbibus commorantur, MEV. *ad Jus Lubec. l.* 1. *t.* 2. *art.* 2. *n.* 2.

Qui pestis, contagii, bellique cau- 95
sa cum familia in Municipium quoddam confugiunt, ibique per multos annos commorantur, non censentur ibi domicilium constituisse, sed durante metu & periculo, pro hospitibus, exulibus & peregrinis omni humanitate dignis reputandi sunt. *Id. ibid. n* 20. nihilque vectigalis nomine solvere tenentur. *n.* 25. Civitas autem, 96
quæ ejecit exules, eos ex albo civium simul delet, ponitque in numero peregrinorum, QUINTIL. *d.* 244. Jus civitatis non habui eo tempore, quo exul fui.

Quod si autem alienigena Ci-
vium jus petere, & assumere de- 97
trectet. So das Bürger-Recht nicht gewinnen wil/ solet ipsi præfigi terminus, intra quem id fiat, quo spreto pignoribus captis coercetur, id etiam si nihil sit, à civitate excluditur, MEV. *ad all. art* 2.

ali-

aliquando etiam hoc casu mandata sine clausula decerni docet Ruland. *in quæst. camer. 27.* Interest enim Magistratus non esse in civitatibus, nisi fide devinctos, imo refert ad securitatem terrarum, securitas de iis, qui in his degunt, ea vero quæritur & constringitur juramentis civium, quæ ideo, ut recepta illius media minime sunt negligenda, nec adversus illa, manus subditis sunt porrigendæ, ait Mev. *p. 4. decis. 196. n. 5.*

98. Forenses etiam, quam diu cives non sunt, juramentum civium personale, & per quod subditi efficiuntur, præstare non tenentur, si tamen in loco, ubi degunt, fundos, & immobilia possideant, eorum ratione juramentum assecurationis præstare sepe debent, sed hoc est reale solius possessionis munus, & quod personam non afficit *l. munerum fin. §. 25. ff. de mun. & hon.* Hoc homagii genus est de quo Maul. *de homag. tit. 1.*
99. *n. 16.* Interim in forenses non exercentur actus jurisdictionis *v. gr.* collectæ, quia non sunt subditi Cravett. *cons. 195. n. 1.* licet bona immobilia in loco possideant *l. 6. §. fin. ff de muner. &*
100. *honor. l. 4. C. de incol.* Nisi ex consuetudine vel statuto, ob catastrationem bonorum de bonis suis onera sustinere cogantur, quale statutum est. *Susat. art. 34.* **Alle diejenige, de binnen der Stadt wohnet, die seyn frey oder eigen, de sollen Kost und Arbeit, Schott und Dienste doin von erem Gude, alse unse Börgere.** Et licet forensis, quoad unam hanc speciem, 101.
se subjecerit, inde tamen minime sequitur, ipsum etiam, quoad alias species, se obligasse, Brüning *de homag. concl. 305.* cum servitus & subjectio sint odiosa, & & per consequens restringenda, Knipsch. *lib. II. cad. 9. n. 36.*

Huic juri civitatis petendæ filius 102.
civis alicujus, licet extra ædes paternas non commoretur, res suas tamen agat sibi, ut, si sit mercator vel opifex, obnoxius est, Mev. *ad jus Lubec. lib. I. tit. 2. a. 2. in addit. ad n. 13.*

Sunt, qui docent, triginta an- 103.
norum spatio hoc jus civilitatis acquiri posse, si tempore hoc pro cive habitus quispiam fuerit, *per l. cum satis. ibique glossa C. de agric. & cens.* Castrens. *consil. 8. col. 2. circ. med. lib. I.* Cravetta *consil. 829. n. 6.* Cujus tamen in nostris terris non habetur praxis aut observantia; ubi ad matriculam civitatis, in hisce passibus recurritur.

Lapsus decem annorum non fa- 104.
cit civem, etiamsi constituerit domicilium in quodam loco, si con-

ſtet de animo revertendi ad priſtinum locum ALEXAND. *conſ. 91. n.* 8. *lib. VII.* CHRISTINÆ. *deciſ. 33. n. 6.* Licet & diutius ibi habitet, quia ad contrahendum legaliter domicilium requiritur factum, & habitus, id eſt actualis habitatio, & animus ibi perpetuo manendi, & quando ex ſignis apparuerit, advenam habere animum redeundi ad patriam, etiamſi moraretur per mille annos non efficeretur civis; Si autem dubitetur, de animo perpetuo reſidendi, quem nuſquam verbis aut ſufficientibus indiciis inſinuavit advena, hinc ad conjecturas recurrendum, ut latius hoc deducit BERNHARDUS BARIL. *tract. de poteſt. leg. Munic. diſquiſit. 1.* §. 4. *n.* 30. *ad* 37.

Stante ſtatuto, graviori pœna
106. afficiendum eſſe occidentem civem, quam forenſem, ſi ignoretur, an occiſus fuerit civis, vel forenſis, in dubio civis præſumitur. FELIN. *in C. Quoniam n. 3. de offic. ordin.* MARCAB. *conſil.* 32. *n.* 130.

107. Quamvis recipere quempiam in numerum civium, vel non, ſit meræ facultatis, & uti privato cuilibet liberum eſt, ne quis fundum ſuum ingrediatur §. *feræ verſ. planè Inſtit. de rer. div. l. divus. ff. de ſerv. ruſt. præd.* BRUN. *conſ.* 189. *col.* 2. Ità Magiſtratui licitum, non admittere quem in Urbem ſeu ad jus Civilitatis KLOCK. *conſ. 29. n.* 1017. *&* 134. *vol.* I. Si autem hoc ipſum 108.
privato licet, multò magis Magiſtratus ingreſſum & habitationem alienigenis interdicere poterit, cùm id quod minori & ſingulis permittitur, haud denegandum Magiſtratui, cui plus licet ob eam, quâ pollet, auctoritatem & poteſtatem. *l. non eſt ſingulis 176. pr. ff. de R. J.* Hic iterum quadrat, quod ſupra traditum, iniquum eſſe, novos ſubditos invito Magiſtratui obtrudere ex RAUCHB. *quæſt. lib.* II. *quæſt.* 22.

Ex quo aſſerto conſequitur ſi 109.
alienigenis poteſt denegari ingreſſus, multò magis poterit dari certa forma & modus præſcribi iis qui voluerunt jus Civitatis conſequi, quia plus eſt abſolutè prohibere, quàm formam & modum præſcribere, nam qui poteſt actum facere, poterit etiam eundem qualificare CASTRENS *in l. nemo poteſt. n.* 18. *de leg.* I. SURD. *Conſil.* 184. *n.* 6.

Prout autem admittere quem- 110.
piam in numerum Civium Magiſtratui liberum eſt, ita jam ſemel receptum ſinè graviſſima injuria vel cauſa merita, eliminare non licebit, juxta illud tritum: faciliùs non admittitur, quàm ejicitur hoſpes C. *quemadmodum* § *alioquin de jur. jur.* multa enim impediunt ordinandum, quæ non impediunt ordinatum

tum Gloss. *in l. in ambigus* §. *non est novum ff. de R.* J. Et ùt Baldus ait: venturis ad Patriam, bene potest interdici ingressus, postquam autem venerunt, & ingressi sunt, uti reliquus populus, censendi, adeoque tunc fore, tam contra naturalem æquitatem, quàm contra bonum publicum, si expellerentur *in* C. 1. *de form. fidel. n* 2. *Recensente* Klock. *conf.* 29. *n.* 1028. *vol.* 1.

111. Non facilè tamen ac temerariè hoc denegabit Magistratus Municipalis ob jus superioris Domini territorialis; quo Municipales aliàs inviti cogi possent in præjudicium Civitatis, quem in Civem assumere; Et interest Reipubl. Civitatem

112. Civibus repleri. *l.* 1. *ff. solut. matrim. l.* 3. §. *pen. ff. de decur. l. Magistros* C. *de profess. lib. XII.* Menoch. *conf.* 96. *n.* 28. Cancell. Conrad. *in tract. de decur. n.* 59. Socin. *conf.* 35. *nu.* 4. *vol.* 4.

113. Sic per rescripta Cæsarea quosdam, ut reciperentur in numerum Civium, commendatos refert, *Auct.* der Donawertischen *information part.* 3. Cæteroquin durum est Magistratui Municipali invito Cives obtrudere, ut jam latiùs de-

114. monstratum est. Interim tamen negandum non est, non levem injuriam inferri Civitatis jura petentibus, si absqae causa & ratione excludantur, quia favore libertatis Civicæ nemo facilè privandus, & libertatis semper probabilis & salubris ratio est. *l.* 2 *C. de long. temp. præscr. l. itaque* 27. *ff. de fidei comm. libert.*

Deinde studere debet Magistra- 115.
tus utilitati publicæ, *l. Communium* §. *fin.* C. *de Natural. lib.* quæ utique promovetur augmento Civium, quorum adjectione magis augetur imperium, quàm pecuniarum copia *l. cum ratio* §. *si plures* 3. *ff. de bon. Damnat.* ex Cive etenim Princeps habet subditum, æquè ac Civitas Civem, talem iniquè repellet Magistratus, qui mediante Civitate se subdere vult Principi. In casum ergo denegationis, si rejectus Superioris opem petat, provideat sibi Mapistratus de rationabilibus causis rejectionis. Causa autem sufficiens non est, si objiciatur petenti Civilitatem non fore victûs querendi facultatem, 116.
weil der Ambts-Brüder schon mehr als zu viel sind/ die einander im Wege stehen/ hoc enim ad solicitudinem Civis non Magistratus pertinet, cui non competit victus compendia, & exspectatæ divinæ benedictionis arbitrium sibi arrogare, sed industriæ, labori & devotioni cujusvis relinquere, interea ut omnibus suppetant, & apta fiant, studere Mev. *ad jus Lubec. lib.* 1. *tit.* 2. *art. in addition. ad n.* 57.

117. Non solùm autem facilis sit Magistratus Municipalis in recipiendis Civibus, sed Municipio & publicæ utilitati quoque consulit, si exiguo pretio illud confert, wann das Bürger-Geld nicht zu hoch auffgetrieben wird. Nihil enim Magistratibus iis ineptius est, quàm qui jus Civitatis paucis communicandum, idque magnâ pecuniâ censent, ut ait HIPPOL. *a Collib. de*
118. *increm. urb. cap. 16.* Sed & præcipuum Civitatis est ornamentum, si populi frequentiâ augeatur MENOCH. *d. conf. 96. n. 28.* SOCIN. *l. conf. 35. n. 4. quo facit text. in l. fin. §. pen. ff. de bon. damnat.*

119. Sinè ulla dubitationne maximè nostrum fundavit Imperium, & Populi Romani nomen auxit, quod Princeps ille creator urbis hujus Romulus, fœdere Sabino docuit, etiam hostibus recipiendis augeri hanc Civitatem oportere inquit CICER. *in Orat. pro L. Corn. Balb.* Hinc J. Cæsar non singulis tan-
120. tùm hominibus, sed etiam integris Nationibus Civitatem assignavit ID. CICER. *Phil.* Fortunatissimus omnium Regum suo hoc confirmat oraculo, *prov. 14. v. 28. In multitudine populi dignitas Regis & in paucitate plebis ignominia Principis* vel ut LUTHER. Wo wenig Volcks ist/das machet einen Herren blöde. Cupio Patriam nostram omnibus quidem rebus augeri, maximè tamen Civium numero id enim oppidis firmissimum ornamentum ait PLIN. *secund. lib. VII. Epist. 32.*

Nec enim quis putet ex libero- 121.
rum & Civium multitudine futuram metui inopiam, cùm nullæ Civitates locupletiores sint, aut artium ac disciplinarum omnium varietare clariores, quàm quæ Civium multitudine magis abundant. BODIN. *de Republ. lib. V. cap. 2.* BOTER. *de illust. stat. & Polit. lib. I. cap. 14.* Ubi multus est populus, is omnibus quoque abundat. *Id. lib. VII. cap. 11.* Hæc ratio olim Genevensium Civitatem tantopere adauxit, cùm omnibus passim Gallia & Italia ob Religionem ejectis, hospitium præberet BOTER. *lib. II. cap. 1. de orig. Urbium.* Quot
Belgæ exules sub Albani Ducis 122.
tyrannide Civitates in Palatinatu aliisque Germaniæ locis, seculo XVI. non adauxerunt? Quot vires non cepit Britannia ex profugis Belgis & Brabantis? dum Reg. Elisabethæ concessu multa illis privilegia, cum libero habitationis & religionis exercendæ beneficio indulsit, ut multa Municipia postliminio restituta pristinas vires receperint, ut varia testantur rerum Britannicarum monumenta. Et quis nescit hac nostra tempestate ex

ex profugorum numero, quos dira illa Galliæ tempestas Religionis causâ ejecit, multa emporia facta esse celebria? testis est Berolinum Potentissimi Regis nostri alma & florentissima sedes. Gallia auri & argenti fodinis caret, frequentia tamen incolarum hactenus floruit.
123. Ergò meritò inter causas morborum Civilium refertur mors naturalis & Civium penuria. Nec magis Civitates adaugeri poterunt, quam favore Matrimonii, cœlibatus odio, advenarum illecebris, & immunitatibus, promissis ac datis, iis, qui à Tyrannis opprimuntur, cum fideli ac tuto refugio AMMIRAT. *lib.* III. *discurs* 8. *in princ. dissert. polit.* Imò quia onera in Civitatibus indies crescunt, tributa augentur, quid fiet? Si desint, qui humeros supponant.

124. Objiciunt quidem Politici, quod advenarum frequentia peregrini ingruant in civitate mores, atque metuendum, ne civium jura ab exteris labefactentur, cui respondit SCHÖNBORN: Tales nimirum recipiendos, qui bonæ sunt nationis, qui præter meritum miseri, qui religionis causâ solum vertere coguntur, tum etiam, si civium magna est penuria, ut externa præsidia adpetere necesse sit. *Polit. lib. III. Cap.* 33. *in fin.*

125. Nec est, quod Politicus nos moveat scrupulus, puta, ne nimis magna civitas excedat potestatem regentium, & ne amplitudine labascat, quia suopte impetu diffluit, quod contineri non potest, prout Scytarum Legati Alexandrum M. admonebant; Sic concupiscis, quæ non capis. apud CURT. *lib. VII.* Nam hic in materia non de civitatibus Imperii vel excellentioribus, sed de Municipiis hæremus, ut quæ magis ventriculo esurienti, quam qui cibis obrutus est, comparantur, ubi nihil est, quod de indigestione conqueramur, prout Gartinara ad Carolum V. Imperatorem fecerat his verbis: *E troppo nocivo il prender una volta tanto cibo, che lo stomaco non sia potente, à comportalo,* id est, *non convenit, plures simul capere cibos, quam quibus concoquendis ventriculus par non est* GUICCIARDI *in lib. XVI.* tradente ARNISÆO *de Republica lib.* I. *Cap.* 5. *sect.* 6. *n.* 16.

Semel acquisita civilitas transit 126.
in filios, *l. assumptio.* §. *filius. ubi* BART. *n.* 2. *ff. ad Municip.* In 127.
quibusdam autem civitatibus contrarium consuetudine vel statuto obtinet, ut Wormatiæ, ubi hoc jus mere est personale & cum persona exstinguitur, GILLMAN. *tom.* 5. *symphor. fol.* 47. Antverpiæ vero quicunque ibi natus est, sive

parentes ibidem domicilium aut Jus civitatis habuerint, sive non efficitur civis, WESEMBEC. *cons.* 49. LINDENSPUR *Comment.* über die Fürstlich-Würtenbergische Lands-Ordnung. *fol.* 4. *n.* 1.

128. Transit hoc jus non solum in filios, sed & in omnes descendentes eorumque descendentium descendentes, MAR. GIMEL. *Observ.* 75. *n.* 22. Si quis autem domicilium nondum habeat, non locus nativitatis seu originis, ut statuit VULT. *in l.* 2. *C. de jurisd. omn.*

129. *jud. n.* 16. Sed domicilium patris vel ejus origo attendi debet post ZANG. *de except. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 9. SOCIN. *in rubr. ff. solut. ma-*

130. *trim.* CARPZ. *decis.* 1. *n.* 18. ubi id more suo præjudicio de Anno 1613. firmat, cujus verba finalia ac decisiva hæc sunt. Ob nun wol eures Weibes Todes-Fall in der Stadt B sich begeben/ allda gewisse Rechte und Statuta in Successions-Fällen üblich seyn; Da aber darnach eurem Angeben nach/ ihr euch beyderseits nur gastweise daselbst aufgehalten/ auch sonsten nirgendwo euch häußlich niedergelassen/ und also an keinem gewissen Orte ein domicilium habitationis erlanget hattet &c. So halte man sich bey eures verstorbenen Weibes Succession/ausser dem/ was in der Ehestifftung ausdrücklich versehen nach dem Rechten und Willkühr/ so an Orteren und Enden/ da euer Vater sein domicilium gehabt/ unangesehen ihr anderswo gebohren/ und also in domicilio originis gebräuchlich und üblich seyn/ allerdings zu richten. V. R. W.

Sed an in filium etiam civilitas hæc transit, qui editus est, antequam pater esset civis, ob er auch 131.
für ein Bürgers-Kind zu halten sey / ac per consequens Jurium & privilegiorum civitatis erit particeps? Hoc negandum videtur *per l.* 11. *C. de dignit. lib.* XII. ubi inter clarissimos non refertur editus, antequam pater susciperet dignitatem, sicut & tales filii à curialibus honoribus excluduntur, *l. fin. C. de decurion. lib. X.* Contrarium tamen statuendum *per l.* 1. *ff. de senator.* Vox enim patris & vox 132.
filii & contra §. 4 *v. ei vero. J. de inut. stip.* & uterque habetur pro una eademque persona, *l. ult. C. de Imp. & al. subst.* CARPZ. *lib.* VI. *Resp.* 98. ubi in fine adjungit Scabini sententiam: Hat euer Vater vor dieser zu A. da ihr gebohren worden/ gewohnet/ hernach sich nach E. gewendet / und euch mitgenommen/ auch das Bürger-Recht gewonnen / und es ist daselbst der Brauch/ daß den Bürgers-Kindern das Bürger-Recht für 6 Groschen gelassen wird / so genies-

genieſſet ihr deſſen/ unerachtet ihr vor Erlangung des Bürger-Rechts gebohren/als ein Börgers-Kind billig. Idem obtinere ſtatuit inter opifices, quorum filii nati, antequam patres eſſent facti opifices, daß ſie doch für Meiſters Kinder zu halten. *dict. reſp. n.* 1.

133. Spurii ſive vulgo quæſiti non patris, ſed matris conditionem & originem ſequuntur, ibique jus civitatis habent, ubi mater, *l.* 24. *ff. de ſtat. hom.* HEIO *p.* 1 *qu.* 21.

134. Sed legitimati per ſubſequens matrimonium vel per reſcriptum Principis, patris conditionem & originem accipiunt, *arg. Nov.* 87. KNIPSCH. *de civit. Imp. lib.* II. *C.* 2. *n.* 123.

135. Cæterum civilitas patris tunc demum afficit filios, modo & ſimul ibi commorentur, nec alibi domicilium conſtituerint, quo caſu civitatis Jus cum connexis amittitur, GAIL. 2 *Obſ.* 36. *n.* 7. Hinc ſi per ſtatutum non poteſt quis uti retractu, niſi civis, ſola origo, ad conſequendum hoc Jus non ſufficit, MEV. *p.* 7. *dec.* 188.

136. Hoc Jus domicilii uſu Germaniæ generaliter ſublatum docet PAURMEIST. *lib.* II. *C.* 8. *n.* 37. *Tract. de juriſd.* quia ad acquirendum Jus civilitatis effective requiritur ſolutio certæ pecuniæ, Juramentum obedientiæ &, immatriculatio, quæ duo poſteriora æque originarios ac extraneos ligant. Tam autem potens eſt civititas ex origine, ut renunciari illi non poſſit. *l. fin* §. *pen. ad Municip.* GIURB. *obſ.* 75. *n.* 10. Interim tamen amitti poſſunt commoda originis, atque ita quoque effectus ex ea reſultantes mutari poſſunt. URSILL. *deciſ.* 384. *n.* 4. REICHNER. *deciſ.* 2. *n.* 27. *part.* 2. GIURB. *obſ.* 87. *n.* 11. Deſuper infra latius.

Civilitatem originariam non afficit, quod quis in pago caſualiter ſit natus, ZAS. *in l. hujusmodi.* 137.
§. *legatum. ff. de legat.* 1. Qui & 138.
vico ortus eſt, eam patriam habere intelligitur, cui civitati vicus ille reſpondit, *l.* 39. *ff. ad Municip.* PONCET. *de civil. Munic. diſtinct* 2. *in fin.* ubi poſt Accurſium ſcribit, Virgilium Poetam dici Mantuanum, licet ex vico ejus Plectola fuerit ortus.

Natus extra civitatem tempore 139.
peſtis fingitur natus in civitate, *l. hujusmodi* 48. §. *legatum* 10. *ff. de legat.* 1. HIER. LEV. *deciſ.* 199. *n.* 4. & 5. Natus caſu in itinere, non eſt illius loci civis, ubi natus eſt, ſed illius loci, quem petebat mater, & ubi pater proprium habet domicilium, FAMIT. *de moment. temp. C.* 28. *n.* 12. SANCHEZ *de matrim. lib.* III. *diſp.* 24. *n.* 3.

prout

prout æque conceptus in loco domicilii & natus alibi casu, pro nato habetur in loco domicilii, *l. qui in utero ff. de stat. hom.* LEV. *d. decis.* 199 *n.* 6.

140. Infantes expositi, Fündlinge/ vel Fündel-Kinder/quorum origo ignoratur, cives illius civitatis sunt ubi expositi, educati & nutriti, cum nullam aliam habeant origi-nem, PONCET. *d. Tract. ibid. distinct. 3.* ubi addit, Monachum per monachismum effici civem illius civitatis & Municipii, in cujus districtu claustrum & cœnobium, in quo degit, est constitutum. Quidam volunt expositum non solum judicari Municipem & civem loci, in quo natus est, verum etiam loci, in quo est expositus, inter quos GRATIAN. *discept. forens.* MANDOS. *Tract. de minor.*

141. *atat.* C. 1. *n.* 34 Neque perditur per incolatum in rure vel oppido alio, SOCIN. *consi.* 35. *col.* 3. PAP. *decis.* 41.

142. Si civis officium suscipiat, præmissa protestatione, civilitatem suam non amittit, nec renunciat, maxime, si Superioris præceptum subintret, *l.* 1. & 2. C. *de iis qui spont. mun. subeunt. l.* 1. C. *de decur. l. semper.* §. *fin. ff. de jur. immun.* MENOCH. *consi.* 322. *d.* 33. SURD. *consil.* 262. *n.* 73. nisi protestatio illa sit facto contraria vel officium illud sit incompatibile cum ipsa civitate, GIURB. *Observ.* 78. *n.* 17. Modo ex consuetu- 143.
dine Municipiorum solvatur in recognitionem Magistratus & conservationem civilitatis annua quædam pensio, alicubi der Graben-Gülden/dicta. Solutio pensionis 144.
hujus non efficit civem duarum civitatum, nisi migrans ex Municipio hoc forte in favorem liberorum concedi à Magistratu velit, vel etiam, nisi hoc fiat intuitu certorum bonorum, quæ alii habere fas non est, quam civi, exemplo sunt die jenige Hove- und Habe-Güter / welche anderen nicht mögen verpfachtet werden / als Bürgeren.

ARISTOT. confirmat, insolitum 145.
non esse, ut quidam extra mœnia habitent, qui tamen cives esse non desinunt *lib. III. polit. cap.* 1. Hinc forte originem traxit divisio civium Romanorum in urbanos & rusticos. SIGON. *de jur. civit. Rom. cap.* 6.

Wurzenæ statutum exstat desu- 146.
per his verbis: So sich ein Bürger von hinnen an andere Ende begeben / und daselbst sitzen / und gleichwol das Bürger-Recht allhier mit halten wolte / derselbe sol dem Rahte zum Abzuge vierte halben Groschen und hernach alle wege auf Michaeli 6 Groschen so lange

lange er das Bürger-Recht zu halten gesinnet / zu erlegen / und zu schicken schuldig seyn / würde es aber zwey Jahr nach einander unterlassen / sol er des Bürger-
147. Recht verlustig seyn. LYSER. *disert. de jure civilit.* §. 19. Quia pensio docet civem alibi degentem retinere animum quandoque redeundi; Quod propositum revertendi de jure facit, ut per migrationem non immutetur domicilium, nec novum constituatur, etiamsi ibi quis per mille etiam annos substiterit, ut jam dictum *supr. n.* 104. NICOL. BOER. *in l. consentaneum n.* 107. *C. quom. & quando jud. sent. profer* MENOCH.
148. *arbitr. cas.* 86. *n.* 7. FLAM. de RUBEIS. *cons.* 6. *n.* 34. *vol.* 1. Atque cum domicilii mutatio tota ex animo migrantis dependeat, standum est assertioni ejus, qui se alio ad habitandum non abivisse declarat MENOCH. *d. cas.* 86. *n.* 5. MASCARD. *de probat. concl.* 538.
149. *n.* 18. Quia in genere renunciatio in dubio non præsumitur, ideoque alleganti, ejus manebit probatio DEC. *cons.* 401. *n.* 3, FACHIN. CONTR. *lib.* VII. *cap.* 36. *v. quartum argumentum*, ejus enim renunciatio est naturæ & indolis, ut ultra nominatim expressum non extendatur TREUTL. *vol.* I. *disp.* 75.
150. *th.* 5. *lib.* VI. Ergo nec civis clericus factus, clericatum non perdit civitatem, sed ex cive ordinario fit privilegiatus REHEBOLD. *de jur. civit. p.* 2. *cap. pen. ult. in fin.*
Quando autem quis immobilia 151.
sua in Municipio divendat domicilii mutati indicium est. PRUCK. *consil.* 31. *n* 85. *vol.* 1.

Exceptio est si de alia mente 152.
constet, ut si quis bellorum injuria vel alio violento casu migrare cogatur. BRUNEM. *consil.* 31. *n.* 85. *vol.* 1. Quo casu cives licet realiter domicilium mutaverint, reduces tamen omnia jura & privilegia recuperant. PUEFEND. *de jur. nat. & G. lib.* VIII. C. 11. §. 8.

Effectus præcipui juris civilita- 153.
tis sunt hi (1.) Ut in eo loco ubi civis assumptus est, habitet, & quidem continuo, una cum familia, nam separatio exclusionem à civitate præsupponit. GAIL. 2. *obs.* 36. *n.* 8. COTHM. 2. *cons.* 73. *n.* 43. ac qui privilegiis civitatis frui vult, in ea civitate Larem
fovere debet KNIPSCH. *d. cap.* 29. 154.
lib. II. *n.* 152. *jus Susatens. art.* 71. *ita habet*; De hier butten sittet up dem Lande / un winnet unse Borgerschap / dey sol dat erste Jahr / in unser Stadt wohnen / anders en halden wie enne vor kenen Börger / und en sall kein Erf-Gut kopen / hei en wohne hier in der Stadt. (2.) Municipio vel

civitati civis totus obligatur, non
tantum quoad corpus & perso-
nam, sed etiam quoad operas &
bona quæcunque. ARNIS. *de rep.*
cap. 5. *sect.* 7. *n.* 10. (3.) In
156. quibusdam locis sæpe hoc opera-
tur, ne peregrini illic possint ac-
quirere bona immobilia, sicuti in
Ducatu Würtenbergico sancitum:
**Daß niemand an keinen / so nicht
unter Ihro Fürstl. Gnad. Obrig-
keit gesessen / einig liegend Gut
zu kauffen gebe.** Quale approbat
TIRAQUEL. *de retract. in præf. n.*
14. GAIL. 2. *obs.* 19. *n.* 2. Ita ut
talis contractus contra statutum sit
ipso jure nullus SURD. *dec.* 30.
157. *n.* 10. Ratio prohibitionis hæc
erit, ne umerus eorum, qui per-
sonalia, vel etiam mixta munera
subire coguntur, decrescat, & ci-
ves, prædiis exuti impares sint fe-
rendæ capitationum sarcinæ *l.* 11.
C. de Episc. & Cler. Clar. Dn. SCHIL-
TER. *Dissert. de jure peregr.* §. 34.
158. (4.) Quod soli cives honorum
& magistratuum gerendorum ca-
paces sint, tam originarii quam
assumpti, nisi leges & statuta in
contrarium exstent, sicut Bono-
niæ in collegio ICtorum & medi-
corum Doctor non admittitur,
qui non originarius civis est. Et
Parisiis Præfectus mercatorum *Le
Prevôt des Marchands*, nullus eligi-
tur, nisi qui in ipsa urbe natus
est BODIN. *lib.* I. *de republ. cap.* 6.
&c.

Quæritur denique an quis civis 159
esse possit duarum civitatum? Af-
firmantes nituntur *l. ejus* 27. *pr.*
ff. ad Munic. & eo quod unus ali-
quis plurium dominorum vasallus
juramento fidelitatis esse possit.
C. *satis bene de probib. feud. alien.
per Lothar. C. un. ff. fin. de probib.
feud. alien. p. Frider.* Negantium
opinio fundatur in eo (1.) Quod 160
civis civitati totus obligatur, non
tantum quoad corpus & perso-
nam, sed etiam quoad operas &
bona quæcunque, ut jam dictum
ex ARNISÆ. *de rep.* C. 5. *sect.* 7.
n. 10. non secus ac maritus uxo-
ri. (2.) Unum debitum in plures 161
civitates non potest dividi nisi per-
sonam multiplicare quis velit LI-
BENTHAL. *Coll. polit. Exerc.* 5. *q.* 6.
(3.) Cives sunt membra civitatis 162
ut autem idem membrum duorum
corporum sit, per naturam fieri
non potest, nisi chimericam
quandam coalitionem quis sibi
imaginari velit, *Id. ibid.* ARNIS. *d.
loc. n.* 25. (4.) *Loco* CICERONIS 163
Orat. pro Corn. Balbo ibi. O præ-
clara jura atque divinitus jam in-
de à principio Romani nomi-
nis à majoribus nostris com-
parata, ne quis nostrum plus
quam unius civitatis esse possit.
(5.) Auctoritate, CURT. *consect.*
lib.

lib. III. cap. 45. AFFLICT. *decis.* 384. *n. 13.* BESOLD. *de jur. ord. civit. cap. 5. n* 10. MYLER. *in addit. ad* RUMELIN. *A. B. p. 2. dis. 5, concl. 3. lit. f.* WESEMB. *cons.* 4. *n.* 28. MAGER. *de advoc. Cap. 10*
164. *o. 197.* Rectius denique statuitur ratione eorum Municipalium qui uni eidemque Domino subjecti sunt, quo casu etiam jure Romano quis civis duarum civitatum esse poterit. *d. l. 27. ad Munic.*
165. *l. 22. §. municipes eod.* Quod hodie adhuc obtinet in subditis Helvetiæ quinque Cantonum, ubi unius civitatis civis reliquarum simul civis existit MÜLLER *pract. rer for. resol. 18. n. 16. seq.* Idem juris esse testatur inter Dantiscanos & Thorunenses, Berolinenses & Colonienses, ita, ut civis Coloniensis juret simul Senatui Berolinensi & vice versa, salva tamen cujusque Senatus jurisdictione, ut patet ex verbis cujusdam statuti de Anno 1432, **Der ein Bürger zu Berlin ist/sol auch haben die Bürgerschafft zu Cölln/desgleichen der ein Bürger zu Cölln/ sol auch haben die Bürgerschafft zu Berlin/** STRYCK *diss. de resign. jur. civ. c.* 1. §. 22.
166. Licet quidem cuivis Municipum juri huic civilitatis semel legitime acquisito renunciare, jure puta hodierno, olim
167. enim non adeo plena erat Municipum libertas, quam quæ nunc est, nam licet illi sedem fortunarum suarum alio figerent, manebant tamen obligati ad obeunda munera, si quæ collata fuerint, hinc eo nomine à Præside provinciæ semper revocari poterant, *l. 4. C. ad Municip.* HAHN ad WESEMB. *eod. tit. n,* 4. Et bona metroicorum, qui sine rescripto sedem mutabant, fisco vindicabantur *l. 4. C. de jur. fisc.* Secus 168.
igitur hodie ubi emigratio, etiam renitente civitate omnino permissest; **R. A. zu Augspurg** *de Anno* 1555. §. **wo aber unsere.** TABOR de METAT. & *Epidem.* 2. *C.* 7. §. 10. *seqq.* WURMSER. *Exercit. Jur. Publ. 4. q.* 11.

Cum jura societatis hoc per- 169.
mittant, ut socius etiam renitente consocio à societate resilire valeat, *l. ult. C. Com. div.* CONRING. *de cive & civit. in gen. th.* 24. RUMELIN. *ad Aur. Bull. p. 2. dissert. 5. th. 5.* Nec natura nos 170.
certo loco affixit, quasi adscriptitios, sed totum orbem habitanti concessit, ut patria sit, ubicunque animo bene est, KNIPSCH. *de civ. Imp. lib. II. cap. 29. n. 2.*

171. Quidam Politici disputant, an civis originarius renunciare juri civico possit, ex eo, quod jus originis naturale est, GOTHOF. *ad l. pen. C. de Munic. & originar. lib.*

X. naturalia autem jam sunt immutabilia, §. *pen. J. de j. nat. gent & civ.* Unde inferre conantur, domicilium per nativitatem constitutum mutari non posse, tam quoad onera seu munera personalia, quam quoad jurisdictionem, etiam domicilio habitationis in alio loco quam originis constituto, *l.* 1. *C. de Munic. l. privilegio 6. C. de incol.* AFFLICT. *decis. 384. ibique* CÆSAR de URSILLIS *in annot.* ZANGER. *de except. part. 2. cap. 1. n. 26.*

1172. Verum huic obmoto respondetur ex BESOLD. & LINDENSPUR *in Comment.* über die Fürstl. Würtenberg. Land-Ordnung. *fol.* 12. *n. 2.* Hæc obtinuisse, cum adhuc jurisdictio per Magistratus, ex nutu Imperatorum mobiles, exerceretur, non vero ex consuetudine moderna, ubi patrimonii vicem, non jurisdictionalia solum, sed & regalia fere habent, & ideo confusionis vitandæ causa inrroduci necesse fuerit, ut originis domicilio mutato, omnia etiam, quæ ad effectum juris civilis pertinent, sublata censeantur. Et ita receptam in Germania consuetudinem esse, ut civis originarius renuncians civitati, & domicilium alio transferens, civis esse desinat, tam quoad munera, quam quoad jurisdictionem, GAIL. *2 Obs. 36. n* 5. CARPZ. *lib. II. resp.* 21. *n.* 10.

Secundo hæc movetur objectio: 17
Olim Decuriones vel Curiales fortunam suam mutare non potuisse, sed in curiis perseverare necessum habebant, *l.* 14. & 15. *C. de decur.* Hinc & in fœderibus moris fuisse Principibus, obtestari se fœderatorum subditos & vasallos non esse admissuros. BODIN. *de Republ. lib.* I. *Cap. 6.* subjiciens, 17
consuetudine aliarum gentium omnibus Principibus atque civitatibus, pro jure majestatis & Imperii cives domi semper continere licuisse aut licere, ita, ut revocatio domum obtinuerit, KNIPSCH. *de priv. civ. Imp lib. II cap.* 5. *n.* 193. Objectioni huic optime cum Excellentissimo Domino STRYCKIO *Differt. de resign. jur. civit. cap. 2.* §. 21. ita reponitur, aliam Roma- 17
næ Reipublicæ formam, aliud quoque jus inducere, quia ergo hodie in Germania jus originis per emigrationem, quoad munera publica sublatum & mutatum reperitur. hinc & mutata causa mutatur quoque effectus, GAIL. *d. Obs. 36. lib. II.* leges imperii hodierni secus disponunt. Quod de fœderatis additum, speciale est, à quo ad uuiversale non procedit consequentia. MANZ. *quæst.* 18. *n.* 32.

Tertia objectio desumitur ex 17
natura relati & correlati, & ex mu-

mutua obligatione correali, quæ oritur inter Dominum & ſubditum, ſicut ergo Dominus ſubditos invitos alienare nequit, *f.* 22, *cap.* 1. §. *præterea de prohib. feud. alien.* MENOCH *conſil.* 264. *n.* 27. *& conſ.* 377. *n.* 10. *vid. ſupra lib.* I. *cap.* 10. Sic & è contrario ſubditi alteri ſeſe ſubmittere non debent, cum ſe habeant ad Dominum, ut liberi ad patrem. MICH. *de jurisd. co-*
177. *ral.* 138. *lit. C.* ſed reſpondetur, correlatorum hic non eandem, potius diverſam inter Dominum & ſubditos adeſſe rationem, quia favor libertatis, qui præcipue hic obtinet, ex parte ſubditorum ſaltem conſpicuus eſt. Deinde Princeps alienando ſubditum invitum, alieno juri præjudicat, quod jura non permittunt, ſubditus autem reſignando jus civitatis, ſuo ſaltem juri & favori, prout licitum eſt, renunciat. JOH. MARCI. *reſp.* 1. *p.* 1.

178. Quartum adverſantium argumentum hoc eſt, per liberiorem civium reſignationem Fiſcum contra ſui naturam tabeſcere, publica civitatis munia impediri, illamque decreſcere, divitias tandem & dignitates, ut decus Reipublicæ, diminui. SCHURFF. *Conſil.* 22. *n.* 1. *vol.* 2. Imò intereſſe Reipubl. quantitate Civium florere, ex majori enim numero zelum dexteriorem præſumi C. *Eccleſia X. de offic. deleg.* MARSIL. *de Magiſtrat. lib. II. cap.* 11. *n.* 7. Utut autem hæc ſint, inte- 179.
rim accedentium Civium animus & intentio eſt, liberum habitationis mutandæ moderamen non abdicare, cùm per jus Civilitatis nemo quicquam juris à ſe abdicare, ſed id potiùs agere, velit, ut inſigne firmamentum ſibi componat PUFFENDORFF. *de jur. nat. & gent. lib.* VIII. *cap.* 11. §. 2. Quin imò ſæpe multitudo non eſt è re Civita- 180.
tis, cùm paucos potiùs & bonos numerare Cives conveniat, & norunt Politici quandoque Rempublicam hominum multitudine laborare Cicero hoc jus tanquam 181.
libertatis effectum laudat, ne quis in Civitate (Roma) maneat invitus, & fundamentum vocat libertatis, ſui quemque juris, & retinendi, & dimittendi eſſe dominum *pro Balbo.* Domicilio originis, quidem renunciari non poteſt, bene tamen quoad effectum SURD. *deciſ.* 330. *n.* 5. *lib. II.* GRÆV. *tit.* 2. *pract. concl.* 36. REUSN. *deciſ.* 8. *n.* 27. *lib.* II.

Qui autem juri Civilitatis re- 182.
nunciat, welcher die Bürgerschafft aufſagt licèt dein pœnitentiâ ductus adhuc in Civitate manere cupiat, nihilominus de jure ſtricto pro Cive ampliùs non habendus, ſed de novo jus Civicum redimere cogitur, unde ſtatutum eſt jure

Susat. *art.* 42. We in sinem hastigen mode sine Bürgerschap upsegget / darumme dat bei einem anderen Börgeren beschwer an Liff odder an Gude/ dem en soll man de Bürgerschop nümmer
183. wedder doen. Quod ratione non caret, quia resignatio extinguit jus abdicatum, & paria sunt jus non esse, neque competere, vel esse, sed illi renunciatum fuisse *l.* 3. *in fin.* & *l.* 4. *ff. de bon possess. l.* 1. *C. quando non pet. part.* Ergo Civis meritò hoc jus quod ante habuit, amittit. *l.* 31. & 34. *ff. ad Municip.* nec resignanti ad jus remissum datur regressus *l.* 1. *ff. de success. edict. l.* 14. *ff. de ædilit. edict.* MYNS. *decad.* 14. *resp.* 4. *n.* 50.

184. Hæc resignatio aliquibus in locis certis formalibus fieri debet, uti juxta der Straß - Bürger Schwär - Brieff in fin. describitur; Were auch das einer unserer Bürger sein Bürger - Recht obsagen wolte / der soll geben für Meister / und Rath / die da zu Zeiten sind / und soll ihnen das Verkünden / und sein Bürger - Recht von ihnen abforderen / und abgeben / mündtich / als von Alters herkommen ist / und nicht mit Briefen / und soll ihn auch Meister und Raht seines Bürger-Eyds erlassen SCHMIT. *differt. de cens emigr. p.* 6. Idem Eslingæ observari traditur, manu datâ, das er mit handgegebener Treu vor gesessenen Rath das Bürger-Recht auffgebe und Verspreche daran ins künfftige einige Außsprüche nicht zu haben &c. testante KNIPSCH. *d.* C. *Imp. lib.* II. C. 29. *n.* 161. Prout autem renuncians 185.
perdit omnia commoda Bürger-Nahrunge / gemeine Brau / und Schenckrecht / Wohn- Weid-Trieb und Trab ARUMÆ. *vol.* 1. *disp.* 13. ità etiam onera Civica respectu ejus cessant Stadt Last und Beschwer. Itaque hoc modo se 186.
liberat à Creditoribus Civitatis, licèt singuli in solidum suis se Creditoribus Cives obligaverint, adeò ut unusquisque in solidum conveniri possit CARPZ. *p.* 2. *const.* 6. *def.* 26. Cùm si quis ampliùs pro membro non recognoscitur, remissa ipsi est omnis obligatio, quâ antea tanquam Civis tenebatur PUFFEND. *de* J. N. & G *lib.* VIII. C. 11. §. 7. Si autem certæ ac relevantes 187.
subsint causæ, videlicet si magnum contractum sit æs alienum, nisi paratus sit civis abituriens in præsens partem suam exsolvere; item si tempore belli obsidio immineat, nisi paratus sit civis ille alium æquè idoneum substituere, qui Remp. defendat, discessio civi non concedenda, quia non id, quod privatim interest unius ex sociis,

ser-

ſervari ſolet, ſed quod toti Societati expedit *l. actione 65. ff. pro ſociv.* HUG. GROT. *de jure belli & pac. lib.* II. *cap. 5.* §. 24.

188. Illicita ergo eſt renunciatio, ſi civis intempeſtivè, fraudulenter, civitate in anguſtiam redacta vel Magiſtratu civium fortè numero indigente, & per conſequens in manifeſtum Reipublicæ detrimentum emigrare intendit STRYCK. *de domic. mut. c. 4. n. 15.* Vel etiam gregatim diſcedere non licet, ne civilis ſocietas corruat, ſicut aliud eſt ex flumine aquam haurire, aliud rivum deducere GROT. *all. loc.* intelligendum hoc de inſigniori quadam civium parte, non de omnibus, quemadmodum olim Romani deliberabant, quatenus relicta Roma Vejos migrarent. LIV. 5. *in*

189. *fin.* TESMAR. *ad l. cit. Grot. lit. h.* Prædicta autem Grotiana ſententia impugnatur à PUFFENDORFFIO, dum ait: Si enim ſingulis licet pro arbitrio migrare, cur non idem liceat pluribus, nec ad rem facit, quòd hoc modo civitas debilitetur, nam qui jus non habet me invitum retinendi, illi non fit injuria, ſi futurum aliquod commodum

190. nondum debitum meo diſceſſu ipſi intercipiatur. Et licet natura multiplicato genere humano, civiles eſſe ſocietates velit, tamen ut hæc vel illa civitas perpetua florensque ſubſiſteret, nunquam juſſit; *De jure nat. & gent. lib.* VIII. *c.* 11, *n.* 4.

Interim materia liberi è civitate diſceſſus reſtrictionem patitur, 191.
ſi ſtatuto aut moribus huic emigrandi arbitrio derogatur, prout refertur de Moſcovia, Scotia, Ducatu Parmenſi, Regno Neapolitano; Nihil enim impedit lege Municipali ſalutem civitatis publicam reſpiciente, etiam libertatem emigrandi reſtringere. FRITSCH. *de jur. reſign. c. 9. n. 8.*

Debet atque ſolet renuncians 192.
quibusdam in locis intra certum tempus ſe ſiſtere, quod plerumque annale eſt, ut emigrans reddat rationes de iis quæ tempore habiti domicilii acciderunt, **daß er Rechenſchafft geben müſſe um alle Sachen / ſo ſich in wehrender Zeit im Bürger-Recht begeben haben /** prout jure Wirtenbergico ordinatum teſtatur. *Idem* FRITSCH. *alleg. loc. n. 21.*

De modis admittendi jus civi- 193.
tatis, intuitu ipſorum civium, **das Bürger-Recht /** jam reſtat nobis pro inſtituti ratione pertractatio. Et quidem hodie (lictis illis, quæ jure Rom. per capitis diminutionem omnem obveniebant) cum in locum deportationis pœna banni ſucceſſerit CARPZ *crim. part. 3. quaſt. 140. n. 14.*

ea

ea damnatus utique jura civitatis
194. omittet; Cum & eundem effectum inferat relegatio in perpetuum facta Carpz. *cit. n.* 33.
195. Relegati ad tempus, eo elapso liberum ad civitatem habent aditum, cum & durante relegatione jura in civitate relicta ipsis maneant integra & illæsa *l.* 4. *&* 7. §. 2. *ff. de interdict. & releg.* atque per procuratorem interim juribus civitatis frui non prohibentur Carpzov. *p.* 4. *const.* 47. *def.* 9. Richt. *p.* 2. *dec.* 93. *n.* 21. *& seq.* Item ab honoribus & collegiis non removendi sunt, modo non ex causa famosa sit facta relegatio. *arg. l.* 22. *ff. de his qui not. infam.* Carpz. *d. const.* 47. *n.* 11. *&* 12. Marquard. *de jur. mercat. lib. IV. cap.* 1. *n.* 23. *& seq.*
196. Parem amissionis hujus notam incurrunt ii, quibus misso relegationis exoso nomine tanquam honoratioribus injungitur, ut civitatem deserant, bona sua divendant, & alio se recipiant. Mev. *ad jus Lubec. lib. I tit.* 1. *art.* 6 *n* 28. Qualia exempla dantur in subditis non infimæ notæ, sed seditiosis, turbulentis, & dominis suis refragantibus Berlich. *p.* 1. *dec.* 65. *n.* 7. Quod in Academiis vocari consuevit, *consilium de abeundo*, quod iis imponitur Studiosis qui relegationem non satis promeruere, sed turpi vitæ genere scandulum atque incommodum cæteris præbuere Mev. *cit. art.* 6. *n.* 26.

Jus etiam civitatis perditur, si 197.
civis deserat, & non adjuvet civitatem periclitantem & in discrimine positam Bald. *in l.* 2. *in fin. C. de infant. expos.* Ascan. Clem. *in tract. de patr. potest in fin n.* 97. Nevicant. *cons.* 12 *n.* 2. Boer. *decis.* 260. *in fin.* Roland. *cons.* 29. Ceph. *cons.* 951. *n.* 49. Tenen- 198.
tur enim cives ad defensionem civitatis non minus quam ad propriam salutem, etiamsi cum periculo fiat *Auct. apolog. Colmar. cap.* 3. *memb* 2. *princ. lit. P.* Sive quis agnascatur civitati, sive in originariorum civium album transcribatur, æqualis debetur gratia patriæ & parentibus, at quo am-
pliori ruina cadit patria, eo scele- 199.
stius in eam peccatur Arnisæus *polit. cap.* 5. *sect.* 8. *n.* 4. Et versa domo intentatus quidem reip. status manere potest, sed urbis ruina Penates omnium secum trahat, necesse est ait Valer. Maximus *lib. IV. c.* 4. Inter capita 200
in quæ jurant equites, creati à Ludov. Gall. Rege *art.* 13. diserte excipitur patria à juramento ordinis, dum ibi fit licentia equiti, si Rex bellum indicat ejus patriæ Regem deserendi, & pro patria arma capessendi. Arnis. *d. loc. n.* 6.

Qui-

Quicunque enim patriam periclitantem perfide deserit, aut scelestе impugnat, is contra pietatem & in jura tam Divina quam humana peccat, & pro qualitate delicti juste punitur *l. un. ibi cujus causa impios C. si curial. vel civit. lib. X.*

202. Si quis etiam tempore periculi emigret, & diu licet absfuerit, redux ad residua onera compelli potest, etsi juribus & commodis civitatis non sit fruitus, dum eam desereret MEV. *ad* J. *Lubec. l.* 1. *tit.* 2. *a.* 2. *n.* 75. STRUV. *synt.* J. C. *Ex.* 50 *n.* 59. *vid. supr. lib. II.*

203. *cap.* 69. *n.* 87.

Perdit & ille civilitatem, qui hostilia contra civitatem tentat, quo casu non ipse delinquens, sed & ejus descendentes privantur civili-

204. tate. SURD. *cons.* 438. *n.* 12. In casu ejusmodi delicti plerumque relegatio in perpetuum dictatur, cui si accesserit fustigatio, dubium non est, talem delinquentem nunquam reversurum in civitatem sed perpetuo exilio eam amittere, ut jam vidimus *supr. n.* 194. CARPZ. *pr. crim. q* 129. *n.* 17.

205. Jur. Susat. quoque perditur jus civicum si civis ducat uxorem quæ est alii propria *art.* 70. **Welck unser Borger neme to echte ein vollschüldig (eigenhörig) Wief/ die sal der Borgerschap damede verlohren heven / un sal dat Wief fry macken / und winnen dann de Borgerschap wider / doit he des nit so sol he verkopen ussen Borgeren all dat he heft in unser Stadt / un in unser Veld-Marckt binnen Jahr und Dag / des glicken sol man holden van ussen Borgerschen / die enen vollschuldigen Mann nemet.**

Et civilitas ob delictum semel amissa nunquam recuperatur *l.* 2. 206.
C. de libert. & eor. lib. ROMAN. *cons.* 459. *in* 2. *dub. n.* 11. FERRET. *in tract. de feriis & induciis n.* 104. SURD. *d. cons.* 438. *n.* 14.

Civilitas si fuerit concessa pro se & suis filiis, non competit naturalibus filiis, nec etiam legitimatis SURD. *consil.* 456. *n.* 16. PALÆO *tract. de spuris, cap.* 35. *n.* 4. *& seq.* 207.

Civilitas acquisita post mortem alicujus civis, de cujus hæreditate est quæstio, prodest acquirenti quoad validitatem successionis CROT. *in l. filius fam. §. divinum* 70. *ff. de legat.* 1. *ibiq.* FERDIN. *n.* 153. *vers. quinto limitatur* RIPA *cons.* 18. *n.* 24. PLOT. *cons.* 108. *n.* 29. 208.

Quod tamen limitatur si medio tempore aliis in successione illa sit jus quæsitum, quod ex superveniente jure civilitatis tolli non potest ANCHOR. *cons.* 169. *col.* 1. *vers. & licet. hæres* SURD. *cons.* 437. *n.* 28. 209.

Civilitas concessa post perfe- 210.

 ctum

ctum contractum ante tamen traditionem, idem operatur, ac si quis tempore contractus fuisset civis CASTRENS. *conf.* 286. *vol.* 2. AMBROS. OPIZ. *in d. l. filius fam.* §. *div.* *n.* 114. *ff. de legat.* 1. *ibiq.* FERDIN. *n.* 153. & CROT. *n.* 73. PLOT. *conf.* 19. *n.* 29. MENOCH. *conf.* 165. *n.* 3. & 16.

211. Obiter & hoc ad præmissa pro colophone capitis notandum, illos proprie dici cives, qui domicilium & habitationem in civitate habent, non qui sine domicilio bona quædam in illa possident *l. domicilium ff. ad municip.* *l. si in patria C. de incol.* ZAZZAL. *decis.*
212. 843. *n.* 1. Domicilium enim passivam in habitantem tribuit jurisdictionem. MENOCH. *conf.* 1000. *n.* 23. *lib.* II. HOND. *conf.* 5. *vol.* 1. CACHERAN. *conf.* 9. *n.* 11. SURD. *conf.* 5. *vol.* 1.
213. Domicilium est locus, in quo quis habitat eo animo, ut ibi perpetuo consistat, nisi aliud avocet *l. cives. C. de incolis. l pupillus* 239. §. *incola. ff. de V. S.* BAURMEISTER *de jurisdict. lib.* II. *cap.* 9. *n.* 36. Domus comparatio autem civem per se non facit. *l. libertus.* §. *sola domus. ff. ad Municip.* cum alia ejus possit esse ratio, pari modo coemptio bonorum mobilium, neque uxoris traductio, quæ maritum sequitur, quocunque eat, idem operabitur, WAMES, *jur. Pontif. Conf.* 389. *n.* 58. *seq.*

Hinc etiam est, ut si in statu- 214
tis mentio fiat civis, quod pro tali non sit habendus, qui simplex saltem habet, in loco domicilium sine animo ibi commorandi, COTM *vol.* 4. *resp.* 6. *n.* 6. comprehenduntur quoque eo nomine cives proprie dicti, non subditi, licet in civitate habitent, MEV. 2 *dec.* *n.* 49. *de quib. jam supra.*

Caput II.

DE MUNICIPIORUM JURE INDIGENATUS.

SUMMARIA.

1. *In civitate peregrini quinam sint?*
2. *Adveua, forensis quis?* Pilgram / *unde dicatur?*
3. *Incola quis?*
4. *Veri cives quinam proprie dicantur?*

5. *Cives originarii sunt vel assumpti.*
6. *Non soli indigenæ ad Senatum & honores civicos adoptandi.*
7. *Alienigenæ ubi admittuntur, ibi tollitur æmulatio inter originarios.*
8. *Assumptus inter cives & honoribus civicis frui debet.*
9. *Motus ob exclusionem alienigenarum Syracusis exortus.*
10. *Virtus non generi non patriæ alligata.*
11. *Non locus, sed dignitas patriam facit.*
12. *Virtus sibi præmium.*
13. *Virtus & fidelitas omnes faciunt indigenas.*
14. *Familiaritas originariorum parit contemptum.*
15. *Ejus ratio.*
16. *Viri non ortu sed ingenio æstimandi.*
17. *Major peregrinorum sæpe industria & fides est, quam indigenarum.*
18. *Assessores judicum olim debebant esse peregrini.*
19. *Apud Romanos exemplum bene administratæ Reipublicæ ab alienigenis.*
20. *Jure divino advenæ non contristandi.*
21. *Peregrinorum admissio nec caret incommodo.*
22. *Alienigenæ plerumque peregrinos mores in civitatem adducunt.*
23. *Optima lex est patriæ suæ adaptata.*
24. *Scytharum ad Alexandrum M. de alienigenis notabilia verba.*
25. *Lycurgi lex de non recipiendis peregrinis in urbem.*
26. *Peregrini mores multis populis exosi.*
27. *Lex Petronia & Papia apud Romanos.*
28. *Atheniensium & Indorum enemplum.*
29. *Exteri comparantur remediis, quæ ab Afris & Indis petita.*
30. *Misera terra, quæ suos nullos in concilio conspicit.*
31. *Exempla prohibiti & infausti alienigenarum regiminis.*
32. *Juramentum Belgicorum* Principum *circa peregrinos.*
33. *Alienigenæ ad quænam officia pro opinione quorundam vocandi?*
34 *Indigenæ ubi præsto sunt, ibi de jure scripto alienigenæ non vocandi.*
35. *Alibi ex lege observantiæ, alienigenæ non admittuntur.*
36. *Statutum Eslingense.*
37. Per*sona extranea exemplaris est digna exceptio à regula.*
38. *Peregini in administratione sunt similes vespilionibus in domo mortuaria.*
39. *In Gallia alienigenæ erant incapaces beneficiorum.*

40. *In Hispania quid juris circa alienigenas nobiles?*
41. 42. *Quid apud varias gentes ratione alienigenarum obtineat?*
43. *Jus indigenatus apud Romanos in usu fuit.*
44. *Exemplum Tarquinii Prisci.*
45. *Exteri si nimium attollantur, his nihil periculosius.*
46. *Inter indigenas & alienigenas etiam cum sunt pares, regnat invidia.*
47. *Canis domesticus non fert extranenm, ob decessum victus herilis.*
48. *In prabendis indigena prafertur extraneo.*
49. *Ex obligatione patria debita praferendus est indigena.*
50. *Stipendia parce conferuntur peregrinis.*
51. *Originalis & naturalis major est virtus, quam accidentalis.*
52. *Cedit in contemptum civitatis extraneum ad regimen quarere.*
53. *Decisio quastionis inter indigenas & alienigenas.*
54. *Laudabile dictum cujusdam Principis Germania.*
55. *Domestica aspernamur, miramur aliena.*
56. *Monitum Ecclesiastici.*
57. *Juribus provincialibus indigenarum pra alienigenis habetur ratio.*
58. *Constitutio Marchica Elect.*
59. *Ducatus Pomerania.*
60. *Ordinatio de jure indigenatus ab Electore Brandenb.*
61. *Desuper jus Municipale Wurtenbergensicum.*
62. *Alienigena semel naturalisatus, dein ulterius admittendus.*
63. *Alienigena semel admissus ad majores honores promoveri potest.*
64. *Satuto pro indigenatu stante, tamen dignitas exteris ex causa conferri potest.*
65. *Collatus honor in exterum, simul jus civitatis confert.*
66. *Ex parente cive in alio loco natus pro peregrino non habendus.*
67. *Nisi statuto contrarium obtineat.*

1. Ii, qui in Civitate degunt, vel sunt peregrini, vel incolæ, vel veri cives. Peregrinus est, qui extra suam Civitatem moratur in loco ubi civis non est; qui & dicitur advena, & quidem respectu civitatis ubi peregrinatur, quasi qui aliunde advenit, sic de mer-
2. catore advena habet *l. 19. §. 2. ff. de judic.* Dicitur etiam forensis, quasi qui foris est, non in sua Civitate, Germ. frömd; à peregrino contorta putatur vox Pilgrimm. Gallis peregrini sunt *Aubins, Albini* quasi alibi nati SCHILTER *de peregrin. jure §. 5.*

In-

Incola est qui in aliqua regione domicilium suum contulit, quam Græc. πάροικον id est juxta habitantem appellant *C. pupillus 239. §.2. ff. de verb. S. de quibus infra cap. 30.*
4. Veri cives autem sunt, qui jurium civilitatis sunt participes, die das Bürger-Recht haben/ cujus latiorem tractationem suppeditat *cap.*
5. *præced.* Et tales sunt vel originarii id est in civitate ex civibus nati, vel assumpti, id est qui aliquando peregrini fuere; qui & alienigenæ vocantur, quatenus originariis opponuntur.

6. Quoad hos non inelegantis est apud Politicos quæstionis, an soli indigenæ in senatum & ad honores Civicos adoptandi? An & alienigenæ simul admittendi? Quam inter alios tractat D. GERHARD. *loc de Magistr. Polit. cap. 4. num.* 109 Et pro affirmativa posterioris has promit rationes.

7. Quod interventu & admissione alienigenarum tollatur inter Originarios æmulatio, qui alias putarent ad se tantum dignitatem senatoriam vel aliam urbicam ex jure hæreditario quasi pertinere.

8. Cui accedit quod durum videatur alicui jus civitatis communicare, & nihilominus illum à muneribus & honoribus excludere ut
9. minus fidnm. Quod evenit apud Syracusanos, nam cum à Gelone decem millia essent adscripta civitati, indignum ducebant eos ad honores civiles admitti, tanquam parum meritos, sive quod alienorum morum viris haud credendam rem putarent, quod indigne ferentes deficiendo à Syracusis, partem Urbis & insulam occuparunt, prout ex DIOD. SIC. *lib. II.* *tradit* THOLOSAN. *de Republ. cit. lib. IV. cap. 5. n. 22.* De aliis turbis exortis ob honores saltem indigenis collatos habet MELCH. JUN. *polit. quæst. 5. p. 1.*

Tum quod nec generi, nec patriæ, aut solo sit alligata Virtus. 10.
Patriam quod attinet, non est considerandum, ex qua quis sit ortus, 11.
sed qua patria quis sit dignus, NEVIZAN. *sylv. nupt. lib. IV. n.* 133. Et ut FLAV. VOPISCUS ait: Non est ista è Principum virtutibus summa sciendi, ubi quisque sit genitus, sed qualis in Republ. fuerit. Qui hostem foriet, is mihi Carthagenen- 12.
sis erit, dixit Hannibal. REINCKING *Polit. Biblic. lib. II. axiom. 59.* Virtus ipsa pretium sibi, CLAUDIAN. Nec ulla ætas fuit virtutum feracior ea, in qua non nisi de Virtute bene meritis ulla præmia dabantur LIV. Optime ait LUDOV. VIVES 3. *declam. Sillan.* Quasi verò 13.
referat ubi quisquam natus magis, quàm quo animo se, & mentegerat. Ego potius civem credam eum

eum, qui in extrema Schytia natus, bene de hac mea patria cogitat, quam qui in hoc isto foro genitus & educatus, locum, libertatem, gloriam, in qua natus est, perdere potius velit & conetur; Virtus & fidelitas faciunt peregrinos naturales.

Porro cum *juxta l. observandum*
14. *ff. de offic. Præsid.* familiaritas pariat contemptum, originarii in patria ubi concivibus, cognatione, affinitate, amicitia, vicinitate, perpetuaque conversatione nimium sunt familiares, non satis pro respectu & reputatione curiali se gerere possunt ROSBACH. *in process. tit.*
15. *7. n.* 16. Rarissimum enim est familiaritatem auctoritatem, aut severitatem amorem non diminuere
16. TACIT. Movetur & hoc; quod cum omnibus pateat aditus ad honores !, plures virtuti studeant, scientes non ortu sed ingenio viros æstimari & vocari.

17. Sæpe etiam peregrinis & alienigenis Reipubl. conditio magis est nota, quam indigenis sicut & non raro observatum alienigenas majori fide & industria tractasse rempubl. quam aliquos cives, nec tam facile avaritia peculatores fa-
18. ctos esse aut proditores. Hisce rationibus Imperatores Arcadius & Honorius interdixerunt, ne judices assessorem sibi eligant civem ejus provinciæ quam regunt. *l.* 1. C. *Theodos. de Assessor.* Cessit bene 19.
Romanis, plerosque populos eodem die hostes & cives habuisse, qui amore in Republ. civibus non cessere ZEVECOT. *in observ. Polit. ad Suet. J. Cæsar cap.* 7.

Denique & jure Divino aliquali 20.
modo consentaneum est generali amoris lege advenas ab honoribus non excludere, cum illi non sint affligendi & contristandi, ait enim Jehova *Levit. cap.* 19. *v.* 33. Si habitaverit advena in terra vestra & moratus fuerit inter vos, ne injuria afficitote illum, sed sit inter vos quasi indigena & diligetis eum quasi vosmet ipsos.

Pro negativa adducitur locus 21.
Biblicus *Deut.* 17. *vers.* 15. plerumque enim alienigenæ mores ci- 22.
vium loci, unde nati sunt, civibus inter quos degunt, adaptare volunt, ex quo ritu sæpe oritur immedicabile peccatum, quod ipsam legem reprobat, non enim lex meretur nominari si non ponatur pro locorum moribus apta. Illa 23.
autem lex est, quæ Patriæ consuetudini loco temporique convenit necessaria & utilis C. *Erit. autem. dist.* 4. Nam quamvis jus omnia recta inflexaque exigat, tamen non debet esse absimilis regulæ Lesbiæ, quæ ad negotia applicatur ut ait ARIST. *polit. lib.* III. Allegantur etiam

etiam ad id authoritates CURTII
24. *lib.* VII. Qui Schytas ad Alexandrum Magnum dixisse testatur: Ut fortior sis, quam quisquam alius, alienigenam tamen Dominum nemo pati vult.

25. Lycurgi Auctoritas accedit, qui apud suos populares prohibuit, ne peregrini quidam in urbem admitterentur PLUTARCH. *in Lycur.*

26. Plures dantur populi qui ex odio diversitatis morum, & dissolvendæ amicitiæ peregrinos plane pati noluerunt, ne cives ipsorum dolos & versutias addiscerent, temporisque progressu, malis moribus imbuerentur, & in alienas leges
27. ritusque peregrinos transeant ARISTOT. *pol.* 7. *c.* 6. Aliquando, Romæ, lege Petronia & Papia alienigenæ fuerunt civitate pulsi, unde T. Manlius gravissime invehitur in Latinos ad honores aspirantes, ut alter Consulum Romæ Latinus esset, hisce verbis: Audi Jupiter hæc scelera, peregrinos Consules, peregrinum senatum in tuo tem-
28. plo LIV. *lib.* VIII. Athenienses seorsim à civibus peregrinos commorari jubebant, imposito illis vectigali annuo. Schytæ & Indi advenas & peregrinos in suas civitates non admiserunt. PET. GREG. THOLOS. *cit. de Rep. lib.* VII. *cap.* 4. *n.* 15. Aliquando ingenia externa præferuntur internis, verum male, & non aliter, quam ut remedia quædam ab Afris & Indis petita æstimentur. LIPS.

Suggerit hisce VERNULÆUS *Instit. Polit. lib.* II. *tit.* 2. *cap.* 5. ait- 30.
que ex ANTIMACHIAVELL. *lib.* V. Misera illa terra ab omnibus judicatur, quæ nullos suorum vel paucos in concilio conspicit. Ex OLAO
M. *rer. Suecic. lib. II.* Suecos Al- 31.
bertum Regem suum in carcerem ideo conjecisse, quod per exteros omnia ageret. Ex BODINO, apud Genuenses Senatorem neminem fieri, nisi sit Genuæ oriundus, *lib. I. de Rep. cap.* 4. Ex LIVIO: Romanos ne quidem socios in Senatum admisisse. Cyrum Regem Persarum jam moriturum monuisse filium, ut, si quos Consiliarios post suum obitum adsisceret, nusquam aliunde acciperet, quam é suis conterraneis & civibus, quos semper alienigenis præferret.

Atque pro exemplo laudantur 32.
Belgæ Principes, populo Belgico jurantes, nullum peregrinum aut exterum publicis muneribus præfectum iri. ALTH. *c.* 15, *Polit.*

Alii distinctionis medio rem 33.
expedire volunt, statuentes, originarios tantum ad illa officia civitatica eligendos, quæ ad administrationem & curam ipsius Reipublicæ sive Status Politici spectant.

ctant. Exteros autem rebus ju-
risdictionalibus & judicialibus, ne
scilicet indigenæ gratiæ & favori
popularium nimis indulgeant. ALCIAT. *de præsumpt. 73.* præficiendos
esse.

Quicquid sit, cum ex jure no-
34. stro sciamus è re civitatis esse, ut
non eligantur extranei, si præsto
sint originarii sive indigenæ, *arg. l. 17. §. 4. & 9. ff. ad Municip.* BALD. & SALICET. *in l. Ecclesia, C. de Episc. & Cler.*

35. Salutaris esse observantiæ haud
inviti concedimus, in multis Mu-
nicipiis neminem ad Senatum, ma-
xime vero Consulatum admitti,
qui non sit originarius sive indige-
na.

Sic Eslingæ statuto cautum est,
36. ne peregrini in Senatum recipian-
tur, nisi integro quinquennio ci-
ves in civitate exstiterint & habita-
verint. KNIPSCH. *de civ. Imp. lib. II, c. 8. n. 10. in fin.* V. *lib. I. cap. 1. n. 106.*

37. Cui juri suo in hoc passu quæ-
sito merito Municipia insistunt,
nisi persona electa sit exemplaris,
excellens, adeoque digna exceptio-
ne à regula illa, quæ apud Poli-
38. ticos habet; quod quemadmo-
dum in quam domum vespiliones
veniunt, est signum funeris; Sic
& Reipublicæ labentis, ad quam
fulciendam adhibentur peregrini,
LIPS. *in not. ad lib. III. Polit. cap. 4 ad verb. non exteros temere, non advenas.*

Sic leges Hollandicas continere 39
dicit HUGO GROT. *in Apolog. cap. 9. p. 173.* ne quis extra Hollan-
diam natus honores capiat; quan-
quam postea proceribus placue-
rit, eo jure non uti, nisi adversus
nationes, quæ par jus in Hollan-
dos usurparent. In Regno Gal-
liæ olim alienigena incapax erat
omnium beneficiorum ex privile-
gio Regni, ita ut impetrata à ta-
libus, ab indigenis potuerint im-
petrari; Nec potuit dispensari à
Papa alienigena, ut sine literis na-
turalibus impetratis, à Rege Gal-
liæ possit beneficia consequi in re-
gno isto. PETR. GREG. THOLOS. *Syntag. jur. univ. lib. XVII. cap. 6. n. 41.* REBUFF. *de pacif. possess. n. 217.*

In Hispania alienigenæ Nobiles 4
immunitate localis nobilitatis non
gaudent, nisi ibi domicilium &
bona immobilia habeant. ARZ. de OTTOLORA *Tract. de nobilit. Hispan. p. 1. cap. 5. n. 27.*

In Anglia alienigena à sacerdo- 4
tio repellitur, THOLOS. *d. loc.* Ut
& in regno Pannoniæ sive Hunga-
riæ ad Archipræsulatum non ad-
mittitur, DORING. *in Bibliotb. JCt. verb. alienigena. n. 16. & seq.* Hel-
vetii peregrinum administrationi
regiminis publici non præficiant,

ARUM.

Arum. *ad aur. B. disc.* 2. *tit.* 3. Veneti, qui prudentiæ laudem habent, peregrinis in Reipublicæ administratione nullum relinquunt locum, Patric. *de Reip. Instit. lib.* III. *tit.* 2.

42. Alia oppida jus habent specialius, ne quem admittant, nisi genitus sit certos intra fines; ad quod addit Zypæus *de judic. cap.* 36. *sub fin.* atque omnes fere Belgicæ ditiones eodem nunc jure utuntur, ut ab officiis exteros arceant etiam Belgas, quale jus domi in alios statuunt.

43. Quomodo & olim apud Romanos hoc jus observatum, vel eo respectum fuerit, videre est in T. Mantio Romanorum Consule, qui, cum L. Annius Setinus ausus esset petere, ut Consul alter ex Latio crearetur, juravit, si tanta dementia Patres conscriptos cepisset, ut à Setino homine leges acciperent, gladio cinctum venturum se, & quemcunque in curia Latinum videret, sua manu interempturum.

44. Ut & in Tarquinio Prisco, qui in Oratione in comitiis habita, se non petere rem plane novam dixit, cum non primus, quod quisquam indignari mirarive posset, sed tertius Romæ peregrinus regnum affectet, Le Bleu *instruct.*

45. *consil. cap. fin. n.* 43. Ex quo bene monet Zypæus, Principes Magistratusque, ne exteros functionibus & opibus nimium attollant nihil enim, subdens, potentius ad invidiam & civium indignationes, atque ad pericula seditionum, *lib.* IV. *de judic. cap.* 29.

Cumque inter indigenas & alienigenas, quamvis pares in honoribus & functionibus sint, livor invidiæ regnet, Joan. Andr. *in* C. *legitima de appell. in* 6. Argent. *cons.* 29. *n.* 106. Quid fieret? 46. 47.
si alienigena indigenis ad jus dicendum præponeretur? Sicut pulchre inter media præservativa contra oppressionem potentiorum refert Trajan. Boccalin. *cent.* 2. *Ragguagl. di Parnass. pag.* 37. canem domesticum sine invidia non ferre posse extraneum, ne quid ipsi de gratia & victu herili decedat, dum ait: *I cani in modo alcuno non possono sofferire, che altero cane forastiero entri nella casa loco, solo per lo timore che hanno, ch' egli non furi loro quella buona gratia del padrone, della quale essi tanto sono gelosi, e quel pan, che per mercede di haver con le perpetue loro vigilie, ben custodita la casa, meritamente si deve loro.*

Præmissis subvenit opitulaturque & hoc, quod, cum in præbendis Ecclesiasticis indigena præferri debeat extraneo, *Cap. decorem de inst.* 48.

C. *nullus invitis. distinct. 61. & distinct. 71. per tot. C. ult. de cler. peregrin. l. in Eccles. 11. C. de Episc. & cler. ibique* GOTHOFR. *lit. Z.*
49. WESEMB. *cons. 55. n. 16.* Id & non sine ratione in aliis honoribus & officiis attendi. Ut enim quis patriæ suæ præ aliis obligari dicitur, sic & ex reciprocatione quadam legali, patria alumnum suum præ aliis extraneis promovere debet.

Sic ex gr. & stipendia parce
50. admodum peregrinis conferri diversæ ordinationes provinciales testantur, licet harum quædam, nec penitus excludant illos peregrinos quorum utilem sibi aliquando operam pollicentur. Nec iniquum est & in iis rationem indigenarum
51. habere; Semper enim originalis & naturalis major est virtus ac effectus, quam accidentalis CAMIL. *vis. Latin. ad rubric. ff. solut. matrim. n. 47.* HERM. DEC. *ad l. hoc edicto v. hoc autem edictum. n. 29. ff. de oper. nov. nunciat.* SEBAST. SAP. *ad l. si emancipati. n. 60. C. de collat.* Inde ARISTOT. peregrinos civibus præferre ad mensam vocare, Reipublicæ custodes efficere tyrannorum est, non Regum, *lib. V. Polit.*

52 Atque contra meliosum valde esset, & cederet in contemptum civitatis, si extraneum seu forensem ad regimen quæreret, quasi ita novercam habeat quis patriam, ut neminem producat tanta virtute præditum, ut dignus sit gubernaculo patriæ, ut ait de electione non quidem Consulis, sed Principis alienigenæ, KECKERMANN *lib.* I. *Polit. cap. 2.* Et maxima cives & regnicolæ afficerentur injuria, si ad officia & Magistratus, exteris minus idoneis postponerentur, CHRISTINÆUS *vol. 5. decis. 33. n. 14.*

Hinc recte concluditur, inter 53.
æque dignos & capaces indigenas alienigenis præferendos, indignos indigenas alienigenis non anteponendos. Ad quod recte Princeps 54.
quidam Germaniæ, cum suaderet quispiam è Statibus: Ihr. Durchl. wollen doch die Lands-Kinder für anderen beforderen; Respondit: Ich wil keine Kinder/ sondern solche Männer/ haben/ die thun können / was sie sollen. Et quæ hic 55.
de Senatoria dignitate tradita sunt, de alienigenis vel recipiendis, vel arcendis, in cæteris muniis civitaticis, item scholasticis æque quadrant. Sed ita natura fere comparati sumus, ut domestica aspernemur, miremur aliena. Nullam putamus esse animi fortitudinem, scientiam nullam, nullum consilium, nisi apud exteros. Cum tamen moneat *Ecclesiastic. cap. 11.* 56.
v. 36. admitte ad te alienigenam, & subvertet te in turbine, & alienabit te à tuis propriis, SAVEDR. *Symb. Polit. 67.* Et

57. Et quidem non ſolum in civitatibus, ſed etiam ab integris provinciis receptum & conſtitutum eſt, ut peregrini regulariter ad officia, vel non admittantur, vel ad minimum Originariis poſthaberi debeant. In Marchia Brandenbur-
58. genſi, ſollen derer vom Adel Söhne/ſo ſtudiret/oder ſich ſonſt verſuchet haben / vor anderen Frombden / und Ausländiſchen zu Aemteren darzu ſie qualificiret/ befodert werden. SCHEPLITZ *ad conſuet. Elect. March. Brandeb. p.* I. *tit.* I.
59. *n.* 18. Dux Pomeraniæ Anno 1540. inter alia Statibus ſuis promiſit, daß er wolle in ſeinem Lande und Fürſtenthum keine andere Haupt-Leute und Vogde / ohne groſſe erhebliche Urſachen und vorgehenden Raht ſeiner vornehmſten Land- und Hoff-Rähte/ ſetzen/als die in ſeinen Landen und Fürſtenthum gebohren / geſeſſen
60. und wohnhafft ſind. Eodem tendit diſpoſitio Friderici Wilhelmi, Magni Elect. Brand. glorioſiſſimæ mem. *in Receſſ. provinciali Clivo-Marc. de Anno 1660.* §. Vors erſte wollen wir zu gemeldten Collegien-Officia ſo Gebot und Verbot haben / allein mit eingebohrnen/ und zugleich beerbeten Land-Saſſen eines jeden Landes / und mit keinem Frembden / ſo wol in Ritter- als Bürger-Staude/ providiren und beſetzen/ und ſo ſol das jus indigenatus, damit daſſelbe ins künfftige beveſtiget werde/aus dieſen beyden requiſitis, ſubjectionis ſcilicet & domicilii parentis definiret und geurtheilet werden.

Jure Municipali Ducatus Wür- 61.
tenbergici *tit.* 6. expreſſe quoque diſponitur, daß in Beſtellung der Stadt- und Amts-Schreiberen/ fürnehmlich nach den Lands-Kinderen getrachtet werden ſolte. LIMN. *ad Capit. Car.* V. *art.* 13. *n.* 15.

Pro ulteriori dilucidatione hu- 62.
jus materiæ de Municipalium jure indigenatus has ſubmitto quæſtiones: (1.) An alienigena ſemel admiſſus ſive uti loquuntur, naturaliſatus, poſtea ulterius admiti debeat? Et affirmat HUGO *conſ.* 28. *n.* 5. VIV. *deciſ.* 270. *lib.* II. BOER. *deciſ.* 149. *n.* 16. *& ſeqq.* arguentes ab approbatione teſtis, qua ſemel facta non poteſt amplius reprobari, nam ſemel admiſſum iterum ejicere, nunquam inhumanitate & contumacia vacat. LIV. *lib.* VII. *c.* 37.

Quær. (2.) An alienigena ad
officium aliquod ſemel admiſſus, 63.
poſſit promoveri ad majus ſeu ſuperius quoddam? Et affirmat JOHANN. PETR. FONTANELL. *Tract. de pact. nupt. claſſ.* 4. *gloſſ.* 10. *p.* 1. *n.* 92 ita dicens: Officialis ſemel

ad officium approbatus, non potest ulterius reprobari pro alio officio, modo illud majorem dignitatem vel idoneitatem non requirat.

64. Quæritur (3.) an stante statuto & constitutione pro indigenatu, à Principe vel populo nonnunquam ex causa dignitas exteris conferri possit? Iterumque affirmatur, scilicet, si alienigenæ virtute præstent, & tunc jus civitatis & provinciale acquiri posse statuunt.
65. *DD. per. l. Barbarius Philippus in fin. ff. de off. præs.* Et cum talis adipiscitur honores, tum & simul jus civitatis acquirere videtur cum adsurdum sit, peregrinum civi præesse, GLOSS. *in l. 7. C. de incolis.*
66. Quæritur: (4.) An statuto, quod à munere aliquo excludit peregrinum, exclusus etiam videatur is, qui ex civibus parentibus quidem, sed in alio loco natus est; quod negatur ex ratione, quia filius semper sequitur originem patris, *l. 6. §. 1. l. 17. §. 11. ad Municip.* Itaque si pater civis non est in loco, in quo forte transeunti filius natus est, non potest dici, in filium transtulisse jus civitatis, quod ipse non habet, *arg. l. 54. ff. de R. J.* Nisi peculiari statuto contrarium obtineat, sic Parisiis præfectus Mercatorum, *le prevot des Marchands*, nullus eligitur, 67.
nisi qui in urbe ipsa natus est. BODIN. *de Republ. lib. I. c. 6.* SCHILTER. *Prax. Jur. Rom. laudat. Tract. de jure peregrin. §. 37.*

Caput III.

DE MUNICIPIORUM VEL EORUM RECTORUM CURA CIRCA COMMODITATEM ET ORNATUM ÆDIFICIORUM.

SUMMARIA

1. *Ædificiorum necessitas.*
2. *Hominum prima receptacula fuerunt tuguria & casæ.*
3. *Cur Ægyptii exiguas domus, sed splendida sepulchra habuerint.*
4. *Domus unde dicatur? Tnum, Dome.*
5. *Dominus unde vocetur?*
6. *Domus vocabulo quid intelligatur?*

7. *Cura ædificiorum in Civitatibus non negligenda.*
8. *Romæ Ædiles ædificiorum curam gerebant.*
9. *Ædes integræ non rescindendæ, ejusque ratio.*
10. *Ob crimina ædes diruuntur. Exempla.*
11. *Ædificandi prodigalitas coercenda.*
12. 13. *Hæc prodigalitas non cadit in minora Municipia.*
14. *Commodum ædificationis est habere materiam facilè parabilem.*
15. Ziegel-Ofen/Ziegel-Steine/Pfannen-Steine.
16. *An Cives cogi possint, ut prædia sua pro lateribus coquendis vendant.*
17. *Favor publicus maximè privilegiatus.*
18. *Præfecti rei lateritiæ* Ziegel-Herren.
19. *Molæ lignariæ* Schneide-Mühlen/Saage-Mühlen.
20. *Domus diu inreparata quasi pro derelicto habita fisco cedit.*
21. *Constitutiones provinciales ædium reparationem jubent.*
22. *Quandoque publico ære reficiendæ ædes,*
23. *Ejus ratio.*
24. *Dominus ædium ruinosarum, si ipse reparationem detrectet, ad eas vendendas compelli potest.*
25. *Restauratores harum ædium beneficio quodam alliciendi.*
26. *Reliquias talium ædium nec planè demoliri, nec vendere licet.*
27. *Responsum Hallense desuper.*
28. *Decretum Senatus Wismariæ.*
29. *Loca Urbis deserta cuilibet ædificanda concedi debent.*
30. *Quàm maximè si Civitates incendio vel belli furore sint devastatæ.*
31. *Ædes* Wohnhäuser *in alios usus non convertendæ.*
32. *Obstat hic vicinorum interesse & publicus favor.*
33. Baurecht/Bauherren/Baumeister.
34. *Ad Magistratus cognitionem civilem spectat novi operis nunciatio.*
35. *Novi operis nunciatio quæ sit? ejusque requisita.*
36. *Solennitas per jactum lapilli quæ?*
37. *Adeundus est Magistratus pro inhibitione facienda in novi operis nunciatione.*
38. *Opus novum antequam perficiatur, inspectio à personis publicis instituenda.*
39. *Desuper dispositio juris Norici.*
40. *In controversia ædificiorum recurrendum est ad consuetudines.*

41. *Loca publica ædificando non sunt claudenda.*
42. *Demolitio per ministros publicos quando facienda?*
43. *Non licet in Municipiis ædificare prope domum vicini, nisi demisso intermedio spatio.*
44. *Quid hic per pedem intelligatur?*
45. *Præsumptio contra vicinum rixosum.*
46. *In dubio nemo censetur ædificare in æmulationem alterius.*
47. *Pro vicino, quis in favorabilibus habeatur?*
48. *Quis in odiosis?*
49. *Quatenus vicinia determinetur?*
50. *Boni vicini commoda.*
51. *Quatenus fenestras in pariete nostro facere liceat?*
52. *Libertati fenestrarum quomodo derogatum per statuta Municipalia?*
53. *Parietem qui dicit communem, id probet.*
54. *Paries in confinio inter duas domus præsumitur communis.*
55. *Lites circa parietes communes.*
56. *Quotupliciter paries dicatur communis?*
57. *Quatenus reparatio parietis communis facienda?*
58. 63. *Unde probetur paries communis?*
59. *Cui cedat, quod superædificatum est parieti?*
60. *Fenestra perforans totum parietem quid arguat?*
61. *Fenestræ non perforantes murum, an eum arguant communem?*
62. *Lapides, si protenduntur in pariete, quid arguant?*
64. *Quid de foramine in muro facto sentiendum.*
65. *Foramen novum in muro facere non licet.*
66. *Paries pro parte communis, judicatur totus.*
67. *Paries in extremitatibus communis censetur etiam in medio.*
68. *Ubi non sunt signa & præsumptiones, creditur peritis.*
69. *Nemini permittendum in loco publico ædificare.*
70. *Nec ædificandum ad muros Municipii.*
71. *Ex permissu ad muros ædificans illos reparare cogitur.*
72. *Quatenus temere ædificata possint prosterni?*
73. *Non est ædificandum in loco Universitatis.*
74. *Cellæ subter plateas non ædificandæ.*
75. *Refectio platearum curanda est à Magistratu.*
76. *Quatenus onus hoc incumbat Civibus.*

77.

77. *Inspectio platearum Romæ erat penes Præsidem provinciæ.*
78. *Repurgandæ sunt plateæ.*
79. *Quatenus à repurgatione platearum immunia sint oppida agraria,* Feldstädtches?
80. *Quid curandum Magistratui, si platea de novo paranda?*
81. *Quatenus in suo latrinam ædificare liceat?*
82. *In re propria quis jure suo uti potest etiam cum incommodo alterius.*
83. *In suo non licet quid facere, ut quid in alienum immittatur.*
84. *Fœtor ingratus hortis magnum adfert incommodum.*
85. *Multis statutis cautum ut latrinam in suo ædificare volens septem pedes à fundo vicini recedat.*

1. Ad civilis societatis necessaria, non immerito quoque tecta referuntur, cum ferarum more in speluncis latere vix homini conveniens sit. Hinc ædificiorum collocatio juri gentium quoque adscribitur. *in l. 5. ff. de J. & J.*

2. Cum homines nudi nascantur, & inermes, nec contra homines & bestias tuti, primo naturali solertia ab iis receptacula inventa sunt, dein pro tutiori vita tuguria atque casas ex virgutis & arundinibus construxerunt DIOD. *lib.* II. *de antiquor. gest.* Sicut passim de tuguriis Patriarcharum in Sacro Codice occurrit. Et tunc ut ait OVID.

Nondum præcipites cingebant oppida fossæ.

3. Ægypti domuum ædificandarum curam contemnebant, sepulchrorum autem magnificentiam curabant, dicentes, domus nostras saltem esse diversoria, sed sepulchorum tempus apud inferos esse infinitum.

Domus Græcæ originis est à δῶμα *tectum* inde per excellentiam descendit structura cum insigni tecto. Germ. Thum/Dohm/ Gallis *Dome*, & est arcuatæ structuræ fastigium. Domata tecta sunt, quæ Romæ dicebant solaria, qualia & in Palæstina & Ægypto fuerunt. 4.
A domo dicitur Dominus, qui domui præest, unde SENEC. *Epist.* 47. Dominum patremfamilias appellarunt, servos familiares. 5.
Domus est unius familiæ habitaculum, sicut unius populi urbs, quo facit 6.
l un. C. si quacunque prædit. potest. vel ad eum pertin ibi, cum sua suorumque domo ubi appellatione domus continetur familia, genus, & tota consanguinitas ut domus Jacob *l. cum unus* § 1. *ibiq;* GLOS. *in verb. domum ff. de alim. & cibar. legat.*

Ideo autem materiam hanc, ad- 7.

administrationi Municipali profi-
cuam in opere hoc intromitto, quia
ædes non ornamento publico sal-
tem, sed & privatorum commo-
ditati inserviunt, atque in tantum
ædificiorum cultus decori urbium
& ædificantium habitationes orna-
mento cessernnt. *l. 2. C. de præd.
& omnib. reb. navicul.* ARI-
8. STOT. *7. polit. 11.* ut Roma pri-
mum magistratnm Ædilem con-
stituit, qui inter cætera de ædi-
ficiorum instauratione reparatione
& conservatione prospiceret *l. 2.*
9. *§. 21. ff. de orig. J.* Atque adifi-
cia demoliri edicto Vespasiani &
SCto vetitum est, ne integris ædi-
ficiis depositis, publicus deforme-
tur aspectus. *l. 2. C. de ædif. pri-
vat. l. 2. §. si quis ff. ne quid in
loc. pub.*

Quod saltem permissum fuit
pro execratione criminis, ob in-
signe maleficium domini commis-
sum, ubi ædes solo æquatæ, ut
hiatus ille apparens solo suo aspe-
ctu deformi & deserto loco in-
10. tuentes admoneret de gravitate
pœnæ exemplari. Ut de Clodio
legitur, qui ædes Ciceronis diruit,
eo quod contra leges publicas Ce-
thegum & Lentulum indemnatos
sustulisset APPIAN. *lib. II. de bell. civ.*
VALER. MAX. *lib. VI. c. 3.*
11. Plerumque hic à Politicis mo-
neri solet, ne ædificandi modus
prodigalitatem sapiat, neve sum-
ptuosa nimis & superba ædificia
instruantur, sed ut quisque intra
conditionis suæ limites sese conti-
neat. LIPSIUS. *polit. 4. cap. 11.*
SCHÖNBORN, *polit. lib. I. Cap. 15. n. 3.*
Quia non domo dominus, sed do-
mino domus honestanda est CIC.
2. de Divin. Verum cum hic in
Municipiorum & minorum civi- 12.
tatum materia versemur, quarum
structuræ ornatus perexiguus esse
solet, opus non est, ut cum
KLOCK. de ædificandi prodigalita-
te disseramus. *de ærar. lib. II.
cap. 95.* Vel ut de splendida ni-
mis ædificatione compescenda tan-
quam dominationis arcano cum
CLAPMARIO agamus *de arcan. re-
rumpubl. cap. 3.* Quia cives nostri 13.
pleriq; Lacædem. imitantur, qui ex
Lycurgi instituto non nisi serra &
secnri, id est simplicibus instru-
mentis adhibitis ædificabant CRA-
GIUS *lib. III. de Republ. Lacon.*
& citra mandatum Magistratus
quisque in exstruendis ædibus in-
tra limites se continet iisque tan-
quam tunica utitur, magis concin-
na, quam longa, ut APUL. monet
atque ad ædificandum magis indu-
cit necessitas, quam voluptas.

Non exiguum tamen in Muni- 14.
cipiis, vel pro novis exstruendis,
vel pro ruinosis ædibus reparan-
dis commodum est, si materia
ca-

earum facili pretio parabilis est.
15. Hinc pro facilitanda ædificantium commoditate, si natura loci lapidicinas recusat, utilissimo invento defectus ille suppletur per fornaces ad coctionem laterum destinatos, Ziegel-Ofen / Ziegel-Scheunen / quibus huic usui pleraque Municipia instructa sunt, ubi ex terra pingui coquuntur lateres Ziegelsteine / Backensteine / quorum alii inserviunt parietibus Mauer-Ziegel / vel ad sternendum Pflaster-Ziegel / vel ad tegulas Tag-Ziegel / oder Pfan-
16. nen. Ubi ob usum hunc publicum Magistratus cogere potest cives, si terra talis pro coquendis lateribus deficiat, ut agros, ubi ea reperitur, pro bono universitatis vendant, sicut de cætero ob eandem rationem civium arva destruere, & occupare licitum est, quia favor publicus privatæ utilitati præferendus. C. *Imperialem Princ. x. de probib. feud. alienat. l. si quis grave. §. utrum. ff. de SCt. Syllan l. un. §. fin. C. de caduc.*
17. *toll.* Cujus gratia à regulis juris communis receditur, multaque permittuntur, quæ alias sunt interdicta & prohibita, *l. ita. vers. multa. ff. ad L. Aquil.* C. *Abbate, §. fin. vers. præsertim. de sent. & judic. in 6.* modo pretium refundatur, MYLER. *de stat. Imp. concl. 83. n. 4.* ZAS. *consil.* 10. *n.* 6. REINKING *Polit. Biblic. lib.* II. *axiom.* 111.

Huic rei lateritiæ certi Præfecti 18.
constituuntur à Magistratu, qui de acceptis & expensis, von Einnahme und Ausgabe respondent, quibus & certum definitur laterum pretium Magistratu auctore, quo lateres vendant pro modo lignorum cæterarumque expensarum vocanturque Ziegel-Herren.

Architectonicam etiam non mi- 19.
nus promovent, ubi lignorum ad asseres idoneorum copia est, zu Bret-Klötzern und Schneid-Höltzern / molæ lignariæ, Schneide-Mühlen/Sage-Mühlen/maxime ubi aquarum copia suppetit, aliquando & juxta molas farinarias exstrui solent unius ejusdemque aquæ ductu, rei familiari cæteroquin valde utiles.

Sed & ideo curam ædificiorum 20.
Magistratus Municipalis suscipit, ne oppida deformentur, ac ne domus irreparata quasi pro derelicto à Domino suo habita Fisco cedat, *l. 1. ff. de jur. Fisc. l. 4. & ult. C. de jur. Reip. Nov.* 17. *c.* 1. §. 1.
Nam & Principalibus rescriptis, 21.
constitutionibus provincialibus & statutis civitatum singulariter moneri solet, daß die Unterthanen ihre Häuser im baulichen Wesen erhalten sollen/ und daß sie vor der

Obrigkeit darzu ernstlich anzuhalten/ STRUV. *de ædif. privat. thes.* 50.

22. Si & cives negligentes nimis sunt ad reædificandum, poterit Magistratus loci etiam invitis Municipalibus publico ære ruinosas domos restaurare, & reparatas ad sumptuum refusionem usque, aliis inhabitandas locare. De hac reparationis cura ita BARCLAI *in Argenid.* Externa curet Magistra-

23 tus, ut non modo sublapsa restituantur, sed quæ plurimarum ædium urbiumque fortuna est, præ-

24. stantius ex ruina resurgant. Vel si Magistratus mediis reparationum, laborante ærario, destituatur, & collapsarum ædium Dominus pari inopia prematur, compelli is potest, ut eas alii vendat, vel contra detrectantes alia remedia compulsiva adhibenda, ut deformitati publicæ auxilium feratur, *l.* 7. *ff. de off. Præs. l.* 46. *de damn. infect.*

25. *l.* 8. *C. de ædif. priv.* Ut & restauratores eo magis alliciantur & instigentur, beneficii loco ipsis merito aliquid tribuendum, sicut hic loci conclusο publico sancitum: Wenn jemand ein gantz verfallen Haus in guten Stand setzet/ sol er drey Jahr lang die personal Freyheit haben und geniessen.

26. Ergo hoc casu reliquias diruti ædificii plane demoliri, & materiam vendere Domino licitum non est, ad cujus decisionem Scabini Hallenses responderunt Anno 1636

Weil durch gäntzliche Demolirung dergleichen zerrissenen Häuser nicht allein den Nachbahren/ wegen erfolgender Entblössung/ ihrer dabey liegenden Häuser/ sonderlich Schade / sondern auch die gesamte gemeine wegen Zuwachsung dero / solchen Orten sonsten zukommenden onerum, ein unerträglich Præjudiz zugezogen würde / als seit ihr Amts und Pflichts wegen solche Abtragung der verwüsteten Häuser zu inhibiren und zu hindern wohl befugt / es wäre dann/ daß eines Theils Häuser fast albereits auf den Grund ruiniret/ und die Bürger weder vor sich noch durch andere/ oder auch ex publico zu Reparirung derselben gelangen könten / oder sonsten kein Käuffer/ welcher etwa solche Häuser zu kauffen gemeynet/ sich angeben oder finden möchte/ auf solchen Fall könte den Besitzern die völlige Abtragung ihrer Häuser nicht gewehret werden. STRUV. *dict. Dissert. de ædif. priv. th.* 62. 27.

Simile decretum Senatus Wismariæ refertur in casu, quo ædium Dominus non habet reædificandi media, MEV. *p.* 8. *decis.* 239. 28.

Aliquando usu venit Reipublicæ, ut loca urbis deserta & squalida cuivis liceat ædificiis occupare, 29.

re, sic Vespasianus, cum urbs veteribus incendiis ac ruinis esset deformis, vacuas areas occupare, & ædificare, si possessores cessarent, cuicunque permisit, SUETON. *in Vesp. cap.* 8. Idem repetit Adrianus Imperator, D. Marcus autem Domino qnatuor menses ad refundendos sumptus indulsit,
30 CUJAC. 19. *Obs.* 20. Tale quid, ait MEV. in locis sub Martis furoribus incendio vel vi devastatis, permittere, nec in pristinos possessores, si ædificare nolint, vel non possint injuriosum, nec ædificantibus invidiosum, Reipublicæ autem admodum necessarium & utile foret. Alias de propinquo nulla spes est, civitates posse intra aliquod secula redire ad pristinam faciem. *de jure Lubec. lib.* III. *tit.* 12. *art.* 3. *n.* 8.

31. Curet & Magistratus Municipalis, quantum fieri poterit, ne ædes habitationi destinatæ **Wohn-Häuser** in alios usus, puta in horreum, sive granarium, itemque area dejecta domo in hortum convertatur, quod citra auctoritatem & consensum ejus fieri non debet. *l.* 3. C. *de ædif. privat.* BRUNEM. *ibid.* 2. licet fuerint plane ruinosæ vel fortuito dejectæ *l. Senatus* 25. *ff. de contrah. empt.* CÆPOL. *de ser-*
32. *vit. urb. cap.* 76. *n.* 6. Ubi aliquando vicinorum consensus requiritur. *d. l.* 3. Nam vicinorum sæpe interest vicinas ædes restitui, forsan ob servitutem debitam PEREZ. *ad cod. d. t. de ædif. priv. n.* 11. Civitati autem proficuum est ut ædes in statu maneant ad ferenda hospitationis, excubiarum aliaque onera, quod vocamus **Daß ein Hauß nicht aus dem Beschwer komme.**

In genere autem civitates bene 33.
sibi consulunt, si statutis & ordinationibus provident ædificiis, quibus quid in ædificatione justum & injustum est proponitur, Germ. **Baue-Recht** vocatur, unde quibusdam locis constituti sunt speciales ædificiorum inspectores **die Bau-Herren / Bau-Meistere /** STRUV. *d. differt. th.* 8.

Ad jus autem ædificandi, co-
gnitionem Magistratus Municipa- 34.
lis ut civilem quoque referri, jam supra *lib. II. cap.* 16. liquet. In discutiendis circa rem ædificiariam controversiis, prima in Municipiis plerumque occurrit quæstio & difficultas, ratione novi operis nunciationis; ubi notandum, quod nunciatio hæc sit solennis prohibitio, vicini facta, ne novum opus fiat, aut in opere pergatur, antequam de jure ædificandi constet,
fitque tribus modis. (1) Per præ- 35.
torem aut Magistratum, ut hic aditur ut inhibeat *l. si opus n.* 6.

ff. de nov. op. nunc. (2.) Manu opposita & per jactum lapilli *l. vi facit. 20. ff. eod.* (13.) Nudis verbis adhibito quandoque Notario cum testibus MINDAN. *lib. II. de mandat.* C. *30. n. 3.* Duo poste-
36. riores modo imbecilles, sine effectu, & parum in usu sunt. Nam solennitas per jactum lapilli non est recepta usu fori, nisi quod aliqui Notarii ridicula Quiritum æmulatione eam adhibeant. per FRIDER. *lib. II. de mandat. c. 3. n.* 12. & tradit HAHN. ad WESEMB. Es werden ein / zwey oder drey Steine aus solchen Gebäu genommen / und über das Gebäu in confirmationem beschehener nunciation geworffen. *tit. de nov. op. nunc. n. 9.* Ad primum itaque recurrendum esse docet MEV. *ad jus Lubec. lib. III. tit. 12. art. 15. n. 2. ubi art.* 15.
37. habet. Wann der Burgemeister im Wort einen in Bau-Sachen die Arbeit verbieten lässet / der ist zu gehorsamen schuldig / thut er darüber / sol der Principal in die angekündigte Geld-Straff verfallen / und die Arbeiter ihres
38. Amts verlustig seyn. Bene autem consuleretur Municipiis, si more quorundam locorum Germaniæ, opus de novo non struatur, sive vetus reficiatur, nisi prius certis personis publicis ad id deputatis indicetur & ab iis inspiciatur cum opificibus & vicinis, atque modus exstruendi per decretum determinetur. FRONERG. Land-Ordn. von bürger- und nachbahrlichen Gebäuen. *cap. 2. jus Francof. p. 8. tit. 1. §. 9. jus Noricli. tit. 26. c. 6.* Es sol durch einen geschwohrnen Fron-Botten dem 39
Gegentheil die Besichtigung / und rechtlichen Austrag anbieten / und beyden verordneten Bau-Herren um gelegene Tagsatzung ansuchen. Dn. SCHILTER. *ad pandect. exc. 42. §. 26. seq. ff.*

In materia & controversia ædificiorum inprimis est recurrendum 40
ad statutum aut consuetudinem *l. an id. 3. ubi* GOTHORF. C. *de edif. privat.* Cavendumque ne publicus deformetur aspectus civitatis *l. 2. ibique d. l.* JAS. *in l. cætera in pr. n. 5. ff. de legat.* neve claudatur, aut deturpetur platea public. ideo non permittitur, ut quis sine publica venia bancum vel aliud 41
impedimentum in platea habeat. CARPAN. *in statut. Mediol. p. 2. C. 2. 5. 4. n. 1.* Quod contra jus Municipale factum, si ædificans 42
demoliri nolit. per ministros publicos dirimi debet. Demolitionem autem talem petens ex malitia, non audiendus, quia favetur merito reipubl. causa operibus jam factis MEV. *ad jus Lub. lib. III. tit. 12. art. 1. n. 13. & art. 5. n. 4.*

Quo

43. Quo & spectat, quod non liceat in Municipiis ædificare, prope domum vicini, nisi demisso intermedio spatio duorum pedum *l. fin. ff. fin. regun.* SURD. *consil.* 84. *n.* 5. qui pedes demensurandi sunt à stillicidio. CÆPOL. *de servit. præd. urb. cap.* 28. SURD.
44. *cons.* 74. *n.* 9. Per pedem intellige longitudinem dimidiæ ulnæ
45. ein Werck-Schuh. Quia autem jura familiaritatis inter vicinos nunquam magis turbantur, quam ædificatione, hinc hujus occasione de vicinitate notandum est, quod vicinus inimicus & rixosus omnia censetur facere in damnum & nocumentum vicini CÆPOL. *de servit. cap.* 62. *n.* 2. MENOCH. *de Arbitr. jud. quæst. cas.* 156. *n.* 9.
46. Licet alias in dubio unusquisque potius suo jure & pro utilitate, quam in injuriam & æmulationem alterius ædificasse, præsumatur, GLOSS. *in l. fluminum.* §. *fin. ff. de damn. infect.* MENOCH. *d. cas.* 156. *n.* 8. & 9. Utilitas autem manifesta rejicit æmulationis suspicionem, ALCIAT. *de præsumt. Reg.* 4. *præsumt.* 24. WESEMB. *consil.* 34. *n.* 20. Vicini diversimode pro
47. discrimine materiæ dicuntur; In favorabilibus habetur pro vicino, qui est remotior, *l. non solum ubi.* ALBERT. & JAS. *ff. de nov. op. nunc* TIRAQU. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 9. *n.* 21. In odiosis & valde strictis vicinus est, qui ædes 48.
habet contiguas, REBUFF. *in l. pupillus.* §. *oppidum. ff. de verb. sign.* COTM. *cons.* 93. *n.* 117. *vol.* 3. Vicinus etiam est, qui è regione habitat, BRUNN. *in l. si tertius de aq. pluv. arcend.* MENOCH. *arbitr. jud. quæst. cas.* 222. In materia statutaria vicini intelliguntur, qui sunt collaterales, vel juxta nos habitant, non autem, qui è regione, ubi platea est in medio, MEV. *ad Jus Lubec. l.* 3. *art.* 13. 49.

Cæterum bono vicino nihil commodius, puta, si vicinitas nobis contigerit retinens veterem officii morem, non infuscata malevolentia, non adsucta mendaciis, CIC. *pro Planc.* Ideo Themistocles, cum prædium venderet, ut alliceret emptorem, proclamare jussit, bonum quoque vicinum habere, quod ex PLUT. recenset SCHÖNBORN *lib.* I. *Pol. cap.* 15. *n.* 8. Spectat & huc jus contiguitatis seu contignationis ædium, Jus luminis, & quæ his sunt similia. 50

Jure communi quidem licet fenestras in pariete etiam invito vicino facere, unde in alienum prospectus detur, etiamsi paries ille mille annos sine fenestris steterit, CÆPOLL. *de servit. urban. cap.* 62. *n.* 1. CARPZ. *p.* 2. *constit.* 41. *def.* 1. nisi quis fenestras non faciendi, 51.

ſervitutem vicino debeat, CÆPOLL. d. cap. n. 2. vel ad æmulationem, vel ad ſcrutanda vicini arcana, ſine ædificantis utilitate fiant, ALEX. conſ. 147. n. 4. & 5. vol. 4. SCHNEIDW. in § prædiorum n. 21. Inſtit. de ſervit. vel paries ſit communis, quem ſocio invito nemo aperire debet, l. 4. l. 40. ff. de ſervit. urban. præd. contra quam tamen libertatem & alia libertas eſt, factas feneſtras ædificando obſcurare & occludere in totum aut pro parte. l. fluminum. §. fin. ff. de de damn. infect. COEPOLL. d. cap. n. 5. Sed derogatur huic liberta-

52. ti juri communi conceſſæ, per ſtatuta Municipiorum varie, e. gr. Statuto Mindenſ. tit. 15. art. 13. cautum: An welchem kein Fenster zuvor gewesen/mögen auch/ ohne Bewilligung des Nachbahrn keine gemachet werden / es wäre denn/ daß solche Fenster oben den ersten Riegel/und also acht Fuß hoch von der Erden/gemacht werden/welche doch nicht offen/sondern zustehend/ und verschlossen seyn sollen/ also/ daß man sie nicht aufthun kan/damit so wenig von binnen als drauſſen darüber gesehen werden möge.

53. Quod ad præmemoratum jus ædificandi attinet, notanda hæc erunt: Quod parietem qui dicit communem, id teneatur probare, l. actor. cum ibi notat. C. de probat. SOCIN. conſil. 44. n. 1. vol. 4

Quod paries poſitus in confinio, 54. inter duas domos præſumatur communis l. parietem. ff. de ſervit. urb. præd. BART. in l. inter quos. col. 2. in fin. ff. de damn. infect. COEPOL. conſ. 35. n. 8. CORN. conſi. 184. col. 2. SOCIN. d. conſil. 44. n. 2. vol. 4.

Circa parietem ut circa omnem 55. rem communem multa oriuntur, diſcordiarum ſemina, quia frugalitas ibi eſſe non poteſt, ubi nihil proprii habetur, LACTANT. lib. III. Divin. inſtit. C. 27. Et naturale vitium eſt, negligi, quod communiter poſſidetur, atque ſe nihil habere, qui totum non habeat, arbitretur, denique ſuam quoque partem corrumpi patiatur, dum invidet alienæ, l. meminimus 2 pr. C. quand. & quib. quarta pars debeatur ex bon. decurion. lib. X. Du- 56 pliciter autem dicitur paries communis, vel pro diviſo vel pro indiviſo, CÆPOLL. de ſerv. urb. cap. 40. n. 11. & 12. & in dubio prius præſumitur CORN. conſ. 90. n. 15. vol. 2. ex qua diſtinctione obſervandum, parietem pro indiviſo communem invito ſocio extolli, vel extendi non poſſe, ſecus in pariete pro diviſo communi, ubi id fieri poteſt impenſis propriis ædificantis, l. hic quod §. ex tribus. ff. de ſervit. urban. prædior. Refe- 57

ctio autem parietis communis, puta pro indiviso talis æqualibus vicinorum sumptibus fieri debet. Quod si vero alter eorum reficere nolit, aut alterum ædificantem prohibeat contra eum, vel communi dividundi judicio aut interdicto uti possidetis experiundum, *l. 12. comm. div.* ANGEL. de PERUS. *in l. quidam. n. 4. de servit. urban. præd. n. 4.* vel si alter solus reficiat, impensas ex parte repetere potest, *l. 32. ff. de damn. infect.* quod si detrectet, & si intra quatuor mensium tempora cum centesimis usuris, sumptus proportione vicini erogati non restituti fuerint, jus dominii pro solido obtinere poterit, *l. 52* §. 10. *pro soc. l. 4. C. de ædif. priv.* GARS. *de expens. & meliorat. cap. 19. n.*
58. *14. & seqq.* An autem paries sit communis, an alterutrius proprius, respiciendum est primo ad stillicidium, auf welchem die Dach-Trauffe fällt/ desselben wird sie eigen geachtet/ da aber zwischen 2 Nachbahren/ auf einer Maur/ ihr beyder Dach-Tropffe fiele/ dieselbe Maur für gemein. *(2.)* Der Nachbar/ der eine Tram/ Fenster/ behalter Bogen und anders dergleichen/ in einer Maur zwischen zwo Hauseren hat eingelassen/ und der ander nichts/ ist Vermuhtung/ daß solche demselben eigen. (3.) Item welche Maur von eines Nachbarn Haus-Dach bedecket wird / desselben sol sie eigen geschätzet / es könte denn hierin ein anderes bewiesen werden. FRONSPERG. Bau-Ordnung *& jur. Francofurt. p. 8.*

Deinde quod superædificatum est parieti isti cedit, & fit ejus cujus est paries *l. 2. ubi* CYNUS. *ff. de rei vind.* Unde si inferior muri & parietis pars est communis, quod superædificatum est, etiam fit commune VEGIUS. *cons. 53. n. 44.* & hic eadem regula obtinet, quæ in solo *l. qui supra ff. de acq. rer. dom.* Et vindicans ædificium non necesse habet probare se ædificasse vel suo mandato ædificatum, sed sufficit domicilium inferioris partis probasse, ut ex MASCARD. *concl.* 589. *n.* 1. probat MEV. *jur. Lub. lib.* III. *tit.* 12. *art.* 3. *n.* 6. 59.

Refertur huc & illud quod fenestra, quæ perforat totum parietem, arguat illum esse totum ejus, qui habet fenestram CASTRENS. *consil.* 334. *n.* 1. *vol.* 2. RUIN. *consil.* 55. *n.* 6. *vol.* 2. CÆPOL. *de de servit. C. 42. tit. de pariet. col. 3.* 60.

Quod fenestræ non perforantes totum murum, non arguanr communionem, quæ potuerunt etiam fieri inscio & ignorante adversario, CASTRENS. *d. cons.* 334. *n.* 21. *vol.* 2. BOER. *cons.* 5. *n.* 6. 61.

Quod

62. Quod lapides positi in pariete, si protenduntur, arguant jus in pariete ei competere versus quem demittuntur, PARIS. *consil.* 116. *n.* 9. *vol.* 4. BOER. *d. cons.* 5. *n.* 13. sicut MEV. de civitatibus marinis innuit, quod in communibus muris deprehendantur aliqui lapides eminentes, quos Schrott vocant, qui tum in argumentum communionis, tum in usum vicini, si quid ædificato adjungere velit, positi sunt, *d. Tract. & loc. art. 4. in addit. ad n. 2.*

63. Quod paries cognoscatur communis ex trabibus, tignis & oneribus parieti immissis, PARIS & BOER. *d. loc.* itemque fracturis & signis, ubi olim fuerunt tigna juncta, CÆPOLL. *consil.* 35. *n.* 6. *& in Tract. de servit. d. cap.* 40.
64. *col.* 5. *in pr.* Quod foramen positum in muro illius communionem denotet, COEPOLL. *d. cons.* 35. *n.* 6.
65. Foramen autem novum in muro facere non licet, si exinde vicinus damnum vel incommodum metuat, licet murus illius sit proprius, quo facit die Bau-Ordnung der Stadt Nürnberg: Es solle auch niemand gegen seinen Nachbahrn in seine eigene Maur so weit oder tieff brechen/ daraus dem Nachbarn auch sonsten durch Brunst/ oder in ander Wege/ Schaden verursachet werden möchte.

Quod paries pro parte communis judicetur totus cvmmunis, SOCIN. *consil.* 44. *n.* 2. *vol.* 4. GABRIEL, *consil.* 149. *n.* 1. RUIN. *consil.* 55. *n.* 1. *vol.* 4. Quod paries 66.
communis in extremitatibus præsumatur etiam communis in medio, SOCIN. *d. consil.* 44. *n.* 2. 67.
SURD. *cons.* 126. *n.* 14. Et generaliter, quod ubi desunt signa & præsumptiones, credatur peritis in ejusmodi negotiis & controversiis BALD. *cons.* 233. *vol.* 1. BERO. *cons.* 131. *n.* 2. *vol.* 3. GRAM. *consil.* 164. *n.* 4. BURSAT. *cons.* 58. *n.* 22. SURD. *d. cons.* 120. *n.* 17. 68.

In hac materia ædificationis & incumbit provisio Magistratui, ne permittatur civibus ut in loco publico ædificent, quod Prætor edicto suo prohibuit, *tot. tit. ff. ne quis in loc. publ* Sicut nec in muris Municipii non nisi publica auctoritate quid superponere permissum, *l ult. ne quid in loc. sacr. l.* 9. §. 4. *ff. de rer. div.* Policey-Ordnung *Wilhelmi, Ducis Juliac. tit.* vom Bauen in den Städten. cautum, ne quis prope mœnia ædificet, nisi ad distantiam sedecim pedum, si civitas vallo non est cincta, damit nicht nöhtig, wenn der Wall geleget werden sal/ solche wieder abzubrechen. Rationes quoque suppeditat *l. ædificia* 14. *C. de operib. publ.* Si autem 69. 70. 71.

tem quis ex permissu Magistratus illic ædificet, reparare muros tenetur; sive modica sive magna fuerit exepensa, *l. turres. C. de operib. publ.* TRENTACINQ. 1. *var. resol.* 8.
72. *n.* 8. Vel etiam temere ædificata tempore adventantis hostis, vel propter metum incendiorum, publica authoritate prosterni possunt ubi ex facto consultus respondisse se refert PET. PECK. *ad reg. jur.*
73. *can. reg.* 79. Tum & in loco universitatis idem obtinet mit Orten und Platzen / so einer Gemeine zum freyen und allgemeinen Gebrauch gehörig sind / ubi sine permissu universitatis ædificare non licet, quod si factum, locum obtinet generalis de ædificatione obtenta regula, puta quod solo cedat, ubi aliquando si ita expediat Municipio, certa pensio annua ab ædificante solvenda *l.* 1. *C. de divers. præd. urb.* LOSÆUS *de jur. universit. p.* 3. *c.* 1. *n.* 2. Quo refertur *art.* 123. WEICHBILD. Kein Schmiedt mag bauen einen Noht-Stal auf der Gassen da vor keiner gestanden hat / ohne der
74. Bürger Uhrlaub. Pari modo eo refertur, ne quis cellam subter plateam publicam construat, quo facit Lex *Alemannor. Carolin.* Land-Recht *cap.* 189. Wer Keller oder ander Gruben grebt / der sol sie machen ohn der Leut Schaden / und sol sie nicht für baß setzen in die Straffen dann sieben Schuh / ist aber die Strasse als enge / so sol er sie nicht in die Straß setzen.

Tertio incumbit Magistratui urbano, providere ut plateæ reficiantur, & ne earum spacia coangustentur *d. l. ædificia C. de oper. publ.* Welches Stein-Wegen und Pavieren / ein jeder Bürger so weit sein Erbe sich erstrecket / bis zur halben Gassen zur Strasse hinein / belohnen und bekostigen / das übrig aber durch Burgemeister und Raht bestellet / und an guten weidlichen Steinen / so das vielfältige Fahren erleyden und tragen können / beständiglich verrichtet werden sol. *supr. all. ord. pol.* WILHELM. JULIAC. Atque hoc onus reficiendi plateas unicuique civium pro latitudine ædificiorum incumbit, tanquam eorum onus reale, absque ulla exemptione. CARPAN. *Stat. Mediolan. p.* 2. *cap.* 281. *n.* 8. *& seq.* Ejusque inspectio apud Romanos demandata erat Præsidi provinciæ, qui dominos ædificiorum causa cognita reficere ea compelleret & adversus detractantem competenti remedio deformitati auxilium ferret. *l.* 7. *ff. de off. præs.* 75. 76. 77.

Denique ad curam hanc referendum ne viæ publicæ, sterqui- 78.

 li-

liniis aliisque sordidis determentur, juxta *l.* 2. C. *de ædif. priv.* Hinc in bene constitutis civitatibus certis diebus sordes solent vehiculo publice ad id constituto, extra mœnia evehi. Eo facit *all. ordin. Palit.* **Ein jeder Bürger sol auf einer Pöen von sechs Albus alle Saters-Tag die Straß vor seinem Hauß und Erbe / fleissig und rein kehren lassen / und die Unreinigkeit welche also zusammen gekehret / auf sein Mist-Land oder Garten führen mögen / so er aber solches nicht alsobald thun würde / sol es mit der gemeiner Karren die der Burgemeister in jeder Stadt dazu bestellen sol / hinweg geführet werden / und keines weges liegen bleiben.**

79. Verum ab hujusmodi ordinationibus, lege necessitatis exempta sunt Municipia agraria, **die Feld-Städtches; Alwo wann die Bürger aus den Fenstern gucken / ihnen die Bärte auf der Misten hangen:** Ut Princeps quidem illic forte iter faciens jocatus fuerat; Nimirum, ubi eorum proventus non infimus fimus est, & puritas pura egestas.

80. Si & forsan integræ plateæ restaurandæ vel de novo ædificandæ veniunt, meriro providet Magistratus, ut ædificiorum dispositio, quantum possibile est fiat ordinata Klock, *de ærar. lib. II. cap.* 18. *n.* 7. & 14. Schonb. *lib. I. cap.* 15. *polit. n.* 7. ubi inquit: Antiquitus labyrinthi instar, confuso modo collocabantur ædes, nullis certis constitutis vicis, ex quibus peregrini effugere non poterant, si alicui civium damnum intulissent, potius secundum lineam rectam ædificia disponenda, & perviæ plateæ condendæ sunt: **Wann die Gassen gleich / eben / weit / und die Häuser mit unziemlicher Höhe / oder fürgehenden Erckeren einander nicht überlegen oder hinderlich sind.** Nihil enim æqualitate decentius est, & ornatus magis consistit in harmonia quam in sumptu. Besold. *de jur. rer. cap.* 4. §. 4.

Circa latrinas struendas quæritur, an ædificanti latrinam in pariete suo, ita tamen, ut inde nihil in fundum vicini cadat, vicinus contradicere, & damnum tam ex ingrato aspectu, quam malo odore horto suo illatum urgere possit, & fas sit vicino illud prohibere? Quod negat Carpz. *decis.* 108. *part.* 2. ex ratione, quia in re propria cuilibet suæ utilitati etiam cum alterius incommodo inservire licet, *l. sicut.* 8. §. *Arist. ff. si servit. vind.* pari modo, uti quis in sua domo puteum fodere potest, licet eo aperto venæ putei

tei vicini sunt præcisæ, & ita illum aqua deficiat, cum jure suo utatur *l. fluminum 24. §. fin. ff. de damn. infect.* GAIL. *lib. II. obs. 69. n. 10.* Et si, qui vicini hortum habet, se gravatum sentiat, eodem jure uti poterit, parietem in suo ædificando, ut injuriam prætensam avertat. CARPZ. *all. n. 6. 9. 11.* Contrarim tamen solide defendit STRYCK. *de jur. sens. diss. 5. c. 3.*
83 *a. n. 19.* Quia licitum non est, quicquam facere in suo, quo ipso aliquid in alienum immittatur *d. l.* sicut nec sterquilinium in meo fundo habere possum, si exinde vicini paries madefiat CÆPOL. *de servit. præd. urb. C. 65. n. 7.*
84. Ergo licet quis in suo ædificet, tamen in hortum vicini ingratum fœtorem immittit, cujus hoc casu ratio habenda, & licet immissum visibile damnum non faciat, sufficit, tale sit, quod ex materia substrata incommodat, majus autem horto incommodum adferri non potest, quam si gratus odor invertatur, ac fœtore undique repleatur *l. 2. §. idem ait 29. ff. ne quid. in loc. publ.*

Hinc in multis Municipiis per 85.
statutum invaluit ut latrinam in suo ædificare volens 7 pedes à fundo vicini recedat, alicubi pauciores. Prout jur. Saxon. dispositum est: **Wassergerinne / Heimlichkeiten / und Schwein-Ställe / die sollen drey Fuß von eines anderen Mannes Zaun stehen. Land-Recht** *lib. II. art. 51.* Huc facit **Regenspurgisch Bau-Ordn. Schwind-Gruben oder heimlich Gemach / aufs wenigstens drey Werck-Schuh weit von seines Nachbahren Wand / oder Mauer** &c. Et ordin. Polit. Wilhelmi Ducis Juliac. 1554. *tit.* **von Bauen in Städten. Die heimliche Gemächer sol einer auf seiner Misten / oder Platzen machen / doch dermassen / daß man die nächste Nachbahren damit nicht verstäncke noch verdrenge.**

Caput IV.

DE MAGISTRATUS MUNICIPALIS CURA CIRCA AVERTENDUM INCENDII PERICULUM.

SUMMARIA.

1. *Cavendum ne oriatur in Municipiis incendium.*
2. *Ædes quantum fieri potest, sint lapideæ.*
3. *Exemplum Vesontinensium.*
4. *Ordinatio Magistratus Augustani.*
5. *Tecta straminea non admittenda in Municipiis.*
6. *Desuper triste exemplum.*
7. *Statutum Mindense.*
8. *Non permittendæ scandulæ* Deck-Späne.
9. *Nec tegulis substernendæ pupulæ,* Docken.
10. *Camini sedulo expurgandi.*
11. *Producendi camini ultra tecta.*
12. *Desuper constituit jus Mindense.*
13. *Differentia inter caminos nostros & veterum.*
14. *Camini veterum fumum reddebant.*
15. *Fabris ferrariis & pistoribus inspectores constituendi, qui ignis curam gerant.*
16. *Opificium lini in Municipiis caute tractandum.*
17. *Ordinatio Regis Boruss. contra eos, qui tempore vespertino ingrediuntur horrea, absque lucerna.*
18. *Municipia instructa sint Syphonibus serpentinis* Schlangen-Sprützen.
19. *Domus ne nimis sint contiguæ.*
20. *Insula quæ dicatur?*
21. *Insulæ quomodo differat à donoo.*
22. *Neronis ordinatio pro avertendis incendiis.*
23. *Insulæ illæ erant tutæ.*
24. *Insularius servus.*

25. *Elati muri desendentes interstitia ædium edicto potentissimi Regis Borussiæ.*
26. Feuer-Ordnung.
27. *An ordinatio talis sit confirmanda à Superiori.*
28. *Qui tempore incendii primus aquam admovet præmio remunerandus.*
29. *Ordinatio civitatis Amstelodamendis pro extinguendis incendiis.*
30. *Diruendæ sæpe tempore incendii sunt ædes vicinæ.*
31. *Londini ædes ope pyrii pulveris subtractæ flammis.*
32. *An privato liceat incendii tempore diruere ædes vicinas?*
33. *An eo casu obtineat actio L. Aquiliæ?*
34. *Quatenus reparandæ ædes, ob commune periculum incendii dirutæ.*
35. *Exclamandum est domino ædium inchoante incendio.*
36. *Severa in non exclamantes pœna jure Saxonico.*
37. *Quinam ab extinguendo incendio sint immunes?*
38. *Honoratiores directionem suscipiunt.*
39. *Etiam vicinis extra mœnia incendio correptis succurrendum.*
40. *Ordin. Sax. Goth. ea de re. Milites præsidiarii quoque ab extinguendo incendio immunes non sunt.*
41. *Romæ præfecti vigilium de authore incendii inquirebant.*
42. *A quo hodie talis fiat inquisitio.*
43. *Pœna patrisfamilias, cujus negligentia exortum est incendium.*
44. *Contra patremfamilias militat præsumptio.*
45. *Materia incendiorum est profunda, latissima, & nodosa.*

1. Non sufficit ædificiorum curam in Municipiis gerere, de qua caput præcedens tractat, nisi & de eorum conservatione sedulò prospiciatur, itaque antequam ad incendiorum materiam progrediar, hoc prius aget Magistratus, ut de iis præcavendis vigilet, quid autem malo hoc ingruente incumbat, sub finem hujus, discussioni locum dabit.

Primo itaque convenit, ut Magistratus lege Municipali caveat, 2.
ne ædificia facile fomentum ignis arripiant & quantum fieri potest, construantur ædes lapideæ Besold. *de increm. Imper. cap. 2. n. 5.* Ubi
refert ex Chiflex cum Vesontini 3.
ædificia plurima è ligno essent, frequentissima inde orta incendia, edicto Gubernatorum cautum fuisse, ut quæcunque restaurentur, aut de novo ædificia exstruerentur,

è quadrato lapide fierent, quod præter utilitatem, maximam Civitati venuſtatem conciliaſſe ſubdit. STRUMPH. *Chron. Hebr. lib. VI.*

4. Laudatur inde Magiſtratus Auguſtanus, qui non permittit, ut ædificia ex ligno exſtruantur, ſed omnia lapidibus conſtruenda jubet & ſuadet. Quod ſi autem commoditates lapidicinarum deſint, ſufficiet, ſi parietes intercalares lapide conſtent, wann man gemaurte Feuerwände machet. KNIPSCH. *de civ. Imp. lib. V. cap. 27. n. 6.*

5. Verum cum ſumptuum ratio in Municipiis & oppidis eo non attingat, operoſe ad minimum agat, & ſtatuto proviſionali prohibeat Magiſtratus, ut tecta ſtraminea periculoſiſſimi incendiorum fomites arceantur, ſatius eſt ut quibus in ædificando media comparandi tegulas deficiunt, plane ab opere deſiſtant, quam ut cum periculo

6. interitus totius Civitatis parſimoniæ huic ſtudeant. Occurrit enim noſtri ævi exemplum, ubi oppidum quoddam comitatus Marcani binis vicibus haut magno intervallo, ſtramineorum operculorum cauſa, intempeſtive minus deſuper connivente Magiſtratu penitus conflagratum. Cum autem tertio de reſtauratione ſolliciti eſſent Cives, perpetuo ſtatuto invaluit, ne quisquam ſtramine, tegularum loco, uteretur, atque hoc medio ſummo Protectore providente, ſarta tecta hucusque manſerunt eorum tecta. Quadrat hic ſtatutum 7.
Mindenſe *Tit. 15. art. 16.* Niemand ſoll auch ſein Dach mit Stroh decken laſſen. Ubi CRUSIUS addit: incendiorum pericula eo majora ſunt, quo materia ignem alens & concipiens proprior eſt, idem ille refert, de conſtitutione Hamburgenſi *part. 2. tit. fin. art.* 44.

8. Par timor periculi eſt, ſi vicem tegularum ſupplent ſectiles aſſerculi ſive ſcandulæ nobis Deck-oder Dach-Spåne. Licet iis Roma per 470. annos teſte PLINIO 16. *c.* 15. uſa fuerit.

9. Eandem notam incurrunt ſtramineæ pupulæ, tegulis arcendæ pluviæ cauſa ſubſtratæ, idiomate noſtro Docken/ quas pleraque Municipia pariter dejectas volunt, quarum ratione, quotannis certi inſpectores demandantur à Senatu, ut, niſi eas inhabitatores ultro evellant, id negotii ab apparitoribus per viam executionis fiat.

10. Sæpe incendii cauſam præbent camini non ſatis expurgati, conſtituendi ſunt itaque caminarii Feur-Maur-Kehrer/ ſive ut apud nos Schornſteinfeger & quidem ære publico, qui ſtatis anni temporibus. eos à fulgine depurgent, inſu-

ſuper adhuc certi viſitatores denominandi, qui Magiſtratui, negligentes & ignavos denuncient: Apprime quoque convenit, ut camini
11. ultra tecta producantur, das ein jeder einen ausgeführten Woll verwahrten Schorſtein habe. De conſtitutione Civitatis Mindenſis Feur-Ordnung teſtatur prædictus Crusius *loc. alleg. art.* 17. quæ
12. Anno 1639. publici juris facta *art.* 23. Die Brau-Häuſer ſollen mit einem von Steinern ausgeführetem Schornſtein verſehen/ und da ſolcher nicht befindlich / den Einwohnern zu brauen verboten ſeyn / dero Behuff denen verordneten Inſpectoren die unnachläſſige Viſitation und Anzeige befohlen wird.

13. Addo hic de caminis per tranſitionem, apud veteres illos tales non fuiſſe, quales apud nos ſunt. Noſtri enim in excavato pariete ſtruuntur, illi autem in medio cubiculo hiberno, quod conclave dicebatur, fieri ſolebant, ut patet ex Columell. *lib. II. cap.* 1. Noſtri aſcendentem è foco ignem accipiunt & extra tectum educunt, qualis fumi exitus apud veteres non fuit, ideoque ut ait Horatius:

Lacrymoſo non ſine fumo.

fuerunt. Quod ne accideret, vel ligna amuca illinienda, vel feneſtræ aperiendæ erant, quorum alterum impenſis non minimis fiebat, alterum hyeme præſertim, frigori & ventis aditum præbebat. 14.
Panciroll. *rer. deperditar. lib. I. tit.* 23. ibique Salmumt. *n.* 4. *ad verb. Camini.*

Eo quoque facit Ordinatio recepta inter illos opifices, qui ignis ope munia ſua peragunt, ex quorum collegio ad præcavenda incendia certi viſitatores inſtituuntur, ſicut ex Piſtoribus apud nos ſunt die Becker Ofen-Hüter / ex fabris ferrariis die Schmiede-Ofen-Hüter / qui juramento cavere ſolent: Daß ſie / mit allem Fleiß / auf die Back-Ofen und Rauch-Pfeiffen (vel auf die Schmiede / Feur und Rauch-Pfeiffen) gute Aufſicht haben/ und wenns befohlen wird / dieſelbige zu beſichtigen umgehen/wenn Gebrechen daran befunden/ getreulich vorbringen und anzeigen wollen. 15.

Experientia calamitoſa edocti ſumus, lini opificia, die Flachs-Arbeit/ incaute tractata, integras ſæpe civitates tradidiſſe cineri, atque cum mulierculæ intempeſtive ſatis operi huic deditæ ſint, merito edicto quotannis renovando certa pœna ſtatuta cavet Magiſtra- 16.

stratus, ne linificia ad candelam tractentur, vel ne lini torrificatio in furno vel ad fornacem fiat.

17. Eo faciunt provisiones, ne quisquam tempore vespertino ingrediatur stabula & horrea, nisi cum laterna, neve in locis straminosis tabaci usus permittatur; Exstat desuper salutaris ordinatio Potentissimi Regis nostri de Anno 1705. qua cautum: Nachdem die Erfahrung bezeuget/daß offtmahlen/ wegen Fahr- und Nachlässigkeit des Gesindes Feuers Brunst entstanden / gestalt wir dann vorerst setzen und ordnen/daß hinfüro niemand / bey Straffe von 25 Goldgulden/ bey Abends-Zeit/ mit einem blossen Untzel-Licht / in eine Scheure oder Stall gehen / sondern jedesmahl in einer Leuchten zu haben gehalten sey. Zweytens/ daß / bey gleich-mässiger Straffe/ weder in einer Scheuren Stall/ auf dem Boden/ oder anderen Zimmeren/ da kein Feur-Herd ist/ Toback geschmauchet werden möge/sondern diejenige/so darüber ertappet / oder deßfalls überwiesen worden/so fort zur Zahlung obgedachter Straff-Gelder / falls sie aebr solche wegen Armuht/ oder sonsten nicht erlegen können / alsdann anderen zur Warnung und Exempel / auf einen Tag in den Trissel (Roll-Häuslein) gesetzet/ oder wo selbiger nicht ist/mit einer formirten Narren-Kappe von den Stadt-Dieneren/von einem Thor zum andern/dreymahl bey hellem Mittag / geführet werden; Und damit auch drittens diese zum gemeinen Besten zielende heylsame Verordnung zur Observanz gebracht werden möge/ derjenige/ so einen Contravenienten anbringet den vierten Theil der davon kommenden Straff-Gelder/ oder doch einen Goldgulden aus des Ubertreters/ oder wenn selbiger gar nichts hat/aus der Stadts Mitteln geniessen / und dessen Name verschwiegen werden solle. Solchemnach auch ob-gedachte Beamten und Stadts-Magistraten anbefehlend &c.

18. Similiter Regio edicto apud nostrates cautum, ut quælibet civitas Siphonibus mit Feuer-Sprützen maxime iis instructa sit, qui coriaceos canales habent ductiles, undique ad reconditos etiam ædificiorum angulos accessibiles Schlangen-Sprützen/ quorum ope periculosissima sæpe incendia exstincta novimus.

19. Sistitur quoque flamma & impeditur, ne exortum incendium fiat universale si civitas statuta lege quadam domos non habet nimis contiguas, sed ita ut quælibet sufficiente intercarpedine nobis

bis Gassen / dicta distinguatur, sic enim nec adeo libere proserpit ignis, liberior autem accurrentium
20. patet aditus. Domus talis ab aliis sejuncta, quæ communibus parietibus cum vicinis non cohæret, sed circuitu quodam distingitur, in jure vocatur *insula l. 5. insulam ff. de verb. oblig. l. non utique §. si quis insulam ff. de eo quod certo loco l. 3. §. effractura ff. de offic. præf.*
21. *vigil.* Atque sic insula potissimum à domo distinguitur, quod domus sint ædificia habitationis conjuncta proximis & vicinis domorum parietibus, ut viciniam numerosam & frequenti habitatione stipatam efficiant *l. urbana* 166. *ff. de verb. sign.*

22. Propter crebra incendia, cum multi aquæ ductus in urbem deferrentur, à Nerone excogitatum ajunt, ut aqua privatorum licentia intercepta, quo largior pluribus in locis haberetur, in publicum flueret, ædificiaque non communione parietum, sed propriis quoque muris ambirentur, puta canalibus in parietibus additis, ut reprimendis ignibus aqua facilius decurreret. In tutioribus his ab incendio insulis pretiosissimam par-
23. tem fortunarum suarum collocabant, ut ait PAULUS *l. 3. §. 2. ff. de offic. præf. vigil.*

24. Ab insula ergo dicitur insularius servus, qui insulæ talis custodiendæ curam gerit, atque urbanorum mancipiorum numero habebatur *l. urbana* 166. *in. princ. ff. de V. S.*

Impedit & flammæ rabiem, ne 25.
in integram urbem desæviat, si interstitia ædium elatis muris mit Brand-Mauren sunt defensa, & quidem quæ altitudine ipsas domos exæquant de cujus instituto habemus edictum Regium de anno 1707. De cujus rigore tamen subsequenti tempore ob ædificationis talis difficultates dispensatum fuit.

Simul & cautus Magistratus se- 26.
dulo agat, ut periculi hujus arcendi causa in Municipio, ordinatio, eine Feuer-Ordnung stabiliatur. Tale autem quid ut ex- 27.
actius observetur, satius & tutius est, ut ejus confirmationem à Principe petat Municipium monente SCHILT. *Exerc. ad ff.* 5. §. 11.
Ac ut eo magis unusquisque in- 28.
cendii tempore instigetur ad promovendam aquam & instrumenta exstinctioni aptata, certum præmium merito datur primis, cum ejusmodi apparatu accurrentibus. Ordinationes tales passim exstant, sed tamen exemplaris loco, quantum fieri potest, sedulo imitandi, proferam illud, quod apud Amstelodamenses constitutum est, re-

ferente PHILIPP VON ZESEN *in descript. urbis istius pag. m.* 383. *& seq.* dum ait: Worauf mit einem stetigen Brand-Ruffen durch alle Gassen der Stadt die Bürger wacker werden/ und also kommt in einem Augenblick die Bürgerey auf die Beine / da dann dieselbe in deren Nachbarschafft der Brand ist/ verpflichtet sind / denen Nohtleidenden ihren Hausraht retten zu helffen / andere besetzen die Zugänge / das unnütze Völcklein / damit es nicht in den Weg lauffe / oder von den geretteten Gütern was wegtrage/ zurück zu halten. Welche löschen müssen/ die werden aus den Kirchen und anderen öffentlichen Gebäuen mit Sprützen/ Leiteren/ Brand-Eymeren/ Giessern und Feur-Tüchern (welche man/ mit Wasser begossen/ vor die nächsten Häuser zu hangen pfleget) versehen. Und daher müssen sie auch eine gewisse Zahl Feur-Eymer in ihren Häusern unterhalten; Die Brand-Leiteren werden alsobald an die Häuser/ darinn der Brand ist/ angesetzet/ und stehen von unten auf/ bis an das Dach/ voll Menschen/ wie auch die Gassen von beyden Seiten/ bis an das Wasser/ welches geschöpffet/ und von einem zum andern/ bis an die Brand-Leiteren / ja ferner fort hinauf gereichet/ und dann von oben ins Feuer gegossen wird. So bald es ausgegossen/ wirffet man die Brand-Eymer herunter auf die Gasse da sie stracks aufgehoben/ und längst der andern Seite/ bis wieder an das Wasser fort gelanget werden / wo man mit den Eymeren den Brand nicht wohl erreichen kan/ dahin pfleget man die Feursprützen zu richten/ ja/ wenn dieses noch nicht hilfft/ und die Glut überhand genommen so leget man auch die Feur-Hacken an/ und reisset die brennende Balcken und das Lattenwerck / samt den Giebelen herunter/ damit der Brand so viel eher möge gedämpffet/ und gleichsam unter Kalck und Steinen begraben werden.

Nimium grassante incendio sæpe ædes vicinæ adhuc innoxiæ, ut ignis alimenta tollantur, diruendæ sunt, prout legimus de tremenda illa conflagratione Londini Anno 1660. exorta, cum illic viginti millia ædium & octoginta templa Vulcano cederent, nullum aliud denique remedium superfuit, quam ut ædificia promtissima ope pulveris pyrii, flammis subtraherentur, de qua narrat ERAS. FRANCISC. Schaubühne *part.* 2. *pag.* 221. gestalt die Flamme/ innerhalb 30 Stunden/ über die gantze alte Stadt gefahren/ und bis auf den fünfften Tag gewütet/ an welchem 30. 31.

chem endlich Feur durch Feur gestillet worden / indem etliche Gebäu mit Pulver in die Lufft gesprungen / und also der Glut die Nahrung / und Anlaß / sich weiter anhängig zu machen / entzogen.

32. Metus ingruentis incendii in tantum justus est, ut & privato, incendii à suis ædibus avertendi causâ, vicinas ædes destruere liceat, *l. 4. l. 9. §. 1. ad L. Aquil. l. 3. §. 7.*
33. *incend. ruin. naufr.* Et quidem justus hic metus exinde colligitur, si ignis eo pervenerit, unde si eò non pervenerit, simpli lis æstimanda dicitur *in l. 7. §. 4. quod vi aut clam.* Cæteroquin L. Aquiliæ actio cessat, sive eo perveniat ignis, sive ante extinctus sit, *d. l. 49. §. 1.*

34. Quo tamen casu Magistratus ad impositionem collectæ procedere potest, ut omnes vicini pro ratione illarum ædium, in commune contribuere, & damnum hoc resarcire teneantur exemplo Legis Rhodiæ de jactu, *arg. l. 1. & 2. ibid.* Klock. *vol. 2. consl. 72. n. 55.* Gail. *2 Obs. 22. n. 5.* Koppen. *decis. 55. n. 17.*

Exorto incendio dominus ista-
35. rum ædium exclamare tenetur, ut vicini accurrant opitulantes, arbitraria reservata pœna illi, qui hoc neglexerit, sed majori adhuc dignus est, qui accurrentes clausis foribus arcere gestiat, severior tamen nimis est Gloss. Sachsenspiegel *lib. II. art. 51.* statuens: Wisse allhie / das bey welchem Mann bey 36.
Nächtlicher weile ein Feur auskommt / und es der Wirth zum ersten gewahr würde / und verschwiege es aber / und schrie nicht / er würde gleich davon flüchtig oder nicht / weil er den Schaden verschwiegen hat / soll man ihn / alsbald ihn jemand ergreifft in das Feur werffen / ohne allen Wandel / oder ausrede; hat er aber das Feur geschrien / so muß er allein den Brandschaden gelten auff recht.

Commune hoc periculum communibus auxiliis & viribus arcendum est, excipiuntur tamen vicini, 37.
propriis ædibus invigilantes, negligentiores itaque debitæ pœnæ subjiciuntur. Honoratiores licet ipsimet manum operi adhibere non 38.
teneantur, sua tamen agunt, si directionem extinguendi incendii pro confusione evitanda suscipiunt.

Non solum autem unius Municipii cives, paries cum proximus 39.
ardet, concurrere debent, ad sopiendam hanc incendii calamitatem, sed & incumbit eis extra pagi vel vici mœnia suppetias ferre, si dira sævit flamma, unde ita saluberrime dispositum est Fürstl. 40.

Gothisch. Feur-Ordnung *cap.* 2. *art.* 3. Es sollen in Feuers-Nöhten nicht nur allein in Städten die Bürger und nächste Nachbahren mit Hülff beyspringen/ sondern auch auff den Nothfall/ die Dörffer/ den Städten/ und diese hinwiederumb den Dörffern wie ein jedweder eingesessener in den Aembteren und Gerichteren/ es treffe gleich das Ambthauß / oder den Gerichts-Herren selbsten / oder einen andern/ in den Aembteren oder Gerichten gelegenen Ort an/ sonderlich aber/ wenn von einen Nothleidenden Ort schickung der ersuchung geschickt/ eusserst beyzustehen / schuldig sein. Idem *in ordinat. incend. Schwartzb. lin. Rudelst. cap. 3.* cautum.

41. Quia & plerumque incendia fiunt culpa inhabitantium *l. 3. §. 1. ff. de offic. præf. vigil.* Hinc Romæ præfecti vigilum de authore incendii exorti, ita inquirere debebant, ut omnes inhabitantes, de ejus origine examinent, & re comperta severa castigatione eos puniant. *d. l. 3. §. 1.* Hidie inquisitio hæc à Magistratu ordinario 42. fit, & plerisque in Municipiis, exorto, ob incendii metum, tumultu, dominus istarum ædium certa mulcta coercetur, si vero campana signum datur, wann die Brand-Glocke gezogen wird/ du- 43. plicata imponitur pœna, quibusdam in locis, quot ictus campana sonat, tot florenos exsolvere tenetur pater familias, cujus ob negligentiam incendium obortum est. Et valet regula, quod probato in- 44. cendio fundata sit intentio damnum passi actoris, contra patrem familias inhabitantem, cui incumbit onus probandi, absque sua culpa incendium ortum fuisse, atque secundum hanc sententiam pronunciatum testatur *alleg.* SCHILT. *exerc. ad ff. 5. §. 11.*

45. Reliqua ad incendiorum materiam spectantia, quam dicit amplam, profundam, latissimam, & nodosam WESENBEC. *p. 6. consil.* 277. *n.* 43. pro instituti ratione prætermitto.

Caput V.

DE MUNICIPIORUM HORTIS EORUMQUE JURE.

SUMMARIA.

1. *Materia hortorum sæpe in Municipiis ciet lites.*
2. *Horum cura.*
3. *Hortus quid sit?*
4. *Horti & hortus an differant?*
5. *Belgicum Tuyn unde sit dictum?*
6. *Horti quotuplices?*
7. *Hortos mensurandi modus* ein Garten Landes *apud Lippienses.*
8. Schilffert *apud Susatenses.*
9. *Hortus quatenus ad rustica vel urbana prædia referatur.*
10. *Empta domo etiam hortus comprehenditur.*
11. *Fructus hortorum an sint naturales vel industriales.*
12. *Ex proprio arvo pro libitu non licet construere hortos.*
13. *Planca,* Plancken/ *sepimentum.*
 Differt à maceria & muro.
14. *Ad sepimentum horti prope agrum relinquendum est spatium 5 pedum.*
15. Jus *claudendi fundum suum,* Garten-Recht.
16. *Intellectus* l. fin. ff. fam. ercisc.
17. *Horti hactenus per longissimum tempus in propatulo jacentes etiam invitis vicinis claudi possunt.*
18. *Sepem limitaneam extra limites positam an liceat vicino propria authoritate tollere?*
19. *Consultius est, ut desuper imploretur Magistratus.*
20. *Negligens vicinus ad reficiendum sepimentum cogi potest.*
21. *Utri vicinorum in dubio incumbat refectio sepimenti intermedii.*
22. *Cujus sint fructus, in hortum vicini ex alterius arboribus decidentes de jure civili?*
23. *Mores hodierni.*
24. *Cur fructus ex ramis arborum in vicini fundum decidentes sint vicini?*

25. *An vicinus alterius arboris ramos in fundum suum prominentes succidere possit?*

26. *An liceat in proprium hortum projicere escam venenosam pro arcendis gallinis vicini?*

27. *Jure Saxonico & moribus nostris gallinis nocentibus alæ præcidi possunt.*

28. *Quando ejusmodi animalia aliena nociva occidere, liceat?*

29. *Furtum in hortis noctu commissum severius plectendum.*

30. *An ad arcendos fures liceat in horto ponere jaculum* einen selbst-Schuß.

31. *Quid statuendum de cuspidibus occultis* Fuß-Angelen?

32. *Pœna eorum, qui arbores nocendi animo petulanter cædunt.*

33. *Desuper ordinatio provinc. jur. Sax. Goth.*

34. *Delictum gravius est, quod animo nocendi, quam lucri faciendi causa committitur.*

35. *An & decimæ, de his, quæ in hortis nascuntur, solvendæ?*

36. *In domunculis hortorum non recipiendi hospites sine præscitu Magistratus.*

1. Qui politiam Municipiorum moderantur, compertum habent, quantæ lites hortorum ratione inter vicinos exsurgant, quarum dirimendarum vel sumptuosi processus ventilantur, deputati ex Senatu committuntur, oculares inspectiones instituuntur, ac multis rixis curia sæpe perstrepit: Curam itaque Magistratus in civita-
2. tibus optima provisione extendit, si horti in pomoeriis & suburbiis tam pro ornatu, quam emolumento cum industria excolantur, & damnum illic avertatur.

3. Hortus est locus in oppido vel villa, in quo arbores & olera oriuntur; Etymologiæ ratione quidam volunt, scribendum esse *ortus* sine aspiratione, quia cuncta ad vitam necessaria illic oriuntur, recepto tamen usu aspiratio juncta est ad differentiam *ortus* participii & nominis quartæ inflexionis. Apud veteres accipiebatur hortus pro villa, quod in illis viri ad bella orirentur. Plin. *lib. XIX. cap.* 4.
Quidam volunt statui differentiam 4.
inter *hortos* in plurali, & *hortum* in singulari, *illum* dicebant, ubi olera & quævis herbæ sativæ, quibus vescimur; *Hos* qui arboribus consiti vel voluptatis causa comparati sunt. Valla. *lib. III. cap.* 9.
Belgis est Tuyn, Westfalic. Tuhn- 5.
Zaun/

Zaun/ quod proprie est sepimentum ex lignis dentatis, hinc Zaun-Pfähle / Zaun-Stecke/ à Zahn *dens.*

6. Alii sunt horti domibus adjacentes, quos vocamus ein Hoff hinter dem Hause/ alii extra portam siti, qui nomine Hoff usu nostro vulgari non veniunt, sed simpliciter ein Garte/ vocantur; Sunt adhuc alii horti olitorii, Kraut- und Küchen-Gärten / in quibus variæ leguminum species habentur, alii promarii Obst- und Baum-Gärten / alii florum Blum-Gärten &c.

7. Dimensuratio hortorum fit apud nos secundum certam repartitionem, quam vocamus, ein Garten-Landes/ quæ sex perticas cum quadrante, vel juxta arithmet. decimalem 625. (2. continet, ita ut 16. partiones hortenses Garten-Landes constituant. jugerum, einen Morgen-Landes. Susati in vicinia nostra dimensuratio

8. fit secundum partes quas vulgo vocant Schilfert / quod verbum derivatum & corruptum volunt à Schillingwert/ ut de qua pretium nummi ein Schilling pensitare solitum fuit.

9. Ex prædictis jam constat, quod hortus ad prædia urbana referatur, si ædium commoditati inservit, secus est, si in eo nascuntur fructus venales, tunc enim ex alia patris fam. destinatione ad rustica recensendus. *l. Urbana* 198. *ibique* GODDÆI *ff. de* V. *S.* CÆPOLL. *de servit. urb. cap.* II. *n.* 4. ZOES *ad ff. tit. de servit. n.* 24. FRITSCH. *dissert. de jure hortor.* §. 4.

Empta vel alio modo acquisita domo, simul & hortus comprehenditur, si modo est paratus ad usum domus, cæteroquin secus est, & si per domum ad eum habeatur aditus *l.* 12. *ibique Dd. ff. de servit. præd. Urb.* 10.

Fructus hortenses quidam numerantur ad industriales, quidam ad naturales, ad prius genus reducunt olera, & legumina, in hortis consita, ut quæ sine singulari cultura & industria non proveniunt, ad posterius genus referuntur arbores fructiferæ, ut quorum fructus nulla vel exigua saltem cultura adhibita proveniunt *l.* 8. *ff. de servit. l.* 45. *ff. de usur.* MENOCH. *de arb.* 7. *Quæst. l.* 2. *cent.* 3. 210. *n.* 2. GRYPH. *Oeconom. legal. lib.* I. *cap.* 17. *n.* 176. FRITSCH. *d. tract. de hort.* §. 14. 11.

Non ex omni arvo hortis Municipiorum adjacente hortos construere licitum est, iis ut plurimum 12. locis, ubi horti sepiuntur, eam ob rationem, ne pastura communis impediatur, in cujus præjudicium non licet partem agri sepimento clau-

claudere & pasturam universitatis diminuere, MEURER. Jagd- und Forst-Recht *part.* 2. Das keiner zu Schmälerung der gemeinen Weide/ ihm selber ein Guth beschliessen/ und mit einem Zaun zum Garten - Recht machen könne.

Sepimentum agrorum & hor-
13. torum vel fiebat per infixas plancas, quæ vox à PLINIO usurpata, hinc nobis Plancken / id est eine Wand von Brettern. Romanis paries craticius & concraticius est qui fit ligneis cratibus insertis sive asseribus arrectis transversisque, in modum cratis, unde mentio fit craticii parietis *in l.* 52. §. 13. *ff. pro soc.* Et differt à maceria, quæ est paries lapideus saltem ex parte, cujus quatuor species recenset VARRO *de re rustic. lib. I. cap.* 14. Ex lapide cæso, è lateribus coctis, ex terra, & lapillis. *Murus* vero est, qui cæmento sine calce constat *l.* 157. *ff. de V. S.* SCHILT. *ad ff. Exerc.* 20. §. 62.

Ergo licet quis suum pleno jure
14. dominii possideat, & regulariter in eo quis ædificare possit, licet & alteri noceatur, *l.* 24. & 26. *ff. de damn. infect.* Tamen limites agri nostri in hortum formandi sepire non licet, nisi spatio relicto, quo vicinus in agro confini aratrum ambigere possit, quod jure civili est spatium quinque pedum *l. fin. ff. fini regund.* quod si jam alter sepem vel plancam nullo relicto spatio ad ambactum agro suo præfigere velit, utique damno afficit vicinum, & prohibet, ne is re sua frui possit integra, contra æquitatem naturalem & leges rei rusticæ. Non sine ratione ergo, opus est
speciali concessione, ut fundus seu 15.
ager claudi possit, vel ut dici solet, so das Garten-Recht hat; quibus hoc privilegii competit, ut ait OTTING *de limit lib. I. cap.* 10. *n.* 11. Welche Feld r Garten - Recht haben/ die darff man zu keinen Zeiten mit dem Trieb und Weid besuchen/ weil sie beschlossen Güter sind.

Nec obstat prædictæ opinioni 16.
cit. l. fin. ubi permittitur sepem figere ad prædium vicini, non relicto spatio, sed tantum ne terminus excedatur, CÆPOLL. *de servit. cap.* 40. *n.* 4. maxime cum per parietem ligneum fodiendo non fiat damnum vicino, sicut per fundamenta muri. Nam cum *d. l. fin.* terminus prohibetur excedi, non finalis & terminalis linea, sed prædictum spatium quinque pedum intelligitur, quod ad versionem aratri sufficit. SCHILT. *cit. differt.* §. 64.

Hortus autem nullo sepimento 17.
sejunctus, sed in propatulo jacens, etiam

etiam invito vicino, ſepto claudi & muniri poteſt, & quidem juri iſti tanquam meræ facultatis nunquam præſcribitur, licet per mille annos hortus ſine ſepimento fuerit. Potius iniquus eſt vicinus, qui pati non vult, ut hoc pacto rixandi occaſio tollatur; Et Magiſtratus ex officio, ſi vicini ſint rixoſi, pœnali mandato injungere poteſt, ut quilibet horti ſui partem ſepimento claudat. FRITSCH *d. tract.* §. 20.

18. Deſtructa limitanea ſepe, ſæpe ut evenit, ſi vicinus limites ſepis egreditur, wann er dem Zaun zu nah ſetzet / quæritur, an alter illam privata & propria authoritate intercidere & auferre poſſit? caſus ille æque frequenter in Municipiis accidit, ac inſula in flumine naſcitur. Et affirmative hæc quæſtio decidenda, quia quod de facto fit, de facto quoque tolli poteſt, quo facit *text. in l.* 7. §. *belliſſime* 3. *& l. ſi vitem* 22. §. *ſi ad januam.* 2. *ff. Quod vi aut clam l. ſi inter* 27. *ff. de ſerv. U. P.* ac quod in alieno fit jure poteſt intercidi *l. Quemadmodum* 29. *in princ. verſ. aliud eſt ff. ad L. Aquil.* SPEKHAN. *Cent.* 3. *quæſt.* 23. *n.* 36. *& ſeq.* STRUV. *de vind. priv. cap.* 6. *aphor.* 7. æque ac ego, ſi quis in fundo meo citra ſervitutem foderit aquæ ductum, propria authoritate intercidere poſſum *l.* 29. §. 11. *ff. ad L. Aquil.* GRACK. *de authoritat. provat. concl.* 2. *lib. III. n.* 6.

Quoniam autem deſtructione ſepimenti vicinus raro quieſcit, 19. quin potius juri ſuo prætenſo inſiſtit, ac tandem ad injurias ſi non ad verbera & tumultus aperitur aditus, hinc melius imploratur Magiſtratus, vel ſi id non fiat, quam primum is id reſciſcat ex officio per mandata inhibitoria & pœnalia, malo iſti fibulam objicit, donec per ocularem inſpectionem & prævia ſummaria cauſæ cognitione controverſia decidatur. FRITSCH. *d. tract.* §. 21. Ubi ait, injuriæ namque lites, turbæ earumque cauſæ & occaſiones ac rixæ, in Civitate maximopere ſunt præcavendæ.

Non raro quoque contingit 20. quod in ſepimento vel communi, vel quod vicinus ſolus reficere cogitur, welcher den Zuſchlag allein hat/ is nimis ſit ſegnis, tunc ad refectionem cogi poteſt, & officio Magiſtratus ſub pœna refectio ei injungenda. Ubi & alter vicinorum, qui reparationem urget, ſuis impenſis eam ſuſcipere & portionem vicini vel judicio negotiorum geſtorum vel communi dividundo repetere poteſt *l.* 4. §. 3. *ff. & l.* 4. *C. Commun. divid.* Interim ſi per incurſum pecudum ob negligentiam refectionis adjacenti horto damnum illatum, tum negligens vici-

vicinus ad reparationem damni tenebitur.

21. Sed in dubio, qua ratione sciri potest, utri vicinorum refectio sepimenti intermedii incumbat? & quidem, si illud vel ex asseribus vel ex dentatis lignis Zaun-Plancken confectum, tum inspici solet, ex qua parte clavi sint infixi, an was für eine Seite die Latten und Nägel eingeschlagen sind, tunc ejus esse censetur, onus illud, quia nemo facile permittit ut in suo hoc fiat.

22. De fructibus ex ramis arborum decidentibus in hortum vicini, notandum est, quod liceat de jure communi tertia quaque die eos colligere & auferre *l. un. ff. de glande leg. l. Julianus 9. §. 1. ff. ad exhib.* post tertium autem diem, cum putrescere soleant & pro derelicto quasi habiti, vicino cedant.

23. De moribus autem hodiernis ut & jure Saxon. hoc jus abrogatum, & fructus ex ramis mearum arborum decidentes in fundum vicini ad ipsum vicinum pertinent Land-Recht *art. 126. lib. 2.* SCHNEID. *ad §. 31. J. de R. D.* COLER. *p. 1. decis. 25.* CARPZ. *p. 3. Const. 32. def. 25.* ubi more suo tale adducit præjudicium stehen in einem Garten etzliche Obst-Bäume hart am Zaun/ also das die Zweige in eines Nachbarn Garten hangen/ und wann ihr solche Bäume schüttelt/ die Früchte von solchen Zweigen in des Nachbarn Garten fallen / so verbleiben solche Früchte nach Sachsen Recht dem Nachbarn billig/ und ihr sind dieselbe in seinem Garten auffzulesen/ und wegzunehmen nicht befugt &c. Ratio quia arbor ex
confinio in vicini fundum radices agit, & ex eo naturale suum alimentum habet, nam ex observationibus physicis extensio ramorum & radicum fere eadem esse solet. Tum & rami in fundum nostrum propendentes umbra sua nobis nocent. 24.
Si Dominus arboris tam est iniquus, ut vicino fructus dictos den Uberhang permittere nolit non tamen inde vicino competit jus ramos succidendi, quia arbor est, & manet ejus, cujus in fundo stat. Officio ergo Magistratus isto casu injungenda est præstatio fructuum, ut rixæ & querelæ inter vicinos procaveantur, atque sic judicatum tradit FRITSCH. *cit. tract. §. 32.* Succisio ista ramorum quæ fit privata authoritate, perquam est odiosa, multas ciens rixas, hoc cum primis ævo, in quo omnis charitas refriguit, ac rarissima inter vicinos est concordia, ergo tutius pertinacia vicini, authoritate judicis coerceatur. Hinc nec licebit radices, quas vicini arbor in meum fundum porrexit, recidere *l. 6. §. 2. ff.* 25.

ff. arbor. furt. cæsar. Magon. *lib. IV. miscellan. cap. 7.*

26. Quæritur an liceat mihi hortum meum defendere à nocentibus gallinis vicini, projiciendo escam venenosam? Negatur. Quia animal alienum saltem abigere licet, sed ut suum; id est sine damno dato, alias ex lege Aquilia abigens tenetur. *L. quintus 39. §. 1. ff. ad L. Aquil.* Nec etiam in suo quisquam aliquid facere debet animo nocendi alteri *l. qui vias 31. princ. ff. de damn. infect.* Panormit. *in C. si quis 2. n. 2. X. de Injur.* Boer. tamen gallinas in horto inventas de consuetudine occidi posse testatur, *in Consuet. Bituric. tit. 10. §. 5.* Multa sane dantur jura singularia & localia à Romano multum ex-

27. orbitantia. Jure Saxonico, quod & in hoc passu aliæ German. provinciæ sequuntur, gallinis in horto alieno nocentibus alæ præcidi possunt, ipsæ autem occidi non debent. Weichbild. *art.* 120. ubi habetur: Fliegen Hüner in eines anderen Mannes Hauß (oder Garten) und thun sie ihm Schaden/er mag sie begreiffen/und ihnen Fittich abhauen/und mag sie wieder heim senden. Refert Fritsch. *de dissert. de hort. §. 35.* Theologum quendam, eo, quod venenum gallinis vicinorum involantibus proposuerat, multorum reprehensionem incurrisse, magnaque incommoda & lites sustinuisse.

Sane si vicinus in sepiendo tam est negligens & authore etiam Magistratu monitus ejusmodi volatilia domi suæ non retinet, atque inde vicinus continuo incommodo submittitur, jus interficiendi talia animalia ipsi non denegandum Zobel. *differ. Jur. civ. & Saxon. part. 4. diff. 10. num. 3.* quia damnum hoc ipsius culpa datum, sentire non intelligitur. 28.

De furibus hortensibus & infra *hoc libr. Cap. 34. in fine* mentio injecta, quod extraordinaria leviori pœna plectendi sint. Noctu tamen commissum in hortis furtum severiorem castigationem exigit quia nocturna surreptio animum plane malignum arguit, adeoque nullam excusationem admittit, ut & proditoribus ejusmodi fures æquiparentur, quo facit *art. 167. Const. crim. Caroli V.* tempus enim delictum aggravare exploratum est. *l. aut facta. ff. de pœn. l. furem. ff. ad L. C. de sicar.* Querula experientia testatur, quantum sæpe exacerbati sint cives in ejusmodi fures, nullo fere remedio coercibiles, cujus occasione crebra obvenit quæstio, an liceat jacula in hortis ponere, quibus fures nocturni se ipsos levi attactu perimunt, vul- 29.

(Margin number 30 beside "ff. ad L. C. de sicar. Querula ex-")

go ein Selbst-Geschloß dicta. Et dicendum, illud non licere; pœna enim illa utpote nimis insidiosa, cum surreptione commestibilium, pomorum, pyrorum, cerasorum, &c. item olerum proportionem nullam habet; Cum sufficiat, rapaces feras, ursos, vulpes, lupos, hisce instrumentis in-
31. terimere. Sed pedes furum cuspidibus occultis coërcere, quod vocamus Fuß-Angelen legen/ nemo ubi furta hortensia familiaria sunt, licitum esse ambiget, nec usus pœnam hanc privatam improbat, maxime, si quis minas præmiserit, & fures sciverint, ejusmodi dirum quid ipsis imminere, tunc damnum sua culpa sentiunt, vid. FRITTCH. *Tract. de jur. hort.* §. 42.
32. Ii, qui hortos & arbores nocendi animo petulanter cædunt, severiorem merito pœnam luunt, de qua *Const. Elect. Saxon. p. 4. Const. 37.* CARPZ. *pr. crim. p. 2. quæst. 83. n.* 7. quæ Constitutio habet: Diejenige/so tragende oder fruchtbahre Bäume abhauen mit Schelen/oder auch in andere Wege verderben / sollen den Wehrt solcher Bäume bezahlen/und dazu für jedem abgehauenen oder verderbten fruchtbahren Baum demjenigen/so er zugestanden/dreyssig Schilling-Pfennig / &c. verbüssen / &c. *Ordinat. provinc. Saxo-*

Gothan. p. 2. cap. 3. tit. 26. ha- 33.
bet: Würde jemand einen Obst-Baum oder Weiden/dem andern zu Schaden / muhtwilliger weise/ abhauen / der sol/ so offt es geschiehet/mit dem Gefängniß gestraffet/ und da er das mehr / denn eins überführet/letzlich des Landes verwiesen werden. nec immerito:
Delictum enim malitia augetur, 34.
adeoque magis excusandus est fur, qui sui amore ductus alteri, quod sum est, aufert, quam is, qui ex odio & nocendi cupidine, alii damnum infert. Alter ex illicito lucri appetitu, alter ex damnata malitia, ac ideo gravius peccat; Is si haberet, quod appetit, manus cohiberet ab alieno, sed jam cum metu non sua concupiscit. Huic nihil deest, quam expletio petulantis animi, & damnosa insolentia, qui scit se male agere ex mera saltem malignitate.

Quærit FRITSH. *alleg. Dissert.* 35.
§. 46. An etiam decimæ solvi debeant de his, quæ in hortis nascuntur? Et affirmatur ex COEPOLL. *de servit. urb. præd. cap. 76. n. ult. per. cap. quicunque & cap. omnes decimæ X. de decim.* Pro modo, quatenus decimandi ratio ex consuetudine locorum introducta est.

Cives in domuncuis hortorum 36.
suburbanis pro lubitu hospites sine

præ

præscitu Magistratus recipere non possunt, is enim scire debet, quales homines sint in Civitate ejusque pomœriis, neve fures latrones, & malæ notæ homines recipiantur, desuper tradit *ordinat. Gothan. p. 2. cap. 3. tit. 27.* In die Garten-Häuser soll niemand / der nicht das Bürger- oder Nachbahr-Recht des Orths hat/ohne sonderen der Obrigkeit vorbewust gesetzet werden.

Caput VI.

DE MUNICIPIORUM JURE AUXILIARI IN CAUSIS MATRIMONIALIBUS CIRCA SPONSALIA.

SUMMARIA.

1. *Causæ matrimoniales proprie ad Municipales non spectant.*
2. *Cur causæ matrimoniales etiam apud Principes Protestantes ad jura Episcopalia referantur?*
3. 4. *Quando cognitio causarum matrimonialium ad Magistratum Politicum referatur?*
5. *Matrimonium unde dictum?*
6. *Matrimonium unde dicatur?*
7. Ehestand / *unde?*
8. Ehe / *quid veteribus Germanis?*
9. *Molestia matrimonii,* Wehe-Stand. *Dictum M. Numidii, Censoris & Socratis.*
10. *Matrimonium, quid sit?*
11. *Liberi sunt seminarium generis humani.*
12. *Cœlibatus pœna.*
13. Hagestoltzen.
14. *Matrimonii excellentia.*
15. *Dicta contra matrimonium.*
16. *Excusatio Hieronymi contra matrimonium scribentis.*
17. *In matrimonium calumnia Saturnini.*
18. *Matrimonia ut promoveantur, Magistratus operam dabit.*
19. *Sponsalitiæ promissiones non clam & privatim fieri debent.*

20. *Infausta sunt matrimonia, sine deliberatione inita.*
21. *Honesta publice tractanda sunt.*
22. *Quod rite conjungitur, Deus conjunxit, quod secus, Diabolus.*
23. *Uxor an sequi teneatur maritum relegatum & bannitum?*
24. 25. *Ex clandestinis sponsalibus lerna malorum.*
26. *An neganti clandestina sponsalia, sit deferendum juramentum?*
27. *Quid, si quis impraegnaverit duas sponsas, cum quarum una celebravit clandestina, cum altera publica sponsalia, ubi & prior interfuit sponsalibus posterioribus?*
28. *Magistratus quilibet Christianus probibere debet id, quod Ecclesiam, Rempublicam & oeconomiam turbat.*
29. *Magistratus recte animadvertit in illos, qui mala inter desponsatos seminant.*
30. *Susurrones, ac diaboli emissarii.*
31. Ehe-Teufel.
32. Poena *turbatorum maritalium à Gothorum Rege dictata.*
33. *Parentes rogati, si consensum in honestas nuptias liberorum dare nolint, quid liberis faciendum?*
34. *An parentes causas dissensus sui dare cogantur?*
35. *Quando Magistratus loco Parentum consensum ad nuptias largiri debeat?*
36. *Quid de consensu impii patris?*
37. *Quid in nuptiis emancipatorum?*
38. *Constitutio Electoris Saxoniae, & Clivo-Marcanae.*
39. *Si inter tutores & propinquos non convenit de consensu, quid statuendum?*
40. *Magistratus parentes duos & morosos commovere debet.*
41. *De patribus refractariis. Theologorum judicium.*
42. *Pracavendum à Magistratu, ne parentes authoritate sua abutantur.*
43. *Copulationes, quae fiunt per vetulas. Lenones Diaboli Diaconi.*
44. *Pro honestate desponsationum convenit, ut Magistratui prius denuncietur.*
45. *Promissio matrimonii est res maximi momenti.*
46. *Salus & vita hominis est ab alea matrimonii.*
47. *Cum deliberatione agendum est quod postea mutari nequit.*

48. *Deſponſati à contractu, ſi leviter reſiliant, quid ibi Magiſtratui agendum?*
49. *Sponſalia mutuo diſſenſu diſſolvi nequeunt.*
50. *Ejus rationes.*
51. *In ſponſalibus plus eſt, quam contrahentium conſenſus.*
52. *Invitæ nuptiæ difficiles ſolent habere exitus.*
53. *Mundus muliebris, apparatus nuptiales.*
54. *Ordo eſt entium Magiſter. Intereſt Reipublicæ, locupletes habere cives.*
55. *Impendia nuptiarum,* Braut-Wage.
56. Ausſteur / *jocalia.*
57. *Quodnam in iis Magiſtratus officium?*
58. *Veſtes nuptiales cum dote in collationem veniunt.*
59. *Dos congrua conſtituenda.*
60. *Parentes, ut de jure ſuo circa reſcindenda ſponſalia quid remittant, à Magiſtratu monendi ſunt.*

1. Dantur quidem Municipia ſeu civitates mediatæ, Principibus ſubjectæ, quæ de cauſis matrimonialibus cognoſcunt, ut docet, & in Civitatibus, Brunsvicenſi, Roſtochienſi & Stralſondenſi, exemplificat MEV. *ad jus Lub. lib. I. tit. 4. n. 43.* interim quæ hocce capite notantur, non de regulari quodam & proprio Municipiorum jure, utpote quæ cum his nominatis in pari non ſunt conſtituta gradu, ſed ut rubrum hujus materiæ ſonat, de auxiliari & ſubordinato quodam jure accipienda ſunt, quia notum eſt, judicia matrimonialia inter ſupræma judicia cenſeri, *conſil. Argent. 50 n. 36.*

2. Cauſæ autem matrimoniales ideo ad jura Epiſcopalia & Conſiſtorialia Principum Proteſtantium adhuc referuntur, non quod matrimonium pro ſacramento habeatur, quale in Novo Teſtamento inſtitutum non reperitur. Sed dicti Status Imperii ideo hoc paſſu canones ſequuntur. (1.) Quia originem habet ex jure Divino. (2.) Ex eo etiam habet formam (3.) Quia matrimonium carnale deducit in meditationem conjugii ſpiritualis, quod eſt inter Chriſtum & Eccleſiam. (4.) Quia in jure Canonico præprimis de matrimonio actum. (5.) Multæ circa id oriuntur quæſtiones, in quibus plus conſcientiæ, quam ſcientiæ reperitur. WEBERUS *de Conſiſt. cap. 27. ſect. 18.* BRUNNEMAN.

MANN. *de jur. Eccles. lib. III. cap.* I. §. *16.* Quibus addi poteſt (6.) Quia cauſæ matrimoniales ſunt maxime arduæ, & criminalibus comparantur, ZAS. *conſ.* 3. *n.* 27. *lib. II.* Ad cognitionem autem
3. Magiſtratus politici refertur, ſi cauſa circa matrimonium incidens eſt ſecularis, v. g. ſi deſuper incidat lis ſuper quæſtione ſtatus, ubi hic punctus præjudicialis ad Magiſtratum urbanum remittendus aſſeritur à MEV. *p. 3. deciſ. 280.* in cauſa Burgemeiſter und Raht der Stadt Stralſund / cui adſtipulatur ASIN. *prax. jud.* 2. §. *1. cap. 151.*
4. & AFFLICT. *deciſ.* 219. *n. 5.* Vel etiam, quando quæſtio ratione matrimonii nihil ſpiritualitatis habet, ſed in facto conſiſtit, MENOCH. *retin. poſſ rem 3. n. 325* GAIL. I *Obſ. 38. n.* 8. Veluti ſi quæritur, an matrimonium revera ſit contractum, COVARRUV. *de matrim. p.* 2 *cap.* 8. §. 12. *n.* 10. Item ſi ſuper poſſeſſorio, veluti de poſſeſſione matrimonii ob conjugem thoro expulſam interrupta redintegranda litigetur, *C. cauſam x. qui filii ſint legit.* TESSAUR. *deciſ.* 116. *n. 4.*

5. Matrimonium à quibusdam dicitur quaſi mater omnium VACON. *lib.* I. *declar. 6.* ab aliis quaſi matris onus CYPRÆ. *de jure Connub. p.* 2. *cap.* I. §. *n. 7.* Alii à matre tantum AUGUSTIN. *contra Fauſt. c. 26. lib. XIX.* dictum volunt.

Ideo autem matrimonium à matre ſortitur nomen, quia mulier nubit, ut mater efficiatur GELLIG. *lib. XVIII. cap. 6.* deducit etymologiam à matris nomine nondum comparato ſed comparando. GREGORIUS *IX. Papa* inde derivat hoc nomen, quod magis matrimonium, quam patrimonium dicendum, quia infantes, magis materno, quam paterno ſolatio indigent, matrique ante partum ſunt oneroſi, in partu doloroſi, & poſt partum laborieſi. C. *ex literis* 2. *& de Converſ. infidel.* vel etiam quia mater ſemper certa, pater incertus eſt SANCHEZ. *de matrim. proem. n.* 4. 6.

Ejusque vernaculum Eheſtand quaſi Erſteſtand / Einſtand / dictum volunt, quia eſt duorum in unam carnem conjunctio GERHARD. *de conjug.* Ehe quoque veteribus Germanis idem erat, quod pacta & leges, hinc vetus teſtamentum vocatur die alte Ehe / hinc Eheſtand / quaſi mutua pactio, ſæpe & dicitur Weheſtand. Cum ſit Matrimonium ſuavis cantus, ſed durum habens epiphonema. Metellus Numidius Cenſor, cum populum ad Matrimonia adhortari vellet, dixit: Si ſine uxoribus poſſemus, Quirites, eſſe, omnes ea moleſtia careremus, ſed quoniam ita na-

natura tradidit., ut nec cum illis ſatis commode, nec ſine illis ullo modo vivi poſſit, ſaluti perpetuæ potius, quam brevi voluptati conſulendum eſt. AUL. GELL. Socrates rogatus ab adoleſcente, utrum melius cenſeret, uxorem ducere, vel non, utrumque inquit, ſi feceris pœnitebit, BRAS. *lib. VII.* Matrimonium ambiunt liberi, damnant capti. LIPS.

10\. Eſt veluti elementum mundi & ſeminarium generis humani ARIST. *de œconom. lib.* I. *c.* 3. Imo artificium quoddam introducendi mortalitati immortalitatem ut ex filiorum procreatione renovata maneant genera *ut ait Imperat. in novell.* 22. *in præfat.*

11\. Euripides quidem dixit bonum eſſe incognitum carere liberis. Seminarium autem hoc generis humani ſanctum, ſi conſideremus, & quod vir & uxor, niſi liberis initientur, firmiſſimis corporum vinculis non cohæreant. FAB. *declam.* 1. non injuſte olim cœlibes ignominia & contumelia affecti ſunt

12\. GOEDD. *ad l. ſpadonum* 178. *ff. de V. S.* Tales apud Spartanos privabantur eo honore, quem juniores ſenibus exhibent; unde Dercyllidæ quantumvis præclaro Duci, cui accedenti juvenis quidam loco non ceſſit, quia inquit, tu non genuiſti, qui mihi aliquando aſſurgere poteſt PLUTARCH. Jure veteri Romano ex civium teſtamentis nihil capere potuerunt. SOZOM. *lib.* I. *c.* 9. Sic in Palatinatus ditione Odenwalt ii qui exceſſerunt XXV. annum ætatis, cœlibatumque profeſſi, dicuntur Hagenſtoltzen/quorum bona poſt mortem devolvuntur ad fiſcum, SCHÖNBORN. *polit. lib.* I. *cap.* 6. 13.

Nihil itaque in rebus mortalium perinde venerandum eſt, atque matrimonium, quippe ex quo liberi omnisque deinceps ſobolis ſeries exiſtit, quod regiones & civitates frequentes reddit, unde denique optima reipublicæ augmentatio fit NOVELL. 140. *princ.* Et magnum ſane excellensque donum à Deo creatore ad mortales promanavit, matrimonium, non modo enim naturæ mortis ingluviei obnoxiæ opem fert, humanoque generi perpetuitatem elargitur, id dum ab illa depaſcitur, non omnino deperire ſinens, verum etiam per liberorum procreationem per magna alioqui hominum vitæ præſtat NOVELL. *Leon.* 26. *in princip.* Tolle de Eccleſia honorabile conjugium, & thorum immaculatum, nonne reples eam concubinariis, inceſtuoſis ſeminifluis, mollibus, maſculorum concubitoribus & omni denique genere immundorum, BERNHARD. *ſerm.* 66. *ſuper* 14.

15. *Cantic.* Non obstante, quod in
contrarium scribit HIERONYMUS,
facundiæ nomen, & summa in o-
mnibus artifex CAUSIN. *lib. XV.*
de form. sacr. eloquent. dum contra
Jovianum ait: Si bonum est ut
ait S. Paulus mulierem non tan-
gere, nihil enim contrarium est
bono, quam malum. Item: re-
cte sancitis, quod non expediat
homini ad cœlorum regnum ten-
denti, accipere uxorem. Idemque:
Nuptiæ terram replent, Virginitas
paradisum. Qui in carne sunt,
Deo placere non possunt; porro
dicit Apost. Johannem, quia uxo-
ratus non fuerit, ideo ipsius Evan-
gelium cætera superare, & instar
Aquilæ, altum petere, subdens, ex-
posuit virginitas, quod nuptiæ sci-
re non poterant. Et post, quod &
nuptiarum fructus mors sit, fru-
ctus autem sanctificationis, qui vel
ad virginitatem, vel ad continen-
tiam pertinet. Nominatque tan-
dem conjugatos vasa ad contume-
liam spectantia. *d. tract.* Nam in
apologia sua se excusat, quod ea,
quæ impertinenter, de matrimo-
nio scripserit, dicta sint gymnasti-
ce, id est exercitii causa, non autem
dogmatice. Gravius autem in
17. hoc impegerunt quidam ex profa-
nis, inter quos Saturninus docuit,
mulierem totam, viri vero infe-
riores partes ab umbilico, plasma
& fornicationem diaboli esse,
ideoque utentes conjugio Satanæ
opus implere. EPIPHAN. *lib. I.*
tom. 3. hæres. 45. Sed ipsa marri- 18.
monii dignitas ejusque Divinum
institutum has refutat calumnias.
Ideo & Magistratus operam da-
bit, ut & matrimonia in Munici-
piis promoveantur, debito & lici-
to modo.

Curandum ei imprimis, ut 19.
sponsalitiæ promissiones, non clam
& privatim, sed adhibitis ad mini-
mum duobus testibus honestis &
fide dignis fiant. Et quidem præ- 20.
habita deliberatione, cæteroquin
quadrat monitum illud Gallorum:
Qui en hate se marie, à loisir se re-
pent. Et prout Itali ajunt. *Nelle*
cose di matrimonio bisogna misurar cen-
te volte e tagliar una. Id est, in cau-
sis matrimonii centies mensuran-
dum, antequam semel succidatur.
Honesta enim publice debent tra- 21.
ctari, non in angulis, & qui male
agit, fugit lucem. *Argent. cons.*
53. num. 21. vol. 1. demum con-
junxit Deus, quod rite & honesto
modo jungitur, quod secus, Dia- 22.
bolus. CORAS. *Miscell. lib. I. cap. 17.*
num. 10. in fin. Argent. cons. 51.
num. 23. vol. 1.

Cum hæc conjunctio indivi- 23.
duam vitæ consuetudinem inferat,
quæritur, an uxor teneatur sequi
maritum relegatum, vel banni-
tum?

tum? Quod tum demum affirmatur, ſi id ratio domeſtica, utilitas liberorum, honeſtasque uxoris admittat. Et ſi illis ita poſitis uxor maritum ſequatur, non fit particeps delicti & pœnæ dictatæ viro. MEV. *ad jus Lubec. lib. I. tit. 5. art. 10. n. 61. ubi n. 68. refert.* contigiſſe ut maritus ad ultimum ſupplicium damnatus effracto carcere effugeret, ortam inde quæſtionem an uxor jus habuerit divortium petere? pro cujus affirmativa judicatum fuiſſe, additis docet rationibus *num. ſeqq.*

24. Clandeſtina & furtiva ſponſalia eſſe materiam ſummorum malorum, aſſiduarum rixarum, contentionum, perjuriorum, ac cædium, & ſæviſſimam peſtem, & turbationem Eccleſiæ & rebus Civilibus inferre, adeoque tanquam Lernam malorum omnium damnanda eſſe docet LUTHER. *in Gen. cap.* 24. *& ex illo* COTHMAN. *conſ.* 1. *num.* 223. *vol.* 1. Et oriri inde
25. divortia, adulteria, incertitudinem prolium, repleri Rempubl. malis hominibus & corrumpi paulatim totam ſocietatem Politicam OLDENDORP. *Claſſ. 6. act.* 26. *&* 6.

26. Ubi quæritur *primo*: An neganti clandeſtina ſponſalia poſſit juramentum deferri? Ad quam ita reſpondet CYPRÆUS *de ſponſalib. cap.* 10. §. 6. *n.* 2. Video ICtis & Theologis noſtris hanc placuiſſe diſtinctionem, ut ſiquidem actor teſtem habeat neminem, neque ſcripturam aut alia documenta, quibus intentionem ſuam probet, nec præſumtio vel ſuſpicio aliqua ſit pro matrimonio, qua reus gravetur, reum abſolvendum eſſe, etiam nullo juramento præſtito *p. l. qui accuſare C. de edend. C. ſi quis* 30. *q.* 5. Tum &, quia operam rei illicitæ dederunt ita contrahentes, atque ideo æquum non eſt, ut ejus rei veritas jure jurando extorqueatur. GERHARD. *loc. de conjug. num.* 145. Secundo quæro: Si juvenis 27.
quidam puellam ſibi, deſponſarat, nullis tamen adhibitis teſtibus, eamque poſtea imprægnat, & aliquo interjecto tempore, cum alia puella publica celebrat ſponſalia, quam & ſimiliter imprægnat, prior illa ſponſa ſponſalibus illis interfuit, nec verbulo contradixit, aut de jure ſuo proteſtata eſt, donec ex intervallo ſe ſentiret gravidam, poſcit itaque compreſſorem in maritum, renititur vero ſponſa poſterior, quamnam ex duabus iſtis imprægnatis ſponſus ducere teneatur? Quamvis pro poſteriori ſponſa militare videatur *l. pacta C. de pact. l* 7. §. *adeo autem. l.* 57. *ff. eod. C. ex literis X. de Matrim. contr. interdict. Eccleſ. contr. nec non l. pactum.* 46. *in fin. ff. & l. ſi quis*

39. C. *de Episc. & Cler. c.* 1. *caus.* 39. *q.* 5. *C. nullus d. q.* 5. C. *quod nobis* 2. *& seq. de Clandest. despons.* Pro priori tamen concludit tanquem deserta NEBELKEN. *decis.* 14. *per text. in C. veniens* 15. *X. de sponsal.* C. 30. *&* 31. *eod. tit.* CO-
28. LER. *decis.* 3. *p.* 1. Tanto magis itaque Magistratus Municipalis, quantum in illo est, hæc prohibere debet: Magistratus enim quilibet Christianus ex officio prohibere debet, quicquid Ecclesiam Remp. atque œconomiam inquietare solet. ARGENTORAT. *concl.* 34. *n.* 86. *vol.* 1.

29. Magistratus etiam Municipalis in illos, qui inter desponsatos mala ac sinistra quæque effutiunt, seriose animadvertere possunt ac debent; De quibus susurronibus ac diaboli emissariis post LUTHER. *lib.* 1. *de caus. matrim. tom.* 5. sic
30. scribit, GERHARD. *in loc. Theolog. de conjug. n.* 113. Convincenda est puella, quæ corrupta esse dicitur: Nam in hoc casu solis suspicionibus aut conjecturis niti, vel hominum maledicorum sermonibus qui puellam traducunt id nec Deo placet, nec æquitati congruum est. Diabolus enim sæpe pravis suspicionibus, & virulentis linguis nuptias disturbavit, & ubi disturbare non potuit, suspicionibus animos desponsatarum personarum abalienavit &c. De quibus susurronibus recte ille: Os susurronum, diaboli assectarum, est armamentarium Satanæ, à quo arma promuntur, quibus liberi in parentes, fratres in sorores, mariti in uxores, sponsi in sponsas, cognati in cognatos utuntur; Atque istud quidem subtili fit nequitia, audies enim susurrones, qui dicant: Obsecro te, cave dixeris hoc tibi à me dictum, ne res innotescat; Ego certe sub rosa tibi hæc velim narrata: Quod si alii hoc rescirent, ea res mihi fraudi foret, negatemque me talia unquam dixisse. Ideo ille qui ejuscemodi prunas à susurrone accepit, clauso eas servat pectore, atque hinc immortalia odia, clandestinæ simultates &c. Hoc omne malum à susurronibus est; Ita flare solent diaboli folles, hoc flatu concitatur ignis. Sed & alium audias susurronem, qui ubi plurima mentitus, dicat nihilominus non audere se omnia dicere, vix rerum dimidiam partem à se recensitam, admiranda magis ab aliis audienda. En avem incendiariam, ut prunas subjiciat moliendo incendio. DREXEL. *in Phaeton. cap.* 52. *n.* 5.

Hos inquam hostes clancula- 3
rios ordinationis divinæ & à diabolo ablegatos, quos vulgo **Ehe-Teufel** recte dicimus, Magistratus

tus Municipalis ſevere cohibere & pro modo culpæ arbitrarie coercere poteſt.

32. Turbatores pacis maritalis Athalaricus Rex per edictum ita puniendo ſtatuit, ſi quidam in alienos thalamos doloſa machinatione quid præſumpſerint, facultatum ſuarum media portione priventur, ſtatim fiſci juribus applicanda, quod ſi pauperes ſint, exilio mulctentur, Cass. *lib. IX. variar. Epiſt.*

33 Itemque, ſi parentes rogati & requiſiti conſenſum ſuum in nuptias aut deſponſationes liberorum honeſtas dare nolunt, illo caſu liberi, antequam hoc negotium ad ordinarios cauſarum matrimonialium judices devolvatur, rem ad proximos agnatos, deinde ad Eccleſiæ miniſtros deferre debent, ut docet, Gerhard. *d. tract. n. 90.*

34. Caſu hoc quæri ſolet, an parentes diſſenſus ſui cauſas teneantur proferre? Affirmat Philippus Melanchton. *loc. de conjug.* ubi ad officium judicis remittit, ut conſidet, an & quomodo parentes habeant probabilem cauſam refragandi, vel ſecus. Negarur tamen rectius, quia parentibus ſufficit, quod liberi habeant mandatum de honorandis parentibus Gerhard. *de conjug. n. 89.* Cypræus. *cap. 6. §. 4.* Bidemb. *de cauſ. matrim. c. 11. q. 1.* Carpz. *lib. II. jurisp. conſiſt. tit. 3. deſ. 53.*

Si tamen filii contracturi nuptias, parentes de aſſenſu reverenter primo rogarint, poſtea Magiſtratum tanquam communem parentem adierint, ut eos ad conſentiendum, aut veniam contrahendi dandum, authoritate ſua compellant, tum duros iſtos parentes obſequio illo à filiis præſtito, aut aſſentiri nuptiis, aut prægnantes cauſas diſſenſus dare, teneri ſtatuit Mev. *ad jus Lubec. lib. I. tit. 4. art. 2. n. 10. & ſeq.* Quem ordinem etiam pulcherrimum appellat Beust. *de matrim. c. 46.* Heig. *p. 1. quæſt. 22. n. 69. & ſeq.* (2.) Quær. an & patris impii, ebrioſi, prodigi &c. conſenſus requiratur? Reſp. quod lex divina de honorandis parentibus nullam faciat diſtinctionem; Et licet impius tamen pater eſt. *Novell. 12.* Imo conſenſus patris, qui filiam expoſuit & tollere noluit, requiritur, *l. patrem. 16. C. de nupt.* Labanis inſignis veteratoris & idolatræ, conſenſum tamen in Rachele ſibi elocanda Jacobus requirit *Gen. 29. 19.* 35. 36.

Quær. (3.) an in nuptiis majorennium emancipatorum, qui jam ſui juris ſunt, parentum conſenſus requiratur, quod licet de

jure civili ex *l. 25. ff. de rit. nupt. vid. C. de nuptiis* non necessarium. Theologi tamen & Consistoriales omnino hoc affirmant, CARPZ. *Consist.*
38. *lib. II. def. 49.* per Constit. Saxon. omne ætatis discrimen excludentem, Es sollen sich keine Kinder/ Söhne oder Töchter / wes Alters sie sind/ohne Vorwissen und Einwilligung ihrer Elteren verloben, Cui adstipulatur Constitutio Ecclesiastica Clivo-Marcana *tit.* von Ehe-Sachen. §. *142. & seqq.* Novissimis hisce Constitutionibus cautum est, tutorum etiam consensum adhibendum, daß hinführo niemand / ohne ausdrücklichen Consens und Bewilligung des Vaters und der Mutter / oder wenn nach Absterben der Eltern/ die Kinder noch minderjährig sind/der Vormünder Pfleger und Curaturen / in den Ehestand treten/ &c. ubi quæritur (4) Si in-
39. ter tutores & matrem atque propinquos de eligendo futuro marito non convenit, quid statuendum? Resp. hic iterum vel Magistratus, *l. 1. C. de nupt.* adeundus, vel Consistorium implorandum, CARPZ. *d. Tr. lib. II. def. 48.* Quia autem non est virginalis pudoris, has controversias ad judicem deferre, ex circumstantiis hic inter propinquos judicandum, quandoque enim mater, quandoque tutores rectius sentiunt & consulunt, in dubio tamen matris consilium prævalet, GERHARD. *d. loc. n. 98.*

Quibus in contingentibus Magistratus Municipalis bene aget, si 40.
& suam operam tali piæ rei interponat, patremque durum, morosum & detrectatorem officii sui, etiam comminatione quadam commoneat. De quibus refractariis patribus LUTHER. *Tom. Jen. 5. German. lib. de caus. matrim. col. 254.* in hæc verba scribere notat GERHARD. *d. n. 90.* Ehe ich wolte 41.
solchen Bäurischen Muhtwilligen in väterlicher Macht leiden von solchen groben Lützen / wolte ich lieber rahten / und den Kinderen heissen / sich hinter solcher Väter Willen zu verloben/ denn väterliche Macht ist ihnen von Gott gegeben/ nicht zum Muhtwillen/ noch zum Schaden der Kinder. Et alibi idem ait.: Es ist ein teuff- 42.
lisch Recht/ die Kinder zur Ehe zu zwingen / da kein Hertz ist. Quam durum non est, liberos in nuptias à quibus abhorrent, conjicere: parentes abutentes tali modo imperio & jure suo, quod in liberos habent, tyrannidem exercent, & peccant in leges, quas ut domesticus Magistratus, servare deberent, SENECA *de benef. lib. III.* Ea de causa præcavenda est à Magistra-

ſtratu nullitas, quæ committitur in illis ſponſalibus, inter invitos & coactos liberos contractis: CARPZ. *ſæpe cit. lib. II. def.* 30.

43. Debet etiam Magiſtratus Municipalis cohibere copulationes, quæ fiunt per vetulas, quas nos **Kupplerey** dicimus, de quibus ita HENNING. *in lib. de conjug p. 216.* Dico, quod male conglutinavit vinum, quod temeritas, quod cœcus amor, quod male per lænas,

44. lenonesque ſuos, Diaconus conjunxit Diabolus, hoc per ſuos Magiſtratus dirimat Deus, neque enim ſentiendum eſt, eos à Deo eſſe conjunctos, qui male ſunt conjuncti; quod inprimis recte ſtatui docet GERHARD. Si perſonæ taliter contrahentes ſint ſub poteſtate patria, vel utraque, vel alterutra; Et ſi appareat, lenoniis artibus data opera id eſſe actum, ut cœco impetu, non deliberato conſilio

45. fides detur. Res enim hæc eſt maximi momenti, & maturo digniſſima conſilio, ubi locum habet, ſi uſpiam, tritum illud: Deliberandum eſt diu, quod ſtatuendum ſemel: Hoc enim puncto nimirum promiſſionis matrimonialis, tota pendet conjungendorum vita, juxta illud:

Conjugia, quibus mortalium ſunt felicia,
Illis eſt beata vita: quibus autem non recte cadunt,
Ii ſunt miſeri intus & foris. EURIP.

Et PHOCYLIDES: Quid ſuavius 46.
& melius, quam cum viro uxor & uxori vir usque ad ſenectutem amice conveniat, nec ſit contentio.

Hic ſemel jacta ſi eſt alea, commune eſt, & quidem ætatem duraturum periculum: uxorem duxiſti, habeas ut nactus, hæc ſacra non aliter conſtant, te ipſum in vincula hæc conjeciſti, quæ nemo niſi mors ſolvat, hæc ferenda non rumpenda. Quid itaque reluctamur miſeri? Quid vinculorum nodos rumpere tentamus fruſtra? Hoc certe unum agimus, ut arctius implicemur, DREXEL. *in Gymnaſ. patient. p.* 1. C. 5. §. 1.

Rupto aut laxato membro ſuc- 47.
currit chirurgus, matrimonii compede infeliciter ligata nullus invenitur medicus, ERASM. Ideoque nihil magis ſerio agendum, quam hoc, quod poſtea mutari non poteſt. HEINS.

Jus ſuum auxiliare Magiſtratus 48.
& tunc interponere poterit, ſi alteruter vel uterque contrahentium ſponſalia contracta obſtinate & ſine cauſa infringere tentent, ut illos fidem datam ſervare authoritate Magiſtratica admoneat, imo etiam comminationibus quibusdam hoc urgeat, ut id practicatum memini in patria mea, ubi le-

vi-

viter à tali contractu resilientes, Magistratus ad curiam citavit, eosque utrinque auditos, conclavi inclusit, ubi præsentia & brevi illa cohabitatione amor hiulcans conciliatus, consensúsque interruptus redintegratus fuit.

49. Sunt quidem statuentes, mutuo dissensu sponsalia dissolvi posse, inter quos HARPRECHT *ad tit. inst. de nupt. n. 45. & seq. cum illic allegatis.* Verum hic major, quam mercatoria societas inita est, dignior est communio, quam negotialis illa, ubi non saltem de lucri & damni, sed omnis vitæ participatione agitur. Nam Deus hujus con-

50. suetudinis ad mortem usque extendendæ sanctissimus author est, & sponsalia non saltem sunt conjugii præparatoria, sed jam ipsum matrimonii initium, piis votis ad perpetuitatem conciliatum. Quam sententiam usu receptam dicit, BEUST. *de sponsalibus. cap.* 58. WESEMB. *consil.* 125. *n.* 3. *vol.* 3. ARNISÆUS *de jur. connub. C.* 6. *sect.* 3. *n.* 14. *seqq.* sponsalibus enim secus ac in cæteris contractibus, *l.* 5. *C. pro soc.* hæc inest conditio, ne fiat renunciatio, sed ut sequantur nuptiæ, & individua vitæ consuetu-

51. do, *l.* 1, *ff. de rit. nupt.* Nec hic valet dissolutio eodem modo, quo colligatio facta est, nam sponsalia non solum contrahentium consensu constituuntur, sed authore Deo fiunt, & ab eo dependent, & hic est actus, cui impressus est character spiritualis, DECIUS & CAGNOLUS *n.* 8. *ad l.* 35. *ff. de R. J.* Cum enim juxta *C. requisivit x. de sponsal.* invitæ nuptiæ dif- 52.

ficiles soleant habere exitus, utpote rixas immortales, inimicitias capitales, veneficia, cædes, aliaque scandala publica & perpetua, pacificationis iste modus prædictus erit optimus, non periculosus, non connivens nimium, nec violentus, sed inter utrumque medius.

Officii facultatisque circa sponsalia Magistratus Municipalis etiam 53.

est, curare, ut mundus muliebris aliusque apparatus nuptialis, qui Ausrüstung / appellari consuevit, imo & dos ipsa pro cujusque Municipum ordine, statu ac conditione, nec ultra constituatur: prout in nonnullis civitatibus laudabilis ille viget mos, ut unusquisque civium secundum classem illam civitaticam, in qua à Magistratu collocatus, certam & definitam summam pro dote assignet, nec plus, etiamsi velit possitque, modo pœnam statutariam evitare cupiat, dare audeat.

Quod hisce suffultum rationibus: 54.

(1.) Ut ordo, qui, ut ajunt, Philosophi est entium Magister, confer-

ſervetur. (2.) Ut removeatur æmulatio, quæ maxime onerosa & injurioſa eſt, uti ex jure noſtro in vulgus abiit. (3.) Ne vires patrimoniales civium nimis extenuentur & evacuentur, intereſt enim Reipublicæ, ut locupletes habeantur cives, qui tempore neceſſitatis occurrere queant, *Nov.* 8. *in præfat.* §. *1.*

55. Ad apparatus nuptiales, die Auffrüſtung vel etiam Ausſteur/ referuntur quoque cætera impendia nuptiarum, e. gr. ciſtæ nuptiales cum ſuis acceſſionibus, quas Braut-Wagen appellamus, quæ nomine dotis non veniunt, cum ſaltem ſint impenſæ in nuptias filiarum factæ præter dotem.

56. Verbum ausſteuren proprie eſt elocare, WEHNER. *hac. voce.* Jure Saxonico vocantur hæc jocalia, quæ erigendæ rei familiaris gratia liberis ſubminiſtrantur, zur väterlicher Hülff/ Item weiblicher Schmuck und Frauen-Zier. HAHN ad WESEMB. *de coollat. dot. ad n.* 1.

57. Si deſuper querelæ inter liberos exiſtent, Magiſtratus officium eſt, ad præcidendas lites inde in poſterum orituras, parentes ad id conſtringere, ut inæqualitas evitetur, quæ mater eſt diſcordiæ, BART. *ad l 20 C. de collat.* Licet enim veſtes & ſumptus a parentibus vivis in liberorum nuptias facti, pro præcipuo habendi & innupti filii filiæque tantundem ex bonis defuncti parentis præcipiendi, jus & poteſtatem non habeant, *l.* 3. §. *fin. ff. de muner. & honor. l. filiæ* 18. *C. famil erisc.* tamen hoc ſaltem procedit in veſtibus quotidianis, & 58.
in illis ſumptibus, qui fiunt, ut ſtatim conſumantur, ut ſecus dicendum de veſtibus pretioſis, ſolennibus & feſtivis, quæ referuntur inter ſumptus permanentes, qui conferuntur æque ac ipſa dos, tanquam ejus augmentum, ALEX. *conſil.* 27. *n.* 10. *lib. V.* GAIL. 2 *obſerv.* 91. *n.* 5. Et non tam de bonis parentum erogata, quam de quota liberorum, quam aliquando habituri ſunt, impenſi cenſentur, hinc & in collationem neceſſario veniunt, COTM. *vol.* 1. *reſp.* 3. *n.* 4. *& mult. ſeq.*

Dos itaque cum ſuis augmen- 59.
tis nec nimia, nec nimis modica, ſed pro facultate bonorum conſtituenda, utraque enim conjugiis eſt noxia. Prout ex una parte inſolentius nihil eſt, quam fœmina dives, omnesque uxores divites ſervitutem exigunt, SEN. *lib. contr* 6. præſtatque compedibus ligari, quam divitiis uxoris, PLUTARCH. Sic ex altera parte nihil quoque eſt miſerius quam procurare liberos, ad quos nihil ex hereditate tua proventurum videas, præter fa-

mem & ſitim. DAN. HEINS. Putarim & hoc jus ad prætactum auxiliare Municipale pertinere, ut quamvis pater ſtricto jure agere volens, poſſit diſſolvere matrimonia filiorum, ſine ipſius conſenſu contracta, à Magiſtratu tamen Municipali perſuaderi poſſit & debeat, ut ad præcavenda majora mala de jure ſuo paterno quid remittat, nec illud tam ſevere exerceat, concurrentibus quibusdam circumſtantiis & conſiderationibus moventibus, quando nimirum liberi commiſſam culpam humiliter deprecantur, quando matrimonii fides data perſonæ honeſtæ, nec amplius integra res eſt. &c. per illa, quæ latius tradit GERHARD. *de conjug. n.* 99.

60.

Caput VII.

DE MUNICIPIORUM JURE REMEDIARIO SIVE RECONCILIATIVO IN MATRIMONIIS.

SUMMARIA.

1. *Uxor in poteſtate viri eſt.*
2. *Monarchia domeſtica, Imperium œconomicum.*
3. *Lacædemoniorum lex de poteſtate viri.*
4. *Cur Abram dicitur Abraham, & Sarai Sara, juxta Rabbinos.*
5. *An uxor viri ſit famula?*
6. *Subjectio uxoris.*
7. *Quatenus maritus ſit uxoris dominus.*
8. *Marito ab uxore non præſtantur opera, ſed officio.*
9. *Jus corrigendi uxorem marito conceſſum.*
10. *Mulieres Moſcoviticæ amorem virorum è verberum numero æſtimant.*
11. *Dominatus viri in uxorem qualis eſſe debeat?*
12. *Formula regiminis maritalis.*
13. *Romanorum in ea mores.*
14. *Famulus quidem metu, non vita ſocia liganda.*
15. *Lex Romuli.*

16.

16. *Uxor quomodo corrigenda?*
17. *Absit inter conjuges morositas & amarulentia.*
18. *Uxores verberibus non coercendæ.*
19. *Cautes Harpasana assimilatur moribus mulierum.*
20. *Inter imbecillitatem & malitiam sexus fœminei discernendum.*
21. *Mala mulier thori pœna. Arbor Pacuviana.*
22. *Deus non vult, ut uxor pro adjutorio se præbeat purgatorium.*
23. *Ingeniosa philostorgia mulierum Winspergarum tempore Conradi III. Imp.*
24. *Crux matrimonii sereno vultu tegenda. Cuique suus celceus urget.*
25. *A quo plerumque incipiat crux domestica?*
26. *Mulieres vapulantes plerumque primum ictum malleo lotorio*, mit dem Wäsch-Span / *viris dant.*
27. *Vitiosa mulierum loquacitas.*
Litigiosæ uxoris epitaphium Rom.
28. *Feminæ Hispanicæ loquacissimæ epitaphium.*
29. *Domus quare plerumque crepet fumetque litigiis?*
30. *Sulpitii Galli uxoris dictum.*
31. *Miseri qui foris videntur Domini, domi sunt servi.*
32. *Exempla dominatus muliebris.*
33. *Contra sævitiam, maritorum quid facere possit, debeatque Magistratus?*
34. *Uxor non serva, sed condomina.*
35. *Imperium domesticum in uxorem civile est, in filios regium?*
36. *Conjugium est biga duobus innitens axibus.*
37. *Magistratus Municipalis potest sævitiam maritorum capistrare.*
38. *Ob sævitiam devortium conceditur, quare, & quomodo?*
39. *Quandoque conjugium conjurgium.*
40. *Uxor à viro ob sævitiam separata, non redit ad illum, nisi præstita cautione.*
41. *Formula cautionis à viro casu tali præstandæ.*
42. *Cautio fidejussoria quandoque in casu nimiæ sævitiæ non habet locum.*
43 *Antequam ad separationem quoad mensam & thorum perveniatur, tentanda reconciliatio authore Magistratu.*
44. *Separationis talis descriptio.*

45. 48. *Quæ ſævitia requiratur ad ſeparationem quoad menſam & thorum?*
46. *Quænam minæ hic ſufficiant?*
47. *An verbera ad eam ſufficiant?*
49. *An ob ſcelera conjugis ſeparatio talis petenda?*
50. *Lite ſuper ſeparatione pendente, uxori ex dote alimenta præſtanda ſunt.*
51. *Exceptio, quando alendi hæc obligatio ceſſet.*

1. Officium auxiliare circa ſponſalia, quodnam ſit Magiſtratus jam vidimus, remediarium in matrimonio quale ſit, hic loci pertractandum reſtat. Ex jure noſtro indubium eſt, uxorem in poteſtate viri eſſe & ejus legibus alligatam, quod multis probat auctoritatibus TIRAQUEL. *de LL. connub. lib. I.* Dicitur enim fœmina viro ſervire. *c. 15. cauſ. 33. q. 5.* unde ARIST. *lib. I. pol. 3.*
2. Natura fœmina ſubjecta eſt mari non ſecus, ac appetitus rationi, ſervus domino, bellua homini. *Idemque*, domeſticum quidem Imperium monarchia, domus enim unius Imperio regitur. *lib. I. polit. cap. 7. & lib. polit. 3. cap. 6.* Imperium autem in liberos, & in uxorem, & in omnem domum quod appellamus œconomicum, aut eorum, quibus imperatur gratia eſt, aut communem quandam utrorumque utilitatem ſpectat, un-
3. de & apud Lacedæmonios antiquitus lex fuit, ut in mariti poteſtate eſſet uxor, ne contempto marito ad patris domum rediret. PLUTARCH. *in Laconic.*

Rabbini volunt Abramum vocatum fuiſſe à Deo Abrahamum & Sarai per contractionem Saram ne in ſyllaba ulla prævaleret uxor 4
marito, quæ in ſphara œconomica eſt luna, vir autem ſol. Quæri hic ſolet an ob dictam poteſtatem viri, cui uxor ſubeſt, hæc 5
poſſit dici mariti famula? Sic quidam certo reſpectu volunt SICHARD. *ad L. ubi adhuc n. 15. 16. C. de jur. dot. & ad l. ſi in vita 11. n. 3. C. de nupt.* Ideo enim velantur, ut ſciant ſe marito ſemper ſubditas eſſe debere. *C. fœminæ cauſ. 30. q. 5. C. mulier 33. q 5* Nec inconſulto marito, eoque 6
diſſentiente in memoriam ſubjectionis capillos abſcindere queunt *C. quacunque diſt. 30.* Ex qua ſubjectione volunt ipſam eſſe mariti famulam, ſecus autem eſt, cum ea ſit divini & humani juris ſocia, *l. Titia 19. §. 1. ibiq. GODOFR. ff. de ann. leg.* Et licet de dominio 7

ma-

mariti textus loquantur, illud tamen non proprie, sed pro eminentia quadam sumendum, quam maritus, tanquam dominus directus & plenus administrator bonorum, præ uxore habet, hinc mulier non ex pede, sed ex costa Adæ facta, ut sit nec mariti famula, nec domina, sed medium quoddam. GLOSS. *in* C. *fin. verb. costa. c. 33. qu. 5.* Ergo proprie non tam potestati mariti, quam ejus affectui subest. *l.* 1. §. *3. ff. de*
8. *injur.* eique præstet non operam, sed officia, opera à famulis præstatur Domino, officium ab uxore marito. Ex quo ALEXAND. *vol.* 4. *consil.* 133. vult, uxorem marito jubente non teneri alienum filium lactare, nec ad operas serviles alias, sed saltem ad officiales obsequiales & reverentiales in domo, ut est gubernatio familiæ, & similia, marito obligari, STAMM. *de serv. pers. lib. II. cap.* 1. *n. 12.*

Ob quam subjectionem & na-
9. turalem & legalem, marito correctio & castigatio in uxorem de jure scripto concessa, SIGNOR. HOMOD. *cons. 13.* ALEX. *consil.* 115. *n.* 2. *lib. IV.* ALCIAT. *de præsumpt. reg.* 1. *præs. in fin.* DEC. *in l. ut vim. n. 22. ff. de just. & jur. & alii ab his citati*. quod ob vulgares jurium doctrinas ampliori extensione non indiget.

Illud tandem ex BARCLAJO in transcursu quasi notandum: Mu- 10.
lieres Moscoviticas virorum in se benevolentiam ex verberum numero æstimare, ubi subdit hanc ridiculam historiam: Quidam è Germania in Moscoviam migraverat vir ex plebe, & si nomen in tantilla re placet, Joannes Jordanius dicebatur. Hæsit ergo in illa regione, & cum sibi eæ sedes placerent, inde etiam duxit uxorem. Hanc cum charam haberet, omnibus officiis mutuam gratiam affectavit; illa dejectis luminibus mœsta, crebro in singultibus, & cæteris mœrentis animi indiciis erat. Viro denique sciscitanti mœstitiæ causam, se enim nullis, quod sciret, amicitiæ causis defuisse. Quid tu, inquit, tam egregie fingis amorem? Num putas, latere me quam tibi sim vilis? simulque largos gemitus cœpit effundere, ille attonitus in amplexus mœrentem recipit, rogare perseverans, nunquid eam offendisset, peccavisse se forsitan, sed culpam emendatione deleturum. Ad hæc illa, ubi autem sunt verbera, inquit, quibus te amare docuisti? hoc certe potissimum pacto maritorum in uxores apud nos benevolentia & cura sancitur. Hoc à Joanne audito, primum stupor continuit risum, mox utroque eva-

nescente è re sua esse putavit,
ut uxorem eo modo haberet, quem
ipsa præscripserat, nec multo post
arripuit cædendæ mulieris causam,
& illa fustibus mitigata tum pri-
mum bona fide amare & colere
virum cœpit.

Redeundo autem ad thema no-
11. strum; Dominatus hic viri in uxo-
rem debet esse non severus, non
tyrannicus, sed blandus, & fami-
liaris pro doctrina, CHRYSOST.
Homil 20. in Epist. ad Ephes.

12. Viro cum uxore id juris inter-
cedere debet, quod in Aristocra-
tia est, nam pro dignitate vir in
iis rebus imperat, quæ dignæ sunt
viro, quæ autem fœminam decent,
eas illi tribuit; Si vir in omni-
bus dominetur in obligarchiam fit
mutatio, quia contra dignitatem
facit, ARIST. *Ethic. lib.* VIII. *cap.* 19.
Huc quadrat illud Germanicum:
**Die Frauen geben oft gute Rahts-
Leute / aber nimmer gute Burge-
meister.** Uxores in viri tutela
sunt, non in servitio, TIRAQ. *leg.*
13. *connub. lib* VIII. *tit.* 8. Apud pri-
scos Romanos moris fuit, ut spon-
sam introducentes juberent dicere,
ubi tu Cajus, ego Caja, quasi
enim viro pacisceretur, ut pro re
nata pariter imperet, PLUTARCH.
in problem. cap. 2. ibidemque fuit
templum vel sacellum Deæ dica-
tum, quæ vocabatur Viriplaca in
quo, quid domi inciderat jurgii,
reconciliatio fiebat. Hæc Dea no-
mine suo viros monebat, non u-
xorem à viro placandam esse, sed
virum ab uxore; ZWINGER. *theatr.
orb. vol.* 3. *lib.* VII.

Famulum quidem poterit quis- 14.
piam metu alligare, imo vero ne
illum quidem, fortasse enim resi-
liet & abibit, vitæ autem sociam,
liberorum matrem, & quæ est cau-
sa & occasio omnis lætitiæ, non
metu, non minis ligare debemus,
sed dilectione & affectione. Qua-
nam enim voluptate fruitur ma-
ritus cum uxore habitans, tanquam
cum ancilla & non tanquam cum
libera?

Lex antiqua Romuli fuit: mu-
lier viro legitime conjuncta for- 15.
tunarum ac sacrorum socia illi
esto, utque ille dominus, ita hæc
domina, DION HALICARN. *lib.* II.
Rom. Antiq. Et post illum D. 16.
GERHARD. *in loc. Theolog. de con-
jug.* Maritus uxorem aberrantem
leniter ac prudener corrigere, non
injuria aut verberibus emendare
debet, ea ratione, qua animus re-
git ac corrigit corpus sibi subje-
ctum, quæ non ita regit corpus,
ut flagris illud coerceat & affligat,
n. 450. Unde Antonii apud DION.
consilium: Uxor admonenda sæ-
pe, reprehendenda raro, violentis
manibus tractanda nunquam.

Nec

17. Nec quidem administratur familia ridendo, res interdum postulat admonitionem, interdum expostulationem, nonnunquam etiam objurgationem, verum ab his oportet omnem morositatem ac amarulentiam abesse, talibus monitis plus perficitur, quam clamoribus. ERASM. *de Christ. con-*
18. *jug.* Cato vir aliquin sexui fœmineo parum amicus, non esse verberandas uxores propter domestica mala, contendit, & hoc qui faciunt non minus peccare dixit, atque eos qui Deorum simulacra polluunt. PLUTARCH. *in vit. caton.* BERNHARD ait: Malam mulierem potius risu, quam baculo castigabis *Epist. de cura & regim. rei famil.* Imo injuria est, vitæ sociam, & in rebus necessariis sibi conjunctam tanquam mancipium ignominiæ afficere. CHRISOST. *Homil. 26. in* J. *ad* *Corinth.* 11. Nam si illam, quæ secundum post te locum obtinet, contumelia afficis, non parum principatus tui honori derogas. *Id cit. loc.*

Juxta Harpasa oppidum Asiæ,
19. cautes stat horrida, uno digito mobilis eadem si toto corpore impellatur, resistens. JOH. JONSTON. *Taumatograph. clas.* 2. *cap. art.* 2. cui non indigne mores mulierum lenibus cedentium, ad austeriora se obdurantium assimulantur.

Circa quod tamen placet mens 20.
& doctrina, NICOL. VERNULÆ. ita docentis: Prudens maritus inter imbecillitatem sexus & malitiam discernit: Imbecillitas æquo animo ferenda est: Malitiam conabitur corrigere blandiciis, precibus, obsequiis, omnia enim prius experiri, ut ait TERENT. quam armis sapientem decet. His si nihil proficiatur, periculum tandem faciendum est, an obtineri illud Horatianum possit:

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

His ipsis quoque si expugnari malitia non possit, vitio verti maritis non potest, si extrema necessitate coacti, tanquam medici ad sectionem & ustionem accedant, hoc est remedia, quæ dolorem faciunt. *Oeconom. lib. I. tit.* 3. *cap.* 12. *in additament.*

Mulieres malitiosas, peritissi- 21.
mas omnium malorum, artifices dicit EURIPID. pestes generis humani, PLIN. malamque sortitus conjugem pœnas extremas thorique Larisque sustinet APUL. *de aur. asin. lib. IX.* Arius cum tres malas uxores Pacuviis ad unam arborem se suspendisse audivisset, non modo ex illa Pacuvii arbore surculos optavit, sed & dixit: Quanta ista arbor dispendia suspendit CÆL. *lib. XIV. cap.* 4.

Deus

22. Deus enim non vult, ut uxor se viro præbeat pro adjutorio in purgatorium & perpetuam crucem. Das ist so viel geredet: Gott wil nicht / daß ein Weib / so Er dem Mann zum Gehülff erschaffen / sein Creutz und Feg-Teufel seyn solle / ut docet SMIDIUS *in consil. Argentor.* 47. *n.* 4. *vol.* 1.

23. Adjutorii hujus legitur memorabile hoc exemplum à Conrado III. Imperatore capto Winspergo, mulieres quæ in urbe fuerunt, antequam portæ aperirentur, petiverunt, ut sibi salvis abire liceret portantibus de rebus suis, quantum unaquæque posset. Quo impetrato maritos suos in humeros sublatos & parvos liberos in sinu & amplexu tenentes, urbe asportabant. Imperator ingeniosa philostorgia mulierum delectatus omnibus convivio exceptis clementer ignovit PEZEL. *mellef. histor. part.* 3. *pag.* 175.

24. Crux quædam semper matrimonio inest, isque felicissimus omnium, qui eam sereno vultu regere didicit, sicut de Romano quodam legitur, cujus uxor formosa, pudica & dives, cum laudaretur, dixit, pede porrecto: Hic quoque calceus aspectu satis est concinnus, satis formosus, ac novus, interim nemo scit, ubi me premat & urat. PLUTARCH. *in conjug. precept.*

Quod purgatorium, quæ crux 26 incipit plerumque à lingua effreni uxoris, & in rixam æstuantis. Non procul à Witemberga maritus uxorem crepida percussit, ægre id tulerunt cognati uxoris & de consilii sententia, maritum ad se vocarunt cum præsente expostulatum de injuria, quam conjugi cognatæ ipsorum fecisset, porro meminisset, non ancillam, aut mancipium sibi nupsisse: Si quid dissensionis intercederet, non illico verberibus & pugnis de re decidendum: His auditis maritus iræ continens, vultu sereno & ad omnem amœnitatem composito, affines optimi ait, admonitionem vestram boni consulo, sed hoc unum rogo, ne quid inaudita parte altera severius statuatis: Et quidem fateor, me non continuisse manum, sed illius impulsu hoc factum; Nam illa me percussit & quidem longe immitius, nam malleo lotorio est usa, ein Wäsch-Span / vos igitur judices convenio, decernite an non gravior plaga sit à malleo lotorio, quam à crepida plagas accipere: Mirantur cognati, & quærunt, qua ratione lotorius malleus in iratas conjugis manus venerit? Hic ille subridens: Lingua inquit me verberavit quam ego lotorio malleo non absimilem, sed

eo longe graviorem censeo. utrimque risus, & gratiæ conciliatio. JOAN. MANLIS. *tom. 2.*

27. Loquacitas mulieris ingens malum domesticum, hinc ait proverbium, fumus, tectum lacerum & perpluens, atque loquax fœmina virum domo expellunt.

Epitaphium quoddam Romanum ita habuit. Heus viator miraculum, hic vir, & uxor non litigant, qui simus non dico, at ipsa dicam, hic Bebrius Ebrius, me Bebriam Ebriam nominat. Hei uxor etiam mortua litigas? PONTAN. *de obdient. lib. II.* ita vitio linguæ conjugia sunt conjurgia.

28. Feminæ Hispanæ loquacissimæ refert epitaphium P. BOHOURS *Entretien 3. le secret.*

Aqui yaze sepultalda
Una muy Noble señora
Que en su vida punto ni hora
Tuvò la bocca serrada,
Y tanto fue lo que hablò
Que aunque no aya mas que hablar,
Nunca LLegarà el callar,
Adonde su hablar LLegò,

Quod ita Germanice verto:

Hier liegt ein edles Weib/ die nimmer konte schweigen/
Doch stellte ihrem Maul der Tod das letzte Ziel/
Und schweiget sie anitzt im Grabe noch so viel
So wird ihr reden doch das stillseyn übersteigen.

Itemque hæ contentiones, hæ rixæ non raro inde proveniunt, si Jupiter & Juno de jure absolutæ potestatis, de concurrente jurisdictione, de diviso imperio ita disputent, ut 29.

Sint strepitus tectis, vocesq; ad ampla volutent
Atria.

Si illa vir, ille mulier, qui dominæ suæ Xantippæ per domesticam & familiarem tyrannidem quicquid extorquere satagenti & omnia indiscrete flagitanti, negare quid incipiat & audeat; tunc nisi statim quis fiat uxorius, & non C. Sulpit um Gall. qui uxori masculedixit: Lex tibi meos tantum præfinit oculos, ad hos te geras, 30. VALER. MAX. *lib. VI.* Sed bonum gallinarium & obsequiosum ancillarium (de quibus ille:

Clavum in puppe tenes, at te tua scapha gubernat,
Quæ gerit hæc eadem, te tua scapha regit. OWEN.

ut & Marcus Cato dixit Romanis: Omnes homines feminis imperant, nos omnibus hominibus, nobis autem feminæ, *teste* PLUTARCH.) patiente cervice induat, continuis crepat fumatque domus 31 litigiis, in quibus viventes & consenescentes vere sunt miseri, nec minus miseri ac miserandi, qui foris Domini videntur, domi sunt

 ser-

ſervi, foris liberi, domi mancipia,
Maritellos illos ut loquitur Bald.
in curatorem. C. de interd. matrim. puto, qui verbera & dominatum uxorum patienti ſervilique
ſuſcipiunt cervice. Cyn. *in t. C.
de teſtib.* Hostiens. *in ſumm. tit.
de injur. §. quomodo cenſeatur.*

32. A Semiramide traditum, quod
& perdiu ita obſervatum fuit, ut
viris uxores dominentur. Sauromatæ hoc habent præcipuum, ut
viri ſub imperio uxorio & famulatu ſint. Alex ab Alex. *lib IV.
cap.* 8. Bonus ille M. Aurelius,
unus ex mundi Principibus, ob vitæ ſanctitatem, doctrinæ excellentiam, & fortunæ proſperitatem
celeberrimus, quantumvis omni
laude dignus, & linguam & pectus
Philoſophiæ præceptis perpolitam
habeat, tamen ad nutum Fauſtinæ conjugis ſuæ ſe accommodare
neceſſe habuit, Petrarch. *in
triumph. amor. cap.* 1. Guevarr.
horol. Princip. lib. I *cap.* 1. *in fin.*

33. Si autem modus in prænemorata viris permiſſa caſtigatione,
quam leges modicam dicunt, maritali excedatur, & in ſævitiam &
immanitatem irretractabilem intolerabilemque illa abeat & crudeſcat, tunc ſævus ille maritus à
Magiſtratu etiam Municipali bonis verbis, objurgationibus minisque admoneri debet, ut coſtam
ſuam, quam jura noſtra non ſervam, ſed dominam, id eſt, con-
dominam familiæ conſortemque 34
ſacrorum domus vocant, *l.* 38. §. 4.
l. 41. *pr. ff de legat.* 3. *l. Titia* 19.
§. 1. *ff. de ann. legat.* non ita cru-
deliter tractet, fuſtibusque ſubi- 35
gat, memor illius, quod vir in
uxorem & liberos imperium habeat, atque in utroque ſane, ut
in perſonas liberas, verum non in
eodem genere imperet, in uxorem quidem civiliter, in filios vero regie. Aristot. *lib. I. Polit.
cap* 12. itemque quod ingenuis non
conveniant verbera, atque

*Offendat cœlum, ſanctumq́ꝫ is ſolvat
amorem,*

Uxorem ſæva, qui ferit usq́ꝫ manu.

Eſt namque conjugium biga quæ- 36
dam, duobus innitens axibus,
quos ſi leniat morum comitas, &
animorum ſinceritas, nec rixarum
inamœnus ſtridor, audietur in familia, & utrisque concordibus
quicquid agitur felicius ſuccedet.
Erasm. Contentio hæc nihil, ſed
blanda mulierum Rhetorica quidvis obtinet. Richter. *axiom. Hiſtor.* 7. qua nihil potentius ad inſtruendum informandumque virum, habet enim voluptatem
quandam admonitio uxoris, cum
plurimum amet, cui conſulit,
Chrysost. *in Johann. Homil.* 60.
Ubi conjugium eſt discors, ibi lis

è

è lite feritur, bellum intestinum, atrox, diuturnum nutritur, longa miseriarum catena trahitur, grande malum & remedio nulli opportunum, DREXEL. *delic. vit. hum.* *p. 3. cap. 6* §. 2.

37. Quibus Magistratus admonitionibus & objurgationibus si ab aspero duroque homine non defferatur, poterit Magistratus, antequam causa hæc ad Superiores matrimoniales judices devolvatur, separatione aliqua ad tempus, itemque mulcta, carcere aliisque modis, mediis & remediis innocenti parti prospicere & consulere.

38. Docent enim Theologi Evangelici, si in casu hujusmodi injustæ & desperatæ violentiæ, admonitione Magistratus & Ministerii separatione ad tempus mulctis carceribusque nihil ad emendationem & reconciliationem nihil proficiatur, sed in immanitate sua pertinaciter perseveret leo domesticus, divortium concedi posse, ut persona innocens intolerabili illo jugo non tam conjugii, quam perpetui conjurgii liberetur, ne justo

39. dolore fracta aliquid injuste, aut christiana vocatione indignum perpetret, nocenti autem spem omnem nuptiarum vivente læsa parte adimendam esse post PHILIPP. MELANCHT. HENNING. & HARBARD. GERHARD. *d. loc. n. 631.*

Et hoc modo â viro truce separata ad ipsum redire non compellenda, nisi prius cautione, se posthac sævitiæ modum impositurum. SCHENCK â TATTENB. *ad C.* 1. §. *quamvis. n. 7. de invest. de re al. fact.* CORAS. *Miscell. lib.* III. *C. 2. n.* 20. CEPHAL. *conf.* 374. *n.* 70. *vol.* 3. cujus cautionis formulam tradit BEUST. *in Tract. de matrim. p. 2. C.* 10. PRÜCKM. *conf.* 26. *n.* 2. *vol* 1. 40.

Quæ ita habet: Uhrkund hiermit: Nachdem A. mit seiner Haus-Frau B. eine Zeit her nicht allein in Uneinigkeit und Widerwillen gelebet/ sondern auch dieselbe/ mit schlagen und rauffen/ übel gehalten/ daher sie geursachet/ daß ihr von ihrem Mann Caution und Versicherung bestellt und aufgerichtet würde/ damit sie künftig vor ihm sicher seyn möchte. Als hat A. seit dato mit Hand und Mund/ an Eydes Statt/ angelobet und zugesaget/ seinem Weibe B. hinführo mit Vernunfft und guter Bescheidenheit beyzuwohnen/ und ihr/ als einem schwachen Gefäß/ etwas zu gut zu halten/ daß sie sich auch nichts thähtliches von ihm zu befürchten haben sol/ und damit sie deß so viel mehr versichert seyn möge/ so hat er ihr N. N. und N. zu Friedens-Bürgen gesetzet/ dergestalt/ wo er sich ferner an ihr thätlich vergreiffen wür- 41.

de / daß er die ihm zuerkannte Straffe dulden und leiden wolle/ dafür obbemeldte Bürgen jederzeit hafften sollen und wollen / immassē sie solches für uns gewilliget und zugesaget; Damit die Frau auf diesmahl zu frieden gewesen/ und sich hinwieder erkläret / uns auch gleicher gestalt mit Hand und Mund versprochen / sich gegen ihrem Ehemann/ als einem Ehrliebenden gehorsamen Eheweibe gebühret / jederzeit zu verhalten. Und sol hiemit zwischen ihm all dasjenige / was aus Verdacht/ Argwohn/ Mißverstand/ oder sonsten hergeflossen / daraus allerley Nachtheil und Beschwerungen zwischen ihm erreget worden / todt / nichtig und gäntzlich aufgehoben seyn / alles treu und ohne Gefehrde / &c.

42. Imo si tanta sævitia viri sit, ut hinc uxori vitæ periculum immineat, hoc casu, ne fidejussoribus quidem exhibitis ei sese cencedere uxor invita adigenda, Schenck. *d. loc. ut & Coras.* & Cephal. *cit. loc.* Quamvis enim vel millies cavisset maritus, ob id tamen nihilo magis uxor resuscitaretur semel mortua, Tiber. Decian. *cons.* 25. *n.* 9. *in fin. vol.* 4. Prückmann. *cons.* 18. *n.* 50, *&* 51. *vol.* 1.

43. Ex prædictis patet, non statim ex dissidio & rixis domesticis conjuges quo ad thorum & mensam, nec eorum mutuo consensu separandas, sed semper, quantum fieri potest, auctoritate Magistratus reconciliatio tentanda. Si autem tanta est viri sævitia, ut mulieri trepidanti non possit sufficiens præstari securitas, ac ea diffidat, se posse cohabitare marito sine periculo vitæ, separandum est matrimonium, quoad thorum & mensam, ne deterius contingat, Everhard. *consil.* 224. *n.* 3. Alii autem volunt, hoc fieri debere per simulationem & conniventiam, non per separationem, Biedenbach *Tract. de caus. matrim.* Et hæc separatio proprie divortium non est, 44.
sed saltem segregatio domestica, inter maritum & conjugem ad certum tempus propter reconciliationem, quæ intra illud speratur. *C.* 1. *&* 2. *&c. divort.* Schurf. *cons.* 42. *cent.* 1. Covarruv. *in sua epitom. part.* 2. *cap.* 7. §. 5. *n.* 1.

Cum itaque sævitia conjugum causam det juri huic remediario & 45.
in matrimoniis reconciliatio, atque ob eam si remedia Magistratus coercitiva infructuosa sint, ad separationem quoad mensam & thorum deveniri possit, merito sciendum, qualis sævitia illa esse debeat, constat enim, omnem asperitatem & duritiem pro sævitia non habendam, nec satis est,

quod-

quodcunque malum timeri, *l. metum ff. quod met. cauſ.* cum rari ſint conjuges, inter quos non aliquæ diſcordiæ oriantur, ſed malum ſubeſſe debet, quod timetur grave & tale, quod ad metum viri conſtantis exigitur, BART. *in l. qui bona. §. ſi quis in ſui. ff. de damn. infect.* JASON *l. ſi ſuper 6. C. de transact.* prout au-
46. tem ad ſeparationem hanc non deſideratur periculum vitæ, ita ſolæ minæ non ſufficiunt, niſi minans ſolitus ſit eas exequi, hinc conſiderato minantis ingenio & minandi modo, arbitrio judicis perpendendum eſt, quænam minæ ſufficiant, MASCARD. *de probat. concl.* 1376. *n.* 2. *&* 3.
47. Ex quo deducunt quidam Dd. Ob verbera puta moderata quæ correctionem ſaltem inferunt non eſſe ſeparationi huic locum, maxime ſi de unico ſaltem executionis hujus actu conſtet, ſed exigitur metus moleſtæ cohabitationis, rixarum, & quæ aſſiduitatem quandam important ROLAND. *conſil.* 27. *vol.* 3. *n.* 20. RIMALD. *vol.* 2. *conſil.* 174. *n.* 31. & quando vir ita ſævit, ut terminos ſibi permiſſæ correctionis transgrediatur. SANCHEZ. *de matrim. lib. X. diſp.* 18.
48. *n.* 16. 17. Ergo nec ſola ſævitia præterita juſtam petendæ cautionis cauſam præſtat, ſed timor futuræ & malæ tractationis, quia in utroque eventu imminet periculum CRAVETT. *conſil.* 31. *n.* 2. *&* 3. COVARRV. 4. *decret.* 2. *c.* 7. §. 5. *n.* 2. Exemplum datur, quando inter conjuges lis eſt ſuper majori bonorum parte, ex qua perſpecta perſonarum qualitate, futura ſævitia præſumitur CRAVETT. *cit. conſ.* 31. *n.* 1. Imo ſi non tam ex ſævitia viri, ſed aliis ejus ſceleribus 49.
uxori notabile damnum immineat ſegregatio hæc à parte innocente peti poteſt, ut ſi vir latrociniis, furtis &c. deditus ſit, atque uxor timeat ne ea tanquam conſentiens viri ſceleribus puniatur, cum tanto enim corporio detrimento non tenetur cum illo cohabitare. BARBOS. *ad tit. ff. ſolut. matrim. p.* 2. *n.* 29.

Pro corohide notandum, quod 50.
ſi uxor ſeorſim à marito, non judice auctore, ſed propria auctoritate habitet, item quando pendet lis ſuper prætenſa ſævitia viri, ſeu ſuper ſeparatione thori, aut diſſolutione matrimonii, quod interim ipſi ex dote alimenta præſtanda, MARISCHOTT. *variar. reſolut. lib. II. cap.* 83. *n.* 66. Niſi uxor pro- 51.
pria temeritate absque ulla viri culpa, ab ejus conſortio recedat, ab eo alimenta non recipiet, qui enim non facit quod debet, non recipit quod oportet, *l. ſi ea. C. de condit.*

 in-

insert. l. Julian. §. affinis. ff. de act. empt. Nec obstat, quod vir dotem habeat, nam eam tenetur uxor viro tradere & simul in ipsius obsequio esse, quare si in alterutro deficiat, cessat ipsa alendi obligatio, SURD. *de aliment. tit. 7. qu. 16. n. 14.* E contrario, si vir in culpa est, tenetur eam alere, etiamsi dotem minime receperit, SANCHEZ. *d. Tract. lib. IX. dispos. 4. n. 21.*

Caput VIII.

DE MUNICIPIORUM COLLEGIIS OPIFICUM EORUMQUE PRIVILEGIIS.

SUMMARIA.

1. *Cives vel sunt literati, vel mercatores vel opifices.*
2. *Literatorum titulus. Mercatura quid?*
3. *Opificia* Handwercker.
4. *Opificiorum distinctio.*
5. 8. *Opificiorum commoditas & utilitas in republica.*
6. *Opificia ab ope ferenda dicuntur.*
7. *Artes manuariæ sunt spiritus vitalis politiæ civitatis.*
9. *Mechanici titulus est honorificus.*
10. Ämter / Gülden / Innungen / Zünffter.
11. Gilden / Gülden / *unde dicantur?*
12. Innungen / *unde nomen sortiantur.*
13. Zunfft *unde?*
14. Gaffelen.
15. Geschenckte Handwercker / *quæ?*
16. *Collegii opificum descriptio.*
17. *Incommoda collegiorum opificum*, der geschlossenen Aemter.
18. *Collegia ista habent multa privilegia, quæ non concessa non concederentur.*
19. *Magistratus Municipalis collegia opificum approbat..*
20. *Ex qua ratione jus hoc competat Magistratui Municipali.*
21. *Cur collegia se ipsa fundare nequeant?*

22. *Quando tacite collegium opificum censeatur approbatum?*
23. *Opificia non sunt confundenda.*
24. *Lex Ægyptiorum circa opificia.*
25. *In China familiæ distinguuntur secundum opificia.*
26. *Illic floret opificiorum perfectio. Chinæ laus.*
27. *Municipia repræsentantur per collegia opificum*, Aemter und Gemeinheit.
28. 29. *Collegiorum mechanicorum utilitas.*
30. *Numa Rex Rom. primus collegia instituit.*
31. *Collegiorum in Municipiis nostris ordo.*
32. *Ordo is qui Parisiis constitutus?*
33. *Ordo collegiorum præcedentiam inter privatos non infert.*
34. *An approbatio collegiorum opificum spectet ad jura territorialia.*
35 *Ordinatio Ducatus Saxoniæ.*
36. *Jus illud inter regalia relatum, quatenus adhuc Megistratui Municipali competat?*
37. *Jus hoc inspectioni Superioris semper subjiciendum.*
38. *Privilegia collegiorum opificum faciunt ut evilescat auctoritas Magistratus.*
39. *Ratio,*
40. *Ordinatio politica civitatis Lippiæ.*
41. *Collegia opificum habent.* Amts-Haus / Gilde-Haus / Amts-Lade / Amts-Siegel.
43. *Ubi conventio habenda, si collegium aliquod caret domo peculiari.*
43. Amt Morgen-Sprache.
44. *Cur conventiones istæ sint menstruæ.*
45. *Arca communis cui usui sit destinata?*
46. *Administratio competit senioribus ex collegio, qui junioribus reddere debent rationes.*
47. *Ex arca subveniendum est, pauperibus.*
48. *Civitati tempore necessitatis ex tali cærario subveniendum. Exceptio.*
49. *Magistratus Municipalis ab administratoribus arcæ collegialis non potest rationes administrationis petere.*
50. *Casu quo id fieri possit?*
51. *An Collegium opificum habeat tacitam hypothecam in bonis administratorum.*

52.

52. *Sigillum* das Amts-Siegel / *quatenus inserviat?*
53. *Sigillum hoc quid referat?*
54. *Sigillum tale absque subscriptione nihil operatur.*
55. *A sigillo differt signum notitiæ*, der Stempel.
56. *Supellex collegialis.*
57. Amts-Botte / Amts-Schencke.
58. *An convocatio collegii possit fieri per campanæ pulsum?*
59. *Quatenus collegiatorum conventiones sint licitæ vel illicitæ?*
60. C*ollegia illa sunt licita & honesta.* Erbahr Amt.
61. *Collegium legitimum gaudet beneficio* l. Civitas 27. ff. de R. credit.
62. *Collegio competit jus excludendi non receptos.*
63. C*lancularii cur dicantur* Böhn-Hasen.
64. *Quinam hoc nomine audiant?*
65. *Qua ratione clancularii tales sint defendendi?*
66. *Cavendum ne opifices in turbatores hosce nimis sint duri.*
67. *Promiscuis actibus turbanda non sunt officia.*
68. *Qua ratione turbatores isti conciliandi.*
69. *Executio contra illos non est permittenda solis collegiatis.*
70. *Quænam cognitio spectet ad collegia opificum?*
71. *In ædibus exemptis non est facienda talis executio.*
72. *Censuræ opificum in turbatores non subjacent patresfamilias, in usum familiæ laborantes.*
73. *Opificum summa est invidia.*
74. *Electio Præfectorum* Gülde-Meister / Richt-Leute.
75. *Quid hisce debeant cætera collegii membra?*
76. *Collegia opificum quatenus condere possint statuta?*
77. *Collegia opificum statuta specialia condere possunt.*
78. *Quomodo illud accipiendum?*
79. *Quatenus coercitio competat collegiis opificum.*
80. *Differentia inter* sitzen lassen / & das Handwerck nieder legen.
81. *Citra res collegii collegiatis non competit coercitio. Mulctatum à Superiore, collegiati non possunt excludere è collegio.*
82. *Statuta collegiorum illicita quæ?*
83. *Statuta à Magistratu examinanda & consuetudinum vicinorum habenda ratio.*

84.

84. *An statuta hæc egeant confirmatione Superioris.*
85. *Recipiendus in collegium producat testimonium vitæ ante actæ* Geburths-Brieff.
86. *Superstitiosum honestatis studium in colleg. opific.*
87. *Valet statutum ne recipiatur, nisi qui magisterii specimen exhibuit,* Meister-Stück.
88. *Pœna semicoctorum artificum,* Stümpler / Pfuscher.
89. *Jus magisteriale,* die Meisterschafft / *competit saltem collegiis approbatis.*
90. *Vidua artificis palam per famulos exercere potest artem opificiariam.*
91. *In receptione magistrorum evitandi sunt nimii sumptus.*
92. *Opus magistrale non debet esse inutile,* Alt-fränckisch.
93 *Candidatus collegii prius obtinebit jura civium.*
94. *Semel receptus in loco aliquo, alibi dein se recipiens ad reiterationem actus magisterialis non cogendus.*
95. *Recipiendi ratione operis magisterialis nunquam evadunt absque emenda.*
96. *Mulcta immodica moderanda est à Magistratu.*
97. Meister / *nomen Imperii & potestatis. Quidam à suis vocantur* Patronen / Lehr-Printzen / Herrschafft.
98. *Statutum mechanicorum ne quis extra opificium ducat uxorem, valet.*
90. *Ejus ratio.*
100. *Libertas matrimonii, non impedienda.*
101. *Ut uxores nubant sine dote statutum est invalidum.*
102. *Ejus ratio.*
103. *Statuta irrationabilia opificum rejicienda à Magistratu.*
104. *Statutum irrationabile est, ut quod unus incepit alter perficere non possit.*
105. *Sicut & illud, quod molitorum textorum chirurgorum &c. filii non recipiantur.*
106. *Infamia non est ex privatorum arbitrio.*
107. *Desuper constitutiones Imperii.*
108. *Cautela pro indoctis Magistratibus Municip. ratione testimoniorum nativitatis.*
109. 110. *Statutum collegiale prohibens ducere uxorem antea stupratam.*
111. *Sub promissione matrimonii fœmina decepta, dicitur violentiam passa.*

112. *Moribus licitam est ab alio stupratam ducere.*
113. *Receptus, ideo non est excludendus.*
114. *Delictum paternum non praecludet aditum ad Collegia.*
115. *Natus antequam pater ad collegium reciperetur beneficiis collegii tamen gaudet.*
116. *An quis artificuum in duobus possit esse collegiis?*
117. *Au ducens viduam lictoris sit excludendus à collegio.*
118. *Vitium ex priori matrimonio inhaerens non nocebit superstiti viduae renubenti.*
119. *Relegatus quatenus amittat jura collegii?*
120. *Statuta inter mercatores monopolium sapientia non sunt admittenda.*
121. *Opifices non prohibendi vendere merces quas confecerunt.*
122. *Exempla aliorum statutornm irrationabilium.*
123. *Privilegia opificum collegiis concessa quam habeant interpretationem?*
124. *Privilegia societati conc essa quomodo intelligenda?*
125. *Privilegium si ex post facto incipit iniquum revocari à Magistratu potest.*
126. *Privilegium incipiens laedere remp. ipso jure & sine revocatione cessat.*
127. *Maxime quando non est in vim contractus concessum.*
128. *Privilegium ex post facto laedens ipsum concedentem, iniquum est.*
129. *Privilegia concessa collegio per contraventionem collegiatorum cessant.*
130. *Etiam per actum personarum singularium amittuntur.*
131. *Secus tamen est in privilegio datum civitati.*
132. *Privilegium collegio concessum, Magistratus cum causa abolere potest.*
133. *Privilegium non ex causa synallagmatica, sed mera gratia collegio concessum, pro libitu revocari potest.*
134. *Privilegium confirmatum per sententiam non potest tolli.*
135. *Privilegium ut valeat ad effectum obligandi, quid ad id requiratur?*
136. *Quando adhuc revocari possint privilegia concessa collegiis.*
137. *Exstinguuntur privilegia morte collegiatorum.*
138. *Renunciatione.*
139. *Lapsu temporis.*
140. *Privatus artifex lapsu temporis desinit esse artifex.*

141. *Collegiis opificum per collegiatorum mortem dissolutis eorum bona Magistratui accrescunt.*

142. *Quatenus postremus collegiatorum de bonis collegii possit disponere?*

143. *Distinctio Beieri notata.*

1. Cives qui civitatem Municipalem constituunt, non immerito in tres classes dividuntur; Vel enim sunt *Literati*, vel *Mercatores* vel *Opifices*; Hos peculiaria jura habere patet ex ordinationibus Politiæ, ratione legum vestiariarum, &
2. sumptuariarum. *Literatura* artibus liberalibus conficitur, & suas continet facultates, ipsisque competit titulus docti, Hoch= vel Wohl=Gelehrter.

Mercatura est scientia negotiandi, id est comparandi & distrahendi merces ad honestum lucrum quærendum.

3. *Opificia* sunt artes quæ magis corpore, manu, cum opera & instrumentis ad id factis, quam ingenio exercentur: Mechanicæ dictæ Germanis, Handwercker / Hand=Künste. Horum quædam
4. sunt sordida, quorum objectum vilis est materia, quædam honesta circa materiam nobilem occupata. Aliorum opus est permanens uti constat, aliorum transiens qui opus quidem faciunt, sed nullum post se relinquunt, velut ars gymnastica, saltatoria, &c. quæ ab aliis ad mi-
5. nisterialia referuntur. Opificiorum commoditas tanta est in omni republica, ut sine illa, vita civilis & militaris subsistere non possit, & licet ab artibus liberalibus in Philosophorum Scholis, alto supercilio segregentur, constat tamen, ea quam plurima ingenio liberali digna esse, & adminiculo Philosophiæ uti. Dicuntur ergo 6.
merito *opificia* ab ope ferenda, quia horum opera & opere insignis, in civitatem quæstus & commoditas redundat, vel quia necessariam operam publicis utilitatibus exhibent *l.* §. 12. *ff. eod jur. immunit.* Raro enim mediis deficiunt opifices, qui arti suæ fideliter incumbunt, ut dici solet: Ein Handwerck hat einen güldenen Boden FABRIC. *in observ. metall. cap.* I. Horum solertia & copia facit ut 7.
civitas adventitiis institoribus minus egeat, sed sibi omnia administret, quæ in pace ac bello usui esse possunt, quin etiam exteros ad civitatem allicit eamque ampliorem & ditiorem reddit. PATRIT. *Instit. Reipubl. lib. I. tit.* 8. Quapropter opifices juxta monitum ARISTOT. *lib. II. Polit. cap.* 5. *&* 9. non inter postemas reip. partes & curas habendi, & artium mechanicarum

exercitiorumque manualium rite ordinata distinctio, anima ac spiritus vitalis Politiæ Civitaticæ â Politicis dicitur, per *l. 23. in med. ib. absurdum est namque C. de testam. ibique DD.*
8. Per opificia duæ rerum publicarum antiquissimæ pestes egestas & inertia de civitate expelluntur, tenues sublevantur, otiosi exercentur, urbes exornantur BODIN. *de Republ lib. VI. cap. 2.* Mechanica sæpe magnam ingenii vim
9. requirit, ejusque laudem recenset. Ex LORINO. *lib. V.* von Vestungen. Es lasse sich keiner / wann er gleich ein grosser Herr wäre / verdriessen / daß man ihm einen Mechanicum schilt / dann wie vom Plutarcho und anderen berühmten Autoribus gedacht wird / so ist derselbe Nahme ein Ehren-Titul / der allen Leuten zugehört / die grosses Verstandes und Künste sind. FAUST. ab ASCHAFFENB. *Cons. pro ærar. class. 16. ord.* 1124. Unde & Romani annuatim aliquot adolescentes ad artes addiscendas in loca peregrina amandarunt. ALEX. ab ALEXAND. *l. 5. cap.* 19. Germa-
10. nice dicuntur collegia opificum Aemter / Gilden / Innungen / Zünffter / Gaffeln / quarum vocum origines examinat BEYER. *de Colleg. opific. cap. 1. §. 4. n. 57. & seqq.* Amt nomen officii est generale, quamcunque fundationem denotans, ut vix appareat qua ratione, illud collegio opificum tribuatur. Vox Gilden vel Gülden / videtur
11. nomen sortiri ex pecunia communi, ad sumptus collegii nomine erogandos destinata, à Geld vel *Geldus vel Geldum* voce Latino-barbara, quæ vox occurrit in LL. Alemannorum *tit. 2. 70. 71. & 73.* Geld vero est à Gelten / quia pecunia cuncta æstimantur. Hinc jam *Gildæ*, cujus socii *Gildones* vel *congildones*, id est confratres Gilde-Brüder / HINEMAR. *in Capitul. ad 852.* & mentio fit Gildoniæ in LL. Lombardicis *lib. I. tit.* 17. Et in Capitulari Carol. M. *lib. V. cap.* 129. dicitur de Sacramentis de *Gildonia* invicem conjurantibus. Sed etymon hoc alleg. BAYERO displicet *cap. 1. n. 37.* & dictam vult vocem à validitate vel tolerantia die Gültige Gelittene. Innungen dici
12. opinatur quasi Vereinigungen / vel ab inclusione & incorporatione quod membra tanquam, corpori inserta sunt. Zunfft à con-
13. gregatione Hauffen / vel si nimia non est syncope ex Zusammenkunfft. Sed permissus est, harum originum, ut cæterarum error, nec opus ut singula vocabula faciamus derivativa, multa enim in primitivo significatu hærent, quorum principia ignoramus. Gaffel
14. tamen denotationem habet non universalem

versalem, sed localem, quæ vox urbi Coloniæ Ubiorum peculiaris est, ubi tamen etymon ejus indagare non potui.

15. Opificiorum alia sunt **Gemeine ungeschenckte Handwercker** / alia **Geschenckte Handwercker** / de quibus *ordin. Polit. Imp. de Anno* 1548. *fit* **von Handwercks-Söhnen** §. 37. **dieweil in dem.** Et inde ita appellantur, quia eorum sociis **den Handwercks-Gesellen** / ad alia loca venientibus, munus & epulum gratis dari solet quæ recenset Knipsch *de Civit. Imp. lib. V. cap.*

16. *2. n.* 14. Est autem collegium opificum societas legitima certorum hominum artificium aliquod licitum exercentium, certis statutis & legibus firmatum. Fritsch. *de colleg. opif. cap.* 1. *n.* 16. Ut ut autem

17. opificiis sua laus non demenda, per ipsa collegia opificum tamen **die beschlossene Aemter** commerciorum libertas aliquo modo restringitur, & monopolium artis inducitur, unde in florentissimis emporiis, ut in Belgio, hæc non sunt introducta; Ad prudentiam ergo Magistratus pertinet dispicere, an, & quæ collegia in Republ. admit-

18. ti debeant: Experientia enim docet, quod sæpe antiquitas ipsis concesserit privilegia, quæ non consequerentur si de iis ingerendis jam agendum foret. Et ut Mev. ait plus relictum compendii singularibus collegiis, quam ut prospici queat integræ universitati, quæ in multis sua commoda cedere cogitur illorum lucris. Et si de iis corrigendis cogitatur, communis tamen collegiorum causa sine turbis & formidine publicorum motuum id tentare non permittit *ad Jus. Lub. lib.* IV. *tit.* 13. *art.* 3. 15.

Ad institutum ut revertar, Magistratum etiam Municipalem col- 19.
legia hæc opificum approbare, illisque certa privilegia seu indulta concedere posse, adeo est extra dubium, & controversiam, ut in singulis ferè Municipiis, hujusmodi collegia mechanica à Magistratu suo habeant privilegia, quæ **Ambts-Briefe** / **Ambts-Nottulen** aut ut Saxones loquuntur **Innungs-Brieffe** / dicuntur.

Ex ea nimirum ratione, quia 20.
concesso jure civitatis, competit Magistratui jus Politiæ, quod consistit in cura & ordinatione eorum quæ ad rem civitatis pertinent, & quæ per ordinationes Imp. Politicas Magistratibus civitatis incumbit, omnis enim concessio acquisita intelligitur, sine qua cætera sunt inutilia & inexpedita. *l.* 2. *ff. de Jurisd.* Mev. *p.* 1. *decis.* 55. *n.* 2. *in not. Et p.* 3. *dec.* 284. *n.* 6. Steph. *de jurisdict. lib. X. p.* 2. *cap.* 6. *n.* 66.

21. Collegiorum jus a Magiſtratu impetrandum, eaque ſe ipſa fundare non poſſunt, ne ſub prætextu collegiorum, illicita & pernicioſa conventicula atque conſpirationes ineantur. *l. 1. & 2. ff. de colleg. & cor. l. 1. ff. quod cujusque univerſ.*

22. Conceſſum autem collegium præſumitur, ſi ex diuturno tempore ii qui aliquam exercent negotiationem aut artem, tanquam collegæ, palam convenire ſoliti & ſigillo arcaque communi uſi ſunt. Tiber. Decian. *tract. Crim. lib.* VII. *cap. 20. n. 3.*

23. Cujus illa eſt ratio, ne opificia confundantur, **noch ein Handwerck dem andern eingreiffe/** quod fieri non debet, Besold. *in Theſaur. pract. lit. A. n. 23.* unde legitur Ægyptios legem habuiſſe,

24. quæ modum finesque ingeniis ponebat, & qua nulli artifici aliam artem niſi paternam exercere licebat, Cunæ. *de Republ. Judæor. l. 1. cap. 5.* Besold. *d. loc.*

25. De Chinenſibus legitur quoque, quod filius non ſaltem paternum opificium profiteri, ſed & uxorem ex collegio tali opificum, niſi ſingulare deſuper indultum acquirat, ducere cogatur, unde & familiæ illic non nominis, ſed opificii ratione diſtinctæ ſunt, dicunturque ex familia aurifabrorum, ſutorum, textorum, &c. imo & opificia certis plateis ſunt diſtincta, **es wohnen jede Handwercker auf beſonderen Gaſſen/** Linschot *aliiq; in itiner. Indiæ Orient.* Unde 26.
omnes artes artiumque opera tantam aſſequuntur perfectionem, ut nihil in iis quod deſideretur invenire liceat. Nec in toto terrarum orbe exſtat regnum populoſius, opulentius, potentius, durabilius, quam ampliſſimum illud & laudatiſſimum Chinenſium regnum, Boter. *de orig. urbium, lib. II. cap.* 11.

Apud nos hiſce Municipiis, tota civitas repræſentatur, per opificum collegia & communitatem, ſive uti dicimus, **Aemter oder Gilden und Gemeinheit/** ubi & huic certum negotiationis genus vel cumulative vel privative pro locorum conſuetudine tribui ſolet. 27.

Quorum collegiorum mechanicorum inter cætera illa eſt utilitas quod cum cogenda pecunia eſt in civitate, cum tributa colligenda, cum gravia reip. negotia expedienda, melius ac facilius cum univerſis quam cum ſingulis agatur, & conſenſus obtineatur. Vernul. *Polit. l. 6. 2. tit.* 11. *cap. 8.* Ex quo eſt quod exiſtimet Bodinus, nihil ad popularia imperia tuenda ac retinenda potentius nec melius excogitari potuiſſe unquam, quam ejusmodi civium collegia. 28. 29.

Ne-

Neque Regia neque optimatum
potestas ad continendas hominum
societates, iis carere potuit, in-
quit PLUTARCH. *in Numa*, qui
30. Rex non modo omnium opifi-
cum, sed & mercatorum collegia
instituit VERNULÆ. *d. loc.*

31. In Municipis corpus illud præ-
dictorum collegiorum, certo or-
dine distingui atque is undique pro
oppidorum diversitate variare solet
& quidem ratio ordinis non in
dignitate, honestate, & opificii,
prærogativa, sed pro tempore ac-
quisiti privilegii plerumque consi-
stit. Hic loci talis est, Becker/
Schmiede/ Gemeinheitl/ Schnei-
der/ Krämer/ Kürschner/ Met-
scher/ Wüllner/ Schuhmacher/
Loh-Gerber/ und Lein-Weber.
32. Parisiis primum locum tenent alu-
tarii, die Weiß-Gerber/ qui licet
pauperrimi, tamen prærogativam
hanc pro oblato pretio 3000 flo-
ren. cedere noluerunt, quos se-
quuntur pannifices, Tuchmacher/
materialistæ, Würtz-Krämer/
aurifices, Tipographi, biblio-
polæ, mercatores. SCHILT. *ad ff.
exercit.* 7. *coroll.* 1. Ordo hic ali-
33. ter præcedentiam non infert, quam
inter collegia vel corpora congre-
gata, ita ut privati diversorum
collegiorum inter se prærogati-
vam ex eo prætendere nequeant.

Supra quidem dictum est Ma-
34.
gistratum etiam Municipalem col-
legia opificum approbare posse,
verum hæc sententia, ab omni
impugnatione immunis non est,
multi enim volunt concessionem
hanc ad jura territorialia superio-
ritatis spectare. LIMN. *jur. publ.
lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 298. SCHULTZ.
colleg. publ. disp. 6. *tit.* 21. *lit.* L.
Imo inter regalia majora illa po-
nit BESOLD. *de Regal. cap* 7. *tit.* 1.
Unde in *Ord. provinc. Ducat. Sa-* 35.
xon. p. 2. *tit.* 39. Vom Hand-
werckeren insgemein/ statu-
tum: Wir wollen daß alle Hand-
wercker in Städten/ Flecken/
Dörfferen/ so von uns bestätigte
Innungen haben/ dabey kräfftig
sollen geschützet werden. Par apud
nos exstat rescriptum Regium, ad
Magistratum de inposterum non
concedenda, approbatione colle-
giorum opificum. Ubicunque er- 36.
go tale jus inter regalia collocare
placuit, sine venia Superiorum il-
lud usurpare licitum non est. Nisi
Magistratus docuerit, jus illud per
modum privilegii vel ex alia singu-
lari concessione, vel ex longa
consuetudine ipsi à Principe esse
indultum quam regulam circa re-
galia observandam esse docet.
MEV. *p.* 4. *dec.* 103. *n.* 5. Deinde 37.
licet jus tale ex patientia Principis
quæ vice tituli est, ad Magistra-
tum oppidanum devolutum sit
me-

merito tamen poteſtas hæc inferiorum, inſpectioni Superioris ſubjicitur, ne Magiſtratus Municipalis, ea cum detrimento reip.
38. abutatur; Uſu quotidiano enim compertum eſt, quamvis collegia, quædam ab incunabilis civitatum, utut proſpera & utilia, ceperint, tamen illa tandem in noxam abire, ita ut per ea Magiſtratuum auctoritas evileſcat & ſupprimatur.
39. Nam collegia undique in oppidis noſtris prædominari intendunt, legesque publicas ſub illorum placito trahere, & publicis rebus formam dare conantur, ita ut civium contumaciæ inde ſit præſidium, per conſequens motuum occaſio & fomentum Mev. *d. decis. 301. not. ad n. 1.*

40. Non immerito ergo in ordinatione politica civitatis noſtræ, vulgo das herrſchafftliche reglement, de anno 1701. proviſum: Wird den Richtleuten / Zunfft- oder Gilde-Meiſteren / alle bishero unternommene Adminiſtration oder Verordnungen/bey Stadts-Sachen ernſtlich inhibiret / ſo gar daß ſie weiter nicht/dann auf des Magiſtrats Geſinnen und Erforderenden ihr Gutachten geziemend vorzutragen / und ſich in keine Stad-Geſchäffte hinkünfftig einzumiſchen / bemächtiget ſeyn ſollen / ſondern es wird vielmehr / einjedweder von ihnen / gleich anderen Particulier-Bürgeren / an ihre Gülden und Profeſſion / zur Arbeit verwieſen.

Per ejusmodi jam obtentam legitimam Magiſtratus approbationem ſeu authoriſationem collegia illa opificium certum locum conventionis, vel domum ad id deſtinatam, Ambts-Hauß / tractatus collegiales, arcam communem, gemeine Lade / ſigillumque, Ambts-Siegel / habere poſſunt. STEPHAN. *de jurisdict. lib. II. p. 2. c. 6. n. 28.* FELIN. *in C. accedentes x de præſcript. n. 2.* VERNUL. *polit. d. cap.* 8. 41.

Si tamen collegia præſertim minora in oppidis earum facultatum non ſunt, ut peculiarem domum ein Ambts-Hauß / conſtituere ſibi poſſint, convocatio collegii initur apud primicerium den älteſten Richt-Mann / Ambts-Meiſter ſive Gilde-Richter / vel ubi is locum conventioni indicat BAYER. *d. tract. cap. 12. n.* 1020. 42.

Tractatus collegiales ſuſcipiuntur, ſtatis certis terminis fatalibus, in congregationibus ſuis, zuſammen Künfter / quæ plerumque ſolent eſſe menſtruæ. Deliberationes haſce apud nos vocant die Ambts-Morgen-Sprache / quam vocem ad antiquum jus Saxonicum & in ſpecie ad jus Municipale Magdeburgicum refert præcit. BAYER. 43.

BAYER. *cap. 15. n.* 1170. Jure Lubecensi eadem reperitur *art.* 3.
44. *tit.* 13. *lib. IV.* Ideo autem conventiones hæ certo tempore ac destinato loco instituendæ sunt, ut suspicionem conventiculorum illicitorum evitent, unde exacte observandum, quod inter ipsos consuetum est; Multis in locis deputati ex Senatu, hisce deliberationibus proficiuntur, ne quippiam extra oleas moveatur. KNIPSCH. *de civit. Imp. lib. III. cap. 6. n.* 11.

45. In arcam communem in die gemeine Amts-oder Handwercks-Lade / recondunt documenta sua, matriculam, das Amts-Buch/ continens nomina collegiatorum, reditus, mulctas pecuniarias, cum suppellectile communi, cujus administrationem & custodiam suscipit Senior collegii vel primicerius,
46 der Wort-führende Richt-Mann/ MEYER. *colleg. Argent. ad tit. de colleg. & corpor. th.* 7. & 10. STEPH. *de jurisdict.* 12. *lib. II. cap.* 6. *n.* 83. BRUNN. *ad l. 6. C. de advoc. diverss. jud.* Qui de administratione sua collegis junioribus, den andern und jüngsten Amts-Brüdern /annuatim rationes reddere, atque id agere debet, ut reditus in necessarios & utiles usus extendantur, MINUT. ESCOBAR. *de ratiocin. administr. lib. I. cap.* 3. KLOCK. *de contrib. cap. 5. n.* 186. MEV. *dict. tit.* 13. *not. ad u.* 24.

Ex arca hac non solum subveni- 47.
tur egenis, qui de collegio sunt, armen und francken Meistern und Gesellen/ sed & extraneis ubi dispositum in Ordinat. Marchion. Brandeburg. Onoldini *in fin. art.* 11. Und wo etwa ein frembder Geselle in Leibes-Schwachheit fiele / oder auch ein armer Meister in langwierige Kranckheit geriehte/ so sol ihm von des Handwercks Verabt nach ziemlicher Nohtdurfft geholfen werden. LIMN. *in addit. ad lib. IV. cap. 8. ad n.* 30. 7. *p.* 639. Civitas quoque tempore necessita-
tis ingruentis ab artificum colle- 48.
giis qui arcam communem habent, ad exemplum reipubl. pecuniam mutuo petere potest. KLOCK. *de ærar. lib. 2. cap.* 37. *n.* 27. Modo bursa talis multa pecunia sit referta. *id ib. cap.* 24. *u.* 11. cui tamen dispositioni, plerumque in Municipiis nostris, vel ob egestatem ærarioli istius, vel ob sumptus convivales ante omnia erogandos præveniri solet.

Quæritur: An Magistratus Mu- 49.
nicipalis ab administratoribus arcæ communis horum collegiorum rationes exigere possit? Quod reguIariter negandum, quia Seniores collegii sunt ratione administrationis hujus instar Magistratus alicujus, *arg. l. fin. C. de jurisdict.*

Et rationes reddendæ non sunt nisi Dominis seu ad quos res administratæ pertinent, atque à quibus administratio committitur, *l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de admin. rer. ad civit. pertin.* PLATEA *ad l. fin. C. eod,*
50. Nisi desuper inter collegas sit discordia vel civitati intersit ob abusum facultatum collegii illas rectius administrari & dispensari, nam hæc ad publicam curam spectant, atque eo casu Magistratus intentio ratione potestatis prohibendi & mandandi est fundata, MEV. *p. 7. dec.* 177.

51. Quær. dein: An collegium opificum habeat tacitam hypothecam in bonis administratorum suorum? Quod regulariter negatur, quia privatorum loco habentur, *l. simile ff. ad Municip.* ROMAN. *cons.* 48. CARPZ. *p.* 1. *Const.* 28. *defin.* 156. Nisi collegium illud jus consecutum sit ex singulari concessione Superioris, prout idem de collegio sutorum Lipsiæ *d. loc.* testatur.

Sigillum eorum, das Amts-
52. Siegel/ quod attinet, illud inservit obsignandis literis, obligationibus & liberationibus ad collegium spectantibus vel ad ea, quæ ad probanda ac tuenda nomine collegii necessaria sunt, quæve unius privati sigillo insufficientia sunt, singulorum enim pizetis capiendis charta forsan par non esset, vel si omnes illo instructi non essent, defectus aliquis arguere posset dissensum, quorum nomine non fuit signatum, BAYER. *laud. Tract. de colleg. opific. cap.* 12. *n.* 488. *& seqq.* Sigillum hoc 53
collegium sibi eligere potest, modo tamen non sit exorbitans & rem signatam demonstret, hinc artificia præcipua artis suæ instrumenta loco signi deferre solent, sic architecti securim vel amussim, murarii malleum seu trullam, tonsores vel balneatores scalpellum, &c. in insignibus suis habere solent. HÖPPING. *de insignib. cap.* 35. *n.* 32. Nec autem sola 54
sigilli appositio effectum sortitur, nisi subscriptio accedat, *l.* 8. *§.* 35. *ff. quib. mod. pig. vel hyp. solv.* & quidem eorum, qui collegio præsunt, *l.* 14. *ff. de pact.* COLER. *de process. execut. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 363.
A sigillo hoc distinguendum est, 55
signum notitiæ & discriminis, quod Stempel vocatur, illo enim vel quilibet privati, vel illi, quibus jus lustrationis & censuræ competit utuntur, ejus appositio plerumque in pannariis obtinet, ubi certis locis optime dispositum, ut nemo pannos à se confectos venum exponere queat, antequam hoc signo præmuniti sint, quæ inspectio committitur den Gewand-

schnei-

schneideren / prout constituit Augustus, Dux Brunsvic. in statuto Hennicopol. *tit.* 27. von Gewandschneideren und Tuchmacheren/ *&c.* aliquando Senatus character imponitur, sicut de aurifabris & stannariis edictis provincialibus passim statutum reperimus.

56 Præter supra notatas res collegiorum communes solent & ea instructa esse supellectile, apparatu funebri, puta peplo, ein Leichen-Tuch / nobis Boll-Tuch/ vel rebus convivalibus, quæ quantopere ipsis cordi sunt, inserviente. Habent enim patinas, pocula, scutellas & orbes stanneos certi ponderis & mensuræ, ex collatione vel tyronum vel neo-Magistrorum pro receptione vel dimissione, Bayer. *sæpe cit. cap.* 12. *n.* 1047.

57. Porro ex authorisatione sua consequuntur jus convocandi, per specialem ministrum, qui & placita eorum exsequitur, quem vocant Amts-Boten/ Stuben-Knecht/ einen bestellten Handwercks-Knecht/ nobis est ein Schencke / quod munus subire coguntur noviter recepti in collegium, nisi certo dato pretio, desuper se exemerint, raro enim peculiarem habent collegii nuncium sive pedellum, quales in magnis emporiis saltem reperiuntur. Ubi quær. Si eo instructum non est 58. collegium, an convocatio eorum per campanam civitatis fieri possit? Sic quidem licitum putat Brüning *de var. univ. spec. th.* 44. sed de eo merito dubitatur, quia convocatio per campanam ad jura superioris refertur Maul. *de homag. cap.* 14. Et exstat *Constitutio Augusti, Elect. Sax. de anno* 1580. *tit.* 39. Vom Gebrauch der Glocken. §. 3.

Cæterum de hisce conventibus 59. & convocationibus adhuc notandum, quod si ad bonum finem & honestum fiunt, non improbentur, nec idigeant Superioris venia idque in tantum, ut cives contra edictum Superioris licite in licitis conveniant, & si quid in conventione bono fine instituta peccetur, factum saltem non cœtus puniri debet. Illicita autem dicuntur conventicula in quibus tractantur juri, statutis, bonisque moribus contraria, & de iis per quæ usurpatur auctoritas Magistratus, aut isti quid detrahitur. Cravet. *consil.* 4. *n.* 2. Collegiorum cæteroquin conventus mala præsumptione non laborant, nisi ex clandestinate suspicio quædam oriatur. Mev. *ad J. Lubec. lib. IV. tit.* 13. *art.* 1.

Tum & ex privilegio conces- 60.

60. sionis habent, quod non saltem collegium tale sit licitum, sed & honestum, atque eo prædicato nominari & salutari solent: **Ein erbahr Amt** vel **Handwerck.** Unde consectarium ex eo inferre, nimis late student, quod qui de collegio tali non sunt, nec honesti sint quos vocant **unzünfftig** / id est, **unredlich** / consequenter **ein Schelm** / ut ait BAYER. *d. tract. de colleg. opif. cap. 15. n.* 1166.

Jus collegii adeptum operatur
61. quoque, quod illud ex mutuo in utilitatem ipsius contracto, æque obligetur ac alia universitas gaudeatque beneficio *l. civitas.* 27. *ff. de reb. cred.* GRATIAN. *discept. forens.* 196. *n.* 2. FRITSCH. *de colleg. opif. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 10. ZAS. *ad d. l.* 27. *n* 6.

Præcipue vero concessio rite &
62. legitime acquisita, tribuit collegio approbato jus, quod nemini liceat, tractare opificium seu artificium, nisi qui immatriculatus & pro collega seu membro assumptus fuerit. HÖPPING. *consil.* 27. proinde qui habent jus exercendi artem aliquam mechanicam alios non receptos, ab exercitio illius licite possunt arcere CASTRENS. *in l.* 2. *ff. de judic.* BALD. *consil.* 463. *vol.* 4. Illi, qui clam & priva-
63. tim in ædibus operas suas locant, vulgariter appellantur **Böhnhasen/ Pfuscher/ Störer/** &c Leporibus hisce domesticis utplurimum vexantur collegia, quorum opificium sine strepitu & apparatu fit, ex. gr. sartorum, quorum magistris familiare est, camerariam hanc turbatorum venationem instituere, & lepores hos scrutari ac persequi, **die Böhnhasen jagen**/nec alii opifices turbationibus magis infesti ac infensi sunt iis; Dicuntur autem à **Böhn** / vel **Bühne** / **Böhne** enim idiomate Westfalico nobis est camera elevata, & in recessu quodam collocata, ubi potius quam in vestibulo & atrio domus illicitum opus suum peragere solent; **Hasen** autem sive lepores dicuntur, quia sunt clancularii, meticulosi & umbratiles, fugientesque conspectum legitimorum magistrorum. Eo 64.
que nomine veniunt, qui certo collegio nomen non dant, sine legibus vivunt, ex vili materia artem conficiunt, patribus familias operas suas exiguo pretio obtrudunt, arcana artis emanare ad alios sinunt, atque ita cæteris non modicum decrementum inferunt impediendo, prodendo & disturbando, BEIER. *d. Tract. cap.* 14. *n.* 482. *& seq.* Horum toleran- 65.
tiam plerumque in Municipiis defendunt, qui ex illo opificio non sunt; Quia ejusmodi opifices sæ-

pe

pe melius callent artem, quam ipsi magistri, tum eorum opera egenis consulitur, qui aliquando avaritia & pigritia collegiatorum opprimuntur, dein, ingressus in collegia aliquoties præcluditur ob conditiones utplurimum nimis duras, quibus præstandis pares non sunt ii, qui manibus victum sibi parare coguntur; Denique si nimis severe ipsis cum agitur, eo ipso è civitate expelluntur, cum potius Magistratus de iis retinendis studere debeat, pro facilitandis publicis oneribus, &c. Verum licet hæ rationes non omni
66. modo rejiciendæ, sed eæ moderatores civitatum merito movere debeant, ne pro arbitrio, collegiati in turbarores sint duri, scimus enim experientia teste, quod illorum vindicta contra hos sit immodica, notatque allegatus BEIER. *d. cap. n. 572.* quod & turbatoribus quandoque corporis membra, quibus opificium maxime exercetur, corruperint, v. g. daß die Schneider einem Stöhrer die Nadel durch den Daumen schlagen/ atque sic ad ulteriores operas licitas atque illiciras ineptos red-
67. diderint. Interim tamen maneat usus, tollatur abusus, & servanda est cujuscunque conditio, nec promiscuis actibus turbari debent rerum officia, ne aliis creditum alius subtrahat, *all. l. 23. C. de testam.* puniendi sunt, qui alterius officio se immiscent, *l. 4. C. de numer. & actuor. lib. XII.* atque commoda reliquis competentia nemo præripere debet, *l. 5. C. qui milit. poss. lib. X. l. sui. C. de adsess. & domest. Jud.* CABEDO *part. 1. decis. 158. n. 2.* Pro avertendis ergo hujusmodi quærelis suasor sit pru- 68.
dens Magistratus, ut turbatores hi convenienti collegio se mancipent, daß sie sich unter eine gewisse Zunft begeben. Vel si & huic instituto impedimenta obstant, disponantur magistri, ut ab illis annuatim pro concedenda permissione, certis conditionibus limitata, recognitionem aliquam recipiant; Si vero contra eos ad executionem pervenire necesse est, non permit- 69.
tet Magistratus coercitionem arbitrio collegiatorum, sed impetrata prius venia apparitores jungendi sunt, per quos ipsis præsentibus peragatur pignoratio. Nam licet 70.
quædam cognitio collegiis opificum, de causis opificium spectantibus competat, hæc autem ad executionis speciem, quæ mixti imperii est, vel sub concessione simplicis jurisdictionis venit, extendenda non est, ACCURS. & AZO *in l. sui. C. de jurisd. cit.* à MEV. *p. 5. decis. 254. & p. 7. decis. 38. n. 2.* Ubi & attendendum, quod 71.

ejusmodi expulsio ex vindicta non porrigenda sit in locis exemptis & privilegiatis, & ædibus ab iis habitatis, qui non subsunt jurisdictioni civitatis, BEYER. d. cap. 24.
72. n. 559. Idem quærit n. 490. ibid. an censuræ huic subjectæ sint patresfamilias, qui vel exercitii causa vel in usum familiæ aliquid laborant & perficiunt? Quod sane negandum, nam quoad usum proprium quisque sibi studere poterit,
73. sine opificii noxa. Licet quidam opificum, ut ait laud. Auctor adeo sint invidi, ut mallent nemini quicquam licere præterquam sibi, ac si obtineri possibile esset, ut unumquemque per eos edere, bibere ac dormire oporteat, habeantque monopolium in cibo & potu.

74. Habent & collegia jus eligendi præfectos suos, Gilde-Meistere/ vel Richt-Leute/ & quædam electio fit per collegas isti actui præfixos, confirmatio autem horum est penes Magistratum, MEV. d.
75. art. Jus Lub. n. 23. Obstricti sunt collegæ ad obsequendum iis, quæ Seniores ordinant, in causis ad opificium spectantibus, coram iis accusati se sistere, causam dicere, & sententiam exspectare tenentur, licet alias privilegiati SICHARD. ad l. sui. C. de jurisd. n. 2. reservato tamen recursu ad Magistratum.

Vi acquisiti privilegii collegialis 76.
possunt & statuta condere, quæ sunt collegiorum pactiones, HEIG. p. 1. quæst. 23. n. 27. & leges fundamentales, ex quibus illorum, qui sub collegio sunt jus, potestas, libertas & commoditas censeri debet, MEV. resp. 7. v. tertio. Comment. ad jus Lubec. annexo.

Quamvis etiam hæc collegia 77.
statuta sibi specialia contra Municipii generalia condere possint, l. 1. de jurisdict. omn. jud. l. 2. fin. C. de constit. pec. BART. in l. omnes 9. n. 6 ff. de just & jur. Id tamen ita accipiendum, ut hæc statuta 78.
collegiorum tantum circa ea intelligantur, quæ pertinent ad rerum suarum administrationem, l. fin. C. de jurisdict. omn. jud. BART. in d. l. omnes populi. n. 6 ff. de just. & jur. SURD. cons. 460. n. 9. Atque harum intuitu eos, qui sunt ex nu- 79.
mero collegii coercere possunt, PAUL. de CASTR. in l. privatorum 3. n. 5. C. de jurisd. quæ tamen coercitio restringenda est ad causas leviores, regulas opificii saltem concernentes. Quibus ad exclusio- 80.
nem, si non positive, saltem implicite deveniri potest, daß sie ihm sitzen lassen / und nicht ins Handwerck beruffen / BEIER. de colleg. opif. cap. 21. n. 1684. Quod minus est, quam das Handwerck niederlegen. Quod collegiis incon-

consulto Magistratu non competit, de quo *conclusum Collegior. Imper. de Anno 1671. art. 6.* Wann auch einem Meister oder Gesellen sein Handwerck niederzulegen seyn möchte/ sol solches der ordentlichen Obrigkeit des Orts vor- und angebracht/ und hierüber gebührenden Ausschlags erwartet werden. Quod integrum exhibet ANTON. FABER. *Europæische* Staats-Cantzeley. *fascic. 2. n. 4.*

81. Super aliis vero causis civilibus ne dicam criminalibus, illis nequaquam cognitio competit, juxta vulgatum illud: Ne sutor ultra crepidam, CARPZ. *decis.* 285. Ex quo & fluit, quod si quis collegiatus ob crimen commissum à Superiori mulctatus sit, collegium ob id excludere illum non poterit, quod docet, CARPZ. *p. decis.* 285. cum præjudicio de Anno 1649. ibidem annexo.

82. Statuta hæc vel sunt licita vel illicita, illa opificum ordinem & communem Reipublicæ utilitatem respiciunt: Hæc sunt monopolica, iniqua, fraudulenta, commerciorum libertati contraria, ac saltem privatum lucrum & quæstum concernentia. Hinc ea omnino prius

83. à Magistratu examinanda, nec temere, ob rixarum & contentionum rationem in civitatibus introducenda sunt, provideatque Magistratus, ut collegæ literali observationi sint obstricti, omnisque occasio præscindatur extendendi & abutendi, MEV. *d. art. 1. lib. IV. n. 16.* ubi & utile est, in vicinorum simul locorum consuetudines, statuta & mores prius inquirere, ne quid forte absurdi aut iniqui permittatur, MEV. *p. 5. decis.* 170. *n.* 3. Quæritur: An sta- 84.
tuta hæc egeant confirmatione Superioris? Vix ita videtur, quia illa intuitu professionis & artis factæ censentur, confirmata ipso jure communi. Vid. *supr. lib. II. Cap.* 34. tamen praxis Germaniæ confirmationis necessitatem ubique fere induxit, & ea hodie fit krafft Landes-Fürstlicher Obrigkeit. WEHNER *Observ. pract. verb.* Zunfft- & Gilde-Meister. SCHNEIDEW. *in §. constat 3. J. de jur. gent. & civ.*

Inter statuta licita & utilitatem rei opificiariæ promoventia illud 85.
præprimis refertur, ut, antequam extraneus quis in collegium recipiatur, testimonium vitæ honestæ producat, daß er seinen ordentlichen Gebuhrts-Brieff vorzeigt/ RICHT. *decis.* 80. *n.* 19. Supersti- 86.
tiosa enim artificum cohors nimium honestati studere videtur, dum in opificiis nihil omnino, vel quod paululum inhonestatis sive dedecoris redolet, tolerare vult,

in-

inde exortum eſt proverbium: **Es müſſen die Aemter ſo reine seyn/als wenn ſie eine Taube geleſen hätte.** Carpz. *p.* 2. *dec.* 192. *n.* 1. *& ſeq.*

87. Statutum quoque licitum & merito approbandum eſt, quod ad explorandam ſufficientiam iis, qui ad magiſterium in opificio adſpirant, injungit, ut certum aliquod opus, **das Meiſter-Stück/** faciant.

Ex eo enim arceantur ſemicocti
88. artifices, qui volunt eſſe Magiſtri, antequam diſcipuli eſſe deſierunt, quos vocant **Stümpler / Pfuſcher /** fiuntque regulares, & ſi nec ſponte nec invitati jus collegii ambiunt, deſpectui à cæteris habentur & pro clanculariis, & qui furtive apud eos operantur, anathemate feriuntur. Tyrones quos docent melioris conditionis non ſunt & de talibus dicunt: **Er ziehet lauter Pfuſcher /** quia contractus doctrinalis debet eſſe publicus, ac celebrari coram toto collegio, **muß vor einem ehrſamen Handwerck und vor die Lade aufgedungen werden.**

Collegia quoque certis privile-
89 giis non innixa ob deficientem characterem publicum, jus magiſtrale **die Meiſterſchafft** non habent, conſtituitque ſaltem analogum quoddam collegium ideo & magiſtri ab iis creati ab extraneis pro talibus non habentur Beyer. *in magiſtro cap.* 2. *n.* 72. *&* 94.

Non obſtante tamen hoc jure magiſtrali vidua artificis, palam 90.
exercere poteſt artem per famulos etiam non magiſtros Lindenspur. *Ordin. Polit.* **Würtenberg.** *fol.* 213. *n.* 8. *in fin.*

Cæterum, circa receptionem magiſtrorum, ordinationibus at- 91.
que edictis provincialibus fere undique locorum cautum reperimus ne nimii ſumptus in commeſſationes impendantur. Tum ne candidati magiſterii ejusmodi opus ma- 92.
giſtrale conficere cogantur, cujus vix ulla eſt utilitas, & uſus jam dudum eſſe deſiit. Limn. *jur. p. ad lib. IV. cap.* 8. *n.* 307 Candidatus hujus actus ante omnia jus ci- 93.
vicum à Magiſtratu impetrabit, neque enim ſenatui præjudicare valebunt, collegio recipiendo contribules, quos incertum eſt, admiſſum iri in cives. Et quomodo facient membrum partis, qui non eſt membrum totius. Bayer. *d. tract. de Magiſtr. cap.* 7. *n.* 202. Si quis ſedem fortunarum ſuarum 94
transfert, & ſemel alicubi, edito ſpecimine nactus eſt magiſterium, ad ejusdem reiterationem non obſtrictus eſt, in loco ubi denuo domicilium figit, nam dedecori eſſet anteriori collegio magiſtros ſuos aliorum examini rurſus ſubjici, atque eorum dexteritati fidem dero-

rogare. *Id dict. tr. cap. 8. n. 204.*
95. Tantus esse solet rigor recipientium, in examinando opere magisteriali, ut vix unquam Magister ab ipsis admittatur sine modica saltem erroris commissi emenda, quod studio fit, ne nimium artifices, illi insolescant.
96. Quod si mulcta ipsis injuncta sit immodica, & novitius civis omni argento emunctus ad ferenda onera civica idoneus reddatur, merito in hoc abusu ut in aliis omnibus, recursus fit ad Magistratum loci, ut omnes hujus generis impensas sui arbitrii & æquales facultatibus candidati reddat.
97. Peractis jam magisterii solennibus candidatus talis adipiscitur nomen quoddam Imperii & potestatis **die Meisterschafft**. Quam insigne vero illud sit, quidam, qui magis artem quam opificium tractare se profitentur, illud adversantur & in contumeliæ partem imputant, sed à suis appellari gestiunt, principales, patroni, **Printzen / Lehr-Printzen / Patronen** BEYER. *magistr. cap. 1. n. 18.* In quibusdam provinciæ nostræ oppidis, pistores à famulis & tyronibus suis honorantur titulo **Heschop** / vocabulo Westphalico, à Germanico **Herrschafft** contracto; Adeo rebus exiguis magna sæpe ostentatio obducitur.

Statutum illud, ne quis extra 98.
opificium ducat uxorem **daß einer ins Amt freyen müsse** / valere dicit SPECKHAN. *cent. 3. quæst. 5. class. 1.* modo absit quædam, cum qua licite contrahere possit. Quod eo 99.
fine constitutum videtur, ut opificia rectius in sua integritate conserventur. Hocque non repugnat libertati matrimonii, quum adsit electio quamnam ex multis amet, vel in uxorem ducat, ubi autem electio, ibi & libertas voluntasque libera, quæ omnino in matrimoniis tanquam substantiale fundamentum requiritur. Secus vero esset, si statutum eo adigere aliquem vellet, ut certam personam hujus vel illius filiam ducat; Eo 100.
enim casu impediretur libertas matrimonii, cum electio ibi sit nulla, adeoque libertas ad certum constringatur individuum. SPECKH. *d. loc.* STEPH. *de jurisdict. lib. II. p. 2. cap. 7.*

Sed quid dicendum de illo sta- 101.
tuto, quo ex collegiis opificum uxores ducendæ, sine dote nubere debent, ut in dispari eorum conditione, tam pauperibus quam divitibus consulatur? Resp. illud Magistratus decreto annullandum esse, nam etsi ad commoda col- 102.
legii redundet, tamen res hæc non est opifiicii propria sed alia extra hoc concernit, de quibus statuta

facere ad Magistratum non ad collegia pertinet, ideoque ad defectum jurisdictionis id ipso jure nullum & inefficax est. Mev. *d. art. 3. tit. 13. lib. IV. in notat. ad n.* 17.

103. Irrationabilia ergo & juri naturali contrariantia opificum statuta à Magistratu Municipali non admittenda, sed illis invitis rejicienda, nam usu quam plurimum compertum habemus, quod collegia suæ auctoritati relicta, parum potestatis Magistratibus sint concessura; Unde concedere, regere, & servare collegia, in civitatibus non postremum politiæ prudentiæ existit.

104. Inter statuta reprobanda merito refertur illud, ut quod unus cœpit alteri perficere non liceat *l. un. vers. ut ne quis C. de monopol.* Stephan. *d. loc. cap. 8. n. 26.* Dan. Moller. *lib. II. semestr. cap.* 15. Carpz. *p. 2. Constit. 6. defin.* 11. Was einer angefangen oder zugeschnitten / der ander nicht ausmachen dörffte. Quod directe tendit contra dispositionem *all. l. un.* quæ unicuique, quod ab altero inchoatum & derelictum est, sine timore aliquo dispendii perficere licere, expresse statuit. Cujusmodi statuta, etiam in Gallia reprobata testatur Rebuff. *ad constit. Regn. Gall. d. magistr. artif. lib. II. art. 4. Gl. 2. n.* 18.

Illa statuta irrationabilia & omnino reprobanda, quæ molitorum 105.
textorum, Chirurgorum, pastorum ovium, tybicinum, balneatorum &c. liberos, in collegia recipi vetant. Unde ab Imper. Carol. V. prudenter existimante, 106.
quod infamia non ex privatorum arbitrio, verum ex lege, bonis moribus atque judicio civitatis & Magistratus, turpe factum arguente, dependere debeat, saluberrime statutum & cum clausula, 107.
consuetudinum & statutorum contrariorum, annulatoria cautum est. *R. J. de anno* 1548. Von *Reformation* guter *Policey.* Item von Handwercks Söhnen *&c.* In verb. So wollen wir solche beschwerliche Gebräuche und Gewohnheiten hiemit aufgehebt und vernichtet haben / setzen ordnen / und wollen demnach / daß die Leinweber / Barbirer / Schäfer / Müller / Zöllner / Pfeiffer Trompeter / Bader / Hirten / Spielleute / deren Elteren davon sie gebohren sind / und ihre Kinder so sich ehrlich und wohl gehalten / hinfür in Zunfften / Gaffelen / Aemter und Gilden / keines weges ausgeschlossen / sondern wie andere redliche Handwercker aufgenommen / und dazu gezogen werden sollen. Quæ constitutio repetita *in R. J. de anno* 1577.

von

von verbesserte Policey-Orden. *tit.* 138. CARPZ. *p. 2. Const.* 6. *def.* 12. *n.* 1. *& lib. VI. tit. 10. resp. 99. n. 3. & 4.* RICHTER. *decis.*
108. *80. n.* 10. Ex quo cautela infertur pro Magistratibus Munic. ne in testimonio nativitatis Geburts-Brieffen/ inseratur, civem talem non esse ex jam memorato professionis genere natum, cujus modi documenta tamen non sine strepitu illorum ita compilata dimus.

109. Huc refertur & statutum prohibens, in collegium opificum admitti illum, qui duxit uxorem quam antea ipse imprægnavit, maxime si sponsalia sint celebrata
110. *idem defin.* 12. Itemque ducentem illam, quæ ab alio sub spe matrimonii vitiata *defin* 14. *ibid.*

111. Ejusmodi enim fœmina sub promissione matrimonii stuprum passa, dicitur passa violentiam promissionibus viri seducta FRANC. VIV. *decis.* 299. *n.* 7. GALD. *in l. si curatorem verb. vel adversarii dolo n.* 58. *& seq. C. de integr. rest. minor.* KLOCK. *cons.* 79. *n.* 81. *tom.* 2. Stuptatam autem ab alio
112. ducere, etsi crimen non sit, sed potius misericordiæ & charitatis opus *C. inter opera x. de sponsal.* moribus tamen hæc licita potest esse exclusionis pœna, ut stuprum sic coerceatur, quo non sperantes honorata matrimonia, eo magis abstineant, eo accedit, vulgaris illa opinio non plane contemnenda, vilem esse qui conjugium, ab alio vitiatæ amplectitur. Es sey ein/ Schelm oder wolle einer werden der eine Huhr wissenlich zur Ehe nimmt. Ut autem hoc casu, jam receptus è collegio ejiciatur inju- 113.
stum erit, quia turpius ejicitur quam non admittitur hospes aliquem non admittere oritur ex jure collegii & pœna non est, sed ejici est relegationis species quædam & pœna non levis, tollens cum existimatione victum, sine magno crimine non irroganda MEV. *in not. ad n.* 41. *sæp. col. art.* 3.

Statutum non tolerandum est 114.
quo filiis procluditur, aditus ad collegium ob delictum paternum, qui eo ejectus est, filius enim pro delicto patris pœnam luere non debet *l. 2. §. nullum ff. de Decur. l. Crimen. ff. de pœn. Ezech. cap. 18. v.* 20. Tum & ob conjunctionem personarum favorabilem, concessum intelligitur filio, id quod concessum est patri, eo ipso momento, quo pater in collegium fuit receptus, in tantum, ut jus illud nullo facto vel delicto patris rursus auferri possit filiis, pro ut nec renunciatio patris hoc casu filiis præjudicat CARPZ. *decis.* 298. *per*

Yyyyyy 2 *tot.*

tot. HEIG. *p. quæst.* 21. *n.* 16. Sic indigni non ſunt collegio opificum filii, patris, ob crimen commiſſum, ultimo ſupplicio affecti, quia infamia, qua notatur ex publico judicio condemnatus, nullo modo derivatur in liberos CARPZ. *deciſ.* 192. *n.* 10. *& ſeq.*

Quær. an is qui natus eſt, an-
115. tequam pater ejus ad opificium aliquod eſt admiſſus, beneficiis, liberis opificium alias competentibus, gaudere vel ad opificium recipi debeat? Quod affirmat CHRISTINÆ. *Comment. ad J. Munic. Mechlin. tit.* 1. *art.* 43. *in addit. juncto ibi præjudicio de* 24. *Decemb.* 1624. Nec obſt. *l. fin in princ verſ. ſuaque poſteritate & verſ. cum liberis quos poſt &c.* cum à decurionum ſingulari, oneroſa & obſoleta conditione, ad jura & privilegia noſtrorum opificum, argumentari ſit abſurdum. Niſi Pater antequam reciperetur facta expreſſa conventione, nominatim beneficio iſti renunciaverit, SCHILT. *in Exercit. ad ff.* 5. *coroll.* 1.

Quæritur & an ſtatutum impro-
116. bandum, quod vetat ne quis artificum ſimul in duobus ſit collegiis? Et recte affirmatur per *text. in l.* 1. §. 2 *ff de Colleg. & corp.* quæ & diſpoſitio regulis prudentiæ civilis innititur, & reip. utilis eſt, ut opifex uti arti aut negotiationi totus incumbat, eamque magis ex colat SCHILT. *ad tit. ff. de colleg. & corp. Exerc.* 49. §. 55. *ubi refutat* CARPZ. *deciſ.* 194. atque de obſervantia civitatis Jenenſis teſtatur.

Ducenti viduam lictoris, col- 117.
legii aditus non denegandus quod nullibi in Jure proviſum ALEXAND. *Conſil.* 103. *lib. I. n.* 15. TIRAQUELL. *ad L. ſi unquam C. de revoc. donat. n.* 249. HART. PISTOR. *lib.* 1. *quæſt.* 15. *n.* 19. *& lib.* 2. *quæſt.* 36. *n.* 13. Cum pœna nemini imponi poſſit quæ jure definita non eſt *l.* 14. §. 14. *de Religioſ.* & pœnæ perſecutio auctoritati legis reſervetur *l.* 15. *in princ. ff. ad Munic. l.* 14. *C. de pœn. C. bonus judex* 3. *q.* 7. Sentiat de iis vulgus quæ velit, ipſis tamen ex ſententia honeſtorum macula non ad hæret, quæ ſola tamen infamiam facti importat *l.* 42. *de V. S.* Ut ut
& ſit, ſi autem nec maritus ex 118
conjugis vitio obligatur vel culpam contrahit, ut pœnæ eſſe locus queat, *l.* 22. *C. de pœn. l.* 8. *C. de legat.* Multo minus vitium ex priori matrimonio viduæ in hærens ipſi jam nocebit, quia jurium & dignitatum ſecundi mariti particeps facta eſt *l.* 19. *ff. de Juriſd. omn. jud. l.* 22. §. 1. *& l. fin.* §. 3. *ad Municip.* CARPZOV. *dec.* 18.

Relegatus nec collegii jus amit- 119
mit, utpote qui beneficia, civitatis

ci-

civibus & incolis competentia retinet *l. 4. ff. de Interd. & releg.* §. 2. *J. Quib. mod. jus p. p. solv.* RICHTER. *decis.* 80. *n.* 29. CARPZ. *pr. Crim. part.* 3. *q.* 130. *n.* 52. & *p.* 4. *Constit.* 47. *def.* 9. nisi quis ob delictum quod infamia sequitur relegandus fuerit COLER. *p.* 2. *decis.* 285. *n.* 3. RICHTER. *cit. loc. n.* 34.

120. Exilio perpetuo muctanda adhuc veniunt statuta opificum, si mercatores constituunt, ne merces vendant nisi certo pretio inter sese convento *d. Ref. polit. de Anno* 1548. *tit.* Von Handwerckeren in Gemein. Quo & facit si iidem pactionem faciunt, ut reliqui mercem supprimant, donec alii vendiderint. Idem est si opifices convenerint pro operis suis carius locandis DAMHOUD. *pr. Crim. cap.* 132. MENOCH. *arbit. Jud. cap.* 569. *n.* 10.

121. Ubi obiter notandum prohibere non deberi opifices, eas quas manibus conficiunt merces, vendere, hoc enim si mercatores uti sæpe intendunt, desiderent, in monopolii non indulgendi vitium incurrunt pignorationibus ergo non affligendi potius defendendi sunt, qui artem suam operibus non improbatis exercent MEVIUS *p.* 5. *dec.* 255. *in fin.*

122. Intolerabile quoque statutum est, si inter ipsos placuit, ne quisquam eorum in arte illa instruat alios præter filios vel nepotes STEPH. *de Jurisd. lib. II. p.* 2. *cap.* 7. *num.* 31. Vel quod extraneus, qui jus civilitatis sibi comparavit a certo negotiationis genere abstinere debeat BRÜNING. *de var. univ. spec. th.* 54. plura de his videri poterit exhibens KNIPSCH. *de Civ. Imp. lib. V. cap.* 2. *n.* 38. & *seqq.*

Privilegia collegiis mechanicis 123. concessa ubique concomitantem post se trahunt interpretationem ut ex utilitatis publicæ lege omnino æstimentur *DD. in l. jus singulare ff. de LL. in C. sane X. de privil.* COTHMAN. *cons.* 47. *n.* 361. *vol.* 1.

Ex quo pro dogmatico est con- 124. sectario, privilegium societati concessum, nunquam contra bonum publicum (de quo recte dixit XENOPHON. ut in animalibus ita in civitatibus in totius salute salus est partium) aut cum damno universitatis intelligendum JAS. *in l. si quando* 35. *n* 3. *C. de inoffic. testam. DD. in d. l. ult. ff. de Constit. princip.*

Et privilegium si â principio vi 125. deatur æqum fuisse, si tamen redditur ex post facto iniquum, vel derogat publicæ utilitati, non modo restringi, sed omnino cassari seu revocari debet. PLAT. *in l. si quando* 1. *C. de bon. vocant.* JAS. *in d. l. fin. de Constit. princip. num.* 321. *limit.* 4. FRECCIA *lib.* 2. *de subfeud.*

 quæst.

quæſt. 37. *n.* 29. OLDRAD. *conſ* 268.
126. TEUTLER *conſ.* 117. *n.* 42. Nam privilegium qualecunque illud fuerit, quando incipit lædere Rempubl. ceſſat ipſo jure & ſine revocatione concedentis. *Conſ. Marpurg.* 5. *n.* 28. *vol.* 1. Maximeque quando non in vim contractus ſed ex
127. mera liberalitate conceſſum fuerit *arg. l. ex facto ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* D.D. *in C. quando extr. de cenſib c. non debet extr. de conſang. & Affin.* DEC. *conſ.* 334. ALEX. *conſ.* 114. *num.* 3. *lib. IV.*
128. Iniquiſſimum enim eſſet, ut privilegia concedentis ex poſt facto læderent ipſum concedentem ARETIN. & FELIN. *in C. novit. extr. de Judic. limit.* 9. DEC. *ibid. num.* 91. CORN. *conſ.* 227. *lib.* 2. BARBAT. *conſ.* 45. & 55. *lib. IV.*
129. Amittuntur etiam hujusmodi privilegia collegiis opificum conceſſa per contraventionem, ſive actum contrarium collegiatorum DEC. *in C. cum acceſſiſſent n.* 17. *de conſt.* GOZAD. *conſ.* 23. *n.* 4. & *ſeq.*
130. ALEX. *conſ.* 33. *num.* 4. *lib. V.* Quod & procedit in actu contrario perſonarum ſingularium ſocietatis vel collegii ABB. *Conſ.* 18. *n.* 2. *lib. IV.* & *conſ.* 61. *in fin. lib. II.* DEC. *in d. c. cum acceſſiſſent. n.* 18. *de conſt.*
131. Secus tamen eſt in privilegio conceſſo civitati, quod non amittitur propter contraventionem civium ſingularium, quorum actus non debet nocere univerſis *poſt* MYSING 4. *obſerv.* 88. GAILL. 2. *obſerv.* 60. *n.* 14. De quo in ſuperiori *lib. II. cap.* 68, pluribus dictum.

Quibus & ſimilibus caſibus, Ma- 132.
giſtratus, etiam Municipalis, concedens privilegium cujus modus à ſola dantium & benefacientium dependet æſtimatione *l. Neratius ff. de reg. jur.* COTHMAN. *conſ.* 47. *n.* 57. *vol.* 4. cum cauſa ab olere & revocare poteſt FELIN. *in d. c. novit. nu.* 9. *de Judic.* ALEX. *conſ.* 5. *n.* 27. ROMAN. *conſ.* 436. *n.* 17. GRAM. *dec.* 59. *n.* 53. & *conſ.* 6. *n.* 22.

Maxime vero ſine ullo dubio, 133.
quando privilegium non propter pecuniam vel aliam cauſam ſynallagmaticam collegio conceſſum, ſed mere & vere gratioſum eſt, quod etiam ſine cauſa pro libitu atque lubentia revocari docet ALEX. *conſ.* 215. *n.* 18. *lib. I.* NATT. *conſ.* 511. GLOSS. *in C. requiritis* §. *niſi rigor.* 1. *quæſt.* 7. CYN. ANGEL. & JASON. *in d. l. fin. de conſtit. princip.* WESEMB. *conſ.* 201. *num.* 107. TREUTLER. *conſ.* 117. *n.* 46.
Ad hanc materiam notandum ad- 134.
huc erit, quod ſi privilegium per ſententiam aliquam definitivam confirmatum ſit, poſtea non poſſit tolli vel in totum vel pro parte GLOSS. *notabilis in Clem. dudum*

§.

§. *nec enim verb. pacta de sepultur.* TREUTL. *d. conf.* 117. *n.* 8.

135. Itemque privilegium ut valeat & cum effectu obligandi allegari possit, non tantum publicationem seu existentiam illius requiri, sed etiam ut usu receptum seu qui in observantia esse dicit, illud probare tenetur MENOCH. *conf.* 670. *n.* 33. *vol.* 7. *& de præsumt. lib. II. præsumpt.* II. Maxime ubi contradictio continenter perpetua ex actis apparet MENOCH. *conf.* 671. *d. vol.* 7. TREUTLER. *d. conf. n.* 25.

136. Revocari possunt ejusmodi privilegia si causa finalis, ob quam concessa sunt, cesset vel deficiat, quia cessante causa cessat effectus. Item si potestas ea revocandi expresse fuit reservata RAUCHBAR. *quæst. p.* 2. *quæst.* 11. qui plenius hæc pertractat.

137. Materiæ hujus in Municipiis quotidianæ utilitas poscit, ut videamus adhuc, de aliis modis, quibus collegia hæc extinguuntur. *Primo* hoc evenit morte, quando omnes collegæ decesserunt **Wann das Amt oder Handwerck gantz ausgestorben ist.** BARTOL. *in l. ult.* §. 22. *ff. de colleg.* dico omnes nam penes unum jus collegii adhuc manet *l. sicut* 7. §. 2. *ff. quod cujusque univers. nom. ibique* JASO. quo ex facit *l.* 67. *ff. de judic.*

138. *Secundo* renunciatione quando ii qui ejusdem opificii sunt, substantiam collegii sustulerunt, quia uni vel alteri ex collegio, licet ad aliud transire, & separatum jus collegii à Magistratu petere, quamvis separationem talem reliqui collegæ ægerrime ferant FRITSCH. *de coll. opif. p.* 1. *cap.* 6. *n. & seq.* *Tertio* 139

lapsu temporis si per decennium in separato statu steterunt, nam nihil tunc proficit antiqua criptura collegii, jus indicans, ubi id antiquatum est: Atque ex eodem tempore constat, quod noluerint id continuare per istos actus, ex quibus collegium dignoscitur, veluti si nulli amplius sunt seniores, nulli conventus ordinarii, nulla bona communia vel arca &c. quæ ut collegiorum sunt propria ita etiam eorum existentiæ vel abolitionis sunt argumenta, atque ita reditur ad naturalem libertatem, quæ valde favorabilis & grata est. MEV. *p.* 5. *dec.* 169. Ubi quæro an

lapsus hujus temporis, si privatus 140

artifex per decennium non exercuerit artem suam faciat desinere esse artificem? Quod utique videtur, quia per hoc intervallum lex oblivionem præsumit *l. furtum* §. *fundi. ibique* GLOSS. *ff. de usucap.* eapropter talis non gaudet pristinis privilegiis, nec coram consulibus illius professionis conveniri potest, nisi de his quæ gessit tempo-

po-

pore quo erat de illa arte *l. 1. C. ubi rat. ag. oport.* notante ibid. PAULO de CASTR. *ex in l. fin. ff. de jur. omn. jud.* GUID. de MINERAL. *lib. 1. tit. 2. n. 28.* LINDENSPUR. *d. comment. pap. 217. n. 13.* Si tamen collegiatus talis, licet abstineat exercitio artis, legibus collegii satisfaciat, eo ipso hujus jura conservantur, quod & de usu moderno liquido constat.

141. Collegiis hisce per mortem collegiatorum dissolutis eorum bona Magistratui accrescunt, CARP.
142. *p. 2. const. 6. defin. 17.* Qui tamen distinguit utrum collegiati, pecuniam vel bona habuerint communia propter se ipsos principaliter, ad singulorum usum, ut tenuiores collegiati inde alantur. BRUNNEM. *ad l. 3. §. 2. ff. de colleg. & corp. n. 1.* Quo casu postremus superstes de bonis talibus potest disponere, testari, eaque pro libitu alienare. Si autem bona habent non propter se, sed propter laborem & officium quod sustinet pro civibus, tunc districto & dissoluto omni collegio illa cedunt Magstratui, quia cessante labore cessat præmium *l. 10. pr. ff. de ann. leg.* eoque casu collegiati sunt tamquam ministri, apud quos nullum debet remanere commo- 143.
dum *l. 17. ff. de leg. 2.* Quam distinctionem non approbat BEYER. *sæpe laud. tr. de colleg. opif. cap. 12. n. 1061.* quia collegia hæc privata sunt, & collegiati non pro civibus reip. sed pro sodalibus & contribulibus, officium & laborem sustinent, & bona habere solent in usum saltem ipsius collegii privatum ad illud sustinendum: Potius itaque hoc casu distinguendum vult, inter bona collegii talis, contributione collegiatorum acquisita, & inter publica aut privata liberalitate parta, gestifftete Güter/ sic ut illa quidem, si collegium quavis ratione sit dissolutum, ad conferentes eorumque heredes redeant, qui de iis testari aliterve disponere valeant BESOLD. *d. jur. colleg. cap. 2. n. 6.* Hæc vero collegio dissoluto ad Magistratum devolvantur HAHN. ad WESEMB. *ff. quod cujusque univer n. 2.* BEYER. *d. tr. & cap. 1. fin. vid.* THOLOSAN. *syntagm. jur. lib. 15. cap. 32. n. 19.* Quæ & distinctio fundamine suo destituta non videtur.

Ca-

Caput IX.

DE MUNICIPIORUM LEGIBUS VESTIARIIS.

SUMMARIA.

1. *Prima vestis pudorem peccati innuit.*
2. *Antiquiores usi sunt vestibus pro arcendo frigore.*
3. *Multæ gentes fuerunt pellitæ.*
4. *Aliæ sibi eas confecerunt propria manu ex materia parabili.*
5. *Asbestum vel Asbestinum, pretiosissimum linum incombustile.*
6. *Unde confectum sit Asbestum? Linum Creticum.*
7. *Byssus rarissima vestimentorum materia.*
8. *Carbasus maximi pretii.*
9. *Vestes pellucidæ apud veteres quæ?*
10. *Vestimenta rariora principibus erant saltem dicata.*
11. *Veteres utebantur lana patria.*
12. *Vestium luxus exhaurit civium opes.*
13. *Vestes auratæ jacturam auri inferunt.*
14. *Incommoda quæ ex vestium luxu in Municipiis oriuntur.*
15. *Cur vestium excessus prohibendus?*
16. *Magistratus Municipalis leges vestiarias condere potest.*
17. *Luxuria vestium est indicium ægræ civitatis. Politia est anima & cor civitatis.*
18. *Bona civitas ex regimine talis cognoscitur.*
19. *Quo fundamento nitatur prohibitio Magistratus ratione luxuriæ vestium?*
20. *Quatenus quis sit facultatum suarum liberrimus moderator & arbiter?*
21. *Privati abusu fortunarum suarum nocere non debent publico.*
22. *Legem vestiarum tulit ipse Deus.*
23. *Distinctio vestium ab Imperatoribus inducta.*
24. *Luxus est pestis Reipublicæ.*
25. *Luxus vestium maxime est damnosus.*

26. *Vestitus superbiæ vexillum.*
27. *Germanorum antiqua vestium constantia.*
28. *Necessitas vestium mutata est in luxum.*
29. *Veterum Impp. & Regum frugalitas in vestitu.*
30. *Historia de Ferdinando Catholico Hisp. Rege viliori veste induto.*
31. *Exiguus est honor, qui ob extrinsecum ornatum afficitur.*
32. *Exemplum Francisci Sfortiæ Ducis Mediolan.*
33. *Exemplum Pontificis Benedicti XI. humili loco nati.*
34. *Pro dignitate status etiam corporis ornatus assumendus.*
35. *Defectus affectatus in vestitu pariter reprobandus.*
36. *Lex veterum Francorum de vestitu.*
37. *Chrysostomi timor de varietate vestium.*
38. *Feminæ in mundo suo semper magis excesserunt viris.*
39. *Excessus ille hodiedum adhuc est major.*
40. *Cur virgines sint ornatiores mulieribus.*
41. 43. *Germani in vestitu suo ritus exteros male imitantur.*
42. *Hulderici Ducis Wirtembergici dictum & vaticinium de peregrino vestitu Germanorum.*
44. *Romani tenaces erant in servando patrio vestium decore.*
45. *Glorians de vestitu, similis est glorianti de cauteriis seu stigmatibus.*
46. *Edictum Regis Porussiæ de vestitus ordine.*
47. *An in pœnam legis vestiariæ incidat, qui vestem fieri fecit sed non portavit.*
48. *Leges vestiariæ & convivariæ apud priscos etiam in observantia fuerunt.*
49. *Atheniensium Gynæconomi.*
50. *Laconum circa vestimenta severa lex.*

1. Prima in mundo vestis, non tam nuditatis tegumentum quam iniquitatis opprobrium fuit, Et hominibus jam vestes competunt ex primi peccati corruptela, ut tegant honestatis causa, quæ pudenda dicuntur, quæ tectio ut pudor, est veluti juris naturalis ex peccato, nec cognoverunt primi parentes se esse nudos, nisi post peccatum *Gen. 3. v. 7.* THOLOSAN. *de republ. lib. IV. cap. 11. n. 1.* Deinde frugalitati priscorum non pretiosa materia, sed quod pro arcendo frigore natura suppeditavit, pro vestitu inserviit; Unde SENECA *Epist 90.* Frigus intolerabile est corpori nudo.

Quid

Quid ergo? Nunquid non pelles ferorum & aliorum animalium, à frigore satis abeundeque defendere queunt? Non corticibus arborum pleræque gentes tegunt corpora? Non avium plumæ in usum vestis conferuntur? Non hodieque magna scytarum pars tergis vulpium inducitur, ac murium? Quæ tactu mollia, & impenetrabilia ventis sunt; De Germanis

3\. ait TACIT. *de eorum moribus*. Gerunt & ferorum pelles proximi ripæ negligentius, ulteriores exquisitius. Et de Gothis sive Getis OVID. *lib. trist.*

\- - - *Pellitos inter agenda Getas.*

4\. Aliæ alia sibi propria manu confecerunt vestimenta gentes; Refert inde ex MATTHESIO. FAUST. *consil. pro ærar. ord.* 1177. Die Algirer machen ihnen Hüte und Mäntel aus Biesen / die Littauer ihre Schuh aus Linden-Bast / der Bauers-Mann seine Rümpffe aus Baum-Schalen / und die Kinder so in die Beer gehen / ihre Kitzen von Tannen Holtz.

5\. Sed in ipsa adhuc simpliciore antiquitate delicatiores invalescente luxuria, pretioribus vestibus usi sunt, inter quas species lino excelluit, quod Græci Asbestinum sive Asbestum vocarunt quod erat linum ex quo tela contexabatur & tunicæ, quæ igni non tantum non absumebantur sed in illum conjectæ, sordibus exustis splendescebant magis, quam possent aquæ PANCIROL. *rer. memorab. lib.* I. *tit.* 4. Græci enim ἄσβεστον vocant *calcem*, quæ & igni purificatur; Hisce vestibus mortui Reges cremabantur, ut iis cineres colligerentur. Vocatur & linum Creticum, 6.
quod juxta STRABON. *lib. X.* conficitur ex petra, quæ attrita capillamentis tantum remanentibus excussa, terrea materia pectinibus aptari, indeque contexta tela peroptime confici poterat; Plura de lapideis hisce filis incombustilibus narrat SALMUT. *ad d. loc.* PANCIROLLI. Vocatur Germanice Stein-Flachs/Federweiß/Salamander-Haar.

Ad rarissimam quoque vestimentorum materiam referebatur 7.
byssus. Vid. *Luc.* 16. *v.* 19. ubi de divite illo agitur hac vestimenti materia ornato, quod LUTHERUS reddit köstlich Leinwand. Lini hoc genus potissimum in Græcia fuit natum, unde byssinæ vestes dicebantur ex lana co nfectæ, quæ conchis adhærebat, lana illa erat mollissima, colore luteo nigricante, ac splendorem auri reddente, JCtus in *l. fin.* §. 7. *ff. de publican.* opus byssinum recenset inter spe-

 cies

cies ad vectigal pertinentes, SALMUTH. *ad d. loc. tit. 5.* Eo quoque referunt lanam ligneam, de qua ULPIAN. *l. 70. §. 9. ff. de legat. 3.* quæ erat lanugo ex pomo fruticis cujusdam apud Arabas depexa, frutex ille mali cotonei defert fructum, & vulgi errore dicta sunt bombycina, ALCIAT. *lib.*
8. *VI. parergic. cap. 25.* Rarissimum quoque lini genus erat *carbasus*, ex Indiis advectum, de qua pariter ait *all. l. sui. §. 7. ff. de public.* Linum illud fuit tenuissimum & maximi valoris, unde carbaseæ vestes PLIN. *lib. XIX. cap. 1.* tam miræ erant tenuitatis, ut quovis ventulo impulsæ facile colligerentur in sinus. Hinc ita OVID. *lib. II.*

Carbaseos fulvo in nodum collegerat auro.

9. Erant & pellucidæ vestes, de quibus SENECA *de benef. lib. VII. cap. 9.* ita dicit: Vestes dici non posse, utpote in quibus nihil est, quo defendi aut corpus, aut denique pudor possit, quibus sumptis mulier parum liquido nudam se non esse jurabit. Hæc ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur, ut matronæ nostræ ne adulteris quidem plus sui in cubiculo, quam in publico ostendant, *Et in consolat. ad Helviam.* Nunquam tibi placuit vestis, quæ nihil amplius quam nudam componeret. Et LUCAN. *lib. X. & CXL.*

Candida Sidonio perlucent pectora filo.

plures pomposarum apud veteres vestium species, qui scire desiderat, adeat, *cit. loc.* PANCIROLL.

Prolabentibus seculis rariora hæc 10. vestimenta Principi ejusque domui fuerunt dicata, qualia erant holobera aurata & sacro murice intincta, de quibus agit Constitutio *Theodosii Imp. l. 4. C. de vestib. Holoberis. lib. XI.* Cæsar Aurelianus vestem talem holosericam non habuit, & cum illam ab eo uxor peteret, respondit: Absit, ut auro fila pensentur, FLAV. VOPISC. *in ejus vita.* Inter exprobrationes Hieronymi adversus Jovianum Imperatorem reperiuntur hæc: Nunc lineis & sericis vestibus & Atrebatum ac Laodiceæ indumentis ornatus incedis.

Plurimæ dantur diversarum na- 11. tionum leges, quæ alia nolebant gestamina quædam, quam quæ ex materia & lana patria facile essent parabilia; indignum quippe illis visum est, in ea degere regione, quæ ne ad vestitum quidam necessaria subministrare posset, DEMPSTER. *ad antiq. Rom.* ROSIN. *lib. V. cap. 31.* Narratque ibi exstare Constitutionem *Joann. Duca lib. I. Jur. Orient. tit. de vestit.* qua sub pœna infamiæ prohibitum, vestibus

bus uti variis artificiis confectis sericeis.

12. Sed ad institutum ut revertar, porrecto digito missis veterum ritibus ostendit hodierna adhuc experientia, quam recte dixeris, poenitentiæ comitem & stultorum magistram, nihil æque exhaurire civium opes, quam certamina vestium, ut in hac postrema mundi senecta perpetuis lacrymis non satis deplorandum sit huic malo medicinam parari non posse, nec in ullo vitio homines difficilius intra limites contineri se pati, quam in luxu.

13. Fulgent privatorum auro vestes, unde ob rerum inaurandanum perpetuam auri jacturam, non auri & argenti saltem raritas, sed inopia ubique exsurgit summa, juxta illud dicterium: **Der des Goldes zu viel auf den Kleidern träget/ pfleget dessen desto weniger im Beutel zu haben.**

14. Sub prodigali hac vestium ostentatione sæpe corda palpitant ob æris alieni pondus, nec mirum cuique videri debet, tam multos passim in Municipiis nostris obvios obæratos, & mercatorum sæpe defraudatores impios reperiri, qui decoctis etiam viduarum ac pupillornm, pecuniis, nulli ne obulum quidam numerant, ne vivi quidem, nedum mortui, cum plus quam animam habeant oppignoratam, ac creditoribus obnoxiam, ita ut mox ab exstincto corpore, omnia eorum bona præconis voci subjiciantur, ac creditores de præferentia decertent; Imo vides propter superfluum cultum & ornatum ditiones exhauriri, subditosq; sæpiuscule impelli, immobilia ut vendant, furentur, vel dolose negotientur, THOLOS. *de Republ. lib.* IV. *cap.* 11. *n.* 6. HERESBACH. *de erudiend. Princip. libr. cap.* 21.

In vestitus excessu plurima insunt mala: (1.) Profusio donorum Dei, quæ in alios usus bonos conferre possent. (2.) Signum otii & ignaviæ, qui enim in cultum corporis multum operæ impendunt plerumque aliarum rerum negligentes sunt. (3.) Argumentum levitatis, quæ quotidie aliquid novi invenit. (4.) Confusio ordinum & officiorum quæ in vita Deus instituit, quia plebeji more nobilium se amiciunt. GERARD. *decad.* 5. *quæst. polit.* 5. 15.

Utique ergo Magistratus etiam Municipalis ob curam administrationis politicæ commissæ, non requisito Superiore de vestibus aliisque rebus ad honestatem & frugalitatem spectantibus adjecta poena leges ferre potest, PISTOR. *qu.* 134. *part.* 4. Recte enim dicitur vestium luxuriam ægræ civitatis esse indicium, SENECA *Epist.* 115. 16.

 Cui

Cui bonus ac providus Magiſtratus, pro conſervanda bona politia, quæ eſt anima & cor omnis civitatis, medicinam adhibere debet.

18. Ut enim fortalitium vel caſtrum munitum non propter materiam vel amplitudinem, ſed ex forma, proportione & diſpoſitione æſtimatur, ſic civitas, ut dicatur bona, non in ejus magnitudine, ſed bono regimine conſiſtit.

19. Sed hic luxurioſi & licentioſi objicere & regerere ſolent. Quid? an non licebit nobis cum facultatibus noſtris quod libeat facere? An quisquam diffitebitur, verum eſſe, quemlibet eſſe rerum ſuarum moderatorem & arbitrum, *l. in re mandata* 21. *C. mand.* Conceditur, rerum & facultatum ſuarum uſum, non vero abuſum eſſe conceſſum. Vel etiam licet quoque

20. abuſus rei ſuæ cuique competat, is tamen eſſe debet non exceſſivus & immoderatus, ſed modicus ſaltem, *arg. l. ſed & ſi l.* 25. § *conſuevit.* 11. *ff. de petit. heredit.* ubi dilapidatio inter abuſum ponitur, qui illicitus judicatur. Et *d. l.* 21. reſtrictionem patitur ex §. *fin. ff. de his qui ſunt ſui vel al. jur.* ubi dicitur ab Imperatore: Expedire Reipublicæ, ne quis re ſua male utatur. Ergo abuſus ille permiſ-

21. ſus dici poteſt, niſi in quantum privati fortunis ſuis abutendo noceant publico, & Reipublicæ intereſt locupletes habere ſubditos. *Nov.* 8. *in præfat. circ. med. in verb. Inopiam ipſius quæ per ipſum agitur. nobis reputat, & quanta impie talia fiunt, ad horum furtorum merito relata occaſionem, &c.* Bodin. *de Republ. lib. VI. Cap.* 2. Privati ſane retinere pecuniam ſuam debent non ſolum propter amicum medicum & in medicum, ut vulgo dicitur, ſed & Rempublicam, cujus neceſſitas omnibus aliis anteferenda eſt, cur ergo licitum non eſſet legibus providere & coercere, ne in res turpes & nullius momenti pecuniæ civium effundantur, Grimald. *de opt. Senat. lib.* II.

Legem veſtiariam tulit ipſe legislator Ter Opt. Maximus, dum ait: *Non induetur mulier veſte virili, nec vir utetur veſte feminea, abominabilis enim apud Deum eſt, qui facit hæc. Non indueris veſtimento, quod ex lana & lino confectum eſt, &c. Deut.* 22. *v.* 5. & 11. 22

Unde apparet, gratam Deo eſſe diſtinctionem, quam veſtitus infert. Lege Theodoſii Senatoribus prohibetur habitus militaris, 23 modeſta viſa eſt toga gravitatis plena, eamque advocatis & aliis viris conſultis ac Magiſtratibus & perſonis Eccleſiaſticis convenire vo-

voluit, *l.* 1. *C. Theodosian. de habitu quo uti oportet.* Alexander Severus Imperator penulis intra urbem uti vetuit, in itinere vero permisit LAMPRID. *in Alexand. Sev.* Veteres Christiani magis pallio quam toga usi, ut exteriore hoc habitu testentur, se veram Philosophiam seu divinam sapientiam ostendere & colere, TER-
24. TULL. *lib. de pallio.* Hæque leges vestiariæ non solum Municipiis utiles, sed & omnino necessariæ, luxus enim tanquam pestis & pernicies civitatis è Republica eliminandus est. Nam luxus est popu-
25. lator opum, cui semper adhærens infelix humili gressu comitatur egestas, & scalas præbet luxus vel ad inferos, vel ad porcos, ut merito dicat CHRISTIAN Hohebnrg: Eine Schande ists/ daß mans sagen sol/ wer nur ichtwas seyn wil bey uns/ der stutzet und putzet sich heraus/ da müssen die neue Alamodische Meistere das beste thun/ und dazu ziehen wir auch unsere Kinder/ damit sie/ von Jugend an/ dem Alamodischen Lucifer und Moloch auffgeopffert werden. Im Gespräch vom Teutschen Kriege. *fol.* 43.

26. Et cum hac penuriosa mundi periodo lascivo exoticoque vestitu quem OCTAVIANUS AUGUSTUS superbiæ vexillum dixit, magis quam quacunque re alia in Germaniæ antiquam vestium constantiam *C. de qua* BARCL. in SATYR. ita: olim 27.
habitus profitebatur genus avitum non ad novitatem mollis elegantiæ correctum erat: Jam vero, *ut alibi idem loquitur*, vestium munus est, ut humilem animorum fœcem illustri fuco velent & quod maximum debet esse familiarum discrimen confundant & permisceant) peccetur, eapropter mulctæ & pœnæ hanc luxuriem reprimentes exarcerbari, omnibusque Municipiis libere severeque de hac re disponendi facultas concedi debet *arg. l.* 16. §. *fin. ff. de pæn.*

Nam quid sunt culta vestimenta nisi superbiæ instrumenta; Utile indumentum, excogitavit necessitas, pretiosum luxus, elegans vanitas, suborta jam est in vestitu contentio, hæc multa docuit supervacanea & damnosa, dum homines etiam ex eo quod infirmitatem nostram arguit, honorem captant. LUDOV. *Viv. introduct. ad sapient.* Quanta parsimonia & modestia usi non sunt, in vestimentis veteres, etiam illustres & in opulentissimo ævo. 28.

Augustus Cæsar non alia quam domestica usus est veste, ab uxore, sorore, neptibusque confecta. SUETON. Vespasianus, ita negle- 29.

cto

cto fuit corporis habitu ut vix à gregario milite differret. ALEX. *lib. V. cap.* 18. Epaminondas Thebanus cum unicam tantum haberet vestem ob alterius indigentiam domi se continebat, quoties illa resarcienda aut emaculanda esset. NEUHUS. *Theatr. ingen. human. lib. II. cap.* 3. Cato Censorius nunquam toga est usus pluris quam centum drachmis 10 & 13 florenis empta; Carolus M. patrio Teutonum habitu qui parum à vulgari differret, se vestivit, AVENTIN. *lib. IV.* Idem de Rudolpho I. Carol. V. Imp. & de Ludovico XI. Gall. R. commentatur. Ferdin. Cathol. Hisp. R. cum Neapolin suscepta profectione cum
30. Regia trireme primus appulisset, piscator eximiæ magnitudinis piscem ferens, ut Regi donaret, ubi Rex esset quærebat, cum se Regem esse Ferdinandus responderet, indignabundus piscator, quod ludificari se putaret, abiit, sub alio corporis habitu Regem quæsiturus; Rex ad ministros conversus inquit, nisi me Regem esse homini persuadeatis delicatissimo hoc pisce frustrabimur. Unde recte dixit Alphonsus Arrogon. R. malo
31. moribus & authoritate subditos præcellere, quam diademate & purpura ÆN. SYLV. *de dictis Alphons.* Et quis tam insanus est, ut nobilior sibi ob tenuioris lanæ filum videatur, siquidem hanc ipsam ovis olim gestavit, nec aliud tamen interim quam ovis fuit THOM. MOR. *Uthop. lib.* II. Decor qui cum veste induitur, & cum veste exuitur vestis est non vestiti BERNH. *in Epist. ad Sophiam. virg.* Franciscus Sforzia Dux Me- 32.
diolanensis cum militum suorum plumatas cristas vidisset, descendit ab equo, positisque in truncum plumis, gladium strinxit, feriendo plumas clamitavit *defenditi poltrone* LUDOV. DOMIN. *Jocoser. lib.* IV. Ut merito verum sit illud in multis ita cristatis.

Cinge caput lauro gemmis tege corpus & auro
Si fueris pridem, remanebis rusticus idem.

Præter super morata exempla 33.
laudabile adhuc suppeditat, non prætermittendum: Benedictus XI. Pontifex humili loco natus, qui matrem ad se venire jussit, tum matronæ illam vestitus ornatu in aliam prope fœminam mutarant, ratæ hoc decere, pro magnificentia summi principatus in filio. Ita jam in conspectum ejus producta Pontifex ubi eam vidisset, agnocere dissimulans, quid, inquit, facitis errando? Meam mihi matrem adducite hanc ego dominam non novi, ite; Obruebantur pudore, quæ honoris causa matrem

adeo

adeo comptam adduxerant, detracto itaque omni mundo muliebri pannicium illi suum reddidere & denuo adduxerunt, tum eam amplexus Pontifex, in hoc ait, vestium apparatu matrem meam reliqui, sic eam novi, sic recipio. CRANZ. *lib.* VIII. *metrop. cap.* 48.

34. Utut itaque hæc omnia submissionem excelsi animi denotent, interim tamen negandum non est, quid & pro dignitate status, ornatus corporis assumi debeat, quia splendor & pretium vestium uti admirationem sic respectum pariunt apud alios, & auctoritatem conciliant, plebs hisce exterioribus capitur & cor humanum oculos non minus, quam intelligentiam in consilium adhibet SAVEDR. *Symb. Polit.* 31.

35. Prout autem excessus in vestitu damnosus & notabilis est, ita & à quibusdam defectu non minus peccatur, in quorum sordidis vestibus humilis superbia, & non raro certo ipsis sordidis vestibus subest jactantia AUGUSTIN. *tom.* 4. *tit.* 2. *de serm. Dom. cap.* 12. Diogenes cum conspicatus esset decenter vestitos, dixit: Hoc nihil nisi fastus Antistenes cum depexum & pertusum palliolum spectatoribus vanius jactasset, aspicio ajebat Socrates, per pallii scissuram animi tui vanitatem ÆLIAN. *lib.* IX. *Histor. cap.* 35. Medium ergo tenuere beati, ornatus & sordes pari modo fugienda, quia alterum delitias, alterum gloriam redolet. SARESB 7. 23. MARTIAL.

Splendida sit nolo, sordida volo cutis.

Sed hæc damnata jam dominatur vestiendi licentia qua unguentarius vel sartor quidam vilissimus splendidius vestitur quam Nobilis LATHER. *de cens. lib. I. cap.* 9. *n.* 32. Verum tamen manente illo. **Und sind demnach die Affen / Affen / wenn sie gleich Chor-Röcke an hätten.** Ubi jam prisca illa præclara & vere Germana veterum Francorum lex: Nemo pluris emito, aut vendito quam sagum optimum & duplum xx. solidis, duplicem x. vilnos autem minoris: Roccum aut matrimum aut lutrinum optimum XXX. solidis sisi musinum optimum X Solidis. Qui secus faxit XL. solidis multator, & delatori XX. solidos exsolvito. 36.

Tanta hodie superbia & variatio vestium est, ut cum Chrysostomo timendum sit, ne tempus veniat, in quo adolescentes apud nos, vestibus sine pudore aliquo mulierum utantur *tom.* 2. *hom.* 50. *in c.* 14. *Matth.* De fœminis hoc sentit forsan ex illa ratione, quia ut plurimum hæ, in mundo & superfluo ornatu suo, magis ex- 37. 38.

cedunt viris, qui sæpe pro uxorum suarum superbia conservanda, immobilia vendere & dolose negotiari coacti sunt; Olim mulieribus permissum non fuit facultates & marsupia parentum & maritorum inani fastu suo exhaurire, obstante lege Oppia, in medio ardore belli Punici lata. LIVIUS *lib. XXXIV. in princip.* quæ tamen postea florente Republica, & crescente indies privata fortuna, abrogata iterum fuit, VALER. MA-
39. XIM. *in lib. IX. cap.* 1. Sed quid hodie & quidem penuriosissimo hocce seculo non redintegrarent, veteres rei vestiariæ censores redevivi, si mulierum nostrarum Fontangiatarum Falbulatarum & Battenoilliatarum (sit venia verbis) apparatum, cui quotidie aliquid novitatis sumptuosius adjicitur, ipsis conspicere liceret. Earum enim mundus, jam ex tot exoticis constat terminis, ut pro iis rite intelligendis integrum lexicon reqiratur. Virgines, si quos adolescentes
40. pulchritudine sua vulnerare non possunt, delicato ornatu suo velut per aucupium pertrahere gestiunt, qui, si non voluptate, tamen habendi cupidirate & quod eas honestiores & ditiores, quam sunt existimarunt, inescantur, post fervorem contracti matrimonii, sequitur, sed sera pœnitentia, conjugii contemptus, œconomiæ labes, & mala cætera, quæ prius non deteguntur, quam in venas descenderint.

Nihil autem perniciosius apud Germanos in hoc vitio reperitur, 41.
quam quod propriorum rituum pertæsi, exteros cultus inferre studeant, adeo nostra nobis displicent, non sine discrasiæ & alterationis naturæ, sicut in vivendi regimine evenit, nociva suspicione. Unde optima ratione Ludovicus, Germaniæ Rex, exteros habitus edicto prohibuit, cum ignominiæ nota. *Lib. I. Jur. Orient. collecti ab* ENEMUND. BENEFI. Imo ipse Deus apud *Sophoniam cap. 1. v. 8.* ad iram provocatus videtur ob vestes peregrinas.

Huldericus, Dux Wirtenbergensis, cum conspexisset Germanos imitari cultum Hispano Gallico-Italico-Turcico-Diabolicum, 42.
(quod recte vocat NEUHUS. transmarina veste patriæ consuetudinem damnante, *in theatr. ingen. human. lib. II. cap. 3.*) in vaticinatione quasi dixit, peregrinæ vestes peregrinos mores, peregrini mores peregrinos homines in Germaniam introducent. Unde merito in vituperationem Germanorum, 43
Gallorum Minorum simiorumque, ita Epigramus ludit:

Narren-Kappen wolt ich tragen/
Wenn ich ein Frantzose wär/

Denn

Denn ich dörffte wettens wagen/
Teutschen gingen auch so her.

44. Adeo tenaces erant Romani, in servando patrio vestium decore, ut hunc nec in exteris regionibus deponerent, quod liquet ex eo, quod Mithridates, cum jussisset Romanos omnes in Asia occidi, hi cognoscebantur ex toga, ut multis pro effugienda morte necessaria fuerit vestis mutatio, CICER. *pro Rabirico Posthum.* Contra vestium ergo luxum (de quo bene THOM. AQUIN. Qui glorietur de veste, si-
45. milis est glorianti de cauteriis, quia per peccatum Adami usus vestium introductus) Christiano zelo insurgat Magistratus, etsi enim hæc parva quibusdam videantur peccata, ac ideo negligantur, majorum tamen delictorum causas nobis præbent, ut loquitur CHRYSOSTOMU.

46. Inter tot laudabilia instituta Regis nostri, exstat ejus Constitutio de Anno 1696. d. 28 Maji, quo sanxit art. 1. 2. 3. Alle Zeuge und Stoffen/ worinn Gold und Silber/ wie auch silbern Band und gesticktes/ nicht allein bey Mannes- sondern auch Frauen-Persohnen/ so wol bey Hofe/ als in den Städten/ gäntzlich verboten. *Art.* 4. Edelgesteine und Juwelen sind gäntzlich verboten/ und nur denen zugelassen/ die bey Hofe aufwarten. *Art.* 7. weisse Kanten mögen die vornehmste Hoff-Cavalliers und Hoff-Frauenzimmer tragen/ jedoch nicht die Kleider oder Röcke damit verbremen/ denen in vornehmsten Städten sind nur Brabandsche/ denen geringen Bürgern aber allein einheimische Kanten zu tragen erlaubet. *Art.* 8. Geringe Bürger mögen gantz keine seidene Kleider tragen. *Art.* 9. Auf der Livree sol keinem als der Hohen Herrschafft frey stehen/ Gold und Silber zu gebrauchen.

Eo quoque tendit excessus in vestibus lugubribus, Regio edicto Anno 1708. 16 Martii cohibitus.

Circa materiam hanc vestiariam quæritur, si statutum punit portantes vestes certi valoris, & quidam fieri fecit talem vestem, tamen eam non portavit, an etiam in pœnam statuti cadat? Quod negandum, quia omnis pœna requirit actum consummatum, nec punitur affectus, non secuto effectu, *l. in fin. ff. quod quisque jur. in alt.* & in statutis verba cum effectu capienda HYPPOL. de MARSIL. *ad l. qui falsam monetam. ff. ad L. Corn. de fals. n.* 29. 47.

Statuta vestiaria apud antiquissimos in bene constitutis Rebus publicis semper in usu & observatione fuerunt, testantibus hoc tam

 Hi-

Historicis, quam Politicis, & ex his inter cæteros, GUILIELM. POSTELLUS *Tract. de magistr. Athen. ubi*
49. *cap. antepen. & penult.* scribit: Ab Atheniensibus Gynæconomos, qui de omnium mulierum ornatu statuebant, ut singulæ pro ratione census & facultatum induerentur,

constitutos. Sic illa Laconum se- 50.
vera lex, cujus servandæ curam gerebant Ephori supremus (Magistratus) ut quotidie obirent inspectiones vestimentorum, si quid in illis forte à decente justoque ornatu alienum inveniretur, ÆLIAN. *lib. XIV. var. histor. cap. 7.*

Caput X.

DE MUNICIPIORUM LEGIBUS CONVIVARIIS.

SUMMARIA.

1. *Veteres prandia nescivere.*
2. *Postea introducta sine magno ciborum apparatu.*
3. *Interjungere quid fuerit?*
4. *Cœnam inchoabant ova & claudebant poma & lactuca.*
5. *Mensa unde dicta?*
6. *Veterum fercula erant divisa.*
7. *Publice interest conviviorum sumptus à Magistratu Munic. cohiberi.*
8. *Incommoda ex profusione horum sumptuum provenientia.*
9. *Magistratus id agat ut edictis de cohibenda conviviorum luxu stetur.*
10. *Edictum Regis Borussia.*
11. *Certum numerum invitandorum etiam voluerunt veteres.*
12. *Excessus in nnmero invitandorum licet plurium pro uno delicto est.*
13. *Incommodo sunt tumultuosa convivia.*
14. *Festivitates nuptiales cur lautiores permissa?*
15. *Symposiarcha Atheniensium.*
16. *Athenienses reseratis portis convivati sunt.*
17. *Lex Fabia, Femilia, Julia, Aristina.*
18. *Leges hæ quare lata?*

19. *Conviviorum magnificum apparatum sequitur egestas, aut avaritia.*
20. *Gula magnum est barathrum.*
21. *Exempla conviviorum prodigalitate famosorum.*
22. *Natura paucis contenta.*
23. *Convivia quid sint? Unde dicta?*
24. *Timonis & Apemati convivatio.*
25. *Conversatio est sol ac sal vitæ.*
26. *Cœna ex sportula. Ollas jungere.*
27. FAIRE COLLATION *quid apud Gallos?*
28. *Eranon convivii par genus apud veteres.*
29. *Honestorum conviviorum laus.*
30. *Charistia Romanorum.*
31. *Convivia modesta ac amica Deo non displicent.*
32. *Agapæ Christianorum primitivæ Ecclesiæ.*
33. *Conviviorum abusus. Saltationis definitio.*
34. *Saltio sive chorea quid sit.*
35. *Saltatio honesta non interdicenda, modo non fiat diebus sacris.*
36. *Magistratus & qui aliis exemplo erunt, non saltabunt.*
37. *Non Sacerdotes & ministri Ecclesiæ.*
38. *Non senes.*
39. *Conviviorum alter abusus est nimia, & bestialis potatio.*
40. Gesundheit-Trüncke.
41. *Moscovitarum pulchra ad bibendum invitatio.*
42. *De salutipotationibus constitutio Electoralis remissive.*
43. *Pro salute alicujus bibere antiquissimum est.*
44. *Pocula pro salute alicujus aliquo modo tolerari possunt.*
45. *Et quare?*
46. *Spartarum more pro arbitrio bibendum.*
Dictum Diogenis.
47. *Nomen alicujus bibere quid fuerit apud veteres?*
48. *Magistratus compotationibus ac helluationibus interdicet, cauponasque diebus sacris visitarii faciat.*
49. *Edictum Serenissimi Elect. Brandenburg. de non prophanando sabbatho per compotationes &c.*
50. *Apologia pro Germanorum bibacitate.*
51. *Indi occidentales dulcedine vini Hispanici capti.*

52. *Germani quare vino zythoque indulgeant?*
53. *Historia de Comite Germano bibacissimo.*
54. *De veterum Germanorum bibacitate temporibus Aureliani Imp.*
55. *In vino stultitia & secretorum propalatio.*
56. 58. *Singulis hominibus & nationibus sua laudes, sua labes.*
57. *Dictum Caroli V. de Germanorum bibacitate & Hispanorum furtis.*
59. *Primates in Municipiis in popina primas tenere amant. Epaminondas pro ebriis vigilavit.*
60. *Lex Tapulla.*
Wenceslai insanum dictum.
61. *In Germania cellæ vinaria plerumque sunt vel sub ipsis vel haud procul à curiis.*
62. *Bellum rusticorum inter pocula incrementum cepit.*
63. *De Germanorum bibacitate compescenda fere desperandum.*
64. *Propinatio in Constitutionem Imp. de ebritate vitanda.*
65. *Turpia de plus bibendo apud Germanos certamina.*
66. *Fraternitas inter pocula erecta solet esse vitrea & fragilis.*
67. *Philotosia apud Persas usitata.*
68. *Abominabilis ebrietas.*
69. *Ebriorum mores & vitia.*
70. *Ebriosi inducunt consuetudinem insaniæ.*

1. Laudandanda in hoc est veterum quoque frugalitas quod prandia nesciverint, nam semel saltem in die comedebant nec prius cœnam capiebant, hora scilicet nona, quod patet ex PRUDENTIO *in hymno SS.*

- - - - recuso potum,
Nondum nona diem resignat hora.

2. Prandia vero non omnium omnino civium, sed lautiorum tantum fuerunt, qui tamen si ferculorum pompa accumbebant mensæ privatæ, exquisitæ saltem epulæ amicis in cœnam reservabantur. Innuit hoc SENECA *Epist. 83.* panis deinde siccus, & sine mensa prandium. Et post prandium quiescebant sumpto cibo meridiano, ut esset velut altior dies inter prandium & vesperam, PLIN. JUN. *lib.* III. *Epist.* 83. brevissimo somno utor & quasi interjungo.

Meridiandi hic mos ab Imperatoribus retentus, & ad declines translati Principatus lapsus transmissus est, SUETON. *in August. cap.* 28. de eo ait: Post cibum meridia-

meridianum conquiescebat opposita ad oculos manu. Hic ritus ad Reges Judæorum promanavit, ut
4. patet ex 2 *Sam.* 11. *v.* 2. Cœnam inchoabant duo ova recentia quæ sorbillanda propinabantur, ultimo loco cum lactuca comedebant poma sive mala, inde natum proverbium: *Ab ovo ad mala.* Quo allusit HORATIUS *lib. I. Sat.* 3.

Si collubuisset, ab ovo usq; ad mala cibaret.

Ideo forte lactuca sub finem cœnæ utebantur, quia ista vini fervorem reprimit & refrigerat, postea eam manducabant sub ipso cœnæ initio, hinc MARTIAL.

Claudere quæ quondam lactuca solebant avorum.

Dic mihi, cur nostras inchoet illa dapes.

5. Mensa, (ut hoc per viam addam) ideo dicta est quasi *dimensa*, quia pleraque apponebantur in cibo dimensa. Hinc ATHEN. *in Deipn.*
6. ait: Convivarum cuique suæ carnis portionem distribuebant. Et XENEPH. *de expedit. Cyri.* Tripodes mensis universis allatæ, quæ plus minus viginti numero erant, carnibus divisis plenæ, PLUTARCH. *in sympos. lib. II. cap.* 10. asserit, ministros conviviorum appellatos fuisse à distribuendo & dividendo. De Lacedæmoniis XENEPHON *lib. de Republ. Lacedam.* Doctis omnia dupla mittuntor, æquum enim est, eos geminam accipere portionem. Legimus inde in historia Josephi, *Gen.* 43. *v.* 34. Benjamini ferculum quintuplo fuisse majus, DUSTÆUS *Analect. sacr. part.* 1. *exercit.* 28. Sed de ritibus convivalibus plura qui scire intendit, adeat PANCIROLL. *rer. memorab lib. I. tit.* 51. *ibiq; commentatorem, &* ROSIN. *Antiq. Rom. lib.* 5. *cap.* 26. *& seqq. aliosque.*

Hoc saltem intendo, non tantum de statutis & legibus vestia- 7.
riis, sed & convivariis merito sollicitum esse debere Magistratum Municipalem; In omnibus enim Rebuspublicis conviviis præscriptus reperitur modus, ne sumptibus conviviorum, atque apparatu immodico nuptiarum, baptismorum exequiarumque, pompis atque ferculorum varietate ac splendore, opes civium in utiliores usus reservandæ, profundantur. Nam
quotidiano fere hoc vitio, conten- 8
tione quadam insana, tenuiores æmulantur opulentiores, & quisque splendidus convivator videri vult; Ii, quibus res familiaris angustior eandem ambitiosa stultaque æmulatione dissipant, atque in celebritatibus ac festis diebus tantum decoquunt, ut profestis esurire cogantur, HERESBACH *de Republ. administrand. cap.* 16.

9. Sollicitudo autem hæc & cura sedulo suscipi solet à Principibus, adeo ut officii ratione nihil restet quam ut in oppidis de rigorosa observatione ejusmodi edictorum administratores invigilent. Et utinam eadem in negligentes hos obtineret pœna, quæ olim apud Romanos ubi M. Antonius & L. Flaccus Censores Duronium senatu moverunt, quod legem de coercendis conviviorum sumptibus latam, tribunus plebis abrogaverat VAL. MAX. *lib. II. cap.* 4. Habet
10. enim iterum edictum nostrum de Anno 1696. *art.* 11. Auff Hochzeiten und Gastereyen sollen von denen Vornehmsten nicht mehr als 8. Schüsselen in allen ohne Zugemüse und Salade/ von den Mittelern Standes aber 6. und von den Geringen 4. Schüsselen auffgesetzet/ und die Schüssel nicht piramiden Weise angerichtet werden / jedoch ist erlaubet bey grossen Ausrichtungen dreyerley gebraten in einer Schüssel zu legen. Vor allen Dingen aber verbieten wir / eine Schüssel mit verschiedenen assietten anzurichten *art.* 13. die Hochzeit überall/ soll nicht länger in den Städten als einen Tag / und zwar auff dem Lande mit 2. Mahlzeiten / zwey Tage hinter einander geführet werden/ &c. &c. dergestalt daß wann die Gerichts-Obrigkeit die Contravenienten nicht bestrafft / sie dafür angesehen werden sollen. De cætero
quoque hisce edictis sancitum 11.
est ratione numeri invitandorum ad nuptias, qui mos & peranti quis est, nam ut refert. BART. *in l. Inficiando 69. §. Infans in fin. ff. de furt.* Pisis statutum fuisse, quod non potuerint ad nuptias convocari, nisi duodecim Dominæ quod & habet ARETIN. *in l. patris & filii ff. de vulg. & pup. subst.* Si nu-
merus edicto cautus excedatur e. 12.
gr. si 24. personæ 12. par Leute saltem invitandæ, & quis 30. vel 40. petierit unum delictum est pro omnibus qui excedunt numerum BART. *cit. loc. n.* 7.

Et quorsum attinent publica tu- 13.
multuosaque convivia, suavius est inter parentes & pauculos ex proxima cognatione, modeste sobrieque agitare nuptialia convivia, ERASM. *de Christian. matrim.*

Festivitates nuptiales lautiores 14.
permissæ sunt, quam in aliis conviviis Lege Licina & Julia. GELL. *lib.* II. *cap.* 24. Hanc nimirum ob rationem quia matrimonii finis & effectus est, ut alter conjugum in alterius familiam adoptetur, & soboles inde procedens jura tam agnatis quam cognatis succedendi consequatur, ideo ad nuptialem festi-

festivitatem convocantur, propinqui affines & amici, ut omnia ex consensu totius familiæ & præsentibus ac volentibus propinquis fiant ANN. ROB. *Rer. jud. lib. I. cap. 2.*

15. Memorat POSTELLUS *tract. de Magistrat. Athen. cap. pen.* Athenis certos bibendi arbitros seu observatores vini, vel Sympoliarchas fuisse, qui convivarum numerum, & epularum modum observabant, atque illos qui bibendi modum supergressi, certa pœna mulctabant, additque, moris fuisse apud Athenienses, in ipsis conviviis clamare: Reserate portas, ut in luce
16. simus conspicui magis, ut pertransiens, si volet, arbiter, numerum capiat convivarum. Ita Livius Drusius cum domum ædificaret & architectus offerret, ita se structurum, ut libera ab arbitris & ab omni inspectu esset: Quin tu potius, inquit, si quid in te artis est, ita compone domum meam, ut quicquid agam ab omnibus inspici possit LIPS. *in monit. & exempl. Polit.*

17. Fuerunt & Priscorum leges speciales convivariæ; ut lex Fabia, quæ vetuit uni convivio plus quam XXX. sestertios, i.e. XII. thaleros impendi. Lex Femilia, quæ vetuit plus quam quinque patinas apponere. Lex Julia, quæ vetuit januas tempore convivii adducere, ut Censores intrare possent. Lex Aristina, quæ vituit quempiam retinere à prandio diutius quam in vesperam.

In summa parsimonia apud veteres Romanos & victus & cœnarum tenuitas, non domestica solum observatione ac disciplina, sed publica quoque animadversione, legumque sanctionibus custodita est, AGELL. *lib.* II. *c.* 13. Cumque per alia cives ad temperantiam revocare studerent, id non minime facere voluerunt per rationem mensæ ÆLIAN. *var. histor. lib.* III. *cap* 34. 18.

Magnificus enim apparatus, cui quotidie grandes fumant pultibus ollæ, conviviorum & sumptuosa largitio, nonne ab opulentia paritura mox egestatem FLORUS. Et alius ita. Qui tam multa conviviis impendunt, plerumque familiæ suæ in necessario desunt sumptu: quod enim superfluis perdunt, in necessariis comparare volunt, DREXEL. *in Salom. p. 2. cap 3.* 19.

Nulla vorago, nullum barathrum est, quod magis absorbeat, magis præcipitet rem quam gula. Nullæ divitiæ tam amplæ sunt, nulla suppellex tam præclara, nullæ opes tam magnæ, quæ parvo tempore in ventrem non demergantur PATRIC. *lib. V. Reipubl. instit. tit. 8* CAMER. *oper. subcis. cent. 2. cap. 30.* Unde illud so bald die 20.

niedlichste Speise durch die Gurgel getrieben / so ist sie den posterioribus anbefohlen.

21. Convivia prodigalitate famosa sunt, Vitellii Imp. qui in uno convivio duo millia piscium & septem milla avium apposuit. Heliogabali qui pomis & floribus gemmas miscuit totidemque ciborum per fenestras ejecit, quot amicis exhibuit. Cleopatræ, quæ Antonio ferculum apposuit, ducentorum quinquaginta millium aureorum. Quibus merito respondet SENECA.

22 Taurus paucissimorum, jugerum pascuis impletur, una sylva elephantis, pluribus sufficit; homo & terra pascitur & mari. Quid ergo? an insatiabilem nobis natura alvum dedit, cum tam modica corpora dedisset, ut vastissimorum edacissimorumque animalium, aviditatem vinceremus? minime. Quantum enim est quod naturæ datur? parvo illa dimittitur EPIST. 6.

23. Non tamen Magistratus omnino convivia, utpote vincula amicitiæ & concordiæ, unde convivia à simul vivendo derivat CICER. de SENEC. prohibere debet; Sine conversatione enim vita nostra non tantum mortua, sed bestialis plane est. Qualis vita Timonis & Apemati quondam fuit; eorum cum alter alterum aliquando, adibat, apposita tenuissimi apparatus cænula, post longum tandem silentium inquit Apemantus. Quam Timon, nostra duorum in hac solitudine convivatio est jucunda? Quem Timon obliquo intuitus lumine, equidem, dicebat, si tu abesses PLUT.

Habent enim honesta convivia jucundam amicorum conversatio 25.
nem, quæ sol ac sal vitæ dicitur propter quam antiquioribus Romenis, cæna utcunque ex Sportulis 26.
fuit, in hunc finem, ut amici vicinive cænas, quas domi paratas habebant in sportulis in unum conferebant, quod Hispani vocant ollas jungere ex ATHE. DYPNOSOPHIST. *lib.* VIII. *cap.* 14. GARSIAS. *de expens. & meliorat. cap.* 21. *n.* 19. *in fin.*

Hic mos & olim apud Gallos 27.
viguit, qui convivium tale collationis nomine à conferendo vocarunt *faire collation.* Eranon quoque
convivii genus, apud veteres erat, 28.
quo ferebat sibi unusquisque quod ederet. Quæ res juxta Hesiodum Impendii parum, jucunditatis multum inferebat, singulis afferentibus quod ederent aut biberent SALMUTH. *in Comment. ad Panciroll. lib.* I. *tit.* 51. *princ.*

Aliis quoque usibus honesta 29.
convivia non destituuntur; sic multis nominibus apud plerosque laudandus mos, ut conviviis in orbem

bem actis invicem agitent sodalitia, vel ob vitandam profanorum consuetudinem, vel ob temperandum sumptum, qui minor est ubi plures conveniunt. Et interim discitur aliquid in conviviis, tractatur aliquid negotii, nonnunquam & corriguntur errata quædam, ubi lex mensalis hæc solet esse scripta: Dicta, indicta, facta, infecta, vino inscribuntor, unde & Plato Philosophorum cæteroquin severissimus non improbat hujusmodi compotatiunculas ERASM. *Cent.* 9. *Epist.* 89. Imo & ipse Cato explicuit vino contractæ seria frontis. LIPS. *in Epist.*

30. Quemadmodum olim Romani convivia instituerunt, quæ Charistias appellarunt, quibus præter cognatos nemo interponebatur, ut si qua inter personas necessarias querela esset orta; apud Sacra mensæ tolleretur VALER. MAXIM. *lib. II.*

31. Nec modestia, sobria ac amica convivia Deo displicent juxta illud.

Non Deus est Numen, recta cui gaudia, mentis,
Displiceant, si non pietas violetur & æquum.

32. Huc referendæ sunt *Agapæ*, quæ erant convivia ab initio inter Christianos usitata. De quibus ita TERTULL. *in apolog. cap.* 39. Comeditur quantum ad famem valet depellendam, tantum bibitur, quantum satis est pudicis & castis Oratio auspicatur & claudit cibum, confabulantur inter se, quasi Dominum præsentem habeant, qui audiat. Quumque ventum est ad aquam manualem & lumina posita sunt, tunc provocatur unusquisque, ut quantum è Sacris novit, aut de suo ingenio potest cantet & disserat. Inde non egrediuntur ad vagationes aut libidines, ut qui sciant, noctu quoque sibi orandum esse, sed est, quasi comederint & biberint disciplinam.

Non in totum igitur convivia sed eorum abusus abolere pro posse quærat studeatque Magistratus; 33.
Quorum primus; Luxurians ac Lasciva saltatio; quod nihil aliud sit, quam gesticulatio quædam ad tibiæ modos defatigationem inducens. Quodque Tripudium sit veneris præludium, & omnis turpitudinis auspicium VERNULÆ *in orat.* 34. Chorea est circulus cujus centrum est Diabolus, circumferentia omnes Angeli ejus DREX. *in Nicet.* CHRYSOSTOMUS Choreas vocat Diabolicas HOMIL. 56. *in Gen.* AUGUSTINUS. Quilibet saltus in Chorea est saltus in infernum. Tiberius Imperator Gentilis civitate Romana omnes saltatores ejecit. Saltator & stultus eo tantum distinguitur, quod ille tota vita, ille dum saltat stultescit GUEVAR. *in Epistol.*

35. Sed hoc de saltationibus impudicis lascivisque, honestæ non ita semper & ubique interdicendæ: modo non fiant diebus sacris, melius enim dicit esse tota die Sabbathi, fodere sive arare quam saltare AUGUSTIN. *in Concion.* 1. *super Psalm.* 32. Et abstineant illis qui in alto positi aliis exemplo esse debent, ut Magistratus superiores omnes. Quo motus dixit impe-
36. rat. Fridericus III. se malle febricitare, quam saltare ÆN. SYLVIUS. Cumque Philippum Macedonem saltare videret Demades, dixit: Cum ô Rex! fortuna Agamemnonis, personam imposuerit, non pudet te factis agere Thersitem. Domitianus Imperat. Cœlium Rufum senatu movit, quod saltasse diceretur. Itemque abstineant illis sa-
37. cerdotes & Ministri Ecclesiæ: Legitur quod in Anno 1368. in Bohemia, Pilgramiæ Sacerdos in saltatione, repentina morte obiret. Quapropter Archiepiscopus Pragensis sub pœna banni saltatione sacerdotibus interdixit WENCES. HAGENECIUS *in Cronic Bohem p. 2.*
38. *fol.* 34 ZEIL. *in Ep Germ.* 28. *cent.* 1. Item & senes. Alphonsus Gallos propterea leves potissimum dicebat quod quo magis ætate provecti essent, eo magis saltationibus oblectarentur, cumque vidisset anum saltantem, expectate, inquit, mox Sybylla oraculum edet: Sibylla enim non nisi furore correpta oraculum edebat.

Secundus conviviorum abusus 39.
consistit in sacris Divinæ Potuæ, cum convivii nautæ & calicum remiges sive trahones, ut de potoribus *ait Poeta* PRISCUS. (Nam Victua & Potua apud Gentiles Deæ erant, quæ victui & potui præfue-
runt ARNOB *lib. IV.*) Ad eo felicius 40.
concitandam ebrietatem ceremoniosis poculis quæ Gesundheit-Trunck/ vocant; Ex sancta, si Diis placet, madidis lege veluti gradatim, ad stultissimum furorem eunt; Et velut Orgiaphantæ, alius salutem propinat, alius vitam, alius fortunam, quisque cyatissat, & nisi haurias, Numina & amicos lædis: Qui propinat, exemplo suo cogit, nec poculo alienæ favere valetudini potes, nisi tuam mergas *ut ait* PUTEAN. *in Como.* Non minus hi quam Moscovitæ, ut de iis scribit SIGISMUNDUS BA-
RO, sciunt pulchre homines invi- 41.
tare ad bibendum, & cum nullam aliam habent occasionem propinandi, incipiunt bibere pro sanitate Cæsaris, fratris ejus, aliorumque denique incolumitate, qui in aliquo dignitatis & honoris gradu constituti, illorum nomine quenquam recusare poculum non debere, nec etiam posse existimant.

De

42. De saluti potationibus est Constitutio Serenissimi Elect. Saxon. Joh. Georg. *Ord. Polit. de anno* 1612. *art.* Vom Zutrincken/ ubi merito has etiam ab infama plebe indigne fert Princeps Elector.

43 Quam inveteratus hic insaniendi modus sit, apparet ex eo, quod senatus Romanus Augusto inter reliquos honores decrevit, ut pro salute ejus in convivis vulgo libaretur PUTEAN. *in Gental. sermon.* atque ex loco AMBROSII. Bibamus inquiunt, pro salute Imperatorum, & qui non biberit, sit reus in devotione, videtur enim non non amare Imperatorem, qui pro salute ejus non biberit, piæ devotionis obsequium *lib. de Helia & jejunio cap.* 17.

44. Si tamen hæc fiant, ita ut subsistatur in terminis hilaritatis non insensatæ, si non hoc tantum poculis illis pro salute, ut vocantur, agantur, utor verbis PUTEAN. *in Como* ut mentem pellant, quicunque sedent, ne pedes inveniant cum eundum est, aliquo modo tolerari poterunt, *ut ait* WENDELINUS, modo id nullo sobrietatis

45. & modestiæ detrimento fiat. Quia hoc modo in alterius salutem bibendo testamur manifesto lætitiæ signo, gratam nobis exoptatamque esse ejus incolumitatem, deque ea nos lætari & sincere eam optare *Philos. moral. lib. I. cap. 16. §. 62.*

Si autem hæ illecebræ potationis plane exterminari possent, & laudabilis Spartarum mos inter Germanos præcipue induceretur, ut bibat arbitrio pocula quisque suo, AUTHEN. *lib. X.* tantum vini per humanum corpus non sine sanitatis dispendio, cum aliunde satis posset, non effunderetur PLINIUS *lib. XIV. cap. 22.* Ut recte Diogenes, qui cum in conviis, ubi multum vini dabatur, effunderet, ob id reprehensus dixerat: Si ebibero nonsolum vinum perit, sed pereundo me perdit. 46.

Apud veteres legitur, quod nomen alicujus biberint, sic ait 47. MARTIAL. *lib. VIII. Epigram.* 51.

Ut jugulem curas, nomen utrumque bibam.

Hic nimirum erat eorum mos in compotationibus, in honorem & gratiam absentis amici, amicæ vel Imperatoris tot siccare cyathos, quot essent in nominibus eorum literæ: Et hoc vel aperte profitebantur vel sodalibus animi causa hariolandum relinquebant, poscentes vel totidem cyathos minores, vel poculum aliquod majus tot cyathorum capax. Idem MART. *lib. I. satyr. epigram.* 72. sic habet:

Nævia sex cyathis, septem Justina bibatur.
Quinque Lycas, Lyde, quatuor Ida tribus.

Ubi si nominum propriorum literas numeramus, simul & de cyathorum ebibendorum quantitate & ipsius enigmatis resolutione constat.

48. Magistratus itaque compotationibus excessivis ac helluationibus quantum in ipso est, certa pœna tam à cauponibus quam hospitibus exigenda, serio interdicat, atque in hunc finem cauponas & diverticula, præsertim diebus Dominicis sub concionibus visitet, in que gurgites illos cum receptoribus suis acriter exemplariterque animadvertat.

49. Desuper apud nos exstat edictum Friderici Wilhelmi Glor. memoriæ de anno 1676. §. Ferner ist unser ibi: Daß am Sonntag in Städen und Flecken keine Krambuhden geöffnet / auch daselbst alle Schencken / Bier- und Branntewein-Häuser / geschlosser gehalten werden / also daß den gantzen Tag über keine Gäste gesetzet / noch Branntewein auf den Gassen ausgeschencket werde / jedoch kan reisenden Leuten und den Einwohnern die Nohtdurfft so er in seinem Hause hohlen lässet / abgefolget werden: Würde jemand hinwider handelen / und am Sonntag Gäste setzen / sol der Wirth nebst den Gästen durch die Wache aufgehoben / und in die Corps de Garde gebracht / auch ihrer ordentlichen Obrigkeit geliefert werden / damit sie von derselben mit gebührender Straffe angesehen werden mögen &c. Similis & adhuc strictioris tenoris exstat quæ Regio nomine quotannis in Municipiis nostris ex ambone publicantur, & utinam pia hæc Principis intentio sortiretur effectum.

Non possumus enim inficias ire, quicquid BAYHOVIUS *ad Treut. disputat. 6. th. 5. lit. A.* Pro Germanis apologetice quodammodo scribat, vitiumque bibacitatis non hisce peculiare, sed omnibus gentilibus commune fuisse, ubi in hoc Medis, Persis, Parthis, Indis, Colchis, Iberis, Cauneis, Illyriis, Scytis, Tracibus, Celtis, Carthaginensibus, Hispanis, Africanis, Asiaticis, Romanis, omnibus Europæis. *ex Xenophonte, Herodoto, Plinio, Curtio, Busbequio Athenæo ac Platone* explificat. Imo ipsi Indi Occidentales, Hispanica dominatione subacti, tam Barbari non sunt, quin gustata, vini Hispanici dulcedine, eum potum reliquis præferant, nam omnium 50 51.

nium rerum, quas Hispani illic transtulerunt, nulla ipsis gratior acceptiorque fuit vino, & quanquam ipsi è Maizio aliisque rebus fictitia vina & potus moliantur, vulgo tamen dicunt non ita iis ali vires, vigoremque animi nec somnos ita dulces suavesque conciliari BENZO. *lib. II. cap. 17. Histor. nov. orb.*

52. Interim, verum esse, verumque mansurum, nemo forsan negabit, Germanos nostros, vino zythoque nimium indulgere, idque vel ex natura regionis aerisque, ut putat BODIN. *in Method. Histor. c. 5.* vel ex more educandæ infantiæ, de quo ita *Barclajus:* ab ubere pendentibus lagunculas ad similitudinem uberis effictas & hordeaceo potu plenas tradunt in manus, tum rudis & incuriosa ætas subinde ad os referens, tarde manantem potum, tum etiam innocentis otii fastidium levat, accedit illius potus conditio non ad diluti vini consuetudinem sitim satians, sed crasso liquore identidem faucibus reliquens, quod succedente potu diluendum sit, *Icon. anim. cap. de Germ.*

53. De comite quodam Germano hæc refert ZEILLER, hat seine Söhne bey Nacht/ ob sie nicht Dürstete gefraget/ und wenn sie wegen des Schlaffs nicht Trincken wollen/ ihnen den Wein eingegossen/ und da sie denselben wieder von sich gegeben / zu seiner Gemahlin gesagt: Du Huhr du hast mit einen andern zugehalten/ dann diese seyn meine Söhne nicht/ weilen sie die gantze Nacht ohne Durst geschlaffen *Ep. 32. cent.* I. Fertur idem ille, cum ad somnum aliquando se composuisset, cubiculario suo hoc præcepti reliquisse: Du/ wenn mich dürstet so wecke mich; qui cum reponeret, impossibile sibi scitu fore, quid Dominus forte per somnum appetere posset; Ita ille instando: Weck du mich/ wenn du mich nur weckest / so dürstet mich. De veterum Germanorum bibacitate 54. temporibus Aureliani refertur, quod Bonosus Hispaniensis, qui apud Imperatorem istum summo in honore fuit, ipsis Germanorum legatis egregie propinaverit, ut eos inebriaret, atque ab his per vinum cuncta secreta coguosceret, ipse quantumlibet bibisset semper securus & sobrius, & adhuc in vino prudentior CAMER. *oper. subcis. p. I. cap. 94.* Nam Heraclito teste, stultitiam celare difficile, in vino vero 55. impossibile est. Eam ob rem explorandis adolescentium ingeniis convivia nonnunquam indulta PLATO scribit, quo illi ad pocula se largius invitarent, ut omnia sua studia

ſtudia cupiditatesque omnes pro-
palarent, & ab intimis præcordiis
effunderent.

56. Atque eſt inde illud LIPSII: Singulis hominibus ſuæ laudes, ſuæ etiam labes, in Gallia levitas & vanitas, in Hiſpania præter hæc Typhus quidam & Africanus faſtus, in Germania commeſſationes & ebrietates, *Epiſt. 22. cent. 1. ſelect.*

57. Cum in conventu Ratisbonenſi generoſa eſſent vina, multique Germani ex crebris & aſſiduis compotationibus extinguerentur, Hiſpani Imperatorem Carolum V. acceſſerunt, vehementer urgentes, ut ſeveriſſimi pœna Germanorum ingurgitationes caſtigaret. Quid faciam reſpondit Imperator, doleo ſtultitiam meorum Germanorum, ſed tam facile illud obtinuero, ac ſi vobis Hiſpanis manus conſtringere velim, ne furentur CHRYTRÆUS *Chron. Saxon. part. 3. lib. XIX. in orat. funebr. Car. V.* Quo

58. facit illud proverbium: Pons Polonicus, Monachus Bohemicus, Suevica monialis, miles Auſtralis, Italorum devotio, Alemannorum jejunia, fabam valent omnia BEBELL. *in proverb. Germ.* Sed habet hoc natura hominum, ut aliena magis, quam ſua quisque perhorreſcat vitia ÆN. SYLV. *Hiſtor. Bohem cap. 41.*

59. Nec peccant in hoc ſolummodo illi, qui ſunt de ima populi fece, & primates in Municipiis, qui tantum abeſt, ut Epaminondæ inſiſtant veſtigiis, qui feſto quodam die reliquis civibus compotationi operam dantibus ſolus circumiens muros luſtrabat, dicens, ſobrium ſe eſſe & vigilare, ut aliis ebrios eſſe & dormire liceret, PLUTARCH. ut putent, eorum eſſe officii, non tam in curia, quam popina primas tenere, non ſolum populo, ſed & poculo præeſſe.

Et in hoc tam ſunt religioſi, ut potius omnes leges Municipales abrogatas eſſe velint, quam illam legem antiquam Tarquilam, quæ ſanxit, ne quid in fundo reſtaret. Imo, cum Wenceslao Imperatore, qui accepto de arcis ſuæ conflagratione nuncio, cum vinariam cellam incolumem audiret, ardeat, inquit, vel denuo arx, totaque in cineres concidat, dum nulla Rhenano pernicies afferatur, CUSPIN. Curiam & templum potius flammis devorari in cordibus ſuis optarent, quam fontes cauponarios prorſus exareſcere. Et ut eo major cura temeti habeatur, undique fere in Germania cellæ vinariæ vel ſub ipſis curiis ſunt, prout vidimus ſupra *lib. II. Cap. 7.* 60.

61.

SEBAST. FRANC. *Tract. German.* Gründlicher Bericht von dem erſchrecklichen Zuſauffen. teſtatur 62.

ſtatur ruſticorum illud bellum patrum noſtrorum, inter pocula incrementum cepiſſe atque ab ebrio-
63. ſis ruſticis profectum fuiſſe. Pravæ huic conſuetudini nimiæque ingurgitationi Carolus V. laudatiſſimus Imperatorum remedia dare inſtituit, ut ex allegato R. I. pateſcit, de eo tamen, quoad Germanos deſperavit; Imo conſtat, quod ejusmodi Conſtitutiones in contemptum & riſum abierint, atque Germaniæ Nobiles ſibi invi-
64. cem propinando dixerint: Propino tibi hauſtum in Conſtitutionem Imperii, de ebrietate vitanda, **Es gilt dir auf den Reichs-Abſchied.** LATERUS *de cenſib. lib. I. cap. 10. n. 32.* Ut merito deplorandum, optimas & pias illas leges peſſimo cum exemplo & cum turpitudinis infamia quadam non ſervari, & ſicut lex nova non recepta viribus caret & deſuetudine tollitur, *l. de quibus ff. d. LL.* ſic quoque iſta Imperii placita contrario quaſi uſu abrogata & ſublata videntur, GAIL. *2 Obſerv. 110. n. 24.*

65. Tam turpia autem ſunt illa præcipue apud Germanos uſitata certamina de plus bibendo, ut eorum arbiter & moderator ſit diabolus, præmium victoriæ peccatum. Revera gloria eorum eſt ignominia, ſiquidem inter ſe contendunt, ſed ſe ipſos ulciſcuntur, omnia inconſiderantia plena ſunt, omnia confuſione, victi ſunt temulenti, & qui vicerunt, BASIL. *deſcript. ebriet.*

Verum quid dicendum de pacto illo confraternitatis, inter pocula 66.
inito. Merito hæc amicitia dicitur vitrea, & fragilis, nonnunquam enim fit, ut inter potandum ſimus amiciſſimi & humaniſſimi, at mane concocto vino, illa humanitas & conjunctio ſimul cum vino evaneſcit vel potius ita acceſſit, ut potius in ferinam rabiem convertatur. Unde ERASMI FRANCISCI **in der luſtigen Schau-bühne** *part. 2.* ait: **Unter den Namen Brüderſchafft trincken/ und unterm Titul eines Luſt- und Ehren-Truncks/ſauffen ſich manche ins Grab und in die Hölle. Daher ſolche vermeintliche Freund-Truncke füglicher** ἀναγκοποσίαι, (**Noht-Truncke) Denn** φιλοτησίαι, (**Lieb- und Gunſt-Truncke heiſſen könten / und iſt wohl poſſirlich/ daß ſolche neugebackene und vermittels eines ſtarcken Soffs gegoſſene Brüder vielmahls die erſten ſind / ſo ſich im Gelage mit einander herum zauſen.** Apud Perſas eodem referente
aliud genus philoteſiæ in amico- 67.
rum conviviis erigitur, ubi bini fratres ſimul & patrem eligunt, quæ confraternitas à Calipha certis ſolennibus confirmatur, quo-

rum amicitiæ vinculum naturalium fratrum gratiam multo præcellere solet, unde inter amicos ipsis proverbium est: Bibas merum, togam Abdallæ flammis conficias, Idolorum fana frequentes licet (utpote quæ horrenda eorum peccata sunt) amicum tamen lædere nefas erit, ex OLEAR. *Itiner. Persic. cap.* 14. Colophonem materiæ huic impono ex dicto AUGUST. *lib. de pœnit.*

68. Ebriosus, si vinum sorbet, ab illo absorbetur, Deo fit abominabilis, ab Angelis despicitur, ab hominibus deridetur, à dæmonibus confunditur, conculcatur ab omnibus; Ebriosus confundit naturam, amittit gratiam, perdit gloriam, incurrit damnationem æternam.

69. Graphice ebrietatis vitia describit SENECA *Epist.* 83. ubi possedit animum nimia vis vini, quicquid mali latebat, emergit. Tunc libidinosus ne cubiculum quidem exspectat, sed cupiditatibus suis, quantum petierint sine dilatione permittit, tunc impudicus morbum confitetur & publicat, tunc petulans, non linguam non manum continet; Crescit insolenti superbia, crudelitas sævo, malignitas livido, omne vitium laxatur, & prodit. *Et paulo inferius:* Quæ gloria est capere multum? cum penes te palma fuerit, & propinationes tuas strati somno ac vomitantes recusaverint, cum superstes toti convivio fueris, cum omnes viceris virtute magnifica, & nemo tam vini capax fuerit, vinceris à dolio. Si hæc ebrii perpetrant, quid de ebriosis dicemus? 70.
de quibus ita adhuc SENEC. *cit. loc. in fin.* Quemadmodum difficiles faciunt oculos diutini morbi, etiam ad minimam radii solis offensionem, ita ebrietates continuæ efferant animum. Nam cum sæpe apud se non sint, consuetudo insaniæ durat, ac vino concepta etiam sine illo valent.

Ca-

Caput XI.

DE JURE MUNICIPIORUM VEL EORUM RECTORUM IN MUNICIPALIUM BONIS JURIBUSQUE QUÆSITIS.

SUMMARIA.

1. *Jus quæsitum nemini auferendum.*
2. *Nisi justa vel violenta subsit causa, vel interveniant publica commoda.*
3. *Quæ tam varia ut specifice ennmerari nequeant.*
4. *Magistratus potest capere & abducere boves, equos, causa conducendi frumentum in exercitum.*
5. *Potest facere fossata per agrum alienum.*
6. *Partem prædii pro amissa via auferre potest.*
7. *Templo pro pugnaculo uti.*
8. *Ædificia demoliri, suburbia diruere.*
9. *Damna illata remittere.*
10. *Decernere ut bona mobilia civium tempore pestis comburantur.*
11. *Ut putidæ carnes, corrupti pisces &c. projiciantur.*
12. *Utilitas publica præferenda est privatorum contractibus.*
13. *Res nostræ magis reipublicæ quam nobis inservire debent.*
14. *Salutis publicæ causa rei familiaris commoda negligenda sunt.*
15. *Salus publica suadet ablationem juris alicujus.*
16. *Publicæ rei eversio est magna.*
17. *Necessitatis sarcina multum evertit.*
18. *Magistratus inferior potest cogere aliquem, ut vendat ad publicum interesse.*
19. *Necessitas ipsis legibus imperans.*
20. *Oportet est impersonale nec personam respicit.*

1. NUlli, cum Dominium, regimen, arbitriumve aliquod concessum seu commissum est, jus proprium alicui quæsitum auferre licere, vulgatissimum ex ipsa natura intellectum habet Decius *cons.* 72. *clo.* 2. Ruin. *cons.* 175. *n*, 6. *lib.* I.

& consʃ. 105. n. 9. lib. V. Bart. *in l. ambitioʃa n. 12. ff. de decret. ab ord. fac. & in l. toties §. 1. ff. de pollic.* Socin. *jun. consʃ. 77. n. 124. lib.* I.

2. Si tamen juſta vel violenta ſubſit cauſa, recte Magiſtratus etiam Municipalis ab hac recedit regula, & ſoluto juſtoq; pretio rem jusque Municipibus quæſitum ob
3. publica commoda, quæ vertentibus temporum vicibus ita variantur, ut in certas ſpecificationes includi non poſſint, ſuadente id neceſſitate, authoritate Magiſtratica aufert Alciat. *reg. 3. præſumpt. 8.* Joan. *in l. Barbarius n. 27. & 36. ff. de offic. prætor.* Socin. Sen. *consʃ. 120. col. 9. vol. 3.* Jason. *consʃ. 6. vol. 4. lib. III.* Ruin. *consʃ. 31. in fin. lib. V.* Afflict. *deciʃ. 321. num. 117.* Gozad. *consʃ. 5. num. 17. Argent. consʃ. 91. num. 56. vol. 1.*

4. Ubi hoc varie exemplificant & in ſpecie quod rectores civitatum poſſint capere & abducere boves, equos & alia animalia cauſa conducendi frumentum in exercitum, quod conclamatis hiſce ſævientis martis temporibus, proh.
5. dolor! multoties practicatum fuit; Similiter civitas vel Municipium tempore belli poteſt facere foſſata per agrum alienum, Bald. *in l. 2. C. pro quib. cauʃ. ſerv.* Roland. à Vall. *consʃ. 69. num. 41. vol. 2.*

Sic partem prædii proximi pro amiſſa via publica Magiſtratus auferre poteſt *l. 14. fin. ff. quemadm. ſervit. amit.* 6.

Ut & Municipium neceſſitate imperante templo pro pugnaculo uti poteſt Arnisæus *de ſubject. & exempt. Cleric. c. 3. num. 7.* 7.

Itemque fundum privati pro dilatandis foſſis occupare, ædificia demoliri, ſuburbia diruere poteſt, ſi incendium vel inſidias reformidet *l. 14. C. de oper. publ.* ad quod optime facit, *l. 51. §. 3. ff. ad L. Aquil.* 8.

Sic cum vicinis tranſigens vel paciſcens, damna Municipibus illata pro bono publico remittere poteſt *arg. l. 1. §. 2. ff. de Juſt. & jur. ibi, ſunt enim quædam C. in noſtra, ibi, pro bono concordiæ X. de injur.* 9.

Sic Magiſtratus tempore peſtis poteſt decernere, ſi ita expedit, ut bona mobilia civium comburantur, cum ipſiſmet Dominis magis quam aliis pernicioſa eſſe ſoleant, quod ſummum exigit jus, ut ſubditorum ſaluti proſpiciatur. 10.
Hinc eſt quod interdum à Magiſtratu & urbium præfectis putidæ carnes, corrupti piſces, malum vinum, Zythum & alia quæ civium ſaluti adverſari videntur, comburi & projici ſoleant, nullo Dominis pretio perſoluto, imo ipſis quoque 11.

pœnam

pœnam indicendo, FRANCISC. ANTON. COSTA *conf.* 83. SPEIDEL. *in annot. ad th. pr.* BESOLD. *lit. P. num.* 13.

12. Cujus unica ratio dependet *ex l. 5. C. de primipilo* ubi Impp. Diocletianus & Maximianus, in alia quidem mente, ſed tamen appoſite ad hoc ſanciunt, utilitatem publicam præferendam eſſe privatorum contractibus.

13. Quod nemini iniquum videri debet, quia res noſtræ magis Reip. & ejus bono inſervire debent quam nobis ipſis; Respublica enim incolumis & privatas res facile ſalvas præſtat, publica perdendo, tua ne quicquam ſerves LIV. *lib.* XXVI. & JUL. CÆSAR. *lib.* VII.

14. *de bell. Gall.* Salutis publicæ cauſa rei familiaris commoda negligenda ſunt. Nam & medici graviores morbos aſperioribus remediis curant, & gubernator, ubi naufragium timet, jactura quidquid ſervari poteſt redimit, ut ait Nabarzanes apud CURT. *lib. V. cap.* 9. Et CYRILLUS *cap. 1. quæſt.* 7. Sicut ii qui per mare navigant, tempeſtate urgente, navique periclitante anxiati, quædam exonerant, ut cætera ſalva permaneant: Ita & nos, cum non habemus ſalvandorum omnium negotiorum penitus certitudinem, deſpicimus ex eis quædam, ne cunctorum patiamur diſpendia.

Ablationem juris quæſiti in bonis Municipalium, ergo ſuadet *primo* ſalus publica, *deinde* extrema neceſſitas. Quoad illam adhuc notandum, quod juxta LIPSIUM melius eſt, plumarum quid amittere, quam ut de cute & carne periclitemur. *Epiſt. miſcellan.* 85. Everſa domo Reipublicæ ſtatus manere ſæpe ſolet. at urbis & Reipublicæ ruina Penates omnes ſecum trahit, ut ait CICERO *ad Heren.* 4. Nave fracta, multi incolumes evaſere, ſed ex naufragio patriæ, ſalvus nemo poteſt enatare, SPORMACHER. *juſtit. vulnerat. tit. cap.* 5. *n.* 5. Neceſſitatis autem ſarcina, quæ Rempublicam ejusque ſtatum maxime premit, omnem legem etiam fundamentalem evertit. Lex quidem dicit, jus quæſitum nemini aufferendum, ſed talis lex non eſt de fine, ſed ordinata ad finem. Cum vero finis ſalus publica, iisdem mediis, legum ſcilicet ſanctionibus, omni tempore & caſu obtineri nequeat, moraliter neceſſe eſt, mediis ordinatis, urgente neceſſitatis telo, ceſſantibus, alia ſubſtituere, nulla quippe lex tam ſancta eſt, quæ non oporteat, ſi urgeat neceſſitas mutari, COVAR. *in Cap. alma mater part. 2. de ſentent. excomm. in* §. ſi jam neceſſitas publica privatum exegerit agrum, privatam domum & ædificium, tunc

15. (beside "Ablationem juris quæſiti in bo-")
16. (beside "riclitemur. Epiſt. miſcellan.")
17. (beside "quæ Rempublicam ejusque ſtatum")

cogitur dominus agri justo pretio illud vendere, *l. 1. & 2. C. de vendit. rer. Fiscal. lib. X. l. fin. C.*
18. *de debitor. civit. lib. XI.* Et hoc non saltem obtinet in Principe, sed idem valet, in quocunque judice inferiore, qui potest compellere privatum dominum agri vel domus & fundi, ut justo pretio vendat, quoties fuerit necessarium ad constructionem vel ampliationem Ecclesiæ parochialis aut Episcopalis propter necessitatem cultus divini, qui celebratur ad Christianæ religionis eruditionem & instructionem, COVARRUV. *variar. resolut. lib. III. cap. 14. n. 8. vers. sane mihi videtur.* Aliquando non
19. solum regendum est secundum leges, sed ipsis legibus imperandum, suadente necessitate, ac ut ait MONTAGNE *Essays livr. 1. chap. 22. il vaudroit mieux faire vouloir aux loix ce qu'elles peuvent, puis qu'elle ne pouvent pas, ce qu' elles veulent.*

Necessitas exprimitur per verbum *oportet*, quod Grammaticis 20.
ideo impersonale est, quia personam non respicit, VOGT. *de camb. th. 4. lit. a.* omnino fiet, si sermo reducat oportet, juxta proverbium: Muß ist ein böses Kraut / necessitas morsus dicuntur gravissimi, LABEO *in Catilin. declamat.* ejusque leges sunt amarissimæ, ac imperia truculentissima, VALER. MAXIM. *rer. mem. lib. VII. cap. 7.*

Caput XII.

DE MUNICIPIORUM JURE DETRACTIONIS VEL MIGRANDI Abzug.

SUMMARIA.

1. *Jus detractionis vel migrandi in jure scripto non reperitur. Vicesima ad bellorum impendia introducta.*
2. *Vestigia Vicesimæ istius.*
3. *Jus detractionis unde Municipia habeant?*
4. *An jus hoc detractionis ad Regalia spectet?*
5. *Jus detractionis hoc accedit jurisdictioni.*
6. *Est accessorium collectæ.*
7. *Jure hoc etiam gaudent civitates provinciales inferiorem saltem jurisdictionem habentes.*

8. *Quis ejus effectus?*
9. *Liber esse debet civibus è civitate discessus.*
10. *Non valet statutum, ne quis domicilium mutet.*
11. *Olim Jure Rom. migratio è civitate ad aliam sine jussu Principis non erat permissa.*
12. *Hodie consuetudine Germanicæ secus est.*
13. *Detractatio* der zehende Pfenning.
14. *Mores populi supplent legem.*
15. *Justitia detractionis hujus.*
16. *Onere aliquo gravari debet discessus, ut civitates civibus maneant repletæ.*
17. Nachsteur/Abzug/Weglösung/Abfahrt/Abschuß.
18. *In quibus locum habeat, quotuplex sit jus detractionis?*
19. *Quomodo in exigendo illo procedatur?*
20. *Quatenus detrahatur ob resignationem juris domicilii.*
21. *Detractio quæ fit ob hereditates & legata.*
22. *Magistratus quandoque pacto reciproco hoc jus remittunt.*
23. *Exemplum civitatis Tubingensis.*
24. *Quinam cives ob emigrationem oneri huic subjaceant?*
25. *Cives ex pacto servientes ab onere detractionis exempti sunt.*
26. *An jus detractionis quoque obtineat si migratio non fit extra provinciam?*
27. *Consuetudo Ducatus Anhaltini.*
28. *Consuetudo Civitatis Lippiæ.*
29. *An ii, qui inviti à Municipiis discedunt, jus migrandi redimere necesse habeant?*
30. *Vendere cogens laudemia præstare non cogitur.*
31. *Creditor obæratus executionem patiens au ab hac gabella sit liber?*
32. *An ille, qui propter delictum migrare cogitur?*
33. *Civitas hoc jure destituta, illo per modum retorsionis uti potest.*
34. *Mercator contra creditores suos indulto moratorio utens, pati debet, ut ipsius debitores, eodem jure utantur.*
35. *Etiam in hereditatibus fideicommissariis detractio locum habet.*
36. *Et legatum ad pias causas non est ab ea exemptum.*
37. *Currus nuptialis* der Braut-Wage *detractionem hanc pati debet.*

38.

38. *An ad mobilia quoque consuetudo hac extendi possit?*
39. *Quid si mobilia in alio existant loco?*
40. *Quid juris in nominibus?*
41. *Jura & actiones ex persona creditoris æstimantur.*
42. *Si Magistratus hoc jus habeat detractionis, de hæreditatibus, legatis, &c. an hoc jure adversus liberos parentum vel parentes liberorum hæredes uti possit? Quæ sit ratio hujus juris detractationis?*
43. *Legis Municipalis magna est vis.*
44. *Non disponente consuetudine, immunis est à detractione hæreditas parentum & filiorum.*
45. *Cur parentum eadem ac liberorum sit ratio.*
46. *Jus detractionis in illis tantum bonis locum habet, quæ oneribus publicis civitatis semel subfuerunt.*
47. *Bona extra territorium sita non comprehenduntur sub juribus Municipalibus.*
48. *Deductio hæc non obtinet nisi deducto prius ære alieno.*
49. *Portio hæc statim exsolvenda.*
50. *Quam diu portio hæc non soluta, discedens obligatus adhuc censetur oneribus civitatis.*
51. *Cive discedente & bona sua non satis æstimante, Magistratus justam æstimationem offerre & bona illa retinere potest.*
52. *An peregrinis cui quid legatum est, hanc detractionem in re legata admittere, an vero hæres scriptus eam redimere, integrumque legatario legatum præstare teneatur?*
53. *Qatenus soli heredi hoc onus præstandum incumbat?*
54. *Ab hoc onere detractionis an Ecclesiastici & scholastici eorumque viduæ & liberi sint immunes?*
55. *An Doctores a præstationis hoc onere sint immunes?*
56. *Exemptum est legatum studioso ad studia relictum.*
57. *Judæi emigrantes jura emigrationis solvere non coguntur.*
58. *Nisi distraxerint bona immobilia.*
59. *Vel si ingens consistat eorum commercium in mobilibus.*
60. Jus *Albinagii vel Albinatus quid?*
61. *Albinagium unde dictum?*
62. *Droit d' Aubaine apud Gallos unde originem traxerit?*
63. *An jure talionis Germani adversus Gallos ratione Albinagii uti possint?*

64. *Jus detractionis quomodo à jure Albinagii differat.*
65. *Jus Issuarum in Flandria quid?*

1. Juris detractationis vel migrandi usus, in jure nostro communi nullus reperirur KÖPPEN. *decis.* 5. *n.* 1. etsi non desint qui ad exemplum antiquæ vicesimæ quam Augustus Cæsar ob bellorum maxima impendia introduxit, hoc receptum putent MENOCH. *de adipisc. poss. rem.* 4. *n.* 2. CUJAC. ad PAUL. *sentent. lib. IV. tit.* 6. *pr.* Vestigia hujus vicesimæ
2. exstant *in l.* 2. §. *ab hoc ff. de orig. jur. & in l. fin. pr. C. de edict. D. Hadr. toll.* Inde dictum est necessarium vectigal, eo quod onera Imperii induxerint pro communi utilitate KNIPSCH. *de C. J. lib. II.*
3. *cap.* 20. *n.* 7. Interim Municipia illud, si non ex concessione & speciali privilegio, diutina saltem consuetudine sibi arrogare possunt THOMING. *decis.* 26. *n.* 38. RAUCHBAR. *lib. I. q.* 15. *à princ.* ita ut quandoque tertiam prætendant RAUCHBAR. *dict. loc.*

4. Sunt quidam qui jus hoc ad regalia trahere student, quia à quibusdam dicitur vectigal demigrationis, proprie tamen ad vectigalium jura accommodari non potest. Nam illa ad Imperatorem & Principes Imperii spectant; Detractationis vero hæc gabella, de consuetudine exigitur & exercetur à quovis, jurisdictione munito GAIL. 2. *obs.* 36. *n.* 19. Ideo civitates Municipales, inde exclusæ 5.
non sunt, quia magis jurisdictioni, quam superioritati territoriali accedere videtur suntque fructus quidam jurisdictionis SCHEPLITZ. *in consuet. Marchia part.* 3. *tit.* 8. §. 21. *n.* 2. COTHM. *consil. Acad.* 19. *n.* 11.

Et est collectæ tanquam accessoria, illi regulariter competens, 6.
cui jus collectandi debetur, nisi aliud privilegio vel pacto vel consuetudine loci receptum sit WEHNER. *voc.* Nachsteuer ubi ait: quandoque competere soli Magistratui Municipali den Rähten in Stätten/alibi præfecturis den Amtern alibi utrique daß man dem Raht sein gewisses zur Nachsteuer giebt/ und der Ober-Herrschafft auch sonderlich Abzug-Geld erlegen muß. Imo non saltem competit jus hoc civitatibus provincia- 7.
libus merum mixtumque Imperium habentibus, sed & iis quæ inferiori saltem jurisdictione gaudent, possessione longæva pura munitis, licet de jure ejusdem incapaces videantur SCEPL. *cit. tit.* 8. §. 25. *n.* 23. SPEIDEL. *in notab. voc.* Abzug. Quin & collegia quoque privilegiata, velut academias,

hoc ſibi jus vindicare ſentit COTHM. *cit. conſ. Acad.* 19.

8. Ejusque juris hic eſt effectus ut civis vel incola volens renunciare domicilio, ſeu familiam alior-ſum transferre, cogatur Magiſtratui relinquere vel centeſimam vel quinquageſimam vel vigeſimam bonorum ſuorum portionem.

9. Supra enim *cap.* 1. *n.* 66. *& ſequent. h. lib.* vidimus liberum eſſe civibus è civitate diſceſſum, cum natura certo loco nos non affixerit quaſi adſcriptitios & glebæ addictos ſed totum orbem inhabitandum conceſſerit, ita ut patria ſit ubicunque animo bene eſt RITTER. *de homag. concl.* 212. Una domus nobis hic eſt mundus cui provinciæ & civitates camerae ſunt.

10. Adeo ut ſtatutum non valeat, quo quis prohibetur ne domicilium mutet *l. nec non* 28. *l. Titio* 71. *ff. de condit. & demonſtr.* HENR. KLOCK. *de vectigalib. concl.* 63. MYLER. *in addit. ad*

11. SCHÜTZ. *colleg. jur. publ. vol.* 2. *diſp.* 4. *concl.* 16. *lit. A.* Olim more Romanorum non licebat injuſſu Principis ex una civitate in aliam migrare, & bona metricorum colonorum qui ſine reſcripto ſedem mutabant, fiſco vindicabantur. *l. certa* 4. *C. de jur. fiſc.*

12. Quod tamen hodie de conſuetudine Germaniæ ſecus eſt, ubi ſolum vertere, & patriam patria, civitatem civitate mutare, cuivis licet, etiam diſſentiente & inviſo Magiſtratu. *R. J. de anno* 1555. §. Wo aber unſere. 24. *A. B. cap.* 16. *ibique* BUXTORFF. *concl.* 69. *lit. F.* BRUNING. *de var. univ. ſpec. concluſ.* 39. SCHÖNBORN. *polit. lib. III. cap.* 24. *in fin.* BESOLD. *de jur. civit. c.* 2. *n.* 11.

Præſtatur ſaltem à demigrantibus de omnibus bonis, juxta cujusque loci conſuetudinem vel ſtatuta, certa pecuniæ ſumma Magiſtratui penſitanda GAIL. *obſ.* 36. *lib. II.* ARUMÆ. *ad A. B. diſc.* 6. *concl.* 13. quæ nobis dicitur der zehnte Pfenning. 13.

Licet juri communi tales detractiones ut jam *n.* 1. dictum, non inveniantur radicatæ, hunc tamen defectum ſupplent mores & ſtatuta Rerumpublicarum ſingularia, ex quibus multum Rebuspublbl. licet, ut liberum & neceſſarium, ob ſummam ſalutis publicæ legem. Cum omnes populi legibus, & moribus communibus & propriis utantur. *l. jus civile ex l. omnes populi* 9. *ff. de J. & J.* & conſuetudo pro lege obſervetur *l. de quibus* 32. *ff. de LL.* quod in materia collectarum videtur adhuc eſſe peculiare *l. un. ibiq;* BART. *C. de aur. coronario lib. X. ubi dicitur ad collationem auri coronarii placuit neminem* 14.

nem absque consuetudine esse cogendum THOMING. *decis.* 27. *n.* 37. & 38.

Et licet detractio hæc aliquid
15. iniqui sapere videatur, quippe cum damno privatorum conjuncta, privatum tamen illud detrimentum publico facile emolumento compensatur. Sed justitia ejus in hoc consistit, ut in redhonestimentum præteritæ defensionis & in pensationem tributi imminuti, aliquid solvatur. TIRAQUEL. *de retract lign. præfat. n.* 14. PRÜCKM. *consil.* 48. *n.* 13. KLOCK. *de ærar. lib.* II. *cap.* 72. *n. n.* 5. MINDAN. *de process. lib.* II. *cap.* 51. *n.* 2. Pu-
16. blice quoque interest civitates civibus esse repletas, unde merito discessus eorum ne nimis fiat facilis & frequens, aliquo onere gravatur. Quid ergo inquitatis erit, si civis & subditus cum per totam fere vitam privilegiis & subsidiis civitatis, non minus quam domini & Magistratus protectione gavisus, discedens & res suas extra territorium transportans, loco remunerationis aliquid relinquat, maxime cum dilaceratio bonorum æque ac imminutio & mutatio personarum universitati ratione sui juris, sit damnosa. KOPPEN. *decis.* 5. *n.* 3. ARUM. *d. decis.* 6. *conclus.* 13. MAGER. *de advoc. cap.* 10. *n.* 198. WESEMB. *cons.* 1. *n.* 27. DEC. *Resp.* 34. *n.* 55. LINDENSPUR. *comment. ordin. Wurtemb. fol. mih.* 12. *n.* 3.

Vocamus hoc jus migrandi Germanice Nachsteur / Abzug / Weglösung / Abfahrt / Abschuß entrichten / atque pro diversitate locorum diverso modo practicatur. 17.

Hocque jus non tantum in resignationibus domicilii sed & in hereditate ex testamento vel ab intestato transportanda locum habet KOPPEN. *decis.* 3. *n.* 5. GILM. *tom.* 4. *symph. part.* 1. Ideoque duplex est, aut enim sumitur ratione emigrationis aut hereditatis quæ in alium locum transfertur BESOLD. *thes. pract. tit. A. n.* 14. Cumque non sponte vult solvi, Municipia arestis vel jure retentionis aut executionis sibi providere poterunt GAIL. *de arrest. C.* 5. *n.* 12. 18. 19.

Illud fit cum subditus civitatem deserit & domicilium in alterius Principis ac Domini territorium transfert, wann er das Bürger-Recht aufkündiget und sich an andere Orte begiebt / quo casu antiquus dominus vel Magistratus certam portionem ex demigrantis patrimonio detrahit, ZAS. *in l.* 2. *ff. de orig. jur.* SICHARD. *cons. feud.* 5. *in princip.* KOPPEN. *decis.* 5. Secundum detractionis genus obtinet 20. 21.

 quan-

quando ex hereditatibus, legatis, quæ ad extraneos sive ex testamento, sive ab intestato proveniunt, & extra territorium transportantur, deductio certæ portionis fit; Wann einer an frembden Orten etwas erbet / und solche Erbschafft aus dem Land oder Stadt führet / muß er den Abzug davon bezahlen. *Rec. Imp. de anno* 1594. §. und so viel. BERLICH. *concl.* 52. *n.* 38. *seq. p.* 3. WEHNER. *voc.* Nachsteur.

22. Quod ubique fere locorum vigere WEHNER. *cit.* refert, nisi Magistratus loci hoc jus speciali pacto reciproco sibi remiserint, da die Obrigkeit sich verglichen einen freyen Abzug gegen ein ander zu haben. KNIPSC. *dict. cap.* 20. *lib. II. n.* 22. Sicut de Ducatu
23. Wurtenbergico testatur BESOLDUS *verb.* Abzug. quod illius subditi vigore transfactionis Tubensis de Anno 1514. libere quocunque velint emigrare possint, peregrini vero, quorum Magistratus cum Ducatu hoc nomine specialia pacta non habent, detra-
24. ctionem hujusmodi Nachsteuer præstare tenentur. Primum genus detractionis ob emigrationem, quod attinet, ad illud jus tenentur, qui sunt cives & membra corporis & qui animum habuerunt eo
25. fortunas suas transferendi, & ibidem jure civitatis utendi; Non autem ad eos spectat, qui in civitates veniunt, non ut cives fiant, sed ut civibus ex pacto serviant, qui contra finem accessus, non fiunt cives, quales sunt, qui certi muneris vel officii gratia, quod sustinent, aut ex speciali quodam contractu, non sui sed aliorum causa ibi degunt, quales nec fiunt cives, nec civilibus oneribus obnoxii sunt. Nam jus detractus seu decimationis ex protectione quidem vel ex commoditatibus civilibus, quibus cives fruuntur, ut *supr. n.* 16. dictum est, oritur; Interim tamen ad illud jus simul subjectio, quæ partem civitatis facit, contribuit, inde qui officii vel ministerii causa, in urbes veniunt, quia cives non sunt, ideo nec oneribus civicis, quale etiam est jus detractus, subjici possunt. MEV. *decis.* 365. *part.* 7.

Dictum est supra, detractus jus 26.
competere, si quis civis in alterius Domini territorium confert domicilium suum, unde quæro, an cesset, si quis manet in eadem provincia, civitatem saltem, mutans? Ita quidem apparet, prout patet ex iis auctoribus, qui materiam hanc pertractant, interim tamen in istis locis, ubi usus ille invaluit, cui ut jam supra monitum, omne hoc jus cedit, non negandum, etiam inter subditos unius Prin-

Principis illud competere, SCHEPLITZ d. *Tract. part.* 3. *tit.* 8. *n.* 5. BERLICH *concl.* 51. *n.* 16. *p.* 3.

27. Sic in Principatu Anhaltino observatur adhuc, ut quilibet ex una præfectura in aliam vicinam, ejusdem Domini licet subjectam jurisdictioni, mutato domicilio res suas transferens, nihilominus censum hunc solvere teneatur, COCCEJ. *Dissert. de censu emigrant. th.* 11. *in fin.*

28. Quod & jus praxis hujus curiæ nostræ comprobat, ubi sæpius vidi multos detractionis gabellam hoc prætextu, quod in provincia & in vicinia maneant, declinare conatos fuisse, sed hac exceptione inattenta non inanis mansit exactio.

29. Dubium videtur, an cives qui inviti à civitatibus vel Municipiis discedere, solumque vertere coguntur, jus migrandi redimere necesse habeant? quod licet affirmet MOLIN. *in consuet. Paris.* §. 2. *n.* 4. cui videtur adstipulare BESOLD. *dict. loc.* ad hoc allegans pacem religiosam *de Anno* 1555. §. Wenn aber unsere. *ibid. post verb. emigrent. in fin.* ut ita decisum fuisse in causa Heilbron contra die Stadt Schwäbischen Gemünd / refert REICHWIN. *in formula fol.* 202. *n.* 3. verius tamen negatur cum sæpius allegato KÖPPEN. *dec.* 11. *n.* 15. BERLICH. *concl.* 52. *n.* 13. *part.* 3. ubi hoc extendit ad illum casum, si Magistratus Catholicus Evangelicos ex suis civitatibus ejicit eosque sua bona vendere & alio transferre cogit, quod hi tributum hoc migrationis non solvant, nisi tædio diversæ religionis sponte non coacte emigrent.

Ratio prioris est, quia sicut qui vi vel necessitate compulsus vendere cogitur, laudemia solvere non tenetur, JAS. *in l. ult. C. de jur. emphyt. n.* 48. TIRAQUELL. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 14. *n.* 11. *&* 29. *gloss.* 1. *n.* 4. Sic etiam invitus hoc passu à demigrationis Falcidia est immunis, quia hoc jus detractionis ad instar laudemii se habere dicitur à BERLICH *cit. concl.* 52. *n.* 14. 30.

Debitor si obæratus executionem judicis patitur, & bona sua alienare debet, etiamsi hæc alienatio necessaria sit, quia tamen necessitas hæc alienandi & discedendi proficiscitur ex facto spontaneo debitoris, ideoque ab hac gabella liber esse non debet, quod & observari dicit in eo, qui propter delictum è civitate migrare, seque cum suis bonis in alium locum transferre cogitur, BERLICH. *cit. concl. n.* 15. 16. 17. *&* 18. Vide etiam CARPZ. *p.* 3. *constit.* 38. *defin.* 19. 31. 32.

Quæritur: An Municipium ali- 33.

 quod

quod hoc consuetudinario detractionis jure destitutum illo per modum retorsionis uti possit, si forte civis ex loco, ubi jus illud viget, ad eos accesserit, & illic rursus discesserit? Quæstionem hanc in utramque partem discutit BERLICH. *p. 3. concl. 51.* pro affirmativa concludens, ex hac nimirum ratione, quia quilibet idem jus sui intuitu æquum dicere debet, quod in alium statuit, dixit vel dici effecit, *l.* 1. *ff. quod quisque jus in alt. l. 44. in fin. ff. de pact. l. cum hærede 59. ff. de admin. tut.* Quod & dicunt jure divino fundatum, *Matth 7. v. 11. Luc. 6. v. 31.* Et Jure CANONICO *C. justum 2. dist. 9. C. cum omnes 6. & C. cum igitur. x. de constit. C. pro illorum 22. §. quia vero. x. de præbend.* Eamque defendunt in terminis *Consult. Saxon. tom. 2. part. 2. quæst. 42.* THOMING. *decis. 26. n. 37.* MOD. PISTOR. *consil. 11. n. 66. vol. 2.* CARPZOV. *p. 3. constit. 38. def.* 1. ubi in principio ait: Disputent alii, quicquid velint ad impugnandum jus retorsionis, negari certe nequit, summa id niti æquitate, ut inæqualitas ad parilitatem reducatur; Et in fine,
34 ex hoc jure retorsionis auctore, AFFLICT. *decis. 66.* infert, quod si mercator contra creditores suos quinquennales inducias impetraverit, alios ejusdem mercatores debitores eodem jure uti, & inducias has pari modo contra eundem exercere posse, etiamsi illas non impetraverit. Et sane horum sententia benignitati & æquitati non inconveniens apparet.

Alterum detractionis genus locum habet non saltem in hæreditatibus directis, sed & fideicommissis, ubi eveniente casu fideicommissi, si semel gabella detracta est, fideicommissarius eam denuo solvere non tenetur, TUSCH. *lit. G. concl. 16. n. 5.* BERLICH. *d. concl. 52. n. 56. p. 3.* SCHEPLITZ *d. tit. 8. §. 17. n. 1. & seqq.* 35.

Imo ab hac detractionis decima legatum ad pias causas non esse exemptum ait TUSCH. *lit. G. conclus. 3. n. 20. & lit. S. 609. n. 1.* TIRAQUELL. *de privil. piæ caus. 26. n. 2.* BERLICH *ibid. n. 50.* 36

Quæritur: Quid statuendum de dote, vestibus & suppellectilibus nuptialibus, curru nuptiali, nobis Braut-Wagen/ si mulier ex ea civitate, ubi hoc viget, discedat, & civi alterius loci nubat, an etiam hoc casu detractio facienda? Multis licet negantibus, quos citat KNIPSCH. *d. cap. 20. lib. II.* probabilior tamen apparet affirmativa, ex ratione, quia dos etiam confertur, *l. 1. §. sed castrense. ff. de collat. l. 1. & tot. tit. C. de collat.* 37.

lat. eamque tuetur KOPPEN. *decis.* 6. *n.* 1. & *n.* 6. LINDENSPUR *ad Jus Municip. Würtenberg. tit.* den Abzug betreffend. KLOCK. *de ærar. lib. II. cap.* 70. *n.* 21. atque sic fit vere hereditaria, quia collatio nihil aliud est, quam bonorum ante perceptorum in communem hereditatem communicatio, pro qua in Camera Electorali Brandeburgensi decisum testatur REIGER. *in thesaur. verb.* Abschoß. eamque hisce oris usu firmatam scio.

Consuetudo & privilegium hoc-
38. ce non immerito etiam ad mobilia extenditur, cum ea non minus quam persona ipsa, cui affixa sunt Magistratus illius jurisdictioni subjiciantur, COLER. *Processſ. execut. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 29. BERTRAND. *conſ.* 131. *n.* 3. *vol.* 3. RAUCHB. *cit. quæst.* 17. *n.* 5. & *seqq.*

39. Si mobilia in alio loco existant, tunc gabella hæc non Magistratui illius loci, ubi mobilia reperiuntur, sed Magistratui domicilii debetur, usque adeo, ut si in loco domicilii jus detractionis non sit in usu, sed in loco, ubi mobilia sita sunt, usurpetur, detractioni nullus omnino locus est, quia mobilia bona semper personam Domini sui sequi dicuntur, ita ut quem ille Magistratum agnoscit ejus jurisdictioni mobilia sint obnoxia, BERLICH. *d. concl.* 52. *n.* 69. *cum permultis ibi alleg.* Par obtinet ra- 40.
tio, quoad nomina, quæ defunctus reliquit, & sciendum, eorum gabellam solvi debere Magistratui ejus loci, ubi domicilium defunctus habuit, eaque existant, SCHULTES *in addit. ad Modest. Pist. part.* 2. *quæst.* 124. *n.* 123. *seqq.* Idem obtinet, si in alio loco quidem sint constituta, in loco vero domicilii defuncti contractus est celebratus, vel solutio est destinata, SCHEPLITZ *ad conſ. Brand. d. part.* 3. *tit.* 8. 8. §. 23. *n.* 6. BERLICH. *d. concl.* 52. *n.* 76.

Idem adhuc est, si pecunia in 41.
alio loco penes debitorem extraneum existat, nec constet, ubi locus contractus sit, RAUCHBAR. *quæst.* 17. *p.* 1. *per tot.* HENR. KLOCK. *de vectigal. concl.* 63. *lit. C.* BERLICH *cit. concl. n.* 79. illa nimirum ratione, quia nomina pura & actiones loco non circumscribuntur, sed ex persona creditoris æstimantur, atque in eo loco esse censentur, ubi creditor domicilium habet, atque dicuntur personæ creditoris cohærere, COLER. *de proc. execut. p.* 1. *c.* 3. *n.* 253. ALEX. *conſ.* 31. *n.* 7. *vol.* 1. MOLIN. *ad consuet. Paris.* §. 1. *gloſſ.* 4. *verſ. mettre en sa main n.* 9. & hic semper est effectus executionis, *l. fin. verſ. quid enim. C. de long. temp.*

temp. præscr. l. 3. ff. pro soc. KLOCK *de vectig. d. concl. 36. lit. C. in fin.*

42. Quæritur si Magistratus alicujus civitatis jus habeat detractionis de hereditatibus, legatis, fidei commissis, mortis causa donationibus, &c. quæ alienigenis peregrinis vel exteris obveniunt, utrum hoc jure adversus liberos parentum, vel parentes liberorum heredes uti possit; Quod negant RAUCHBAR. *d. quæst. 15.* SCHÆFF. *pract. q. 10. pract. 2.* Sed affirmatur ex usu seu consuetudine, optima juris interprete & magistra si enim, inquit BESOLD. *d. loc.* potest ein Abzug genommen werden / von dem so einer heraus nimmt: Ergo etiam von dem so einer von den Elteren erbet / denn es ist die Nachsteuer und kommt (quod pro ratione decidendi notandum) dies Orts die Erbschafft aus der Steuer / BESOLD. *de ærar. cap. 4. §. 14. n. 3.* BORNIT. *de ærario cap. 31.* PISTOR. *quæst. 50. n. 15. lib. I.*

Illi qui pro negativa stant du-
43. rum esse ajunt, lachrymas parentum & liberorum esse vectigales. Interim ratio allegata fundamento non caret, atque ita in Marchia nominatim statuto cautum esse testatur SCHELLITZ. *sæpe cit. tit. 8. §. 1. n. 5.* Et Eslingæ observatum asserit, KNIPSCH. *alleg. lib. II. cap. 20. n. 38.* Impugnationi ergo locus non erit, si lex Municipalis aut privilegium vel consuetudo expresse hoc velit *arg. l. 3 C. quand. & quib. quart. pars.*

Si autem Municipale jus vel pri- 44.
vilegium expresse non disponat de liberis & parentibus, eo casu ascendentes & descedentes, ab hoc onere merito sunt immunes, per rationem, quod in liberis vel suis heredibus continuatio dominii eo rem perducat, ut nulla videatur hereditas fuisse, quasi olim hi domini essent, qui etiam vivo patre quodammodo tales æstimantur, itaque post mortem patris, non hereditatem percipere videntur, sed magis liberam bonorum administrationem consequuntur *l. in suis 11. ff. de liber & posthum. l. qui in aliena 6. §. interdum ff. de acq. vel omit. hered. l. si patronus. 2. §. ult. ff. de bon. libert. 2. l. C. de impon. lucr. descript. lib. X.* Parenti- 45.
bus vero etsi non ita liberorum ut liberis parentum hereditas debeatur, cum hos naturæ simul & parentum commune votum, illos autem ratio miserationis turbato mortalitatis ordine ad successionem admittat *l. 7. ff. und. liber l. 15. ff. de inoff. testam.* Attamen hæc ipsa miserationis ratio suadere videtur ut pari immunitate etiam parentes liberorum luctuo-

sam

ſam hereditatem percipientes gaudeant, ne afflicto detur afflictio, ut ita inter cætera hanc quæſtionem decidit, & opinionem hanc ſuam facit *cit.* RAUCHBAR. *quæſt.* 15. *part.* 1.

46. Pro reſolvendis multis dubiis, quæ circa hanc materiam occurrunt, notandum eſt generaliter, pro Municipiis hoc jus prætendentibus. Magiſtratui pro illis tantum bonis competere jus detractionis quæ oneribus publicis civitatis ſemel ſubfuerunt, die zuvor in loco domicilli verſteuret worden. *poſt* RAUCHBAR. *quæſt.* 17. BESOLD. *d. loc.* alias regulariter non ſolvitur jus detractionis, de bonis extra territorium ſitis ob defectum jurisdictionis.

47. Regula namque eſt: Statuta & Municipalia jura etiamſi ſint favorabilia, ſive in rem ſive perſonam ſcripta, ad bona extra territorium ſita, quamvis illa majorem partem faciant non extendi *l. certa 4. C. de jure fiſc. l. pupilla 27. pr. de tut. & cur dat. ab his l. fin. ff. de juriſd.* WESEMBEC. *conſ.* 1. *n.* 42. MODEST. PISTOR. *Conſ.* 31. *n.* 47. *vol.* 1. Quæ tamen accipienda de rebus immobilibus ſolo cohærentibus annuis reditibus, illisque mobilibus, quæ perpetui uſus cauſa ſunt in alieno territorio MYNSING. *obſ.* 69. *cent.* 1. COLER. *Proc. execut. cap.* 3. *p.* 1. *n.* 234. SEBAST. MEDIC. *de legib. & ſtat. part.* 4. *quæſt.* 12. *n.* 4. de reliquis mobilibus, quæ perſonæ vel hereditati cohærent, ſecus eſſe, jam vidimus ſupra *n.* 41.

Deinde ad hanc materiam notandum venit, portionem hanc non deberi, niſi deducto ære alieno, ne hæres, vel alius ultra id, quod capit gravetur, SCHEPLITZ *ad conſuet. March. p.* 3. *tit.* 8. §. 12. *n.* 2. BERLICH. *d. concl.* 85. 48.

De cætero autem exſolvi debet hæc detractio ſtatim, etiam antequam hereditas, legata, vel alia bona exportentur, SCHEPLITZ *d.* 4. 12. *n.* 1. *& ſeqq.* ac ſi debitores hæc ſponte non ſolvant, Municipia arreſtis, vel jure retentionis aut paratæ executionis ſibi providere poterunt, GAIL. *de arreſt. cap. fin. n.* 12. Quamdiu & in ſpecie jus migrandi redemptum non eſt, diſcedentes non ſecus ac cæteri cives oneribus publicis ſubjacent, eorumque bona obligata manent, unde non injuria cives, non præſtitis præſtandis recedentes, etſi jam per multos annos abfuerint, & alio domicilium fixerint ad reſiduam tamen hujus penſitationis partem compelli poſſunt, ac per arreſta tam perſonæ quam rerum jure emigrationis non ſoluta perſequi licet, MEV. *ad J. Lub. lib.* I. 49. 50.

51. *tit. 2. art. 2. n.* 78. Si & civis emigrans in æstimatione bonorum suorum quædam reticuerit, vel iniquum sive minoris æstimaverit, quam æquum videtur, vel communis est valor, tunc Magistratui loci jus est, æstimationem offerre, & bona ejusmodi ad se pertrahere, daß alsdenn die Obrigkeit solchen Anschlag erlegen / und demselben / so sein Vermögen dermassen geschätzet / also auslösen / und die Güter zu Händen ziehen möge. SICHARD. *consil. feud.* 5. *p.* 4. *in princip.* KNIPSCH. *cit. lib. II. cap.* 21. *in fin.*

52. Occasione præmissorum hæc movetur quæstio: Utrum peregrinus, cui quid legatum est, hanc detractionem in re legata admittere, an vero heres scriptus eam redimere, integrumque legatario legatum præstare teneatur? quam tractat RAUCHB. *quæst.* 16. breviter, cum onus hoc personæ non rei intuitu imponatur, magis est, ut heredem non tangat, BESOLD.

53. *d. loc.* Nisi aliud de mente testatoris constet, veluti si testator heredem oneravit legatum legatorio tradere. Tunc enim, cum legatario apprehendere legatnm inque suam potestatem recipere non liceat, antequam decimæ tributum sit solutum, hinc dicendum, ad heredem hoc onus spectare, ne legatum inutile reddatur, BERLICH. *d. cond.* 52. *n.* 53. TUSCH. *lit. G. concl.* 6. *n.* 10. vel si testator addit, ut legatarius legatum habeat liberum & absque omni onere, frey und ohne Beschwer. RAUCHB. *d. part.* 1. *quæst.* 16. *n.* 1. & 7.

Ab hoc onere detractionis immunes esse Pastores & Ministros 54.
Ecclesiarum eorumque viduas & liberos, quamdiu in suo statu, & conditione permaneant, Professores aliqua membra in Academiis, & Clericos in genere, ita, ut si in Municipio, ubi jus detractionis viget hereditates, legata & similes res capere velint, ejusmodi detractionis onere gravandi non sint, tradit BERLIGH. *part.* 3. *concl.* 52. *n.* 30. 31. & 34. BESOD. *cons.* 172. *n.* 38. *part.* 4.

Idem tradunt statuendum esse 55.
in Doctoribus legitime promotis, & alibi quam in Academiis habitantibus, ita ut de suis bonis, si discedere & alio se conferre velint, vel alibi hereditates & legata accipiant, nullam detractionem pati debeant *arg. l. Medicos.* 6. *C. de professor. & med. auth. habita C. ne filius pro patre* BERLICH. *d. concl.* 52. *n.* 33. RUMELIN. *ad A. B. p.* 2. *differt.* 5. *concl.* 7. *quos refert* KNIPSCH. *ibid. n.* 43.

Pari fundamine concludunt si 56.
studioso testamento legatum, vel

aliud

aliud quid ſtudiis ſuis deſerviens relinquatur, id citra ullam detractionem ei integrum præſtandum eſſe ARUMÆ. *ad A. B. diſc. 6. concl.* 14. Quale privilegium à Philip. VI. Gall. R. Magiſtris & Scholaribus anno 1340. conceſſum. SPECKHAN. *cent. 2. claſs.* 1. *quæſt.* 14. *n.* 12.

57. Quæritur quid ſtatuendum de Judæis, an & hi ex civitate in qua hactenus habitarunt emigrantes, Magiſtratui loci jura emigrationis ſolvere teneantur. Ita quidem prima fronte apparet, quia hi legibus ac ſtatutis obligati ſunt, ubi degunt, imo de corpore Municipii dicuntnr BURSAT. *conſil.* 452. *n.* 68. MYNSING. *cent.* 5. *obſ.* 6. Contrarium tamen hoc caſu potius obtinet SPEIDEL. *in notab. voc.* Juden. Exceptio eſt niſi forte immobilia bona, in diſtrictu Municipii ſita, vendere ac eorum pretium ſecum exportare velint, tunc ſane à præſtatione gabellæ emigrationis non erunt immunes, MAGER. *de advocat. armat. cap.* 10. *n.* 209. Vel etiam ſi ingens eorum commercium in mobilibus conſiſtat, quod ſolide more ſuo demonſtrat, & horum intuitu maximum lucrum exportant, tunc pecunia ex iis redacta oetractioni erit obnoxia COCCEJUS *d. diſſert. de ſenſu emigration. th.* 12. *in fin.*

58.

59.

A jure hoc differt jus Albinagii in Gallia introductum, licet BODINUS putet hoc cum illo recte conferri *lib.* I. *de Republ. cap.* 6. *n.* 62. *& ſeqq.* Quidam vocem hanc derivant ab *Alpinis* quaſi alibinatis DUAREN. *ad tit. ff. qui teſt. fac. poſs.* Quidam ab *Alpinis* quaſi ſint Alpium habitatores & transalpini DU FRESNE *Gloſſar. ibid.* Verius & rectius autem etymon deducitur ab *Albo* quia inventores hujus juris ſunt Britanni Rege ipſorum Eduardo III. qui hoc contra Gallos in eorum odium introduxit *Albion* enim olim dicta fuit Anglia ab albis rupibus, quas mare in ipſius oris indique abluit. Gallis dicitur *droit d' aubaine*, antiquiores vocem hanc notarunt per *le droit d' Aulbaine* poſtquam Galli deinceps jure detractionis idem in Anglos ſtatuerunt, quod paulatim ad quosvis exteros translatum fuit. Cujus juris iniquitatem proponit SCHILT. *diſſert. de jure peregrin.* §. 22.

60.

61.

62.

63. Sed jure talionis Germanos adverſus Gallos hac in cauſa uti poſſe vult PEREZ. *ad tit. C. de nud. jure Quirit. fac.* Sicut Hiſpani adverſus Turcas & Afros ratione ſervitutis facere ſolent. Idem ſtatuit SCHULT. *p.* 1. *quæſt.* 6. Licet præjudicio in camera lato,

Eeee eee 2 pro

pro Gallis contra cives quosdam Wormatienses contrarium testetur LAUTERBACH. *disp. de jure in*
64. *cur. mercator. usit. th. 67.* differt inquam hoc jus detractionis à jure Asbinagio, quo illud longe æquius est *arg. tit. C. quando ex quib. quarta pars lib. X.* illud est universale sed, hoc multis in casibus restringitur, veluti in bonis confœderatorum, vel alterutro parente Gallo natorum. Illud promiscue omnibus Magistratibus, hoc tantum Regio Fisco competit, contra Magistratum merum Imperium altumque jurisdictionem habentem PYRRH. *in consuet. Aurelian. tit. 16. de success. §. 14. vers. item in textu. Vid. & supr. lib. II. cap. 65. n. 34. & seq.*

In Flandria jus detractionis 65.
quoque est; quod vocatur *jus Issuarum*, quo hereditate civis, non civi delata, etiam filio vel fratri decima bonorum non feudalium in publicum vertitur, & quo nemo in alterius cujuscunque urbis jus corpusque cooptari permittitur præterquam decimis persolutis Magistratui loci FAUST. *Asschaffenb. cons. pro arar. ord. 1354. in fin.*

Caput XIII.

DE MUNICIPIORUM JURE FERENDI TESTIMONIA IN PROPRIA CAUSA.

SUMMARIA.

1. *Testis de Municipio an ad testimonium admittatur.*
2. *In quo diversimodo distinguitur.*
3. *In causa criminali Municipes pro Municipio non admittuntur.*
4. *Nisi causa illa non Municipium ipsum sed Municipales inter se concernat.*
5. *Secus iterum est in Municipio perparvo.*
6. *Causa quæ in consequentiam saltem commodi quid ad testem defert, illa ipsum à testimonio non repellit.*
7. *Testimonium Municipalium contra extraneum regulariter non valet.*
9. *In causa quæ respicit commodum & utilitatem generalem Municipii admittitur testificatio Municipum.*
10. *Municipales causam universitatis suam facientes, testes non erunt.*

11.

11. *In causa senatus quando senatores singuli non possint testari.*
12. *Secus quando controversia non concernit universitatem sed singulos, quod probatur exemplis.*
13. *Ejus ratio.*
14. *Quando censeatur spectare causa ad universitatem non ad singulos.*
15. *Factum si per alios quam de Municipio probari nequeat, testes de Municipio habiles sunt.*
16. *Quod si testes extranei, vel alia adminicula cum testibus de universitate concurrant?*
17. *Testis de universitate non est omni exceptione major.*
18. *Quando agitur de consuetudine, usu, stylo, possessione, privilegio, jurisdictioneq; Municipii, tota multitudo seu turba civitatis in testes producitur, idque quomodo?*
18. *In causa universitatis quinam intelligantur testes peregrini.*

1. An testis de Municipio vel universitate alia admittatur ad testificandum pro sua universitate quæstionis est controversæ, ubi alii generaliter & absolute hoc conce-
2. dunt, alii non nisi in subsidium ubi veritas alibi haberi nequit, id procedere ajunt: Alii inter clericos & seculares, itemque inter civitatem magnam & parvam discrimen ponunt; Pro quorum omnium concordia sic vulgo recte distinguitur.

3. Aut Municipium suos producit ad testificandum Municipales in criminali causa, & testimonium non admittitur, ne ad defensam quidem Municipii CORRAD. *in pract.* §. 2. *tit. de testib. rubr. personas testium aggrediendo verb. universitatis testes limit.* MENOCH. *arbitr. quæst. lib. II. cas.* 106. *n.* 17. MASCARD. *de probat. lib. I. concl.* 295. *n.* 14.

Nisi causa illa criminalis non ipsum Municipium sed Municipales inter se concernat, quo casu par affectionis causa tollit suspicionem MASCARD. *cit. concl.* 295. *n.* 16. 4.

Ubi tamen iterum hæc notanda venit notabilis sublimitatio, nisi Municipium sit perparvum, ita ut qui de corpore illo sunt, cadant sub nomen domesticorum vicinorum vel cohabitantium, quo casu prædicta distinctio non obtinet, juxta *citat.* MASCARD. *n.* 17. Secus est in universitate magna, ubi cessat familiaritas & conversatio ABB. & FELIN. *in C. insuper* 5.

6. *de testib.* Ergo si causa principaliter utilitatem publicam collegii respicit, licet in consequentiam commodi quid ad testem resultet, tunc ii qui sunt de universitate, testimonium perhibere possunt:
7. Exemplo legatarii, qui licet commodi quid ex testamento percipiat, testis tamen in eo admittitur, cum de commodo heredis principaliter agatur SURD. *consil. 28. n.* 41. BRUNING. *de var. univers. spec. th.* 95. Item si agatur de legato facto ipsi universitati ergo pro ædificiis exstruendis vel reficiendis, hoc casu itidem ob eandem rationem testes de universitate recipiuntur BART. *in l. in tantum* §. *univ. ff. de rer. divis.* ALEX. *cons. l.* 68. *n.* 14. *vol.* 2. Si vero non
8. concernat Municipales inter se, sed contra extraneum, testimonium hoc non valet, nisi forte in defectu aliorum testium, ubi tamen hujus testimonii fides arbitrio judicis æstimanda committitur ABB. *in C. insuper n.* 4. *extr. de testib.* CAMPEG. *de testib. reg.* 99. *in* 6. *fallent.* AUFRER. *de reprobat. test. n.* 91. *sub* 2. *fallent.* ALB. de MALET. *de testib. c.* 4. *n.* 73.

9. Aut producit suos Municipales in causa civili: Et hæc respicit commodum & utilitatem generalem universitatis, ut cum rei controversiæ proprietas cum utilitate spectat ad universos, quando exempli causa, agitur de molendino, cujus fructus ad universitatem spectat, licet commoditas molendini ad singulos referatur, item quando de pascuis & nemoribus disputatur, quorum jus pascendi & lignandi per universitatem venditur & pretium in arcam communem mittitur ANGEL. *in l. omnibus n.* 2. *in fin. C. de testibus* HIER. de MONTE *de fin. reg. quæst.* 58. *n.* 9. AUFRER. *de reprobat. test. num.* 91. *in* 4. *fallentr.* AFFLICT. *decis.* 400. *n.* 6. FELIN. *in C.* 3. *extr. de probat.* vel quando Municipales pro jure pascendi vel lignandi coguntur Magistratui solvere datium vel mercedem CAPIC. *decis.* 57. *n.* 6. SOCIN. *reg.* 408. *in* 6. *Fallent.* ROLAND. *cons.* 71. *n.* 15. *vol.* 2. vel cum deponens est pauper, & non habet media utendi rebus ad singulos pertinentibus FARINAC. *de testib. quæst.* 60. *n.* 501. *in fin.* quibus casibus Municipalium testificationes valent & probant.

Limitantur autem prædicta, nisi testes illi causam universitatis suam fecerint, & sic ad testificandum idonei non erunt, tunc quia sunt instar procuratorum, ubi non possunt esse testes in causa quam agunt, MASCARD. *concl.* 1239. *n.* 1. *& seq.* ex ratione, quia in 10

cau-

causa quasi propria testimonium exhiberi videtur NATT. *cons.* 564. *n.* 16. *vol.* 3. Et de cætero ad causam singularis adfectio testem facit inidoneum *C. accusationes* 3. *q.* 5. Unde pari ratione cum Se-
11. natus civitatis causam agit, senatores singuli ad testimonium dicendum admittendi non sunt, habentur enim in civitatibus tanquam administratores, seu gestores negotiorum publicorum, quales pro testibus idoneis non habendi *l. fin. verb. executoribus negotiorum ff. de testib.* licet non ipsi agant, sed communem actorem constituerint MEVIUS *p.* 2. *decis.* 86.

12. Aut causa controversa respicit non ad universitatem, sed ad singulos, ut cum quæstio est de possessione, cujus fructus in singulos distribuitur ANGEL. *d. l. omnibus n.* 2. *C. de testib.* vel cum agitur de nemore vel pascuis, ubi singuli de universitate ligna cædunt, vel oves bovesque pascunt MALET. *de testib. cap.* 4. *n.* 71. CURT. *de testib. concl.* 3. *n.* 11. LANFRANC. *de testib. n.* 73. Vel quando movetur lis in qua, si universitas succumberet, singulis imponenda veniret collecta ANGEL. *in d. l. omnibus n.* 2. AFFLICT. *decis.* 400. *n.* 6. FESTAS. *de collect. part.* 3. *consil.* 2. *n.* 24. BERTAZZ. *consil.* 178. *n.* 5. *lib. I.* Vel si agatur causa civilis ardua & magna, utpote de antiqua jurisdictione aut statu universitatis GROT. *de testib. n.* 130. FELIN. *in C. insuper n.* 5. *extr. de testib.* CURT. *de testib. dict. concl.* 3. *n.* 13. Quibus & similibus casibus Municipalium attestationes pro Municipio omnino non recipiuntur, ut hoc late tractat FARINAZ. *d. quæst.* 60. *quem vide.*

Ex illa nimirum ratione, quia 13.
tunc commodum non in universitatem, sed in singula ipsius universitatis membra redundat, & secundum hanc distinctionem, fides testimonii eorum qui de universitate sunt, semper æstimanda venit juxta COVARRUV. *pract. quæst. cap.* 18. *n.* 4. *vers. qua ratione* eamque opinionem sine omni dubio dicit communem civitatis ibiq; cit. BART. *consil.* 443. *& lib. V.* DEC. *in d. cap. insuper x. de testib.* FRANC. CURT. *de testib. cap. quando testes repellantur ratione affectionis.* GERARD. à PETRA SANCTA *singul.* 24. CROT. *de testib. n.* 131. CÆPOLL. *de servitut. jur. pascend. n.* 18.

Tunc autem causa censetur spe- 14.
ctare ad universitatem non singulos, quando agitur de re, cujus proprietas simul & usus est ipsius universitatis, si vero proprietas est universitatis, utilitas vero sin-

gu-

gulorum tunc causa dicitur spectare ad singulos non autem ad universos FARIN. *d. quæst. 60. n.* 449. Generaliter autem ad præ-
15. missa notandum si factum per alios quam de Municipio probari nequeat, ejusmodi testes de universitate omnino habiles esse, *C. conveniens de probat. l. consensu 8. §. pen. C. de repud.* LOSÆUS *de jure univers. part. 2. n. 29. & sequent.*

16. Notandum & deinde est ad hanc materiam, quod quantum operetur fides, testimonium de universitate deponentium, illud relinquatur arbitrio judicis. MENOCH. *cit. cons.* 106. *lib. II. A. 7. Q.* si & alii testes extranei cum ipsis concurrant, tunc plenam faciunt fidem, SURD. *dict. cons.* 28. *n.* 44 item si aliud probandi genus & adminiculum accedat, puta si instrumenta forte cum testibus producantur SURD. *ibid n.* 46. HONDED. *consil.* 79.
17. *n.* 38. *vol.* 2. *& consil.* 84. *n.* 28. *& 29. vol.* 2. Nam testes de universitate, sive Ecclesiastica sive seculari, nunquam sunt integri, vel omni exceptione majores, hinc unus solus non semiplene quidem, & duo non plene probant FARIN. *d. quæst. 60. n.* 458. *&* 536.

Notandum & hoc, in causis 18. quibusdam ubi nimirum agitur de consuetudine, usu & stylo, de possessione, de privilegiis & jurisdictione Municipii, totam turbam seu multitudinem, quandoque in testes produci & quidem tot, quot produci necesse erit, ut decem, duodecim, viginti, triginta, quadraginta, & sexaginta, &c. Nunquam autem intra denarium numerum facienda hæc multitudinaria productio, nec si facta fuerit sufficit, poteritque productio hæc turbæ fieri, vel conjunctim, vel separatim, qui modus posterior autem habetur pro commodiori & meliori DAMHOUD. *pr. civil. cap.* 164.

Sciendum est denique, testes 19. de universitate opponi testibus peregrinis, quo sensu peregrini sunt, qui non sunt cives, licet in illa civitate consistant, nec pedem forte extra domum protulerint, non enim sunt peregrini simpliciter sed secundum quid, scilicet ratione testimonii quod ferre petuntur SCHILTER. *dissert. de jur. peregrin. §. 9. in fin.*

Ca-

Caput XIV.

DE MUNICIPIORUM JURE RETRACTUS RATIONE VICINITATIS Nachbahr-Recht.

SUMMARIA.

1. *Jus retractus, prothomiseos, recompra &c.* **Einstand Vernäherung.**
2. *An ex jure Divino originem trahat?*
3. *Quo jure retractus ex vicinitate competat.*
4. *Retractus Municipalis condictio ex lege Municipali ad retractum.*
5. *Cessante hac consuetudine & jus detractus cessat.*
6. *Juris retractus ratio.*
7. *Quando jure communi competat jus detractus?*
8. *Ad jus retractus Municipale spectant & bona acquisita.*
9. 15. *Tribuitur & jus detractus intuitu ipsius universitatis contra extraneos. Ejus ratio.*
10. *Juris hujus justitia & utilitas.*
11. *Statutum Ilmenæ Comit. Schwarzburgensis.*
12. *Statutum civitatis Rudelstadensis.*
13. *Statutum juris Lubecensis.*
14. *Statutum Mediolanense.*
16. *Quatenus peregrini excludi possint à commercio.*
17. *Cives onera subire coacti prædiis exuendi non sunt.*
18. *Juris civilis major est vis quam juris gentium.*
19. *Prohibitio vendendi fit civibus non exteris.*
20. *Magis huic juri retractus subjacent prædia in confinio districtus sita.*
21. *Hujus ratio.*
22. *Potentior est prohibitio alienationis in vicinos alieno Imperio subjectos.*
23. *Lapides terminales prohibitioni huic nihil obstant.*
24. *Monitum pro Municipalibus ratione interesse superioritatis.*
25. *Quænam sub immobilibus veniant?*

26. *An jura quoque & actiones.*
27. *Excluduntur peregrini licet plus offerant.*
28. *Quod si emat extraneus qui postea fit civis.*
29. *Nisi extraneus offerat se velle fieri civem.*
30. *An extraneus exceptione præscriptionis contra civem se tueri possit.*
31. *Quid de præscriptione immemoriali?*
32. *In quibusnam Municipiis jus hoc sit optime fundatum?*
33. *Necessitas commorandi tribuit & commoda civilia.*
34. *Magistratus circa hoc jus justam ob causam potest dispensare.*
35. *Cessat id jus, si acquirens extraneus jurisdictionem Municipalem agnoscit & onera civilia præstat.*
36. *Cessat si cives acquirere rem alienandam nolint.*
37. *Melius in necessitate laxantur leges quam publica commoda perduntur.*
38. *Retractus Municipalis requisita.*
39. *Quid si res in præjudicium retrahentis antichreticè tradatur.*
40. *Desuper præjudicium.*
41. *Ex retractu actio in rem scripta & mera realis oritur.*
42. *Jus congrui* das Gespielde:
43. Jus *congrui unde dicatur?*
44. *Vocis hujus origo ex jure.*
45. Jus *congrui non ita vicinitatem quam unitatem respicit.*
46. Gespielde *unde vocetur?*
47. *An sola vicinitas sit causa introducendi juris hujus.*
48. *Consolidatio hæc publice favorabilis est.*
49. Conductor *conductori ratione vicinitatis præfertur.*
50. *Jure Mindensi in locatione etiam obtinet retractus.*

1. Jus retractus quod prothomiseos præsentationis, recompræ vel recompere Germanicè Einstand oder Vernäherung appellatur. Item Näher-Geltung / Näher-Käuff / Näher-Recht / Vorkauff / Vorgang / Vorgelte / Abtrieb / Lösung / Zug-Recht / Kauffzug-Recht / Stand-Recht / Beschud-Recht / Forch-Recht / Ein-Sprach / WEHN. *obs. pract. voc.* Lösung. atque ex jure Divino originaliter 2. trahit, ut vult MYSING. *cent.* 3. *observ.* 51. *n.* 6. GAIL. 2. *obs.* 19. *n.* 1. quod licet improber CUJAC. *cons.*

conf. 9. licitum tamen eo jure non erat possessionem transire de tribu & de familia „ nullique alii poterat venundari, nisi ei, quem propinquitas sanguinis exspectabat *Levit.* 24. *vers.* 25. & *Jeremi.* 32. *v.* 7. *Ruth. c.* 4. *v.* 4. GAIL. 2. *obs.* 19. *n.* 1.

3. Jus retractus intuitu vicinitatis consuetudo introduxit, ergo, aliter non obtinet, quam jure consuetudinario quidpiam valere potest, ejusque causa proxima est vicinitas, cujus favore introductum est, ne malus obtrudatur vicinus quia vicinitas est in propinqua amicitiæ parte, juxta TERENT. Unde GLOSS. *in l. aut si aliter* §. *si forte ff. quod vi aut clam* parificat amicos & vicinos.

4. Et quidem hoc jus Municipibus competere, tam clarum & indubium est, ut ex lege Municipali ortum suum habeat MYNSING. *d. observ.* 51. *in pr.* Imo ANDR. TIRAQUEL. ex eoque NICOL. VIGEL. *in method. jur.* distinctionem quandam retractus Municipalis & conventionalis format atque GAIL. *d. observ.* 19. *n.* 6. ad retractum conditionem ex lege Municipali dari docet, cui assonat KLOCK. *conf.* 42. *n.* 257. *tom.* 2. interim tamen

5. quam diu de consuetudine non constat, tam diu juri civili inhærendum, donec exceptio probetur. RAUCHB. 1. *quæst.* 43. *n.* 24. CARPZ. *p.* 2. *const.* 31. *defin.* 2.

Ratio ejus hæc est, ut maneant sub jurisdictione Municipali, & publicis pensitationibus seu oneribus non subtrahantur, GAIL. *aliique jam citati.* Quam ita relevantem duco, ut disputatiunculas omnes, quæ de contrariante jure communi de libertate naturali, de potentia dominica atque odiositate hujus juris retractus geruntur, facillime superet. 6.

Interim tamen conceditur, jure communi quandoque prærogativa, non attento hoc jure consuetudinario, in quibusdam nimirum contractibus ut minori, in casu *l. si in emptionem ff. de minor.* Domino in venditione emphyteuseos *l. fin. C. de jur. emphyt.* Cognatis in bonis creditorum ante plane extraneum, qui creditor non est *l. cum bona* 16. *ff. de reb. auct. jud. possid.* Fisco in metallis *l.* 1. *ubi* JOHANN. de PLAT. *C. de metall.* antiquis conductoribus fundorum publicorum *d. l. congruit.* 4. *l. prædia C. de locat. præd. civil. l. un. C. licere habitat Metroic.* 7.

Jure hoc retractus Municipali non attenditur distinctio an bona immobilia vendita, sint patrimonialia vel acquisita, quorum illa tantum, non hæc juri protomiseos ob consanguinitatem subjace-

re constat ex TIRAQUEL. *de retract. lignag.* §. 32. *gloss. unic. n. 1.* Nam per statuta effici potest ut etiam retractus ad acquisita pertineat juxta FERRON. *in consuet. Burdigal. lib. I. tit. de retract.* §. *in princ.*

9. Non saltem autem hoc jus Municipalibus qua privatis, sed & intuitu ipsius universitaiis, hoc scilicet effectu tributum est, ne bona civium transferantur ad forenses & extraneos, quod hanc habet rationem, ne tandem indistincta alienatione prædiorum in exteros facta limites Municipiorum turbentur, vel mutentur. In-

10. de non saltem justa sed publice utilia sunt, civitatum quarundam statuta quibus cives sub cerra pœna prohibentur ex districtu civitatensi prædia vicinis ruricolis di-

11. vendere. Sic Ilmenæ in Comitatu Schwartzburgico *artic.* 3. statutorum ita cautum: Es sol kein Bürger bey Verlust des halben Kauff-Geldes / einig Erb-Stück / es sey gleich gut oder böse / nahe oder weit gelegen von der Stadt und Gemeinde / auf Dörffer oder frembde Oerter verkauffen noch verwenden / und wo solches von jemand geschehen / sol er dasselbe wieder zur Stadt bringen und verschaffen bey angezeigter Straffe.

Statutum civitatis Rudelstad. *cap.* 3. §. 4. ita disponit. Es sol kein Bürger noch Einwohner dieser Stadt bürgerliche und schoßbahre Güter als Hoff / Haus / Aecker / Wiesen / oder Baum-Gärten / Holtz marcken / oder dergleichen / denen von Adel oder andern Auswärtischen so nicht Bürger sind verkauffen / noch ihnen der Raht solche Güter einzuräumen verstatten / ut tradit FRITSCH. *de distr. universitat. agror. cap.* 8. §. 9. 12.

Simile reperitur *jure Lubecensi lib. I. tit. 2. art. 5.* Es sol kein Bürger sein Erbe Rente und Eigenthum / einen / Gast oder Frömbden / oder Anderen / welche unsere Bürger nicht seyn / versetzen / oder verpfänden / verkauffen oder zu treuē Händen demselben zuschreiben lassen es geschehe auch durch was Weise oder Unterschleiffe es wolle. Wer darüber zu handeln sich unterstehen würde / der sol des Erbe zuforderst verlustig seyn / und dazu dem Raht Straffe geben 50 Marck Silbers. Gleicher Gestalt sol es auch gehalten werden wann einem Frembden ein Erbe alhie anstirbet / der sol dasselbe auch nicht an Frembde veräussern / sondern an Bürgere bringen. 13.

In multis Italiæ & Galliæ locis 14.
hæc

hæc statuta vigere referunt Bo-
DIN. *de republ. lib. I. cap. 6.* CHAS-
SAN. *consuet. Burg. rubr. 9. §. 10.*
verb. l' homme de main morte in princ.
ubi n. 6. ipse testis ita recenset.
Vidi adhuc in Italia in civitate
Mediolan. ubi fui assessor Ca-
pitanei Justitiæ, quod nemo po-
test emere hæreditagia, aut do-
mum in dicta civitate, nisi sit ori-
ginarius civis istius loci. Ex quo
cum semel dixissem me velle ha-
bere quandam possessionem in di-
cto loco per donum Principis,
mihi fuit dictum per aliquos ex
majoribus civitatis quod opus erat
impetrare privilegium civitatis ad
illas possessiones tenendas ultra
annum, quia tamen non multum
curabam, non inquisivi ulterius.

Consuetudo hæc ratione non
15. caret, prout ex præcedentibus jam
constat, licet expressum statutum
non exstet, semper enim adver-
sus forenses minorem esse vim &
vigorem judicii facile patet,

16. Nec dicas commercia esse juris
gentium à quo peregrini vel fo-
renses non excludendi. Nam ex-
clusio hæc non est generalis sed
restricta, ratione immobilium,
prædiorum autem possessio inter
maxima Reipublicæ commoda &
jura merito referuntur KECKER-
17. MAN. *syst polit. lib. I. cap. 24.* Tum
& iniquum foret, cives ad perso-
nalia & mixta onera subire coa-
ctos, prædiis hujusmodi exuere &
ferendæ capitationum sarcinæ
impares reddere ut ait *l. 11. C. de*
Episc. ex Cler. BESOLD. *de jur. &*
ord. civi diss. 2. cap. 4. n. 2. Li- 18.
cet & sit commercii jus naturale
societatis gentium inter ipsas, ex
eo saltem est, quod & peregrinis
competat, nisi in quantum jure
civili expresse prohibentur sed
major est vis juris civilis quam
gentium, quia societas civilis so-
cietate gentium firmior habetur,
sicut cuique civitati proprium est,
salutem civium peregrinorum salu-
ti præferre SCHILTER. *de jur. pere-*
grin. §. 24. in not. lit. A.

Tum & prohibitio hæc Muni- 19.
cipalis fit ipsis civibus, non exte-
ris, hinc suo jure legitime utun-
tur Municipales, quibus legem
dicere licuit, non autem compa-
ratio forensibus interdicta est DE-
CIAN. *resp. 33. n. 2. in fin.*

Retractus hic jure Municipali 20.
competens, eo magis adhuc est
fundatus, si prædia ad exteros non
alienanda, non in Meditullio sed
confinio districtus civitatis sita sunt
quo casu sane alienatio civitati
perniciosa est. Nam hoc pacto 21.
rnricolæ & vicini extranei succes-
su temporis facile occasionem ca-
pere possunt, ista prædia empta in
suum districtum trahere, eumque

extendere, maxime ubi fines utriusque civitatis ſunt aliquantum confuſi controverſi & dubiis inde prætendi ſolent compaſcua, venationes & ejusmodi, non ſine ſumptuoſa, litium concitatione, quia à prædiorum proprietate facile ad paſcuorum jura fit progreſſus KNICHEN. *de jur. territ. cap.* 4. *n.* 405. Atque ita cives lapſu temporis paſcuorum diminutionem facile patiuntur.
22. Sed & adhuc longe periculoſior prædiorum in exteros eſt alienatio, quando vicini ſunt alienæ jurisdictionis ac forte potentioris imperio ſubjecti. Nam ſicut privati argumentantur, ritione paſcendi commoditatis, ita & Principes ſolent reſpectu regalium. Exempl. grat. ita: Agri illi ex diſtrictu civitatis iſtius venditi quoad proprietatem pertinent ad ſubditos noſtros iſtius pagi adjacentis, ergo in illis noſtra eſt jurisdictio, noſtra tributa, noſtrum territorium, atque ita unita gradatim ac ſenſim de uno jure acquiſito ad aliud fit progreſſus, donec tandem nihil juris alteri remaneat.
23. Et licet forte per poſitionem lapidum terminalium probari poſſit contrarium, oſtendit nihilominus experientia quantum non ſæpe qualis qualis jurium poſſeſſio, ſive violenta ſive clandeſtina, vel præſcriptionis prætenſa authoritas, vel jure vel injuria prævalere ſoleat. Maxime quando peſſimo & conclamato hocce ſeculo inferioribus cum Superioribus lis eſt. Ita recte tradit FRITSCHIUS *d. tract. de diſtrict. univ. agror. civitat. cap* 8. §. 10. *&* 11.

Vident ergo Municipes quam congruo ſibi jure, jura congrui tueantur, ubi non ipſius ſaltem univerſitatis, ſed & Principis ſummum intereſſe. Wegen der hohen Landes-Bottmäſſigkeit/ verſatur, tanto facilius aſſiſtentiam ejus contra vicinos retrahere volentes, acquirent, ut qui excuſſionem hanc exterorum, daß ſie nicht in die Stadt-Gründe einniſtelen/ nunquam non approbabit. 24

Quando jam mentio in prohibitione fit immobilium tunc ſimul intelligenda ſunt, quæ eorum nomine comprehenduntur, cujusmodi ſunt molendina juxta JASON. *in C. quo minus n.* 10. *ff. de flumin.* etiam pneumatica ſive vento agitata, dummodo ita conſtructa ut loco moveri non poſſint etſi terra non contineantur VULTEI de FEUD. *lib. I. cap.* 5. *n.* 5. TIRAQUEL. *de retract. lign. Gloſſ.* 7. *n.* 92. Item jura & actiones quæ ad res immobiles competunt, ut quæ ſemper immobilium rerum jure cenſeri ſolent GAIL. 2. *obſ.* 11. *n.* 9. 2

Ex-

27. Exclusio hæc peregrinorum firma manet licet extraneus plus offerat quam à cive aliquo accipi possit, nam sufficit alienationem in exteros esse prohibitam, unde licitatio illa non magis attenditur quam si auctione extendatur æstimatio ab impuberibus, mente capitis aliisque qui emere non possunt, & ratio naturalis dictat, plus tribuendum civitatis commodo, quam extranei lucro MEV. *ad jus Lub. lib. I. tit. 2. art. 5. n. 74.*

28. Alienatio talis statim ab initio est nulla, unde sequitur, quod si emat extraneus, & post contractum civis fit, non tamen convalidari contractum *arg. l. 1. C. de contr. judic. l. fin. C. si maj. fact. fin. decret. l. si minor ff.*
29. *de serv. export.*

Si quis autem extraneus tempore emptionis offerrat se velle effici civem, jam alienatio valet, BOER. *in consuet. Bitur. tit. de coustumes des fieffs. §. 21. in fin.* CHASSAN. *dict. rubr. q. §. 10. in princ. n. 15.* dummodo accepta à Magistratu dilatione in numerum civium se recipi curet, MEV. *cit. loc.*
30. *n. 96.*

Sed quæritur si civis vicino extraneo prædium suum vendiderit, ac ille logissimo tempore quiete, illud possederit an contra alienationem sese præscriptione tueri possit. Quod negat FRITSCH. *de distr. univers. agror. d. cap. 8. § 12.* quia alienatio hæc est ipso jure nulla & civitati damnosa, emptor autem in mala fide, ut quia vicinus est licet extraneus, prohibitionis hujus tamen scientiam habere præsumitur *arg. c. quanto x. de præsumt.* Secus si eum tueatur 31.
immemorialis temporis possessio qualis præscriptio dicitur habere vim constitutionis Imperialis SCHURFF. *cent. 3. Consil. 45. n. 14.* legique resistenti derogare VASQU. *contrar. usu frequent. c. 3. n. 14.*

Jus hoc Municipale nullo me- 32.
lius loco viget, quam ubi non degunt nisi cives, nec est aliorum præterquam civitatis jurisdictio. Ubi autem in urbibus sunt domicilia Aularum, Dicasteriorum, Academiarum, præsidiorum militarium, atque his ministrantibus præstanda sunt hospotia, & cum civibus commercia, ibi secus est, nec invideri possunt iis, quos ibi commorari oportet, domus & possessiones necessariæ; Cæteroquin ipsis indiceretur exilium. Ne- 33.
cessitas ergo commorandi simul & tribuit commoda civilia & jus habendi domum aliasque utiles possessiones, quibus id saltem incumbit cavere, ne inferatur civitati præjudicium vel incommodum MEV. *cit. loc. lib. I. tit. 2. art. 5. in addit. n. 24.*

Ve-

34. Verum non obstante supra dicta utilitate publica non alienandi prædia Municipalia ad exteros, Magistratus tamen justa de causa desuper dispensare poterit, puta, si alienatio est facta ob necessitatem, nam omnis alienatio prohibita non continet necessariam, *l. divus. ff. de petit. heredit. l. 1. ff.*
35. *de fund. dotal. l. 2. C. eod.* Deinde concedi potest alienatio in forenses facta, salvo civitatis jure in bona alienata, ut licet accipiens civis non sit vel talis fiat, eorum tamen respectu jurisdictionem & munera curalia agnoscat & præstet, quod certis reversalibus ex-
36. pediendum erit. Denique, si cives non sint, qui alienata à concivibus acquirere vel nolint vel non possint, melius est extraneis, ea relinquere, quam desolata prædia in civitatis districtu videre. Præstantius enim est, servare potius exstructa, quam ruinæ committere, aliquos retinere possessores, quam nullos, cives venditores pretio rerum suarum sublevare, quam isto juxta & bonis pri-
37. vare. Et in casu necessitatis melius est laxare leges, quam publica commoda perdere; hocque semper attendent administratores civitatis & Reipublicæ, legi non aliter cedendum, quam si cogat necessitas, necessitati autem non consulendum, ubi lex salva esse potest, juxta prudentissimum monitum MEVII *cit. loc. art. 5. n.* 118. *&* 119.

Quatuor hujus retractus Municipalis esse requisita: (1.) Ut retrahens justum integrumque pretium offerat. (2.) Ut cum pretio sumptus & expensas, inter quas & vinum, Weinkauff / tempore contractus, factas, plenarie refundat. (3.) Ut inter annum & diem retractus fiat, ex GAIL. *cit. Obs. n. 8. 9. 10. & seqq.* Nota in vulgus usque sunt: Ubi hoc saltem monendum contra malitiosos cautelarum magistros, qui ad intervertendum alteri jus hoc protimiseos varia moliri solent, inter quæ & hoc est, ut in retrahentis præjudicium rem tertio cuidam oppignorent, aut jure antichreseos tradant pro ea nimirum quantitate, quæ justum pretium excedit, ut ita hoc modo retrahens nec jus nec utilitatem habere possit. Ubi pro succidenda hac cavillatione judex imploratus poterit remedium opponere & retrahenti idem jus, quod extraneo venditatur, concedere, atque adeo etiam in ipsa oppignoratione prærogativam dare, SCHILTER. *Exercit. ad ff.* 30. *n.* 140. hoc addito responso suo: Obwol das jus protimiseos oder retractus allein im kauffen und verkauffen Statt

[Right margin numbers: 38 (beside "Quatuor hujus retractus"), 39 (beside "nendum contra malitiosos"), 40 (beside "hoc addito responso")]

Stat findet / im gegenwärtigen Fall aber eine oppignoratio cum pacto antichreseos vorgangen / und dieweil offters in dergleichen pactis antichreticis ein contractus simulatus unterläufft / und eine solche Summa darauf erborget wird / welche das Kauff-Pretium exequiret / und dahero re vera ein Kauf ist / in præjudicium aber und fraudem des jenigen / so den Verkauff hat / unter einen andern titul abgehandelt wird; So hat der retrahent im Rechten Fug und Macht das officium judicis zu imploriren damit die Sache genauer untersucht und dahin verabscheidet worden / daß / der Theilhalter des verpfändeten Stücks an des creditoris Stelle treten / vor denselben gegen Erlegung der ausgezahlten Summa sich des verpfändeten Stücks anmassen möge.

41. Cumque hinc actio in rem scripta & mera realis oriatur. TIRAQUEL. *de retract. lib. I. §. 8. gloss. 5. n. 6.* GAIL. *d. observ. 19. n. 6.* ideoque licet Ecclesia, Clericus impubes, minor, forensis, rem emerit, retractui locus erit. *Vide omnino hac ampliative & exceptive tractantem Tiruq. d. tr. &* VIGEL. *in Method. jur. lib. VI. per tot.*

42. Pro coronide autem notandum, quod in Saxonia in provinciis Thuringiæ vige t species quædam retractus quæ jus congrui das Gespield dicitur quod illi competit, cujus prædio quondam fuit unita illa pars quæ est vendita *de quo vide* COTHM. *cons. 42. n. 9. vol. 4.*

Jus congrui autem dicitur à *congruere*, convenire, geständig seyn / congruum enim idem est quod decens & conveniens. *Gruere* deduci vult MARTIN *in Lexic. Ethymol* à gruibus, avium illud genus, quod solivagum non est sed cum alteris convenit. Hinc per Metaphoram conveniens idem esse, quod congruum unde congrua dicitur pœna *l. 7. C. de repud. congrua ultio l. 18. C. de his qui accus. non poss.* congrua severitas *l. 19. C. de pæn.* TIRAQUEL. (quem quidam referente ZEILERO 44. *cent. 3. quæst. 49.* JCtorum Calepinum vocant) *in præfat. de retract. consang. qu. 1. n. 3.* se perlancte pejerare audere juris congrui appellationem *ex l. 4. C. de locat. præd. civil. vel Fiscal. lib. II.* desumptam esse, hisce in verbis: *Congruit æquitati ut veteres possessores fundorum publicorum novis conductoribus præferantur, si facta per alios argumenta suscipiant.* 43.

Qui tamen in eo singularis, 45. quod putet jus hoc congrui indifferenter convicaneis competere

cum alii in contrarium doceant, hic non ita vicinitatem, quam unitatem considerandam esse. RICHT. *decis.* 86. *n.* 64. CARPZ. *jurispr. Rom. Sax. p.* 2. *constit.* 31. *defin.* 3.

46. Dicitur illud jus das Gespielde etiam das Gespälte vel das Recht des Gespeltes / ideo quod bona in partes separata vel divisa sint weil die Güter zertheilet / oder gespalten / unde in Thuringia pars prædii divisa vocatur ein gespält Guth teste FRITSCH. *de jur. congrui cap.* 1. §. 3. *n.* 4. Causa itaque introducendi juris hujus non est sola vicinitas, quia forte molestum est rapacem habere vicinum vel malum RICHT. *dec.* 76. *n.* 56. & magna boni vicini commoditas

47. est, sed ratio in eo constit, ne corpora prædiorum libere minus per successionem plurium heredum distracta, ratione præstandorum in præjudicium ejus cui præstanda competunt, alienentur; Quo certe casu consolidatio tam publice quam privatim utilis & favorabi-

48. lis est. Publice, ut facilior & commodior Magistratui reddatur tributorum exactio, cum & hoc incommodi in libera distractione resideat, ut quod reliquum est de prædio, vel manso, coli non possit vel incultum deseratur, weil die besten Stück vom Guth weg kommen FRITSCH. *cit. tract. cap.* 5. §. 2. *n.* 6. *seqq.* Utile ergo esset ut & hoc genus retractus vel congrui in Municipiis undique ad observantiam reduceretur, quo non saltem privatis, sed simul & publico consulitur.

Illud tamen vicinitas in vim 49.
retractus, cujusdam in conductione ædium operatur, ut propter periculum ignis & alias incommoditates conductor conductori præferatur RICHTER. *d. loc. n.* 71. ubi tale habet præjudicium ad hoc, de mense Mart. 1629. in verbis: Ob zwar das Nachbar-Recht vor sich zu näher Geltung nicht genugsam / dennoch dieweil die angedeutete Feuers-Brunst *&c.*

Jure Mindensi locatio etiam 50.
operatur jus retractus *tit.* 11. *art.* 6. Wann einer ein Guth Conducts-Weise ein hat / und der Vermieter dasselbe zu verkauffen gemeinet / hat der Conductor den ersten Kauff daran / wann er dafür geben wil / was der Frembde gebohten / oder im Kauff versprochen hat / die Freunde aber werden Frembden vorgezogen. Atque suo tempore secundum hunc articulum semper pronunciatum asserit CRUSIUS *ibid. in annot.*

Co-

Caput XV.

DE MUNICIPIORUM JURE COLLECTANDI EXTRAORDINARIO.

SUMMARIA.

1. *Collecta varia in jure sortiuntur nomina.*
2. Schatzung / Schatz.
3. *Differentia tributi & collectæ.*
4. *Collecta publica.*
5. *Collecta privata.*
6. *Privatam collectam etiam indicunt Magistratus Munic. absque consensu Superioris.*
7. *Etiam indicunt eam civitates jurisdictione carentes. Ratio.*
8. *Cur consensus Superioris hic non requiratur?*
9. *Quænam impositio collectarum ad regalia referatur?*
10. *Decuriones collectam pro usu publico exigere poterant.*
11. *Collectam indicere possunt domini hominibus suis propriis?*
12. *Quid faciat subditum?*
13. *Necessitas est ratio imponendi collectam extraordinariam.*
14. *Imponenda est collecta ex justa & rationabili causa.*
15. *Civitas processu involuta ad eum potest indicere collectam, item pro solvenda pœna.*
16. *Pro refectione operum publicorum.*
17. *Vicinus communi puteo non potest renunciare ad evitandam collectam reparationis.*
18. *Necessitas qualis esse debeat, ut ob eam collecta injungi possit.*
19. *Adesse debet defectus ordinariorum redituum.*
20. *Ob urgens æs alienum non statim injungenda est collecta.*
21. *In collectis his observanda proportionata æqualitas.*
22. *Divites non debent decernere ut pauperes solvant.*
23. *In collectis observanda est antiqua consuetudo.*
24. *Convocanda est tota universitas pro collecta tali imponenda.*
25. *An consensus singulorum vel majoris partis in imponendis collectis haberi debeat.*

26. *Omnes quod tangit ab omnibus debet approbari.*
27. *Ubi à ſingulis pendendum ibi majora non concludunt.*
28. *In actibus voluntariis unius contradictio facit ut nulla fiat concluſio.*
29. *Majora etiam in collectis concludunt.*
30. *Regula illa quod omnes tangit &c. in terminis actuum univerſitatis locum non invenit.*
31. *In jure quomodo conſenſus majoris partis ſumendus?*
32. *Collectæ primario & principaliter non ſingulos ſed univerſitatem concernunt.*
33. *Illud conſideratur, quod principaliter, non quod ſecundario agitur.*
34. *Collectæ certo reſpectu non ſunt facultatis ſed publicæ utilitatis & neceſſitatis.*
35. *Quænam collectæ fieri nequeant in præjudicium non conſentientium?*
36. *In multitudine raro omnes conſentiunt.*
37. *In congreſſibus una ſaba nigra totum actum non denigrare debet.*
38. *Major pars minorem ad contribuendum arctat, licet minor pars majorem ſummam conferat.*
39. *Si pro ſublevatione particularium collectæ imponendæ non conſentientibus non fit præjudicium.*
40. *Collecta per æs & libram quæ?*
41. *Collecta per capitationem generalem.*
42. *Capitatio particularis & civilis.*
43. *Collecta impoſita pro munere aliquo extraordinario.*
44. *Collecta per fumantes.*
45. *Modus collectandi non eſt mutandus à Magiſtratu.*
46. *Collecta otioſorum* des Herrenloſen Geſindes.
47. *Ordinatio Weimarienſis.*
48. *Ceſſante onere extraordinario & ceſſare debet collecta ob id impoſita.*
49. *Onus ſubſidiarium fieri non debet ordinarium.*
50. *Pecunia pro neceſſitate publica collecta in alios uſus non eſt imponenda.*

Col-

1. Collectæ in jure vocantur varie, aliquando dicuntur collationes, tributa, munera, contributiones, Germ. Steuer / Schatzung / Hülffe / Anlage / Beet / &c. KNIPSCH. *de Civ. J. lib. II. cap.* 17. *n.* 2. Schatzung descendit à verb.
2. Schätzen æstimare, onera enim publica penduntur præhabita bonorum unius cujusque civis æstimatione, quo facit *Luc.* 2. *v.* 1. *&c.* Inde est, Schatz locus in quem conferuntur tributa publica; Sumitur autem aliquando contentum pro re contenta, sic dicitur Schatz id est ærarium pro pecunia in ærarium collecta. Differt *collecta* à *tributo* proprie dicto,
3. quod saltem penditur in signum subjectionis aut recognitionis; *Illa* autem præstatur pro aliis necessitatibus. *Hoc* certam & quotannis recurrentem præstationem habet non illa, quia sæpe est extraordinaria Vid. KLOCK. *de contrib. cap.* 17. *n.* 149.

4. Collecta ergo alia est *publica*, alia *privata*. *Illa* competit vigore regalium & superioritatis territorialis SIXTIN. *de Regalib. lib. II. c.* 14. *n.* 16. & censetur esse symbolum & nota sublimioris eminentiæ *l. nulla C. de Episc. & Cler C.* 2. *de censib.* KNICH. *de jure territ. cap.* 3. *n.* 108. PRUCKM. *consil.* 27. *n.* 35. WESEMB. *cons.* 45. *n.* 11. *Hæc* est quam extraordinarie civi- 5.
tates etiam provinciales sibi vendicant, non jure regalium, quibus destitutæ sunt, sed necessitate flagitante ex consuetudine vi pacti & conventionis *per text. expressum in l.* 12. *ibi urbium singulorum C. de operib. publicis.* BRUNING. *de var. univ. spec. th.* 65. Etiam absque 6.
consensu Superioris vi jurisdictionis civilis & ordinariæ, vel etiam ex speciali privilegio & jurisdictione KNIPSCH. *cit. cap.* 17. *n.* 8. Imo si & civitas Municipalis ju- 7.
risdictione careat, nihilominus tamen illa, sicut omnis alia universitas, & villa collectam extraordinariam optima ratione indicere potest. Nam dum ejusmodi universitatibus & Municipiis commissa est administratio quarundam saltem rerum, puta viarum, pontium, murorum &c. per consequentiam etiam ea permissa censentur, sine quibus antecedens scil. administratio expediri nequit. KLOCK. *de contrib. cap.* 5. *n.* 130. Ideo enim opus non est Superio- 8.
rem consentire, quia sufficit illum semel consensisse in constitutionem universitatis. *l.* 1. §. *fin. ibique glos. in verb. proconsul. ff. quid cujusque univers. nom.* TESSAUR. *decis.* 257. *n.* 1. *& seq.* KÖPPEN. *decis.* 60. *n.* 17. 18. MANTIC. *de*

tac. & amb. conv lib. III. tit. 10. n. 65. CARD. TUSCH. *lit. A. conclus.* 123. *n. 2. tom. 5. & tom 6. lit. V. concl.* 33. *n* 9, WESEMB. *consil.* 345. *n.* 155. *& mult. seqq. vol. 7.* Et si dicitur collectarum
9. impositionem ad regalia referri, adeoque Municipiis jura illa non competere, nisi Principis vel Superioris consensu, hoc tamen intelligendum de generalibus collectis, vel Imperialibus vel provincialibus, non tamen de illis quæ ob particulares causas & ex re-
10. rum necessitate indicuntur. Exemplo Decurionum, quibus conceditur potestas à civibus exigendi collationem ad muros vel novos faciendos, vel veteres reparandos, propterea quod mœniorum cura ad eorum administrationem pertinebat. *d. l. omnes 12. C. de operib.*
11. *publ.* Quin imo dominis proprietatis, Erb- und Eigenthums-Herren / in casu necessitatis hominibus propriis contributionem indicere licitum esse, licet omni in eos jurisdictione careant, docet & adstruit HUSAN. *de propriis hominibus cap. 7. n.* 92. Nec quic-
12. quam juris confert operum præstatio, quæ non faciunt subditum vel subjectum, quia certum est non servitutem personalem, sed domicilium, quod quis in alicujus territorio habet, vel sub cujus jurisdictione quis degit facere subditum *l. domicilium ff. ad municip. l. si in paria C. de Incol. lib X.* MYNSING. 1. *obs.* 12.

Ratio ergo harum collectarum extraordinariarum Municipiis com- 13.
petentium, consistit in necessitate, ut enim corpus naturale sine elementis, sic corpus civile seu Respublica sine sumptibus & pecunia consistere non potest. MEV. *ad J. Lub. lib II. tit 3. art. 2. in princ.* THOM. MICHAEL. *de jurisdict. concl.* 137.

Ut autem recte indicantur hæ 14.
collectæ requiritur *primo* justa & rationabilis causa PARLAD *lib. I. rer. quot. c. 3. n.* 7. HEIG. *q.* 18. *n. 6 lib. I.* BOLOG. *consil.* 1. *n.* 23. quæ autem sint causæ justæ & ad hoc sufficientes *vide apud* KLOCK. *de contrib. cap. 8.*

Inter justas necessitatis causas re- 15.
fertur, si civitas cum quodam sit processu involuta, ex quo multas erogare impensas cogitur. Item si solvenda sit pœna, ob delictum ab universitate commissum; De- 16.
nique & pro refectione operum publicorum, quorum mora ingens reipublicæ detrimentum minatur. Sicut enim vicini pro communi puteo, clibano, fonte, rivo, aggere & pro ejusmodi rebus reparandis invicem conferre possunt *l. 1. §. vicinales in fin ff. ne quid in loc. publ.* Ita ut ne aliis invitis 17.
com-

commodotati putei &c. renunciari possit, cum hujusmodi collectam non tam usu istarum rerum quam vicinitatis ratione, quis teneatur, hinc cessante usu, vicinitas tamen manet & præstatio talis est onus in rem, ad quod majoris partis adsensus constringit. *l. pen. in fin.* C. *de legat.* GARZ. *de expens. & meliorat. cap.* 19. *n.* 13. PACIAN. *consil.* 7. *n.* 87. COSTA *de ratione rata q.* 27. *n.* 28. KLOCK. *de contrib. cap.* 5. *n.* 107. Quanto magis id jus competit universitati, argumento à minori ad majus desumpto.

18. Optima jam collectam imponendi ratio est non evitabilis necessitas, cui ut in proverbio est, ne Dii quidem resistere possunt ERASM. *in Chiliad.* quæque non habet sed facit legem DEC. *in l. si quis propter necessitatem ff. de reg. jur.* recte monet LAURENT. GRIMALD. Non facile nisi ingenti necessitatę postulante ad impositiones & collectas adveniendum; Nova etenim omnia onera, etiam non injusta, civibus sunt molesta & seditionibus occasionem præbent *tract. de optimo senatore fol.* 170. *Argent. consil.* 10. *n.* 4. *vol.* I.

19. *Secundo* requiritur defectus ordinariorum & tedituum SOCIN. *consil.* 98. *n.* 10. *vol.* 3. ROLAND. *consil.* 1. *n.* 67. *vol.* 2. NATT. *cons.* 181. *n.* 11. & *consil.* 381. *n.* 1. & *cons.* 506. *n.* 13. BURSAT. *consil.* 1. *n.* 16. *vol.* 1. Et in hoc, an nimirum alii supersint reditus nec ne, assertioni Senatorii collegii Municipes credere debent, exemplo & argumento eorum quæ tradit CRAVET. *cons.* 702. *n.* 4. & ROLAND. *cons.* 1. *n.* 84.

Unde civitas ob urgens æs alienum conventa, primo excutere debet bursam communem deinde immobilia & nomina debitorum sunt distrahenda, antequam deveniatur ad odiosam illam exactionem collectæ, & ad bursam singularum personarum NATTA. *consil.* 150. *n.* 1. CAVALCAN. *decis.* 68. *n.* 1. & *seq.* LÖSÆUS. *de jurib. univers. cap.* 9. *n.* 9. CARD. TUSCH. *lit.* C. *conclus.* 450. *n.* 18. & *lit.* O. *concl.* 128. *n.* 5. *Tertio* obser- 20.
vanda hic est proportionata æqualitas, *l.* 11. *ibi pro viribus singulorum* C. *de oper. publ.* in pari namque omnium jugo, nemini gravis est justa molestia, sed si unus saltem sit immunis, in contumeliam cæteri trahent virtutis necessitatem. BARCL. *in. argen.* 21.

In multis autem Municipiis & hodie auditur quod olim conquestus SALVIANUS: decernunt potentes quod solvant pauperes, decernit gratia divitum, quod pendat turba miserorum *de provid. Dei* 22.

lib.

lib. V. condunt divites decreta, at inopes ſolvunt tributa HEIG.
23. *quæſt.* 18. *n.* 32. Quarto in ejusmodi onere ſubeundo ſpectanda & ſervanda eſt antiqua conſuetudo & obſervantia *l. miſſi. operatores C. de exactor. tribut. lib. X. l.* 1. C. *de ſuperindict.* BETRAND. *conſ.* 126. *n.* 1. *lib. I p.* 2. SURD. *conſil.* 289. WESEMBEC. *conſ.* 181. *n.* 118. GAIL. 2. *obſ.* 52. *n.* 18. Quia ſemper tolerabilius eſt, quod vetus conſuetudo comprobat. *l. venditor* § *ſi conſtat. ff. commun. prædior. l. fin.* C. *nova vect. iuſtit. non poſſe.* Quæ tanquam Regina attendenda tam in indicendis quam non exigendis collectis. BURSAT. *conſ.* 186. *n.* 11. MYNSING. *de cent.* 15. *Reſp.* 1. *n.* 44. *& ſeq.*

24. *Quinto* ad imponendam à Magiſtratu collectam talem opus eſt, ut tota univerſitas ad id legitime convocetur, vel ſaltem ii qui univerſitatis, ſingulos repræſentant, quales ſunt tribuni ut apud nos Richtleute von Aemtern und Gemeinheit / quandoque convocatio fit per ſonitum campanæ die Bürger-Klocke dictæ, nam actus talis ponderoſus & gravis requirit omnem exactitudinem, BURSAT. *conſil.* 159. *n.* 6. 9. *&* 11. CACHERA. *deciſ.* 39. *in princ.*

25. (1.) Hoc cum extra omnem dubietatis aleam poſitum ſit non inepte quæritur, an ſingulorum, an majoris partis conſenſus hic expectari debeat? pro priori, facit 26 regula vulgaris, quod illud quod omnes tangit ab omnibus approbari debeat. C. *quod omnes de reg. jur. in* 6. *l. per fundum ff. de ſervit. ruſt.* ANTON. FAB. *in Cod. lib. IX. tit.* 29. *defin.* 8.

(2.) Quod collectæ hujusmodi 27 à Municipibus non collegialiter ſeu univerſaliter, ſed particulariter ex ſingulorum burſa præſtandæ ſint, ubi autem à ſingulis pendendum, ibi majora contradicentibus nullum præjudicium inferunt. per *d. l. per fundum* LOFFR. *conſ.* 51. *n.* 1. SURD. *conſil.* 65. *n.* 17. MARC. *deciſ.* 889. PAP. *deciſ.* 242.

(3.) Quod in actibus voluntariis, quales ſunt collectæ, majoris 28 partis conſenſus non ſufficiat, ſed omnium aſſenſus adeo ſit neceſſarius, ut vel unius contradictio obſit. RIP. *conſil.* 93. *n.* 14. *& conſil.* 186. *n.* 9. CRAVET. *conſ.* 592. *n.* 20. BARBAT. *conſil.* 7. *in fin. lib. I.* BURSAT. *conſil.* 159. *n.* 8. NATT. *conſil.* 215. *n.* 5. RIMIN. *conſil.* 438. *n.* 83.

Quibus tamen non attentis ſa- 29 nior communiorque eſt Dd. ſententia, majoritatem votorum aſſentientium hic omnino concludere *l. quod major.* 19. *ff. ad mu-*

nicip. l. nulli 3 ff. quod cujusque univerſ. l. nominationum C. *de Decur.* VILLALOB. *in com. opin. lit. M. concl.* 75. *n.* I. BERTR. *conſil.* 141. *n.* 8. *lib' I.* GRATIAN. *de-
30. ciſ. 217. n.* 3. Pro contrario adductum axioma generale locum non habet in terminis actuum
31. univerſitatis ſed referri debet ad intellectum juris PEREGRIN. *conſil.* 42. *n.* 3. *verſ. quo circa lib.* III. In jure autem conſenſus majoris partis de univerſitate præponderat, vel quod per majora excluditur ab omnibus approbatum cenſeri debet PISTOR. *conſ.* 21. *n.* 88. *lib. I.* Sicut ex ſequentibus clarius pateſcit.

Ex quo etiam ſecundum corruit reſpectu enim publicæ utili-
32. tatis collectæ ejusmodi non primario & principaliter ſingulos, ſed univerſitatem concernunt, li-
33. cet ſecundario burſam ſingulorum mulgeant, notum autem tritumque eſt, id conſpici & conſiderari quod principaliter non ſecundario & per conſequentiam tantum agitur TIRAQ. *in tract. ceſſante cauſa limit.* 22. *v.* 23. ALCIAT. *conſil.* II. *n.* 16. *lib.* VIII. SURD. *conſ.* 67. *n.* 31.

Ex quo fundamento & ter-
34. tium objectum omnino dilabitur, habito enim reſpectu, non ad perſonas contribuentium, ſed ad ipſam cauſam ob quam ſubſidia colliguntur collectæ non ſunt facultatis ſed publicæ utilitatis & neceſſitatis.

Nam hic ſermo non eſt de meris voluntariis collectis, quæ citra 35.
neceſſitatem & utilitatem publicam inducuntur, e. gr. quæ fiunt ad pompam vel ornatum, non autem ad conſervationem NATTA. *conſ.* 215. *n.* 4. *&* 5. *lib. I.* BURSAT. *conſ.* 159. *n.* 9. qualis collecta fieri nequit in præjudicium non conſentientium GUID. PAP. *Deciſ.* 631. *n.* 8. *verſ. alioquin non immineret neceſſitas* IMOL. *in l.* 4. §. *actor. ff. de re judic.* KLOCK. *de contrib. cap.* 6. *n.* 109.

Ratio deciſi hujus conſiſtit in 36.
utilitate publica, ut in omni cœtu legitimo major pars potior ſit per *l* 4. 5. C. *de decurion.* eſt enim hominum naturalis, & prona ad diſſentiendum, facilitas & vix fieri poteſt, ut in multitudine omnes conſentiant, atque ita quibusdam abſentibus vel non conſentientibus, difficilius negotia univerſitatis, expedirentur & facile impediretur publica utilitas, quæ tamen ſemper præferenda eſt privatæ VASQ. *illuſtr. controv.* 5. *n.* 16. COLER. *conſil.* 11. *n.* 9. TUSCH. *lit. D. concluſ.* 454. *vol.* 2. probat utique experientia in conſultationibus univerſitatis verum eſſe illud TAUBMANNIANUM.

Cuique suum caput est ut pileus, improbat Hermes,
Approbat Hermannus, nec idem placet omnibus unquam.

37. Et sane absurdum esset & inconveniens, si in ejusmodi congressibus una vel altera faba nigra totum actum denigret, & retractari faciat, id est si dissensus minoris partis consulentium, consensui majoris partis præponderaret, vel præponendus esset, cum utique convenientius sit, ut pactum majoris & potioris partis, minori præjudicet, quam vice versa, ne & minor pars commodum majoris partis impediat vel remoretur CASTRENS. *in l. Et suum n.* 1. *vers. convenientius ff. de pact.* THOMING. *consil.* 27. *n.* 30. *& cons.* 48. *n.* 50. *vol.* 1. atque huc coincidunt quæ supr. *lib.* II. *cap.* 25. de jure vo-
38. tandi exposita sunt. Major pars hac hypothesi consideratur solum respectu personarum scilicet quæ excedit dimidium SURD. *consil.* 35. *n.* 71. non autem ratione bonorum, in tantum ut major pars universitatis, minorem ad contribuendum arcet etiamsi minor pars quæ contradicit, majorem in collectis solvere partem debeat C. *fin. de his. quæ fiunt à major. part.* Ca-
39. *pit.* CARD. TUSCH. *lit. A. concl.* 128. *n. c.*

Non tamen aliter prædicta procedunt, quam ut necessitas collectandi publicam respiciat utilitatem, nam si pro sublevatione particularium collecta imponatur, ex gr. si casus fortuitus, incendium ruina &c. majori parti contigerit, non consentientibus nullum creatur præjudicium. Et in dubio pronunciandum est pro non solutione collectæ KLOCK. *de contrib. d. cap.* 6 *n.* 125.

Modus collectarum extraordinariarum est ut fiat per æs & libram id est secundum facultatem omnium bonorum cujuscunque, quia præ reliquis habetur justissimus *Rec. Imp. de auno* 1542. §. **Und wiewohl derhalben.** KLOCK. *de tr. cap.* 17. *n.* 160. & modus hic in dubio semper præferendus per *l. omnes* C. *de operibus publ. l. rescripto* C. *de mun. & honor.* 40.

Alius adhuc modus est, qui capitatio dicitur, qua non tantum civium sed etiam servorum & fœminarum capita censentur, qui à Principe & Superiore quandoque pro communi necessitate extraordinarie indicitur. Quandoque & in civitatibus obtinet cum vel ex consuetudine quilibet civis in ordinaria contributione pro capite pendit certam summam uti apud nos fieri cousuevit. **Allwo in jeder Schatzung ein Bürger von seinen Kopf gibt einen halben Rthlr.** non habita ratione pau- 41. 42.

per-

43. pertatis vel divitiarum: Vel etiam solutio talis fit pro munere aliquo extraordinario imposito, velut si certus numerus civium ex ordinatione superioris debet adire exercitum vel simile quid, & per compositionem exactio hæc commutatur in pecuniam, ut forte Dux belli alios conducat, tunc unum non magis solvere debere quam alium vult GÖDEN. *de jur. civit. consil.* 5. & *in ordine consil.* 34. *n.* 30.

44. Alius adhuc modus est, quando solutio fit per fumantes, id est ut quælibet familia in una domo habitans, habeatur pro una fumante GÖDEN. *d. loc.*.

45. Modum autem collectandi mutare Magistratus poterit auditis tamen quorum interest vel quorum consensus receptus fuit. MEV. *p.* 3. *decis.* 276.

46. Suppetit adhuc expediens pro Municipiis si necessitatis incommodum ingruit, ut ad sublevandam extraordinariam collectam contribuant personæ otiosæ Herren los Gesind / müssige Leute / so nicht dienen wollen / vel ut à nostratibus dicitur, die auf ihre eigene Hand sitzen / quo facilius domum quærant & laboribus potius quam otio & libidini incumbant, plerumque enim genus illud hominum de seducendo famulitio student, & operas familiares aggravant. Peculiarem ergo ejusmodi 47. collectam ut æquitati consentaneam nemo non, præter prædictos otiosos, approbabit. Sicut desuper speciali dispositione, cautum in der Instruction und Revision des Fürstenthums Weimar *de Anno* 1687. §. 9. In massen dann auch die jenige / welche bey anderen wohl dienen können / sich aber lieber des Müssigangs befleissigen / und entweder bey ihren Eltern / oder anderswo liegen &c. Qui modus in Saxonia est perantiquus & jam obtinuit ab Anno 1448. teste ANT. WECKER. *descript. Dresdens. pag.* 440.

Quando jam necessitatis onus, 48. ad quod evitandum collecta extraordinaria in Municipio indicta, cessat, tunc præcavendum Magistratui ad præcidendas tristes miserorum querelas, ut & collecta extra ordinem imposita simul cesset. Quia non raro evenit ut 49. onus subsidiarium sæpe iteratum & auctum tandem ut ordinarium & satis grave malo Reipublicæ fato continuo premat sicut de tributis urgentissima Reipubl. necessitate, superiori bello tricennali extortis, illo autem jam dudum cessante, postmodum & in hunc usque diem iteratis & perpetuatis, passim conqueruntur politici & publicistæ.

50. Denique cautela est pro Magistratu, ut pecunia pro publica necessitate collecta destinato usui suo impendatur, sin secus difficilis ejus inposterum futura erit exactio, nec deficient maledicta populi, & confusae administrationis lamentationes, unde non sine ratione ejusmodi pecunia appellatur à Turcis sacer populi sanguis. POSTEL. *de Republ. Turcar. lib.* III.

Caput XVI.

DE MUNICIPIORUM JURE DISTRIBUENDI ET PARATÆ EXECUTIONIS IN COLLECTIS MILITARIBUS.

SUMMARIA.

1. *Distributio contributionum fit à Magistratu Municipali.*
2. *In distributione hac expetit antiquam observare consuetudinem.*
3. *Facienda est solutio de omnibus bonis.*
4. *Etiam de mercibus mercatorum.*
5. *Casus fortuiti facultatibus nostris immanentes non tribuunt exemptionem à contributione.*
6. *An de operis artificialibus praestanda collecta.*
7. *Ex artificio praestantur decimae.*
8. *Tutela, libertas, & victus urbanus locum faciunt exactioni.*
9. *Steriles res ac pretiosa non sunt exempta à contributione.*
10. *Bona feudalia à Principe concessa sunt exempta.*
11. *Bona feudalia minora* Bürger-Lehn / *immunia sunt sed non in totum.*
12. *Fructus rei feudalis in computationem venit.*
13. *Bona extra territorium non sunt subjecta contributionibus.*
14. *Nemo duplici onere gravandus.*
15. *Extra territorium cessat jurisdictio.*
16. *Collecta sunt instar servitutum.*
17. *Tributum penditur ob Principis praesidium.*
18. *Collecta indicuntur personis intuitu rerum.*

19. *Personæ & prædii eadem est ratio si res sub unius domini jurisdictione sita sit.*
20. *Forenses à collectis sunt immunes.*
21. *Possessio bonorum non facit subditum sed debitorem.*
22. *Ad possessores dirigitur mandatum solvendi tributa.*
23. *Clerici solvunt collectas de bonis tributariis.*
24. *Res Ecclesiasticæ immunes sunt si ante impositionem jam subjacuerunt dominio Ecclesiæ.*
25. *Magistratus Municipalis quando clericorum & forensium agris contributionem imponere possit?*
26. *Superior in causis contributionum quando quid mutare aut inhibere possit?*
27. *Summa hoc nititur æquitate ne Superior in contributionibus Municipiorum facile quid mutet.*
28. *Cives novi etiam præstant collectas anteriorem adhuc restantem.*
29. *Civis demigrans quatenus solvere cogatur collectam debitam.*
30. *Quid juris in cive discedente & jus civitatis reservante.*
31. *Collectam præstat usufructuarius creditor legatarius &c.*
32. *In contributionibus ab executione inchoatur.*
33. *Municipiis jus executionis in collectis competit.*
34. *Modus exigendi contributiones.*
35. *Contra æquitatem est ut alter alterius onere gravetur.*
36. *Ante executionem prius promulgenda sunt collecta.*
37. *Præfigendus est terminus congruus.*
38. *Compescenda est publicanorum audacia.*
39. *Absit in executione crudelitas.*
40. *Non statim agri in commissum cadere debent ob collectas restantes.*
41. *An debitoribus tributariis auferri possit janua domus.*
42. *Mos iste invaluit in Belgio.*
43. *Municipes qui pretendunt se plus solvisse an habeant actionem adversus illos qui minus solvisse dicuntur.*
44. *Contributiones sunt quoddam indebitum.*
45. *Spoliari dicitur civitas si cives onera publica agnoscere renuunt.*
46. *Magistratus Municipalis in concursu ratione contributionis omnibus cæteris creditoribus præfertur.*
47. *Reip. quis magis ad usus & onera publica obligatur, quam cuivis creditori.*

48. *Prioritas illa obtinet licet creditor jus pignoris prius acquisiverit.*

49. *Magistratus qua in causa contributionum statuit de his nulla datur appellatio.*

50. *Cur in causis tributorum levato velo procedatur.*

51. *In quibus casibus processus ob collectas sit summarius.*

52. *Quando in iis ordinarius processus admittatur.*

53. *Cum non de publicis muneribus sed de jure privati litigatur, res fit altioris indaginis.*

54. *Si de integra immunitate non est controversia, lite pendente debitor non cogendus ad solvendum.*

1. Jus collectandi universale, ut praecedenti capite vidimus, est quidem de regalibus, verum earum distributio & impositio sive commensuratio contributionum ad universitates pertinet MENOCH. *consil.* 28. *n.* 33. CRAVET. *consil.* 195. *n.* 1. *& post illos* KLOCK. *de contrib. cap.* 17. *n.* 19. *&* 172. Hinc istam non adhibito superiore facere possunt.

Ad distributionem hanc spectat
2. ut dispiciat Magistratus quibus & qualiter summa contribuabilis imponenda, in qua expedit observare antiquam consuetudinem & formam *l.* 4. § 5. *ff. de offic. procons.* sicut in omnibus aliis praesertim autem in oneribus imponendis, ubi novitas semper solet esse suspecta & turbida MEV. *ad J. Lub. lib.* II. *tit.* 3. *art.* 2. *n* 9.

3. Solutio ergo tributi exigitur de omnibus bonis civium pro more cujusque Municipii, sive mobilia sint sive immobilia, vel se moventia *l.* 4. §. 5. *ff. de censib. l.* 2. *C. de jur. immunit.* GUID. PAP. *decis.* 87. *n.* 8. Quibusdam & in locis nominibus certam & facilem exactionem habentibus ROTA GENUENS *decis.* 156. ut & de pensionibus domuum ROL. à VALL. *consil.* 66. *n.* 22. *vol.* 1.

Quaer. an justa sit solutio contributionis de mercibus mercatorum? De quo non ambigendum, 4.
quia ex iis lucrum majus quam ex aliis possessionibus speratur, inde non inique etiam earum ratione aerario satis fit. *l. filii* §. *fin. ff. ad Municip. l. munerum* § *patrimoniorum l. forma* §. *in servis. ff. de censib. l. fin. C. de immun. nem. conced. l. negotiatores C. de excusat. mun.* MENOCH. *consil.* 9. *per tot.* Quia mercatores eorumque merces sub securitate & defensione sunt Magistratus COTHM. *vol.* 1. *consil.* 11. *n.* 166. *&* 67. Atque de

de tali obſervantia ratione Lubecæ & iſtarum civitatum maritimarum teſtatur. Mev. de lib. II.
5. t. 3. art. n. 37. Nec obſtat ratio incerti valoris & quod ejusmodi bona multis caſibus belli, naufragii & debitorum foro cedentium obnoxia ſunt, quia etiam alii poſſeſſores variis periculis expoſiti ſunt & ſi omnes fortuiti caſus, qui facultatibus noſtris imminere poſſunt exemptionem à tributo præberent, perpauca penderentur.

6. Sed quid dicendum de operis artificum manualibus, an & probanda conſuetudo, quæ ab illis quotam collectæ exigit? Negativa forte placeret, quia operarii tales ex ſuo ſudore victum quærentes, tanquam pauperes à collectis immunes pronunciandi *Cap. Quod ſuper 8. x. de vot. ibique* Panormit. ſed iterum affirmativa verior, quia hi non minus, imo ſecurius ex operis ſuis lucrantur, quem cæteri ex ſuis profeſſionibus iſtorumque conditio in civitate foret melior quam ditiſſimorum civium, quod legibus æquitatis congruum non eſt. Tum &
7. decimæ præſtantur, ex artificio. C. *decima* 16. *q.* 1. à quibus ad tributa & vice verſa argumentum probabile eſt Everhard. *in loc.*
8. *topic. à tributo ad decim.* Porro quia hi tutela, jure, libertate & victu urbano fruuntur, non iniquum eſt, ut quid pendant eorum intuitu qui & quandoque nihil bonorum mobilium poſſident, vitam tamen tranquillam degunt apud nos ritus hic invaluit daß ein jeder von seiner Profeſſion geben muß.

Etiam ſteriles res non fructuoſæ certam aliquam ſummam Magiſtratus arbitrio determinandam quibusdam in locis pendunt, cum iniquum non ſit ut exinde juvent Rempublicam poſſidentes, unde qualiter qualiter gaudent & juvantur. Deinde licet illa ſterilia ſint, tamen ſtatu & ornatui ſuperfluo inſerviunt, qui merito reprimendus. Et licet uſus eorum ſine fructu ſit, uſus tamen ille ab abuſu vindicandus, huc ſpectant Kleinodien / güldene Ketten / Arm-Bende / güldene Ringe / Hals-Schnüre / Perlen / Edelgesteine / Wand-Geschmeide / und dergleichen / damit der Pracht geführet wird. Mev. *cit. art.* 2. *t.* 3. *lib. II. n.* 58. 9.

Bona feudalia non abſolvunt poſſeſſores à tributis, niſi à Principe ſint conceſſa & quæ ſimul immunitate nobili gaudent, Adliche freye Lehne / cum à jure alienum non ſit, civi æque ac ruſtico tale feudum dari poſſe Zas. *tract.* 10.

tract. de feud. part. 5. n. 68. & 150.. DUAREN. *de feud. cap. 6. n. 13.* De cæteris bonis feudalibus, vel aliter onerosis sciendum illa quidem immunia non esse, non tamen eandem summam, quam cætera præstare ob servitia debita, cum & iniquum sit ut quis quplici onere gravetur *l. 4. in fin. ff. ad L. Rhod. de jact. l titia 32.*
12. *§. 5. ff. de legat. 2.* Et solutio illa non fit ratione subjectionis qualis non est ex vasallagio *clement. pastoralis de sent. & re judic.* WESEMBEC. *consil. 1. n. 57. vers. Non enim dominus* Sed quod civis beneficiis, civilibus fruens, de bonis omnibus quæ habet & quæ exempta non sunt Reipublicæ in subsidium tenetur, gaudet enim fructibus rei feudalis in civitate licet extranei domini vasallus sit.
13. Pro bonis extra territorium sitis non puto cives cogi posse ad collectarum præstationem, quamvis anceps sit ejus disputatio, & quidem ob æquitatis prærogati-
14. vam quia (1.) ceteroquin aliquis ex una re duplici onere gravaretur contra disposit. *l. privata C. de excusat. muner. lib. X.* nam dominus rei sitæ jure collectam istam
15. imponit. (2.) Neque directo in consequentiam extra territorium quis jus dicit *l. fin. ff. de jurisdict. C. fin. x. de constit.* cujus theotica indefiinite accipienda, nam omni casu jurisdictio, quæ collectarum imponendarum radix & fundamentum est, territorii finibus concluditur & finita ac limitata causa producit quoque finitum & litimatum effectum *l. si arrogatur ff. de adopt. l. age C. de transact.* DEIAN. *resp. 41. n. 41. vol. 2.* BEROIUS. *consf. 155. n. 13. vol. 2.*
(3.) Collectæ sunt instar servi- 16.
tutum, libertatem prædiorum diminuentium adeoque odiosæ & interpretationibus non supplendæ vel extendendæ *C. odia de R. J. in 6.* (4.) Ideo subditorum bo- 17.
na tributo gravantur, quia sub Principis præsidio sunt incolumia defensio autem Principis se extendere non poterit ultra ejus territorium. Nec obstat quod colle- 18.
ctæ personis indicantur, cum non nisi respectu rerum & indici & imponi soleant, nec illud, quod unius unum tantum sit patrimonium & quod una eademque res diverso jure æstimari non possit cum secus obtineat si diversa ratio in contrarium suadet *l. Nam etsi §. fin. l. mater §. præterea ff. de inoff. test.* vel si territoriorum diversitas patrimonia dividat. *arg. l. pupillo in pr. ff. de tut. & curat. dat.* Nec impendit regula accesso- 19.
rii & principalis, & quod prædii consideratio extra territorium ad per-

perſonam in territorio trahi debeat. Quia illa tum demum procedit, quando res ſub unius domini jurisdictione ſitæ ſunt. Pluribus ad huc rationibus ſubfulcit theſin hanc COTHM. *vol.* 1. *reſp.* 11. *n.* 18. *ad fin. per tot.* Si tamen conſuetudo loci exſtet in contrarium, illam non improbat MEV. *d. art.* 2. *tit.* 3. *lib. II. n.* 76. TIRAQUEL. *de jur. primogenit. quæſt.* 46. *n.* 24. ROL. à VALL. *conſ.* 80. *n.* 40.

20\. Unde jam patet, forenſes à collectis regaliter eſſe immunes *l. reſcripto fin. l. præterea §. patrimonium ff. de muner.* 17. *l. ſola ff. ad municip.* Nam quia nec honores vel commoda in illo loco percipiunt, ergo nec collectis onerandi, quæ collectarum unica & naturalis eſt ratio NATTA. *conſ.* 160.

21\. *n.* 7. 8. Exceptio eſt, niſi ibi bona habeant, ratione quorum tanquam poſſeſſores teneantur *l. forma §. is vero ff. de cenſ.* GAIL. 2. *obſ.* 52. *n* 11. nam licet poſſeſſio non faciat ſubditum, facit tamen debitorem, ratione rei, quam qui accipit, cum civitate quaſi contrahit & oneribus ſeſe ſubjicit DEC. *conſ.* 694. *n.* 6. *vol.* 1. res enim ad neminem tranſit quam cum

22\. ſuo onere. Et licet collecta non imponatur rebus niſi per & propter perſonas, hæc tamen impoſitio & indictio non recta & principaliter fit perſonis, ſed rebus, etſi ad poſſeſſores tantum exſolvendi mandatum dirigatur. MEV. *p.* 2. *dec.* 372. *n.* 8. *ubi in not. ait:* Ita uſum ubique habere, ut rerum quæ ſuſtinent onera potior ſit ratio, quam perſonarum quæ ſolvunt.

Eadem obtinet ratio in Clericis 23. ratione bonorum immobilium quæ vigore ſtatuti tributaria & ſubjecta ſunt jurisdictioni ſtatuentis, quocunque iſta vel inter vivos vel ultima voluntate ad eos decurrerint titulo MYNS. *dec.* 10. *reſp.* 98. *n.* 6.

Neque ſtatutum illud violat li- 24. bertatem Eccleſiaſticam, quoniam onus illud eſt impoſitum, rebus antequam ad Eccleſiam pervenirent, ergo ſecus eſt ſi impoſitio facta eſt eo tempore quo res jam ſubjacuit dominio Eccleſiæ KLOCK. *de contrib. cap.* 12. *n* 252. ubi poſt *n.* 267. occurrit ſententiæ, exemptionem Clericorum juxta mentem Rom. Catholicorum ſtatuentis. Ergo hæc contri- 25. butio à Magiſtratu Municipali ratione cuſtodiæ & defenſionis agrorum tam clericorum & forenſium, quam ſubditorum agris & poſſeſſionibus imponi poteſt *Dd. in l. omnes C. de oper. publ.* BART. *in l. ad inſtruct n.* 2. *C. de ſacroſanct.*

Eccl. NATTA. *conf.* 157. *n.* 12. ALEX. *conf.* 68. *n.* 12. BART. *conf.* 16. *n.* 24. PARIS. *conf.* 25. *n.* 5. *&* 6. *vol.* 1.

26. Nec superior in causis contributionum, nisi de iniquitate & dolo exactorum notorie & in continenti doceri possit, quid mutare aut contramandare, ut jam loqui amant, potest. Quod summa

27. nititur æquitate, si enim omnes, qui quid queruli in Magistratum habent, Principes audire & executionem ob id suspendere vellet quis litium finis, quis querelarum numerus, quis contributionis exigendæ modus, mediumque conservandi à militum incursionibus Municipia, foret? Omnes sine hoc dato remedio vel effugio, mentiri, omnes calumniari, quam cum Christo drachmam suam persolvere mallent.

28. Sed quæro an cives novi etiam præstare teneantur collectam anteriorem & adhuc restantem? Affirmatur quia collectæ pro tributis, non sunt mere personales sed mixtæ, quæ personis ratione rerum imponuntur *l. rescripto* § *fin. ff de man. & honor.* & proinde dicuntur materialiter onera rerum & patrimonii, ideoque neo cives, quatenus bona possident, & prædia antecessorum, quorum tempore collecta inposita, hinc & ad solvendum residuum adstringuntur SCHILT. *Exerc. ad ff.* 50. *&* 26. THOMAT. *de collect. pr. n.* 8. *p.* 7.

Cui & conveniens est quod civis juri civitatis renuncians & ad alia loca migrans, post illud tempus, quo tributi solvendi dies cessit, nihilo minus partem suam solvere teneatur antequam decedat *l.* 34. *ff. ad munic.* adeo ut donec satis faciat, persona vel bona ejus arresto detineri possint GAIL. *de arrest. cap.* 9. *n.* 21. Nisi collecta imponatur futuris necessitatibus, oneribus enim non premendus qui commodis non fruitur MINDAN. *de mandat. lib. II. cap.* 45 *n.* 16.

Verum hæc exceptio iterum, limitatur, si civis discedens reservet jus civitatis: Wann er das Bürger-Recht auffspricht ad evitandum jus decimarum vel detractionis, quo casu tributa etiam futura adhuc solvere cogitur, atque ita observatum tradit & justam rationem suadere asserit MEV. *ad J. Lub. d. tit.* 3. *art.* 2. *lib. II. n.* 31.

Quoniam ut jam dictum collecta onus est possessionis & fructuum *l.* 2. *C. de annon & tribut. l.* 13. *ff. de impens. in rem dot.* Hinc adhuc notandum ad eam teneri usufructuarium, pro re in qua usumfructum habet *l. hactenus.* 7. *l.*

l. si pendentes 27. §. *si quid* 3. *ff. de usur.* Creditor ex pecunia credita BALD. *in rubr. n.* 4. *C. de R. C.* DIAZ. de MENA. *quæst. pract.* 21. *n.* 65. Legatarius de legato, si post mortem testatoris rei legatæ collecta imponatur TIRAQUEL. *de retract. consang.* §. 6. *gloss.* 1. *n.* 7. AFFLICT. *decis.* 95. *n.* 6. Emtor post contractam emtionem de re empta *l.* 13. *de act. emt.* Pignus possidens ex pignore *l.* 42. *ff. de pact. l.* 6. *C. de pign.* NEGUZANT. *de pignor. part.* 7. *membr.* 3. Emphiteuta *l.* 2. *C. de jur. emphyt.* VALASC. *de jure emphyt. quæst.* 17. *n.* 5. AFFLICT. *d. decis.* 95. *n.* 3.

32. Hactenus de jure Municipiorum distribuendi & commensurandi in collectis, superest ut adhuc dispiciamus de modo exequendi collectas; In contributionibus autem ab executione inchoari, textus sunt ad id expressi *in l.* 7. *C. de exact. trib. l. unic. & ibi gloss. C. de vend. rer. fisc. l. publicus C. de feriis.*

33. Quod jus executionis Municipiis quoque competere propter duram matrem experientiam, nemo quod putem negabit, modo non insurgat processus ex abrupto, vel pro libidine aut dictatoria affectione vel voluntate vel per financiam ut loquitur PETR. de VERGENIA. *apud. Butrigar. in l. placet C. de SS. Eccl.*

Quodvis autem Municipium sibi ad hoc suos receptores qui à debitoribus, qui sunt in mora aut aliquo modo recalcitrant, pignora capiunt, distrahuntque *l.* 1. *C. si propt. publ. censit. l. Edicto C. si adadvers. fisc. l.* 1. *&* 2. *C. de cap. & distrab. pign. tribut. caus. l. etiam furti C. de furt.* Vel contumaces militibus cedunt & assignant übergeben sie an die Krieges-*Executanten* qui modus etsi à KLOCK. *de contrib. c.* 18 *n.* 91. periculosus habeatur, tamen ut à jure scripto non est alienus *l. C. de offic. præfect. Augusta.* 34.

Nec contra æquitatem & æqualitatem, quæ non vult, ut alter alterius onere prægravetur *l. unic. C. ut nul. ex Vican.* ita etiam moribus nostris non infrequens est. Vel carceri committunt, ut quidam quos vide *apud* KLOCK. *cit. loc.* volunt, quibus propter textum apertum *l.* 2. *C. de exec. contrib.* assentire non possumus. 35.

Sed quamvis onerum horum præstatio celerem exactionem desideret, omnino tamen illa ad justitiæ & æquitatis regulam reducenda est, ita ut proclama prius procedat, quod vocamus die Schatzung abkündigen / vel ut quidam ajunt, quia annunciatio hæc è suggestu fit, eine schlimme Nach-Predigt halten ut scilicet abun- 36.

abunde constet, collectas solvendas CRAVETT. *cons.* 111. *n.* 19. ROLAND. *cons.* 32. *n.* 38. *vol.* 1. COTHM. *vol.* 3. *cons.* 8. *n.* 101. *& cons. academ.* 27. *n.* 82. ut hoc modo debitoribus indulgeatur terminus ad sese præparandum & solvendum *l.* 2. *C. de indictio.* Deinde in exactione hac rigor & crudelitas debet exulare, ita ut jam dictum, terminus congruus prius præfigatur sub conmminatione secuturæ executionis MINDAN. *de proc. mandat. lib. II. cap.* 67. *n.* 1. tum & benignius agendum ratione præteritarum quam præsentium collectarum volunt CACHERAN. *decis.* 86. *n.* 8. COTHM. *consil.* 11. *n.* 192. *vol.* 1.

37.

38. Quoniam ut ait WAREMUND. ab EHRENBERG. *tract. de regn. subsid. & oner. subd. cap.* 6. *n.* 11. ut sævissimæ feræ in montibus sunt ursi & leones, sic in urbibus publicani & calumniatores; Et quantæ audaciæ ac temeritatis sint publicanorum factiones, nemo est qui nesciat, idcirco Prætor ad compescendam publicanorum audaciam edictum proposuit ut ait ULPIAN. *l.* 12. *in princ. ff. de publican.*

39. Omni itaque studio invigilet Magistratus oppidanus, ut quanta fieri poterit modestia & lenitate, sine noxa, crudelitate & injuria exactores collectam cogant, ne sese acerbos vel contumeliosos præbeant, sed moderatos benignos & cum instantia humanos, uti de creditoribus monet JCtus *l. si bene* 13. *ff. de usur.* Nam proh dolor hodie ut ex GAIL. conqueritur KLOCK. id non servatur contra misellos, & pauperes rusticos, addo cives, à quibus nostra tempestate leonina fit executio. *de contrib. cap.* 18. *n.* 273. & sic sæpe sacrum ærarium fit cruentarum prædarum receptaculum ALTHUS. *polit. cap.* 11.

Hinc non statim permittet Magistratus ut agri ob restantes collectas in commissum cadant. Intolerabilis enim est & plane impia exactio & collatio, quæ ita excedit laboris fructum, ut rebus malint possessores ipsis cedere, quam pro illis taxatam erogationem præstare, quæque omnem prorsus spem victus parandi possessori adimit. Exactio collectarum debet esse delibatio bonorum non diminutio, ut ait idem AUTHUS. *d. cap.* 11. 40.

Incidit hic quæstio an probandus sit mos, ut ostium vel janua domus auferatur debitoribus tributariis. Hoc negat GOTFRED. *ad L. cætera* 41. §. 7. *ff. de legat.* 1. *lit. H.* propter conservationem publici ornatus in omnium oculos 42.

los incurrentis, cui & illa ratio accedit, indignum videri, violare miſelli alicujus penates ac pandere hoc pacto ejus nuditatem, & rem anguſtam unicuique exponere. Sane exactio illa eſt valde exorbitans & ſummæ indigentiæ teſtimonium præbet, ut nec talem executionem paſſus apud vicinos aliosque tantum fidei conciliare poterit, ad mutuo ſumendam pecuniam, quod benignitati Magiſtratus conveniens non eſt.

42. Interim tamen in Belgio mos *ille* invaluit nec iniquus eſt, ſi contra moroſos agendum qui non immerito quia Cæſari dare nolunt quæ Cæſaris ſunt, quibus & non facultas ſed voluntas ſolvendi deeſt, competenti indignationi ſubjiciuntur ut volunt IMPP. *in l. 2. C. de cenſib.* quo caſu januæ ablatæ non reſtituendæ antequam debiti memores, penſitationes rite impoſitas lege æqualitatis præſtiterint.

43. Quæritur an in Municipiis ii qui prætendunt ſe plus ſolviſſe, habeant actionem adverſus illos qui minus ſolviſſe dicuntur. Quod licet affirmari videatur tum *arg. l. Rhodia de jactu* tum quod ſi univerſitas obligatur, ſinguli pro viribus teneantur, atque omnes de Municipio ſunt correi debendi & in ſocietate quadam civica conſti-

44. tuti; Attamen rectius negatur, quia nulla eſt obligatio contracta nec hypotheca vel expreſſe vel tacita nominata, atque quod magis eſt hujusmodi collectæ militares ſunt quoddam indebitum, ad cujus ſolutionem nemo tenetur, *l. pr. & §. 1. ff. de O. & A.* interim Magiſtratus Municipalis, quod ſuum in hoc paſſu erit, faciat, idque quod reſtet, exigat, atque in omnium utilitatem impendat.

Quo & illud contribuit, quod ſpoliari in hoc civitas ſeu Municipium dicitur, ſi Municipes ſinguli onera uſitata & ordinaria agnoſcere renuunt *C. querelam de Elect. c. ſuborta ibique Innoc. in pr. de re judic.* COMPOSTEL. *in C. mandato de reſcript.* INNOC. *in cap olim 3. de reſtit. Spol.* BALD. *conſ. 425. in fine primi dubii verſ. imo litem lib. II.* ABB. *conſ 23. circa fin. lib. II.* 45.

Magiſtratus Municipalis ratione harum collectarum in concurſu & puncto prioritatis omnibus cæteris creditoribus etiam expreſſam hypothecam anteriorem habentibus præfertur *l. 4. C. in quib. cauſ. pign. tacit. contrah. l. 1. C. ſi propter public. penſit.* ad quod facit ut optime ſcribit HUG. GOT. *de jur. bell. & pac. c. 1. n. 6.* Reipublicæ, quis magis ad uſus & onera publica obligatur quam cuivis creditori. 46. 47.

Prioritas illa ante alios credito- 48.

 res

res obtinet etsi hi ante impositam collectam jus pignoris acquisiverint CARPZ. *p.* 1. *constit.* 28. *def.* 48. quia bona civium pro tributis & aliis oneribus quæ debentur Magistratui per receptionem juris civitatis ex eo tempore quo cives fiunt, adeoque etiam pro tributis futuris obligata sunt *l.* 1. *in quib. caus. pign. tac. l. aufertur.* 46. §. 3. *ibique gloss.* 4. *Dd. ff. de jur. fisc.* quod jus non superiori tantum sed Magistratui superiorem recognoscenti competit BEUTH. *de jur. prælat. p.* 1. *cap.* 12. KOPPEN. *decis.* 28. *n.* 21. CARPZ. *d. const.* 28.

49. Et quicquid in causis contributionum statuit, de his nulla appellatio vel provocatio, neque quoad effectum suspensivum impetratur BALD. *cons.* 138. *n.* 3. *lib. I.* BURSAT. *cons.* 16. *n.* 76. *lib. I.*

50. Ratio autem cur in causis tributorum levato velo procedatur, hæc est, quia res ob quas collectæ penduntur publicæ necessitatis causa, nullam patiuntur moram, quales sunt hostium incursiones & militares expensæ ut ait Imperator JUSTINIAN. *nov.* 8. *cap.* 10.

51. *& nov.* 16. *cap.* 2. Et quidem in causa collectarum processus est summarius & ab executione incipi potest, si collectæ sine controversia sint debitæ, perinde acsi ordinaria essent munera, atque ita exactorum intentio est fundata. Item si debitores sunt redacti vigore catastri in numerum debitorum ordinariorum KLOCK. *d. tract. cap.* 18. *n.* 26. 27. Secus ergo est si an sint debitores adhuc 52.
dubitatur, vel ubi opponuntur exceptiones fundatæ in jure & sic comparatæ, ut aptæ sint ad exemptionem & excusationem allegantium & ubi reipublicæ ex mora nullum imminet damnum vel incommodum, tum pro discutienda causa tributorum ordinarius processus admittitur BOER. *decis.* 132. *n.* 3. CACHERAN. *decis.* 86. *n.* 7. GAIL. 1. *obs.* 20. *n.* 5 *&* 8. COTHM. *cons.* 11. *n.* 190. COLER. *de process. execut. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 37.

Ratio est in promptu, nam ta- 53.
les litigantes, non sumendi ac si de publicis muneribus & debitis litigarent, ita ut ex ista lite Reip. quid decedat, sed quia saltem controversia est de jure cujusdam privati & de tali quod altioris adhuc est indaginis MEV. 5. *decis.* 186. *n.* 6. & 7. Si & controver- 54.
sia est non de immunitate omnimoda sed saltem ratione quotæ, tunc lite pendente debitor non cogendus ad integram solutionem, sed tantum juxta solitum. *l.* 1. *C. de censib. in verb. pristinam possessionem agnoscant.* KLOCK. *dict. cap.* 18. *n.* 42.

Ca-

Caput XVII.

DE JURE CIVIUM LITIGANTIUM CONTRA MAGISTRATUM MUNICIPALEM OB COLLECTAS.

SUMMARIA.

1. *Municipes victores an ad collectas pro sumptibus litis contribuere teneantur?*
2. *Onus collectationis omnes indistincte ligat.*
3. *Qui sentiunt lucrum etiam incommoda sentire debent.*
4. *Victor ut expensas adjudicatas sibi ipsi pro parte solvat absurdum est; Eine Gans mit ihren eigenen Schmaltz begiessen.*
5. *In dubio pro majore parte præsumendum est, donec minor pars contrarium ostendat.*
6. *Senatus si est contra Senatum, quis dicatur Senatus?*
7. *Præsumptio juris ante decisionem semper est pro Magistratu.*
8. *Cum Magistratu non contendendum.*

1. Hic ventillanda saltem venit hæc quæstio: Municipales quidam contra Magistratum in lite fuerunt, in qua Magistratus succumbit atque in expensas damnatur, Magistratus ut satis faciat sententiæ, aliis modis omnibus destitutus collectam universitati imponit, quæritur an quotam (quæ jam contigens noto sed barbaro vocabulo dici volunt) suam victores Municipales pensitare cogantur. Quod probatur CAVALCANO *decis.* 22. *n.* 20. COSTÆ *quæst.* 80. *n.* 3.

2. (1.) Cum desunt alia media solutionis *ut praced. cap.* insinuatum est, Municipium licite & necessario ad collectas confugit, quo præsupposito Municipales, etsi sint victores, onus tamen collectationis quod omnes indistincte ligat, excutere non possunt.

3. (2.) Municipium si in aliqua controversia tam quoad causam ipsam, quod quoad expensas triumphet, expensas illas seu expensarum lucrum potius in bursam publicam quam ad singulorum emolumentum mittit, ergo & ex adver-

verso Municipes qui alias in victoria Municipii lucrum sentiunt & in succumbentia onus indifferenter portare debent *per vulgar. l. secundum naturam ff. de reg. juris.*

4. Verum enim vero, cum absurdum videatur ut victor sibi adjudicatas expensas ipse solvere pro parte teneatur *arg. l. properandum §. sin autem alterutra C. de judic.* quod Germani eine Gans mit ihren eigenen Schmaltz begiessen / in proverbio efferunt, & cum hæ expensæ in pœnam temeræ litigationis adjudicatæ sint, debent cedere aliorum damno & ejus lucro qui obtinuit, absque ulla diminutione neque directo neque per indirectum *l. id quod pœna 74. ff. de solut.* Deinde ejusmodi collecta vix sine partialitate quadam & rancore indici & exigi poterit, recte communis à prætacta opinione secessum fecit GREVEL. *decis. 69. n. 6.* ubi per multos allegat inter alios autem PANORM. *in C. cum inter canonicas de Elect. & Elect. potest. n. 6* ubi ita dicit, quando est dissensio inter illos de capitulo super juribus capitularibus, si ligat major pars contra minorem, major illa pars potest constituere procuratorem qui habebit expensas à capitulo, nam hoc appellatur capitulum uti est major pars; Et in dubio præsumendum est pro majori parte, donec minor ostenderit causam legitimam contra majorem: Sed si lite finita judicatum est, majorem partem injustam causam fovisse, debet satis facere de proprio. 5. 6.

Ex quo loco præter decisionem motæ quæstionis, hæc duo notanda Theoremata. (1.) Sin in Municipiis Senatus sit contra Senatum, collegium contra collegium, universitas contra universitatem, eum dici proprie Senatum, eam universitatem, à cujus partibus stat major pars. 7.

(2.) Præsumptionem juris ante decisionem causæ semper pro Magistratu esse.

Caveant autem sibi boni Municipes, ne cum Magistratu suo litigent, cum Magistratu enim contendere, non stultitia sed insania est, qui sumptuose perire vult, controversias alat contra Magistratum, rarissima hic victoria si quæ tamen est, sine graviore damno non est, & minus perdit, qui se vinci liberaliter permittit, recte SENECA: Cum pari contendere anceps est, cum inferiore sordidum, cum Superiore furiosum, *lib. II. de ira cap. 34.* DREXEL. *in Phaeth. cap. 10.* 8.

Ca-

Caput XVIII.

DE MUNICIPIORUM JURE CONCEDENDI IMMUNITATEM.

SUMMARIA.

1. *Jus concedendi immunitatem est de Regalibus.*
2. *Concessio hæc fit in Principis præjudicium.*
3. *Princeps non censetur aliquos eximere ut cæteri graventur.*
4. *Municipia quatenus possint concedere immunitatem?*
5. *Municipales concedendo aliquibus immunitatem, integrum tamen Principi solvunt.*
6. *Interpretatio* l. vacuatis 9. C. de Decurion.
7. *Municipium in sui, non Principis præjudicium quid concedere potest.*
8. *Integra universitas concurrere debet ad concedendam immunitatem.*
9. *Immunitas consuetudinaria concessa neonuptis.*
10. *Concordat eo jus Divinum.*
11. *Immunes sunt ad tempus, in Municipia refugi, ob belli calamitates.*
12. *Immunitas illa restringitur ad onera personalia non ad realia.*
13. *Quando immunitas hæc concessa revocari nequeat.*
14. *Contractus tribuit jus retenibile.*
15. *In contractibus Princeps est loco privati.*
16. *Immunitas concessa ob benemerita an sit revocabilis?*
17. *Privilegium ob benemerita, non est gratuitum.*
18. *Immunitatis privilegium est stricta interpratationis.*
19. *Immunitas* von bürgerlichen Beschwer *quid importet?*
20. *Bona cum onere & conditione sua transeunt.*
21. *In materia onerum non valet argumentum à simili.*
22. *Formula concedendi immunitatem ab omnibus oneribus.*
23. *Viduæ exemtorum quatenus immunitate gaudeant.*
24. *Exemptio restringens privilegium ad vitam personæ.*
25. *Quod si prilegium sit restrictum ad personam?*
26. *Mariti censentur prospicere uxoribus suis.*

27. *Liberi non fruuntur jure paterno personali ob officium concesso.*
28. *Onera personalia filii non sustinent nisi facti cives. Exceptio.*
29. *Exemptio collata in personas liberorum vi contractus.*
30. *Præscriptio immunitatis.*
31. 32. *Requisita ad præscriptionem immunitatis.*
33. *An in hac præscriptione requiratur titulus?*
34. *An bona fides?*
35. *Contra recognitionem superioritatis cessat præscriptio.*
36. *Amittitur immunitas spontanea præstatione onerum.*
37. *Spontanea solutio quæ sit?*
38. *Quatenus velle non credatur qui obsequitur Imperio Superioris.*
39. *An ad amissionem immunitatis requiratur lapsus temporis longissimi?*
40. *Quatenus quis ante lapsum istius temporis solvendo sibi præjudicet?*
41. *Renunciatio sapit naturam donationis.*
42. *In privilegio generali ab omnibus oneribus, unum subeundo, non præjudicatur quoad cætera.*
43. *Municeps habens à Magistratu immunitatem, negatoria actione experitur contra Magistratum.*
44. *Longissimi temporis possessio vel titulata, præsumptionem facit pro possessore.*
45. *Immunitas non nisi parce raroque concedenda & quare?*
46. *Seditiones plerumque originem suam à prlivilegiis & immunitatibus trahuut.*
47. *Æqualitatis laus & inæqualitatis periculum.*
48. *Exemptione laceratur quævis Respublica.*
49. *Immunitas semel concessa defendenda.*
50. *Immunitatis pendente controversia, an prætendentes in immunitate sint conservandi?*
51. *Immunitas competens jure communi est effiacx.*
52. *Exempti contribuere tenentur, quando Municipes soli onera sustinere nequeunt. Responsum Lipsiense.*
53. *Generalis concessio non extendenda ad casus insolitos.*
54. *Necessitas facit probabile, quod non est tale.*
55. *Generalis immunitas ab omni onere non comprehendit casum belli.*
56. *Immunitas sumenda de oneribus quæ fuerunt tempore concessionis.*

57.

57. *Belli tempore tributa immunitas, exceptionem ratione belli non parit.*
58. *Exceptio necessitatis manifesto apparere debet.*
59. *In exceptione necessitatis exemptorum interesse debet averti periculum.*
60. *Necessitas non est quæ evitari potest.*
61. *Immunes saltem tenentur in subsidium.*
62. *Exempti à jurisdictione Magistratus Municip. non subjacent casui necessitatis.*

1. Prout Principis est & ad regalia refertur collectas indicere ut *supra cap. 15. hujus libri* vidimus, ita & concessio immunitatis ab ejusmodi oneribus regulariter etiam Principis est *l. un. C. de his qui à Princip. vacat. accep. l. 2. in fin. l. 11. & 12. C. de excusat. muner.* CRAVET. *cons.* 135. *n.* 2. PARIS. *cons.* 69. *n.* 5. *vol* 1. Et quidem concessio
2. hæc à Principe fit saltem in ipsius præjudicium quando nempe de collecta ipsi solvenda & de summa communitatis tantum detrahitur, quantum facit portio privilegiati LOSÆUS *de jur. universit. part. 3. cap. 9. n. 24.* BOER. *decis.* 313. *n.* 3. GUID. PAP. *de-*
3. *cis.* 393. Princeps enim ut supremus non censetur, quempiam oneribus eximere, ut cæteri durius premantur FEST. *de æstim. part. 4. cap. 7. n.* 63. aut privilegia in alterius tertii ut innocentis injuriam derivare *l. 4. C. de Emancip. lib.*

Sed Municipales quod attinet, 4.
ipsos civibus suis posse concedere immunitatem ex certis causis, ab omnibus oneribus patrimonialibus & personalibus probatur per textum rotundum *l. 1. C. de decret. Decur. sup. immutat.* qui licet videatur loqui de Doctore vel medico idem tamen est de aliis ex justa causa ALEX. *in l. vacuatis C. de decur. in ult. addit. ad* BART. *cons.* 101. *col.* 3. *vol* 1. & *cons.* 30. *in dub. vol.* 5. JAS. *cons.* 101. *col.* 4. *vol.* 4. RIM. *cons.* 175. *col.* 3. *vol.* 1. & *cons.* 217. *col.* 1. *vol. eod.* ROSEAND. *cons.* 13. *n.* 41. *vol.* 3.

Ratio hæc est, quia collectæ 5.
civitati indicuntur, non ut toti aggregato, sed ut singulis civibus quibus absque omni Principis injuria integrum est, portionem in se recipere & de suis facultatibus solvere, quem à tali præstatione volunt esse immunem, nihilominus enim tota summa eaque integra, quam civitati imperavit

 Prin-

Princeps, exhibetur & solvitur LYNOCK. *dissert. de catastris. cap. 6.*
6. *§. 2.* Neque huic sententiæ obstat *l. vacuatis* 19. *C. de decurion. lib. X.* ubi rescribit Imp. *Nec consensu civium vel curiæ præstita cuiquam immunitas valeat, sed omnes ad munerum societatem conveniantur.* Nam textus ille loquitur de eo qui prætextu rescripti vel colore sacræ jussionis prætendit immunitatem quo facit *l. C. eod. tit.* nam Princeps non intendit juri publico derogare, aut jus quod curiæ quæsitum est tollere, ejus enim est curiæ prospicere, non curiæ juribus derogare; Et agitur ibi de muneribus quæ publicam causam concernunt, ubi nec rescripta ad munerum fugam prosunt. *l.* 43. *C. eod.* PEREZ. *ad d. tit. n.* 23.
7. Sententia ergo supra dicta intelligenda & restringenda est ad casum, quo Municipium in sui præjudicium, alicui immunitatem concedit aliter enim non potest BART. *ad d. l. vacuatis* 19. WAMES. *consf.* 1. *n.* 12. *cent.* 2. atque ita satis factum erit quibuscunque, opinionem hanc impugnantibus.

8. Ita autem hoc jus Municipalibus competens temperandum, ne concessio illa redundet in præjudicium Superioris ROSENTH. *de feud. c. 5. conclus. 85. n. 2.* Unde patet non soli Senatui Magistratus hoc competere sed integræ universitati, quia exemptio hæc cæteros non exemptos gravat & onerat LOSÆUS *de tract. p. 3. cap. 10. n. 1.* MEV. *ad J. Lubenc. lib. II. tit. 3. art. 2. n. 20.*

Immunitas illa datur consuetudine, & quidem ad certum tem- 9.
pus, sicut pleræque hodie civitates hunc honorem præstant matrimonio, ut neo nupti primo anno habeant vacationem onerum pub-
licorum, sicut olim Hebræis hoc 10.
privilegii à Summo legislatore concessum, ut qui accepit novam uxorem domi suæ sit immunis annum unum, ut exhilaret uxorem suam quam duxit. *Deut. 24. v. 5.* Præ cæteris etiam quam ma-
xime immunitate gaudere debent, 11.
qui per bellicas calamitates à prædiis & possessionibus ejecti in vicinum Municipium confugiunt. ROSENTH. *de feud. cap. 5. concl. 8. n. 2.* hinc & vectigalium præstatione sunt immunes, non obstante amplissima publicanorum exigendi facultate *l. 15. ff. de publ. & vectig.* MEV. *ad J. Lub. lib. I. tit. 2. art. 2. n. 25.*

Plerumque autem restringitur 12.
concessio ista moribus nostratium ad onera personalia vel mixta, non autem ad realia, ne annus ille immunitatis honori matrimo-

13. nii concessus cæteros gravet; Alia conceditur immunitas ob bene merita, vel mediante pecunia seu pretio convento & soluto, atque ita per modum contractus & permutationis specie concessa, à Municipalibus revocari non potest CRAVET. *cons.* 103. *n.* 15. NATT. *cons.* 242. *n.* 3. SURD. *cons.* 140. *n.* 38. DECIAN. *cons.* 25. *n.* 32. *vol.* 1. CACHERA. *decis.* 139. *n.* 27. PRUCKMAN. *cons.* 39. *n.* 26. *lib. I.*

14. Nam per contractum quis consequitur jus perpetuo retinibile VULTEJ. *consil. Marp. vol.* 3. *consil.* 35. *n.* 112. atque ex tali facto quod primo est voluntatis, sed postea necessitatis, jus alii quæsitum revocari nequit PRUCKM. *de regalib.* §. *soluta potestas cap.* 4. *memb.* 2. *effect.* 5. *n.* 25. Cui re-
15. gulæ etiam Princeps subjectus est, quia eo casu jure privati censetur. *l. digna vox C. de LL.* CAPIC. *decis.* 171. ergo Princeps ut non est dominus elementorum, ita nec contractuum, qui à prædecessoribus inceperunt ut ait BALD. *consil.* 275. *in fin. vol.* 2. Multo magis ergo contractus à Magistratu Municipali & universitate civica initus, est servandus.

16. Sed dices, an non beneficium hoc ob sola benemerita, non interveniente pacto reciproco vel pretio concessum, erit revocabile? Hoc negant CACHERAN. *cons.* 64 *n.* 62. & *decis.* 139. *n.* 28. MENOCH. *cons.* 2. *n.* 139. & *lib. III. præs.* 103. *n.* 13. CAPIC. *dict. decis.* 121. *n.* 16. TUSCH. *lit. G. concl.* 67. *n.* 5. nec sine rationis adminiculo, quia gratia concessa propter remunerationem non est simplex gratia, sed quædam quasi permutatio VULTEJ. *cons. Marp.* 35. *n.* 109. *vol.* 3. ita ut non gratui- 17.
to sed oneroso titulo facta censeatur, ergo ut contractus, sic privilegium ob bene meritum concessum reputatur esse reale & ad heredes transitorium *dict. cons.* 35. *n.* 111. nec illud concedens, videtur exercere meram liberalitatem sed potius naturæ debitum exsolvens PRUCKM. *consil.* 39. *n.* 51. *vol.* 1. KLOCK. *de contribut. sect.* 1. *cap.* 16. *n.* 184.

Immunitatis autem privilegium 18.
quocunque titulo comparatum, est stricti juris, nec ullam extensionem patitur, vel ultra honorem diplomatis vel instrumenti quo concessum est, vires habet *l. semper* §. *immunitatatis ff. de jur. immunit. l. forma quanquam ff. de censib. C. porro ibique gloss. x. de prileg.*

Sic si quis immunitatem gene- 19.
raliter consequatur von bürgerlicher Beschwerden / ea non pertinet ad realia onera sive patri-

 mo-

monialia *l. fin. §. fin. ff. mun. & bonor.* Sicut nec ea quæ simpliciter data est à publicis muneribus *l. 3. C. de mun. patrim.*

20. Et si quis sub dicta clausula acquirat privilegium, & postea ædes sibi comparaverit, illas vi istius privilegii non poterit eximere oneribus realibus, quia bona cum sua conditione ad possessores deveniunt, & licet alias privilegiata, tamen ad munera quæ ipsis incumbunt tenentur *l. cum possessor. 5. §. fin. ff. de censib. l. 1.*

21. *& 2. C. sine censu.* Prout in genere in materia onerum præsertim existente aliqua diversitatis ratione non valet argumentum à simili Klock. *d. tract. cap. 19. n. 617.* Mev. *p. 9. decis. 23.* Sed in ista materia omne simile maxime est dissimile.

22. Quicunque ergo immunitatem cupit ab omnibus oneribus realibus, personalibus, ordinariis extraordinariis, & plenissime, ut nulla obstet exceptionis inseri curet in concessione exemptio, is hæc formalia: Ertheilen ihm das berührte Privilegium, der Exemption/ Immunitet und Freyheit dergestalt und also / daß er hinführo von allem und jeden gemeinen Lasten und beschwerden sie seyn real oder personal, zu Latein onera mixta genannt / sie mögen auch ordinair oder extraordinair seyn / so zu Felde und Krieges-Zeiten oder unvermuhteten und ungewöhnlichen Fällen / unter was für Nahmen es sey/an- und aufgelegt / auf was Art und Weise sie auch eingeführet werden möchten/ ungehindert alles dessen was sonsten in gemeinen Käyserlichen Rechten *l. vacuatis 19. C. de decurion.* und *l. quoties C. de precibus Imp. off.* und allen anderen verordnet / gäntzlich exemt und befreyet seyn sollen &c. Schilt. *exercit. ad ff. 1. §. 25.*

Quo ad viduas exemptorum notandum, quod licet illæ quamdiu in viduitate subsistunt de jure comuni immunitate etiam gaudeant *l. per medicos C. de profess. & med. l. Quoniam C. de privileg. Scholar. l. 2. §. fin. C. de Episc. & Cleric.* nam fides exhibenda est omnibus, sed major adhuc est causa viduarum & pupillorum Ambros. *lib. II. offic. 29.* Eæque perinde habentur, ac si adhuc maritum superstitem haberent *l. fin. C. de bon. matern.* quia sunt pars corporis ejus & maritus longe absens in persona uxoris adesse & in loco residere videtur *l. cum scimus C. de agric. & censit.* Menoch. *A. J. Q. cas. 379. n. 5.* 23.

In quæstionem tamen venire posset, an idem obtineat, quando im- 24.

immunitas ex privilegio vel contractu oritur, ubi præprimis videndum quatenus instrumentum exemtionis restringat privilegium, ad vitam personæ, vel ad personam; Priori casu privilegium est mere personale, personam non egrediens, quia quoties conditio personæ locum facit privilegio, exstincta persona etiam illud cessat *l.* 68. *ff. de R. J.* FABR. *cod. lib. IX. tit.* 28. *def.* 9. *n.* 10. 11.

25. Posteriori casu regulariter exemptio etiam viduæ prodest, propter generalem juris fictionem supra allegatam *per d. l. fin. C. de bon. mat.* tum & ob insignem viduarum favorem in jure repertum, quis enim earum non misereatur ob fata mariti peracerba *l. assiduis §. 1. vers. quis enim C. qui pot. in pignor.*

26. Porro intentio maritorum semper est, ne postea viduæ ipsorum onerentur, & ut jure mariti utantur, atque ita judicatum refert in causa Burgermeister und Rabt der Stadt / alten Stettin / contra der befreyten Personen Witwen. 3. Maj. 1661. MEV. *part.* 8. *decis.* 456.

27. Alia ratio est liberorum, qui licet ratione fori dignitatis, & aliorum beneficiorum sequantur, conditionem patris defuncti, & istius immunitate fruantur, quam ex jure communi habent *l.* 2. *§. fin. C. de Episc. & Cler. l.* 2. *C. de advoc. divers. jud.*

Secus tamen est in illis quæ propter officium vel jus personale concessa sunt, quæ cum persona extinguuntur, & ad successores non transeunt, *l. archiatros 8. verb. quoad vivent. C. de metat. lib. X.* Et personalia onera quod attinet ista filii non sustinent, quam diu jus civitatis non petunt vel assumunt, & tantisper in personas illorum vi jurisdictionis nihil licet, si vero ædes vel alia bona immobilia habent, sub jurisdictione civitatis pro iis obstringuntur ratione rerum, nec jus quod pater officii causa habuit, ad liberos transfertur MEV. *de part.* 8. *decis.* 458. 28.

Nisi per contractum, vel privilegium collata & extensa simul sit exemptio, in illorum personas, qualem concessionem fieri posse multis rationibus elucidat & obmota revellit COTHM. *Resp. Academ.* 15. *n.* 24. 29.

Ultra jam relatos modos acquirendi immunitatem ea & parari potest præscriptione juxta illud JCtorum effatum: Quod est quæsibile privilegio, illud etiam est quæsibile præscriptione SCHRAD. *de feud. part.* 10. *n.* 258. quia privilegium & præscriptio à pari procedunt *l.* 3. *§. aqua ductus ff. de* 30.

aqua

aqua quotid. Ad præscribendam
hanc immunitatem requiritur
primo tempus quadraginta anno-
rum, si scilicet à Municipe intra
illud collectæ non sunt exactæ,
ut quæ præsciptio sine discrimine
contra omnes procedit *l. omnes
C. de præscript. 30. vel 40. ann.*
Klock. *d. tract. cap. 16. sect. 2.
n. 27.*
32. *Secundo* requiritur quasi posses-
sio, nimirum quod cæteri impo-
sitas collectas illo & illo tempo-
re solverint, & is qui præscrip-
tionem objecit, eas non præstiterit
per 40 annos, atque onus pro-
bandi contrarium incumbit ei qui
affirmativam prætendit. Cravett.
consi. 57. n. 9. & consi. 11. n. 111.
Natt. *Cons. 460. n. 12. & con-
sil. 446. n. 14.* Surd. *cons. 234.*
33. *n. 35.* In hac præscriptione titulo
non est opus, sed sine eo ob tem-
pus longissimum perficitur, per
textus satis apertos *l. omnes l. cum
notissimi & l. si quis emptionis* §. 1.
C. *d. tit.* C. *de quarta x. de præ-*
34. *script.* C. 1. *eod. in 6.* Bona fides
etiam in tanto temporis decursu,
sicut in omnibus juribus incorpo-
ralibus quando agitur de liberta-
te præscribenda in dubio semper
præsumitur. Surd. *cons. 234.*
35. *dict. consil. 234. n. 31.* Non re-
pugnat sententiæ huic *l. comperit 6.
C. de præscr. 30. vel 40. ann.*
quæ vult omnem præscriptionem
adversus publicarum functionum
solutionem prohiberi. Quia agit
de tributis quæ in recognitionem
superioritatis penduntur, de qua
nemo cujuscunque temporis be-
neficio liberari potest Gail. 1.
obs. 21. n. 6. Brunn. *add. d.
l. 6.* C.

Amittitur immunitas ab oneri- 3
bus concessa, si ejus conscius spon-
te solvit, & quidem tanto tem-
pore, ex quo de ejus voluntate
constare potest. Quid enim opus
est præscriptione, ubi voluntas ab-
dicantis aperta est, & actus con-
trarii ex libera voluntate proces-
sisse apparet *arg. l. cura 4. princ.
verb. si per vim ff. de muner. & ho-
nor.* Pro spontanea solutione quo-
que habetur, si ea per manda- 3
tum Superioris imposita & exa-
cta est, quia talis non protestans
nec appellans, vel aliis legitimis
mediis immunitatem non defen-
dens, æque pro consentiente &
juri suo renuncіante habendus,
maxime cum copiam superioris
habet, à quo potuit contra inju-
riam inferioris Magistratus defen-
di. Nec obstat *l. velle 4 ff. de* 3
R. J. quod velle non credatur qui
obsequitur Imperio Superioris,
nam agitur ibi de absoluta paren-
di necessitate, non de ea quæ ad-
huc legitimis mediis & remonstra-

tio-

39. tionibus poteſt averti. Aliquando ad amiſſionem immmunitatis requiritur, lapſus temporis longiſſimi ſcilicet cum quis aut per vim adactus ſuſtinet onera aut immunitatis ſuæ ignarus COTHM. *reſp.* 11. *n.* 103. *vol.* 1. *ibique allegat.* Ubi tantum tempus, privilegium exemptionis omnino aufert & extinguit KLOCK. *de contrib. d. cap.* 16. *n.* 200. *ſect.* 1.
40. Ante lapſum iſtius temporis, ſi immunis ſemel vel pluries ſolvat, eo ſibi non præjudicat, quoad futuras ſolutiones, ſed ſolum in eo quod ſolutum eſt, proinde denuo ſolvere juſſus poteſt nihilominus exemtionis ſibi competentis jus allegare, eoque ſe tüeri ac defendere, KLOCK. *cit. loc.*

41. Notandum adhuc, quod quamdiu pro conſervatione privilegii alia poteſt capi conjectura, quod tunc illud per contraventionem non cenſeatur ſublatum, niſi ejusmodi ſit, ut inde neceſſario privilegii inferatur renunciatio, ob eam rationem, quia illa utpote donationis ſpecies facile præſumitur. *C. ſuper hæc. x. de renunciat. C. cum in debito* 25. *ff. de probat.* DECIAN. *conſ.* 43. *n.* 31. *& ſeq.*

42. Tum & obſervandum, quod ſi acquiſitum ſit privilegium generale, ab omnibus oneribus civitatis & aliquis immunitati ſuæ contraveniat, unum ſubeundo, iſtum in hoc uno ſaltem, non autem quoad reliqua ſibi cenſeri præjudicaſſe GAIL. 2. *obſ.* 6. *n* 11. KLOCK. *cit. cap.* 16. *n.* 209. *ſect.* 1.

Municeps gaudens hac immunitate à Magiſtratu conceſſa, negatoria actione experiri poteſt adverſus illum, illa non obſtante urgentem collectarum ſolutionem 43. BART. *in l. ſi. publicanus* §. *in omnibus ff de publ. Dd. in* §. *æque inſtit. de act.* RULAND. *de Commiſſ. cap.* 8. *n.* 17. BESOLD. *conſ.* 79. *n.* 87. *part.* 2.

Et quidem ſi poſſeſſio immunitatis fuerit longiſſimi temporis, 44. vel ſi brevioris, ſed titulata ubi poſſeſſio facit præſumptionem, pro poſſeſſore titulatato, & ubique hic obtinet regula, quod pendente lite nihil innovandum *l.* 1. *ff. nihil in nov. appel. pend.* nec quisquam extrajudicaliter, aut ſine cauſæ cognitione & poſſeſſione dejiciendus MEV. *p.* 4. *deciſ.* 210.
Illud hic obiter ſubjungendum, 45. immunitates hujusmodi non niſi parce raroque concedendas eſſe, qui enim multa privilegia immunitatesque concedit, nervos Reipublicæ incidit, ſeditionibus materiam dat, civesque contra Rempublicam, atque ipſam juſtitiam armat CONT. *lib. V. polic. c.* 7. *&* 18. *n.* 5. Ubi notabiliter addit 46.

omnes ſeditiones, quæ à ducentis retro annis Germaniæ provincias civitatesque concuſſerunt, à privilegiis immunitatibusque originem ſuam traxiſſe: Certum enim eſt, collectam ut onus in plures, diviſum fiere tolerabiliorem VELASQUE *conſ. 99. n. 6.* Nam

Ferre quam ſortem patiuntur omnes
Nemo recuſat - - - -

47. Æqualitas enim, quæ ſemper cordatis Municipiorum adminiſtratoribus ob oculos verſari debet, eſt concordiæ civicæ parens & altrix, inæqualitas autem civium & diſcordiæ inductiva conſervativa & nutritiva, *juxta* PLAT. *de LL. lib. XI.* SOCIN. *conſ.* 21. *n.* 7. *vol.* 3. CEPHAL. *conſ.* 69. *n.* 20. *lib. I. & conſ.* 380. *n.* 1. *& ſeq. lib. II.* TIRAQUEL. *de jure primogen. q.* 4. *n.* 9.

48. Per exemptionem à collectis laceratur Imperium, ſic conſequenter quodvis Municipium inter ſe, per hanc diviſum corruit. KLOCK. *conſ.* 28. *n.* 318. *tom.* I.

49. Sicut ergo non facile concedenda immunitas, ita ubi ſemel legitime impetrata, tanquam aliud jus quoddam commune, tutela ſuperiorum defendenda, ut ne quisquam contra eum gravetur MEV. *p.* 5. *decis.* 223. *n.* 5.

50. Sub hoc caput, tractans materiam immunitatis, non intempeſtive adjicitur & illa quæſtio, quæ à politicis momentoſa ac quotidiana dicitur, an nimirum pendente controverſia immunitatis prætendentes in immunitate ſint relinquendi aut conſervandi? Quod affirmatur ſi exhibito privilegio ſive inſtrumento exemptionis immunitatem ex templo probent; Secus ſi allegent tantummodo præſcriptionem, ratio diverſitatis eſt ibi favor privilegii, hic odium præſcriptionis RAZZAL. *deciſ.* 728. *n.* 2. *& deciſ.* 1429. *n.* 1. LANCELLOT. *conſ.* 58. *n.* 46. *&* 47. HONDED. *conſ.* 79. *n.* 45. *vol.* 1.

Affirmativa quoque obtinet, ſi competit immunitas generalis, non ex privilegio vel contractu ſed jure communi, qualis eſt Clericorum vel eorum de quibus non conſtat quod ſint debitores, illi ſi fuerint gravati non ſaltem audiendi ſed defendendi ſunt. MEV. *p.* 5. *deciſ.* 223. 51

Municipes ſoli ſi tolerare ſumptus bellicos nequeunt, tunc exempti quoque non obſtante jure immunitatis contribuere tenentur FRANSCIS. de ARETIN. *in l. ſi ex toto col.* 7. *in pr. ff. de legat.* 1. quia veri ſimile non eſt, quenquam privatum publica reliquorum omnium ſaluti præferre velle *L. jubemus, C. de SS. Eccleſ.* Cui 52

ac-

accommodari poteſt, quod ait Cic. neceſſitas cogit, quod non habeas aliunde ſumere *lib. III. de orat. conſ. Argent. 9. n. 1. vol. 1.* BURGER. *cent. 2. obſerv. 46.* tale Lipſienſium tradit de anno 1638. præjudicium, Ob nun wohl bemeldte Raths-Perſohnen ſich auf ein privilegium ſo ihnen ertheilet/ beruffen/ danebſt auch ihre vielfaltige Mühe/ Angſt/ Gefahr/ Sorge und Arbeit anziehen und in widrigen Fall ſich ihres Amts zu begeben verlauten laſſen: Dieweil aber dennoch das angezogene Pvivilegium einig und allein von den ordentlichen Soldaten/ und Defenſions-Steur Meldung thut/ und hierüber bemeldte Rahts-Perſohnen/ das jenige/ ſo ſie bey dem Krieges-Weſen ausſtehen/ ratione officii und vermöge ihrer abgelegten Pflicht und Beſtallung zu thun verbunden/ zumahlen auch gantz unbillig seyn wolte/ wann dero Vermögen/ ſo ſich wol nach Gelegenheit der umwechſelnden Rahts-Perſohnen zuweilen hoch belauffen möchte/ von aller Beſchwerung befreyet ſeyn; Dieſelbe aber hingegen der armen Bürgerſchafft zuwachſen ſolte ꝛc. So haben ſich auch ofterwehnte Richtere/ Burgermeiſtere und Rahts-Perſohnen mit dem angeführten Privilegio nicht zu helffen/ ſondern ſie seyn gleich anderen Bürgern/ die Einquartirung tragen zu helffen/ und ihr Vermögen zu verſteuren/ auch weil ſie ſolches bishero nicht gethan/ den aufgelauffenen Reſt abzuſtatten ſchuldig/ mögen auch dannenhero/ wann ſie es gleich begehren/ ihres Amts und des Rahts-Stuhls nicht entlaſſen werden/ Es wird aber gleich wohl ihnen/ dem Richter/ Burgermeiſter/ und Rahts-Perſohnen/ für ihre Mühe und Arbeit ſo ſie bey Einbringung der extraordinari Collecte und Krieges-Steuren haben müſſen/ nach Gelegenheit ſolcher Arbeit/ von denen einkommenden Contributionen eine billige Ergetzlichkeit und Beſoldung ausgemacht und geliefert.

Hæc itaque regula eſt, generalem immunitatis ceſſionem, non extendendam ad caſus inſolitos utilitatemque publicam concernentes, ſemperque neceſſitas præſumitur excepta, ſi ſit tanta, ut ſuppleri nequeat, niſi perveniatur ad exemptos VASQ. *4. controv 6.* MART. *de jurisdict. p. 4 concl. 1. caſ 9. n. 24.* BIDENBACH. *quæſt. nobil 19. n. 2.* 53.

Hoc tempore dormire immunitates ajunt MYNSING. *decad 15. reſp. 1. n. 16.* SCHRAD. *de feud.* 54.

part. 10 *sect.* 1. *n.* 130. atque tum negligere cogimus æqualitatem cum non possumus, evitare necessitatem, ut inquit BALD. *in l.* 1. *C. unde vi n.* 10. *&* 11. necessitas per se facit probabile quod per se non est tale *l. qui potuerunt* 27. *de manumiss. testam.*
55. Licet immunitatis concessio contineat onera tam ordinaria quam extraordinaria, generaliter non concessa, tamen belli, sicut omnis necessitas supervenientis casus non comprehenditur *l. in honoribus.* §. *qui muneris ff. de vacat. mun. l.* 1. *C. eod.* GAIL. 7. *obs.* 52. *n.* 26. FRANC. MARC. *decis.* 457.
56. *n.* 18. Nec enim de aliis oneribus quam quæ tempore concessionis in usu fuerunt, aut præcogitari potuerunt concessio accipienda.
57. Unde iterum sublimitatio hujus exceptionis occurrit in casu quo belli tempore immunitas fuit tributa. MEISCHN. *decis.* 6. *n.* 63. *tom.* 2. *lib.* I. ROSENT. *de feud. cap.* 5. *concl.* 86. *n.* 5. vel de eo dictum & cogitatum alias apparet MYNSING. 4. *obs.* 70. dicens ibi hanc sententiam in Camera approbatam & alias receptam esse, idem testatur HEIG. 1. *quæst.* 18. *n.* 26. MEV. *p.* 8. *decis.* 454. *n.* 6.
58. Ne autem prætextu necessitatis ii mox graventur, quibus jura adversus functiones civiles non immerito favent, quales sunt verbi D. Præcones, scholarum Præceptores, aliique Reipubl. perutiles, quorum privilegia invidorum livore acriter sæpe impugnari solent, hæc notabilia observanda veniunt (1.) Ut non sufficiat quamvis necessitatem obtendi, sed ut illa manifesto appareat, ac non saltem prætendatur sed reperiatur, ergo patescere debet periculum præsentissimum præ foribus esse & necessitatem omne moderamen omnemque moram recusare; Cæte- 5
roquin ex falsa & non manifesta causa privilegiatis eripi immunitatem, summa foret iniquitas. (2.) Ut exemptorum simul intersit averti periculum imminens, atque si non avertatur, simul in ipsos quoque redundet sicut á contrario exemtus á causa, etiam exemptus est ab onere GAIL. 2. *obs.* 52. *n.* 15. & liber á causa, liber quoque est ab effectu NATTA. *cons.* 175. *n.* 5. *&* 6. SURD. *decis.* 275. *n.* 8. (3.) Ut aliud
non superfit remedium quam one- 6
randi exemptos, nam vera non est necessitas quæ se evitare sinit *l.* 2. §. 2. *ff. si quis caut. jud. sisti.* sed
fictæ & declinabilis. (4.) Ut 6
qui oneribus sunt obnoxii, istis plane non sufficiant, quia immunes saltem tenentur in subsidium MEV.
p. 7. *decis.* 144. (5.) Casus neces- 6

cessitatis non erit extendendus ad eos, qui à jurisdictione plane sunt exempti, qui perinde habentur ac ac si in civitate non essent, ideo in eos Magistratui nihil potestatis erit, quia onera subditis & incolis jurisdictioni obnoxiis imponuntur. *l. rescripto §. fin. & l. munerum §. patrimoniorum ff. de muner.* GAIL. d. *obs.* 52. *n.* 13. & qui exemptus est ab onere. Nec sequitur immunes tempore necessitatis, collectis aliisque oneribus subjici, ideo etiam potestati urbani, Magistratus submittendos esse MEV. *p.* 8. *decis.* 2. KLOCK. *d. tr. cap.* 2. *n.* 92. *&* 104.

Caput XIX.

De MUNICIPIORUM JURE GABELLARUM SIVE ACCISARUM.

SUMMARIA.

1. Accise Accisen *non deducitur à Gallico.*
2. *Dicitur ab acidendo.*
3. *Gabella unde?*
4. *Hispanicum Alcavala idem denotans unde originem traxerit?*
5. Zise/ Accise/ Ungeld.
6. *Accisia universalis competens territorii Dominis.*
7. *Accisia particularis qua?*
8. *Cui usui pendi soleat?*
9. *Datiorum vel accisarum jus habent Municipia.*
10. *Ad illius pensitationes coercitione aliqua cives suos constringere possunt.*
11. *Ascise non jure quodam regalium, sed loco certi cujusdam reditus consensu civium exiguntur.*
12. *Jus accisarum acquiritur pacto.*
13. *Tacita Principis concessione vel expressa.*
14. *Praescriptione.*
15. *Tempus immemoriale afficit Regalia.*
16. *Accissiae jure non abutendum.*
17. *Municipium accisias jure proprio possidet & idcirco contra omnes contradictiones tutum est.*

18. *Communis dispositio est jus certum.*
19. *De hisce accisis Principi rationem reddere non coguntur.*
20. *Municipium etiam vicinis & forensibus accisarum gabellas imponere potest.*
21. *Extranei ob hoc nullam actionem contra Municipium habent.*
22. *Gabellæ sunt fructus jurisdictionis.*
23. *Gabellarum exactio est odiosa.*
24. *Exactiones accisiarum non sunt particulares.*
25. *Gabellæ impositio est gravior collecta.*
26. *Cives per crebram harum impositionem gravantur.*
27. *Civitates quædam Imperiales gabellas non imponunt inconsulto Imperatore.*
28. *Vectigalia sunt magis odisa gabellis.*
29. *Gabellæ principaliter respiciunt cives.*
30. *Inspiciendum quid principaliter agatur.*
31. *Cuilibet venditori licitum est augere pretium rei vendendæ.*
32. *In accisa solvenda æqualitas est servanda.*
33. *Accisæ impositio ne sit excessiva.*
34. *Accisarum jus licite acquirunt Municipia.*
35. *Cur auctio accissarum sit licita.*
36. *In accisis imponendis & augendis tutius consensus Superioris requiritur.*
37. *Cives & incolæ contra accisias hasce quod quærantur non habent.*
38. Accise-Meister / Accise-Herren.
39. Accise-Zetteln Accise-Zeichen.
40. *Libri accisarum habent vim probandi.*
41. *Quid si quis schedulas vel signa accisæ amittat?*
42. *Accisias debens compensationis exemptione uti nequit.*
43. *Accisiæ quibus potissimum rebus imponendæ?*
44. Korn-Brantewein-Accise *cur maxime licita.*
45. *Ejus abusus.*
46. *Cur detestandus?*
47. *An vino imposita accisa etiam extendenda ad vina medicata.*
48. *Quænam frumenta ab accisia onere exempta?*
49. *Immunitas ab accisia probanda.*
50. *Defraudatio accisæ.*

51. *Perquam est vulgaris.*
52. 55. *Pœna defraudationis hujus.*
53. *Quid si socius in re communi accisam defruudet.*
54. *Quid si mandatarius vel famulus in eo delinquat.*
56. *Res furtiva, furis culpa non solventis gabellam incidens in commissum an Dominus eam repetere possit?*
57. *Defraudatio accisiæ non fit sine dolo.*
58. *Quinquennio perscribitur huic actioni.*

1. Accisæ vocem quidam derivant à Gallico *assis* id est *assidens*, quia telones & publicani in suis teloniis semper sedent & in prædam quasi excubat; Sed inepte hanc peregrinam originem, Latinæ voci affingimus, cum potius Gallicum illud ab *accisa* descendat.

2. Quod vocabulum deducitur à τῷ *accidere* i. e. circumcidere, ablimare, quia mensuræ & pondera attenuantur, weil man dieser Beschwerden halben / die Pfunde und Maaß ringert / vel weil es von den gekaufften Guth geschnitten wird / quasi de rebus quid accisum in ærarium conferatur KLOCK. *de contribut. cap.* 1. *n.* 271. & 310. MYLER. ab EHRENBACH. *de Princ. & stat. Imp. p.* 2. *cap.* 65. §. 2. FRIED. MIND. *de mand. lib. II. cap.* 42. *n.* 16.

3. Gabella descendit à Germ. Gabe / cujus diminutivum ita rediderunt, Itali & Galli. Quibus & *la gabelle* est opulentissimum illud salis vectigal, THOLOS. *syntag. lib. III. cap.* 10. *n.* 3. Datia Ital. *Daci* à dando.

Hispanis dicitur *Alcavala* quæ vox originem sumsit, cum Rex Alphonsus XII. ad depellendos Mauros etiam Nobilibus tributum imponere, qui ut privilegia sua illæsa servarent dixerunt: *Tributo no daremos, mas daremos al que vala tanto, como lo que pide:* Ex quibus verbis *al que vala tanto* id est: *quod aque valet tanti* postea invaluit gabellæ genus, cui nomen impositum *alcavala* post FRAGOSUM *de regim. Reip. Christian p.* 2. *lib.* III. *disp.* 8 §. 2. *n.* 19. KLOCK. *de ærar. cap.* 78. *n.* 22. *lib. II.* 4.

Germanicè dicitur Zinse / Accise / Umgeld / weil es umgelegt wird / oder umgehet / und einen jeden betrifft / unde postea corrupte Ungeldt / quasi pecunia indebita dicta fuit WEHNER. *observ. voc.* Ungeldt / vocatur & Licent / Imposten, Steuer / Accise &c. 5.

Dividitur accisa in *universalem* sive majorem, quæ à Principibus, & Dominis territorii loco tributi 6.

im-

imponitur & penditur de rebus omnibus victui & amictui inservientibus, diciturque *Licent* sive
7. Consumptions- Accise: Vel *particularem*, quæ quasdam saltem res consumptibiles tangit, ut vinariam, cerevisiariam, frumentariam, & mercatoriam, pro cujusque loci consuetudine, de qua
8. hic nobis res est. Cujus juris datiorum, vel accisarum, Municipales regalibus destitutos, capaces esse, eosque ex justa causa (sine qua imponi non debent *l. 12. ibi. ne plus poscatur C. de oper. publ.*) decreto universitatis sine licentia etiam Superioris exigere docent JCti.

9. Exactiones hæ ad usum & indigentias Municipii, ex gr. ad reparationes viarum, murorum pontium &c. pendi solent. MINDAN. *de mandat. lib.* II. *cap.* 42. *n.* 16. Nam civitates multis indigent subsidiis & sumptibus tam ad necessaria *arg. l. si quid.* 117. *& legat. 1.* quam ad honorem & ornatum *l.* 122. *eod.*

10. Et ad hasce pensitationes, etiam aliqua coercitione cives suos constringere, commissasque merces sibi vindicare posse, docent GLOSS. *in l. 1. §. fin. verb. proconsf. ff. quod cujusque univers.* PETR. de UBALD. *de collect. in* 1. THESS. *decis.* 257. *n.* 1. BURSAT. *cons.* 159. *n.* 1. *&* 2. *vol.* 2. HEIG. *lib.* I. *quæst.* 17. *n.* 45. MUSCORN. *de jurisdict. n.* 149. OBRECHT. *de jurisd. cap.* 12. *n.* 20.

Cum hæ accisæ non jure quodam regalium & superioritatis, sed loco cujusdam certi reditus, qui serviat usibus & indigentiis civitatis, spontoneo & voluntario civium consensu imponantur, idcirco à quovis Municipio etiam regalia & jurisdictionem non habente etiam ut jam dictum sine consensu Superioris hoc fit, & fieri potest *post.* RUIN. *cons.* 116. *n.* 13. *vol.* 4 PARIS. *cons.* 25. *n.* 3. 58. 69. 71 *&* 93. *& cons.* 29. *n.* 93. *vol.* 1. ALBERT. BRUN. *cons.* 49. HIERON. PAP. *cons.* 34. *n.* 1. *&* 2. INGOLSTAD. *cons.* 1. *n.* 49. *tom.* 1. *Lipsiens. cons.* 38. *& seqq.* KLOCK *cons.* 44. *n.* 36. *tom.* 2. 11

Hocque jus accisiarnm Municipia acquirunt, vi conventionis & pacti cum civibus initi, RULAND. *decis. jur. controvers. clas.* 2. *quæst.* 12. HENRIC. KLOCK. *de vectigal. concl.* 12. *lit. B.* ad quod majoris partis consensus sufficit KLOCK. *d. tract. de vetig. concl.* 11. *lit. E. & concl.* 13. *per tot.* 12

Vel secundo accquiritur tacita Principis concessione publicæ necessitatis causa, cum sine ejusmodi præstationibus, nec esse nec manere possit civitas, ut loquitur MAR. ANTON. PEREREGRIN. *consil.* 13

sil. 2. n. 8. vol. 3. Recteque illas exigi judicant BART. *& Dd. in l. 1. §. 2. ff. quod cujusque univers.* FRANCISCUS LUCAN. *de fisco. n.* 95. ALPHONS. de AZEVED. *ad constit. Regn. Hispan. lib. V. tit.* 25. *n.* 27. MANTIC. *de tacit. & amb. conv. lib.* III. *tit.* 10. *n.* 65. CAMIL. BORELL. *in dec. orb. univ. tit.* 44. *n.* 429. Vel tertio concessione expressa, sicut omne privilegium acquiritur.

14. Tandem & accisiæ obtinentur præscriptione, & quidem tali, cujus origo memoriam excedit *c. 26. præterea x. de v. s.* MAUL. *de homag. tit. 10. n. 15.* DECIAN. *consil.* 41. *n.* 110. *vol.* 2. WESEMB. *consil. 45. n. 22.* ROSENTH. *de feud.*
15. *cap. 5. concl. 83. n. 6.* Tempus enim immemoriale Regalia majora & minora afficit SIXTIN. *de Regal. lib. I. cap.* 5. *n.* 143. GEBH. *de usucap. cap. 5. n. 11. & seq.* habeturque loco tituli sive consensus Superioris *c.* 1. *de præscipt. in* 6. Imo concessionis, privilegii, constituti, pacti, expressi decreti, instrumenti publici, denique veritatis vim habet SCHRAD. *cons.* 20. *inter* BORCHOLT. *cons. vol.* 2. KLOCK. *cons. 146. n.* 34.
16. *vol. 3.* Ubi tamen habent quod advertant civitates, ne per privilegium vel præscriptionem acquisito hoc jure accisiæ abutantur & fines præscriptos vel concessos transiliant *l. 4. C. vect. nov instit. non poss.* BORNIT. *de arar. cap. 4. n.* 1.

Hasque accisias Municipium jure proprio possidere præsumitur, & ob hanc solam præsumptionem juris, qua quilibet possidere præsumitur, ut Dominus, & jure proprio, Municipium adversus omnes contradictiones & turbationes etiam Superioris tutum est, donec contrarium probetur CURT. JUN. *cons. 165. n.* 33. CEPHAL. *cons.* 4. *n.* 39. SURD. *cons.* 19. *n. 7. & cons. 74. n. 7. & cons.* 94. *n.* 35. KLOCK. *dict. cons. post n. 38.* 17.

Sufficitque hoc jus regulare & commune esse omnibus Municipiis, quod Principes tanquam justitiæ Antistites infringere vel tollere non solent, nam qui pro se habet communem dispositionem, jus certum habere dicitur *l. si ab ea parte 5. ff. de probat. ibique* BART. *n.* 1. CURT. JUN. *cons.* 65. *n.* 23. *cons.* 77. *n.* 4. *v.* 1. *cons. Marp.* 34. *n.* 47. *vol.* 1. *& consil. 14. n.* 137. *vol.* 2. 18.

Nec Municipales de hisce collectis Principi rationem reddere coguntur THOM. MICHAEL. *de jurisd. concl.* 137. Municipium autem non tantum sibi suisque, sed & vicinis & forensibus hujusmodi gabellas, sine consensu etiam Princi- 19. 20.

pis imponere potest, quod intelligas, si ob urgens æs alienum aliasque publicas necessitates, accisias mercimoniorum auget vel duplat, quod facere potest *per jura alleg. in cons. Marp. vol. 1. cons. 1. n. 6.*

21. Et ob hoc extranei conquerentes, actionem adversus Municipium pro suo interesse nullam habent
22. *d. cons. 1.* Quæ tamen intelligenda sunt de Municipio, mero mixtoque Imperio prædito, nam jurisdictio omnium onerum imponendorum radix & fundamentum est THOMAT. *de collect. in princ. n. 7.* DECIAN. *cons. 41. n. 41. vol. 2.* COTHM. *resp. 11. n. 34.* Omnisque collectarum potestas, aliorumque munerum impositio a jurisdictione dependet, *l. munus 214. ff. de V. S.* Ejusque vigore gabellæ tanquam fructus jurisdictionis exiguntur BURSAT. *cons. 161. n. 31.* KLOCK. *d. ærar. l. 2. cap. 59. n. 21.* & gabellarum exactionem esse juris & Imperii argumentum dicit SCHRAD. *de feud. p. 10. sect. 5. n. 176.* COTHM. *vol. 3. cons. 47. n. 68.* CRUS. *de jur. Mind. tit. 2. decis. 6.*

23 Verum sententiam hanc adductis rationibus dubitandi & decidendi impugnat KLOCK. *in tract. de contrib. cap. 5. a. n. 121.* ad 180. Statuens ne dicam civitates Municipales sine consensu Superioris, sed nec Imperiales inconsulto Imperatore ejusmodi accisias imponere posse, præcipua ejus argumenta huc collimant, quia nova exactio ut vectigalium sic & gabellarum est odiosa *l. 2. & 3. C. d. tit. vect. nov. inst. non posse l. licitatio §. quod illicite C. de publ. & vectigal.* Deinde quia hæ 24
exactiones non sunt particulares & privatæ, ut per eas soli cives graventur, sed & necessario simul Clerici forenses, advenæ, peregrini iisdem afficiuntur; Tum 25
quod gabellæ impositio gravior est collecta, quia illâ propter res ad victum necessarias magis gravantur, quam hac, cum collecta imponatur pro viribus patrimonii, ut qui multum habet, multum etiam solvat quæ proportio in gabellis servari non potest. Por- 26
ro si harum impositio sub prætextu necessitatis licita est, crebrius cives iisdem gravari, jura Principis exinaniri, & tandem ad nihilum redigi possent.

Ultimo dari civitates Imperia- 27
les quæ si gabellas ejusmodi imponere volunt, id non aliter, quam consulto Imperatore faciunt sententiæ huic superstruit MEV. *p. 7. dec. 158.* sed refutationem ei solide opponit KNIPSCHID. *de civ.*

7.

28. *J. lib. II cap.* 19. *n.* 31. *& seq.* atque ad primum reponit illationem istam saltem procedere in vectigalibus, quæ à gabellis in eo differunt, quod ea principaliter forensibus & extraneis imponuntur, unde sine Imp. & Electorum consensu institui non posse, quod secus est in gabellis & accisiis quæ civibus & subditis principaliter in-
29. junguntur. Ex quo fluit responsio ad *secundum*, scilicet ex accidenti, & per consequentiam saltem gabellas concernere Clericos forenses, quia ea onera sunt consecutiva contractus MASTRILL. *decis.* 7. *n.* 14. *lib. I.* CÆPHAL. *Commun. opin. quæst.* 713. ratione quorum quilibet forum sortitur & consuetudinibus loci obligatur, *l.* 6. *ff. de evict.* CAPIC. *decis.* 148.
30. §. 7. quia voluntarie in tali loco contrahunt, Hinc statutum quod per accidens etiam Clericis nocet, si principaliter in eorum odium non sit latum, sustinentur, RUIN. *cons.* 111. *n.* 15. *lib. V.* NATTA. *cons* 500. *n.* 6. Semperque inspiciendum id quod principaliter agitur, non habita ratione eorum, quæ ex accidenti & per consequentiam fiunt *l. cum quid l. si quis causam ff. de reb. cred. l.* 1.
31. *pr. ff. de auct. tut.* Hinc & nihil aliud præstant Clerici & forenses quam pretium paulo auctius, quod Magistratus Municipalis, rebus venalibus constituere potest, *per l.* 1. §. *cura* §. *de off. præf. urb.* Imo cuilibet venditori permissum est, tanti vendere quanti emptorem invenire potest *l. in causa* §. *pen. ff. de minor.* Si enim hoc privatis licitum est, quanto magis Reipubl. illud concedendum FERRAR. *dict. consil. Marp.* 1. *vol.* 1. *n.* 12. Ad *tertium* quod utique 32.
etiam in accisa solvenda æqualitas servetur, quia licet pauperes cogantur emere, plura tamen emunt divites, propter majorem familiam & lautiorem victum quo fundamine utitur idem KLOCK. *tract. de ærar. lib.* II. *cap.* 78. *n.* 19. Ad 33.
quartum, impositio non excessiva esse, nec ad alium fieri debet usum, quam ut Reip. inserviatur, ejusq; onera supportentur, quibus si forte privati graventur, magis respiciendus publicus favor cujus intentio quam maxime attenditur TUSCH. *lit. S. concl.* 659. *n.* 9. quam privatorum commodum. Ad *ultimum* si quædam civitates gabellarum imposi- 34.
tionem ab Imperatore petierunt inde tamen non sequitur quod hoc præcise fieri debeat; Pari modo refutationem instituit alleg. CRUS. *ad J. Mindens. tit.* 2. *decis.* 6. De Nobilibus Sueviæ tradit KNIPSCH. *d. c.* 19. *lib.* II. *n.* 31. quod in pagis suis hoc jus passim exerceant;

Et ipse KLOCK. *cit. cap. 5. de contribut. n.* 181. sponte concedit civitatibus provincialibus jus hoc gabellarum, si illud vel privilegio, vel antiqua consuetudine vel præscriptione acquisiverint, eamque acquisitionem approbat post ROL. â VALL. *cons.* 92. JOSEPH. LUDOV. *concl.* 15. *illatione* 38. *& consultat. Argentor. cons.* 2. *n.* 2. CACHERAN. *decis.* 29. *n.* 7. *& decis.* 30. *n.* 15.
53. MOLIN. *de Hisp. primogen. lib.* II. *cap.* 6. *n.* 13. In auctione accisiarum idem juris est; Nec habent quod rustici vicini super auctione gabellarum conquerantur, cum & illi edulia sua pro lubitu quæ in civitatibus venum exponunt, vendant, eorumque pretia augeant, qui si hoc in sua persona æquum censet, idem ratione civitatis non iniquum ducere debent *cit. cons. Marp. n.* 13.

36. Rationibus hisce in sua validitate relictis, melius tamen & tutius Magistratus Municipalis tam pro evitanda vicinorum quam illorum offensa, qui privilegia civitatensi omni opera conquassare student, novi hujus oneris exactio fit, cum Superioris desuper implorati consensu.

37. Cives autem & incolæ cur contra ejusmodi Gabellas datiaque nihil quod querantur habere possint, dictum est elegans apud BARCLA. *in Argen.* quod sic habet: ut imperiti, dum hostem ferire statuunt, se ipsos obverso telo transverberant; Ita populus suo & patriæ jugulo imprimit vulnera rectori inviso destinata negatis stipendiis vel pensionibus quæ Reip. status tempusque efflagitat.

Officiarii & ministri accisæ in 38
civitatibus a Magistratu constituuntur, quos Accise-Meistere / Accise-Herren vocant, quibus certos adjungunt visitatores, qui merces visitare, frumentum & polentam in molis remetiri, ac merces gabellis obnoxias explorare solent,
Hique edunt schedulas accisarias 39
sive testatum accisiarum, Accise-Zetteln / vel signa impressa die Accise-Zeichen / vel etiam schedulas solutionis freye Zettel / Pas-
sier-Zettel Horum officialium libri 40
plenam habent fidem, donec probetur contrarium, sicut jus Municip. Mechlin. docet CHRISTIN. *ad*
tit. 13. *art.* 9. *n.* 8. Signa & sche- 41
dulæ tanti sunt momenti, ut illa amittens integram gabellam denuo dependere debeat, nisi amittens liquido solutionem probare possit, & docere solventis culpam abfuisse, ubi æquitas remissionem suadet.

Debens hoc onus nulla com- 42.
pensationis exceptione se tuebitur *l.* 3. *C. de compensat. l.* 46. *ff. de jur. fisc.*

Im-

43. Imponenda ut plurimum ſunt datia hæc, rebus exoticis & quæ ad delitias & luxum deducunt, quam mercibus nationalibus & utilioribus, ut cives iis magis incumbant, iſta commercia promoveant, & ad honeſtam & commodam vitam magis inclinent Besold. *de ærar.* *cap.* 4. *n.* 15. Parthen. Litig. *lib.* *XII.* *cap.* 11. *n.* 15. Henr. Klock. *de ærar. lib.* II. *cap.* 66. *n.* 10. Carpz. *de Leg. Reg. German. cap.* 8. *ſect.* 3. *n.* 2. *& ſeq.* Bodin. *de Republ. lib. VI. cap.* 2. Atque ita fit ut correcto immodico luxu, major oneris pars incumbat in ditiores & magis potentes, & ſublevantur agricolæ & opifices, quæ communitatis pars, vel maxime fovenda & conſervanda eſt in Republica Savedr. *ſymbol. polit.* 67. §. *nec imponi.*

44. Undique fere huic oneri quam maxime ſubjacet vinum aduſtum tam Rhenanum Reiniſcher Brandtewein / quam vinum frumentarium Kron Braudtewein nobis Fuſel quaſi dicas vini ſpiritus vili ære *fuſilis* vel comparabilis, de cujus abuſu ita conqueritur Klock. *de ærar. lib.* II. *cap.* 15. *n.* 3. Quod licet olim illud vinum vice medicamenti ſumptum ſit, præſertim à nationibus ſeptentrionalibus, ad excitandum calorem & ſupplendum vini defectum, verum tantus exinde oritur abuſus, ut merito cohibendus eſſet, quia multa modiorum millia ſiliginis & tritici, quæ 45. ad uſum panis & cereviſiæ prodeſſent, inſumuntur, & ad luxum hoc potu prodiguntur. Bornit. *de rerum ſufficient. lib.* II. *c.* 17. Et docet in Municipiis noſtris de- 46. ploranda experientia, quod inebriationibus dediti, hoc vino faciliorem fomitem non reperiant, ubi pro exiguo valore comparatur quod pro turbando cerebello ſufficit. Sed de hoc abuſu jam tradit *ſupr. lib.* II. *cap. ult. n.* 100. *& ſeqq.*

47. Quia undique locorum vino gabella impoſita eſt, quæritur an hoc onus etiam vinis medicatis, welche die Apothecker mehrentheils für die Krancke brauchen incumbat? Quod merito negat Besold. *in theſ. pract. voc.* Umbgeldt. *conſ. argentorat.* 10. *n.* 27. *Et* Knipsch. *d. cap.* 19. *lib.* II. *n.* 63. Hoc enim caſu referuntur vina illa inter merces neceſſarias, nec autem ſupervacuas, cujusmodi merito ſine tali onere comparantur.

48. Exempta quoque merito ſunt ab accíſis, frumenta ad ſationem deſtinata, idque ob privilegium agricolæ, communem tangens utilitatem & ſublevans annonam ejusque comparandi & ſervandi media, & ſic regulariter obtinet

Choppin. *de prileg. rustic. tit.* 2. *cap.* 3. Sixtin. *de regalib. lib.* II. *cap.* 6. *n.* 127. tum & quia ex agris ſolvuntur tributa, iniquum eſſet duplici onere aliquem gravare.

49. Immunis ab hiſce gabellis non eſt, niſi qui immunitatem legitime doceat *l. omnium C. de vectigal. & commerc* & de expreſſa concedentis voluntate apparet Mev. *p.* 3. *dec.* 157.

50. Defraudatio acciſiæ committitur ſi quis debito in loco res acciſales non profitetur, wann einer die Accise nicht gelöset hat / ſi quis quantitatem mercium ſupprimit, vel ſi mercator falſo dicat merces conſignatas eſſe tranſitorias durchgehende Waare / cum tamen ipſe ſine debita gabella eas

51. deſignat, vel alio quocunque modo. Oneri enim iſti perfamiliare eſt, ut variis technis & aſtutiis ſubjaceat, quia à plerisque pro pecunia indebita Ungeldt adeoque pro lucro illicite quæſito & optima conſcientia retenibili habetur.

52. Sed pœna hujus defraudationis eſt, ut vel merces illæ in commiſſum cadant, vel indicta mulcta redimantur *l.* 14. *ff. de publ. & vect.* Et ſi pars ſuppreſſa, illa ſaltem in commiſſum venit *l. ult.* §. *ff. eod.* contrariamque conſuetudinem ſtatuit iniquam Brunem. *ad d. tit. l.* 11. *n.* 3.

Socius ſi in re comuni acciſam defraudet, cæterorum quoque partes committi videntur, per ea quæ tradit Fried. Mind. *de mandat. lib.* II. *cap.* 43. *n.* 16. Quia vis commiſſi non tam perſonam quam rem afficit, ubi tamen nullum damnum reliqui ſocii incurrunt, *cum* nocens ad culpæ præſtationem obligatus ſit §. *fin* J. *de societ. l.* 52. §. 3. *& l.* 72. *ff. eod.* Hinc & ſi 53.

mandatarius, auriga, famulus hoc 54.
caſu delinquat, dominus quia ipſorum, fidem elegit, commiſſi periculum fert, ſalva contra ipſos actione: Ubi tamen ſi famulus vel auriga ſolvendo non ſit, & ſuperveniens Dominus gabellam offerat ipſa ſoluta, merces merito illi reſtituenda Brunn. *ad l.* 8. *n.* 3 *ff. de tit. d. public.* Maul. *de homag. tit.* 10. *n.* 53. Atque in ge- 55.
nere hoc pœnæ ſtatuendæ multum tribuitur boni viri arbitrio Mindan. *d. cap.* 43. *n.* 17.

Si res furtiva, furis culpa non 56.
ſolventis gabellam incidit in commiſſum, dominus eam nihilominus repetere poterit, quia iſtiusmodi res ab emptore vindicari poſſunt pretio non reſtituto *l.* 23. *C. de rei vind. l.* 2. *C. de furt. l. fraudati* §. 1. *de publican.* Mind. *d. loc. n.* 18. ubi contrariam conſuetudinem dicit iniquiſſimam, barbaram & tyrannicum.

Non

Non enim res sunt quæ delinquunt, sed qui eas possident, unde ii saltem puniendi *Nov. 17. cap. 12. in princ.*

57. Pœna fraudatæ accisæ fundatur in dolo, ergo cessat superveniente probabili ignorantia quæ merito excusat. *l. 8. ff. de his qui not. infam. l. 50. ff. locat.* GAIL. 2. *O. 48. n. 26.* si defraudans sit pupillus vel minor. *arg. l. 9. §. pen. ff. de minor.*

Si quinquennium ante commissi actionem effluxerit, BALDUS vult cessare istiusmodi actionem, nisi jure particulari arctior terminus constitutus sit *in l. 3. C. si propt. publ. pensitat. vend. fuer. celeb. in fin.* 58.

Caput XX.

DE MUNICIPIORUM JURE METATIONIS SIVE HOSPITATIONIS Von Einquartirung.

SUMMARIA.

1. *Ingressus.*
2. *Metata unde dicantur?*
3. *Fouriers unde?*
4. *Einquartierung.*
5. *Jus metatorum quomodo differat à jure præsidii?*
6. *Quomodo differat ab albergaria?*
7. *Differentia inter hospitalitatem & hospitationem.*
8. 9. *Æquitas & fundamentum hospitationis.*
10. *Jus indicendi hospitationes est de regalibus.*
11. *Episcopo jura territorialia competente mortuo, hospitatio competit capitulo.*
12. *Quinam hoc onus subeant?*
13. *Veterum metatorum ratio.*
14. *Quid veteres præstiterint militibus vel non?*
15. 16. *Hospitationis magnum incommodum.*
17. *Ordinationes Principum super hospitatione.*
18. *Dispositio hospitationis competit Magistratui Municipali.*
19. *Ordinatio Serenissimi & Potentissimi Regis Borussiæ.*

20. *Miles ordinante Magistratu hospitio cedere debet.*
21. Bilettirer / Bilets-Herren / *eorum officium.*
22. Billette *unde dicta?*
23. *In Gallia designatores hospitiorum utebantur creta alba.*
24. *Quomodo signatum fuerit hospitium Commentariensis* Profoß.
25. *Effectus schedularum hospitatoriarum.*
26. *Quomodo commodius una vel altera pernoctatio militalis instituenda.*
27. *Hospitium publicum profitentes etiam inviti viatores recipere coguntur.*
28. *Hospitationis onus. est reale.*
29. *Quinam ab eo sint exempti?*
30. *Quinam sint exempti in modica hospitatione?*
31. *Onus hoc suscipit conductor adium.*
32. *Exceptio.*
33. *De casu qui verisimiliter pravidetur, conductor conqueri non potest.*
34. *Quando hospitatio inter casus fortuitos referatur?*
35. Forenses *quatenus onus hoc subeant?*
36. *Distributio facienda secundum proportionem Geometricam;*
37. *Quid si civis tenuioris conditionis inhabitet amplam domum?*
38. *In hospitatione distribuenda servanda est aqualitas.*
39. *Metata, regulari non possunt secundum catastrum.*
40. *Quod demonstratur.*
41. *Cives qui stabulis carent, equitibus non sunt onerandi.*
42. *Pedites cedunt equitibus.*
43. *Pauperculi hoc onere non pragravadi & quid in ejus compensationem præstent?*
44. *Quodnam conclave militibus concedendum? Ordinatio Regia.*
45. *Quidnam illis præstandum?*
46. *Quando pecunia loco hospitii dari possit?*
47. *Ordinatio Regia.*
48. *Pœna metatorum concussionis genere utentium.*
49. *Ad præstandum cibum compelli civis non potest.*
50. *Exceptio ejus.*
51. *Cives molestia non afficiendi à militibus.*

52.

52. *Differentia inter habitatorem & hospitem.*
53. *Civis non obligatur militi hospitato instar cauponis & stabularii.*
54. *Rationes ejus.*
55. *Actus judiciales inter cives & milites.*
56. *Officiales militia in minoribus oppidis nihil jurisdictionis sibi tribuere possunt.*
57. *Civis non committendus custodia militari.*
58. *Civis in tumultu à militibus captus retradendus est Magistratui.*
59. *Venatio & piscatio interdicta est militibus, in locis Municipiorum.*
60. *Opificibus non ingerenda sunt damna ratione opificii à militibus.*
61. *Utinam ordinationes servarentur.*

1. Obiter p. m. parens in Ichnographia sua C. *66. n. 10. & seqq.* quid adspersit de hospitatione & salgamo, quatenus ab illa immunes, ab hoc exempti non sint. Verum materiæ quotidianæ utilitas exposcit, ut separatam desuper sicut & de cæteris oneribus civicis hic instituam pertractationem.

2. *Metata* dicuntur à metiendo, quia metiri & metari est metas & terminos ponere, sic dicimus castra metari, cum castris terminos ponimus & *metatores* sunt, qui designant castra metiendo, paulatim vox illa è castris in urbes transiit, cum scilicet futura hospitia postibus januisque sunt adscripta & designata Lips. *lib. V. de milit. Rom. dial.* 12.

3. A notatione ista forium descendere volunt nomen hodiernorum metatorum, quos Furirs vocamus Gallice, quasi *foriers*, quidam volunt illud ita dici *puis qu' ils se fourrent, & entrent librement dans les maisors pour conoitre la commoditè.*

Einquartirung *jus inquartandi*, Gallicam quoque agnoscit originem, quia urbes & provincias in quatuor plagas antiquitus solebant dispesci, inde in confœderatione Hanseatica legitur de quatuor præcipuis urbibus Quartier-Stådte Tabor. *de metat. cap. 2. n. 12.* 4.

Differt jus metatorum à jure præsidii, quia præsidia imponuntur oppidis validis, castris, fortalitiis & locis limitaneis pro tuitione metata ipsorum militum hospitandorum gratia fiunt, deinde præsidia fere sunt perpetua, metata vero temporia *l. fin. C. de offic. Magistr. milit. arg. l. 5. C. de metat.* 5.

Differt quoque hoc jus ab albergaria à Germ. Herberge (*albergare* Italis quoque est hospita- 6.

ri vel in domum recipere) quod est jus, quando subditi Principibus & dominis cum satellitio & Comitibus suis adventantibus tenentur dare hospicium esculenta & poculenta, Ablager / Atzung / Futter / und Maal KLOCK. *de erar. lib. II. c.* 91. *n.* 12. & *consf.* 8. *n.* 124. *vol.* 1.

7. Hospitalitas etiam aliud quid designat quam hospitatio, de qua hic præcipue sermo est, illa enim fit jure familiaritatis, absque necessitate; Hæc autem est jus summæ potestati competens, quo subditi militem proficiscentem vel hybernantem coguntur hospicio excipere, quod munus patet ex *l.* 3. §. 14. *l. fin.* §. *penult. & ult. ff. de muner. & honor. l.* 10. §. 2 *ff. de vacat. & excusat.* Hospitalitatis ratio plerumque cum nocte terminatur ut habet *constit. Gallic. Cod. Henric. leg.* 9. *lib. XX. tit.* 16. *sans sejiurner plus haut d' un nuit.* hospitatione autem non exoneratur civis pro lubitu.

8. Justitiæ & æquitatis ratio munus hoc exposcit, neque enim milites domicilia sua circumferre possunt, ut testudines, ut qui pro salute omnium excubant per quos aræ focique tecta domusque conservantur *l. milit.* 31. *C. de locat.* quibus & non nihil otii & quietis dandum, ut lictis tabernaculis à castrensibus negotiis vacent, cum sola humanitas gentibus persuaserit peregrinis viatoribus, hospicii benignitatem præstare & tecta dare SCHILTER. *dissert. de jur. peregrin.* §. 49.

Et quis detrectaret leve aliquod incommodum, qui tanta ex tutela publica Principis, inter quietæ pacis otia, percipit commoda & emolumenta *arg. l. pen. C. de suscept.* TUSCH. *tom.* 5. *lit. O. concl.* 144. *n.* 5. 9.

Pertinentius illud indicendi hospitationes ad actus superioritatis teritoriales, nec competit illis qui regalibus destituti sunt LINDENSPUR. *dissert. de Imperior. & familiar. orig. mut. C.* 32. *n.* 87. & ut BEOLD. ait *thes. pract.* voc. Einquartirung: Da einer die niedergerichtliche Obrigkeit / und keine regalia hat / so sol er billig der Einquartirung sich nicht anmassen. 10.

Hinc patet Episcopo cui jura territorialia competierunt, mortuo sede vacante Capitulum, jus inquartiandi habere, cui & in hoc Municipia subjecta parere debent, quia Capitulum succedit tam in temporalibus quam in spiritualibus *C.* 3. *de supplend. neglig. prælat. in* 6. & defensio territorii sedi vacanti adhuc incumbit *C. Hu qua ibique Dd. x. de maj. & obed.* 11.

Su-

12. Subeunt onus hoc tam runicolæ in pagis quam cives in oppidis, plærumque tamen, nisi quid obstiterit, copiæ æquæstres committuntur colonis, ob pabulorum commoditates, quorum major ruri, quam in civitatibus reperitur copia.

13. Olim hospicii ratione fiebat divisio domus inter hospitem (id est advenam) & dominum, ut insolentia militum contineretur, ita nimirum distincta domo in tres partes, duas dominus sibi liberas habet, tertiam vero hospes, ex tribus primam eligebat sibi primum dominus, secundam hospes, tertia iterum domino relinquebatur; Nisi hospes Illustris fuerit, cui tunc media domus relinquebatur *l.* 2. *l.* 10. §. *qui illustres dict. l. C. de metat.*

14. Sed & insolentiæ militari, veteres quoque prospexerunt legum constitutiones, ut civium innoxia sit conversatio cum militibus, neve ultra hospicium & hospitalitatem quicquam eduliorum *l.* 7. *C. de erogat. milit. annon.* multo minus balnea quibus orientales adsueverant & infaustam hospitalitatem exigant *l.* 6. C. *de metat.* contenti pro sua pecunia species non peregrinas sed in regione comparabiles accipere *Novell.* 129. *C.* 23. §. 1. *l. ult.* §. 5. *&* 6. C. *de re milit.*

Re vera hospitationis onus civibus pergrave est, quæ efficit ut domus sua cuique non sit tutissimum refugium contra *l.* 18. *ff. de in jus voc.* maxime si petulantia & insolentia militum est infrænis & exorbitans, cum sæpe cives rapacitati lixarum fortunas suas, libidini castitatem uxorum & filiarum & libertatem sævitiis exponere coacti sunt; Hinc in jure legitur de hospitum iniquitate *l.* 2. *C. de metat.* injuria & molestia *l.* 4. *&* §. *eod. iniquietudine l.* 5. *ibid.* infausta hospitalitatis præbitione *l.* 6. *d. tit.* Unde summa providentia, superiorum ordinationes & constitutiones militares huic molo obviam ivere, quarum exemplar instar omnium præbet, tam jus militare Articuls-Brieff / quam ordinatio hospitationis, Interim-Ordinanz auch Einquartirungs-Reglement / Serenissimi & Potentissimi Regis nostri. 15. 16. 17

Dispositio hospitationis, competit Magistratui Municipali, sicut olim decuriones in unaquaque civitate publica negotia tractabant *Nov.* 38. *præfat.* ut quorum patrocinio innocens rusticitas, *l.* 3. *C. de defens. civit.* & urbana multitudo ita erat commendata, seu patribus *l.* 4. *eod. tit.* 18.

Nec & hodiedum jus inquartiandi demitur Magistratui, cætero- 19.

roquin hospitatio onus foret inportabile civibus. Quo facit *dict. ordinat. art.* 11. in verbis: Wie und welcher Gestalt nun die Einquartirung eingerichtet wird / und die Billette darüber ausgetheilet werden / welche ein jeder auf dem Rahts-Hause / oder wo die Einquartirung gemacht wird / abzuhohlen schuldig ist; Also mus es dann allerdings verbleiben / und so wenig vom Obersten selber als noch weniger von den commendirenden Officieren &c. die allergeringeste Veränderung vorgenommen werden / massen zwar den Officieren frey stehet / ihre Mannschafft zu verlegen / an welche assignirte Örter sie wollen &c. keines weges aber zu ordiniren / wie viel Persohnen ein und ander Wirth haben / oder bey wem dieser oder jener stehen / und einquartiret seyn sol.

20. Inde consequens est, quod necessitatis casu eveniente, miles vel ob altercationes cum cive vel ad alia incommoda evitanda, hospitio cedere, aliudque capere coactus sit, ubi vulgare est civium dicterium, er ist mit dem Billet gekommen / und muß auch mit Billet wieder gehen &c.

21. Negotio hospitationis certi officiales constituuntur Billettirer / vel Billets-Herren / (tantus enim nunc est dominantium ordo) quos & propter odia civium quæ declinare ipsis fere possibile non est, nominare solent Beleidiger / quale ex probioribus eligenni & qui bus civium facultates & hospitiorum commoditates sat notæ sunt, ac ut posthibito adio, & amicitia munus, hoc pro æqualitatis arbitrio subeant speciali juramento obstringuntur majoris autem ordinis officiales Ober-Officiere hospitia capiunt ex ordinatione ipsius Magistratus.

De schedulis hisce metatoriis 22.
Balleten vel Billetten / observandum, quod earum derivatio sit à bulla inde Gallicum *bullette bulletin* ein kleiner Schein / symbolum vel tessera hospitii, inde Italicum *ballare* idem est quod sigillare, unde *bulletum* Epistola sigillata Besold. *th. pract. voc. pollet.* male ergo dicuntur Paleten Tabor. *de metat. p. 2. c. 6. n.* 1. notabile illud ex Lymn. *de J. P. l. 9. c. 1. n. 79.* referens. Quod in Gallia 23.
Regii designatores hospiciorum utantur creta alba, quod edicto Regio speciali de anno 1551. sub comminatione amputationis manus cautum, alii flava saltem creta vel alterius coloris uti debent in prædicti muneris expeditione.
Circa signaturam tam singulare 24.
quoque est quod tradit Kirchof.

im

in disciplin. milit. p. 2. tit. 47. commentariensis bellici des Professes / Züchtigers vel Gewaltigers habitationem non nomine sed patibuli charactere signari.

25. Schedulæ nostræ hospitatoriæ Billetter publico signo notantur, ne quid fraudis contineant, & plerumque verbum coactionis muß / continere solent, hinc iis qui onera ista diu sustinuere, sæpe in ore est, ich habe das muß so lange gefressen / si autem ingruente dira necessitate etiam de jure exempti muneri isti subjiciendi veniunt, tunc inscribi solet N. N. wolle bey diesen beschwerlichen Krieges-Zeiten &c.

26. Si de unica vel altera pernoctatione militari non numerosa iu Municipiis quæstio est, tunc ad evitandam vivium molestiam, bene consulitur, ut ad ejusmodi metata teneantur, qui professione vitæ hospitum suscipiendorum curam instituunt, quales sunt caupones publici, die einen öffentlichen Schild aushencken *arg. l. 17. §. 3. ff. de commod.* SCHNEIDW. *ad §. Item exercitor. 7. de oblig. & delict.*

27. Quia enim hospites illi publicum professi sunt, hospicium ideo viatores quoscunque etiam inviti recipere coguntur *l. un. §. ult. vers. namque ff. furt. advers. naut.* Et signo hospiciorum appensa sunt manifesta invitamenta & perinde est ac si expresse invitarent viatores TABOR. *d. tr. p. 5. c. 5. act. 2. §. 13.* MANTIC. *d. conject. ult. volunt. lib. I. tit. n. 5.*

Onus & munus hoc est reale non personale *l. 3. §. munus hospitis l. fin. §. pen. ff. de mun.* GREGOR. THOLOS. *syntagm. jur. l. 18. c. 20. n. 2.* NATT. *cons. 158. n. 7. & cons. 409. n. 3.* FABER. *Cod. l. 9. tit. 29. def. 26.* MAGER. *de advoc. armat. c. 10. n. 225.* à 28.
quibus ergo regulariter nemo excusatur *l. sunt munera ff. d. vacat. & excus. mun.* Juxta *dict. ordin. Reg. §. 14.* exempti sunt: Der regierende Burgermeister / Stadt-Syndicus / Richter / Stadt-Schreiber und Einnehmer befreyt seyn sollen / worunter auch mit zu zehlen die Churfürstl. eximirte Geistliche / Schul-Bediente / und derselben Witwen / wann sie alle keine bürgerliche Nahrung treiben / nicht weniger die uns anbauende so lang ihre Frey-Jahre wehren &c. Und die vorher bemeldte eximirte nicht mehr als von einen Hause frey gelassen werden. Si vero hospitatio universalis non est & civium numerus adhuc excedat militarnm turmam, tunc cautum, daß solchen Fals / insonderheit die Magistrat-Per- 29. 30.

Persohnen von der würcklichen Bequartirung / verschonet und in Regard ihres tragenden Amts/ solchergestalt übersehen werden sollen / daß ihnen nur ein billiges nach Beschaffenheit ihrer habenden Nahrung im Gelde zugeschrieben werde.

31. Quæritur ad conductor ædium onus hoc sustinere cogatur, an vero reparatio damni & incommodi hospitationis à locatore facienda? Negatur posterius, si locator adhuc commoditate habitationis utatur, & sic nec quicquam de locario deducere poterit *l. 2. vers. ergasteria in verb. solis dominis conductoribusque deserviant. C. d. t. de metat.* Secus autem si ædi-

32. bus plane fruitus non fuisset & locator migrare coactus sit, ubi tamen ipsi incumbit, denunciare domino ædium ut ipse curam ipsarum suscipiat, nisi cum denunciare vellet, non potuit *l. 33. C. d. tit.* Quæstionis hujus nulla est

33. difficultas istis in locis ubi crebra militum est hospitatio, ibi enim casus est de quo verisimiliter cogitatum fuit & conductor conqueri non potest de rerum statu qui exstitit tempore conductionis *l. 13. §. de illo l. 13. ff. de damn. infect.* GAIL. *2. obs. 23. n. 6. & 21.* CARPZ. *p. 2. Const. 35. def. 15.*

34. Secus est si damnum hospitalitatis incurrit inquilinus, invasione militari non prævisa, quod tunc inter casus fortuitos refertur, *l. 15. §. 7. l. 25. §. vis major ff. locat. l. 8. C. eod.* MENOCH. *lib. II. A. J. Q. Cent. 1. cas. 76. & 77.* MEV. *p. 2. dec. 90.*

Forenses quod attinet, qui habitationem & domicilium in loco præsidii vel hospitationis fixerunt, illos ad metatorum onus adstringi, extra dubium est, omnes enim focum facientes in illo territorio obligantur *l. 4. §. 15. vero ff. d. censib.* hinc advenæ quoque, sive cum aliquo ex Muuicipibus cohabitent, sive separatum habeant, domicilium debent præstare hospitium *l. 12. ff. d. vac. muner. l. 6. §. 4. ff. de mun. & hon. l. 2. & 5. C. de muner. patrim.* TABOR. *d. tr p. 2. cap. 3. n. 15.* 3[...]

Distributio hospitationis facienda non secundum arithmeticam sed Geometriam proportionem, non enim singulis domibus singuli, vel ex æquo numero milites, sed pro amplitudine commoditate & capacitate ædium colligendi *arg. l. 2. C. de metat.* Si ergo contingat, ut civis tenuioris fortunæ amplam & hospitationi commodam possideat domum, quæ recipiendorum officialium apta sit, cum intuitu patrimonii adgregarios cupiendos saltem constrin-

stringi possit, tunc ipsi ratione oneris, quo prægravatus est, vel ex bursa communi vel levamine alterius civis, qui ampliores quidem facultates possidet, sed hospitationis commoditate destitutus subveniendum est. Quantum ergo
38. fieri poterit æqualitas tanquam concordiæ vinculum servanda est, *l. fin. C. quemadm. mun. civil.* quia cives tanquam membra ejusdem corporis communia, incommoda sustinere, seque vicem juvare debent, ut singulis ea sint leviora *l. form. ff. d. Censib. l. omnes C. eod.* Et ut ait RAGUEL. *ad l. 26. C. d. Episc. aud: Le fort. portant le foible.*

39. Frustra itaque tentantur in Municipiis, prout sæpe irrito consilio tenuiorum denegatum memini. ut metata distribuantur, pro modo facultatum vel juxta catastrum nach der Schatz-Ordnung:
40. Ex quo hoc suboritur inconveniens, ut qui exempl. gr. in collecta ordinaria in voller Schatzung contribuit unum Imp. thalerum, unum quoque militem & qui 50 thaleros todidem quoque hospites excipiat, quæ sane disproportio maxime injuriosa foret.

41. Quicunque etiam civium stabulis carent, equitibus onerandi non sunt, sed deputatio facienda pro animalium numero & domus qualitate *d. l. 2. C. d. metat. in med.* ne tristi spectaculo eveniat, daß die Pferde zum Stuben-Fenster hinaus kucken. Qua de causa LL. militaribus provisum ut pedites 42.
equibus eo casu cedant quia pedites tantum apparatum hospitationis non requirunt VEGET. *de re milit. L. 2. c. 1.*

Quantum & præcaveri poterit, advertet Magistr. ut pauperculo- 43.
rum ædiculæ, qui plane exhausti sunt *l. 16. ff. de mun. & hon.* qui lumine saltem unico *l. fin. C. sent. rescin. non poss.* vel brevi & curta suppellectile instructi sunt, ab hoc onere sint immunes qui inopiam hanc, qua sibi immunitatem conciliant, opera manuum mit Stadts-Wercken vel cæteris servitiis compensare poterunt, nam in societate civica, ut etiam in alia opera pro pecunia valet *§. 2. J. de societ.*

Non jam ut olim divisio do- 44.
mus fit inter civem & hospitem militem, ubi saltem ergasteria, quæ erant officinæ opificum eximebantur *l. 2. C. de met.* ut quiete possint operari, hodie secus est, ex justa *prædict. ordinat.* gregariis datur saltem cubiculum, ac pro tempore diurno hypocaustum ipsius civis, ubi simul cum milite degit cujus *art. 7.* ita habet: Es müssen sich die Gemeine begnügen

gen lassen / so gut als der Wirth das Lager oder Bettewerck anschaffen / auch die Stallung geben kan / und deswegen nicht etwas besonders fordern / sondern alle wege mit dem Wirth / so wie es derselbe hat und täglich gebrauchet verlieb nehmen &c.

Ibidem simul dispositum, quid vigore hospitationis tam officialibus quam gregariis competat, *art.* 3. Die Ober-Officiere haben entweder das Quartier in natura zu geniessen / so gut als die Gelegenheit es leidet / und selbiges angewiesen werden kan / welches dann bestehet in Logiment und Stallung / gestalt sie sonsten ein mehrers / nehmlich Bette / Holtz / Licht / und dergleichen unentgeldlich nicht zu fordern / sondern verlieb zu nehmen haben / wann und was ihm der Wirth darunter reichen kan / und dargeben wird. *Et d. art.* 7. Die gemeine Reuter / Dragouner / und Musquetirer haben das Quartier in natura zu geniessen / welches bestehet in Obdach / Feur und Licht / wobey auch die erste als Reuter und Dragouner auf ihr Pferd Stallung haben müssen &c.

46. Potest & hospes cum eo cui metatum assignatum est pacisci, ut accepta pecunia alibi hospicium sumat & divertat, *l.* 9. *in pernic. d. t. C. de metat.* cum & caetera onera & munera per adaerationem possint compensari *l.* 13. & 15. *C. de erog. milit. annon. all. Ord. art.* 3. quod moribus hodiernis convenit, & diserte cautum est in *alleg. Ord. art.* 3. ubi certum pretium statutum est, quod loco hospicii dandum, cum hac cautela. Es sol auch kein Contract der dieses nicht zum Fundament hat / und worin diese Ordonanz überstiegen wäre / gültig seyn / er sey auch gemacht von wem / mit wem / oder wo er wolle / Ubi simul injunctum Magistratibus legitur, jedoch müssen die Magistrate dahin sehen / daß gleichwohl die Officiere und Soldaten vor das Quartier-Geld / welches ihnen nach der Ordonanz gegeben wird / auch unterkommen können / und sie nicht zur Ungebühr übersetzet werden. 47

Ipsi autem metatores, nobis die Fouriers si quodam concussionis genere utantur, quod vocari solet termino technico Blinden machen / ut si quid extorqueant ab aliquo ob liberationem hospitii, gravior in tales poena statuta est. Constitutione Galliae Francisci Reges *ordonances du Roy Francois sur le fait la guerre art.* 21. dispositum ut si quis praetextu officii aliquid à Dominis dominorum extorserit, ne ibi designaret hospitio furca suspendatur Petr. 48

Gre-

GREGOR. ſynt. jur. lib. XIX. cap. 8. n. 11. CHRISTIN. dec. Belgic. vol. 5. dec. 142 n. 9.

49. Jure noſtro militari præter jam dicta nihil aliud præſtandum eſt militi, niſi illud bona cum pace civis & hoſpitis activi fiat. De quo art. 8. habet: Die Speiſung iſt kein Wirth weder dem Officier noch den Soldaten ſchuldig / es wäre dann daß der Soldate den Wirth an die Hand ginge und ihm mit Arbeit die Koſt abverdienete/ &c. Was der Wirth aus guten Willen thun wil / iſt den Soldaten zu gönnen.

50. Generali tamen conſuetudine hiſce provinciis invalit, ut tempore acceſſus & diſceſſus convivio miles excipiatur idem fieri conſuevit majoribus feſtis, bey hohen Feſt-Tagen.

51. De cætero nulla moleſtia afficiendi ſunt cives, ut habet Käyſer Maximil. II. Articuls - Brief art. 52. ſich fried- und gütlich betragen. Et dict. ordin. Reg. Poruſs. art. 16. So ſol der commendirende Officier ſolches mit Nachdruck zu ändern ſuchen/ und den Soldaten dahin anweiſen/ daß er ſich in ſeinen Gräntzen halte/ und nicht begehre was ihm nicht gebühret.

52. Quod & ipſum hoſpitis nomen ipſis inſtillare debet, multum enim intereſt, inter habitatorem & hoſpitem, ſcilicet quanta eſt differentia inter domicilium habentem & peregrinantem l. 1. §. fin. ff. de his quæ effud. vel deject. l. 9. ff. de acq. vel amitt. poſſ.

Sed an etiam inter obligationes quas habitor debet hoſpiti ſuo 53. militari, referendum, ut ſi quid ex ejus rebus intervertatur, civis etiam earum nomine inſtar nautarum cauponum & ſtabulariorum teneatur? Quod dicendum forte videtur, per generalitatem enunciationis tit. naut caup. ſtabul. ut recept. reſt. verius tamen putatur edicto iſto metatorium non contineri d. l. 9. C. de met. ubi omnis moleſta abeſſe debet diſcuſſio à cive. (2.) hoſpes is receptus 54. ſuum habet peculiare cubiculum, ac neceſſe non eſt ut miles habitatoris fidei res ſuas committat. arg. l. 1. §. 1. ff. naut. caup. ſtab. (3.) Nautarum & cauponum arbitrio relinquitur aliquem recipere vel non, quod ſecus in civibus metatorum oneri ſubjectis, quos reſtringit vox coactiva oportet arg. l. 1. §. 2. ff. depoſ. l. 9. §. fin. ff. de admin. & peric. tut. l. 5. §. advocatum ff. de his quæ indign. TABOR. d. tr. de metat. p. 2. cap. 6. n. 6. in fin.

Actus judiciales cives inter & 55. milites quod attinet, hæc eo caſu in Municipiis noſtris ſervatur metho-

dus, ut sive miles sive civis sit actor, instituatur judicium mixtum, in loco aliquo tertio præsentibus quibusdam ex magistratu & officialibus militiæ atque priori casu acta in scripturam redigit (führet das Protocol) Secretarius civitatis, posteriori autem judex militaris, der Auditeur, si nec hac via, causa finem suum adsequitur, ulteriori provocationi locus est: Desuper tractat *art.* 38. *ordonantiæ nostræ milit. in fin.* Wann aber über Verhoffen auch alsdann keine völlige Satisfaction oder Bestraffung von Seiten der Miliz erfolgen solte / hat der Commissarius solches nach Hofe zu berichten / und anderwärtige Verordnung zu gewarten.

56. Cæteroquin sæpe reperiuntur Capitanei, qui simulatque ipsis metata in minoribus oppidis assignata sunt, illico absolutum sibi dominiuum transcriptum arbitrantur, & jurisdictionem tam criminalem quam civilem pro suo arbitrio moderantur ut inquit TABOR. *d. tr. c. 6. p. 2. n. 8.* contra quam dispositum legitur *in l. 4. 2. C. de decurion.* Quæ habet: *militaribus viris nihil sit commune cum curiis.* (Sie haben nichts auf dem
57. Raht-Haus zu schaffen) *nihilque sibi licitum sciant, quod sua non subjectum est potestati &c.* id est Sie sollen keine Bürger lassen auf die Haupt-Wache / auf den Esel / oder zum Profosen setzen.

Quandoque contingit, ut civis
in tumultu vel delicto deprehen- 5
sus à militibus in custodiam penes excubantes, auf die Haupt-Wache trahatur, ibidem autem non adservandus, sed Magistratui suo pro administratione justitiæ extradendus est, atque sic usus apud nos servatur.

In favorem civitatensium, quoque præmemorato edicto *ordinat.* 5
militaris cautum habemus *art.* 32. Daß die Officier sich gelüsten lassen / auf einiger von Adel und Städte Feldt-Marcken &c. zu hetzen und zu schiessen / oder daß sie in denen Seen / Ströhmen und Teichen fischen lassen / so wird solches hiermit ernstlich verboten / daß sich dessen niemand / ohne der Obrigkeit des Orts / besondere Vergünstigung / so weit dieselbe einem jeden gebühret/untersiehen sollen.

Ne & in præjudicium opificia- 6
riorum à militibus quid tentetur, salutari dispositione statutum est, *ibid. art. seq.* 33. Solte auch geschehen / daß in Städten und auf dem Lande von einigen Unter-Officieren und Gemeinen / mit Backen / Schlachten / Bier-Schencken / Höckereyen / und Speisung

sung der Soldaten öffentliche Marquetenterey getrieben / auch sonsten einige Handwercker / sowohl von denen gemeinen Soldaten als auch der Officier Diener / für sich exerciret würden / als wodurch den Bürgern und Einwohnern insonderheit von Schlächteren / Schusteren / Schneideren / und und dergleichen / in ihrer Nahrung ein grosser Abbruch geschiehet / solche und dergleichen Betrieb aber schlechterdings verbotten seyn / und also auch keines weges geduldet weden sollen &c.

Optandum autem esset, ut salutari huic præscripto juxta tenorem sanctionis, paritio & obsequium præstaretur, atque tunc tot querimoniæ in Municipiis illis, quæ fere continua hospitatione onerantur, cum inevitabili civium damno, non existerent. 61.

Caput XXI.

DE MUNICIPIORUM JURE SALGAMI, vom Servies.

SUMMARIA.

1. Servies / *unde dicatur?*
2. *Salgami nomine quid veniat jure Romano?*
3. *Ejus præstatio cur olim prohibita?*
4. *Buccellatum quid fuerit?*
5. *Salgami nomine quid extorquere cur non licuerit?* Westphal. Külter / *pro vili lecto.*
6. *Infausta hospitalitatis præbitio quid continuerit?*
7. *Ejus justa prohibitio.*
8. *Salgami nomine quid hodiernis moribus contineatur?*
9. *Quid desuper disposuerit ordinatio Regis Porussiæ?*
10. *Quantum pecuniæ loco salgami præstandum?*
11. *Reliquæ salgami partes,* Saltz / Pfeffer und Essig / *unde præstandæ?*
12. *Quo pretio, si earum præstatio injuncta?*
13. *Soluta pro salgamo pecunia, nihil ultra præstandum est militibus.*

14. *An milites absentes illud exigere possint?*
15. *Debetur militibus infirmis.*
16. *Advocatus casu impeditus recte salarium petit.*
17. *Servitia pro præstitis habentur, si per eum non stat, quo minus præstentur.*
18. Quartier-Geld *idem quod* Servieß-Geld.
19. *Pecuniæ hujus exactio cur introducta?*
20. *A quibus præstanda?*
21. *Surrogatum sapit naturam ejus cui surrogatur.*
22. *Quinam civium ab hujus præstatione sint immunes?*
23. *Præjudicium.*
24. *Pecuniam hospitationis non præstant, qui proprium non alunt focum.*
25. *Exceptionem præbet consuetudo in contrarium recepta.*
26. *Præstant & hanc pecuniam honoratiores ab hospitatione tamen non exempti.*
27. *Nobiles domus civicas inhabitantes ab ea non sunt immunes.*
28. *Quid de oneribus personalibus?*
29. *A quibus ædibus Clericorum hæc exactio facienda?*
30. *Doctores cur onus hoc præstare soleant?*
31. *Item Consules & Senatores.*
32. *Excessus turbarum militarium præbet exceptionem à regula.*
33. *Ordinatio Regis Porussiæ.*
34. *Præstandum est onus hoc bursale de ædibus sub hasta emptis sed nondum adjudicatis.*
35. *An ab eo immunis sit, qui comparavit immunitatem ab hospitatione?*
36. *Interpretatio immunitatis facienda, ne nimis gravetur civitas.*
37. *Exactio pecuniæ hujus facienda secundum proportionem geometricam.*
38. *Rescriptum Electoris Saxoniæ.*
39. *Salgami præstatio quando cesset?*
40. *Quo medio coercendi cives tenaciores in præstatione salgami.*
41. *Pecunia hospitationis, cui usui in Municipiis impendenda?*
42. Servis-Register / *quo modo commodius constituatur?*

1. Vocis *salgami* etymologia utpote satis obscura, frustra discutitur, nec conjecturis inhæreo, pro instituto meo sufficiat, cum in oneribus Municipalium exponendis hic occupatus sim, ut vocis Servieß significatio undique nobis

bis nota ſit. Origo autem hujus vocis, quam in Germaniſmum transtulimus, Galliæ debetur, qui illam exprimunt *Service*, *ſervitium*, quaſi inſerviens victui militum.

2. Jure Romano *ſalgami* nomine veniunt, quæ ad condendum victum valent, veluti oleum, ſal, piper, &c non ergo ipſa eſculenta eo denotantur, ſed illa, ſine quo cibus commode parari nequit, & quæ milites Romani ab hoſpitibus ſibi præbere & exigere ſolebant, GOTHOFR. *ad tit. C. d. ſalgamo hoſpit. non præſtand.* DU FRESNE *gloſſar. Latin. voc. ſalgamum.*

3. Præſtatio autem hæc ſevere ab Imperatore eſt prohibita, ne milites tam ſummi quam infimi ordinis, ultra ſtipendia & habitationem, nobis Obdach / quicquam exigant, *d. l. un. C. de ſalgam.*

4. Omnis olim moleſtia vertebatur à provincialibus, ac milites bucceilato utebantur, quod erat genus panis bis cocti, & dicebatur expeditionalis annona, *l. 1. C. de erogat. milit. annon.* GAIL. *de pac. publ. lib. 1. c. 4. n. 23.*

5. Salgami ergo nomine culcitras, Haupt- Küſſen und Bettewerck/ (hinc idiomate noſtro Weſtfalico vilem lectum appellare ſolemus eine Kulter) lignum & oleum extorquere non licebat, *d. l. un. C.* Militaris licentia autem prout facile extenſionem in longum & latum patitur, wenn man ihnen den Finger verleihet / ſo gleich ſie die gantze Hand / ja gar den Arm/ haben wollen/ paulatim integras epulas, quæ *cœnatici* nomine veniebant, *l. 3. de erogat. mil. ann.* item balnea & lavacra, *l. un. C. ne rei milit. comit. lavac. præſtent.* imo tandem ſcorta & meretrices expetebant, ſicut per *infauſtam hoſpitalitatis præbitionem* interpretatur GOTHOFR. *in l. 6. C. de metat.* 6.

Laudatiſſimi autem Impp. hujusmodi inquietudinem à curiis & civitatibus prohibere volentes, illicitis hisce exactionibus *cit. tit.* obicem poſuere. 7.

Moribus hodiernis præſtatio ſalgami, ut ait WILDVOGEL *Diſſert. de ſalgam. ſect. 2. cap. 2. n. 9.* ab orco quaſi reducta eſt, ac rurſus illæ ſpecies hoſpitibus præſtandæ impoſitæ ſunt, quæ antiquis temporibus ſalgami nomine veniebant, nimirum *ſal, lignum, oleum* & *culcitræ*, Saltz/ Holtz/ Licht und Bette oder Lager-Statt/ auctus quoque eſt harum numerus & quibusdam in locis additum eſt acetum & piper, Eſſig und Pfeffer. Sic Ordinatione militari Saxon. *art. 7.* legitur die Servicen vor die gemeinen ſollen in Obdach/ Saltz/ Pfeffer/ Eſſig/ Licht / Holtz und Bette 8.

9. bestehen/ein mehrers aber nicht gefordert werden. Verum prædicta Ordinatione Regia Porussiæ, *Interims Ordinanz* ut superiori Capite vidimus, præstatio salgami est annexum quoddam hospitationi *in fin. tabell. ibi affixa*, eoque comprehenditur culcitra, oleum & lignum, Bette / Holtz/ Licht/ atque si horum loco pecunia præstanda venit, tunc menstruatim habebit: 10.

	Ein Reuter.		Dragoner.		Mousquetier.	
	Gr.	Pf.	Gr.	Pf.	Gr.	Pf.
Vor Bette	3	3	9	2	2	6
Holtz	2	9	2	4	1	9
Licht	2	8	2	3	1	9

11. Reliquæ salgami partes, Saltz/ Pfeffer und Essig / continentur stipendio militari, juxta præd. Ord. Diese Servis - Stücke werden der Miliz/wenn sie in den Städten stehet / an Gelde angewiesen und gezahlet/wenn dieselbe aber auf dem platten Lande einquartieret ist / so cessiren solche / und wird alsdann dafür kein Geld assigniret und gut gethan. Hoc autem pretio, si earum præstatio injuncta est, redimi possunt. 12.

	Ein Reuter.		Dragoner.		Mousquetier.	
	Gr.	Pf.	Gr.	Pf.	Gr.	Pf.
Vor Saltz	1	7	1	4	1	3
Pfeffer	1	7	1	4	1	3
Essig	2	2	2		1	6

13. Ultra id salgami nomine nihil quicquam militibus præstari permissum est, in verbis: Wenn das Geld vor die Servicen bezahlet wird/ so haben die Officier über dem weder Holtz/Licht/Bette/ leinen Geräthe / oder sonst etwas/ zu prætendiren / weniger aber dafür ein gewisses an Gelde zu fordern/ sondern müssen sich an dem blossen Quartier/ Lager Statt und Stallung begnügen lassen.

14. Quær, An etiam absentibus militibus subministrandum sit salgamum? Sic videtur, nisi aliud expressa ordinatione sit dispositum, *arg. l. 51. ff. pro soc. & l. 28. §. 5. pr. ff. de fideicom. libert.* Menoch *præs. 20. lib. VI n. 1. & seq.* maxime, si cum licentia Superiorum absunt, quia tum adesse videntur. Bald. *in l. hac lege 14. C. de prox. sacr. scrin.* Surd. *cons. 42. n. 2.* Contrarium tamen dispositum in sæpe allegata Ordinatione Brandenb. Daß kein Quartier / als auf

auf die/so würcklich in Diensten begriffen und vorhanden sind/ gegeben werden sol. Idem statuit modern. Rex Galliæ *Ordin. milit.* §. 1. *& seqq.* præsentibus saltem militibus distribuendum esse salgamum.

15. Secus dicendum de iis, qui infirmitate corporis laborant, quia tales nihilominus servire dicuntur, nam serviunt servire cupientes, sed ob adversam valetudinem impediti, *l.* 4. §. 5. *ff. d. stat. lib.* ABB. *in C.* I. *x. de Cler. ægrot.* æque ac

16. Advocatus recte petit salarium debitum, licet casu quodam impeditus res clientis sui gerere non possit, *arg. d. l.* 4. *ff. d. St. lib.* SPECULAT. *tit. de salar.* §. 3. *n.* 9. Cum idem sit, operas præstitisse,

17. quo minus præstaret, *l.* 39. *&* 161. *ff. de R. J. l.* 24. *ff. de condit. & demonstr.* CARPZ. *l.* 3. *resp.* 2. *n.* 6. SPECKHAN. *cent.* 2. *quæst.* 42. SCHULT. *p.* I. *qu.* 5. MEV. *p.* 3. *dec.* 144. *n.* II.

18. Invaluit adhuc in civitatibus aliud erogationis genus, quod & præstatione salgami, Serviez-Geld venit, proprie autem est pecunia, quæ pro actuali hospitatione da-

19. tur, Quartier-Geld/ welches denen / so mit würcklicher Einquartierung verschonet/ nach Beschaffenheit ihrer habenden Nahrung/ an Gelde zugeschrieben wird / quæ pecunia exigi solet menstruatim durch die Monathliche Serviez-Zetteln. Pecunia ergo hæc præstanda ab iis, quibus de jure necessitas incumbit, milites in domum suam recipiendi, atque adeo 20. æque est onus reale & patrimoniale, ac ipsa hospitatio & sine dubio ab ædium dominis subeundum, *l.* 2. 3. 5. 7. *&* 10. *C. d. muner. patrim.* NATTA *consil.* 158. *n.* 7. *& cons.* 409. *n.* 3. CACHERAN. *dec.* 95. *n.* 44. FAB. *Cod. l.* 9. *tit.* 29. *def.* 26. quia surroga- 21. tum sapit & sequitur conditionem ejus, in cujus locum facta est surrogatio, *l. videndum* 95. *ff. de leg.* I.

Hinc qui ipsi sunt inquilini, welche bey andern eingeheuret / 22. oder eingemietet haben / quia hospitalitatem ipsi non exercent, item qui ædes in civitate nullas possident, die kein eigen Feuer und Rauch halten / ad præstationem salgami vel ejus, quod salgami loco venit, obstricti non sunt. 23. Desuper allegat pronunciatum JCtorum Jenens. de anno 1637. In casu Birckers contra Senatum Erfordiensem, Daß ihr zu Erstattung der Wachten wie auch Servies und Tractament-Gelder/ so einig und allein auf die Wohnung der Häuser/mit nichten aber auf Aecker / Weinberge / und Buch-Handel ihr Absehen haben/ vom Raht alhie mit Fug und Bestand

stand Rechtens nicht anzuhalten. Wildv. *diss. d. Salgam. sect.* 2. *c.* 7. *n.* 7. Idem tradit Richter.
24. *dec.* 70. *n.* 56. in causa Waldecensi Anno 1641. decisum, Es sind Klägere wann sie kein Feuer und Rauch halten/ Soldaten zu beherbergen / oder deswegen gleich den Einheimischen etwas in die Quartier zu liefern / wie auch die heutiges Tages gebräuchliche Servies / welchen die Haus-Wirthe zu geben pflegen/ zu entrichten unverbunden. Nisi in
25. contrarium quid sit hoc passu in Municipiis dispositum vel introductum, sicut ratione agrorum & vinearum salgamum Dresdæ dari testatur *cit.* Wildvog. *d. loc. n.* 10. multisque in locis salgamum præstari memini à forensibus, ratione prædiorum quæ illic possident.

26. Plerumque præstatio hæc imponitur iis, welche aus gewisser Consideration mit würcklicher Einquartirung verschonet werden / sicut jam dictum, quales sunt honoratiores, qui tamen ab hospitione exempti non sunt.

27. Hinc non ambigendum, talem pecuniam non injuste exigi à Nobilibus in civitate degentibus & qui ædes civicas beschwerte bürgerliche Häuser emptionis vel hereditatis, aliove titulo compararunt *l.* 11. *ff. de vacat. & excus. mun.* *l. fin.* §. 24. *ff. de mun. & hon.* De oneribus personalibus, quæ 28
tamen graviora sunt patrimonialibus, idem pronunciat Justinian. *Nov.* 15. *cap.* 6. dicens: Convenit unumquemque Nobilium semper functionem agere civitatum, quas inhabitat & hanc eos conferre habitationis repensationem.

Idem statuendum de ædibus Cle- 29.
ricorum privatis & propriis, quas separatim possident & ab aliis inhabitari sinunt *l.* 3. *C. de Episc. & Cler. ibique* Brunn. *n.* 1. *C.* 11. *quæst.* 1. *& cap* 22. *caus.* 32. *q.* 8. Reinck. *de Reg. secul. & Eccl. Lib.* 3. *cl.* 1. *c.* 10. *n.* 15. Böckel. *de Jur. hospitat. cap.* 6. *th.* 4. eo facit *ordin. milit. Elect. Saxon.* §. 6. in verbis hisce: Sollen allerseits nur von denen Häusern welche sie bewohnen nicht aber von anderen so sie vermieten befreyet seyn.

Regulariter onus hoc bursale lo- 30
co hospitationis subeunt Doctores ne in suis studiis turbentur, quia onus hospitationis licet sit reale, personalem tamen infert vexationem & recipientis verecundiam aliquo modo lædere videtur *l.* 8. 31
C. de metat. unde non immerito appellatur hospitalitatis molestia. Item Consules & Senatores aliiq; Municipiorum antistites quia per hospitationem eorum curæ augentur. *l.* 5. §. 3. *ff. de jur. immun.* Rol.

a

à VALL. *conſ.* 66. *n.* 42. *vol.* 1. Iterum tamen occurrit exceptio à regula hac, ſi turba militaris nimium premit civitatem, multa nimirum ceſſant caſu extremæ neceſſitatis ingruente *l. fin. C. de mun. patr. l.* 1. *C. de indict.* CACHERAN. *dec.* 36. Quo facit ordinat. Reg. Boruſs *d. art.* 14. verbis: Würde aber an einen und anderen Orte die Bequartirung alſo beſchaffen ſeyn/ daß die Zahl der Soldaten geringer als der Einwohn r wäre/ und alſo ein jeder Wirth nicht könte oder dörffte belegt werden &c.

Quær. an ſalgamum hoc Servies-Geldt præſtare quis cogatur de ædibus quas ſub haſta quidem emit, ſed quæ nondum judicialiter adjudicatæ ſunt? Et affirmandum, quia commodum æque ac incommodum ſequitur poſſeſſorem *l.* 13. *ff. de impenſ. in rem dot. fact. l.* 13. *C. d. act. empt. vend. ibique* GOTFR. maxime perfecta emptione licet per adjudicationem traditio facta non ſit CARPZ. *p.* 1. *conſt.* 32. *def.* 50. *n.* 1. *& ſeq.*

Sed quid ſi aliquis immunitatem à Magiſtratu conſecutus ſit, daß er von allen Einquartirungen frey ſeyn ſolle/ an etiam à burſali hoſpitationis onere liberabitur? Neg. propter odium immunitatis & ſtrictam ejus interpretationem de qua ſupr. actum cap. 18. *Ibique cit.* MEV. *p.* 9. *dec.* 23. adeoque facienda interpretatio conceſſionis, quæ minus gravat civitatem, hinc niſi alia contrahentium mens appareat, idem videtur eo caſu actum ac ſi diſpoſitum eſſet von allen würcklichen Einquartirungen.

Modus indicendi pecunias haſce, inſtituendus eſt ſecundum proportionem Gemetricam, ſicut *præced. cap. n.* 36. de hoſpitatione dictum eſt, eoque tendit reſcriptum Sereniſſimi Electoris Sax. ad ſenatum Dreſdens. de Anno 1695. Sie ſollen auf einen zulänglichen modum, wie dieſe Ausgabe auf einen gleichen Fuß/ und zwar nicht nach der Anzahl/ ſondern nach den Werth der Häuſer zu ſetzen/ forderlichſt bedacht ſeyn. WILDV. *d. diſs. d. ſalgam. c. final. n.* 41.

Ceſſat præſtatio ſalgami & penſitatio dictæ pecuniæ, quando quis hoſpitationem militarem actualiter ſuſtinet; quia ut *ſupr. n.* 18. dictum hoſpitationis vice eſt, ne quis ex duplici cauſa onus ſuſtineat. *arg. l. bona fides ff. de R. J.* poteſt quidem aliquis ex diverſa cauſa eſſe obligatus, ſed non idem bis præſtare convenit HEIG. 1. *quæſt.* 18. *n.* 36. NATTA. *conſ.* 114. *n.* 13. Sed gravatus in uno debet relevari in altero *l. cum qui* 30. *ff.*

d. J. *Jur.* GAIL. 2. *obs.* 53. MEV. 6. *dec.* 159.

40. Si quidam cives tenaciores sint in præstando hoc onere, tunc superit expeditissimum remedium ut ii hospitatione graventur, daß man sie würcklich belege / oder ihnen ihr Beschwer zuschreibe / qui modus facilior est, quam si horrido apparitorum conspectu executive pecunia illa extorqueatur.

41. Pecuniæ illæ die Servies Gelder / plerumque in Municipiis expenduntur ad militum hospitationes qui vel propter familiæ propriæ onus, vel ob cætera incommoda cives nimium gravant, die man muß einheuren / weil sie bey keinen Bürger stehen können. Item si quid Officialibus erogandum, quod commodiori via corradi non potest, ubi locator talium ædium ab omni onere immunis non erit, sed vel leviori pretio ædes illas concedet, vel alio pacto hoc nomine satis fiat.

Optimus modus constituendæ hujus pecuniæ est, si per deputatos ex Senatu & ordine civium fiat, & quidem tales qui de partialitate suspecti non sunt, ut & postmodum matricula oneratorum, Servies-Register der Servies-Zettel / offeratur Magistratui, ad corrigendum, augendum vel minuendum, qui mos & nobis hic loci inter continua præsidii onera familiaris est.

Caput XXII.

DE MUNICIPIORUM JURE EXCUBIARUM.

SUMMARIA.

1. *Munera Municipalium personalia quanam?*
2. *Excubiæ unde dicantur.*
3. Wachen *quid denotet.*
4. Gaffen / Kaffen / *vocis proprius & improprius sensus.*
5. *Wacta quid?*
6. *Vigiliæ festorum.*
7. *Excubiæ Municipalium quotuplices.*
8. *Magnates etiam vigilias ducunt.*
9. *Cura vigilantium reddit domum tutissimum refugium.*
10. *Excubantium necessitas.*
11. *Incendia nocturna sunt frequentiora.*

12. *In pagis etiam habentur sæpe excubiæ.*
13. *Princeps sub pœna coercet segniores Magistratus Municipales ad excubias instituendas.*
14. *Exemplum Augusti Imperatoris.*
15. *Excubitorum genera.*
16. *Officium excubitorum turribus addictorum.*
17. *Officium eorum qui per plateas singulis horis obambulant.*
18. *Moris hujus origo.*
19. *Quatenus ab excubitoribus coercendi etiam Magistratus jurisdictioni non subjecti.*
20. *Pœna verberantium aut vulnerantium excubitores hosce.*
21. *Ratio pœnæ istius.*
22. *An vigil incidens in nocturnum grassatorem eumque interimens immunis sit a pœna* L. Corn. de sicar.
23. *Quid in dubio statuendum?*
24. *Excubias civicas præstant cives & quare?*
25. *Quinam ab excubiis sint immunes de jure?*
26. *Quinam hodiernis moribus?*
27. *An forenses gravandi excubiarum onere?*
28. *An ipsi cives excubias agere teneantur?*
29. *Pecunia pro excubiis* Fahnen-Geldt / Wacht-Geldt / *quando præstanda?*
30. *Quid statuendum ratione excubiarum, si plures eandem domum inhabitet?*
31. *Quid de una domo per murum intermedium separata?*
32. *Usus & destinatio est principium dijudicationis.*
33. *Argumenta duarum ædium uno tecto contentarum.*
34. Cautela *pro Magistratu Municipali in conjunctione ædium.*
35. *Domus deserta nihil hujus oneris præstat.*
36. *Suburbani etiam onus excubiarum merito subeunt.*
37. *An Municipes in arcibus & palatiis Dominorum suorum habitantes excubare cogantur?*
38. *Præjudicium.*
39. *Consuetudo odiosa à Domino probanda.*
40. *Necessitas inevitabilis excepta.*
41. *Custodia arrestatorum.*

42. *Cives non compellendi ad custodiendos captivos inquisitos.*
43. *Excubiæ tempore messis.*
44. *An liceat furem in agro reperto occidere.*
45. *Excubiæ hortorum.*
46. *Excubantium horum officium.*
47. *Excubiæ tempore nundinali.*
48. *Excubiæ tempore pestis & contagii.*
49. *Excubiæ ob metum diffidatorum incendiorum &c.*
50. *Cautela pro Magistratu eo casu.*
51. *Portæ tunc temporis bene servandæ.*
52. *Dictum Caroli V. Imp. de tribus P.*
53. *Excubiæ sedato incendio.*
54. *Ordinatio provinciæ Gothanæ.*
55. *Exstincta flamma facile vires repetit.*
56. *Pœna deserentium excubias inter militares.*
57. *Cives in excubiis dormientes, quatenus puniendi.*
58. *Impensæ in ædificia excubatoria corps de gardes a civitate præstandæ.*
59. *Civitatenses militibus præstare debent annonam, ob temporariam custodiam vocati.*
60. *Salva gardia à civitate alenda.*
61. *Exempti ab excubiarum onere quinam?*
62. *Consuetudo civitatis Lippiæ.*
63. *Acquirens immunitatem, ad excubias non constringendus, licet diu exactæ non fuerint & post contractum inciderint.*
64. *Vigilum præfectus* Stadts-Wacht-Meister.
65. *Ejus officium.*
66. *Tessera militaris* die Parole / Losung / *danda etiam Consuli regenti.*
67. *Ejus ratio.*

1. Munera Municipiorum realia sive patrimonialia in præcedentibus perlustravimus, jam ad personalia deveniendum, quæ sunt illa, quæ animi provisione & corporalis laboris intentione, sine aliquo gerentis sumptu expediuntur, *l. 1. §. 3. l. 17. §. 1, ff. de mun. & hon.* inter quæ & refertur excubiarum præstatio, *l. numerum 8. §. hi quoque* 10. *d. tit. l. sed & si milites 8. §. qui autem 4. ff. de excusa mun.* Mev. *ad jus Lub. l. 3. tit. 6. art.* 16. *n.* 6.

Ex-

2. Excubiæ dicuntur ab *ex* & *cu-*
bare, quasi extra & foris cubare,
vel extra cubile esse, id est, *vigila-*
re, hoc autem denotat, in vigore
esse; Unde *vigil* est, cui sensus ex-
terior & in opere est, vigoris hu-
3. jus privatio est somnus, Germ. wa-
chen/à wacker/id est munter/hur-
tig/Anglis glad/ lætus sicut & no-
bis ornate compositus dicitur glatt.
MARTIN. *Lexic. Etymolog. in voc.*
vigil. Kaffen vel gaffen speciale
4. nomen est vigiliarum, ut:
Schildwache stehen/ schildern/
Runde gehen/ *Patrouilliren* / item
explorare. Quod postea in malam
partem de otiosis hominibus acci-
pi cœpit, ut SIRAC. 9. *verf.* 7.
habetur Gaffe nicht in der Stadt
hin und wieder. SCHILT. *Exercit.*
ad ff. 5. §. 11 *in addit. lit. a.*
Warcta vocabulum Francum est,
5. quod denotat mercedem, quæ im-
pendi custodibus solet, teste LEH-
MANN. *Chron. Spirens. l.* 2. *c.* 44.
6. *p.* 189. Dicuntur & vigiliæ â vigi-
lando; Vigiliæ festorum (ut hoc
per viam) dicuntur, quia olim
Christiani ob cultum solennitatis
diei festivi, præcedente vespera in
orationibus pernoctabant, *cap. nosse*
9. dist. 76.
7. Excubiæ Municipalium vel or-
dinariæ sunt vel extraordinariæ,
item nocturnæ vel diurnæ.
8. Si munus excubiarum grave est,
cogitent Municipes, quod inter
gemitus sublimium Magistratuum
ac Principum audiantur tales:
Omnes nobis dies ac noctes contin-
git, cum omni lucubratione degere,
non in vano vigilias ducimus, sed in
ejusmodi eas expendimus consilia, per-
noctantes & noctibus sub æqualitate
dierum utentes, *Nov.* 8. *præfat.* id-
que eum in finem, ut subditis be-
ne sit, *Nov.* 43. & *Nov.* 46. *præf.*
Verum quoque est, juxta Psalmi- 9.
stam, Dominum optimum qui-
dem esse civitatis custodem, inte-
rim tamen arripienda quoque sunt
media, quæ necessitas suggerit, ut
cura vigilantium domus nostra no-
bis maneat tutissimum refugium,
l. 18. *ff. de in jus voc.* & ut cum
primis nocturno tempore a vio-
lentiis & malitiis prædonum, la-
tronum ac furum per excubiarum
munera simus immunes. Facile 10.
bellicis temporibns clam vel palam
hostes civitatem ingrederentur, ac
nostram turbarent libertatem, dul-
cissimum illud vitæ præsidium, nisi
sint, qui in portis & muris excu-
bent. Facile exortis incendiis o-
mnis in extremam ruinam con-
flagraret civitas, nisi sint, qui no-
cturnas excubias agant, FRITSCH.
d. excub. c. 2. *n.* 8. 9. 10. Excu- 11.
biæ ergo nocturnæ non saltem in
Municipiis & oppidis ob incendio-
rum periculum, quia noctu in-

 cen-

cendia ut sunt frequentiora, ita pe-
12. riculosissima, sed & in quibusdam pagis sunt usitatæ, ubi certi vigiles non constituuntur, sed rustici per vices munus hoc subire debent, wird demjenigen / den die Wacht-Ordnung betrifft / der Wacht-Spieß und das Horn in das Haus geschicket. Quanto magis ergo incumbit Magistratui
13. Municipali, ut ratione vigiliarum vigilent, cui & sub certa pœna si in officio hoc providendo segnior sit, à Principe injungi potest & solet, ut nocturnas undique excubias instituant, quia salutem Reipublicæ tueri, nulli magis convenire creditur, quam Principi, *l. 3. pr. ff. de offic. præf. vig.* FRITSCH. *d. tr.*
14. *cap. 3. n. 5.* Sicut olim Imperator Augustus, cum plura incendia uno die essent oborta, septem constituit cohortes opportunis locis constitutas, quibus præpositus erat præfectus vigilum, *d. l. 3. in pr. & l. 1. 2. ff. d. t.* Is per urbem calceatus oberrabat, ut securius per medios etiam ignes, ambularet, *d. l. 3. §. 2.* atque simul avertebat malitiam effractorum, receptatorum, adulterorum, servorum, fugitivorum, &c.

15. Moribus nostris excubitorum tria genera sunt, quidam addicti sunt turribus templorum, Thurn-Wächter / alii per plateas obambulant, & dato signo per tubam vel cornu horas indicant, Stunden-Ruffer / Nacht-Wächter / alii denique in certo loco, tempore tumultuoso constituuntur, ut nocturnos grassantes, vociferantes & tumultuantes coerceant vocanturque die Schaar-Wacht / weil sie bey Schaaren oder Hauffen-weise gehen.

Priorum ut magis in Munici- 16
piis frequentium officium est, ebrietatem & somnolentiam fugere, damna & pericula, quæ noctu in civitate oboriri solent, monendo, custodiendo & clamando avertere, ac pro nota vigilantiæ omnibus horarum intervallis signum tubæ dare, FRITSCH. *d. tr. d. excub. c. 3. n. 16. & seq.* Qui turri propositi sunt, visa flamma incendii, campanæ pulsu periculum indicare debent. Reliqui per plateas 17
vagantur, alta voce horam simul indicant, & cives admonent, ne negligentia aliqua incendii malum oriatur. Qui mos undique in Ger- 18
mania receptus ex præd. instituto Augusti originem habere videtur, cum præfecti vigilum officium esset, eo modo inquilinos monere, *d. l 3. §. 4. ff. d. off. præf. vigil.*

NocturniMunicipiorum vigiles ea 19
pollent potestate, ut tumultuantes vociferantes ac petulantes in platea repertos, licet urbanæ jurisdictio-

ctioni non subjectos possint comprehendere, modo comprehensi illucescente die, suo tradantur & sistantur judici ordinario, Mev. *ad jus Lub. l. 4. tit. 16. art. 1 n. 7 & 8.* Cothm. *resp. Academ* 39 *n.* 59. *& seqq*

20. Si quis eos pulsaverit aut vulneraverit, nulla data causa saltem ex petulantia, ille, tanquam vis publicæ reus arbitrarie puniendus, quæ pœna quoque ad fustigationem & manus amputationem, juxta Decian. *tr. criminal. l. 8. c.* 18. *n.* 9.
21. extendi potest; Nam non minus delinquit, qui adversus civitatem quid molitur, quam qui securitatem domus violat, Carpz, *p. 4. const.* 13. *def* 5. Verum rigor ille procul exulavit, & excubitores impuni petulantiæ utplurimum expositi sunt, eorum præcipue, qui Magistratum loci non agnoscunt judicem suum.

22. Sed quæritur, si vigil incidens in nocturnum grassatorem, eum occiderit, an pœna ordinaria L. Corn. sit plectendus? Resp. si grassator nocturnus cum telo ambulaverit, & vigilem re aut verbis lacessiverit, tunc á pœna immunis est; Examinandæ autem omnes sunt circumstantiæ, quod vigil aliter se tueri non potuerit, *l. furem nocturnum. ff. ad L. Corn. d. sicar.* & quod volens occidere talem nocturnum aggressorem acclamaverit, *l. itaque. ff. ad L. Aquil* tum & quod eum capere non potuerit, quæ requisita ratione necis furi nocturno illatæ sunt necessaria, Carpz. *p. crim. part.* 1 *q.* 32. *n.* 38. In 23.
dubio autem vigiles, utpote in re licita versantes, malitiose grassatorem occidisse non præsumuntur, Fritsch. *d. tr. de excub. c.* 3. *n.* 35.

Dicta hæc de vigilibus nocturnis Nacht-Wächter / eorumque officio & prærogativa sufficiant. Restat ut jam de excubiis civicis Bürger-Wachten agamus.

Onus hoc præstant cives, qui 24.
patriæ nati & quodammodo ratione munerum hypothecati sunt, nam qui civitatem diligit, bonos omnes salvos & incolumes desiderat. Cic. *l.* 1. *offic.* & privilegiis civitatis gaudere non debet, qui onera non sustinet *l.* 1. §. 1. *l. Imperatores* 38. *ff. ad munic.* Gail. 2. *obs.* 36. *n.* 8.

Tempore belli, diffidationis, 25.
& grassationis incendiariorum, indistincte subditi ac cives ad excubias obstricti sunt Carpz. *p.* 2. *const.* 51. *def.* 2. *n.* 5. Unde ex prædictis facile patet, advenas incolas, inquilinos & qui conducititias ædes inhabitant, excubiis non gravandos, ut qui regulariter de jure communi immunitatem à personalibus muneribus habent

l.

l. 6. §. ult. ff. d. mun. & hon. l. 17. nquil. ff. de excusat. tut. CARPZ. *d. const. def. 4.* quia quotannis certum quid, quod Schutz-Geldt vocant, solvunt.

26. Dico de jure, moribus autem inde recessum est, sicut MEV. *de jur. Lubencensi* testatur, illos qui proprios lares fovent, welche eigen Feuer und Rauch halten hoc quoque munere fungi *ad J. Lub. l. 3. t. 6. art. 16. n.* 8. Sequitur
27. quoque ex eo, quod forenses in civitate domus & ædificia habentes, quorsum tempore belli sese recipiunt, frumenta sua important, quia ex custodia commodum sentiunt, etiam teneri ad onus custodiæ vel excubiarum CAVALCAN. *cons. 6. de cens.* KLOCK. *d. contr. c. 16. n. 205. & c. 13. n. 36.*

28. Sed an cives ipsi excubias semper agere debeant quæritur? Distinguendum est inter excubias ordinarias & extraordinarias; Has quod attinet, quæ tempore necessitatis exiguntur, ab ipsis civibus præstandæ ubi non pro forma, ut loquimur, sed virorum fortitudine & labore, portæ ac muri civitatum, contra vim & hostilem metum defendi debnnt, quo tempore necessum est, daß Mann vor Mann auf die Wacht ziehet. FRITSCH. *d. tr. c. 4. n. 27. & 28.*

Ordinariæ autem quæ citra tantam necessitatem vel non exigente periculo aguntur, pecunia redimi possunt, qua excubatores aluntur, Pecunia hæc Coloniæ Agriippinæ vocatur Fahnen-Geldt / multis in civitatibus dicitur Wacht-Geldt / qua præstita cives impune emanere poterunt, ubi nimirum excubitorum numerus est. MEV. *d. l. 3. tit. 6. art. 16. n. 5.* 29.

Quod si plures eandem domum inhabitent, à singulis onus hoc utpote personale præstandum erit. *l. munerum* 8. §. 10. *ff. de mun. & hon. l. sed & 8. §. 1. de excus. mnn.* solet tamen inter habitatores, distributio oneris istius fieri, ne nimium graventur, quod apud nos vocamus auf eine halbe oder viertel Wacht setzen. 30.

Quoniam & sæpe contingit ut domus una forte per murum intermedium separata, quæ antea duos inhabitatores habuit conjungatur ab uno cive, hinc quæritur an & is duplex excubiarum onus præstare debeat. Quod negatur quoties unico tecto domus continetur, & primæva destinatione ab uno saltem fuit inhabitata, usus enim & destinatio sæpe principium dijudicationis est. *l. quod rerum* 24. *§. 2. ff. de leg.* 1. *l. prædiis. §. qui domum ibique* BART. *eod.* SURD. *cons.* 207. *n. 7. vol.* 2. ex. grat. si uni- 31. 32.

unica saltem appareat porta, quo communiter ad utramque domum itur in viam publicam. SURD. *dict. cons.* 4. Secus autem est si
33. duarum ædium argumenta existunt, ut si ex duabus portis magnis itur & exitur cum utraque suas separatas habet scalas coquinas PARIS. *cons.* 80. *n.* 7. *vol.* 2. atque inde apparet, **daß es für zwo Haus-Haltungen** aptiret **ist** / cum una non est destinata ad usum alterius, sed diversim ad alios usus habetur, aut etiam locatur tanquam diversa SURD. *d. cons.* 207. *n.* 2. MASARD *de prob. concl.* 1154. *n.* 45. *& concl.* 1174.
34. *n.* 38. Ergo non sine causa Magistratus prohibet separatarum habitationum conjunctionem, vel si id permittit, quod illas conjungens præstita cautione seu repromissione tanquam pro duabus onera subire velit MEV. *d. l.* 3. *t.* 6.
35. *art.* 16. *n.* 11. Domus autem deserta & inhabitatore vacua **wann das Haus wuste oder öde stehet** / nihil eo nomine debet, propter personalitatem muneris excubiarum *d. l.* 8. §. 10. *ff. d. mun. & bon. l.* 8. §. 4. *ff. de excus. muner.* GUID. PAP. *d. dec.* 9. *n.* 1.

36. Cives in suburbiis habitantes **die ausser der Ring-Mauren wohnen** / licet securitate communi cum reliquorum civium ædibus non gaudeant, nihilminus tamen onus hoc merito subeunt maxime si necessitas & belli periculum excubias efflagitat. Nam suburbani iisdem juribus & privilegiis cum civibus pollent, & tempore instantis periculi cum jumentis & supellectile in urbem fugere & securitatem in ea quærere solent. Accedit quod iidem æque jurisdictioni urbanæ subjecti sunt ac intra muros degentes FRITSCH. *d. tr. d. excub. c.* 4. *n.* 35. *& seq. vid. quæ notavi lib. I. c.* 7. *n.* 28.

Municipes in arcibus & palatiis Dominorum suorum habitantes, regulariter illic vigilare & excubias agere obstricti non sunt vocantur illæ **Schloß- oder Burg-Wache.** *l.* 1. *& seq. C. ne rustic. ad ull. obseq. dev. l.* 11. GAIL. *d. arrest. cap.* 10. *n.* 6. BOER. *dec.* 212. CARPZ. *p.* 2. *const.* 51. *def.* 1. MAUL. *de homag. tit.* 4. *n.* 9. SIXTIN. *d. real. lib. II. c.* 13. BERLICH. *p.* 2. *concl.* 64. *n.* 1. MEV. *ad J. Lub. d. art.* 16. *n.* 4. MYLER. *d. stat. Imp. part.* 2. *c.* 78. *art.* §. 4. 37.
Atque sic judicatum refert, in causa **Pappenheim** contra **Elgau** 38.
ubi dominus jura Magistratus allegavit & eorum vigore hoc jus sibi competere asseruit BESOLD. *th. pr. voc.* **Wachen.** Exceptio
est (1.) si consuetudo in contrarium viget, quæ tamen si à subdi- 39.

ditis negetur, quia contra jus commune & odiosa est, à Domino probanda *l. un. C. ne oper. à collat. exig. lib. X.* NATTA *consil. 185.* CHASSAN. *consuet. Burgund. in verb. corveabiles. rubr. 9. n. 18.* KOCK. *vol. 1. cons. 26. n. 29.*

40. Secunda exceptio est, si subsit necessitas inevitabilis, quia subditi ex juramento fidelitatis obstrict sunt dominum suum defendere SIXTIN. *d. loc. cap. 13. n. 69.* HERING. *d. jur. Burgor. n. 644.* BALTHAS. *de oper. subdit. cap. 11.* ZIEGLER. *ad prax. Calvol. §. nobiles n. 105.* MYLER. *d. c. §. 3.*

41. Tenentur quandoque cives per modum excubiarum, custodire arrestatos, qui sunt honestioris conditionis & eam ob rationem carceri non mancipantur BOER. *dec. 216. n. 3.* JUL. CLAR. *l. 5.*

42. *sent. §. ult. q. 28. n. 3.* Ut autem cives ac Municipes maleficos & inquisitos captivos, in carcere custodiant, compelli non possunt, quia cura hæc custodiæ, sicut ipsa executio & irrogatio pœnarum Magistratui competit, qui peculiaribus sumptibus custodes conducere debet, quorum compensatione, fructus jurisdictionis percipit CARPZ. *d. const. 51. p. 2. ibique alleg.*

43. Usitatum quoque genus excubiarum est tempore messis, ut rapacium manus cohibeantur, tunc enim quisque colligendis frugibus ita occupatus est, ut ruri vigilare non possit. Unde à Magistratu constituuntur custodes **Feldt-Wächter** dicti.

An autem liceat tali custodi furem in agro vinea deprehensum occidere, quæstionis est? Distinguendum quam maxime est inter furem nocturnum & diurnum, inter armatum & inermem, illum si quis inclamatum nec cognoscere nec capere possit, & sui defensio accedat, impune occidi posse, affirmant criminalistæ RIPA. *de nocturn. temp. c. 14. n. 38.* DAMHOUD. *prax. crim. cap. 78.* CARPZ. *quæst. 32. n. 38.* Hæ si abfuerint circumstantiæ, occisor extraordinaria pœna plectendus erit. Furem autem diurnum occidere non licet, nisi armatus custodem invadat eique vim intentet. CARPZ. *d. l.*

Custodia hortorum huc quoque pertinet quorum furta tam frequentia sunt, imprimis, ubi præsidia militaria vigent, ut sine ea conservari fructus & dominis suis cedere vix possint; De quo exstat constitutio Saxo Gothana. *part. 2. cap. 3. t. 27.* Custodum horum officium est, fures si arripere possunt, pignorare, pignusque ablatum judici offerre, quo

quo fur convictus debitam luat pœnam, *Vid. supr. cap. 5. n. 20. & seqq.*

47. Tempore nundinali à Magistratu quoque ordinantur excubiæ, tam irterdiu ad portas civitatis, quam per noctem in foro & plateis, ut inter confluxum peregrinorum, turbæ, tumultus, furta, incendia &c. præcaveantur & exorta sopiantur.

48. Item tempore pestis vel contagionis in vicinia grassantis civitatum portæ excubantibus munitæ sunt, ubi peregrini probe examinandi, nec immittendi, si aliqualis saltem præsumptio contra illos militet, antequam testimonia eorum à Consule sat sint probata *vid. lib. II. cap. 5. n. 14. & seqq.*

46. Par causa est si vigiliæ habentur ob metum diffidatorum, incendiariorum, validorum mendicantium, Zingarorum, vagantium, **Mord-Bränner / Ziegeuner / Schwartz-Macher / und dergleichen verdammten Gesinde** de quibus hodiedum adhuc audiuntur, tristia scelerum exempla, FRITSCH. *d. tr. c. 11. n. 9.* Provi-

50. di tunc Magistratus est, ut justo tempore portæ claudantur & aperiantur ac ut adventantes peregrini, non admittantur nisi probe examinanti; Quis? Quid? Ubi; Quibus comitibus? Cur? Quomodo? Quando? accesserint. Cautius tunc portæ, mane serius, vesperi citius reserantur & obserantur. Sicut tradit VOLKER. *pr. mil. c. 5. ac. 11.* **Die Thore sollen des Abends eine halbe Stunde vor Nacht / und des Morgens eine halbe Stunde auf den Tag geschlossen und aufgemacht werden.** Cura portarum boni regiminis tunc diagnosticon est. Sicut Carl. V. Imp. ex tribus P. politiam civitatis judicavit, ex *pulsu porta* & *pueris*, id est horologiorum justo pulsu, ex portarum stata clausura & puerorum educatione. 51. 52.

53. Exorto etiam & sedato incendio, ne nova flamma ex cineribus enascatur, custodes adponi solent, & convenit, de quo disposuit *ordin. provinc. Gothan. c. 4. §. 1.* **Wann die Feuers-Brunst vermittels Göttlicher Verleyhung / und durch müglich angewandten Fleiß / wiederum gelöschet ist / sollen die Brand-Stätten von gewissen dazu verordneten Personen bewacht werden / bis man sich von denen noch vermuhtlich Feuer haltenden Branden / anderwärtiger Gefahr nicht mehr zu besorgen hat.** Calamitosa enim undique exstant exstant exempla, quod exstincta noctur- 54. 55.

ni incendii flamma & quietis iterum civibus, majus adhuc ex cinere emerserit damnum, quo reparando deinceps pares non fuerunt.

56. Miles excubias deserens ultimi supplicii pœnam luit *l.* 10. *ff. de re milit.* easque per somnum negligens etiam capitaliter plectitur, per ordinationes militares EL. MAXIMI. 14. *artic.* Brieff *art.* 39. Da einer auf der Schildt-Wache schlaffend befunden wird / oder sonsten ehe er abgelöset davon gieng / der sol an Leib und Leben gestraffet werden.

57. Si tamen cives qui tempore præsidii militaris excubias agunt cum militibus, in hoc peccent, rigor ille mitigatur, & arbitrariæ pœnæ locum facit, quod & hic loci usus confirmat: Plerumque milites hujusmodi cives arresto militari committunt, sed post Magistratui puniendos remittunt.

58. Impensæ in ædificia excubiis destinata, quæ vocamus *Corps de gardes* sustinetur à civitate, desuper habet militaris *ordinatio nostra*

59. *art.* 20. ubi incidenter addo, quod licet Princeps sumptus præsidii sustineat MYLER. *de princip. ac stat. Im. p.* 2. *cap.* 78. *arg. l.* 18. *C. de operib. publ.* BOER. *dec.* 212. *n.* 11. Si tamen ad custodiam temporariam alicujus civitatis, milites destinantur, tunc simul civitatenses annonam præstare soleant *l. ult. C. de erog. mil. annon.* Et 60

quando civitas tempore belli custodiam militarem *salveguarde* pro securitate sua petit, tunc propriis sumptibus eam alere tenetur quia commodum inde in civitatis privatum, non publicum regionis & provinciæ favorem cedit CHRISTINÆUS *vol.* 5. *dec.* 140. *n.* 31. & 32.

Exempti sunt ab excubiarum munere, honoratiores, in Republ. quia munus illud sordidum est. 61

Ex gr. Clerici & personæ Ecclesiasticæ *l.* 6. *C. de Episc. & Cler.* Consiliiari Principum, Doctores, Licentiati, Magistri, & scholarum Præceptores, *l.* 11. *C. de adsessor. l.* 6. *l.* 11. *C. de profess. med. l.* 5. 6. 17. *C. de advoc. divers. Jud.* CHRISTIN. *vol.* 5. *dec.* 49. *n.* 21. MUND. *de mun. & hon. c.* 1. *n.* 195. Item Consules, Senatores, & decuriones *l.* 4. 5. & 14. *C. de dignit. l.* 21. *C. d. decur.* ubi tamen servanda & inspicienda est cujusque loci consuetudo. 62

Nostra hac civitas ab onere saltem eximit ex senatu Consules & proconsules; Regierende und abgetretene Burgermeistere und Amtleute. Reliqua quæ de exemptione hujus oneris dicenda coincidunt in materiam immuni-

ta-

tatis *supr. cap. 18.* fusius traditam.

63. Saltem quæro, si diu excubiæ in civitate non actæ & quis per modum contractus, immunitatem ab oneribus civilibus acquisivit, ac post contractum illæ indicantur, an contrahens sub prætextu necessitatis supervenientis ad onus id sit constringendus? Neg. Quia sunt onus ordinarium civium, quod quoties visum vel necessarium est, exigitur *l. 8. §. 4. de excus. mun.* Inde tempore contractus de iis cogitari debuit & potuit, ergo pro insolito non habendæ, illa saltem insolita sunt, quæ præter opinionem ex casibus de novo evenientibus oriuntur Mev. *p. 5. dec. 118.*

64. Pro coronide hujus materiæ adhuc notandum, quod in Municipiis, ubi frequentiores excubiarum ordinariarum sunt præstationes, certus constitui soleat vigilium præfectus Stats-Wacht-Meister cujus est officium juxta 65. matriculam excubantium Rott-Register / vel Wacht-Rolle cuncta disponere, ut debitus inter cives oneratos servetur ordo & æqualitas, ne pro arbitrio emaneant, vel & portæ Municipiorum idoneis custodibus muniantur.

Excipit & præfectus ille, etiam tesseram militarem vulgo das Wort / die Losung / quæ tempore vespertino obseratis jam portis in aurem insusurrari solet Boclek *schol. milit. class. 35.* Eamque Consuli regenti defert, licet & Municipium præsidio militari sit instructum quia ejus quoque est, dum Bellona ferox sævit, excubias civicas obire, quod appellatur die Runde gehen / ac cuncta dispicere ne quid ratione custodiæ desit. 66. 67.

Caput XXIII.

DE MUNICIPIORUM OPERIS PUBLICIS. Stadts-Werck.

SUMMARIA.

1. *Opera publica varia sortiuntur nomina. Earum institutum.*
2. Frohn-Dienste / Frohnen / *quid denotet?*
3. *Præco vel apparitor unde dictus* Frohne?

4. *Operæ libertorum cur vocatæ* Frohn-Dienſte?
5. *Operæ hæ civicæ non ſunt angariæ vel parangariæ.*
6. *Non ſunt inſtar operarum ruſticarum.*
7. *Cur operæ ruſticorum inter mixta onera referantur?*
8. *Deſcriptio operarum civicarum.*
9. *Sunt onus ſordidum.*
10. *Ordinarium munus quid?*
11. *Operæ publicæ cur ſint munus extraordinarium?*
12. *Cur ſubſidiarium?*
13. *Publica neceſſitas quæ?*
14. *Neceſſitas multa injungit civibus?*
15. *Operæ civium differunt à ruſticanis ob utilitatem publicam.*
16. *Operæ ruſticæ præſtantur & ob privatam præſtantium utilitatem.*
17. *Conſuetudinis vis in præſtatione harum operarum.*
18. *Jurisdictio Magiſtratus eſt radix omnium onerum.*
19. *Exemptus à jurisdictione, exemptus eſt à ſervitiis.*
20. *Alleganti exemptionem incumbit probatio.*
21. *Operæ hæ ſuſtinentur tacito pacto inter cives & Magiſtratum.*
22. *Civis eſt hypothecatus patriæ.*
23. *Differentia inter operas artificiales & miniſtrales.*
24. *Operæ civicæ non officiunt libertati civium.*
25. 27. 28. *Operæ publicæ circa quæ verſentur?*
26. *Refectio viarum eſt inſtar cauſæ piæ.*
29. *Servitia illicita à civibus non exigenda.*
30. *Vaſallus non tenetur ad ſervitia niſi licita.*
31. *Operæ immoderatæ non exigendæ.*
32. *Operæ inſuetæ & inſolitæ non imponendæ civibus.*
33. *Non ſunt exigendæ ſi Municipio alias ſuppetunt media, pro laboribus preſtandis.*
34. *Viliora & tenuiora ſaltem Municipia operas has exigere ſolent.*
35. *Princeps non poteſt gravare ſubditos ſi ſufficientes habeat reditus.*
36. *Cautela pro Magiſtratu Municipali in operis his exigendis.*
37. *An morbus vel corporis debilitas excuſet ab operis civicis?*
38. *Morbi impedimenta ſunt legitima.*
39. *Senectus ſpecies morbi eſt.*
40. *Impoſſibilium non eſt obligatio.*

41. *Impeditus per substitutum operas præstare cogitur,*
42. *Nisi personæ industria electa.*
43. *Cives depaupertati & simul morbo impediti ab onere eximendi.*
44. *Affinitas excubiarum oneris, cum præstatione operarum.*
45. *Quatenus distribuendæ sint operæ hæ?*
46. *Quomodo excitanda in operis diligentia?*
47. *Operæ hæ segnius expediri solent.*

1. Restat adhuc muneris & oneris genus, quod civitatenses, pro sublevatione sumptuum universitatis ex necessitate præstant, quod vocamus Stadt-Werck/ aliis in locis alio nomine veniunt, in Ducatu superioris Bavariæ dicuntur Schar-Werck/ Chur-Bayer. Land-Recht *tit.* 22. In Austria appellantur Robwolt à Polonica dictione *Robota* per quam operæ serviles designantur BALTHAS. *tract. d. oper. subdit. c. 3. p.* 39.
2. In Saxonia, Suevia, Hassia, cum finitimis verbo Frohne/ Frohn-Dienste operæ hæ proferuntur. Frohne enim veteri Alemannorum voce veniebat quod sacrum & publicum erat; Inde Frohn-Botte/ quasi sacer inviolabilis nuncius, Frohn-Fasten sacrum jejunium, Frohn zehend sacræ decimæ.
3. Sic apud nos præco vel apparitor adhuc vocatur ein Frohne/ quasi publicus & inviolabilis minister, frohnen est servire ut *Exod.* 5. *vers.* 18. LUTHER. reddit: Gehet nun hin und frohnet/ KLOCK. *d. contr. c.* 2. *n.* 32. BESOLD. *thes. pract. in. voc.* Frohn. Sed operæ libertorum ideo dicebantur Frohn-Dienste / quia sacræ libertatis, quæ per manumissionem contingit, erant quædam remuneratio & compensatio GOLDAST. *rerum Germ. tom. 3. p.* 67. HUSANUS *d. propr. hominib. c. 6. n.* 53. 4.

Operæ illæ civicæ non referendæ sunt ad angarias & parangarias, quia hæ jure regaliorum præstantur, & quidem illi, qui superioritate territoriali gaudent C. *un. quæ sint regal.* CRAVET. *consil.* 702. *n.* 15. DECIAN. *vol.* 2. *resp.* 41. *n.* 56. ROL à VALL. *cons.* 1. *n.* 14. *l.* 1. KLOCK. *vol.* 1. *cons.* 9. *n.* 23. Quæ non competunt, solam jurisdictionem, merum mixtumque Imperium habenti SIXTIN. *d. reg. l.* 2. *c.* 13. *n.* 47. Nec considerandæ sunt tanquam operæ rusticorum, quia illæ debentur domino per modum beneficii, intuitu & contemplatione prædiorum, quæ colonus pos- 5. 6.

poſſidet, Ziiegl. *ad prax. Calv.* §. *Nobiles n.* 50. Nam ſicut vaſallus Domino & libertus patrono, proter rei feudalis & libertatis beneficium, ad domini & patroni commodum ſervitia exhibere tenetur. Sic colonus & ruſticus ratione adepti prædii. Erhard. *d. oper. ruſtic. concl.* 33.
7. *lit. A.* Ruſticarum operarum præſtatio ideo inter mixta onera refertur, communi JCtorum ſententia Wesemb. *conſ.* 40. *n.* 4. Klock. *d. contr. c.* 2. *n.* 22. quia partim perſonæ, partim poſſeſſionis intuitu imponuntur. Eæ in labore quidem conſiſtunt, ſed propter rem à perſona exiguntur Heig. 1. *queſt.* 17. *n.* 14. Klock. *vol.* 1. *conſ.* 10. *n.* 731. Balth. *d. tr. cap.* 4. *p.* 74.

8. Hæ autem operæ à civibus præſtandæ, ſunt onus quoddam perſonale extraordinarium quod in publica neceſſitate Municipii de conſuetudine exigitur.

9. Et quidem refertur munus hoc operarum inter onera ſordida & magis adhuc quam *cap. præced. n.* 61. de excubiis dictum, nam illæ non aliter præſtantur quam per eos quos vocamus gemeine Handwercker und Tagelöhner/ cæteri eas per domeſticos ſuos expediunt quia in puro ſaltem labore conſiſtunt.

Dixi eſſe munus *extraordinarium* nam ordinarium eſt illud, quod lege, Senatus conſulto, vel conſtitutione Principis indicitur *l.* 1. C. *de ind. lib. XIX. l. un.* C. *de vacat. publ. mun. eod. lib.* & quod certam annuam regularem & uniformem habet præſtationem. Klock. *de contr. c.* 2. *n.* 5. *conſ.* 28. *n.* 121. *vol.* 2. Cacheran. *deciſ.* 95. *n.* 34. Heig. *p.* 1. *queſt.* 17. *n.* 15. Alio adhuc ſenſu poteſt dici munus extraordinarium, quia ab inferiori magiſtratu imponitur *l. in honoribus* 8. §. 3. *ff. vacat. & excuſ. mun.* l. *un.* C. *de vac. mun. publ. lib. X.* Cravett. *conſ.* 45. *n.* 22. Balth. *de op. ſubd. c.* 1. *p.* 4. ſubſidiarum quoque hoc munus eſt, quod pro exonerandis & ſublevandis ſumptibus civitatis in publicam ejus utilitatem cedit.

Addo & *in publica neceſſitate pro utilitate municipii.* Varias enim præſtationes & operas, publica exigit neceſſitas Maul. *de homag. tit.* 4. 1. 2. illa autem neceſſitas publica eſt quæ favorem univerſitatis publicum complectitur non autem ſublevationem alicujus in particulari reſpicit Klock. *vol.* 2. *conſ.* 28. *n.* 96. Hæc neceſſitas, durum illud telum multa injungit ſubditis & civibus, de quibus cæteroquin eſſent immunes, quæ efficit,

cit ut omnis cesset exceptio, omnis immunitas RIPA. *de peste c. 5. n.* 201. ZIEGL. *d.* §. *Nobiles &* CALVOL. *ibid. n.* 105. HUSAN. *de homin. propr. cap. 6. n. 96.* GUID. PAP. *dec.* 631. *n. 6.*

15. Quia jam utilitas Municipii est finis operarnm civilium, hinc patet differre eas ab operibus rusticorum, quarum duplex est finis, alter ex parte Dominorum cui præstantur, alter ex parte subditorum per quos eæ præstantur; Dominis operæ cedunt in singularem utilitatem & in proprium commodum, sicut ministeria patrono à liberto exhibenda *l. 24.*
16. *l. 26.* §. *ff. de oper. libert.* Subditi eas pari ratione in tantum ratione privati emolumenti exhibent, ut ipsi à dominis defendantur, & prædiis sibi concessis licite frui possint *arg. feud. c. un.* §. *ult. In quib. caus. feud. amitt.* KLOCK. *de servit. feud.* BALTH. *de oper. subd. c. 19. in fin.*

17. Tandem subjungo operas hasce de consuetudine præstari, quæ juris & legis habet vigorem *l.* 32. §. 1. *l.* 33. *ff. d. LL.* & quæ præscriptione fortior est ZAS. *lib. II. cons.* 16. *n.* 15. SCHRAD. *de feud. part. 10. sect. 9. n.* 224. SIXTIN. *vol. 3. cons. Marp.* 11. *n. 63.*

Fundamentum operarum ha-
18. consistit (1.) in Magistratus Municipalis jurisdictione, ut quæ est radix & fundamentum omnium onerum DECIAN. *v.* 2. *resp.* 41. *n. 41.* COTHM. *vol.* 1. *resp. 11. n.* 13. Unde sequitur quod perso- 19.
na in qua deficit jurisdictio Magistratus, etiam operis & servitiis gravari nequeat BOER. *dec.* 200. *n.* 11. atque sic exactionem hanc suffulciunt & corroboratam dicunt GAIL. *de arest. c.* 10. *n.* 2. KLOCK. *de contr. d. cap. 2. n.* 38. *Et vol.* 1. *cons.* 8. *n.* 122, STEPH. *de jurisdict. lib. II. part.* 1. *c.* 7. *memb. 2. n.* 185. MINGIUS *de jurisd. tertit. cap. 6. concl. 79.* ERHARD. *de op. rust.* Ac inde sequi- 20.
tur Magistratum vi jurisdictionis habere intentionem fundatam & quod exemptionem ab onerarum onere alleganti, incumbat probatio, cum exemptio semper legitimis argumentis docenda & alleganda *C. 7. in princ. de privileg.* PANORM. *in c.* 1. *n.* 13. *x. de offic. ordinar.*

(2.) In tacito pacto quod vi- 21.
detur intercessisse inter Magistratum & civem, quia hic privilegiis civitatis fruitur, ut onera simul sustineat *l.* §. 1. *l.* 38. §. 1. *ff. ad mun.* BUXTORFF. *ad A. B. concl. 99. tit. 6.* GAIL. *2. obs. 36. n. 8. & obs. 52. n.* 15. HONDÆD. *cons.* 38. *v.* 1. COTHM. *cons 74. n. 45. vol.* 2. adeo ut civis natus 22.

Patriæ, quodammodo ratione
onerum sive munerum hypothe-
catus videatur CEPHAL. *conf.* 431.
n. 126. ZIEGL. §. *civitas limit.* 43.
23. (3.) Consistunt non in artificio
sed in ministerio; Operæ enim
quæ in artificio juxta doctrinæ re-
gulas consistunt *arg. C. legatis 65.*
§. *& seq. de leg.* 1. absque pretio
non præstantur. Ministeriales eo
facilius fiunt, quia nudum opera-
rii laboris tractum saltem exigunt.
PAPÆ *dec.* 472 *n.* 2. CHASSAN.
consue. Burg. rubr. 9. §. 18. *n.* 22.
24. Nec dicas operarum hanc exa-
ctionem civium libertati obstare &
quod servile sit in civitatem eas
introducere, cum jam in præc.
dictum, quod ministerium tale
non sit species servitutis, sed mo-
dus præstandi obligationem, qua
civis tanquam socius & membrum
obstrictus est civitati & universitati
BALTH. *d. tr. c.* 2. *n.* 2. Cætero-
quin etiam vasalli libertas aggra-
vatur, cum tamen ipsius servitia
utique sunt exigibilia.
25. Servitia hæc civica publicam
utilitatem respicientia, ut pluri-
mum versantur circa reparatio-
nem viarum, quæ maxime est
privilegiata, à qua olim nullus
erat immunis nec Imperator nec
domus Augusta vel Ecclesia *l.*
ad instructionem 7. C. d. SS. Eccl.
l. absit 4. *C. d. privil. C. Dom.*
August. l. 11 *L. ult. C. de immun.*
non conced. l. ad portus 7. C. de
oper. publ. ROL. à VALL. *lib. IV.*
conf. 2. *n.* 1. Ita ut reparatio talis
instar causæ piæ habeatur. HYP- 26.
POL. *singul.* 192. MENOCH *A. J. Q.*
l. 2. *caf.* 160. *n.* 17. Ergo si con-
suetudo in Municipio viget, ut
refectio viarum fiat à civibus, illa
merito servanda. KLOCK. *vol.* 3.
conf. 149. *n.* 42. Item ad aggerum 27.
refectionem, fluminum derivatio-
nem, alveorum exarationem, ut
aquarum irruptio impediatur &
aliarum similium rerum causâ,
operæ hæ civibus indici possunt.
FOREST. *de jurisd. lib. II. ad leg.* 3.
Rom. n. 105. Reparatio murorum
æque est privilegiata maxime si 28.
fiat ad præsens periculum averten-
dum, vel futurum incommodum
præcavendum. ALEX. *vol.* 2. *con-*
fil. 68. *n.* 5. NATTA. *conf.* 158.
n. 12. *vol.* 1. ROSENTH. *de feud.*
cap. 5. *concl.* 81. *n.* 2. *& 3.*
Verum servitia hæc exigi non 29.
possunt (1.) si per se sint illici-
ta *arg. l.* 7. §. 3. *ff. de oper. liber.*
quia illa nec facere nos posse cre-
dendum est *l. filius* 15. *ff. d. cond.*
instit. in qua re non potest dici
contracta tacita obligatio inter
Magistratum & civem *l. generali-*
ter 26. *ff. de si un. v. o.* §. 4. *de pact.*
GAIL. *de pac. publ cap.* 4. *n.* 11.
Quinimo & vasallus qui juramen- 30.
tum

tum præſtitit ſervitia exhibendi,
non niſi ad licita conſtringi po-
teſt Zas. *de feud. p.* 1. *n.* 3. Schrad.
de feud. p. 2. *c.* 2. *n.* 13. Kohl. *de*
31. *ſervit. feud. p.* 4. *n.* 138. (2.) Si
operæ ſint immoderatæ & exceſſi-
væ, nam ita ſemper eæ modifican-
dæ à Magiſtratu ne ſubditi labo-
ribus opprimantur, aut tempus &
occaſio alimenta quærendi eis adi-
matur *l.* 19. *ff. de op. libert.* Vult.
conſ. Marp. 30. *n.* 212. *vol.* 2.
Gail. 2. *obſ.* 62. *n.* 13. Balth.
d. oper. ſubd. C. 10. *p.* 239.
32. (3.) Si fiat exactio operarum in-
ſuetarum & inſolitarum, quia iſtæ
cum conſuetudine præſtationis
non conveniunt, adeoque cenſen-
tur exorbitantes & odioſæ & per
conſequens indebitæ Molin. *ad*
conſuet. Pariſ. tit. 2. §. 76. *n.* 16.
& ſeq. Brunnem. *ad l. ſi qui* 3.
C. ne ruſtican. ad ull. obſeq. Inſoli-
tæ quoque dicuntur ſi tempore in-
ſueto petantur. (4.) Si Munici-
33. pio alia adhuc ſuppetant media,
quibus labores tales perfici poſ-
ſunt, nam ut *ſupr. n.* 12. dictum
illæ ſubſididiales ſunt, & tantum
in extremæ neceſſitatis caſum exi-
gendæ veniunt.

34. Inde in celebrioribus Munici-
piis & urbibus vix eſt, ut cives in-
telligant, quidnam præſtationis
operæ hæ involvant, adeoque in
oppidis & tenuioris conditionis
Municipiis ſaltem eæ invaluere,
in oppidis inquam ab opibus qui-
dem dictis, ſed ob opum penuriam
ope indigentibus.

Nec Princeps ſubditos ſuos 35.
gravare poteſt ſi ſufficientes adhuc
ex provincia reditus habet Vasq.
illuſtr. quæſt. l. 1. *c.* 6. *n.* 2. *&*
ſeq. Andr. de Petra. *de poteſtat.*
princip. c. 6. *n.* 40. Ergo ſi tali
caſu cives à Senatu premantur
conceſſus ipſis erit recurſus ad Su-
periorem.

Occurrit hic cautela pro Ma- 36.
giſtratu Municipali, quod ſi ſoli-
tæ operæ juxta ordines civium
exigi vel non poſſint, vel non de-
beant, ut ex regiſtris contributio-
num extrahantur ad operas exhi-
bendas cives illi, de quibus reſi-
duum conſequi exactores non poſ-
ſunt, quibus deſunt media ſolven-
di, qui tamen validi ſatis ſunt ad
labores præſtandos, quod voca-
mus daß ſie ihre Schatzung mit
Stadts-Arbeit verdienen / ſic
enim univerſitas per indirectum
conſequitur, quod directe non
poterat.

Quær an ab operis hiſce excu- 37.
ſandi cives, qui ob morbi vehe-
mentiam, vel corporis debilita-
tem & defectum à laborando im-
pediuntur? Sic videtur in operis
libertorum *l.* 15. *in princ. & l.* 34.
ff. de oper. libert. Et alias morbus 38.

regulariter ab iis muneribus vacationem tribuit quæ corpore adimplenda ſunt *l. ſextum* 2. §. 7. *ff. de vacat. muner.* & naturalis dicitur neceſſitas quæ ex morbo provenit, ejusque impedimentum dicitur legitimum & juſtum *l.* 4. §. *ſtichus* 5. *ff. de ſtat. liber.* BOER.
39. *dec.* 44. *n.* 27. Ad infirmitatis hoc impedimentum refertur quoque ſenectus *l.* 3. *ff de jur. immun. l.* 35. *ff. de op. libert.* adeoque ſtatuta loquentia de infirmis, locum etiam habent in ſenibus CARD. TUSCH. *lit S. concl.* 130. *n.* 5. maxime in iis caſibus ubi exercitii corporis habetur ratio MENOCH. *lib. VI. præſumpt.* 46. *n.* 26. ACTIUS *de privil. infirm.*
40. *cap.* 19. *n.* 12. Verius tamen eſt impedimenta prædicta ſaltem reſtringi ad perſonas civium, ne videlicet ad impoſſibilitatem adſtringantur cujus nulla obligatio eſt *l.*
41. *Impoſſibilium* 185. *ff. d. R. J.* Interim tamen ipſi impediti per ſubſtitutum operas præſtare tenentur *l.* 1. *C. de præpoſ. argent. lib. X. l. quisquis* 16. & *auth. adſcriptitios C. de Epiſc. & Cler.* ERHARD. *de oper. ruſtic. concl.* 32. *lit. B.* eoque facit *text. in l. continuus* 137. §. 5. *ff. de V. O.* ibique BART. *n.* 1.
42. Ubi ait quod is qui per ſe aliquid facere non poteſt, per alium id efficere debeat, quando perſonæ induſtria non eſt electa, & ſubſtitutus facile reperiri poteſt *arg. l. idemque* 16. *in princip. ff. pro ſoc.* ACTIUS *d. tr. de privil. infirm. c.* 34. *n.* 8. Ex quibus allegatis textibus & rationibus evidens eſt, quod ſupra pro rationibus dubitandi allegata ad præſtationem perſonalem ſaltem reſtringenda ſint.

Illi itaque cives prædictis impe- 43.
dimentis retenti, & qui ſimul ob fortunæ aſperititatem ſubſtitutum conſtituere nequeunt, merito hoc onere ſublevandi ſunt, ne afflictio addatur afflicto.

Affinitatem quandam habent 44.
operæ de quibus hic tractamus, cum excubiarum præſtatione, hinc quæ ulterius huic materiæ convenire poſſunt illic petenda ſunt.
Modus quoque illas exigendi com- 45.
modior non eſt, quam ut præſtatio fiat ſecundum cohortes civium, quatenus pro munere excubiarum deſignati ſunt, nach dem Rott-Regiſter. Singulæ cohorti præficitur magiſter ein Rott-Meiſter cui decem cives ſubditi, & ejus ſub directione munia iſta peragenda ſunt. In reparatione viarum, 46.
evacuatione foſſarum & ejusmodi labore, qui inter perſonas dividi poteſt, apta inſtituitur methodus ſi unicique operantium penſum ſuum menſuretur, quo peracto ab ope-

opera vacationem habet dimittendus, ſic enim opus æmulatione laborantium perficitur & diligentiores tardiorum ſegnitie non im-
47. pediuntur. Uſus ſane comprobat nihil ſegnius perfici quam illud operæ genus, quod publicæ cedit utilitati, inde invaluit diverbium; Wer ſich im Stadt-Werck zu Tod arbeitet / den muß man unterm Galgen begraben &c.

Caput XXIV.

DE MUNICIPIORUM JURE LUSTRATIONIS ET EXERCITII MILITARIS, UBI DE SCLOPETARIIS Schützen-Geſellſchafft.

SUMMARIA.

1. *Subditis armorum uſus prohibitus.*
2. *Quo jure his armorum uſus ſit prohibitus?*
3. *Ex qua ratione?*
4. *Armata defenſio commodius fit à militibus.*
5. *Exercitia militaria quibusdam videntur inſtrumenta rebellionum.*
6. *Municipia cives ſuos ad monſtras exercitationesque militares convocare poſſunt.*
7. *De conſuetudine Germaniæ armorum uſus non eſt ſubditis interdictus.*
8. *Municipales ſine armis omni periculo externo expoſiti ſunt.*
9. *Seditioſis non exercitium ſed furor arma miniſtrat.*
10. *Principes non habent hodie quod timeant à ſubditis Municipibus.*
11. *Civibus Principes injungunt armorum uſum.*
12. *Aliena arma facile ex humeris decidunt.*
13. *Luſtratio juri ſuperioritatis adſcribitur.*
14. *Monſtra privata Municipalibus competunt.*
15. *Luſtratio duplex eſt alia ſuperior.*
16. *Alia inferior.*
17. *Magiſtratus, civibus Municipalibus indicere poteſt, ut propria habeant arma.*

18. *In eo versatur interesse Pricipum.*
19. *Subditus Domino arctius quam vasallus adstringitur.*
20. *Exercitia campestria* Vogel-Schiessen / Scheiben-Stechen.
21. *Obsequium & auxilium subditorum principale dominis est tributum.*
22. Vogel-Schiessen *exulavit è Municipiis.*
23. *Jaculatio in scopum* Scheiben-Schissen *duplicis est generis.*
24. *Exercitium ejus ordinarium.*
25. *Magistratus suppeditare cogitur scopos* die Scheiben.
26. *Exercitium sclopetarium solenne* das frey-Schiessen.
27. *Celebrant hoc civitates Municipales vicinæ.*
28. *Quomodo ejus præmia constituantur* Haupt-Gewinn / Neben-Gewinn.
29. *Directores* Platz-Meistere *assessores* Siebenere *vocantur.*
30. *Nemo jaculatorum à pœna ordinaria se eximere potest.*
31. *Delicta graviora eo casu vindicantur à Magistratu.*
32. *Exhilerandus quandoque est populi animus.*
33. *Exercitationes illæ umbratiles usum & exempla antiquorum habent.*
34. *Quæ fuerit apud Romanos pugna ad palum.*
35. *Exercitatio est utilis.*
36. *Campi doctores* Drill-Meister.
37. *Eorum officium & institutio.*
38. *Exercitio instructiores cives ad defensionem redduntur. Felix Resp. quæ tempore pacis cogitat de bello.*
39. *Minor est labor si consuetus.*
40. *Philippus Rex Macedonum suos exercuit ac si periculum semper immineret.*
41. *Cives animos subdito ad arma non erigunt, nisi se exercitatioue idoneos ad illa confidant.*
42. *Cives tempore pacis sedulo ad arma & excubias assuescendi.*
43. *Cessante armorum exercitio, cives à paganis non differunt.*
44. *Intra mœnia non explodendæ bombardæ.*
45. *Ob quam rationem.*
46. 55. *Exercitium sclopetarium fieri non debet diebus Dominis.*
47. *Quidam illud eo die permittunt modo non impediatur cultus Divinus.*

48. *Pessime exercitium illud in diem Dominicum rejicitur.*
49. *Ludicra cum sacris non miscenda.*
50. 58. *Res adiaphora facile ad illicitum degenerant.*
51. *Integra dies Dominica Deo dicanda.*
52. *Opera officii tunc non exequenda, quanto magis opera oblectationis.*
53. *Cavendum ne dum sacra aguntur, aliquis profana meditetur.*
54. *Actus jaculatorii celebrantur cum strepitu musico & compotatione.*
56. *Exercitium sclopetarium* das Vogel-Schiessen / *tertio die Pentecostalis die non celebrandum.*
57. *Cur ritus ille eo tempore apud quosdam invaluerit?*
59. Schützen-Graben / Schützen-Garten / Schützen-Hoff.
60. *Quid si quis inter exercitium hoc globo transfigatur?*
61. *An* §. 4. J. de L. Aquil. *etiam ad jaculatores, non milites extendatur?*
62. *Dispositio* Const. crimin. Carolinæ *desuper.*
63. *Convenit illa legi Divinæ.*
64. *Quænam ad exculpationem examinanda?*
65. *Locus jaculationi destinatus debet esse tutus.*
66. Schützen-Gesellschafft.
67. *Illius origo.*
68. *Municipes pro Principis patriæque tutela obligati.*
69. *Cohortes exercitatorum civium sua habent privilegia.*
70. *Cohortem sclopetariam instituere potest Magistratus Municipalis.*
71. *Institutionis hujus formula apud Lippienses.*
72. *Controversiæ inter sagitarios* von der Schützen-*Compagnie, quatenus ab eorum officialibus dirimantur?*
73. *Quænam à Magistratu Municipali?*
74. *Magistratus Mun. cura circa cohortem illam.*
75. *Cohortes civicæ per certa quarteria* Bürger-*Companien*/ junge Gesellen-*Companie.*
76. *Eorum tympana & vexilla.*
77. *Municipes prætextu hujus societatis ad sequelam extra territorium & ad insolita cogi non possunt.*

78.

78. *Actus meticulosi facti jussu potentis & terribilis, cui quis contradicere non audet, non inducunt consuetudinem.*
79. *Nec quasi possessionem.*
80. *Quando subditi Dominum extra territorium sequi cogantur?*
81. *Cujus sumptibus id faciendum?*
82. *Lustratio quommodo à sequela differat?*
83. *Sequela* eine Heers-Folge *est regale.*
84. *Ejus descriptio.*
85. *Sequelæ primarius finis.*
86. *Plaustri militaris missio* Reiß-Wagen / Heer-Wagen / *Proviant*-Karren.
87. *Ejus origo est vetusta.*
88. *Spectat eo extraditio civium militandi causa.*
89. *Eo pacto purgari potest Municipium ab otiosis* Ledig-Gängeren
90. *Quinam cives in militiam detrudendi?*
91. *An teneatur Magistratus si talis militiam deserat.*
92. *Cautela in hoc pro Magistratu Municipali.*
93. *An civi ad militiam extradito reddenda pecunia qua civilitatem redemit* das Bürger-Geldt?
94. *Magistratus civi præstare debet securitatem.*
95. *Condictio causa data, causa non secuta quando cesset?*
96. *Quod jussu Superioris fit, non est voluntarium.*
97. *De lustrationis materia remissive.*

1. Subditis amorum usum de jure nostro prohibitum esse scimus *l. unic. C. ut arm. usus inscio Principe interdict. sit.* CORN. *cons. 20. lib.* III. *per tot.*

2. Illic ita statuunt Imperatores Valentinianus & Valens. Nulli prosus nobis insciis & inconsultis quorumlibet armorum movendorum copia tribuatur. Constitutionem hanc etiam ad nobiles extendit TIRAQ. *de Nobil. cap. 20. n. 69. 70.* Respicit & eo *Nov. 85. cap. 3.* ubi in specie privatis civitates inhabitantibus, armorum usus interdictus est, hac nimirum ratione, ut evitentur neces & ne inde publicæ subditorum functiones pereant. 3. Addunt Politici multis Principibus periculum creatum fuisse, ex eo quod subditis arma fuerint permissa, tempore pacis maxime cum difficile sit indomitæ plebi arma semel recepta extorquere KLOCK. *de contr. c. 3. n. 317.* Alii distinguunt inter statum popu-

pu-

pularum & optimatum BERNEG. ad TACIT. *de mor. Germ. quæst. 23.*
4. Alii hoc utuntur argumento; Principem, principatum, & civitates in casu necessitatis strenuius & commodius defendi à milite conductitio quam à civibus & subditis timidis imbellibus, minusque exercitatis, qui amore liberorum pericula quævis imminentia facile subterfugiunt & inviti ad expeditiones armatas trahuntur FRITSCH. *d. jure lustration. cap. 2. §. n.* 10. Ibi addens judicium judiciosissimi CANANNÆ. discursu ad TACIT. *Annal. lib II. L' armi deb bono esser maneggiate per eletione & per volontà, non per obligo.* Hinc volunt politici optimum tutissimumque in regimine esse, privatis arma adimere, exercitationeque militari subditis interdicere.

5. Quibus & hanc jungunt rationem, quia ejusmodi exercitia sunt instrumenta rebellionum, turbamenta pacis, fomentaque furoris popularis.

6. Quod licet dicteriis exemplisque variis deducant, ego tamen hisce non attentis Municipia cives suos ad monstras exercitationes, ostentationesque armorum convocari posse sustinendum puto.

7. Nam quod ad jus illud Romanum attinet, quo privatis armorum usus interdictus est, hoc contraria Germaniæ consuetudine sublatum cernimus, & ubivis armorum gestatio à Municipiis nostris non saltem permissa, sed sub pœnæ comminatione injuncta est.
Cæteroquin supervacaneum esset, 8.
quæ pro avertendo omni non saltem hostili, sed vagabundorum nebulonum insultu, item pro arcendis personis suspectis, tempore contagii &c. ratione excubiarum ad instructionem necessariæ politiæ passim tradita sunt, quid enim præstarent inermes, ad portarum custodiam excubando?

Quæ de rebellionum causis ex 9.
usu armorum profluentibus in contrarium ducuntur, leviora sunt quam ut refutationem mereantur, si enim ex hoc bona formari debeat argumentatio, non solum cavendum, ne subditi arma militaria, sed nec fustes lapidesque quibus & arma significantur, *l. 14. ff. de V. S.* tractent, aut civibus manus amputandæ essent, seditiosis enim non exercitium, sed furor, arma ministrat, *ut ait Poeta:*

Nec etiam civium nostrorum in- 10.
genia adeo sunt turbulenta, & ad novanda negotia & seditiones proclivia, vix querimoniæ desuper exstant, potius notum est undique, facili imperio municipes regi; Non habent, quod interitum Principes timeant à subditis municipibus, ni-

mia potentia armatis, quia non de belli ducibus hic agitur, de quibus ARISTOT. *l. 7. Polit. cap. 9.* ait, quia arma in manu habent, eorum arbitrii esse, ut maneat vel non maneat Respublica.

Deinde armorum usus hodie injungitur civibus à Principe, ut iis
11. tempore congruo uti sciant, non ut ob eorum nimiam frequentiam agricultura, artificia aut commer-
12. cia impediantur. Porrò si subditi ad capessenda arma idonei facti sunt, in iis Principes laudatam habent vim veram & propriam, cum in extraneis potius sit adscititia & extranea. Hinc MACHIAVEL. arma subditorum vocat arma Principis propria. *Le arme proprie sono quelle che sono composite di subditi, o di cittadini, tutte l' altre sono mercenarie o aussiliari. De Princip. cap. 13. in fin.* juxta illud aliena arma facile ex humeris decidunt aut gestantibus oneri sunt.

13. Lustrationem quod attinet, quamvis illa juri superioritatis & regalium adscribatur à PRÜCKM. *cons. 87. n. 34. & 40. lib. I. & cons. 10. n. 41. lib. II.* BELLON. *cons. 49. n. 1. & seq.* SURD. *cons. 83. n. 7.* & aliis quamplurimis.

14. Generalis tamen illa jureque superioritatis convocata & instituta lustratio monstris illis privatis Municipalibus, quibus cives suos arma tractare docent, experientia testante minime derogat.

Duplex enim est lustratio, *superior* scilicet die Landes-Munsterung/ quæ est de regalibus, PRÜCKM. *cit. loc.* KNICH. *de jure territ. cap. 3. n. 352.* SURD. *cons. 83. n. 7.* Et juxta BIDENB. *quæst. 106. 7.* concluditur, daß die lustratio armorum sive exercitatio tyronum und Munsterung ein sonderbahr der hohen Landes-Obrigkeit anklebendes Regal / und ohne Mittel dem Superiori und Landes-Herrn / keines weges aber denen Unterthanen gehörig sey / ex quo jure Principes subditorum delectum agunt, *R. I. de Anno 1595.* §. wiewol auch 93. *Inferior* est, quæ & inferiori jurisdictioni competit, der Vogtheiligen Obrigkeit und Städten / und wird so bald mit Besichtigung der Feurstätten verrichtet / FRITSCH. *de jur. lustr. cap. 1. §. 3. n. 6. 7.*

Poterit ergo Magistratus Municipalis inconsulto Domino civibus suis indicere, ut quisque suis propriis instructus sit armis. Quod Principes Dominive territoriales eo minus prohibere debent, quanto magis eorum interesse in hujusmodi exercitiis versatur, cum enim subditi non tantum vasalli ratione feudorum, & ex forma fidelitatis, ut hoc vult LUC. de PENN. *ad l. 1.*

C.

C. ult. C. ne rust. ad obseq. col. 3.
v. igitur quaritur. CRAVETTA *consʃ.*
518. *n. 7.* GEORG de CATEBO *de-*
cis. 44. n. 2. & 5. p. 2. Sed etiam
non possidentes feuda vi ordina-
riæ jurisdictionis & protectionis ex
justæ defensionis vel alia necessita-
tis causa Domino territoriali ad
militarem sequelam obligati sint,
AFFLICT. *rubr. qua sit regal. & alii*
citati à KLOCK *d. contr. c. 3. n.* 297
19. *& seq.* Subditus enim Domino ar-
ctius quam vasallus adstringitur.
NATT. *cons.* 554. *n.* 19. CEPHAL
cons. 451. *n.* 323. BURSAT. *cons.*
147. *n.* 33. BELLON. *cons.* 49. *n.* 2..
PETR. HEIG. *lib. I. quaest. jur.* 18.
n. 5. CORNEL. *cons.* 17. *n.* 17. *lib. I.*
NICOL. EVERH. *jun. cons.* 41. *n.* 94.
vol. 1.

20. Principi nullatenus displicere po-
terit, si Municipales suum obse-
quium & auxilium, quod secun-
dum SENECAM qualecunque sit, prin-
cipale est tributum, *lib. II. de be-*
nef. hisce exercitiis campestribus,
21. als da seynd das Vogel-Schiessen/
Scheibenstechen/ und andere bür-
gerliche Ubung mehr/ offerunt. Ho-
22. die campestre illud exercitium, das
Vogelschiessen / è Municipiis exu-
lavit, & saltem apud ruricolas fre-
quentari solet, jaculatio vero in sco
pum, das Scheibenstechen/Schei-
ben-Schiessen/ civitatensibus ma-
23. gis est familiaris. Et quidem ex-
ercitium hoc duplicis est generis,
alterum particulare & minus so-
lenne, das ordentliche Scheiben-
Schiessen/ quod apud nos æstiva 24.
tempestate est hebdomadarium,
cum selecti quidam sclopetarii ex-
ercitii amatores, ejus causa sese
consociant, ac certis pactionibus
& legibus initis adhibita mode-
rata recreatione palmarium con-
stituunt, wann etwas zum Gewinn
aufgesetzet wird. Leges desuper 25.
latæ ab iis, qui ordinario actui in-
tersunt, subscribuntur, & Magi-
stratus ne laudabile hoc exercitium
in desuetudinem eat, scopos, die 26.
Scheiben / publicis sumtibus sup-
peditat. Alterum genus exercitii
sclopetarii solennioris & magis uni-
versale & hinc peculiari ac specifi-
co nomine audit ein Frey-Schies-
sen/ quia sine delectu cives an ex-
teri, indigenæ an alienigenæ cu-
juscunque tandem status, condi-
tionis & dignitatis sint, edictali
scripto invitatorio typis impresso
ad id vocantur. Et quidem civi- 27.
tates Municipales diversorum ter-
ritoriorum hisce in oris vicinæ
certum ordinem servare solent, quo
exercitii hujus continuatio fiat,
nempe finito eo actu, solenni quo-
dam ritu offertur sertum, das
Kräntzlein/ cujus acceptione obli-
gatio suscipitur de exercitio hoc
continuando. Civitas, quæ sclo- 28.

petarum hoc exercitium instituit
die das Frey-Schiessen hält /
exhibet præmium primarium das
Haupt-Gewinn / cætera præ-
mia accessoria die Neben-Gewin-
ne / ex nummis impositis aus
29. dem Einsatz formantur. Directo-
res & moderatores hujus actus
vocantur Platz-Meistere / quibus
ex cæteris sclopetariorum cohor-
tibus adduntur assessores, quasi,
quos vocamus Siebener / qui si-
mul cuncta ordinant & omnes ex-
cessus jaculatiorii ordinis, de pla-
no non tamen sine strepitu, sed
semota apppellatione puniunt;
Nec est quod quis obmoto grava-
30. mine vel proposita exceptione
quadam sese à pœna ordinaria,
nach Schützen Manier, eximere &
tueri velit; Nam ad hunc com-
parentes tacite se obligarunt,
quod legibus propositis parere ve-
lint, quia quæ insunt actui & quæ
tacite aguntur pro expressis haben-
31. tur *l. 3. ff. de reb. cred.* Si quid
tamen gravioris delicti intercedat,
ejus dijudicationem Magistratus
locj merito suscipit, puta quæ non
concernunt ipsam ordinationem
jaculatorum sed aliud exorbitans
32. delictum. Exercitia talia juxta do-
ctrinam Politicorum hoc argu-
mento defenduntur; Quia inter
dum expedit ludis publicis exhile-
rare animum populi, ut respiret
aliquantulum & majores deinde
vires adferat ad labores, quibus
animum suum intendat, nam si
tristis fuerit & melancholicus ad-
versus Magistratum suas convertit
cogitationes contra si hi aliquam
ei remissionem indulgeant, cervi-
ces cuilibet oneri subjicit SAVE-
DR. *symb. polit.* 72. §. *Expedit.*

Et quidem recte hæ exercita- 2
tiones civium & tyronum SUETO-
NIO *in aug. cap. 38.* dicuntur, ac
etiamsi umbratiles sint, usus ta-
men & exempla à veteribus ha-
bent, legitur enim & Romanos
ad palum pugnasse; Fuit autem
palus cubitorum trium quem ty- 3
rones scuto vel clavo, velut ho-
stem petere in eumque ictus &
plagas inferre solebant, in quo id
cavebatur inprimis, ne dum ad
palum ictus intendunt ipsi hostium
telis pateant, proinde oportebat
eos animo & corpore intentos es-
se, non magis ad inferendos,
quam ad cavendos declinandos-
que ictus, cui ludo Palaria no-
men sunt ALEX. ab ALEXAND. *lib. I.*
cap. 20. Nihil etiam absque exer- 3
citatione invita proficitur, ea ve-
ro omnia superare potest LUCRET.
lib. VI.

Per varios usus artem experientia fe-
cit
Exemplo monstrante viam - - -
MANIL. *lib. I.*

pau-

Marius in bello contra Cimbros paulatim suos animavit & ab umbratili exitatione, ad prælium serio gerendum aptos fecit
36. PLUTARCH. *in Mario.* Unde etiam Germanorum antiqui suos ad id Campidoctores seu designatores disciplinæ militaris magistros habuerunt, quos Drill-Meistere di-
37. xere. Quorum campidoctorum fuit officii per quotidiana exercitia armorum demonstrare doctrinam, ut tyrones missile & destinato ictu, & magnis viribus jaciant, ut norint tractare scutum, & obliquis ictibus venientia tela deflectere, ut militari gradu ambulare celeriter & sic æqualiter discant, ne ordines turbent, quod nostratibus est, gleiche Glieder machen/ die Glieder schliessen / ausbreiten und erweiteren / bald langsam / bald geschwinde marchiren / lincks und rechts sich wenden und schwencken / zusammen lauffen / treffen / und wieder in guter Ordnung von einander weichen / und sonst sich recht in die Waffen / und deren Gebrauch schicken *ut post* VEGET. *lib. I. de re milit. c.* 8. & 9. PETR. GREGOR. *de Rep. lib. I. cap.* 4. LIV. *lib. XXVI* BOTER. *Della Ragione di stato lib. IX.* LIPS. *lib. V. polit. cap.* 13. *n.* 13. KLOCK. *cons.* 20. *n.* 62. & 63. *tom.* 1.

Hoc exercitio efficitur, ut tanto instructiores ad sui defensionem ex subditis milites legere, convocareque Princeps possit; Felicem dixit PETR. GREGOR. Rempublicam quæ tempore pacis de bello cogitat *lib. I. c.* 3. 38.

Miserum enim est secundum CASSIUM, cum exerceantur athletæ, venatores & gladiatores, non exerceri milites, imo cives futuros patriæ defensores, quibus minor est labor si consuetus est, cum certum sit paucos viros fortes naturam procreare, bona institutione plures reddere industriam VEGET. *de re milit.* 3. *c.* 6. Laudaturque ex eo Philippus, quod exercuerit Macedones suos perinde ac si periculum semper immineret. 39. 40.

Cives namque emergente casu necessitatis, animos subdito ad arma non erigunt nisi qui se ad ipsa idoneos, præmissa exercitatione confidunt, CASSIOD. *lib. I. Epist.* 40. Certe plurimum ad Reipublicæ conservationem confert, armorum studium, quod præstat cæteris omnibus SCHÖNB. *lib. I. polit.* 5. Nam quem in ipsa re trepidare nolueris ante rem exerceas SENECA *Epist.* 18. 41.

Non contemnendo, sed laudando consilio in civitatibus ducitur, cives in pace sedula exercitatione ad arma & excubias assuef- 42.

cere, ut cum opus sit, defensioni pares sint. Unde promanavit, quod in nonnullis locis, salubri consuetudine invectum est, ut nemo in ordinem civium recipiatur, nisi qui de propriis armis Magistratui fidem facit, eaque conservaturum & pro defensione civitatum usurpaturum promittit MEV. *ad jus Lubec. lib. I. tit. 2. art.* 1. *n.* 3. *&* 4. ubi *seq. n.* 62. dicit omni carere dubio, civitates
43. inferiores & Municipia pro defensione sua arma capere posse ex JOH. de PLATEA *in l. un. in. fin.* C. *ut arm. usus in princip.* Quid fieret si indocta civium multitudo, arma plane contrectare ignoret, sane in necessitate usus ipsis defuturus foret, una cum viribus & si doctrina cessat armorum, cives armati à paganis non distant.

44. Sed usus iste armorum, Municipibus concedendus abusu vitiari non debet. Unde permittendum non est in civitatibus sive præsidiariæ sint sive non, ut intra mœnia bombardæ explodantur sicuti *jur. Mechlin. art.* 20. *tit.* 2. prohibitum, nisi fiat in Gymnasiis bombardariorum, idque sub pœna decem drachmarum id est zehn Brabandtische Schilling. Omni
45. etenim tempore hoc modo cædes & incendia præcavenda, prout horum ratione cautio satis exacta institui nequit, cum compertum habeamus haud raro explosiones illas incendio causam dedisse. Et quod magis est belli tempore ideo explosiones cessare debent, quia sub iis signum proditionis faciie latere potest.

Alter abusus exercitii sclopetarii, des Scheiben-Schiessens/est, 46
si diebus Dominicis fiat. CARPZ. *lib. II. jurispr. forens. def.* 253. quidem statuit etiam, tunc exercitia hæc permitti posse, modo cultus divinus per ea non impediatur, jungens illic rescriptum Electoris 47.
Saxoniæ *de Anno* 1626. hujus contenti: Wann denn in unseren publicirten general Decret die Schützen-Höfe und Schiessen nicht verboten/sondern allein dieses verordnet/ daß dieselbe/vor Endigung der Vesper geschehen sollen. Posse & addit *ibidem n.* 9. *&* 10. in sabbatho sacris peractis corpori suam permitti recreationem, præsertim, quando honesta illa exercitia moribus formandis sunt apta, vel utilitas aliqua ex iis in Rempublicam redundat. Idem statuit & tuetur BECHM. *in Comm. ad ff. tit. de ser.* modo fiat post concionem vespertinam. Pariter sese fundans *in ordinat. Polit. Saxon. tit.* 2. *sub rubr.* von Entheiligung und Feyrung des Sabbaths. §. 4. So sol doch solches (das Schützen-

tzen- und Vogel-Schieſſen) ent-
weder am hohen Feſt- und Sonn-
tag gar nicht oder nicht eher ange-
ſtellet werden / es ſey denn ſo wol
Vor- als Nachmittags / der Got-
tesdienſt verrichtet. Apud quos-
48. dam quoque in plerisque vicis &
oppidis hunc morem invaluiſſe, ex-
perientia edocti ſumus, ut ejus-
modi exercitium non ſolum die-
bus Dominicis & feſtis tolere-
tur, ſed & deſtinata opera in id
tempus rejiciatur, tanquam rebus
ludicris opportunius dari non poſ-
49. ſit. Verum utut exercitium ſclo-
petarium jam ſupra allegato modo,
in ſe laudabile & permiſſum ſit,
nullo autem modo ejusmodi ludi-
cra cum ſacris & momenta Deo
dicata cum profanis miſcenda ſunt,
50. utut etiam iſtis diebus aliquid læ-
titiæ publicæ tribuere licitum ſit,
l. 3. C. de Epiſc. audient. Hæc ta-
men omnia facile & merito limi-
tationem capiunt in iſtis rebus,
quæ ex adiaphoro facile ad illici-
tum degenerare, & ex permiſſo in
51. turpe deviare poſſunt. Non enim
pars diei Dominici, ſed quicquid
temporis continet Divino Numi-
ni conſecratum, totus dies ſanctus
in ſacris perlegendis & meditan-
dis potius impendatur, *Exod. 20.
v. 8. Cap. 24. v. 20. Levit. 23.
v. 3.* Ac quicquid hujus generis
exercitii tandem inſtat, facile in ſe-
quentem diem differri poterit. Sa-
ne nihil hujus diei inſtituto con-
venit, niſi quo excitatur anima ad
Divinas contemplationes, atque
ad vitam vere piam & Chriſtianam
in ſanctitate & juſtitia, abſint quæ
ad emendationem morum, & ad
tranquillitatem animæ nihil tri-
buunt. Summo jure itaque CARPZ.
cap. 1. n. 10. ibique STRICK. *in
notis* ubi ex PERKINS. *de caſib. con-
ſcient. lib. II. cap. 17. caſ. 1.* addit:
Si ordinariæ vocationis officia, 52.
laude & commendatione alioqui
digna idcirco prohibentur, quia re-
quiem injunctam everſum eunt,
animumque occupant ut in re-
bus Divinis verſari, & ſe exerce-
re non poſſint, quanto magis jam
voluptatis & oblectationis opera
vetantur quæ multo plus id fa-
ciunt, licet alioquin in ſe illegiti-
ma non ſint. Denique & evenit, 53.
nec ſine peccato ut ſagittarius ein
Schützen-Bruder / dum ſacra
peraguntur profana meditetur,
imo pro concione ſacra audienda,
domi ſæpe ſclopetum à ferrugine
purget & globos fundat. Welcher
vor eine Predigt / die Büchſe
oder das Gewehr zu Hauſe aus-
putzet und Kugeln gieſſet. Ne di- 54.
cam quod in actu jaculandi ſtrepi-
tus muſicales, compotationes, va-
riaque prohibitorum ludorum ge-
nera pro condimento ſclopetarii
hu-

hujus exercitii intervenire ſoleant. In Ordin. Sax. polit. ſupra memor. legem Princeps facit bimembrem & potius plane non quam ad turbanda ſacra hoc inſtitui vult FRID. ERNST. LEHMAN.
55. *de var. ludi gen. c. 5. n. 13.* Ergo qui in Municipiis inſpectionem rerum Eccleſiaſticarum concreditam habent, ſive Magiſtratus ſive officiales Principis, merito & in eos qui hoc exercitio durch das Scheiben-Schieſſen diem Dominicum violant, habebunt quod ſtatuant.

56. Sed magis adhuc culpanda eſt profanatio quando rureſtres, prout vicinia noſtra teſtatur tertio die Penticoſtalis, cujus pomeridiana pars non ſacris ſed compotationibus, excurſionibus, & recreationibus eſt ſacra, exercitium ſclopetarium das Vo-
57. gel-Schiſſen habent. Ritus hic absque dubio primitus intolerabili ſimplicitate veterum in honorem & memoriam Spiritus S. inſtitutus eſt. Non ſolum enim avis illa lignea perticæ impoſita ac ſclopetorum ictibus expoſita, ſed etiam avicula ex catena argentea pendula, quæ geſtanda offertur ei, qui palmam reliquis præripuit, der den Vogel abgeſchoſſen hat und König worden iſt / columbæ formam & ſpiritus S. imaginem vulgo ita dicam refert. Ex qua cer- 5
te damnabili conſuetudine paret, prout ſupra n. 50. dixi quam facile ritus aliquis ex adiaphoro illicitus ex illicito tandem horrendus progeneretur. Vident ergo profanatores iſti eorumq; defenſores, quo ſpiritu comite ejusmodi exercitia inſtituantur. Sed hæc in tranſitu, quia exercitium hoc jaculatorium apud Municipales undique fere in deſuetudinem ivit & prout jam indigitatum in pagos ſeſe recepit.

Si jam Magiſtratus exercitium 5
hoc das Scheiben-Schieſſen non ſaltem permiſit ſed & illi commodum aſſignavit locum einen Schützen-Hoff Schützen-Garten / Schützen-Graben apud nos Schützen-Bruch & aliquis transcurrens caſu globo trasfixus
ſit, eo caſu circumſtantiæ ratione 6
pœnæ vel impunitatis examinandæ veniunt quas tradit §. 4. *J. de Leg. Aquil* hæ ſcilicet duæ an advenerint caſus ille in loco exercitationi deſtinato, & ſecundo à perſona in eo loco ſe exercitare conſueta. Et licet *d. text. junct. l. 9. §. ult. ff. eod.* agat de milite in campo militari jaculante Dd. tamen *ibid.* in eo conveniunt, quod 6
conventicula ſagittariorum ex paganis, licet milites non ſint, modo conſiſtant ex perſonis ordinariis, die

die & loco solito se exercendo, eodem jure gaudeant, ergo si quis in isto loco intempestive transcurrens sine dolo & culpa jaculantis vel vulneratus vel occisus sit, omnis pœna cessat WAMES. *cent.* 2. *cons.* 51. GROT. *jurispr. Batav. lib. III. C.* 33. Eo & ten-
62. dit dispositio *const. crimin. Car. V. art.* 146. in verbis: So ein Schütz in einer gewöhnlichen Ziel-Stätte stehet / oder sitzet und zu dem gewöhnlichen Platz schiesset / und es läufft ihm einer unter den Schuß / oder ihm lässet ungefährlicher Weise und wieder seinen Willen seine Büchse oder Arm-Brust loß / und ehe er recht anschläget und abkömt / und scheust also jemand zu Tode diese beyde sind entschuldiget. Eo qua-
63. drat legis Divinæ dispositio *Exod.* 21. *v.* 14. *& seq.* Nam actus talis est inevitabilis, qui accidit sine ulla admittentis voluntate & licet casus ille hominem innoxam & perditionem rapiat, hoc tamen factum est à nesciente & repugnante *Vide* ZIEGL. ad GROT. *d. J. B. & P. l.* 2. *cap.* 20. §. 10. *ad verb. an & hæc recte & proprie peccata.* Hæc duo ergo hic
64. ad exculpationem concurrant necesse est (1.) Quod quis non dederit operam rei illicitæ & (2.) Quod in re illa licita quis adhibuerit omnem diligentiam requisitam cæteroquin quamvis casus & infortunium intercedat, nihilominus factum habetur pro culposo *l. qua actione* 7. § *si quis in colluctatione l.* 9. *ff. fin. l. si putator.* 31. *l. si ex plagis* 52. §. *fin. ff. ad L. Aquil.* COVARRUV. *in Clem. si furiosus de homicid.* §. 4. *p.* 2. *n.* 1.

Ut ergo ejusmodi pericula 65.
avertantur, cura Magistratus eò intendenda, ut locus destinetur huic exercitio idoneus, clausus & inde separatus, quo vulgo iter fit, hinc commode in fossis ad muros civitatum jaculationes fiunt, cæteroquin commissum homicidium casuale intuitu perpetrantis fit culposum, respectu Magistratus non caute satis prospicientis.

Ex hoc jure exercendi Munici- 66.
pes, etiam promanavit societas illa, selectorum quorundam civium, quam Schützen-Gesellschafft dici- 67.
mus. Et hanc habet originem, ne Principes Dominive terrarum, pro quorum & patriæ tutela Munici- 68.
pes obligati sunt, *C. omni timore. c. si nulla* 23. *qu.* 8. ABB. *in C. sicut in fin. de injur.* SURD. *in Tr. de alim. tit.* 7. *qu.* 30. *n.* 1. KLOCK *cons.* 85. *n.* 41. *tom.* 2. ad quamcunque incidentem necessitatem milites magno subditorum incommodo & sumptu legere necesse ha-

berent, ex inexpertis obviisque qnibuscunque arma dare, nescientes an virum vel statuam adornent,
69. ut ait BARCL. *in Argen.* Hinc certa cohors exercitationum, quos Schützen vulgariter dicimus, eligitur, iique singulariter ad hoc privilegiis, quæ alia in aliis locis sunt, donantur. Quandoque ex mandato Principis ejusmodi cohortes instituuntur, sicut de eo apud nos exstant edicta Regia.
70. Quandoque & ipse Madistratus auctoritate propria cohortem sclopetariorum instituit, vel institutam
71. confirmat, sicut hic loci contigit 1658. cujus Constitutionis & Ordinationis hæc sunt verba: Demnach vor vielen undencklichen Jahren in dieser Stadt Lippe/ gleich wie in anderen Städten und Communen/ aus dero Mittelen/ ehrbahre und aufrichtige Bürgere ausersehen und erwählet/ aus dem auch eine Schützen-Gesellschafft gemacht/ derofelben einige Häuptere und nach jedes Ortes Gebrauch Schützen-Scheffen vorgesetzet werden/ sothaner Gesellschafft vorzustehen und darüber zu commandiren/ von jedes Ortes Magistrat privilegiret/ auch jederzeit darüber mit Ordnung gegen die ungehorsamen verwirckter Straffen handbietig gehalten worden/ und dann nun nach vorgeschwebeter Kriegischer Unruhe/ ein hiesiger Magistrat sothane uhralte Gesellschafft/ zu Conservirung dieser Stadt Gerechtigkeit/ wiederum erneuert/ und in vorigen Stande gebracht/ auch zu Stabilirung sothane Gesellschafft nachfolgende Articulen confirmiret/ so wollen jetzt angeordnete Scheffen selbige zu eines jeden Schützen-Bruders Erinnerung/ Nachricht und auch Warnung aufgesetzet/ und zu deren Einfolge denselben hiermit zu wissen thun.

Erstlich/ daß ein erwählter und und hiesiger Stadt Schützen-Bruder freywillig zu seyn auf sich genommen/ diesen nachfolgenden Gesetz-Regulen einzufolgen und sonsten seiner überwiesener Widersetzlichkeit halber der ihm von den verordneten Scheffen/ Beysitzeren und darzu beliebig zugezogenen Schützen-Brüderen auferlegter Straffe sich submittiren/ und selbige abstatten.

(2.) Wann ein jedweder Schützen-Bruder auf hiesiger Stadt zufallenden Nohtfall und Begehren hiesiges Magistrats von denen angeordneten Scheffen/ an einen oder anderen durch den Diener anzuzeigenden Ort gefast zu erscheinen angemahnet wird/ alsdann selbiger willig und gehorsamlich/ bey Verwirckung/ auf widrigen Fall.

Fall deßwegen behörender Straff sich mit einem unsträflichen Gewehr bereit und ohne erhebliche Entschuldigung finden lassen solle.

(3.) Daß wan in hiesiger Stadt Lippe die Schützen-Gesellschaft berahmet und beliebet / auch darauff ein ehrlich Gelag gehalten werden solle / alsdann ein jeder Schützen-Bruder schuldig und gehalten sey / sich in sothaner Gesellschafft erbarlich / sittlich / bürger- und brüderlich und also verhalten / daß keine Zwietracht / Unlust oder Zanck unter allen solchen Brüdern oder Gesellschafft bey währender Zeche angerichtet werden / und sollen auch wollen die Verbrechere der Straffe nach advenant ihres Verbrechens willig auf sich nehmen.

(4.) Auch solle auf dem Fall eines Schützen-Bruders Absterben sein hinterbleibender Cörper / mit Begleitung sämtlicher Schützen-Brüder / nach vorhergehenden Anmahnen und Erfoderen / ohne einige erhebliche und beständige Ursache / ein jedweder demselben mit dem Schützen-Huht und deren Abzeichen die letzte Ehre erzeigen / auch auf Anordnung der zeitigen Scheffen / von den jüngsten Schützen-Brüdern / ohne einige Widersetzlichkeit / zum Grabe getragen / bey willkührlicher Bestraffung; Und was also von einem oder anderen Schützen-Bruder verwircket / solle ohne einige Connivenz von den Scheffen und den Diener durch gewöhnliche Execution-Mittel beygetrieben / auch von diesen und allen von den Scheffen erhobenden Einkünfften vor denen von der Gesellschafft deputirten rationem & reliqua gethan werden / dafern einer von den Schützen-Brüderen / wegen eines Verbrechens vor die Scheffen gefordert / und von selben ihm Sprache zugeleget würden / sol derselbe alsobald gehorsamlich erscheinen / einen Vorsprachen aus den alten Schützen-Brüdern darzu tüchtig begehren / die Ansprache ohne Widerrede oder Widersetzlichkeit anhören / dawider durch seinen Vorsprach bescheidentlich sich verantworten / und nach Befindung der Straffe willig submittiren. &c.

Si jam controversia inter sagittarios, Schützen-Brüder / & Præpositos vel officiarios incidant, 72. quatenus expeditionem illam sagittariam respiciunt, Magistratus non intervenit, nec ejus cognitio requiritur; Si autem res majoris momenti obveniant, vel in coer- 73. cendo & puniendo excedatur, liber recursus ad Magistratum fit. Qui semel curam inspectionis suscipit, ne quid inserpat mali, uti in licitis facile evenit, abusu facultatis

74. quæ privatis concessa est. Ergo præcavendum est Magistratui, ne electi hi cives, luxuriante apparatu vestitus prægraventur, neve inutiles sumptus compotationibus impendantur, cæteroquin sua mole concidet, quod laudabili instituto erectum est. KLOCK *de contr.*
75. *c.* 3. *n.* 317. Præter hanc cohortem sclopetariorum, qui aliquando expeditionibus militaribus præsto esse debent, solent Municipia intuitu omnium civium, in certa quarteria & tot cohortes dividi, quas Bürger- Compagnien vocamus, quibus centuriones & Capitanei una cum cæteris Officialibus præfecti sunt, ubi ea vigent jura, quæ moribus & consuetudine recepta sunt. Innupti quoque civium filii, opificumque sodales cohortem in bene constitutis Municipiis erigere & conservare solent, die Junggesellen Compagnie/ cujus directio & officialium constitutio itidem est curæ Magistra-
76. tus. Horum omnium tympana ac vexilla remanere & custodiri debent in curia, majoris securitatis & auctoritatis causa, quia apud illum, qui major est, debent remanere insignia, *l. quæ sunt cautiones. ff. famil. ercisc.* CHASSAN. *glor. mund. part.* 1. *conf.* 50. *n.* 1. & 2.
77. Municipes sub prætextu hujus societatis à Domino territoriali ad sequelam extra territorium atque ad insolita cogi nequeunt, etiamsi tale quid præstiterint, seu potius præstare necessitati fuerint, metu compulsi præsumuntur, & ad probandum hunc metum vel sola murmuratio sufficit, adeoque in talibus nullum præjudicium sibi creant ALEX. *conf.* 2. *n.* 12. *vol.* 4. REBUFF. *const. ult. n.* 123. *lib. IV.* CRAV. *conf.* 349. *n.* 20. MASCARD. *de prob. concl.* 1243. *n.* 22. FULV. PACIAN. *lib. II. de probat. cap.* 29. *n.* 80. Quicquid in istiusmodi passibus fit, vi impressiva factum præsumitur GUIL. BENEDICT. *in cap. , Raynutius verb. condidit. n.* 64. *de testament.* JOAN. GUTIER. *l.* 1. *pract. quæst. civil. cap.* 92. *n.* 2. RUIN. *conf.* 111. *n.* 21. *vol.* 5. CRAVETT. *conf.* 861. *n.* 7. Adeoque actus meticulosi facti jussu alicujus potentis & terribilis, 78.
cuiquis verisimiliter contradicere non audet, non inducunt consuetudinem BURSAT. *conf.* 360. *n.* 82. CRAVETTA *conf.* 861. *n.* 7. Nec quasi possessionem jurium 79.
BERTAZZOL. *conf. civil.* 2. *n.* 66. & 68. PETR. ANTIBOL. *de muner. part.* 3. §. 2. *n.* 61. & *seq.* ROSENTHAL. *de feud. cap.* 5. *concl.* 83. *n.* 7. ANTON. de BADILLA. *in l. si aquam n.* 37. & *seq. C. de servit.*

Subditi ergo & cives tunc Do- 80.
minum suum extra territorium ad loca dissita sequi tenentur, si domi-

mini defensio vel ablatorum recuperatio id exigat MENOCH. *consil.* 1003. *n.* 63. ROSETH. *d. feud. cap.* 8. *concl.* 23. Eo tamen casu
81. propriis servire & sequi sumptibus non tenentur, sed vel dominus eos suppeditare, vel à sola provincia ad id contribui debet. PEGUER. *decis.* 57. *n.* 13 CABEDO *decis.* 44. *n.* 116. *part.* 2. exemplo vasalli qui si serviat extra patriam à Domino alendus est, SURD. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 56 *n.*

82. Differt autem lustratio á sequela, hæc dicitur à sequendo Folge/ illa vocatur Munsterung Wehr und Waffen auslegen / besichtigen und abnehmen aliquando etiam sequela fit absque lustratione, qualis est sequela venatoria
83. Jagt-Folge. Sequela atque in primis superior eine Heers-Folge/ est regale quo Superior necessitate exigente subditos suos ad arma evocare potest, quique ad mandatum comparere, eumque armis sequi tenentur FRITSCH. *de jur. lustr. & sequel. cap.* 5. §. 4. Quam ita describit SECKENDORFF. Teutscher Fürsten-Stadt *p.* 2. *cap.* 10
84. *n.* 8. Die Folge ist ein solches Fürstliches und hohes Obrigkeitliches Recht / daß auf dero Erfordern die Unterthanen schuldig seyn mit ihren Leib und Persohn / in der Rüstung wie es gebräuchlich / und die Nohtdurfft erfordert/ zu erscheinen und Gegen-Wehr oder Angriff zu thun. Præcipuus sequelæ finis est, defensio 85.
prrovinciæ, unde sequitur regulariter, subditos omnes qui Imperio Principis reguntur, ad arma evocantem sequi debere, hinc ingruente communi necessitate nec cives & Municipales ab hac præstatione sese subducere poterunt, quo facit illud SENECÆ *lib. III. de ira cap.* 7. grave scelus est pro salute patriæ, militiæ se subducere. Licet alias cives privilegio certo gaudeant nihilomagis tempore guerræ excusantur COLER. *cons.* 1. *quæst.* 32. *n.* 763. *& seq.* KLOCK. *de contr. d. cap.* 3. *n.* 284.

Ad jus sequelæ & lustrationis 86.
quoque refertur, quando Magistratui Municipali à Principe injungitur, ut in militiam mittat plaustrum militare, Reiß-Wagen/ oder Heer-Wagen / hodie dicimus Proviant-Karren de quibus KLOCK. *vol.* 1. *cons.* 10. *n.* 491. *& seq. &* SECKENDORFF. *d. tr. p.* 2.
c. 10. *n.* 9. Daß vor alters her/ 87.
in den meisten Ländern gewisse Heer-Wagen zu Fortführung allerhand Krieges-Nohtdurfft/ ausgetheilet worden / welche die Städte und Dorffschafften gnugsam bespannet schicken müssen.
Spectat & huc jus illud, quo pro 88.
complendo militum numero loco

 con-

conscriptionis ordinariæ, an Stadt der ordentlichen Werbung / zu Remontir- und Recrutirung der Soldaten Municipiis injungitur ut tot cives vel incolas extradant militaribus, so viel Mann abgeben/
89. qui modus inter media purgandi Municipia ab otiosis Ledig- Gängere merito referendus.
90. Solent hoc pacto ad militiam detrudi tales cives qui civice non vivunt & ad onera civitatica vel vix vel nulliter concurrunt qui opificia vel nesciunt vel non exercent, atque horum exauctoratio è numero civium nihil officit
91. civitati. Extraditio hæc semel facta, wann die Lieferung geschehen si postea talis miles stationes suas deserat, Magistratus amplius non tenetur, ut qui præter extraditio-
92. nem obstrictus non est; Caveat autem hic Magistratus ne in delectu hoc instituendo per gratiam aut favorem hunc vel illum à lustratione eximat, alium vero ad opificia magis idoneum, der in bürgerlicher Nahrung stehet / oneri huic submittat, neve pretio aut precibus se corrumpi petiatur qui procedendi modus teste experiantia multis incommodis causam præbere solet. FRITSCH. *de Jur. lustrat. cap. 3. n. 6.*
93. Quæritur autem si civis quidam, levioris licet notæ vel inferioris ordinis, qui ad officia civilia & ad rem familiarem curandam aptus non est, prædicto modo invitus traditur militæ & ex albo civium eximitur, an non ei pecunia, qua jus civilitatis redemit das Bürger-Geldt restituenda sit? Casus hic nobis plane non est cerebrinus. Et quidem prima fronte dicendum videtur repetioni locum esse, idque ex condictione causa data, causa non secuta: Id enim inter civem & Magistratum semper agitur vel actum censetur ut Magstratus civi præstet securitatem fruendi juribus civicis adeoque inter eum & civem intercedit obligatio mutua *vid. supra cap. 1. hoc lib.* 30. quoniam itaque causa ex parte civis deficit libera scilicet fruitio jurium civicorum hinc & repetitioni locus est *l. 3. & passim ff. de condict. caus. dat. l. 1. & 2. C. eod.* eoque magis quia causa tanquam finalis de futuro est. *l. damus.* 152. *in princ. ff. dict. tit.* Verum hoc non obstante nihilominus condictio hæc cessat, quia per Magistratum non stetit quominus adimpleatur causa, atque tunc idem est, ac si non culpa accipientis, sed casu fortuito secuta non sit, *C. pen. C. de cond. ob caus. dator. l. 3. §. quid si ita 3. in fin. ff. eod. l. 5. §. 1. ver. sed si schyphos. ff. de prestr. verb.* Nec quicquam fecisse dici-

citur Magistratus contra contractum cum vive initum, quia illud quod obvenit, jussu Superioris cum parendi necessitate contingit sed actus non potest dici voluntarius, in eo qui obsequitur Imperio Domini *l. velle 4. ff. de R. J.* 97.

Lustrations autem materiam *vide latius tractantem* GERLACUM BUXTORFF. *JCtum in cons. 2. annexo tractatui* KLOCK. *de contr.* FRITSCH. *tract. de jur. sequel.*

Caput XXV.

DE MUNICIPIORUM JURE VENANDI.

SUMMARIA.

1. *Venatio de jure gentium omnibus libera.*
2. *Ab initio Deus ferarum dominium universo hominum generi subjecit.*
3. *Sed libertas hæc à Principibus subtracta privatis, ad regalia redacta.*
4. *Quatenus feræ sint communes?*
5. *Lex civilis naturalem libertatem circumscribere potest.*
6. *Venandi libertas restricta prodest subditis.*
7. *Multi cum Actæone à canibus lacerantur.*
8. *Cur insatiati canes venatici ex culinis civium relegandi?*
9. *In levamen curarum merito Principibus jus venandi relictum.*
10. *Libera undique venatio feras devastat.*
11. *Majores feras sectari non voluptatis, sed periculosum est.*
12. *Quatenus venatio sit regale?*
13. *Concessione castri vel civitatis etiam venatio concessa videtur.*
14. *Municipales destituti jure venandi ob feram captam capitali pœna non afficiendi.*
15. *Homo princeps animalium ut ob feram mactari debeat, tyrannicum & crudele nimis foret.*
16. *Exempla Principum crudeliter nimis in violatores venationis desævientium.*
17. *Quid desuper jus Carolinum & Saxonicum constituerit?*
18. Hohe Jagt/ Wildbahn/ Förstliche Obrigkeit / *ad reservata Principum & supremæ potestatis signa relata sunt.*
19. *Jus venandi & jus forestale differunt. Utrumque quid sit?*

20.

20. *Venatio quæ fit jure forestri rectè regalibus accensetur.*
21. *Forestum unde? Bannum ferinum.*
22. *Jus forestale in quo consistat?* Forst-Meister / Jäger-Meister.
23. *Subditi non obstante banno ferino agros sepire & feras canibus abigere possunt.*
24. *Damnum à feris datum subditis merito resarciendum.*
25. *Exemplum desuper notabile Mauritii Electoris Saxoniæ, testamento disponentis.*
26. *Municipia jus venandi feras minores habent,* Nieder-Gewild / Roht-Wild / *majores* Hoch oder schwartz Wild *etiam quandoque, sed non nisi cum canibus,* vom Strick aus.
27. *Quo jure Municipia venatione utantur?*
28. *Etiam in alieno territorio Municipium jus venandi acquirere potest.*
29. *Municipio jus venandi generaliter concessum, de inferiori venatione id accipiendum.*
30. *Exercitium venationis Municipiis concessum,* von dem niederen Weidwerck *intelligitur.*
31. *Venatio caprearum, cui generi ferarum tribuenda?*
32. 61. *Consuetudo regionis in venationis materia maxime attendenda.*
33. *Concessum Municipio jus venandi an comprehendat etiam exercitium quod fit* mit Pürschen / und schiessen.
34. *Sclopetorum trajectione perduntur sæpe feræ.*
35. *Municipio concessum jus venandi feras majores non semper comprehendit minores.*
36. *Si fera major in venatione Municipiorum inveniatur, bombardis trajici potest.*
37. *In materiis favorabilibus & de jure gentium permissis lata fieri debet interpretatio.*
39. *Municipiis gaudentibus jure venationis etiam majoris, Princeps potest prohibere,* daß sie nicht zur Ohnzeit jagen.
39. *Ordo venandi in Municipiis optimo jure à Principe præscribitur.*
40. 41. *Desuper Edicta Regis Borussiæ.*

42.

42. *Deficiente ordinatione Principis, per statutum merito in Municipiis introducendum ut venatio ordine fiat.*
43. *Qualiter ordo venandi à Municipiis instituatur?*
44. *Ritus venationis in Municipiis Ducatus Westphaliæ.*
45. *Finita messe venatio demum esse debet libera.*
46. *Retardata messe etiam differenda venatio.*
47. *Tempore præcluso rusticorum canibus fustes adpendendi.*
48. *Si Dominus territorialis generalem prohibitionem promulget, & Municipium illud quod sibi liberum esse scit, à domino prohibente impetret, in hoc sibi non præjudicat.*
49. *Columbarum venatio in Municipiis prohibenda.* Klüppel-Schützen
50. *Edictum Elect. Brandenb. Friederici Wilhelmi in tales.*
51. *Aucupii varia genera.*
52. *Municipia quæ jure venandi carent, liberius adhuc aucupia exercent.*
53. *Quodnam aucupii genus regulariter in Municipiis licitum?*
54. *Quatenus privatis liceat instruere aream,* einen Vogel-Herd / Ente-Fang.
55. *Simultaneam venationem* Köppel-Jagt / *Domini cum subditis habent.*
56. *Quo jure Principibus convenatio talis competat.*
57. *Competunt & Domino territorii* die Vor-Jagten / Um-Jagten / Gräntz-Jagten.
58. *Venationes precario Municipiis concessæ* Gnaden-Jagten.
59. *Concessio talis quandocunque revocari potest.*
60. *Venatio precaria alteri non potest cedi.*
61. *In venationis materia mos regionis attendendus.*
62. *Rei venatoriæ præfecti in adserendo sibi jure venandi nimis solent esse faciles.*
63. *Quatenus dissidia in simultanea venatione evitanda.*
64. *Cuinam cedat fera in tumultuaria venatione?*
65. *Municipia quæ carent jure venandi, feras majores devastantes agros Municipales occidere possunt.*
66. *Feram vulneratam extra venantium saltum 24 horis persequi* nachsetzen *licet.*
67. Britschen / das Weide-Messer geben.

1. De jure gentium feras, bestias, volucres, pisces capientium, fieri notissimum est, *l.* 1. §. 1. *ff. de acquir. rer. dom.* §. 12. *instit.*
2. *eod.* Nam ab initio Deus dominium ferarum non solum Principibus, sed universo hominum generi subjecit, rerumque à se creatarum usum omnibus communem esse voluit *Gen.* 1. *v.* 19. Et ARISTOT.. 1. *Polit.* 8. scivit hoc, plantæ sunt animalium gratia, cætera animalia hominum causa, mansueta quidem propter utilitatem & cibum, feræ vero propter cibum &
3. alia adjumenta. Quæ libertas paulatim ex consuetudine privatis à Principibus subtracta, & ad regalia vel jura superioritatis redacta MANDOS. *tract. de inhib. q.* 62. *n.* 2. SEBAST. MEDIC. *tract. de venat. quæst.* 72. *n.* moti textu *c. unic. quæ sunt regal.* ubi piscationum vel potius piscationum redituum fit mentio.

4. Sine omni tamen injuria Majestas prohibendo disposuit circa venationes; Omnia quidam sunt creata communia *Can. jus naturale dist.* 1. & feræ jure naturæ sunt communes, non tamen affirmative, id est in proprietate omnium, sed negative, id est ad nullius res pertinent, hinc lege humana possunt uni potius quam alteri ex justa causa concedi.

Licet ergo jure naturæ liberum 5. sit venari, hoc verum est quam diu lex civilis nulla intercedit, quæ lex postea sancita æque observanda est, ac ipsum jus naturæ. Licet & lex civilis non possit præcipere aut prohibere quod jus naturæ prohibet, aut præcipit, potest tamen libertatem naturalem circumscribere & ipsum dominium naturaliter acquirendum antevertere, ut ait GROT. *de J. B. & pac. lib. II. cap.* 2. §. 5.

Nec commodius Princeps sibi 6. quid arrogare poterunt, quam id quod nullius est CAVARRUV. *in relect. cap. peccatum de reg. jur. in* 6. *p.* 2. §. 1. *&* 8. atque hæ sunt rationes restrictæ venandi libertatis (1.) Ne subditi venandi cupiditate dediti, eam in compendium lucri convertant, & negligentiores fiant ad opificia & agriculturam MOR. *de Jur. ven. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 28. SEBAST. MEDIC. *de venat. part.* 1. *quæst.* 5. SAMSON. *Comment. Const Turones rubr. des droits du seigneir* CHASTELLAN. *art.* 1. *col.* 2. *vers. sed an istæ venationes* Multi siquidem 7. privati Actæonis fata incurrunt, & à propriis canibus lacerantur, qua fabula, Poetæ docere voluerunt sæpe omnes opes in canes & res venaticas consumi; Sicut

cut Henricus IV. Gall. R. jocatus fuerat in mercatorem, quem ad incitas redegerant ex Italia transducti bombyces dicendo: *Les verſs. le rongent tout vif.* Vel alii tot ſumptus venationi impendunt, ut vix quid ex bonis eorum ſit reſiduum, prout RIMINALD. *jun. conſil.* 35. *n.* 28. *ait*: Inveniri haud paucos venandi artifices, qui ſua libentius diglutienda canibus præbent, quam creditoribus ſolvunt.
8. Tantum impenſarum in venationes eduntur ut optimo conſilio inſatiati canes & vertagi ex culinis civium relegentur & vere dicitur de venatione Wilpret will Pfeffer haben CRESCENT. *lib. XIII.* von der Jägerey *cap. 2. princ.*
9. (2.) Communi velut conſenſu populorum, jus venandi Principibus in compenſationem curarum ultro relictum eſt VINN. *ad tit. 7. de rer. div. §. 13. n. 4.* nam ut optime SENECA ait *coſol. ad Polyb. c.* 26. Omnium domos Cæſaris vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delitias illius induſtria, omnem vocationem illius occupatio.

Et Principes de ſe dicere poſſunt quod Agamemnon: *Nos Majeſtate & Imperio modo populo ſumus*
10. *priores, ſervi cætera.* (3.) Non ſine ratione communi venandi licentiæ frænum injicitur, ne tandem multitudine venatorum ſpecies devaſtetur CHRISTN. *vol.* 5. *dec.* 54. *n.* 37. Imo (4.) non vo- 11.
luptatis ſemper, ſed periculoſum quandoque eſt, majores ſectari feras, dum juxta HORAT.

- - - *manet ſub Jove frigido*
Venator ſociæ conjugis immemor.

Et per montes & valles, per ſaxa per undas errat ubi videt aprum aut

- - - *fulvum deſcendere monte leonem.*

Quis ergo civium de reſtricta vel adempta venandi licentia, conquereretur, cum eo magis propriis ſtudiis invigilare poſſit? Et quis Principi ſuo invidebit leviculam quandam, voluptatem, qui pro publica ſalute tot moleſtias ſubire neceſſe habet.

Itaque venatio Regale non eſt, 12.
ſed Regalibus adnumeratur, unde inferendum merito, quod licet conceſſione omnium jurium & pertinentiarum Regalia non veniant, niſi expreſſe concedantur ROL. à VALL. *conſ.* 42. *n.* 7. *vol.* 2. MENOCH. *conſ.* 20. *n.* 24. *vol.* 1. MYNSING. *reſp.* 39. *n.* 6. *decad.* 4. BOER. *de regal. c.* 4. *n.* 12. Con- 13.
ceſſione tamen caſtri vel civitatis cum omnibus pertinentiis, venatio quoque continetur quia diverſa eſt à Regalibus, & ab his ad illam tanquam à ſeparatis ad ſepa-

ta, nullum valet argumentum Mor. *de jur. ven. p. 1. c. 2. n. 19.* Harpr. *ad §. feræ 12. J. de rer. divis. n. 174. & 175.*

14. Optandum saltem esset, ne quidam Principes nimia severitate transgressores venationum vindicarent; Hinc quæritur an Muni-
15. cipales, qui hoc jus venandi non habent, ob feram captam indicta pœna capitis, mortis supplicio plecti possint? Quæstio hæc aulica est, ab aularum gnatonibus audacter adserta, sed ob unicam hanc rationem constanter neganda, quia tam impium & inhumanum est talia mandata promulgare, quam tyrannicum & crudele propter vilem feram captam hominem ad imaginem Dei & principem omnium animalium creatum mulctari velle *cæteras rationes vide apud* Bachov. *ad tr. vol. 2. disp. 20. th. 3.* Wesemb. *in parat. ff. de acquir. rer. dom. n. 7. Vid. &* Arumæ.
16. *de jur. Majest. lib. III. c. 4. n. 3. ubi ex* Corio, *vol. 6. Histor. Mediolan* refert, Galatium Sfortiam coegisse colonum quemdam leporem, quem ceperat, crudum cum pelle devorare, ex quo & mortuus est. Henricus II. & Richardus I. Angliæ Reges solebant oculis & genitalibus mulctare, qui Regias feras capiebant. Contra ejusmodi tyrannos optime scribit Sarisberiensis *in Polycr. lib. 1. cap. 4. In tantam quidam vanitatis venatoriæ instinctu erumpunt vesaniam, ut hostes naturæ fierent, conditiones suæ immemores, Divi judicii contemptores, dum in vindictam ferarum imaginem Dei exquisitis subjugant suppliciis.* Prudenter itaque Imp. Carolus V. *in const. crim.* de ferarum furibus nil servire statuit *& arg. art. 169.* subtractionem ferarum ex leporario furto 17.
æquiparat, jus Saxon. expresse vetat pœnam vitæ aut corporis propterea irrogare *lib. II. art. 61.* Land-Recht cujus verba sunt: Da Gott den Menschen schuff / gab er ihm Gewalt über Vögel / Fische und alle wilde Thire / darum haben wir daß ein Uhrkund von Gott / daß niemand sein Leben an diesen dreyen verwircken kan.

Quicquid sit de jure (sunt qui ad hoc §. *nemo ratio de pace tenend.* nescio quo sensu & intel- 18.
lectu abducant) de more Europæo jura foresti banna ferina die hohe Jagt und Wildbahn / forestique jurisdictionem die Fürstliche Obrigkeit / ad reservata & Principum signa supremæ potestatis relata esse, scimus; Proprie & explicatius loquendo, jus venandi & jus forestale maxime diffe- 19.
runt, venatio enim est jus seu facultas investigandi, prosequendi, capiendique feras, nec plus in se

com-

complectitur, jus foresti autem
alia maximi momenti jura conti-
net MEISCHN. *lib. II. tom.* 2.
BIDEMB. *quæst. nobil.* Inde venatio
quæ fit jure foresti recte rega-
20. libus accensetur BESOLD. *de Ma-*
jest. fol. 177. differunt itaqne ju-
re venandi & foresti, tanquam plus
& minus, tanquam totum & pars
jus enim forestale est totum in-
tegrale KNICHEN *tr. de pact. vestit.*
21. *c.* 5. *n.* 53.

Forestum Gallice *foret* est latum
nemus sine clausura CHASSAN. *ad*
consuet Paris. rubr. in princ. §. 2.
verb. usage des bois. Venatio qua-
talis Wildtfahns Gerechtigkeit/
bannum venatorium seu ferinum
potius est, quam sylvestre, cum &
in agris habeatur THOM. MICHA.
de jurisdict. thes. 51. Nec putan-
22. dum dici Wild Bahne/ quasi
amplum spacium pro feris. Jus fo-
restale autem consistit in cura syl-
varum & nemorum, unde quo-
que in aulis Principum officia hæc
distincta sunt, der Forst-Meister/
sylvis & nemoribus præfectus est,
cujus officio incumbit, quod ad
sylvarum utilitatem spectat; Der
Jäger-Meister venationi saltem
præficitur, cui convenit omnia in-
struere quæ venationi rite ordi-
nandæ conveniunt MEISCN. *tom.* 2.
lib. II. dec. 2 *n* 38. Quænam ad
jus forestæ pertineant, tradit
FAUST. ab ASCHAF. *cons. pro arar.* 23.
cons. 98. *ordin.* 249.

Ubicunque ergo exclusis Mu-
nicipalibus bannorum ferinorum
regale saltem Principi competit,
ibi nihilominus subditi faculta-
tem habent agros suos sepiendi &
feras canibus minoribus abigendi
ihre Acker zu vermachen/ oder das
Wildprett mit seinen Hunden ab- 24.
zuscheuchen/ desuper *Ordin. prov.*
Saxon. de anno 1603. Atque ii
Principes quibus commiseratio
cordi est, merito de reparatione
damni à feris dati, cogitant,
cujus insigne & laudabile exstat
exemplum in dispositione testa-
mentaria Serenissimi Mauritii Ele- 25.
ctor. Saxon. de anno 1555. ad
fratrem Augustum hocce tenore:
Zum 5. weil ein grösser Wust von
Wildtbret/ fast durchaus in un-
sern Lande ist/ so bitten wir
freundlich/ S. L. wolle das Ar-
muht in dem Bedencken/ und es
künftig also anstellen/ damit es
gegen Gott und dem Gewissen zu
verantworten stehet. Wir bitten
auch weiter/ daß S. L. den ar-
men Leuten in der Wildtbahn/
an allen Orten 2000 Rthlr. von
unsertwegen in 4 Wochen nach
unsern Absterben/ austheilen
wolle lassen/ damit sie ihrer bishe-
ro erlittenen Beschwerung soviel
desto besser vergessen. 26.

Licet jam ut dictum, venatio ferarum imprimis majorum annumeretur Regalibus GRÆV. *con. cl.* 68. *n.* 6. *lib. II.* KLOCK. *conſ.* 29. *n.* 164. & 627. *vol.* 1. Municipia tamen non ſunt pauca quæ minores feras Nieder-Gewildt / majores Hoch-Wildt / etiam, ſed non niſi cum canibus ſeu vertagis, in terminis venatoriis von Strickaus / ſine contradi-
27. ctione Principis capiunt.

Hocque jure fruuntur Municipia vel per Principis conceſſionem ſpecialem & expreſſam vel tacitam quæ eſt præſcriptio ſeu poſſeſſio, cujus in contrarium non exſtat memoria. PRÜCKM. *conſ.* 22. *n.* 28. *vol.* 2. SEBAST. MEDIC. *de venat. part.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 1. MYNSING. *obſ.* 30. *cent.* 1. *obſ.* 24. *cent.* 4. *obſ.* 29. *n.* 10. *cent.* 5. HEIG. *lib. I. quæſt.* 13. *n.* 3. poſſeſſio etenim immemorialis habet vim tituli juris, privilegii, ſpecialiſſimæque conceſſionis SCHRAD. *conſ.* 20. *inter conſ.* BORCHOLT. *vol.* 2. probaturque hæc poſſeſſio immemorialis teſtibus fide dignis ſe non aliter audiviſſe & vidiſſe. WAMES.
28. *conſ. Pontif.* 145. *n.* 4.

Quinimo Municipium non ſaltem in territorio Principis ſui, ſed etiam in alieno, venandi jus acquirere poſſe, extra dubium eſt, ubi tamen quidam requiri volunt tempus immemoriale ZOANET. *de venat. n.* 82. SEB. *med. de quæſt.* 1. MOHR. *de venat. p.* 2. *cap.* 1. *n.* 13. PISTOR. *conſ.* 14. *n.* 23. ZAS. *conſ.* 6. *n.* 2. *lib. II.* GAIL. 2. *obſ.* 66. *n.* 7. MEISCHN. *tom.* 1. *lib. I. dec.* 32. *n.* 11. Quidam autem ſtatuunt, hanc præſcriptionem decem annorum ſpatio, inter præſentes, viginti inter abſentes cum titulo, & ſine titulo inter præſentes triginta, inter abſentes autem quadraginta annis finiri & compleri MOHR. *d. tr. p.* 2. *cap.* 4. *n.* 4. KILLINGER. *de jur. ven. concl.* 7. *lit. C.* KNIPSCH. *de C. J. lib. II. cap.* 7. *n.* 19.

Ubi autem Municipiis in verbis generalibus venatio conceſſa, 29.
ſolum inferior permiſſa putatur HEIG. *p.* 1. *quæſt.* 15. *n.* 62.

Cum quo concordantes & cæ- 30.
teri ſunt Doctores ita ſtatuentes: Exercitium venationis Municipiis conceſſum ſemper intelligitur von dem kleinen und Niederen Weidewerck. SOCIN. JUN. *conſ.* 39. & 28. *vol.* 3. Nam ſuperior concedens ſemper ſibi reſervare præſumitur, die hohe und Haupt-Wildtbahn neben dem Forſt-Recht. BESOLD. *in th. pr. tit. T. n.* 35.

Quær. ſi Municipio competit 31.
das Nieder-Gewilt / an eo jure etiam veniat venatio caprearum Reh-Jagt? Quidam illam referunt

runt inter minorum ferarum capturam MEISCHN. *tom. 1. lib.* II. *dec.* 1. *fol. 15. ad 3. artic. Et eod. tom. lib. I. dec.* 42. *fol.* 714. *verſ. quoad ſeptimum* NEWHAHN. *de jure ven. concl.* 136. Quidam autem conſtituunt medium venandi jus die Mittel-Jagt· STRUV. *jurispr. R. G. lit.* 2. *tit.* 1. *aph,* 23. ſicut ſunt qui diſtinguunt inter Hoch-Roht-Wildtbredt & Nieder-Schwartz-Wildtbrett. In opinionum hac diverſitate conſuetudo cujusque regionis potiſſimum attendenda, ad Minores feras capreas referri in Thuringia Franconia & Miſnia tradit NEWHAHN. *cit. concl.* 136. cum quibus & obſervantia noſtrorum locorum convenit.

32.

33. Huc & referendum quod etiam ſi Municipium habeat jus venandi majores & nobiliores feras ex ſimpli & abſoluta conceſſione, non tamen conceſſum ſibi putare debeat exercitium quod fit ſclopetis & bombardis mit Pürſchen und mit Schieſſen. Ratio hujus negativæ adducitur quidem ex Wehnero illa, quod per modum hunc venandi durch Pürſchen und Schieſſen feræ ſonitu bombardarum diſturbari, ac in fugam converſæ, ſua luſtra relinquere ſoleant *in verb.* Forſt-Recht.

34. Verior tamen apparet illa, quod cum facilius ſit venationem cum bombardis, quod omnes é plebe poſſunt, quam per canes & retia quod eſt multorum ſumptuum inſtituere, per id ferarum copia haud parum in ſylvis minuatur, ſed & per imperitos ſæpe ex multitudine venatores & ſclopetarios feras quidem globis trajicientes, ſed non proſternentes perdatur, quod venatoribus eſt durch übel getroffenes und hernach umgefallenes Wildt die Forſten verſtäncken.

Pari modo ſi Municipio competit majorum ferarnm venatio, 35. die grobe Jagt / non tamen ex illa conceſſione mox poterit prætendere jus venandi minores, quia venatio eſt jus quoddam ſervitutibus ſimile, quod ſtrictæ eſt interpretationis BALD. *in l. pen. n.* 12. *verſ. item ſi debeas C. de condit. inſert.* PRUCKM. *de Regalib.* §. *venatio cap.* 2. *n.* 1. *&* 12.

Pro Municipiis hic obſervandum, quod etſi Municipalibus non 36. aliter quam retibus, plagisque, was ein Haß-Garn halten kan/ venari liceat, ſi fera tamen major ut cervus, aper, &c. in venatione reperiatur, licite bombardis trajici poſſit, CRAVETT. *conſ.* 518.

Quia notum eſt in materiis favorabilibus & de jure gentium per- 37. miſſis ſemper latam fieri interpreta-

tationem, *C. fin. de præb.* MEURER. *de jur. ven. part. 2. sub rubr.* ob der hohen Obrigkeit. *10 in*
38. *fin.* §. So viel aber letzlich.

Quamvis Princeps non possit subditos sine causa privare jure suo, quod ipsis non solum jure naturali, sed & civili competit, SPECKHAN. 1 *quæst.* 97. BEAT. *dec. tom.* 5. *de judicial. p.* 5. *vol.* 2. *fol.* 714. potest tamen Municipiis, quæ habent *jus* venandi, feras majores prohibere, daß sie nicht bey
39. ohnzeiten jagen.

Spectat huc edictum Potentissimi Regis nostri novissime in provinciis publicatum, quod jus quidem Municipale venandi non in-
40. fringit, sed intra debitos cancellos restringit in verbis: Daß einige die verliehene Jagt-Gerechtigeit gar nicht ordentlich gebrauchen / sonderen verschiedenen Ledig-Gängeren Permission zum Jagen / oder wol schrifftliche Scheine als wenn es ihre Jäger wären / ertheilen sollen / Krafft deren sie täglich herum lauffen / und alles kleine Wildtbret hinweg schiessen und es mehrentheils verkauffen. Et ulterius: halten es auch für bequem und nützlicher / daß die Setz-Zeit insgemein / von 1 Mart. angehen / und bis Bartolomæi aus den 24. August. continuiren / in solcher Zeit auch kein Wildtbret es habe Namen wie es wolle gefället werden möge / ausser den Schneppen / welche zu allen Zeiten geschossen werden können &c. Porro: So wollen und verordnen wir hiemit allergnädigst und ernstlich / daß die jenige welchen einige Jagt-Gerechtigkeit verliehen / keine Bürger aus den Städten &c. zum Jagen oder Schiessen gebrachen / sondern dazu einen Jäger / in ihrem Brodt halten / und in ihrer Livreekleiden / auch desselben Namen unseren jetzigen Clev- und Marckischen Jäger-Meister bekandt machen sollen. &c.

Facit & huc edictum nostrum Regium de Anno 1709. 10 April. 41.
Als befehlen wir allen Magistraten Obrigkeiten und Gerichten in grossen und kleinen Städten &c. hiemit allergnädigst doch ernstlich / niemanden von der Bürgerschafft welche gewisse gewerbe und Handthierung treiben / weniger den ledigen Burschen das Ausgehen nach dem Wildtbret / mit Flinten Büchsen / noch sonsten einiges Jagens mit Hunden zu verstatten / sondern ihnen dasselbige gäntzlich zu untersagen / und die Ubertreter mit nachdrücklicher Straff zu belegen / die Jagten hingegen an sich / durch einen oder zum höchsten zwey / des Weide-Wercks Kündige Schützen civili-

ter

zu exerciren / und dabey die Hege-Zeit genau in acht zu nehmen / aller massen auch die jenigen / welche honorationis conditionis sind / und denen das Weide-Werck in ein oder anderen Stadt dem Herkommen nach zu ihrer Ergetzlichkeit vergönnet wird / ein gleiches zu beachten / und sich wärender solcher Hege-Zeit / alles Wildtpret-Schiessens / Jagens und Fangens bey Vermeydung empfindlicher Straff / oder nach Befinden / bey Verlust ihrer gäntzlichen Jagt-Freyheit zu enthalten haben / damit nun diese unsere Verordnung desto vester gehalten werden möge ; So befehlen wir &c.

42. Norunt quippe qui Municipiorum venationes frequentant, istos ut plerimum cives hoc exercitio delectari, qui merito inter otiosos, Ledig-Gängere / reputantur, qui curam rei familiaris negligunt, & venandi occasione sæpissime caponas visitant & ad incitas tandem rediguntur. Hinc eo casu, quo edicto Superioris desuper cautum non est, merito per modum statuti Municipalis disponitur, ne aliter venationem exercere liceat als mit klingenden Horn / und in Beyseyn des Stadt-Jägers. In instituenda ve-
43. natione wan die Jagt von jemand bestellet wird / prærogativa potiuntur ii, qui sunt ex ordine Magistratus, deinde illi cives, qui canes venaticos alunt, ut hac ratione impensæ illæ compensentur, tum demum præventioni locus est, sicut usus hicce locorum tradit.

In plerisque Municipiis Duca- 44.
tur Westfaliæ, quæ potiuntur libero omnis venationis jure, fera capta distribuitur pro numero eorum qui canes majores alunt atque semper consuli regenti sua quoque cedit portio, reliquum quod vocat das Jäger-Recht / dividitur venatoribus pro communi commodo.

Quoad venationem statis tem-
poribus die verschlossene Zeit / vel 45.
ut in præcitato edict. Reg. die Setz-Zeit / non exercendam, sane damnosum messis impedimentum est, venationis abusus, cum finita demum messe venatio libera
esse debeat. Si & forte circa præ- 46.
fixum diem Bartholomæi, ob pluviosam tempestatem, messis finiri nedum potest, non iniquum sed licitum erit Magistratui Municipali, pro avertendo fructuum damno venationem adhuc differre & prohibere, puniendo refractarios & ad reparationem damni eos adstringendo FRITSCH, *de messe c.* 10. *n.* 4. 7.

Solent præfecti rei venatoriæ 47.

vigore jurisdictionis forestalis mandare, ut tempore præcluso in der Setz-Zeit/ rustici canibus suis fustes accingant daß sie den Hunden den Prügel anhencken. KILLINGER. *d. tr. concl* 5. *tit.* 6. NEWHAHN. *eod. tr. concl.* 195. MEISCHN. *tom.* 2. *lib.* II. *dec.* 2. *n.* 39. *fol.* 137.

48. Si autem Princeps vel Dominus territorialis generalem prohibitionem promulget, & Municipium per hanc territum, etiamsi sciat jus venandi sibi competere, attamen vitandi periculi causa, illud quod sibi liberum esse scit à Domino sine jure prohibente impetret, non sibi in hoc præjudicat DEC. *cons.* 197. *col. pen. vers. non obstat.* BEC. *cons.* 55. *n.* 31. Quia ea voluntas quæ ex actu aliquo colligitur, non extenditur ultra quam ex facto ipso de necessitate inferatur BARTH. *l.* 1. §. *hoc interdicto ff. de init act. priv.* PARIS.. *cons.* 79. *n.* 12. *vol.* 3. SOCIN. *cons.* 122. *n.* 14. *vol.* 1. BECC. *cons.* 106. *n.* 46. Et non præsumitur quod voluerit quis juri suo renunciare, si potest sumi ab alio conjectura ALEX. *cons.* 33. *n.* 7. *vol.* 5. DEC. *in C. gratum, mun.* 4. *de offic. deleg.* SURD. *cons.* 135. & *cons.* 321. *n.* 60. & *seq.*

49. Abusus venationis quoque est in Municipiis columbarum venatio, das Tauben-Schiessen/ cui operam dare solent, clancularii venatores otiosi & imperiti simul jaculatores quos Klüppel-Schützen vocamus, eo quod animalibus mansuetis vel mansuefactis inhiant & jaculo in illa utuntur quæ fustibus cædi possunt. Contra illos 50.
pariter edictum provinciale promulgatum de Anno 1675. ab Elect. Fried. Wilhelmo Gloriosi. memoriæ hujus tenoris: Als haben wir nachmahl alles ernstes befehlen wollen/ daß sich keiner unserer Unterthanen/ er sey auch wer er wolle/gelüsten lasse hinführo Tauben zu schiessen/ zu fällen/ oder aufzufangen/ alles bey Vermeydung unserer Ungnade/ und einer Straff von 20 Goldtgulden. Euch unsern Beamten auch Magistraten obgemeldt samt und sonders hiemit anbefehlend/ daß ihr hierob ein wachendes Auge halten/die Ubertreter zu gebührender Straff ziehen/ und über dieser unserer Verordnung steiff halten sollet.

Aucupii ratione pro diversitate 51.
locorum quoque restrictio solet dari, ubi aliud est venationis instar majoris, aliud instar minoris groß und klein Vogel-Wildtwerck/ WECHNER. *voc.* Vogel-Weide. Ad majores & nobiliores aves referuntur Urogalli Auhr-Hah-

Hanen / alibi & eo pertinent Birck-Hahnen / Rebhüner / Reiger / Trappen / Kraniche / Gänse / Enten &c. *Vide* Churfürstl. Sächs. Land-Ordnung von Vogel-Fahen.

52. In Municipiis quæ jure venandi carent, liberior adhuc aucupii, quam venationis & piscationis usus passim remansit, illudque præprimis tempore autumnali omnibus permissum est, puta tamen earum avium quæ magis nocivæ quam nobiles sunt. Hinc cuilibet
53. liber esse debet maxime in agro proprio der Lerchen Strich / sicut multis in Imperio locis & ubique fere receptum est. KILLING. *de jur. ven. concl.* 16. eo referuntur Fincken / Zeißlichen / Spatzen &c. Semper tamen & ubique ad possessionem & usum Municipii recurrendum GYLAND. *dec.* 149. *l.* 1. *in fin.*

54. Casu autem quo Municipio aucupium competit, an liceat civi privato struere & præparare aream in capturam avium, einen Vogel-Herd anlegen / item capturam anatum einen Enten-Fang / Belg. ante Koy adaptare ubi ductu anatum mansuetarum permulti sæpe hospites invitati reti concluduntur, licet universitati jus illud non derogandum si venandi facultatem habet, WEHNER. *d. loc.* de privato autem merito dubium occurrit, quia istiusmodi captura ut pote nimis numerosa, cæteris civibus qui æquali jure gaudent præjudicio est, iisque iniqua conditio infertur quod non ferendum GILH. *arb. jud. civ. p.* 1. *cap.* 1. *n.* 90.

Principes seu Domini territoriales plerumque simultaneam 55.
venationem, die Koppel-Jagd / cum omnibus suis subditis & Landsassiis possident & exercent, KNICH. *de jure territ. c.* 4. *n.* 297. *& d. priv. Sax. c.* 5. *n.* 168. BIDENBACH *in quæst. nobil.* 16.

Et quidem jus illud convenandi Principibus competit, quia ipsi à 56.
SS. Cæsarea Majestate cum jure forestali omnimodaque venatione. mit aller Forstlichen Obrigkeit und Jagens-Gerechtigkeiten / per alienos & sic Landsassiorum agros investiri solent, MONTAN. *de feud. l.* 2. *c.* 2. Quibusdam in locis ex longævo usu 57.
territorii Domino competunt die Vor-Jagten / daß etwan 8 Tage vor Bartholomæi die Gräntz-Jagten / nobis Um- oder Schnadt-Jagten / exerciret werden. Ubi convenit, ut ait SECKENDORF Teutsch Fürsten-Staat *p.* 3. *c.* 3. §. 6. daß der Landes-Herr selbst die Jagt-Zeit / ausser sonderbahren vorfallenden Ursachen / zu halten pflege.

58. Aliquando etiam Princeps precario Municipiis vel Nobilibus venationes concedit, quos vocant **Gnaden-Jagten**/forte si in loco nimis remoto venationes habens pro possessione contra vicinos turbatores tuenda, melius earum exercitium civitati alicui relinquit. formulam istiusmodi concessionis exhibet BESOLD *th. pr. voc.* **Jagten**. Et ejusmodi concessio per
59. concedentem ejusque heredem libere & quandocunque libuerit revocari potest, & quidem ob naturam precarii, quia illud precibus petenti utendum conceditur tamdiu, quamdiu is qui concessit, patitur, *l. 1. & seq. ff. de precar.* Nec
60. etiam hoc venationis jus in alterum cedi & transferri poterit, quia est privilegium ex singulari concessum gratia, tum & quia ad heredes non transit, sed cum persona evanescit, hinc nec cedi potest, *l. 12. §. 1. ff. de precar. l. 42. ibique* BART. *de administr. & per. tut.*

61. In materiis venationum, ut jam dictum, semper consuetudo & mos regionis attendendus est, qui efficere in venationibus potest, ut hoc vel illud prohibitum censeatur, efficere quoque rursus poterit, ut propter illum in venationum juribus liceat, quod alias illicitum vetitumque est, GILMAN. *in symph. supplic. tom. 2. p. 1. v. 1. & punct. 2. de probat. jur. ven. n. 33.* PRÜCKM. *cons. 22. n. 46. vol. 2.*

Cæteroquin, si decisio controversiarum vel etiam nudum consilium petatur ab ipsis rei venatoriæ præfectis ac peritis ministris, ii nimis faciles & liberales esse solent in adserendo jure venatorio, putativam quandam æquitatem pro norma juris venatorii plerumque venditantes, ut ait FRITSCH *mantiss. 2. de convenat. post. tract. de jur. hortor.*

Municipia perpetuis fere dissidiis sunt involuta cum vicinis Nobilibus, in locis, ubi simultaneam exercent venationem, pro his autem evitandis observari solet, ut qui primum locum solutis canibus occupat, **der zum ersten mahl löset/oder die Hunde aus der Koppel streichen lässet**/alterum illic præveniat, qui & de rigore discedere cogitur, nisi in simultaneam venationem consentiant. 6[illegible]

Cuinam & cedat fera in tumultuaria venatione inter diversos venatores prostrata, non levis quandoque dissidii causa est, pro quo dirimendo, sæva sclopeta hinc inde stricta vidi, & si constat, quorumnam canes leporem invenerint, eorum & ille est; Qui autem ipsum interemit, ei impendia refudenda sunt, **muß ihm ein Schuß Pulver und Schrot wieder**

der gegeben werden/quod etsi minutissimi valoris sit, respuitur tamen tanquam res maximi præjudicii non solet. Si non constat, cujus canes primi fuerint inventores, sorti locus est, nisi quorundam fortitudo prævaleat, juxta illud Gallorum: *Le plus fort emporte.*

65. Etiamsi Municipium jure venandi careat, si tamen Princeps aut Dominus territorialis, vel vicinus tantam ferarum multitudinem enutriat, ut illæ extra sylvas erumpant, & messibus & segetibus damna inferant, illo casu cives ejusmodi feras majores agros illorum & prata devastantes, impune interficere possunt, Nic. Everh. *Jun. cons.* 10. *n.* 57. *vers. præsertim. l.* 1. maxime, si feræ occisæ non usui privato habeantur, sed Domino jus venandi habenti remittantur, ut in Gallia id ex Constitutione Caroli VI. ita observari, post Bened. *in C. Raimutius. verb. & uxorem. nomine Adelasiam. n.* 355. *de testam.* Everh. *d. loc. &* Klock. *cons.* 30. *n.* 10. *&* 11. *tom.* 1.

66. Notatu & illud dignum pro Municipiis, quæ jure venandi gaudent, in Germania usu & consuetudine receptum, ut liceat feram vulneratam, welche schweisset / fugientem extra venantium saltum vel sylvam viginti quatuor horis cursu non intermisso persequi, vulgo nachsetzen. Georg Meurer *tr. de jur. ven. p.* 1 *c.* 8. *n.* 14. Ruland *de commiss. lib. c.* 8. *n.* 48. Francisc. Marc. *dec.* 535. *n.* 5. Chopp. *lib.* 1. *de LL. Andium. c.* 32. *n.* 5. *&* 6. Klock. *cons.* 29. *n.* 545. *&* 546. *vol.* 1.

Per digressionem finaliter notandum, si Nobilis vel alius ho- 67.
nestus à venatore quodam, vili alias homine, flagro quodam ligneo seu tabella super nates percutiatur, wenn er gebritschet wird/ quod actione injuriarum agere non possit, quia per jocum & lusum non infertur injuria, *l.* 3. §· *ff. de injur.* Farin. *lib. III. pract. crim. quæst.* 105. *n.* 135. Nolden. *tr. de stat. Nobil. cap.* 13. *n* 83. *& seq.* Morem autem illum, die Brittschen oder das Weide-Messer zu schlagen à Romanis antiquioribus ad Germanos deducit Sim. Maj *tom.* 2. *dier. canicul. col.* 6. *fol* 353

Caput XXVI.

DE MUNICIPIORUM JURE PISCANDI,

SUMMARIA.

1. *Venatio & piscatura in multis conveniunt.*
2. *Multi gentiles cultu suo affecerunt flumina.*
3. *Fluviorum perennitas mirandum creatoris opus est.*
4. *Flumen, torrens, & amnis quomodo differant?*
5. *Flumina vel publica sunt vel privata.*
6. *Flumen privatum à proprio differt.*
7. *Proprietas fluminum cujus sit de jure gent. & civili.*
8. *Quid de consuetudine in hoc obtineat?*
9. *Quatenus flumina referantur ad regalia?*
10. *Piscatura in quibus Principi reservata* Salmfang/Laschwehr.
11. Biber- und Otter-Fang *cui competat?*
12. *Municipiis quatenus jus piscandi tribuatur?*
13. *Pisces in foro piscatorio venum exponendi.*
14. *Minuti pisciculi non capiendi.*
15. *Ordinatio Electoris Saxoniæ.*
16. *Ordinatio Bavarica & Merseburgica.*
17. *Piscatura in Municipiis ne sit promiscua.*
18. *Ordinatio Hasso-Cassellana.*
19. *Nocturna piscatio non permittenda.*
20. *Quam ob rationem?*
21. *An pisces dormiant?*
22. *Prohibitio nocturnæ piscationis juxta Ordin. Saxon.*
23. *Pillulis non inescandi pisces. Ratio.*
24. *Nec projiciendi in flumina taxi arboris frondes.*
25. *Ordinatio Saxoniæ desuper.*
26. *Linum in fluminibus non macerandum.*
27. *Ordin. Regis Borussiæ & Electoris Saxoniæ.*
28. *Cives singulares ultra metam piscantes inde non acquirunt possessionem Municipalibus.*

29.

29. *Quando actus geſti per ſingulos cenſeantur eſſe univerſitatis?*
30. *Actus clandeſtini non acquirunt poſſeſſionem.*
31. *Piſcatio in piſcinis eſt privatorum.*
32. *Fures piſcium ſevere plectendi.*
33. *Pœna talium furum.*

1. Quæ de venatura in præcedenti capite tractata ſunt, in terminis habilibus quidem etiam & de piſcatura intelligenda ſunt, quia jus venandi & jus piſcandi in jure æquiparantur. *l. item fundi. §. aucupiorum in fin. ff. de uſufr. c. 1. §. nemo retia. de pace tenend.* DECIAN. *conſ.* 197. *n.* 1. & 271. *n.* 1. *conſ. Arg.* 2. *n.* 242. *vol.* 1. Cum autem multa adhuc particularia circa hanc materiam, præprimis in Municipiis ad flumina ſitis coincidant, ſeparatam hic deſuper inſtituere tractationem non piget.

2. Flumina à quibusdam gentibus inſigni cultu affecta, ſic Perſæ in illa non immeant. Ægypti Nilo divinos honores tribuere, quod patet ex hiſtoria Pharaonis, *Exod.* 7. qui cultus cauſâ mane ad aquas egrediebatur. Germani Rhenum genialis thori arbitrum conſtituerunt, HADRIAN. JUN. *Hiſtor. Bat. c.* 1. Certum autem eſt, amplum & illuſtre præſtare providentiæ divinæ documentum, fluviorum perennitates, nam ad locum, unde exeunt, revertuntur, ut iterum fluant, & intrant oceanum omnes, *Eccleſ.* 1. *v.* 7. interim mirandum, quod acceſſionem fluminum mare non ſentiat, quia occulto itinere revertitur colaturque in tranſitu aqua marina, quæ per multiplices anfractus terrarum verberata amaritudinem ponit & pravitatem ſaporis in tanta ſoli varietate exuit, & in ſinceram aquam tranſit, ut ait SENECA *lib. III. natur. qu. c.* 5.

Differt à flumine *torrens*, à Græcis χειμάῤῥους dictus, id eſt, hyeme fluens, *l.* 1. § 2. *ff. de flum.* & ſic nomen accepit à tempore, quo ſuccreſcit. Romani autem nomen ipſi dederunt ab æſtate & à tempore, quo exſiccatur. *Amnis* à flumine differt amœnitate, & eſt fluvius nemoribus & frondibus redimitus, STYPMANN. *de jur. marit. part.* 2 *c.* 5. *n.* 6. 4.

Fluminum alia ſunt publica, alia privata. Publica perquam varie à Dd. definiri ſolent, vel quod in publico fluunt, vel quod perpetuo currunt, vel quod ſunt navigabilia, & ex quibus fiunt navigabilia, SCHÖNBORN *Polit. l.* 4. *c.* 9. Privata ſunt, quæ interdum aquis deficiunt, ita, ut apta non ſemper ſint ad bonum publicum. 5.

A privato adhuc differt proprium, quod in agro alicujus oritur & diſcurrit, per ſua prædia, SCHNEIDW. *ad tit. de rer. diviſ.* §. *flumina. n.*7

7. Proprietas fluminum hodie eſt de regalibus. *C. quæ ſint regal.* & illius Domini, per cujus territorium fluunt, tamen uſus ipſorum eſt publicus. Hinc de jure gentium & civili omnibus & ſingulis licitum eſt, in publicis fluminibus piſcari, etiam ante ædes & oſtium alterius, adeo ut id prohibens teneatur actione injuriarum, *l. injuriarum.* §. *ſi quis &* §. *fin. ff. de injur.* in fluminibus autem privatis & propriis alteri piſcari non licet, ſed ſoli domino, *d. l. injuriarum.*

8. De conſuetudine tamen nemini privato in flumine publico piſcari convenit, niſi id à Principe ſit conceſſum, SCHNEIDW. *ad d.* §. *n.* 6. & quidem ob pinguius jus, quod ipſi competit. Cæterum prohibitio navigationis & piſcationis in flumine publico eſt res nimium odioſa, *l. uſum aquæ C. de aquæduct.* quia uſus fluminis publici de jure gentium omnibus eſt publicus, ſicut aer communis, *l. fin. ff. de uſucap. conſ. Argent.* 62. *vol.* 2. *n.* 4. Si ergo privato alicui res ſua contra jus gentium non auferenda ſine cauſa publicæ utilitatis, *l. fin. C. ſi contra jus vel util. publ.* multo minus ergo univerſitati vel civitati.

Licet ergo flumina publica referantur ad regalia Principis, *p. C. un. quæ ſunt regal.* ſcilicet quoad telonia, vectigalia & gabellas, ipſum jus autem piſcandi eo non ſpectat, niſi quoad reditus piſcationum, ut habet *dict. cap.* inde tamen non infertur, nulli licere piſcari in flumine publico, absque licentia Principis, quaſi is jus regalium uſurpare velit, quia aliud eſt jus piſcandi, aliud eſt vectigal, quod Fiſcus Principis ex tali commodo percipit, KLOCK. *de ærar. lib. II. cap.* 5. *n.* 70. *& ſeq.* 9.

In iis locis, ubi piſcatura eſt communis, eorum, qui ſunt de univerſitate. 10. Solent tamen Principes majorum piſcium capturam ſibi reſervare, inter illam refertur captura ſalmonum, Salm-Fang/ ſive ſeptum pro ſalmonibus, Laſchenwehr/ ſicut in Receſſu Epiſcopi Mindenſis, Hermanni, Anno 1567. d. 18 Febr. ut cum Nobilibus de Zerzen inito, die Laſchwehr accepta eſt, tradente alleg. KLOCK *cap.* 5. *n.* 86.

Amphibiorum quadrupedum capturam pariter ſibi reſervare ſolent Biber- und Otter-Fang/ quæ regulariter iis non competit, quibus piſcatio cedit, ſed ad venationem refertur. Iſt ein Anhang des Jagens und Regalien/ alſo gebühret ſie auch dem Herrn 11.

des

des Wildbans/ Forst und Gehäges / als ein species venationis, FAUST. ab ASCHAFFENB. *cons. pro ar. ord.* 245.

12. Ut ex hac semita ad Municipalia revertar, cum ut dictum hodie non flumina publica saltem sed & ipsa piscatio pari jure ac venatio de consuetudine regalibus accersenda, hinc sequitur municipibus illud jus non competere, nisi quatenus vel præscriptione vel speciali titulo & concessione ab ipsis quæsitum, sicut de venatione *cap. praeced.* dictum fuit.

13. In Municipiis, ubi flumina piscium sunt feracia merito ordinata Magistratus (1.) Ut pisces piscatoribus ordinariis capti venum exponantur in foro piscatorio, Fisch-Marckt/daß diejenige/so mit Fischen handeln/ solche auf dem Marckt zum Feilen Kauff bringen/ ehe sie u. ige vertragen oder verführen/quale & Romæ exstitit, teste VARRONE *lib. IV. de ling. Lat.* habueruntque Romani servos piscatores apud piscarium sive forum piscatorium.

14. (2.) Diligenter inquirat ne instrumenta minutissimis pisciculis capiendis apta, tanquam nimis destructoria à piscatoribus adhibeantur sed ejus formæ & laxitatis sint, ut adultiores tantum pisces irretiantur, hinc reticulamentis certa mensura in publico adpensa detur, cum jactura piscium hisce instrumentis captorum *de qua egi supra. lib. II. cap.* 64. *n.* 83. & contra ordinationem hanc reperta, flammis corrumpantur. Exstat desuper Ordin. Elect. Saxon. *de Anno* 1657. *art.* 18. So jemand kleinere Fische den solche Maaß 15.
aus weisen / fangen würde / denselben sollen die Fische ohne Bezahlung genommen werden / und die Rähte in Städten schuldig seyn / derselben Obrigkeit unter 16.
derer sie gesessen / Bericht zu thun. Item Fürstliche Bayerische Fisch-Ordn. *art.* 3. wann sie kleiner gefangen werden / daß sie die bey Straffe wiederum in dasselbige Wasser werffen. Et Fürstl. Sächs. Merseburgisch. Fisch-Ordn. 5. 1. *cautum.* Sol aller enger Fisch-Fang damit / bis anhero in denen Wasseren der junge Fisch verderbet / gäntzlich abgeschaffet / und derselbe hinführo nach den Land-gebräuchlichen Maaß oder Modell / welches wir dem Fischer-Handwerck in die Lade zu geben verordnet / gestrickt und gehalten werden / welcher aber dar wider handelen und mit solchen Zeuge / dadurch der junge Fisch verderbet / ergriffen und betreten würde / der sol nicht allein von uns gebührend bestrafft &c.

17 (3.) Ut promiscua piscatio inhibeatur data saltem iis licentia, qui é numero civium sunt, neve permittatur ut quidam continuæ piscaturæ operam navent, desuper prospexit **Fürstl. Hessen-Casselische Wasser-und Fisch-Ordn.**
18 *de Anno 1657. art. 3.* **Weilen sich auch drittens unter den gemeinen Bürgeren in Städten viel Ledig-Gängere befinden / welche ihre erlernete Handwercke und andere ordentliche Arbeit Nahr- und Handthierung stehen und liegen lassen / hingegen sich aber auf den Müssigang und das vielfache / auch fast tägliche Fischen begeben / darüber sich dann auch in die Wirths-Häuser zum Fressen und Sauffen gerahten / und nicht allein was sie von Fischen gelöset / sondern auch ein mehrers verschlemmen / und durchbringen / so sol &c**

19 Nocturna quoque piscatio severe prohibenda, hac enim non saltem pibedibus istis lutris præbetur occasio privatorum piscinas expiscandi & devastandi, sed etiam piscatio ad faces & tempore æsti-
20 vo, quo pisces laborant & uterum gerunt nociva est, cum per id tempus à partu maximo requiescant, ac sic nocturna piscatione eorum impeditur generatio si credendum Aristot. *lib. VI. cap. 17. de histor. animal.* Deinde pisces 21
licet non dormiant clausis oculis, eos tamen quiescere Plinius Autor est *lib. IX. c. 75. histor. nat* quam ob causam infinitam piscium multitudinem sæpe circumretiunt piscatores, quos noctu lumine ostenso fallunt, ut Upian. ait piscatores noctu lumine ostenso fallunt navigantes *l. ne piscatores ff. de incend. ruin. naufr.* Quod & prohibitum
prædict. ordin piscat. Sax. art. 9. 22
Das Nacht Fischen mit Leuchten desgleichen die Streich- und Kratz-Hamen sollen allen Bürgeren / Bauren und Mülleren / bey Vermeydung willkührlicher Straff / gäntzlich verbotten / und solche hiemit abgeschaffet seyn?

(5.) Ad evitandam piscium 23
exstirpationem severe coercenda est, nequitia eorum, qui certas pillulas formare iisque pisces in unum locum subdole congregare norunt, quibus machinationibus non solum piscium copia exhauritur sed & aqua infecta & coruptis hac ratione seminibus, eorundem prolificatio impeditur, Klock. *de ærar. dict. c. 5. n. 99.* Quod & olim Plato prohibuit *dial. 7. de LL.* dum inquit: Piscator nec in portibus, nec sacris fluviis, paludibus stagnisve venetur, in aliis liceat, dummodo, succorum non
utantur permixtione. Quo spe- 24
ctat

ctat quando projiciuntur in flumina taxi arboris frondes aliæque herbæ similes, quibus pisces moriuntur & ipsi comesti nocivi sunt, atque aquæ iis infectæ & hominibus & animalibus nocumentum adferunt BOREL. *de magis. edict. l. 4.* Idem vetitum præ-
25. dict. ordin. *art. 8.* Nachdem man auch erfahren / daß die Fische aus einem tieffen Tümpel zu treiben und ins Netz zu bringen von etzlichen ungeleschten Kalck / Kugelen von faulen Käsen / dürren Maltz und dergleichen ins Wasser geworffen werden / so sol solches hiemit bey ernstlicher Straff gäntzlich verbotten seyn / Item Fürstl. Bayerische Fisch-Ordn. *art.* 9. sancitum hoc modo: Und als sich etzliche unterstehen / mit sonderen dazu bereiteten Kugelen und Stücken / die Fische in den Wässeren guälmig zu machen / und alsdann mit den Händen / und ohne einig Zeug heraus zu fangen / wollen wir dasselbe bey Straff abgeschaffet haben.

26. Venenum quoque piscibus præbet linum recens in aquis maceratum, quod Flachs deichen vel rosten vocatur. Unde speciali edicto Serenissimus & potentissimus Rex
27. noster *de Anno 1707.* cavit, non licere ad flumina madefacere linum, quam aqua profluente, in foveas ad flumen derivata, & vallo intercepta, quæ tum demum dimittenda, cum jam, exempto lino noxium quod concepit evanuit. Eo quadrat Chur-Sächsische Land-Ordnung. *tit.* von Flachß und Hanff rosten hisce; So wollen und verordnen wir daß hinführo niemand in den Fisch-Wässeren und Bächen Flachs oder Hanff zu rösten sich unterstehen sol / sondern daß hinzuneben den Wässeren / und Bächen an Oerteren / da es sonder Schaden geschehen kan / Gruben gemacht / und der Flachs und Hanff darinnen forthin geröstet werden.

Notandum adhuc est ratione piscaturæ (quod idem quoque in venatione suis terminis obvenit) si nimirum in flumine ad certos limites piscatio Municipalibus permissa est, quod licet cives singulares, aliquoties extra metam piscati fuerint, tamen per ejusmodi actus possessio non est quæsita universitati MASCARD. *de prob. concl.* 1189. *n.* 10. HIER. à MONTE *de finib. regund. cap.* 72. *n* 4. 28.
Sed ut actus gesti per singulos censeantur esse universitatis, requiri universitatem solenniter fuisse congregatam atque communicato consilio & deliberatione, habita esse factos vult KLOCK. *vol.* 1. 29.

cons. 29. n. 214. Unde testes producti ad probandam possessionem civitatis, non docti de mandato, tum nec probant quicquam pro ipsa universitate CAVALCAN. *lib. V. dec. 1. n. 22. seqq.* Vide tamen notata *supr. lib. II. cap. 61. n. 30. & seq.*

30. Potest ergo Municipium vel alia universitas, nisi probet particulares cives piscatos fuisse nomine aut mandato civitatis, in futurum prohiberi ne piscentur CRAVETT. *cons. 29. n. 1. cons. 317. n. 4.* HONDED. *cons. 17 n. 8. & 9. vol. 1.* CACHERAN. *cons. 1. n. 108.* quia actus clandestini nesciente vel absente vero possessore gesti non acquirunt possessionem, cum semper respiciendum sit, cujus respectu actus fiat, vel geratur. *l. Aristo. 3 in fin. ff. quæ res pign. vel hypoth. arg. l. clam. ff. de acquir. possess. l. 3. §. fin. ff. Quod vi aut clam. cap. fin. x de restit. spol.*

31. Hactenus dicta spectant ad piscationem fluviatilem, quam vocamus wilde Fischerey illa vero quæ fit in piscinis, lacubus, stagnis, privatorum in Teichen / Weiheren Hälteren / und anderen beschlossenen Wasser hujus loci non est & ad bona privatorum refertur. Ubi saltem Magistatus Municpalis 32
officio suo satis facit, si in fures piscium luctuosa hac ætate, tam frequentes & vix compescibiles, severe animadvertat, disponit desuper CONST. CAROL. *art. 169. in princ.* Welcher aus Weiheren und Behaltnüß Fische stiehlet / ist auch einem Diebstal gleich zu straffen; In stagnum vel piscinam conjecti pisces æque ac cæteræ res nostræ à nobis possidentur *l. possideri 3. §. 14. in pr. ff. de acquir. poss.* Et pœna in eos est arbitraria *d. art.* per verba : Der ist 33
an seinen Leib und Guth nach Gelegenheit des Fischens der Persohn und Sachen nach Raht des Rechts-Verständigen zu straffen.

Caput XXVII.

DE MUMICIPIORUM. JURE BRAXANDI.

SUMMARIA.

1. *Braxo, brasium, brasitorium, quæ voces?*
2. 4. *Loca septentrionalia vino carentia invenerunt cerevisiam.*
3. *Varia potulentorum genera apud Romanos eos qui vino abstinebant.*

5. *Inventor cerevisiæ fuit Chimius. processus in ea coquenda.*
6. *Cerevisiæ decoctio cum lupulo nauseam dedit Italo cuidam.*
7. *Cerevisia quasi cerebibia à Cerere.*
8. *Historia Italorum, Bieram Deam esse putantium.*
9. *Inventio cerevisiæ non est nova.*
10. *Epigrammata à cerevisiæ osoribus composita.*
11. *Municipiis quare jus braxandi detur?*
12. *Jus braxandi quatenus in Municipiis exerceatur?*
13. *Magistratus exercitium peculiaris commercii sibi reservare potest.*
14. *Liberi ædes paternas inhabitantes jure hoc utuntur licet cives non recepti sint.*
15. *Jus hoc non est mere personale.*
16. *Ab ædibus præstantur onera hinc & commoda sumenda.*
17. *Locatis ædibus jus braxandi illis annexum etiam cedit.*
18. *An existente collegio braxatorum, liceat cerevisiam aliunde habere?*
19. *Concessio unius non debet extendi in alterius præjudicium.*
20. *Eexceptio si cives reliqui consentiant.*
21. *Jus braxandi non extenditur ad necessitatem domesticam.*
22. *Differentia braxationis* zur Hauses Nohtdurfft *&* zum Feilen Kauff.
23. *An constitutis publicis vasis, liceat pro usu domestico propria ahena comparare?*
24. *Ad proprium commodum quidvis fieri licet.*
25. *Libertatis naturalis nulla est prescriptio.*
26. *In jure singulari se fundans probatione onerandus.*
27. *Circa jus braxandi collegiatum non obstat libertas naturalis.*
28. *Libertas braxandi de usu est instar privilegii.*
29. *Tempus immemoriale cives à facultate sua excludit, & magna est efficacia.*
30. *Patientia civium est vice tituli.*
31. *Jus prohibendi ad publicum commodum confert.*
32. *Publica utilitas præjudicat libertati naturali.*
33. *Magistratus intentio est fundata contra privatos ad interesse privatum.*
34. *Ad locationem in futurum nemo constringendus.*
35. *Census plus est quam locarium.*

36. *Per coctionem panis in furno alterius nemini jus infertur.*
37. Zwang-Schencke *ejus jus & effectus.*
38. *Jus braxandi quo jure Municipia habeant?*
39. *In concessione generali nunquam comprehuntur regalia.*
40. *Jus braxandi pro regali habetur.*
41. Tranck- und Bier-Steuer / *solvitur in signum superioritatis.*
42. *Interest Principis civitates pro pagis conservari emolumentarique.*
43. *Rustici possunt compelli, ut veniant ad civitates ad vendendum victualia.*
44. *Ad certum districtum ab oppido non licet in pagis coquere vel vendere cerevisiam.*
45. *Nec artificia mechanica ad illum districtum in pagis exercenda.*
46. *Rusticis commercia civitatis non competunt.*
47. *An pagani usum coquendi cerevisiam pro necessitate propria, per non usum amittere queant?*
48. *Rei meræ facultatis non præscribitur.*
49. *Paganis jure civili prohibitum non est cerevisiam coquere.*
50. *Privilegium civitati concessum per contraventionem singulorum non amittitur.*
51. *Responsum JCtorum Wittenbergensium.*
52. *Nobilibus regulariter interdictum cerevisiam coquere venalem.*
53. *Idque quare?*
54. *Ad torneamenta non admittuntur nobiles mercaturæ dediti.*
55. *Nobiles distinguendi à rusticis & mercaioribus.*
56. *Nobilibus uti in genere commercia sunt prohibita, ita jus braxandi.*
57. *Civibus alimenta & commercia non minuenda.*
48. *Cerevisia non est fructus prædii ut frumentum.*
59. *De composito ad simplex non valet consequentia.*
60. *Non omnium quæ ruri nascuntur mercatura paganis licita est.*
61. *Exercitium tabernæ est plebejum & vile.*
62. *Consuetudo indecorum & iniquum inferens, est irrationabilis.*
63. *Status confusio evitanda.*
64. *Commoda eorum esse debent quorum sunt onera.*
65. *Constitut. Saxon. de non auferendo commercio civitatibus.*

66.

66. *Eodem jure commercia & braxatio interdicta sunt Nobilibus.*
67. *An cerevisiæ coctio sit opificium?*
68. *Extra collegia coctorum cerevisiæ constituti vocantur quoque clancularii.*
69. *In pagis per abusum undique exercentur opificia.*
70. *Nobiles habent prærogativam ordinis, sed ab iis non deprimendæ sunt civitates.*
71. *Nobiles sunt Principis alæ, civitates sunt pedes & fundamentum, super quo post altum volatum resideat requiescatque.*
72. *Quod restringitur si Nobiles jus braxandi præscriptione sibi acquisiverint.*
73. *Quam præscriptionem Nobilis etiamsi in possessione braxandi constitutus sit probare tenetur.*
74. *Terminus ille probandi quousque extendatur?*
75. *In juris braxandi concessione Princeps facilior esse debet, si tale quid in vicinis Ducatibus obtineat.*
76. *Jus hoc braxandi diligenter à Magistratu curandum.*
77. *Quænam civitates quam maxime hoc mercimonio floreant.*
78. *Cerevisiæ exotici & incogniti nominis.*
79. *Inspectores cerevisiarii constituendi* Bier-Herren / Schmackel-Herren.
80. *Pretium cerevisiæ statuendum juxta hordei valorem.*
81. *Desuper statutum civitatis Rostochiensis.*
82. *Pretio cerevisiæ manente eodem, bonitas ejus imminuitur.*

1. Barbara vox braxare significat idem, quod cerevisiam coquere, ut ex veteri Dictionario, Coloniæ *Anno* 1507. excuso, hæc recenset Martin. *Lexic. etymol. voc. braxo.* Brasium, Maltz / brasitorium, ein Maltz-Haus / braxatorium, ein Brau-Haus / braxare, brauen / braxator, ein Brauer. Speidelius vult *jus bratiandi* à *bratio* trahere origiuem & polentam significare, *in Addit. ad Thesaur. pract.* Besold. *lit. B. n.* 58.

2. In locis præcipue Septentrionalibus vino carentibus, quia non omnis fert omnia tellus, & cum hic segetes, alibi uvæ proveniant, & ars imitetur naturam, factitia quædam genera potus adinventa sunt.

3. Olim matronæ apud Romanos, lege Romuli vino omni abstinentes, Gellio teste, bibere solitæ fue-

fuerunt loriam, passum, murrhinam, defrutum, aliaque id genus potulenta. Spectat & huc melina sive melicraton, nobis Meht/ Medde/ de qua PLAUT. *in Pseudolo* meminit.

4. Verum inter potus hos factitios eminet cerevisia apud Germanos, Anglos, Belgas, Svecos, Danos, Polonos & Bohemos usitata, de cujus jure hic agimus.

5. Inventorem cerevisiæ Chimicum fuisse non dubitatur, cujus artis est resolvere, separare, extrahere. Hoc fit, cum ex frugibus beneficio aquæ & caloris, vis seu essentia extrahitur, aqua imbibitur, & percolata transit; Essentia extrahitur ex hordeo macerato, regerminante, & igne vel sole tosto, quod dicitur *Spelta*, Maltz/ & postea denique cum lupulo decoquitur, FAUST. ab ASCHAFFENB. *cons. pro arar. 52. ord.* 1137.

6. Hoc cum audivisset Italus quidam injecto lupulo cerevisiam coqui, eaque voce catulum lupi quadrupedis intellexisset, magna cum nausea potum hunc aspernatus est.

7. Cerevisiam à Cerere, Dea frugum, dici, neminem fugit, Bier autem vel Biera à bibere etymon sortiri, vult FAUST. *alleg. loc.* quasi cerebibia vel Cereris vinum. Idem vult NEUHUS. *Hammon. Gymnas. Prof. Clariss. in eleganti oratione de potu & potulentis, Anno* 1707. *habita*, addens ibi: Italum quendam magni nominis, cum 8.
aliquando in peregrinatione per Germaniam bieræ suavitatem percepisset, febri correptum, inter magnos sitis ardores exclamasse: *O! biera biera!* & adstantes existimasse, sanctam quandam designari & invocari febricitantium patronam. Nec autem nova est in- 9.
ventio hæc coquendi cerevisiam, PLIN. *lib.* XIV. *cap. ult. ait*: Hei mira, vitiorum solertia inventum est, quemadmodum aqua quoque inebriaret. Et TACIT. de Germanis nostris. Potui humor ex ordeo, aut frumento in quandam similitudinem vini corruptos, &c. ANNIUS LITERB *lib. XV. super Berosum ex* DIOD. SICUL. *lib. VI.* indicat, Osiridem docuisse potum conficere ex ordeo & herbis, ubi non nascuntur vites, quem *zitam* vocant. De zytho vid. MART. *Lexic. Etym.* Gallis Cidre vocatur Sicera.

Potus hic qui miranda solertia 10.
vini defectum supplet, suos nihilominus habuit osores alienigenas. De Juliano Imperatore refert LEHMANN, quod is cum potum hunc in Germania degustasset, Epigramma Græcum confecerit, hujus tenoris:

Ba-

Bache quis? aut unde es? tibi Bachum juro per ipsum.
Te minime novi, sed Jove nosco satum.
Tu hircum is nectar olet, nimirum Gallia tellus
Te flava è spica vitis inops genuit.
Chron. Spirens. lib. I. Cap. 24.

Sub Henrico III. Angliæ Rege, Henricus Abruccensis, Poeta, irato Apolline cerevisiam ceu monstrum depingit hoc modo:

Nescio, quid stygiæ monstrum deforme paludis,
Cervisiam plerique vocant, nil spissius illa,
Dum bibitur, nil clarius est, dum mingitur, unde
Constat, quod multas faces in ventre relinquat?

11. His autem missis nemo negabit, ex cerevisiæ coctione, negotiatione & commercio ad Municipia non leve sæpe devolvi lucrum, Berlich. *decis.* 31.

12. Jus hoc braxandi, Maltzens-Brauens-Bierschenckens-Recht/ exercent vel singuli Municipes, vel certus ex Municipibus constituitur ordo, vel numerus braxantium, ad quos aliquando hoc jus reducitur, sic in multis Germaniæ civitatibus Ordinatio exstat, ut cerevisia à certis hominibus conficiatur & vendatur, vel etiam in certis locis civitatis.

Et quidem exercitium peculiaris cujusdam commercii, Magistratum pro usibus publicis vel sibi, vel civitati tribuere posse defenditur, Petr. Anchor. *cons.* 13. & *consil.* 289. Köppen. *decis.* 59. *n.* 28. Mev. *ad Jus Lubec. lib. III. tit.* 6. *art.* 12. *in addit. ad n.* 4. *in fin. Vid. supra lib. II. cap.* 66. *n.* 18. 13.

Liberi ædium paternarum possessores hoc jure braxandi, cæterisque statutorum privilegiorumque indultis gaudent, etiamsi ipsimet in numerum civium recepti nondum sint. Nam emolumentum hoc inter fructus hereditatis non male refertur, quod liberis atque heredibus ædium paternarum possessoribus denegare, maxime, cum jus braxandi mere personale non sit, sed plerumque ipsis ædibus inhæreat, & tanquam jus reale possessorem sequatur, non licet. Hinc in remunerationem aliquam administrationis familiæ ac domus privilegium illud interpretationem capit, *arg. l.* 87. §. 1. *ff. de legat.* 2. *l.* 26. §. 1. *de testam. milit. l.* 40. *de administr. tutor.* Quo & id facit, collectas, tributa & ejusmodi onera ab heredibus ceu possessoribus ædium exigi, quidni istis ædibus fruendi, & facultas cerevisiam coquendi & vendendi ipsis concedenda erit? *l.* 29. *ff. ex quib. caus. maj.* Quod in liberis mino- 14. 15. 16.

rennibus & jurium Municipalium nondum capacibus adhuc majori æquitate nititur, CARPZ. *jurispr. part. 2. Const. 6. defin. 6. per tot.*

17. Si etiam certæ ædes alicui locentur, quibus jus hoc annexum est, tunc non saltem ipsarum ædium & habitationis, sed & horum jurium & privilegiorum commoditas in locatorem transiisse videtur, SCHÖPFER. *de jure braxandi part. 1. cap. 2. n. 1134.* nisi speciali lege Municipali prohibitum sit, ne jus braxandi locari possit. SCHILT. *Exerc. ad ff. 31. §. 22.*

18. Quæritur, si in Municipio quodam certis civibus, einer Bier-Brauer-Zunfft concessum est jus braxandi, an eo ipso etiam cæteris civibus prohibitum sit, cerevisiam aliunde emptam sibi habere, quod dicimus: frembd Bier einlegen? Et hoc regulariter negatur, ob commerciorum libertatem, maxime earum rerum, sine quibus homo subsistere nequit;

19 Tum & unius concessio non debet extendi ultra naturam privilegii in alterius detrimentum. Certum quidem est vigore privilegii, quo gaudent Braxiatores, durch die Gülde der Brauer-Zunfft/ aliis cerevisiæ venditionem indultam non esse, atque eos, qui sunt de collegio hoc, strenue pro extensione opificii studere solere, ut plurimum in locis maritimis, ubi hi ex potentioribus sunt. Nihilominus tamen statutum tale injustum & invalidum est, nisi cives omnes juri, libertati, atque commodis suis renunciaverint, & statutum tale derogans cum illorum consensu conditum sit, MEV. *ad Jus Lubec. lib. III, tit. 6. art. 12. in addit. ad n. 2.* Ex quo patet, hoc non extendi ad necessitatem domesticam, sed ad jus publice vendendi & propinandi. Quia quoties emptio & venditio alicui interdicitur, non censentur prohibita illa, quæ sunt ad usus proprios necessaria, BALD. *consil. 391. n. 2. vol. 4.* Alia ergo est ratio braxationis ad usum domesticum, zur Hauses Nohtdurfft/ alia ut sit venalis, zum feilen Kauff. Illud concessum est, tanquam res jure naturali cuique libera; Hoc autem in quantum est redditum jus collegii, eatenus à naturali libertate est exemptum, & fit proprium jus eorum, qui sunt de collegio, extra quod nemini licitum, nisi cui lege est concessum. MEV. *p. 1. decis. 108. n. 1. in not.*

20. (margin, beside "ex potentioribus sunt. Nihilo-")

21. (margin, beside "in addit. ad n. 2. Ex quo patet,")

22. (margin, beside "braxationis ad usum domesticum,")

23. Sed quæro, si in Municipio Senatus tempore immemoriali sibi acquisivit, ut publica constituta sint vasa, Brau-Kessel/ Brau-Pfannen/ pro quorum concessione certam mercedem, den Pfannen-Zins

Zins lucrantur. An & eo casu cives, domesticæ necessitatis ergo, ahena braxatoria sibi parare possint? Resp. negando; Nam utut
24. quisque ad proprium commodum promovendum, & ad necessitatem suam sublevandam quidvis facere possit. *l. sicut.* 8. §. 5. *ff. si serv. vindic.* *l.* 26. *ff. de damn. infect.* COTHM. *vol.* 3. *consf.* 93. *n.* 66.
25. Qualia, quæ in libertate naturali consistunt, nulla præscriptione impediri possunt, *arg. l.* 7. *ff. de via publ.* KÖPPEN. *decis.* 1. *n.* 25. Sicut semper pro libertate stat & militat præsumtio, *l.* 8. *&* 9. *C. de servit. & aqua.*
26. Utut etiam in eum qui jure singulari se fundat onus probandi devolvatur CARPZ. *part.* 2. *constit.* 41. *def.* 18. *n.* 3. *& lib. I.*
27. *resp.* 67. *n.* 15. MENOCH. *consil.* 395. *n.* 2. *vol.* 4. Attamen hujusmodi quæstionibus non circa ea versamur in genere, quæ naturali facultate competunt, sed quatenus illa jure Magistratus sunt restricta FRITSCH. *exercit. de jur. publ. part.* 1. *disp. ult. ibique relatus* STRUV. *differt. de libert. naturali restrict.* Cæteroquin si libertas naturalis obstaret generatim, nunquam jus braxandi ad certa collegia certasque domus posset
28. restringi, sed è contrario ipsa libertas braxandi usu, ita intra cancellos redacta est, ut qui in ea se fundat, hanc tanquam concessionem privilegii probare necesse habeat CARPZ. *p.* 2. *constit.* 41. *de-*
fin. 15. Huic adhuc accedit tempus immemoriale, quo cives à 29.
facultate hac exclusi sunt, sed talis præscriptiptio habet vim privilegii MYNSING. *cent.* 1. *obs.* 30. quo & ipsa regalia alioquin privilegiata acquiruntur, *C. super quibusdam* 36. §. *praterea x. de V. S.* ROSENTH. *de feud. cap.* 5. *concl.* 16. *n.* 13. Accedit & civium patien-
tia ut qui nunquam propria vasa 30.
sibi præparare ausi, sed vasis Senatus semper usi sunt, qualis patientia in acquisitione jurium, est vice tituli & traditionis instar *l.* 10. *ff. si. serv. vind.* CRAVETT. *consf.* 741. *n.* 24. Præter patientiam 31.
civium accessit jus prohibendi, scilicet qui censum illum solvere recusarunt, illis pœna est dictata, & executive eo constricti sunt, cui hoc superadditur quod Senatus non privatum inde quæsiverit commodum, sed canonem illum in utilitatem publicam convertit, quale compendium ex jure braxandi Magistratui utique permissum est TABOR. *de jur. cerevis. cap.* 5. §. 2. Atque ita publica
utilitas omnibus privilegiis adeo- 32.
que etiam prætensæ libertati naturali præjudicat & facit ut ali-

quid sit favorabile etiamsi fiat contra jus, HERING. *de molend. quæst.* II. *n.* 93. FRITSCH. *de præsid. necessit. sect.* 3. §. 2.

Ubi hoc casu notandum quod
33. eo inefficacior sit quorundam civium postulatum, quam si omnes & universi contra Senatum lacertos movent; Quoties enim res non inter privatos cum privatis, sed inter privatos cum Magistratu versatur, ubi nonnulli privati, commodum á Magistratu hactenus perceptum sua contradictione intervertere sat agunt, ibi Magistratus intentio semper est fundata, sicut præcedentia ostendunt.

34. Nec obstat pretium pro vase isto datum fuisse hactenus ex contractu locati, nullum autem jus locationem in futurum inducere, sed finito usu eam finiri, nisi tacitæ locatione locus sit, *l.* 12. §. *fin.*
35. *cat.* nemo ambigit. Nam hic magis quam pretium locationis solvitur & magis tributum & census quem locarium appellitari poterit. Meræ quoque facultatis exceptio non præscriptibilis hic cessat, ob jus prohibitionis ex parte Senatus quæsitum, & civium patientia concessum, atque ita res meræ amplius facultatis dici non
36. potest Dn. STRYCK, *decad. casuum resolut. casus.* Nec idem est ac si civis pro coquendo pane, longissimo tempore usus sit furno alterius, quo casu inde præscriptio induci non poterit, quo minus ille alterius furno uti vel sibi ipsi furnum proprium ad usum domesticum construere possit, *Idem de jur. furnor. cap.* 3. §. 53.

Ex hisce jam constat jus illud quod Magistratus intuitu braxationis vel vendendi cerevisiam cum 3
necessitate emendi vicinis imposita Zwanck-Schencke sibi acquisivit, & quæ necessitas omnes vicinos, etsi non possideant prædia obligat, in eo non consistere, ut obligati aliquid patiantur in suo, aut non faciant *l.* 15. *ff. de servit.* sed ut in alieno quid petant vel emant, hinc nemo putabit hoc esse servitutis irregularis cujusdam jus BRUNNEM. *ad l.* 8. §. 4. *ff. n.* 4. *de servit.* Sed aliquod reale ex privilegio competens SCHILT. *exercit.* 18. *ad ff.* §. 4. Habentque hoc jus braxandi Municipia non 3
aliter quam ex concessione Principis illaque non generali sed speciali, SONSBEC. *tract. feud. part.* 5. *n.* 16. WESEMBEC. *consil.* 45. *n.* 39. TREUT. *consil.* 117. *n.* 46. Qui as- 3
serunt in concessione quamvis generalissima nunquam comprehendi regalia, nisi id in specie actum sit.

Jus autem braxandi pro regali habetur, TREUT. *d. cons.* 117. *n.* 2. 4

De

De Bohemia testatur Kock. *de*
41. *arar. lib. II. cap. 11. n. 2.* concessionem juris braxandi in tantum pro regali haberi, ut nemo eo uti possit impune, nisi vel privilegio, ut pleræque civitates, vel investitura, vel longissima temporis præscriptione munitus sit. Hinc Tranck- oder-Bier-Steur / sive accisa de cerevisia solvitur in signum superioritatis & inter fructus & tesseram jurisdictionis refertur Knichen. *de jure territ. cap. 3. n.* 344. unde illud: Jemehr die Bürger und Handwercker trincken / je lieber und zu träglicher es ist.

Cur autem Municipiis hoc jus
42. à Principe concedatur, hujus ratio concessionis & causa impulsiva est, quod intersit Principis civitates & Muncipia præ pagis ad majorem potentiam locupletationemq; promoveri & in illa conservari emolumentarique daß die Bürger in den Städten bey leiblicher häußlicher Nahrung bleiben mögen. ut loquitur Treutl. *d. consil.* 117. *post n.* 32. Ex quo est quod prout
43. habet *addit. ad* Capoll. *decis. Tolos.* 447. rustici possunt compelli venire ad civitatem ad vendendum victualia Klock. *consil.* 29. *n.* 977. *tom.* 1.

44. Huc & facit illud: Statuto ac Principis indulgentia Municipiis id privilegii datum novimus, ne ad quingentos aut mille ab oppido passus, coquere in pagis aut vendere cerevisiam liceat; Quod in omnibus fere Germaniæ urbibus est familiarissimum, inprimis fere nostris, cæterisque provinciis finitimis, quæ jure Saxonico utuntur Koppen. *decis.* 16. *n.* 2. Carpz. *decis.* 4. *n.* 11. *text. in art.* 66. *spec. Saxon.* habet. Man mag keinen Marck bauen dem andern eine Meile zu nah / *ubi gloss. lit. A. ita*:

Habent ergo civitates fundatum de jure fundamentum ne in- 45.
fra milliare circum circa habeatur vinum vel cerevisia extranea venalis & ne fiant brasia & decoctiones hujusmodi, neque habitare permittantur artices, vel mechanici in villis adjacentibus. Nam de jure civilili & canonico tantum spacium, & imo amplius habere debet dominium & territorium sive districtus Bart. *l. fin. C. de colleg. l.* 11. Verbo enim illo Marckt / intelligitur: Allerley 46.
bürgerliche Handthierungen/ welche den Städten zuständig sind / Commerciorum jura sunt privilegiata ac non nisi iis concessa, qui exercendorum mercatuum licentiam, Principis indultu & authoritate meruerunt, *l. un. C. de nundin.* Ergo cum nullibi rusticis

jura commerciorum ac civitati concessa reperiantur, utique nec absque speciali privilegio aut præscriptione iisdem exercere ea licere dicendum erit. CARPZ. *p. 2. const. 6. def. 5. n. 5. & 6.*

47. Exoritur hic quæstio. Si Municipium concessum sibi habet, ut pagis vel vicis intra certum districtum à se, vel alibi quam in urbe coctam vendere, sed ita tamen, ut cuilibet ex paganis liberum sit, domi suæ pro usu & necessitate familiæ cerevisiam coquere, daß sie mögen auf den Lande in ihren Häusern zu ihrer Nohtdurfft in Kesseln zu brauen / an pagani hoc reservatum zu ihrer Nohtdurfft in Kesseln zu brauen / per non usum
48. amitterere queant? In negativam concludit ANDR. RAUCHBAR. *part. 2. quæst.* 12. rationibus sequentibus (1.) Id quod expressa & libera voluntate positum est, non utendo non amittitur, quia rei meræ facultatis non præscribitur, GLOSS. *in l. cum notissimi in verb. proponere ff. de usucap. & usurpat.* SCHURF. *consil. 29. n. 3. cent. 3.* GAIL. *2. obs. 60. n. 9.* DEC. *resp. 43. n. 30. vol. 3.*
49. Nec obstare dicit illud: Quod meræ facultatis rei tunc præscribi possit, si ex contractu competit, ANGEL. *consil. 54.* FELIN. *in c. cum accessissent n. 27. x. de constit.* Sed sibi respondet hoc casu, paganis nihil ex contractu competere, sed eos hanc facultatem jam ante habuisse, quia paganis in jure civili nusquam prohibitum reperitur cerevisiam coquere & vendere SCHURF. *cent. 1. consil. 32. in princ.* (2.) Privilegium concessum universitati per non usum vel contraventionem singulorum non admittitur, PANORMIT. *n. 8.* FELIN. 50.
n. 22. DEC. *n. 78. in dict. C. cum accessissent de constit.* BALD. *consil. 337. n. 4. vol. 4.* ALEXAND. *consil. 33. lib. V.* MODEST. PIST. *consil. 12. n. 17. lib. I.* (3.) *supr. laud.* RAUCHBAR. conclusionem 51.
suam hoc responso JCtorum Wittenbergensium claudit: Sprechen darüber vor Recht / nachdem das Kessel-Brauen in Häusern / in der Leute freyen Willen gestellet und sich solcher Gerechtigkeit so denen Dorffschafften und Communen gegeben / aus derselben Mittele etliche Biser gebraucht / und dadurch den anderen so nicht gebrauet / solch Recht zu gute mit erhalten / und ohne daß die Privilegia und Sächsische Rechte sich auf diesen Fall nicht erstrecken; So haben auch die jenigen / so bishero Kessel-Geträncf nicht gebrauet / solche Freyheit und Facultæt nicht verlohren / sondern es wird ihnen solches Brauen in ihren Hausern beschehener Einrede-

ren

ungeachtet nochmahls billig verstattet / und zugelassen V. R. W.

Jus braxandi Municipiis competens, ab eo æque excludit no-
52. biles ac paganos, idque non leves ob rationes, nisi pro necessitate & sustentatione familiæ suæ, ne inde urbibus detrimentum inferatur, civibusque alimenta detrahantur ac commercia minuantur Besold. thes. pract. lit. B. n. 58.

Puto & rationis esse hujusmo-
53. di venditiones & propinationes cerevisiæ uti cætera commercia nobilium existimationi non satis convenire, juxta illud quod dicitur; Nobiles sine diminutione existimationis mercaturam, multo minus popinariam exercere non posse nisi in locis maritimis stante statuto Klock. de contribut. cap. 13. n. 258.

Hanc ob rationem Henricus I.
54. Imperat. inter torneamentorum leges retulisse fertur, neminem admittendum mercaturæ deditum. Mev. p. 2. dec. 2. n. 4. in notat.

Et Sigismundus Polon. Rex, no-
55. bilibus mercaturæ licentiam poscentibus reposuit: Oportet me uno in regno habere triplex genus hominum, nempe rusticos qui agros colunt, mercatores qui necessaria important, & exportant, & denique nobiles, qui me & patriam defendunt Id. cit loc. n. 7.

Adeoque hoc jus braxandi Municipiis præ nobilibus competit,
quia cum generaliter nobilibus 56.
commercia sunt prohibita ut jam dictum l. 3. C. de Commerc. ubi Bald. Anton. Fab. in cot. lib. IX. tit. 28. defin. 18. n. 1. & 2. Tiraq. de nobilit. cap. 28. ideoque facultas coquendi vendendi cerevisiam illis non competit. In terris Saxonicis disertis verbis facultas hæc braxandi nobilibus adempta reperitur, in ordin. provinc. de anno 1555. sub titul. Brauen Schencken und andere bürgerliche Handthierung auf den Lande &c. item sententia post Weichbild. rubr. Ob Edel-Leute auf ihren Lehen-Güthern mögen Bier brauen und ausschencken lassen.

Atque hæc provincialis consti- 57.
tutio Saxoniæ nihil honori nobilium derogat, ac si hoc passu paris cum paganis esse debeant conditionis, vel quod nobilibus mercaturam exercere absque nobilitatis diminutione non permittatur Mynsing. cent. 6. obs. 54. n. 2. 3. 5. & seq. Wurmser. lib. I. tit. 27. obs. 2. n. 7. Sed hæc constitutionis ratio est, ne civitatibus detrimentum & pernicies inferatur, civibus autem alimenta subtrahantur & commercia minuantur quo facit l. nobiliores. 3. C. de commerc. & mercat.

Nec sententiæ huic obstat pro- 58.
hi-

hibitum non esse nobilibus frumentum in propriis agris natum, aliis vendere; Nam hordeum non cerevisia in ipsorum fundis nascitur, & potum secundum artis pistoriæ & braxationis regulas coquere (idem est de pistura panis) & publice venum dare, non est fructus ex prædiis propriis distrahere, quia frumentum non permanet in specie sua, sed toties mutatum quodammo-
59. do extinguitur *l. Julianus §. si quis rem ff. ad exhib. l. seria de aur. & arg. leg.* cum aliud sit materiatum, aliud materia & de composito ad simplex non valeat argumentatio. *l. ligni ff. de legat. 3. l. si convenerit 2. §. si quis converit 2. ff. de pignorat. act.*

Licet & fructus paganis nas-
60. cantur ac prius in eorum quam civium manus sint, transmutatio autem artis est, sed artes ad cives & civitates quadrant. Imo si ex eo quod paganis nascitur mercaturam & manufacturam ipsis instituere licitum esset, non saltem pistrinam, sed occasione fœturæ animalium lanienam, & occasione lini & lanæ texturam sibi arrogare possent, quod tamen perquam absurdum foret. Cui acce-
61. dit quod tabernæ & cauponæ exercitium ex arte braxatoria oriundum, mere est mechanicum & inter viles artes numerandum, adeoque inter plebeja commercia reputandum, quod decori & splendori nobilitatis indignum est SCHRADERUS *vol. 2. consil. 44. n. 8.* PHEIL. *consil 202. n. 76.*

Et licet consuetudo in contrarium allegari possit, tamen illam ut irrationabilem & tanquam ex initio maxime vitioso deductam esse, idem PHEIL. de tali facti specie consultus adstruit, & quod publicam utilitatem lædit, & ex malorum humanorum omnium causa & radice, avaritia procedit, id non indecorum saltem, sed violentum injurium & iniquum idem dicit, ejusque verba refert KLOCK. *de arar. lib. II. c. 11. n. 8. 9. 10. 11.*

Professio hæc civica est & civibus non saltem propria, eine bürgerliche Nahrung / sed quorundam Municipiorum interesse in dem Bier-Zapffen potissimum situm est, jam autem status & professio sua cuique citra invasionem servanda, confusioque omnis vitanda, nec spectandum quod conducat sed quod deceat; Et sicut onera reipublicæ inter subditos distributa sunt, sic & commoda esse debent, & nobilitati suæ relinquendæ sunt prærogativæ; Nec pro lubitu commodis civita-

ta-

tatensium inhiabunt omnia ad se trahendo, cæteroquin civibus inhærebunt onera, commoda autem, turbatâ proportionis regula, ipsis auferentur BEIER. *in Magistro opific. cap. 14. n. 517.*

5. In eo optima sanctione *jure Saxon. in constit. provinc.* dispositum est, uti ibi definierunt verba de Anno 1482. Des Maltzens und Brauens und der Handwercksleute halben/ daß etliche Prælaten/ und in der Ritterschafft die Handwercker auf den Dörfferen halten/ um den Städten ihren Handel und Nahrung damit entzogen/ und die Einwohner der Stadt dadurch zu verderblichen Schaden gebracht/ wo das nicht vorkommen/ so würden uns die Städte in die länge verwüstet/ daß uns/ unsern Nachkommen/ und dem Fürstlichen Wesen auch dem Lande an sich selbst nicht leidentlich &c.

6. à MAURIT. *Elector. Anno* 1551. ita: Wiewohl sich auch ein jeder zu erinneren/ daß der Adliche Stand Adliches Wesen und Wandel erfodert/ und daß sich ein Edelmann von seinen Rittersolden und Ritter-Gütern sol unterhalten/ so gelanget uns doch an/ daß es bey etlichen wil dafür geachtet werden/ als ob ihnen frey und ihren Stande gemäß sey/ allerley Nahrung gesucht/ Gewinst und Handthierung zu üben/ und fürzunehmen/ die bürgerliche und arme Leute Stände von alters her gebrauchet haben/ und noch; Daraus sich verursachet/ daß sie eines Theils des Bierbrauens/ Maltzmachens/ dazu sie die Kretz-Schmar auskauffen wollen/ und andere Waare zu kauffen unterstehen &c.

Sed an cerevisiæ coctio sit opificium, non immerito quæritur? 67.
Id sane probatur *per* §. 25. *J. de R. D.* argumento desumpto ex mixtura vini & mellis, ut inde mulsum conficiatur, tractatur enim ibi de opificibus, qui ex cruda materia per transmutationem novas 68.
producunt species, si ergo mulsum coquere est opificium, quid ni & coquere cerevisiam? Hinc à coctoribus cerevisiæ ordinariis illi qui extra collegium sunt, clancularii dicuntur. BEIER. *cit. tract. de de Magistr. opific. cap.* 14. *n.* 535. adferens simul ex contextu supplicationis. Der gesamten Meisterschafft Bierbrauer-Handwercks zu Straßburg de Anno 1628. hæc verba. Demnach uns Ewr. Gn. das Bierbrauer-Handwerck und Ordnung gemachet/ dergestalt daß niemand selbst/ sich des Bierbrauens sol unterfangen/ sondern sich zu dem Handwerck begeben/ und selbigen Ordnungen nach gemäß verhalten/ hin-

gegen alle Stümpeleyen &c.

69. Verum salutares hæ Principum constitutiones & consuetudines optime fundatæ, hodie, uti ex tot civitatum gravaminibus, contra nobilium infractiones, & attentata in diætis provincialibus constat, pro more fatiscentis hujus seculi, fere in desuetudinem iverunt, cum undique appareat omnis generis opificia in pagis exerceri, paganos foveri, & cum decremento Municipiorum incrementa sua sumere.

70. Nobilibus merito dignitas & præeminentia sua relinquenda, non autem horum favore deprimendæ sunt civitates, cum hæ æque ac illi status provinciæ sint, *Vid. lib. I. cap. I.* Nobiles prærogativam habent ordinis, sicut caput intuitu pedum, pedes autem & æque ac caput, unius corpo-
71. ris membra sunt. Quo facit illud; cum aulici nobiles apud Principem quendam nobilitatem extollerent, illamque Principis alas, quibus alta quæque petat, dixisset, suggerit alter ex ordine civico consiliarius, verum quidem est, nobilitatem alas Principis esse, non minus tamen verum, civitates seu ordinem civium esse pedes & fundamentum, super quo post altum volatum resideat requiescatque.

Restringuntur tamen iterum 72
præmissa in braxatione pro usu domus, & familiæ nobilium uti jam inculcatum est. DAN. MOLLER. *lib. IV. semestr.* 17. HARTM. PISTOR. *observ.* 49. ut etsi nobiles sibi hoc jus braxandi præscriptione acquisiverint *d. ordinat. provinc. de anno* 1555. *sub tit.* Brauen/ &c. *vers.* Welcher aber aus Herkommen und über verwehrte Zeit geübten gebrauch &c.

Hanc præscriptionem, nobilis 73
conventus, etiamsi in possessione braxandi constitus sit, probare debet *d. ordin. in verb.* Daß die von der Ritterschafft/ so des Brauens und Schenckens wollen befugt seyn / mit der Beweisung nicht eher sollen beladen werden / sie werden dann von den Städten oder anderen deswegen angefochten / &c. Atque extenditur hic terminus probatorius ad duos menses, CARPZ. *lib. I. tit. 4. respons.* 37. 74

In concedendo hoc jure braxandi Princeps facilior esse debet, si tale quid in vicinis provinciis 75
obtineat, *argum. l. 1. in fin. ff. de ventr. inspic. l. si fundum ff. de evict. ibique* BART. & *Vulg. Dd.* ad quod respicit TREUTL. in hæc verba consulens: Nun ist an den meisten benachbahrten Orten eingeführet / daß man innerhalb einer

ner Meilen ringsum tanquam à centro, ihr eingebrauen Stadt- und kein ander Dorff- oder frembd Bier verkauffen und auszapfen muß *d. consil.* 117. n. 52.

76. Hoc itaque braxandi jus civitatibus præcipue competens, illic maxime ubi ad felicitatem publicam confert, diligenti inſpectione Magiſtratus conſervandum & dirigendum eſt;
77. Illæ autem civitates hoc opificio & mercimonio quam plurimum florent, quarum cerevisia in orbe Germano jam à multis ſeculis floruit, ut eſt Zerbſter / Magdeburger / Hamburger/Bremer/Minder/Paderbornisch &c. Bier.
78. Magis adhuc braxatione hæ civitates & Municipia clareſcunt, ubi potus vel cerevisia peculiare plane exoticum & ratione originis etymologicæ, indagatu, difficile nomen ſortitur. Ut ſunt: Braunschweiger Mumm/ Hannoverischer Breuhan/ Dantziger Joppen / Wittenbergischer Kuckuck / Breßlauscher Schöpsen / Grönninger Klühn / Leuwarder Wippen / Nimweger Moll / Hammischer Keut / Balver Lüll / &c.

79. Officii Magiſtratus ergo eſt intendere nervos, ne Municipii hic nervus excidat vel areſcat, unde inſpectores rei cerevisiariæ conſtituuntur, quos vocant Bier-Herren alibi Schmackel-Herren / qui cerevisiam deguſtant, an à ſolita bonitate recedat, neve ejus exiſtimatio, cum jactatura publicæ utilitatis minuatur, præcavent.

Ubi obſervandum Magiſtratui 80.
ut juxta hordei valorem pretium augeatur ac minuatur; quanto enim carius paganus civi frumenta vendit, tanto etiam carius cerevisiam inde coctam empturus eſt. Sic itaque habet ſtatutum civitatis Roſtochienſis de anno 1576. 81.
Und ob wir auch wol gerne sehen möchten / daß dem Biere / so bey Lasten oder Tonnen verkauffet wird / ein gewisses und immerwährendes Kauff-Geld möchte gesetzet werden / jedoch weil die Gerste nicht allezeit in einen Kauff bleibet / sondern das eine Jahr theurer als das ander ist / so kan dem Bier-Kauff kein gewisser Ziel noch Maaß gegeben werden / wir wollen aber alle Jahr zum Eingang des Jahrs / wie das Bier verkauffet werden sol / der Billigkeit nach verordnen / und wenn solche Anordnung geschicht / so zugleich den Krügen und Bier-Schencken angemeldet werden / wie theur sie die Maaß Bier geben und ausschencken sollen.

82. Si vero idem cerevisiæ pretium manere debet, tunc ejus bonitati certos gradus vel accedere vel decedere necessum est, ubi præprimis ne in defectu excedatur, prudenti Magistratus dispositioni committendum est.

Caput XXVIII.

DE MUNICIPORUM JURE CIRCA PASCUA PUBLICA. Von gemeiner Weyde.

SUMMARIA.

1. *Pecuaria agricultura est coetanea.*
2. *A pecude dicitur pecunia. à pascuis populus habet reditus.*
3. *Qualibet gens circa pascua suas habet leges.*
4. *Servitus pascendi quæ?*
5. *Triplici modo Municipalibus jus pascui communis competit.*
6. *Pascua communia illimitata & limitata.*
7. *Ratione vaccarum aliorumque animantium separata pastura.*
8. *Pascua sylvatica.*
9. *Pascua rurestria.*
10. *Pascuorum distinctio ratione temporis.*
11. *In sylvis caduis certo tempore pascere prohibitum.*
12. *Pascua Municipiorum communia quæ?*
13. *Pascua publica.*
14. *Origo pascuorum publicorum.*
15. *Institutum horum pascuorum debetur prudentiæ civili.*
16. *Mores Gothorum circa pascua publica.*
17. Allmännig/ Bände.
18. *Jugerum agri.* Morgen-Lands / *unde dicatur?*
19. *Westfalicum* Waldemey / Wallmey *unde sic dictum?*
20. *Publica pascua regulariter includuntur finibus agrorum.*
21. *Quæ præsumptio pro pascuis publicis intra fines destrictus Municipalis?*
22. *Jus pasculandi quatenus adscribatur superioritati territoriali?*
23. *Qualiter territorii Dominus uti possit pascuis communibus.*
24. *Eorum usus non adimendus vel deteriorandus municipalibus.*

25.

25. *Quatenus superior in districtu municipii possit instituere jus novi ovilis.*
26. *Non valet argumentum à jurisdictione ad proprietatem.*
27. *Magistratus Municip. non potest invitis civibus pascua communia reddere privata.*
28. *A Magistratu Municip. potest introduci moderatus pascuorum publicorum usus.*
29. *Quinam in Municipiis hoc pascuorum jure utantur?*
30. *Cives exempti ex hoc jure non excludendi.*
31. *Inquilinus ædium exemptarum non potest præjudicare Domino circa pascua communia.*
32. *Ecclesiastici & verbi D. Ministri in Municiipiis hoc jure etiam gaudent.*
33. *An exempti sint V. D. Ministri à mercede pastoribus pecorum præstari debita?*
34. Ordinatio *Ducatus Brunsuicens. desuper.*
35. *Judæi an pascuis communibus utantur?*
36. *An milites eo jure fruantur?*
37. *Usus horum pascuorum moderatus competit Municipalibus.*
38. *De consuetudine Marchiæ Elect. non licet plura pecora alere, quam quibus hyemalis pastus sufficit.*
39. *Jus pascuorum publicorum non licet civi in extraneum transferre.*
40. P*ascuorum usus publicus acquiritur præscriptione.*
41. *Municipiorum jus compascui.*
42. *Unde illud jus descendere possit?*
43. *In jure compascendi cavendum ne tenuiores à potentioribus premantur.*
44. *In eo servandum quod consuetudine vel pactionibus introductum est.*
45. *Quod in compascuo, concessum est uni, etiam alteri licet.*
46. *Prædia ad compascuum destinata non possunt altero invito coli.*
47. *Divisio pascuorum communium.*
48. *Divisio illa quatenus facienda?*
49. *Quid si una communitas sit pecoribus numerosior altera.*
50. *An uni liceat renunciare juri compascui?*
51. *Si pascua Municipiorum omnibus sociis non sufficiant.*
52. *Si compascuum jure servitutis constitutum.*
53. *Incommoda distractionis.*
54. *An in dubio compascuum tribuendum juri servitutis vel familiaritatis.*
55. Compascui *Municipiorum genus, quod præbent agri privatorum.* Anwenden/Anweyen. 56.

56. Stoppel-Weyde / Brach-Acker / Brach-Feld.
57. *Agros novellandos non licet seminare nisi tempore repastinationis elapso.*
58. *Pasculatio in agris frugiferis quando sit licita?*
59. *Licita non est quando spicæ majoribus rastris necdum sunt collectæ.*
60. *Nec licita est mergetibus nondum erectis.*
61. *Collectio aristarum concedenda pauperibus de qua Ordinat. Wurtenberg.*
62. *Gramen in agris à semine vacantibus natum, est commune.*
63. *Non licet in proprio fundo quid facere in præjudicium communis pastus.*
64. *De jure civili quod in meo nascitur meum est.*
65. *Rerum cujusque libera moderatio vergere non debet in detrimentum Reipubl.*
66. *Agros post collectas fruges licitum est colere. Exceptio.*
67. *Pastus jure servitutis non constitutus facilius impeditur.*
68. *Civibus non licitum est privatum habere pastorem.*
69. *Ordinatio pastorum pecudum, quo jure competat Municipiis de consuetudine?*
70. *Quid de jure Saxon.*
71. *Quatenus de damno teneatur pastor publicus Municipii.*
72. Schaf-Hude / Schaf-Trifft / Schäferey / *ovium utilitas.*
73. *Oves morbosæ non admittendæ.*
74. *An oves unctæ* Schmier-Schafe *sint morbosæ?*
75. *Oves putredine infectæ non ferendæ, Multo minus perniciosæ scabie laborantes.*
76. *Municipiorum diversi ovium greges.*
77. *Jus cratium* das Hürden / Lageren.
78. *In Municipiis certus ovium numerus concedendus civibus.*
79. *Quantitas ovium pro numero agrorum.*
80. *Modus coercendi cives qui plures justo numero alunt oves.*
81. *Privatis non competit jus cratium.*
82. *Cratium lucrum.*
83. *Præfecti pasculationis publicæ.*
84. *Regulæ præscribendæ forent ratione usus cratium.*

Pa-

1. Paſtus pecudum perantiquus eſt, deſuper teſtante hiſtoria Patriarcharum Vet. Teſtam. Pecuaria ſtatim juncta fuit agriculturæ quod exercitium ab omni injuria alienum propenſum ad virtutem & ad vires corporis firmandas aptum eſt. FORSTN. *ad Tacit. lib. XII. hiſt.* PATRIC. *de inſtit. reipubl. lib. III. cap. 2.*

2. Apud Romanos rem pecuariam exercere, potiſſima ſub initiis reipubl. comparandi victus ratio fuit; Unde non tantum pecunia à pecude appellata, ſed & paſcua dicuntur ea omnia ex quibus populus habet reditos ſuos PLIN. *hiſt. nat. lib. XVIII. cap. 3.*

3. Quædam gentes ſine tecto aut ſedibus armenta & pecudes ſemper paſcentes, per incultas ſolitudines errare ſolent, ut ait JUSTIN. *lib. II. & de* Numidis aſſerit SALUST. *bel. Jugur. cap. 90.* Unde factum ut in ſingulis rebus publicis peculiares circa paſcua eorumque uſum leges exſtent, ut patet *ex tit. C. de paſcuis publ. & priv. lib. XI.* Unde quid defuturum Politiæ huic cenſeo, ſi ab ea, tractatio materiæ hujus exul foret.

4. Non autem hic agitur de jure ſervitutis paſcendi quæ facultas competit in alterius fundo, quæ eſt ſervitus ruſtica diſcontinua, ad utilitatem vel perſonæ vel prædii vicini conſtituta, *l. 1. §. 1. l. 4. de ſerv. ruſt. præd.*

Sed triplici modo Municipalibus jus paſcui publici vel communis 5. hoc ſenſu competit. *Primo* quando civitas habet peculiaria prata & paſcua univerſitati propria, alendis & paſcendis pecoribus deſtinata. *Secundo* quando Municipium utitur jure paſcui cum quibusdam vicinis ipſius vel diverſi territorii. *Tertio* quando privatorum agri collectis frugibus, vel quam diu inculti jacent, paſturæ pecudum univerſitatis inſerviunt. De quibus ſingulis ſeparatim agere, accuratioris ordinis expoſcit ratio.

Paſcua civitatis diverſo etiam modo diſtinctionem ſortiuntur. 6. Vel enim dividuntur ratione formæ in illimitata vel limitata; Illa ſunt quæ omni generi animalium inſerviunt, ohne Unterſcheid des Viehes. Limitata ſunt quæ competunt certo ſaltem pecudum generi, & quæ inſerviunt animalibus majoribus für Zuch- und gehörnet Vieh. Ubi ratione vaccarum iterum quandoque ſolet eſſe 7. ſeparata paſtura, alia ſcilicet pro vaccis lactiferis Milch-Kühe / alia pro non lactiferis, quas idiomate noſtro vocamus güſte Rinder. Alia pro ovibus, alia pro porcis, alia pro anſeribus *arg. l. 66. ff. de*

de leg. 3. Ubi consuetudini quam firmissime insisti solet.

8. Deinde distinguuntur, *ratione loci*, in sylvatica & rurestria, quia pascua in genere sub se nemora & agros comprehendunt *l. 8. & l. 20. §. 7. ff. de Instr. vel Instrum. leg.* Sylvatica sunt destinata pastui pecudum in sylvis, quæ vel sunt saltus *d. l. 8.* vel glandinatio in specie ita dicta.

9. Rurestria vel consistunt in pratis de quibus *l. 31. ff. de V. S. d. l. 20. §. 7.* Quorum alia sepimento sunt clausa, die das Zaun-Recht haben / alia non, vel consistunt in locis incultis dürre Hügel / Heyden / Bruch / vel in locis juncosis Ried-Weyden / vel insulis pascualibus, vel in agris frugiferis privatorum, succisis jam frugibus.

10. Porro distinguuntur pascua *ratione temporis*, ut vel omni vel restricto tempore competant; Illo modo fit, so wol zu offenen als geschlossenen Zeiten / hoc modo wann die Felder geschlossen sind / wann die Eicheln oder Büchen herunter fallen. Tempus quoque circa hoc distinctionem inducit ut dividantur in Tag- und Nacht-Weiden / und ist die Nacht-Weide vor das Zuch-Vieh / die Tag-Weide vor das Horn-Vieh &c.

11. In quibusdam pascuis citius pascere licet, ut sunt prata; In quibusdam pro lubitu sine omni limitatione pastura competit: Quædam sunt ubi certo tempore pascere prohibitum, prout sunt sylvæ cæduæ die jenige Heu / welche gemeinlich auf gewisse Zeit geheinet und gebannet werden / bis auf das vierte und fünffte Laub. Knipsch. *de civ. Imp. lib. II. cap. 7. n. 94.* & quidem distinctiones hæ, pascuis in genere competunt.

Ad priores autem pascuorum 12. Municipiis communium divisiones ut pedem refigam, sciendum est, communia vel publica pascua, vel ut magis juridice loquar, pascua universitatis, proprie esse arva communia ipsius civitatis propria, sed quorum usus omnibus patet qui de civitate sunt *arg. §. 6. J. de rer. divis.* generali nomine autem istiusmodi dicuntur publica, quatenus à privatis sunt distincta, & in publico civium usu habentur. *l. 6. §. 1. ff de R. div. l. 6. ff. de contr. empt. §. 2. Inst. de inut. stipul.* 13.

Notabile est de pascuis hisce publicis, quod originem trahant ex majorum nostrorum ritu, quibus teste Jul. Cæs. *de bel. Gall. lib. IV.* privati ac separati agri nihil fuit, sed omnes erant universitatis, vel ut tunc dicebant, pagi, & ut Tacit. *de mor. Germ. c. 26. ait:* 14.

agri

Agri pro numero cultorum ab universis per vices occupantur.

15. Nec putes hoc institutum simplicitati, aut inertiæ reputandum, prudentiæ civili illud tradit Cæs. *lib. VI. bell. Gall.*

16. Idem moris fuit apud Getas sive Gothos, gente Germanica & Svevis vicina, ut patet ex Horat. *lib.* III. *od.* 24.

- - - - Et rigidi Getæ.
Immetata quibus jugera liberas
Fruges & Cererem ferunt.
Nec cultura placet longior annua:
Defunctumque laboribus
Æquali recreat sorte vicarius.

17. Legibus Gothicis & Suecicis teste Schilt *ad Pand. exercit.* 4. §. 13. loca hæc pasturæ publicæ destinata dicuntur Allmánnia / unde si conjecturæ locus est, pascuum vel pratum Belgis & Clivensibus adhuc dicitur Weyde. Wehner. *obs. pract. voc.* Weidgang habet; Es sol niemand verbauen oder bauen auf gemeiner Stadt Allmande.

18. Arva majoribus nostris Gemaniæ fuisse communia evincit & nomen illud quod nobis jam mensuræ est, ein Morgen Landes / neque placet derivatio vocis istius quasi tantum spatii contineat als zween Ochsen in einen Morgen pflügen können. Potius dicendum, eam descendere, à Morgan loco terræ communi aut publico. Mor dicebatur terra, sic terram paludosam nos adhuc vocamus Mudder / Mur. Et à gan quod est commune, sic Gan-Erben / idem est quod gemeine Erben. Originem hanc ita doctissime deducit Clariss. Cocceus *dissert. de lege morganat. in princ.*

Hisce nostris oris publica universitatis pascua vocamus Waldemen / contracte Walmen / vel ideo quasi corrupte dicas Wald-Weide / quia nemora plerumque solent esse communia, vel à censu pro usu pasculandi in sylvis pendi solito Waldmiete. 19.

De hisce publicis pascuis & notandum venit quod regulariter finibus agrorum includuntur & præsumptio juris est, daß die trifft hude und Weide sich weiter nicht dann bis zu ende des Fluhrs erstrecke / & si universitas ultra terminos districtus sui jus pasculandi in alieno sibi vindicare velit, tunc incumbit vicino probatio, pascuorum fines latiores esse limitibus, Fritsch. *de distr. universit. cap.* 8. §. 4. 20.

Pascua autem publica quæ sunt intra fines districtus Municipalis, illa præsumuntur esse communitatis vel universitatis, & non Domini jurisdictionis. Natt. *cons.* 460. *n.* 10. *lib.* II. Rol. à Val. *cons.* 49. *n.* 67 *lib.* III. 21.

22. Item jus hoc pasculandi sive pascendi Vieh-Trieb / Trab und Trifft / Weid und Weidsams gerechtsam / non adscribitur superioritati territoriali quoad dominium & proprietatem, sed saltem quoad superioritatem & jurisdictionem, pertinent enim ejusmodi pascua non ad dominum civitatis, sed ad civitatem ipsam, & sub ejusdem universitatis dominio existunt *l. intantum* 6. §. 1. *de R. D.*
23. *l.* 2. *C. de oper. publ. l. Duumvirum C. de decurion. l. omne territorium* 4. *ff. de censib.* Et licet territorii Dominus habens jurisdictionem possit uti pascuis & nemoribus, sicut habitator & incola illius loci ubi habitat, tamen uti debet moderato numero pecorum, pro arbitrio boni viri, juxta territorii & pascuorum qualitatem, ita etiam ne vicini vel cives aut habitatores ibi hac in re lædantur GEORG. EVRH. *vol.* 2.
24. *consf.* 34. *n.* 79. *& seq.* Non ergo poterit subditis pascua adimere & sibi applicare, vel etiam vectigalibus onerare ut statuit BESOLD. *de jur. & div. rer. cap.* 3. vel pascua hæc communia in culturam reducere, vel alio modo eorum usum deteriorem facere HIERON. de MONTE. *tr. de fin. regund. cap.* 6. *n.* 14. CÆPOL. *de serv. rust. præd. cap.* 2. *n.* 2. GAIL. 2. *obs.* 67. *n.* 10. BERLICH. *conclus.* 49. *n.* 24. *& seq. part.* 2.

Hinc nec potest Dominus superior in districtu Municipii jus novi ovilis instituere eine Schäfferey anstellen / nisi antiqua consuetudine tale jus competat, ne pascuorum utilitas præripiatur, nec Princeps jus pascuorum populo quæsitum auferre potest RIPA *resp.* 93. *n.* 17. KNIPSCH. *de civit. Imp. ut lib.* II. *cap.* 7. *n.* 92. 25.

Non enim valet argumentum à jurisdictione ad proprietatem habeo in hoc jurisdictionem, ergo & jus pascendi mihi competit. KELZER. *de offic. jurid. polit. lib.* II. *cap.* 15. MYNSIG. *resp.* 11. *n.* 8. KNICHEN. *de pact. vestit. L.* 2. *cap.* 4. *n.* 70. PET. ANT. PETRA *de fidei commiss. quæst.* 13. *n.* 446. 26.

Ex hisce manifestum est, argumento desumpto à majori ad minus, nec licere Magistratui Municipali invitis civibus pascua hactenus communia interdicere, vel certis limitibus claudere & prohibere pascendi usum eumque reddere privatum COVARRUV. *var. resol. cap.* 17. *n.* 11. *in fin. vers. sit rector.* SURD. *vol.* 1. *consil.* 59. *n.* 26. potest tamen Magistratus per modum statuti introducere, ut pascua, & nemora communia in certa parte anni sint prohibita, & in alia anni parte iterum concef- 27. 28.

cessa; Cum ipsius cavitatis intersit pascuis & nemoribus moderate uti, ad pasturæ conservationem Marcus. *decis.* 223. *n.* 5. *vol.* 1.

29. Fruuntur jam pascuorum communium jure der Gemeinen Weide / qui cives & habitatores sunt Municipii. An ergo usus eorum denegandus erit civibus jure immunitatis in Municipio gaudentiqus? Quod quidem primo intuitu apparet, quia qui ab oneribus exemptus est, commodis quoque civitatis ut careat, æquitati convenientissium est, per *l.* 10.

30. *ff. de R. J.* Verum quia pascua communiter ob fundos quos quisque possidet concedi solent, & Princeps vel lex concedendo immunitatem non præsumitur simul commoda communia possessoribus adimere, cum jus pascendi in pascuo publico omnibus civibus commune sit Oterus *de pascuis cap.* 3. *n.* 5. Cæpol. *de serv. præd. rust. alleg. cap. n.* 47. ergo & civi exempto hoc jus non denegandum.

31. Nec obstat, si forte antea inquilino istarum ædium gratuita & præcaria facta est à Senatu concessio, ut paucas quasdam pecudes alere ipsi permissum fuerit, nam pacta ab ædium conductoribus cum aliquo inita, domino præjudicare non possunt *l.* 27. *ff. de procurat. l. fin. C. de aquir vel amitt. poss.* Parochi & verbi Div. ministri, ergo pari cum reliquis civibus jure hoc gaudent, sic tamen ut pastori communi ad pascendum conducto, mercedem pro rata solvere teneantur. Exstat desuper sanctio Elect. Saxon. ordin. Ecclesi. *art. gener.* 40. §. Da man aber vom Vie einen bestelleten Hirten lohnet / sollen Pfarrer und Küster gleiche Bürden mit den Nachbahren tragen / und für ihr Vieh auch reichen und geben nach Gewohheit des Orts / gleich den anderen. Carpz. *jur. consist. lib.* 1. *tit.* 7. *def.* 124. *n.* 8. 32.

33.

quibusdam in locis quoad certum numerum pecorum immunes sunt à mercede pastori præstanda, sicut exstat constitutio Ducatus Brunsuicens. de anno 1658. *rubr.* Wie viel ein Priester und Schul-Meister auf die Weide halten sol. 34.

Judæi licet recepti sint à Principe begleitete Juden / pascuis tamen publicis Municipii uti non possunt, receptio enim tale jus involvere nequit, auf die gemeine Weide mit zu treiben / cum judæi cives non fiant, licet in loco ubi recepti sunt, pari cum reliquis subditis securitate gaudeant, *l.* 14. *C. de judæis & coelic.* 35.

Militibus *per l.* 2. *C. de pascuis publ. lib.* 11. actu militantibus per- 36.

missus est pascuis publicis uti, ad alendos proprios equos militares, non tamen propria auctoritate ipsis id licet, sed assignandi sunt certi loci ex pascuis publicis congrui & sufficientes. Verum in Municipiis nostris, hujus legis praxin non agnoscimus, nec permittunt ordinationes militares, ut per præsidiarios iniqua conditio civibus inferatur.

37. Usus ergo horum pascuorum moderate competit civibus inhabitatoribus Municipiorum absque æmulatione & secundum vires patrimonii FRANC. MARC. *d. decis.* 223. *n.* 5. *vol.* 1.

In Marchia & Ducatu Megapolitano usu observatur, quod quis majorem pecorum numerum habere non possit, quam propriis pabulis per hyemem alere valet, darff nicht mehr Viehes halten dann er mit seinen selbst gewunnenen und alda eroberten Futter auswintern und ausfuttern kan / dann solches keines mit erkaufften oder anders woher erschafften Futter gestattet wird / auf daß einem andern / so alda auch Hude und Trifft hat / keine Verschmälerung und Ubersetzung wiederfahre. SCHEPL. *consuet. Brandeb.* *part.* 4. *tit.* 20. *n.* 5. Qui mos & plerisque aliis in Municipis viget.

39. Quær. si collatis civium nummis pascua publica empta vel redempta sunt, ad commune jus pascendi, an civis qui quotam suam exsolvit, jus quod habet pecora ibi pascendi, in alium extraneum transferre possis? Resp. negando, si pascua pro indiviso possidentur, ut quota pars ad quemlibet spectet ignoretur, sic enim effecta sunt res universitatis *l. in tantum* 6. §. *universitatis ff. de rer. divis.*

Si cives quidam fundis pascualibus usi sunt, ab eo tempore cujus initii memora non exstat in contrarium, ipsi Municipio acquisitum hoc jus censetur, puta possessio nomine civitatis arrepta & eo animo ut ipsa acquirat *l.* 1. §. 2. *ff. de acquir. poss.* ubi patientia universitatis loco mandati habetur *l.* 18. *ff. mand.* 40.

Alterum commune pascuorum genus est, jus compascui, quando duo pluresve vicinæ universitates in certis prædiis mutua pascua possident. Vulgo Küppel-Trifft / Koppel-Weide / Mit-Weide / samt Hude &c. Et quidem hoc jus competere solet ubi Municipium habet prædia vicinis adjacentia, da die Felder und Güter vermenget sind. Origo autem juris hujus est, vel ex jure familiaritatis ac vicinitatis & precarii quasi mutui; Vel quando pascua 41. 42.

cua in alterius districtu vicino, immemorialis temporis usu sunt acquisita Köppen. *part.* 1. *q* 12.
43. Pro locorum diversitate hic iterum formatur regula, nimirum id esse observandum quod usus & consuetudo statuit. Convenit autem plerumque inter incolas civitatis, ut ipsi & adjacentes certum animalium numerum habeant, neve unus reliquis omnem pascuorum usum adimat, atque sic tenuiores à præpotentioribus præmantur. Fritsch. *de jur. compasc* §. §. 11.
44. Quando utrinque de certo animalium genere pascendo conventum est, non licet ab altero sociorum pacto vel consuetudini isti contravenire. **Wann man nur mit gehörneten Vieh und Schweinen zu treiben berechtiget/ so mag man mit anderen als Schaffen / Geisen / Gänsen / Pferden &c. nicht fortkommen** Meischn. *tom.* 1. *lib.* I. *decis.* 36.
45. Tum & actus utriusque in compascuis se habet corrective, quod uni concessum est, id alteri non videtur prohibitum, sic itaque si vicinus prædia quædam cingendo & sepiendo sibi claudit. **Wenn er etwas von gemeiner Weide in Zuschlag nimmt** / id alteri quoque licitum erit Dec. *consil.* 265. *n.* 3. Socin. *cons.* 273. *vol.* 4. Koppen.
46. *decis* 12. *n.* 18. Ex quo & hoc juris fluit, quod non possit Municipium absque alterius compascentis consensu, commune prædium colere, vel ad alium usum convertere, quam illum cui destinatum est. Covar. *pract. quæst.* 37. *n.* 7. *vers. tertio principaliter* ne societati fiat præjudicium & pastus communis usus impediatur.

Cum quotianæ sint inter socios 47.
unius compascui rixæ ac discordiæ vel ratione pecorum numeri, **Wann ein Theil der Kuppel-Trifft mit Vieh alzusehr überlegt/** vel ratione depravationis prædii **daß die Weide verschmälert wird/** convenit ut commoditates pascuorum dividantur Cæpol. *de servit. rusticor. prad. cap* 9. *n.* 22. 48.
Thessaur. *decis.* 71. Ubi divisio fieri potest vel per regiones camporum ita ut unus in una parte fundi, alius in alia, pecora pascat Berl. *p.* 2. *concl.* 49. *n.* 17. vel per certa tempora, veluti ut una communitas horis antemeridianis, altera postmeridianis pascat. Weizen. *dissert. de servit. cap.* 6. *n.* 18. vel etiam pro numero pecudum, ita ut qui plura pascit pecora in his, quæ numerum excedunt prohiberi possit. Si autem 49.
una civitas vel communitas pecoribus longe numerosior est altera, adhuc tamen divisionem fieri debere, æqualiter, non habita ratione

ne capitum volunt Berlich. *cit. concl. n.* 18. Thessaur. *decis.* 22. *n.* 12. Menoch. *lib. II. arb. jud. Q. cas.* 245. *in fin.* Knipsch. *d. cap.* 7. *n.* 87.

50. Sed an omnimodo juri compascui ex una parte renunciari possit, quæritur? Id plerumque affirmatur, quia nemo invitus tenetur stare in rixosa ista communione, *l. fin. comm. divid.* licet pactio perpetuæ societatis intervenerit. *l. in hoc* 14. §. 2. *ff. eod.* cum & ordinarie pascua talia jure familiaritatis & præcari mutui nitantur, ubi præscriptioni locus non est Carpzov. *part.* 2. *con-*

51. *stit.* 41. *def.* 9. *n.* 6. Alii autem tunc demum renunciationi locum faciunt, si pascua civitatis omnibus sociis non sufficiunt Covarruv. *var. resol. cit. lib.* I. *cap.* 17. *n.* 11. *vers. his vero suffragantur Dd. in cap. dilecti n.* 7. *de arbitr.* Afflict. *decis. Paris. lib. I. consil.* 27. *n.* 234. Panormit. *in dict. cap. dilecti n.* 7. Chassan. *ad con-*

52. *suet. Burg. rubr.* 13. §. 5. *n.* 3. Si autem servitutis instar ratione vicinorum jus compascui quæsitum est, ex eo cæteris jus perpetuum inducitur, quod deinde unius contratria voluntate aliis auferri non debet, & quidem multominus si antiqua consuetudo hoc jus firmavit, ut quæ formam dat servituti *C. venditor* 13. *ff. Commun. utr. prad.* Koppen. *decis.* 12. *n.* 10. & 18. atque sic ab una parte se habet instar servitutis reciprocæ, utrinque quasi permutatione impositæ Thom. *de nox. animal. cap.* 15. *n.* 22. & 23. Tum & di- 53.
stractio talis, multa magna vicinis afferre solet incommoda quæ innoxia debet universitati esse *l.* 65. §. 3. *ff. pro soc.* ubi si evenit quod intuitu vicinorum civitas quædam pinguius jus habet in arvis istis, quæ compascuo patent, major exoritur difficultas & iniquitas Thom. *cit. loc. atqui ita decidit* Mev. *p.* 5. *decis.* 251

Sed quid statuendum est in dubio an compascuum tribuendum 54.
juri servitutis an vero juri familiaritatis? Licet autem dici possit, servitutem non præsumi nisi probetur *l. altius C. de servit. & aq.* Leyser. *de jur. Georgic. lib. III. cap.* 10. 49. contrarium tamen verius quia familiaris possessionis præsumptio exspirat per continuatam possessionem, nec diutinæ possessionis effectus aliud operari potest, quam ut probandi onus in alterum transferat Postius. *obs.* 54. *n.* 20.

Sequitur tertium genus compascui civitatis, quod præbent agri 55.
privatorum, atque iterum duplex est, unum patet intuitu convictionis

nis agrorum, dicunturque Anwenden nobis anwehen / quia illic aratra verti & trium vel quatuor pedum latitudinem comprehendere
56. re solent. Aliud compascui genus præbent prædia privatorum succisis frugibus, die Stoppel-Felder / vel nondum facta satione Bruch-Acker nobis Bracke-Land / Brache-Feld / posteriori
57. hoc casu ubi agri in certos districtus positi sunt, singulo quinquennio novellandi, ibi non poterit concivis contra statutum, consuetudinem vel pactum tacitum universitatis in concivium præjudicium, seminare, plantare vel colere, nisi tempore repastinationis elapso, wann die Brach-Zeit vorbey ist / cæteroquin si contra egerit, quicquid sati adest, pastui communi pecorum exponitur stehet frey solches abzuhüten / atque sic praxis civitatis nostræ edocet.

58. Pastulatio autem quæ fit in agris frugiferis, succisis frugibus auf den Stoppel-Ländern / non aliter libera est quam collectis frugibus & messe facta, licet tamen nondum avecti sint fructus, quod more harum regionum accidit, cum jam in acervum redacti sunt spicarum fasces vel mergites wann
59. das Korn in Hauffen stehet. Si autem coacervatis licet frugibus, rastro majori nec dum collectæ sunt spicæ quod Schlep-Harcken vocamus, tunc arva succisa pastui pecorum non submittuntur, ubi plerumque pro arcendorum animalium eorumq; pastorum nota imponi solet frutex quidam & si eo inattento pecudes aristas depascant, scuticationi vel pignorationi solet esse locus, suamque culpam ipse pastor vel animalium custos luit FRITSCH. *de jure mess. cap.* II. *n.* 1. *ibique cit.* THOM. *de nox. animal. cap.* 17.

Similiter pasculatio permissa 60.
non est erectis jam adhuc mergetibus wann die Garben noch in Richten (id est Reyen) stehen / sine coacervatione, ubi avaritia pastorum intempestive pascentium non erit impunis. Rustici severiorem adhuc monitionis notam, istiusmodi agris infigere solent, puta fustem ex duobus stipitibus pendulum, quo signo & ipsi absentes minantur privatam vindictam, si quis custodum frugibus istis damnum inferre conetur.

Merito autem providet cautus 61.
Magistratus, ne collectis licet frugibus, prædia succisa pateant pecorum pastui, antequam pauperes lege Divina desuper privilegiati aristas collegerint, prout disposuit Würtenbergische Land-Ordnung *cap.* 5. Es sollen die Schäffer bey ernstlicher Straff des

des gleichen auch die Welscher mit ihrem Vieh keines weges auf die Länder fahren / Zehndt-Garben auf den Feld hinweg kommen / bevor die arme Leute / nach Nothdurfft gnugsamlich geärth haben / bey Straffe eines grossen Frevels / so offt einer Straffbahr befunden wird.

62. Introducto hoc in Municipiis & universitatibus communis pascui jure, patet non licere civibus prohibere concives & alios habitatores & incolas ne animalia sua in agros hosce mittant ad pascendum illic herbam sua spote nascentem; Quia gramen quod enascitur dum agri à semine vacant est comune. CHASS *in consuet. Burgund. rubr.* 13. §. 2. *vers. quæro quid operentur n.* 2. *& seq.* ex illa regula, quia quisque potest facere in alieno, quod ipsi prodest, domino fundi non nocet *l.* 2. §. 1. *ff. de aq. pluv. arcend.* modo tamen non intromittantur animalia insconsueta ex. gr. anseres, meleagrides, &c. contra consuetudinem compascui.

63. Atque ex hac ratione non licitum est ex proprio fundo frumentario pratum constituere, idque ob præjudicium communi & publicæ pastulationi inferendum, pari modo nec licet domino istius agri herbam illam nulla industria nascentem sibi soli & propriis animalibus pascendis illæsam servare falce secare, vel aliis vendere & locare quia tali modo usum communem agri privati dominus prohibere non potest COVARRUV. *d. cap.* 37. *pract. quæst. n.* 3. *vers. quicquid. sit*, ubi simul de observantia & legibus regni Hispanici testatur & experimentis compertum esse asserit, satis hoc institutum Reipublicæ convenire & legem illam æquissimam ac justissimam esse.

De jure civili nullo modo ha- 64
bito respectu consuetudinis *in*
contrarium introductæ, secus di-
cendum esset, quia quod in meo
nascitur meum est. *l. pratum ibique* GLOSS. *ff. de* V. *S.* Si & jus
pascendi in alieno agro non aliter
acquiritur quam jure servitutis *l.* 3.
4. 5. *ff de serv. R. pr.* ergo do-
mino agri licet expellere ab agro
animalia, quæ ibi eo invito pas-
cuntur. Verum hæc juris civilis dis- 6
positio, merito juri consuetudina-
rio cedit, atque si dicitur quemli-
bet esse rerum suarum liberrimum
mderatorem *l. tutor.* 8. *ff. de in lit. jurand.* hoc moderamen accipit,
nisi moderatio illa vergat in da-
mnum reipubl.

Licet jam istiusmodi agri, post fruges collectas pasculationi debeant patere, domino tamen non pro- 6

pro-

prohibendum, eos statim arrare nisi consuetudo obstet, secundo nisi de malitioso animo istius domini constet, quod non suæ commoditatis sed invertendi pastus causa aratrum intromiserit, vel tertio si pastura multitudini pecorum non sufficit, hisce casibus, in detrimentum publici pastus zu Schmäler- oder Engerung der gemeinen Trifft/ nil tentare licet. FRITSCH. *d. tr. de messe cap. 11. n. 8.*

67. Jure autem hoc pascendi non obstante, utut concivi prædicto casu in concivis agro jus quoddam quæsitum competat, notandum tamen est, ratione pastus pecorum magnam adhuc remanere differentiam inter jus pascendi, quod quis habet vigore servitutis, vel alterius tituli absolute, & inter illud pascendi jus, quod quis habet ut incola & habitator Municipii vel civitatis, puta collectis frugibus eo saltem tempore quo ager à cultura vacat, hoc enim

68. posteriori casu plus licet domino agri, & facilius pastus impeditur quam priori CÆPOL. *de serv. pr. rust. cap. de serv. jur. pasc. n. 26.* COVARRUV. *d. cap. 37. pr. quæst. n. 4. in princ.*

Quocunque jam modo competat Municipio publici pascui jus, ex eo hoc infertur consectarium,

69. quod istius vigore nemini civium permissum sit, privatum habere pastorem, vel separatim pecudes suas pascere, sed illæ communis pastoris custodiæ committendæ sunt, ut eo commodius pro utilitate publici pastus possit ali, & ne ipsi pretium minuatur. Jus hoc storalitium vel conferendi bacillum vel virgam Hirten-Stab. KLOCK. tribuit domino jurisdictionali zu der Vogtheiligen Obrigkeit *de ærar. lib. II. cap. 2. n. 33.* Verum Municipia nostra istius dispositionis practicam, non agnoscunt, & 70

ordinatio pastorum der Hirten/ convenit Magistratui, vel iis, quibus is curam rei pecuariæ commisit.

De Jure Saxonico tunc demum privatum Pastorem pecora pascere licitum est, si quis tres mansos sive hubas habeat, quarum una ad triginta agros excurrit, Land- 71.

Recht *art. 54. lib. II.* CARPZ. *p. 2. Const. 41. def. 7.* BERLICH. *p. 2. concl. 49. n. 38.*

Pastor hic Municipii publicus, si per loca nociva ad pascendum animalia duxit vel admisit, tenetur de damno, dummodo culpa ipsius præcesserit, levis tamen *l. 2. §. 2. ff. commod.* casumque fortuitum non præstat, *arg. l. 1.* 72.

C. deposit. & l. 5. C. de pignor. Land-R. *art. 4. lib. II. & art. 54.*

Ad materiam hanc de pascuis Municipiorum communibus merito referenda venit pastura ovium, die Schaffbude/Schafftrifft/ Schäfferey. De utilissimo hoc

animali ita OWENUS *libr.* II. *Epigramm.* 139. canit:

Seu caro, ſeu corium, fœtus, fimus, alea, chorda,
Lauave lacve deeſt, omnia præſtat ovis.

Ac prudenter monet Salomon *Proverb. 27. v. 2. 3.* apponendum eſſe animum ad greges, quia agni ſunt ad veſtitum, & quantum ſatis eſt lactis caprini ad cibum familiæ tuæ, & victum puellis tuis.

Utilitas itaque materiæ & mate-
73. riati hujus expoſcit, ut quantum ad Politiam hanc confert paucis disquiram. Et primo incumbit Rectoribus Municipiorum, cavere, ne cives oves morboſas & infectas, aliunde conquiſitas, paſcuis communibus intromittant, ne totum corrumpatur ovile, adeoque ut & ſervitus paſcendi in alterius fundo ceſſet, ſi pecora morboſa ſunt, CARPZ. *p. 2. conſt.* 41. *def. 8.* & ubicunque eſt infectionis timor,
74. ovium morboſarum expulſio ex civitate fieri poteſt, CÆPOLL. *cit. rubr. de jure paſcend.* Unctæ oves etiam Schmier-Schaffe / Schmeer-Vieh / iis in locis morboſarum nomine veniunt, ubi ſaltem puræ dantur & inunctæ, rein Vieh / ita, ut & tunc opiliones tales horrori ſint, qui in vicinia impurarum ovium paſturæ præſunt. Secus ergo dicendum, ſi aliud fert regionis mos, & oves tales haud morboſæ habentur, ſicut hic & in vicinia de cæteris quam unctis ovibus non conſtat.

Non ferendæ quoque ſunt in paſcuis hisce putredine infectæ oves, faule Schaffe. Omnium autem morboſiſſimæ ſunt, epidemica ſcabie corruptæ, quod genus morbi die Blattern vocamus, nec contagium inter eas, licet multis morborum generibus expoſitas reperitur perniciosius, quod facilius ſerpit, & majorem inter animalia hæc ſtragem infert, quam hoc, ut vix remedio locus ſit, unde nec hoc morbo demortuæ excoriantur, ſed una cum pellibus terræ mandantur.

Ubi paſtura abundat, diverſi ovium conſtitui ſolent greges, alii pro lactantibus, alii pro ſterilibus, atque hoc habent privilegii, ut tempore hyemali à menſe Decembri ad Martium prata & campi, cæteroquin clauſi ipſis permittantur, prout apud Noſtrates invaluit.

Paſtui ovium affinis eſt materia cratium, das hürden / lagern / unde & certi proventus Municipiis obvenire poſſunt & debent, nam oves hoc habent peculiare præ reliquis animalibus, ut non ſolum earum caro, lac & lana, ſed & fimus in fructu ſit; Ope cratium itaque ſtercorandi modus quam maxime conducit agris remotioribus

bus, quo fimus curru commode advehi nequit, ut non absque ratione Impp. *in l. 7. C. de curs. publ. lib. XII.* stercus animalium vocent solatium.

78. Sicut jam in genere dictum est *n. 68.* non licere civibus, pastorem privatum alere, hoc & ad opiliones & jura cratium quoque extendendum est, unde in Municipiis pro abundantia & penuria graminis, ne pascua nimia ovium multitudine onerentur, certus numerus ovium concedi solet. Apud nos permittitur numerus

79. 25 lactantium, simul sterilium ac agnorum, merito tamen introducendum foret, ne promiscue eadem quantitas omnibus civibus, sed pro ratione jugerum agri, quæ quis possidet, numerus ovium determinaretur, sicut de statutis civit. Gripswald. de Anno 1654. testatur Dn. Stryck. *Dissert. de jur. cratium. cap. 3. n. 70.* Sollen vom Giebel Hause / und da völliger Ackerbau dabey / nicht mehr dann 25 Stück Schaffe/dem Hirten 10 Stück / die in Buden und Kellern aber keine zu halten frey gegeben.

80. Secus si fiat, contra refractarios captura ovium pignorationibusque procedi solet. Et Magistratum pro salute & commodo civitatis jam ampliorem, jam strictiorem numerum ovium concedere posse nemo dubitabit, ob curam civitatis ipsi commissam.

Hinc jus cratium erigendarum, 81. eoque oves suas immittendi, non cuivis privato civi concedendum, quia separata hæc sunt, nec sequitur eum, qui jus pascendi habet, mox & potestatem habere crates & tuguriolum, die Schäffer-Hütten ponendi, Laudat. Auct. *ibid. n. 11.*

Civitas pro cratibus hisce sin- 82. gulis noctibus statutos nummos lucratur, de quibus separatim participant opiliones, ut qui propriis sumptibus vivunt. Pro lucro hoc civitas é publico cogitur subministrare & reparare tuguriolum, crates, item retia, pro arcendis lupis prope crates, bey denen Buchten poni solita.

Quinam commoditate hac cra- 83. tium frui debeant, hoc utplurimum committitur favori eorum, qui res pecuarias curant, & qui administrationi pasculationis publicæ præfecti sunt, verum ut permultis desuper querimoniis civium obviam eatur, valde proficuum foret, certas præscribere regulas, quot noctes unusquisque pro ratione agrorum, vel quotæ contributionis, vel ut loquimur, secundum civitatis catastrum, cratibus utendum, quo & proportionate simul & ordine commodum hoc ad singulos devolvatur.

Caput XXIX.

DE MUNICIPIORUM JURE SCUTICANDI SEU PIGNORANDI ANIMALIA, DAMNUM IN FUNDIS DANTIA.

SUMMARIA.

1. *Modus vindicandi damna ab animalibus illata de jure civili.*
2. *Ædilitium edictum & actio L. Aquil.*
3. *Actio de pastu.*
4. *Quo fundamento hæ actiones competant?*
5. *Quatenus factum domini concurrat ad reparationem istius damni?*
6. *Pignoratio pecoris de jure civili non competebat.*
7. *Detentio licita erat, ut constet de ejus domino.*
8. *Competenti actione contra dominum erat procedendum.*
9. *Furem in furto deprehensum detinere licet.*
10. *Ratis vi fluminis in agrum delata retineri potest.*
11. *Fur ipse satisfacere potest, secus est in pecore.*
12. *Res inanimata si vi & fortuito damnum det, non est actio.*
13. *Jure Saxonico dominus fundi pecus nocivum pignorare potest.*
14. *Præter reparationem damni dominus pecudis solvit mulctam,* Pfand-Schilling.
15. Jure *Saxonico quamdiu detineri possint pecora pignorata?*
16. *Quod si quis pignorata pecora non restituat?*
17. *Pignorans habens jurisdictionem animalia noxia retinere poterat.*
19. *Locus in Municipiis nostris pignoratis animalibus destinatus,* Pfand-Stall / Schütt-Stall.
19. Schütten / *unde dicatur?*
20. *Minister pignorationis,* Schütter.
21. Wald- Marckt- Feld- Schützen.
22. *Mores nostri circa scuticationem animalium unde orti sint?*
23. (1.) *Scuticationis requisitum, ut pecus depascens reperiatur in alieno. Quid si in communi?*
24. *Si ager servitutem itineris debeat?*

25.

25. (2.) *Requiritur, ut damnum sit datum pastu. Pastus significatio.*
26. *Animal si alia comestione, quam pastu damnum inferat?*
27. (3.) *Requiritur ut sit pecus quadrupes. Quid de avibus domesticis?*
28. *Sues etiam includi possunt. Sus subtilissimus Alchimista.*
29. *Non refert, an animal sponte ingressum an ab alio immissum sit.*
30. *Appositio custodis non excusat.*
31. *Dominus pecoris in pastoris factum consensisse censetur.*
32. *Cuilibet Pastorem privatum habere licitum non est. Juris Saxonici dispositio.*
33. *Publicus custos vel pastor solus tenetur de damno.*
34. *Animal nocivum includitur, domini detegendi causa,* zum Uhrkund.
35. *Oblata cautione illud dimittitur.*
36. *Si dominus animalis non appareat?*
37. *Alio modo quam scuticatione damnum probare integrum est.*
38. *Pignoratio fieri debet in ipso facto.*
39. *Fugientia animalia in alieno fundo capi possunt.*
40. *Ratio ejus.*
41. *Ab immoderata pignoratione abstinendum.*
42. *Suum quis consequi debet cum minori alterius damno.*
43. *Si animalia sint, ferociora, ut capi non possint?*
44. *Animalia nociva veneno non interimenda.*
45. *Statutum Bononiæ & jus Longobardorum de interimendis animantibus nocivis.*
46. *Quid LL. Georgicis Justiniani?*
47. *Si animal post expulsionem sit deperditum?*
48. *Inclusio animalium & fieri potest à tertio.*
49. *Civis tenetur avertere damnum sui concivis.*
50. *Equus in itinere pabulans in alieno detineri nequit. Jure feud. quatenus?*
51. *Excusatur in eo necessitatis casus.*
52. *Comprobat id jus Divinum. Devians à via regia, fundum alterius pertransire potest.*
53. *Alimenta sunt præstanda animalibus scuticatis.*
54. *Tenetur includens, si animal ob defectum alimentorum pereat, ante cautionem.*

55. *Pignorans tenetur ad conſervationem rerum pignoratarum.*
56. *A Magiſtratu implorans pignorationem præſtabit alimenta.*
57. *Includens impendia alimentorum repetit.*
58. *Dominus pecoris cauſam pignorationis dedit.*
59. *Favor alimentorum.*
60. *Pignorans equum ſi dominus alimenta detrectet, eum ad vecturam locare poteſt.*
61. *Caupo res hoſpitis pro ſolutione cibi retinere poteſt.*
62. *Incarceratus propter expenſas alimentorum retineri poteſt.*
63. *Pretium incluſionis,* Schütte-Geld.
64. *Damni taxatio de jure Saxon.*
65. *Quid in hoc moribus noſtris obtineat?*
66. *Videndum, an non includens damno occaſionem dederit.*
67. *Quomodo æſtimandum frumentum depaſtum in herba?*
68. *Damni dati computatio facienda.*
69. *Frumentum in herba frumenti nomine non venit.*
70. *In damnis non habetur ratio temporis futuri.*
71. *Dominus animalis illud noxæ dare poteſt.*
72. *Animal ſi ante damnum pro derelicto ſit habitum, de eo non tenetur dominus.*

1. Ob damna ab animalibus illata reparanda & vindicanda, varia juris remedia reperta ſunt, quæ primitus ex LL. XII. tab. orta, atque de materia hac agit *tit. ff. ſi quadr. paup. fec. dic.* Si concurrebat dolus, ejus, cujus erat animal, per quod damnum inferebatur, competebat actio de dolo, *l. 7. §. 2. & 6. ff. de dol. mal.* Qui & animalia noxia & ferocia alebat in
2. loco, quo vulgo iter fit, ædilitio edictio coercebatur, *l. quo vulgo. 42. ff. de ædilit. edict.* Competit & actio L. Aquiliæ ob paſtum pecoris in fundo alieno, *l. fin. C. ad L. Aquil.* Item actio de paſtu pecoris in factum, ſi glandem alienam in ſuo fundo alicujus pecus depaſcat, *l. 14. §. fin. ff. de præſc. verb.* Hæ actiones competebant, ea ratione, quia quilibet civium tenetur lege ſocietatis, ne per ſe, nec per ea, quæ in ſua poteſtate habet, ſive ſint homines, ſive domeſtica animata quicquam damni detur, quod ſi contingat, damnum redintegrandum, atque ad æqualitatem proportionatam reducendum eſt. Neque habet, quod conqueratur dominus, quaſi ob-

obligetur absque facto suo; Quia in tantum ejus factum intercedit, quod ejusmodi animato in civili uti voluerit societate, ex quo damnum civibus oriri posse, facile scire potuit SCHILTER. *ad ff. exerc.* 19. §. 2.

6. Jure quidem civili nusquam proditum habemus, licere pecus in suo cum noxa repertum pignorare sive includere, & quidem ad hunc effectum, ut satisdatio pro
7. damno fiat, sed si quis alienum pecus in agro suo deprehendisset, illud expellere debebat, sicut si suum deprehendisset, absque inclusione & vel abigere debebat sine damno, vel admonere dominum ut suum recipiat, *l. Quintus* 39. §. 1. *ff. ad L. Aquil.* WESEMBEC. *ad d. tit. n.* 6. nisi forte ut intelligeretur, quis sit dominus quadrupedis, *arg. l.* 25. *in princ. ff. ad L. Jul. de adult.* adeoque non aliam ob causam, quam ut sciatur adversus quam personam actiones instituendæ. Ergo hoc jure
8. nemini licet, pignoris jure pecus alienum detinere, sed pro incommodo tali illato, competentibus actionibus experiri saltem licebat, cujuscunque generis animal sit, sive quadrupedes, sive aliud, quod pauperiem sive damnum intulit, *d. l.* 14. *§ fin. ff de præsc. verb.* CÆPOLL. *de serv. rustic. cap.* 9. *n.* 60.

Neque ad hunc casum deducenda est argumentatio, quod furem in furto deprehensum capere possim, & detinere, donec mihi satisfaciat, *arg. l.* 10. § 16. *ff. quæ in fraud. credit. junct.* §. 10. *J. de oblig. quæ ex del.* Quod & ratis vi fluminis in agrum meum delata retineri possit, donec de damno per eam illato dominus ejus caverit, *l.* 8. *ff. de incend. ruin. nauf. l.* 9. §. *Neratius. ff. de damn. inf.* Fur enim ipse satisfacere, aut pro eo cavere potest, quod secus in animali bruto, cujus dominus non ut fur est fugitivus, sed solvendo, habens pecus depascens in suo dominio & expectaturus judicium, THOMAS. *d. Tract. de noxa animal. cap.* 23. *n.* 10. Nec valet consequentia ducta à re inanimata, casu fortuito & vi externa damnum dante, ubi nulla est actio, *l.* 29. §. 2. *&* 4. *l.* 24. §. 3. *& seq. & l.* 43. *pr. ff. de damn. infect.* 9. 10. 11 12.

Verum jure Saxonico secus est, 13.
atque dominus agri vel horti non prohibetur pecus pauperiem inferens, in suo solo, vel in quo ipsi aliquod jus competit apprehensum sive depascat gramina vel segetes, sive aliter noxam faciat, etiam propria auctoritate detinere, vel pignorare, tam diu, donec ipsi per dominum animalis satisfiat de damno, vel alio interesse, æstimatur-

turque tale damnum vel per taxationem rusticorum, vel per judicem loci, Land-Recht *lib. II.*
14. *art. 47.* Cöppen. *decis. 21. n. 11.* Cöler. *decis. 136. n. 2.* Sed hoc jure præter reparationem damni pignoratus vel dominus animalis noxii, pœnam adhuc solvere tenebatur, einen Pfand-Schilling.

Jure Saxonum pignorata hæc
15. pecora tradi debent judici loci, *art. 28. lib. II.* §. Findet man ihn *&c. ubi gloss. verb.* Fretzet
16. aber. nec ultra 24 horarum penes se detineri poterat, *d. art. 27.* Et si quis illa non restituat, condemnatur reo ad emendam & judici ad mulctam. Coler. *d. Tract. p. 1. cap. 3. n. 27.* Berlich. *con-*
17. *clus. 34. p. 2. n. 22.* nisi pignorans simul jurisdictionem habeat, quo casu pecora pignorata retinere licebat, Coler. *d. decis.* 136.
18. *n. 22.* Hæc Saxoniei juris dispositio non obtinet apud nos, sed pro tali extraditione peculiaria loca publica in Municipiis constituta sunt, quibus animalia pignorata includuntur, vocanturque Pfand-Stall / Schütt-Stall.
19. Schütten enim, unde barbara vox scuticare defluxit, á schützen / vel beschützen / nobis familiare est, hoc significatu vocabulum, atque generaliter pro pignoratione non sumitur, nisi quando pecora, quæ damnum dederunt, abiguntur ad custodiam, quia sic nos tuemur atque defendimus, ut satisfactionem pro damno acquiramus, Feltmann. *de inclus. anim. cap. 1.*
Ad hunc effectum peculiaris in oppidis nostris constituitur minister, qui animalia hæc includit, cui & inspectio agrorum ne damni quid à pecudibus fiat, committitur, ein Schütter / alibi instituti sunt saltuarii, Wald- Marckt- Feld- 21.
Schützen / qui pro avertendo damno agrario publice constituti sunt, iisque data est potestas talia animalia includendi, Otto von *privat* Pfandung §. *4. p. 30.*

Mores nostri circa hanc pignorationem certa introduxerunt re- 22.
quisita, cum jure tamen Saxon. ut plurimum convenientia, quorum principaliora perlustrare instituti est.

Primum requisitum est, ut repe- 23.
riatur pecus pascens in alieno, *text. in d. l. 14. §. fin. ff. de præsc. verb.* Unde sequitur, quod in communi prædio, deprehensum contra pacta societatis conventa, actione communi dividundo judicio aut incerti agendum, *l. 23. ff. comm. divid. l. 4. §. 7. ff. fin. reg.*
Nec & pignoratio obtinebit, si ager, ubi animal deprehensum est, servitutem itineris debeat, *l. per agrum. C. de servit. & aqua.* Coler. *d. decis. 136. n. 12.*

Se-

25. Secundum requisitum est præsentis actionis, ut damnum datum fuerit pastu, & licet pastus in latiori significatu omnem cibi sumptionem includat, hic tamen stricte pro absumptione graminum vel aliarum plantarum ex terra
26. provenientium sumitur. Unde si animal alia comestione rebus meis damnum inferat v. gr. si canis alicujus commedat carnes meas, equus vel bos herbam à solo separatam, & stabulo forte illatam, vel porcus farinam, locum esse volunt actioni de pauperie utili post SPECULAT. *lib. IV. partic.* 4. *tit. de injur.* §. *1. n.* 17. THOM. *de Noxa animal. cap.* 16. *n.* 19.

27. *Tertio* requiritur ut sit pecus quadrupes; Gallinæ namque & anseres aliæque aves domesticæ Germana significatione vocantur quidem Feder-Vieh / huc tamen non veniunt, sed vel abigi possunt, quo facit text. Land-Recht. *lib. II. art.* 40. *in fin.* vel
28. utilis competit actio de pastu *arg. l. pen. ff. si quadrup. paup.* Sues quoque quas pecudum numero adscribit Imp. §. 1. J. *de L. Aquil.* (quod animal Paracelsus vocat subtilissimum alchymistam, quod ex aliorum animalium stercore adhuc produducere queat chylum GOEDDÆ, *disp. part. desp.* 17. *th.* 7.) includi posse ob damnum datum, dubium non est. Nec refert, an 29.
pecus depaverit ab alio immissum an sponte sua ingressum sit SETSERUS *ad inst. disp.* 5. *cor.* 1. STRAUCH. *ad ff. disp.* 24. §. 1.

Nec à satisfactione se eximere 30.
poterit dominus animalis objiciendo adpositum esse custodem vel pastorem, maxime si is privatus est; in eo enim dominus culposus est, quod elegerit custodem nequam *ag.* §. *fin.* J. *de societ.* §. *fin. v. cum enim* J. *de oblig. qua quas. ex del. l.* 27. §. 9. *ff. ad L. Aquil. l.* 11. *princ. ff. locat.* Quin 31.
in hujus factum consensisse intelligitur, atque adeo ejus nomine actio contra eum datur *arg. l.* 1. §. 9. *ff. de exerc. act.*

Pastorem vero sive opilionem 32
peculiarem habere unicuique privato licitum non est. Jure Saxon. Mag niemand einen sonderlichen Hirten haben / so er den gemeinen Hirten seinen Lohn damit mindere / er habe dan drey Hufen Landes / die sein eigen oder Lehen seyn. Land-Recht. *lib.* II. *art.* 54. Atque Ordin. Provinc. Saxon. *de anno* 1589. *art.* 80. sine distinctione constituit, doch sollen die Bauren ihre Schaaffe nicht allein hüten / sondern vor den gemeinen Hirten treiben.

Si autem publicus à civitate or- 33.

 di-

dinatus est custos vel opilio, ille solus ob dolum culpam & negligentiam de damno resarciendo obligatus est, quia dominus pecoris hunc pastorem publicum non sibi elegit, sed in ipsum incidit FELDM. *d. tract. cap. 49. th.* 10. *& 11.*

34. Animal autem nocens moribus nostris non licet includere tanquam pignus, ut ex eo satisfactio pro damno illato fiat, sed saltem domini detegendi causa zum Uhrkund / unde illud oblata

35. cautione à domino, jure Municipali nostro dimitti, atque cautio hæc fieri solet stipulatione facta ad manus Consulis, mus darüber Hand-Tastung thun / puta quoties dominus solvendo est.

36. Si autem dominus animalis non apparet, illud potest authoritate publica hastæ supponi & vendi, ut ex eo pretio domino reparatio fiat COSTA *de fact. scient. & ignor. cent. 2. dist. 34. n. 1.*

37. Si & quis alio modo damnum hoc illatum probare velit, tum pignoratio non necessaria, sed actio de pastu & pauperie in promptu est, qua dominus animalis nocentis ad satisfactionem compelli potest, BERLICH. *p. 2. concl. 34. n. 60.* Sic enim suum æque consequitur ac si animalia vere essent pignorata CARPZ. *p. 2. const. 27. def.* 1. *in fin.*

Pignoratio fieri debet in ipso facto Land-Recht *lib. II. art. 40.* in verb. in der Handhafften Taht id est, si non tantum in ipsa depastione sed adhuc in fundo ubi damnum datum, deprehendatur *Ibid. art.* 28. Imo in fundo suo depasto deprehensa, si quis animalia capere velit eaque in alium fundum aufugeriut, potest etiam dominus ea in alieno fundo capere THOMAS. *d. tract. cap.* 24. Quia quod est licitum in termino à quo, continuato actu licitum etiam est in termino ad quem BALD. *ad l. si quis non 5. n. 12. C. de Episc. & Cler.* 38 39 40

Pignorans quoque ab immoderata pignoratione abstinebit, quæ semper improbata est, & modico contentus esse debet, sic non integer grex depascens includendus, sed ex grege pecoris unum vel alterum caput tantum retinendum MEV. *p. 1. decis. 34. n. 17. in not.* hoc enim modo damnum passus, suum æque consequitur, & cum minori quidem concivis sui incommodo, quod semper intendet Magistratus. 41 42

Quod si animalia sint ferociora quam ut capi & includi possint, illa Jur. Saxon. abigi etiam cum internecione possunt *text.* Land-43

Recht

Recht *lib. II. art. 40. in fin.*

44. Veneno autem non sunt interficienda PANORMIT. *ad C. si quis aperuerit n. 2. x. de injur.* PUBL. *ad consuet. avern. tit. 28. art. 13. n. 3. Vid. supr. cap. 5. n. 26. de hort. Municip.*

45. Exstant quidem statuta quædam localia in contrarium, sic Bononiæ cuivis licet aliena jumenta in fundo suo reperta occidere BON. *de furt. §. 6. n. 25.*

Jure Longobardorum, qui decem sues in sua messe invenerit vel ultra decem, ex illis unam mediocrem occidere potest. NICOL. CARBO. *lib. 2. pract. cap. 7. n. 52.* Sed sunt statuta hæc singularia non communia, nec in consequentiam

46. trahenda. Et legibus Georgicis JUSTINIANI *tit. 4. §. 4.* permissum est suem, ovem, aut canem si tertia vice in præda deprehendantur sagitta petere aut caudam ei præcidere. Sed leges illas contra juris civilis dispositionem, authoritate carere, nemo inficias ibit. THOM. *de nox. animal. cap. 26. n. 5.*

47. Animal si post expulsionem sit deperditum expellens de eo non tenetur, modo in ipsa expulsione nulla contigerit læsio, & dominus sit monitus ut quæreret animal expulsum TUSCH. *lit. D. conclus. 9. n. 8.*

Includi quoque possunt animalia à tertio, qui depascentia illa in arvo alterius deprehenderit, hoc enim naturalis cognatio inter homines poscit, ut cujuscunque damnum pro posse avertatur FELTM. *d. tract. cap. 5. per tot.* OTTO von *privat* Pfandung §. 4. *p.* 30. 48.

Hic loci id eo magis dubio caret, ubi concivis vi juramenti civilitatis bey seinen Bürger-Eyd obstrictus est, wann er in- oder ausserhalb der Stadt siehet / daß seinen Mit-Bürger Schaden geschicht / er solchen so viel an ihm ist abkehren/oder wann er solches nicht kan / solches angeben wolle. 49.

A pignoratione hac jure feudali exempta videntur quædam animalia, ubi iter faciens equum suum pabulare poterit, carpendo gramina, quatenus in via stans ea amplecti vel attingere possit equo *2. feud. 27. in fin.* modo pabulatio fiat sine vastatione & ingenti fundi damno PANORMIT. *ad c. si laserit x. de injur. n. 2.* atque gramen licet equiti carpere & porrigere equo, non autem equum immittere THOM. *d. tract. cap. 15. n. 29.* cujus rationem suppeditat necessitas casus, puta si equus delassatus refectione indigeat, nec alia suppetant media BOER. *ad consuet. Bituric. tit. 14. §. 4. Gothofr. ad d. 2. f. 27. lit. N.* Cu- 50. 51.

 jus

52 jus vestigia exstant in jure Divino *Matth.* 12. *relat. in c. discipulos 26. de consecrat. dist.* 5. Quod & obtineri videtur in casu, quo quis à via regia aberraverit, & in loca devia inciderit, ubi ad repetendam viam ordinariam fundus alterius pertransitur FELTMANN. *cit. tract. cap.* 18. *sect.* 2.

53. Ratione alimentationis animalium ob pastum inclusorum, non raræ in Municipiis oriri solent cotroversiæ; Domini enim eorum adeo sæpe sunt morosi, ut potius fame perire ea sinant, quam ut pastum ipsis præberi faciant.

54. Quod si contingat, & antequam præstita cautione eorum relaxatio fiat, includens ipsis de alimentis interim prospici & cæteroquin si animal ob defectum alimentorum perierit, ipse tenebitur AVAZEDO. *consuet. Hisp. lib. V.*
55. *tit.* 17. *n.* 7. Semper enim pignorans tenetur ad conservationem rerum pignoratarum, talemque adhibere in iis diligentiam quam in suis rebus præstat MEV. 1. *dict. de-*
56. *cis.* 34. *n.* 18. Si & inclusio facta auctore Magistratu ad implorationem & instantiam alterius, tum hic, non ille ad alimenta tenebitur nisi Magistratus alios cibaria adferre pati noluerit *l.* 29. §. 7. *ff. ad L. Aquil.* THOM. *d. tract. cap.* 17. *n.* 23.

Includens tamen impendia ali- 57.
mentorum à domino pecoris, id reluere volentis, repetere potest. AVAZED. *d. loc.* ejusque assertioni statur si dicat se præbuisse alimenta, ut judex ea taxet ALCIAT. *regul.* 1. *præs.* 50. *n.* 1. 2. non enim præsumitur de vento animal vixisse *l. fin. C. de aliment. pupill. præst.* Ideo autem dominus 58.
pecudis ad refusionem sumptuum, pro alimentatione pecorum tenetur, quia causam pignorationi dedit, & cujus potissimum interest animalia viva redimi CARPZOV. *p.* 2. *const.* 27. *def.* 2. *in fin.* 59.
Expensæ alimentorum maxime sunt favorabiles, quæ & præferentiam præbent præ cæteris creditoribus. NEGUSANT. *de pignor. p.* 2. *memb.* 3. *n.* 16. Inde con- 60.
cludi poterit quod pignoranti liceat, equum inclusum, si dominus alimenta refundere nolit, ad vecturam concedere, ejusque partium in alimenta computare SURD. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 62. *n.* 14. Addendo *n. seq.* posse & 61.
cauponem res hospitis retinere pro solutione prandii vel cœnæ, eo magis adhuc retentio animalis inclusi, hoc passu licita erit. Testatur GUID. PAP. *quæst.* 448. *n.* 1. vigere consuetudinem civitatis Gratianopolis, qua incarceratus per sententiam judicis liberatus pos-

sit

sit à commentariensi retineri, donec ipsi de expensis & custodia
63. carceris sit satisfactum, pari ratione in Municipiis nostris pretium quoddam, exiguum tamen, à domino animalis inclusi solvendum est saltuario, qui curam loci inclusioni destinati gerit, quod
64. Schütte-Geldt vocamus.

Æstimationem damni quod attinet illud jur. Saxon. taxatur per scultetium & rusticos seu scabinos durch Richter und Schöppen illius loci, ubi damnum datum est BERLICH. *d. p. 2. concl. clus. 34. n. 61.*

65. Moribus nostris si inter partes utrinque desuper conveniri non possit, res hæc committitur vel certis ad id designatis arbitratoribus vel inspectoribus rei agrariæ, apud nos Bau-Richter vocatis,
66. qui & simul expensarum rationem habent, & in dijudicando dispicere solent, an non & ipse includens damni causam dederit, eo quod forte sepimentum vel claustrum in confinio pro incumbentia sua non clauserit, quod dici solet: Wann der Schade durch seine eigene Fröchtung geschehen/ quo casu dominus animalis absolvitur.

67. Quær. si frumentum depastum sit in herba, an æstimandum tempus damni dati, an vero futuri, habita ratione maturitatis fructuum? Et quamvis multi facturæ messis tempus inspiciant MENOCH. *2. arbit. cas. 49. n. 21.* Zoes. *ad tit. ff. si quadr. paup. n. 7.* ex ratione, quia tunc sciri 68.
potest quantum dominus ex tali frumento habiturus sit; rectius tamen pro nunc damni dati computatio instituenda KOPPEN. *lib. II. obs. 78. n. 11.* & per ea quæ habet BERLICH. *d. conclus. 34. n. 64.*
Et quidem propter dubium even- 69.
tum ratione periculi & insperati casus, deinde quia frumentum si ita tenerum adhuc est, ut loco herbæ sit, frumenti nomine non venit *l. 4. ff. arb. furt. caes.* Tum 70.
æstimatio hæc succedit in pœnam L. Aquiliæ, ubi in damnis considerandis non habetur ratio temporis futuri *L. 21. & 23. §. 7. ff. ad L Aquil.*

Ultimo adhuc notandum, quod 71.
licet damni illati persecutio, per inclusionem fieri possit, inde tamen, domino integrum esse, animal tale noxæ dare, quia iniquum est, animalia quæ noxam commiserunt, ultra sui corpus dominum onerare *l. 7. §. 1. ff. damn. infect. §. 2. J. & L. 2. pr. ff. de noxal. action.* & hæc deditio domino animalis adhuc prodest ad liberationem *l. fin. x. de injur.* Nec & de 72.
damno tenetur dominus si proba-

verit, animal nocens ab ipso pro derelicto habitum, ante litem ceptam, illudque jurato asserere posſit *l.* 38. §. 1. *ff. de nox. act. l.* 4. §. 1. *ff. de alien. jud. mut. cauſ.* FELTM. *cap.* 40. *cit. tract. per tot.*

Caput XXX.

DE MUNICIPIORUM INCOLIS, Gädemeren DICTIS.

SUMMARIA.

1. *Municipium ut & alia quævis civitas conſtat ex civibus & incolis.*
2. *Appellatione civis generali, etiam incola continetur.*
3. *Verbum incola quid denotet?*
4. *Jure civili quis incola dicatur?*
5. *Incola quoque eſt, qui in oppidi finibus moratur.*
6. *Qui civitatis præcipuis non utitur, is illic non cenſetur eſſe incola.*
7. *Nec is, qui larem illic non collocavit. Civitatis præcipua quæ?*
8. *Incola pro eo, qui civitatis juriſdictioni non ſubeſt.*
9. *Incola quomodo ab hoſpite differat?*
10. *Advena quis?*
11. *Accola quis?*
12. *Forenſis quis?*
13. *Peregrinus quis?*
14. *Exul quis?*
15. *Incolæ qui ſint de jure antiquo?*
16. *Quid de jure moderno?*
17. *Gadem quid?*
18. Einlieger / Einwohner / Häusler / *qui? Eorum conditio.*
19. *Quomodo jus hoſpitii obtineant?*
20. *Obligatio quam tales debent Magiſtratui. Pecunia inhabitationis vel protectionis,* Schutz-Geld.
21. *Quando oneribus conſuetis ſeſe ſubmittere cogantur?*
22. *Requiſita ad probandum incolatum.*
23. *Incolatus quomodo acquiratur?*
24. *Incolarum quidam dicuntur habitatores.*

25.

25. *Sola habitatio non facit incolam & quare?*
26. *Incolæ hi quomodo à civibus differant?*
27. *Quænam jura civilia consequantur incolæ?*
28. *In quibus cives & incolæ sunt æquales?*
29. *Immunitas à vectigalibus quam civitas acquirit, etiam incolis prodest.*
30. *Incolæ an privilegiis bonisque civitatis gaudeant?*
31. *Pascuorum Municipalium utilitas quatenus ad incolas pertineat?*
32. *Mores Municipales hic inspiciendi.*
33. *Incolæ ad onera Municipalia tenentur.*
34. *Incola non potest post impositam collectam mutare incolatum in præjudicium collectæ.*
35. *Incola uti ligatur statutis & consuetudinibus civitatis in onerosis*
36. *Sic & in favorabilibus gaudet statuto civitatico.*
37. *Incolæ* Gädemere / *an etiam gaudeant consuetudine ratione communionis bonorum inter conjuges.*
38. *Civitas est congregatio sub eodem imperio & jurisdictione.*
39. *Incolæ cum civibus unam universitatem constituunt.* *Exceptio.*
40. *Incolatus non facit civem, sed subditum.*
41. *Incola est instar civis.*
42. *Magistratus incolam defendere & protegere tenetur.*
43. *Ubi injuriam patitur aut injuste opprimitur.*
44. *Civitas civem aut incolam eadem ratione qua vasallum dominus tueri debet.*
45. *In recipiendis incolis non habetur selectus ac in assumptione civium.*
46. Pecunia *inhabitationis,* Schutz-Geld / *licite ab incolis penditur anticipando.*
47. *Magnus incolarum numerus an conveniat civitati?*
48. *Periculum seditionis ab incolis nostris non metuitur.*
Eorum utilitas & operæ in Municipiis.
49. *Notandus est incolarum numerus in Municipiis.*
50. *Incolatui renunciari potest pro lubitu.*
51. *Nisi susceptum munus necdum sit impletum.*
52. 53. *Incolæ an oneri detractionis subsint?*
54. *Exemptio à jurisdictione Magistratus Municip. liberat ab onere migrationis.*
55. *Incola protectione æque fruitur ac civis.*

56.

56. *Incolæ a collectis immunes non sunt.*

57. *Incolæ ab onere detractionis sunt immunes, si contraria consuetudo Municipii exstet.*

58. *Formula juramenti incolatus*, Einlieger Eyd *apud Lippienses.*

1. Municipium ut & alia quævis civitas constat ex Municipibus seu civibus & incolis, qui unam universitatem formant *l.* 2. *mortuo 22. ff. de fidejuss.* Et appellatione generali civis etiam incolam contineri, patet *ex l. principales ff. de Verb. sign.* ALEXAND. *cons.* 20. *n.* 11. *vol.* 2. GLOSS. *in clem.* 1. *in verb. subditus. de for. compet.*

3. Sumitur autem verbum illud incola (quod quasi valde colentem & honorantem civitatem in quam se transtulit denotare volunt *Dd. in l. cives C. de incolis* ALBER. *in repet. rubr. de muncrib. n.* 3.) quandoque generaliter CARPZ. *p.* 3. *const.* 12. *n.* 2. & 3. aliquando specifice ut in hisce nostris terminis.

4. Is utique hoc sensu dicitur incola, qui in aliquem locum domicilium suum contulit, ut perpetuo illic manere velit *l. pupillus.* 239. *§. incola ff. de V. S. l.* 20. *ff. ad Munic. l.* 7. C. *de incolis. lib. X.*

5. Nec tantum hi qui in oppido morantur incolæ sunt, sed etiam qui in alicujus oppidi finibus, ita agrum habent, ut in eum se quasi in aliquam sedem recipiant *d. l.* 239. Cui tamen expresse ob- 6.
stare videtur *l. scire* 35. *ff. ad Municip.* Ubi dicitur, qui in agro permanet, incola esse non existimatur, qui enim illius civitatis præcipuis non utitur non existimatur esse incola. Verum lex ea 7.
loquitur de illo saltem qui agrum tantummodo possidet, non etiam qui Larem ibi collocavit welcher sein eigen Feuer und Rauch nicht hält. *l.* 4. *C. de incol.* ideoque nec talis civitatis alicujus præcipuis utitur ut sunt, forum, balneum, templa, spectacula WISSENBACH. *ad d. l.* 230. Quandoque incola 8.
dicitur qui in civitate quidem commoratur non tamen Magistratus oppidani jurisdictioni subjectus est, quales sunt qui in Municipiis præfecturæ immediate parent CARPZ. *cit. def.* 16. *n.* 2. 9.

Incola differt ab hospite, quod elegerit incola domicilium in loco & ibi habitator sit, at hospes non dicitur habitare sed hospitari, adeoque tantum interest inter habitatorem & hospitem, quantum inter domicilium habentem & peregrinantem, ut ait ULPIAN. *in*

l. 1. §. 9. *ff. de his qui effud. vel de-*
10. *jec. Advena* eſt qui non eſt civis,
ſed qui ex aliquo longinquo loco,
in aliquod oppidum venerit Tho-
losan. *de republ. lib. IV. cap.* 4.
n. 22. Abſque animo conſtituen-
di domicilium & ibi perpetuo
commorandi, *l. fundamenta* 17.
§. *ut autem de Elect. in* 6. *circa*
fin. ſic de advena mercatore legimus
11. *in l.* 19. §. 1. *ff. de judic. Accola*
dicitur quaſi aliquo tempore lo-
cum colens, non ut perpetuam ſi-
bi illic ſedem ponat, ſic ſcholaris
potius dicendus accola Mar. So-
cin. Sen. *in cap. ult. n.* 7. *de foro*
12. *compet. Forenſis* eſt qui non ha-
bitat in loco ſed de foris venit
Novel. de Quaſtore §. *ſi vero in hac,*
& §. *ſi vero aliquis proſpexerit col-*
lat. 6.

13. *Peregrinus* qui à loco domici-
lii ſui proficiſcetur, & extra civi-
tatem ſuam moratur in loco ubi
civis non eſt Schilter. *diſſert. de*
jure peregrin. §. 5.

Exul eſt qui cauſa belli peſtis
14. & publici damni in civitatem ſe
contulit, & cum familia & ſupel-
lectile confugit. Qualis non cen-
ſetur domicilium illic conſtituiſſe
niſi per aliquot annos, animo
figendi illic lares ſuos, permanſe-
rit Mev. *ad jus. Lub. lib. II tit.* 2.
art. 10. *n.* 5. Hahn. *ad Weſembec,*
ff. ad Municip, n. 4. *in fin.*

Incolæ itaque qui & habitato- 15.
res dicuntur, qui in Municipio
conſtituunt ſibi larem ſeu domici-
lium *l. cives* 7. *C. de incol. l. do-*
micilium 20. *ff. ad Municip.* no- 16.
bis de jure moderno ſunt opera-
rii illi, qui inhabitant aliquod
Municipium intentione & animo
ibi domicilium contrahendi abs-
que jure civitatis, quos vernacula
noſtra lingua Gädemere vocita-
mus.

Gadem enim nobis eſt tugu- 17.
riolum, ſive parvum ædificium,
hinc tabernam alicubi vocamus ein
Krahm-Gadem. Hi incolæ etiam 18.
aliquibus in locis vocantur ut
apud nos Einliegere / Einwoh-
nere / alibi Hinter- und Beyſeſ-
ſen / Beywöhnere / à Saxonibus
dicti Häußler / qui ſunt homines
tenuioris fortunæ, ſervili labore
victum quærentes, & qui ob me-
diorum defectum jura civitatis
comparare nequeunt, ſed aliquid
opidis pro communi bono præ-
ſtare ſolent. Hi tales ſi per an- 19.
num vel ſecundum mores loci, ſta-
tuto tempore, proprio foco utun-
tur hoſpitii jus obtinent Gail.
lib. II. obſ. 35. *n.* 8. Hinc ſi hoſpi-
tii jure frui volunt nomina ſua 20.
Magiſtratui profiteri, fidemque
obſequium & opem, pro ſecuri-
tate Municipii promittere debent,
ac in plerisque locis certam pecu-

21. niam, quam Schutz-Geld appel-
lamus ſolvunt Schilter. *de jure pe-
regrinor.* §. 45. Si autem bona ac-
quirere & cataſtro inſcripta poſſi-
dere incipiant, oneribus conſuetis
& juribus loci ſe ſubmittere ne-
ceſſe habent *l. 2. C. de munerib.
patrimon.* Anton. Gabr. *lib. VI.*
22. *Commun. concluſ. tit. de jur. immu-
nit. concl.* 2. Guid. Pap. *deciſ.* 7. *n.* 2

Ad incolatum autem proban-
dum, animus conſtituendi domici-
lium ante omia probari debet,
qui apparet, vel expreſſa habita-
tionis declaratione, quo caſu ul-
terius non eſt inquirendum Ti-
lem. de Bening. *deciſ.* 1. *vot.* 1.
n. 57. vel ex conjecturali, pro qua at-
tendendæ ſunt diligentes rationes,
quæ animum commorandi evincunt.

23. Qui incolatus, non ut de ju-
re ſcripto per tempus decennii
per ſe acquiritur *l. 2. C. de incolis*
ſed in continenti, quando hujus-
modi habitatores re & facto ani-
mum manendi declarant. Gail. *2.
obſev.* 35. *n.* 7. Ruin. *coſil.* 100.
n. 8. *vol.* 5. Surd. *conſil.* 174. *n.* 11.

24. Et horum incolarum quidam
dicuntur habitatores, quod ex il-
lo eſt, quod poſſit eſſe habitator
qui tamen non eſt incola *l. 1. §.
hoſpes ff. de his qui dejec.*

Et ſola habitatio non facit
25. quem eſſe incolam Gloss. *in l.
privilegio verb. voluntate C. de inco-
lis* ratio eſt cur ſola habitatio
non probet incolatum, quia du-
bium eſt an animo conſtituendi
domicilium perpetuo, an ad tem-
pus habitationem quis faciat, ob
quam incertitudinem per ſolam
habitationem ſeu reſidentiam non
dicitur incolatus probatus, niſi
per decennium, nam tanto tem-
pore præſumit lex quod animo
perpetuo habitandi domicilium
quis contraxerit *l. 2. ff. de incolis*
Speidel. ad Besold. *theſ. pract.
lit. B. n.* 90. Ideo ſtatutum lo-
quens de cive non comprehendit
incolam vel habitatorem Franc.
de Clapperiis *in centur. cauſ.* 78.
quæſt. unic.

Incolæ de quibus hic agitur
proprie cives non ſunt ſed in ex- 26.
cellentiori ſignificatu ab eis diffe-
runt, ſunt tamen civitatis ſubditi;
Nam cives ſunt, illudque nomen
illis competit qui jus civitatis pe-
tunt & accipiunt, inde civilis
cœtus membra, ac jurium & bene-
ficiorum civilium participes fiunt.
Mev. *p.* 2. *deciſ.* 49. *n.* 2.

Ex hiſce jam liquet quibus ju-
ribus civilibus fruantur incolæ,
illa nimirum conſequuntur quibus 27.
certa prærogativa non adhæret, &
quæ civi proprie dicto ſingulari-
ter conceſſa non ſunt, quo refe-
runtur honores, munera civilia,
Magiſtratus gerendi facultas &
capacitas Schilt. *cit. diſſert. de pe-
regrin.* §. 37. *in princ.* In

28. In cæteris vero, civium & incolarum, quatenus hi æque ac illi membra sunt civitatis, non est differentia.
29. Sic si à domino territorii per tractatus pacis vel alio modo impetratum est, ut alicujus civitatis subditi à vectigalibus sint immunes, ea immunitas non ad incolas minus quam ad cives civitatis pertinet *l. adoptivum* §. *patr.* *ibiq;* JASON. *n.* 2. *ff. de in jus. voc.* GAIL. *dict. obs.* 35. *n.* 6. *lib.* I.

Docent heic quidam ICti etiam
30. privilegia & bona civitatis ad incolas pertinere BART. *in tr. de repress. in* 5. *quæst. n.* 1. CASTR. *in l. omnes populi n.* 10. *ff. de just. & jur.* CHASS. *in consuet. Burg. rubr.* 3. *de feud.* §. 7. *in fin. n.* 7. Quod
31. in tantum procedere asserunt ut etiam pascuorum utilitas, ad hujusmodi incolas pertineat, si modo obeant munera in Municipio ob bona GUID. PAP. *cons.* 61. SOCIN. *cons.* 192. *col.* 1. *lib. II.* CORN. *consil.* 152. *col. lib. I.* CRAVET. *cons.* 598. *n.* 13. SURD. *consil.* 59. *n.* 8. In hisce autem ante omnia mores cujusq; Mun. inspiciendi,
32. in quibusdam enim locis incolas, antequam jus civilitatis debito modo sibi acquirant, pasculationis aliisq; civitatum juribus non gaudere in aperto est.

Interim tamen ad vigilias, collectas & id genus onerum Municipalium tenentur *l. incola* 29. *ff. ad Mun.* Nec potest quis post imposi- 33.
tam collectam mutare incolatum in præjudicium collectæ, quia præventus teuetur solvere ABB. *con-* 34.
sil. 100. *n.* 1. *lib. II.* Ut & ligatur statutis & consuetudinibus civitatis in onerosis *l. incola* 29. *ff. ad Municip.* GOZ. *ad cons.* 49. *n.* 13. ALEX. *cons.* 19. *n.* 6. *vol.* 6. MENOCH. *cons.* 672. *n.* 2. *& seq.* ANDR. KNICHEN. *de subl. & reg. terr.* 35.
jur. c. 3. *n.* 158. TILEM. de BENING. *decis. camer. Syntagm. decis.* I. *vol.* I. *n.* 58. *& seq.* Sic vice versa comprehenditur statuto loquente de cive, gaudetque civitatis statuto in favorabilibus JOAN. BAPTIST. SANSEVER. *in l. cunctos n.* 164. *C. de SS. Trin.* 36.
ALEX. *cons.* 20. *n.* 11. *vol.* SOCIN. *cons.* 729. *n.* 3. *& seq. vol.* I. SURD. *cons.* 59. *n.* 6. *&* 7.

Quær. si juxta consuetudinem civitatis observatur & viget communio bonorum & æris alieni inter conjuges, an hac consuetudine etiam gaudeant incolæ Gädemere sive Einliegere? De quo per ea quæ jam ratione frutionis jurium civitatis allata sunt, non obvenit dubium, cum & jura hæc ad suburbanos & qui extra civitatis mœnia habitant non immerito extendantur. *Vid. supr. lib. I. cap.* 7. *n.* 13. *&* 14. Nam si ci-

Eeee eeee 2 vi

38. vitas sumitur pro congregatione sub eodem Imperio & jurisdictione, tunc non tantum quod intra sed etiam quod extra illam est, ea comprehenditur. Atque sic societas civilis communionem legum atque judiciorum requirit, *l. 1. ff. de offic. praef. urb. l. Romae.*
39. *33. ff. ad Municip.* Et incolae cum civibus unam universitatem constituunt *l. mortuo 27. ff. de fidejuss.* Hinc dispositum de cive ratione similitudinis inter eos existentis, locum etiam habere videtur in incola *l. cives 11. C. de appellat. l. incolae 20. ff. ad Municip.* CHASSAN. *consuet. Burgund. rubr. 3. §. 7. verb. Et selon.* 28. Exceptio est nisi statuto vel usu aliud probetur receptum MEV. *part. 3. decis.* 165. *n.* 4.

40. Itaque cives & incolae quoad subjectionem omnino conveniunt nihilque inter se distant: Differunt autem in eo quod omnis incola subditus sit, sed non contra, omnes subditi incolae dicantur, & incolatus non quidem facit civem sed subditum BRUN. *de Homag. concl.* 281. KNIPS. *de privil. civ. Imp. lib. II. cap. 29. n.* 80.
41. Incola quidem instar civis est, plenus autem & verus civis non est *l. 1. ff. ad Municib.* sed domicilium saltem & habitationem acquirit.

Ex quo est, quod Magistratus Municipalis hujusmodi incolis durante eorum incolatu defensionem & protectionem praestare debet, quia inter civitatem & incolam tacite celebratur contractus ultro citroque obligatorius, quo incola obligatur ad munera, civitas ad ipsius tutelam ut *post* BART. *in tract. de repress. in 5. quaest. n. 1.* docet WESEMB. *cons.* 40. *n.* 16. 42.

Quod defensio civis aut incolae a civitate suscipienda sit, ubicunque injuriam patitur aut injuste opprimitur, in specie tradit post BALD. *in consil.* 506. CRAVETT. *cons.* 697. *n.* 7. Ubi scribit quod eadem ratione civem Municipemve suum adjuvare civitas patriaque debeat, qua vasallum dominus tueri debet & vice versa *c. 1. in fin. de form. fidelit.* DECIUS. *consil.* 469. *n.* 4. 43. 44.

Cum in recipiendis incolis tantum selectum habere non soleamus, sicut in assumptione civium moris est, cum & compertum exhibeat experientia, undique ex pagis finitimis, vel ob jurgia vel delicta minora, convolare solere hujusmodi incolas in Municipia, facilemque ab illis iterum parari discessum; Hinc consulunt sibi Municipia suoque student commodo, si pecunia ab illis praestari solita Schutz-Geld / anticipando solvatur, 45. 46.

tur ſæpe etenim vidimus ipſos ſub ſpecie operis manuarii foris præſtandi, inſalutato hoſpite diſceſſiſſe.

47. Quæſtionem iſtam politicam, hic non pertracto, an conveniat civitatibus magnus incolarum numerus, quod ut exitioſum & periculoſum diſſuadent CASUS. *ſphær. civitat. lib. V. cap. 3.* & BODIN. *de republ. lib. IV. cap. 3. in fin.* Ne ſcilicet incrementis opum, potentia civibus pares reddantur, & poſtea ab honoribus ſe prohiberi gravius ferant neve deinceps tributis & oneribus gravati ad vim

48. & arma concurrant. Nam tale periculum Municipiis haud facile imminet ab incolis illis, qui ſaltem operarii manuarii & diurni ſunt Tagelöhner / qui & plerumque operas famulitias ſupplere ſolent, nec tantus eſt ipſorum confluxus, ut intuitu ſeditionis & tumultus, ſiniſtri quid ab iis pertimeatur, quin potius absque horum adjutu opera meſſium & ſimilia, in Municipiis agraris difficul-

49. ter peraguntur. Interim tamen cauſe agit Magiſtratus, non pro factionibus avertendis, ſed pro juſto civium calculo inſtituendo, ut ſemper ſciatur quot in Munic. degant oneribus civibus præſtandis pares, quia hi incolæ tenuioris eſſe ſolent ſubſtantiæ, ut præter vigilias & operas civicas Stadt-Werck / per exiguum adjumenti civitatibus conferant.

Quod de renunciatione juris civitatici *ſupr. cap. 1. hoc lib.* quoad cives dictum, illud & hue quoad incolas coincidit, nam & incolatus eſt cujusque arbitrii, quo quis ſe nuda voluntate ſe obligat vel liberat mutato domicilio *l. 6. C. de inc.* 50.

Hinc & pro libitu incolatui renunciari poteſt, niſi & incola muneribus publicis deſtinatus fuerit, ſuſceptum namque munus qui nondum implevit, is incolatui renunciare non poteſt, *per l. 34. ff. ad Munic. l. non tibi obeſt C. de incol.* PETR. PONCETUS *tract. de civib. Municip. diſtinct. 4. in fin.* 51

Sed an hoc caſu etiam juri detractionis dem Abſchloß incola ſit obnoxius non inutilis quæſtionis eſt. De civibus nullum eſt dubium prout *ſupr. cap. 11.* diſpeximus, qui onus hoc ſubire neceſſe habent, nec & de plane peregrinis & advenis ſcrupulus movetur, qui taliter obnoxii non ſunt, de his enim poſt peracta eorum negotia, aut ſinitam commorationis temporalis cauſam ſupervacua eſt quæſtio. De incolis autem die das Bürger-Recht nicht gewonnen haben hæſitare quis poterit, ut qui pleno & uberiori jure civico gaviſi non ſunt. Interim tamen utut in civium numerum non de- 52. 53. 54.

descripti, à jurisdictione tamen urbana exempti non sunt, quia exemptio à jurisdictione obtenta, vel per rationem officii quod quia sustinuit vel singulare privilegium & personæ conditionem & immunitatem demum liberat à præstatione decimarum des zehnten Pfennings. Decimatio enim est effectus & fructus jurisdictionis COTHM. *resp. Academ.* 19. *n.* 11.

55. Eandem ergo ob rationem incola à jure detractionis sive migrationis immunis non est, cum æque ac civis protectione fruitus sit, in cujus compensationem prædicta præstatio exigitur *supr. dict.*

56. *cap.* 12. *n.* 15. Deinde incola à collectis immunis non est, quia autem per consuetudinem decimæ hæ inductæ & receptæ sunt, ut Senatus loci qui in bonis illis jus collectandi ante habuit, eoque jure per discessum, vel exportationem illarum rerum privatur, ergo detractio hæc etiam in incolis compensationem istam inducit COTHM. *dict. resp.* 19. *n.* 45.

57. Nisi tamen in Municipio contraria consuetudo loci invaluerit, ut incolæ vel anomali cives ab onere hoc sint exempti, tunc consetudo talis attendenda erit, ex illa potissimum ratone, quia jus hoc detractionis à jure communi & libertate naturali est exorbitans, unde strictam sortitur interpretationem COTHM. *alleg. loc. n.* 56. MEV. *p.* 2. *dec.* 160.

Formula juramenti incolatus der Einwohner vel Einlieger Eyd / à juramenti civici tenore Bürger-Eyd discrepat: Atque talis apud nos recepta est. Ihr sollet und schweren zu Gott und auf sein H. Wort / daß ihr die gantze Zeit über / so lange ihr euch innerhalb dieser Stadt aufhaltet / und das Einwohner-Recht zu geniessen haben wollet / dieser Stadt / Burgemeister und Raht zu dero Geboth und Verbot gehorsam und getreu seyn wollet / nicht allein selbst nichts beginnen / tichten / trachten oder zu Werck richten / welches auf einigerley Weise den Landes-Herren oder dieser Stadt zu Gefahr Nachtheil und Schaden gereichen kan &c. Und also gemeiner Stadt Uhrbahr und Beste so viel an euch ist beforderen / dagegen aber alles böses Nachtheil und Gefahr behindern wollet &c. Dafern ihr auch zu Bestebung der Wachten gefordert und zugelassen werdet / sollet ihr dieselbe mit höchsten Fleiß Sorgfältigkeit und Treu verrichten und darinnen / wie dann insgemein so zumahl in keinen Dingen einigen wissentlichen Betrug / oder gefährliche Handlung gebrauchen sondern zu allen euch also beweisen und

und zu dieser Stadt Gehorsam und Getreu erzeigen sollet / wie einen getreuen Einwohner zustehet und gebühret. Da ihr auch von hinnen wiederum abziehen und verweichen werdet / sollet ihr solches regierendem Bürgemeisteren zu wissen zu fügen schuldig seyn ; Alles getreulich &c. So wahr &c.

Caput XXXI.

DE MUNICIPORUM JURE CIRCA FAMULITIUM.

SUMMARIA.

1. *Familiæ bene constitutæ promovent salutem publicam.*
2. *Querela circa famulorum militiam.*
3. *Servus malum domesticum.*
4. *Fures pro servis publicis.*
5. Schalck *idem erat quod minister vel servus.* Schalck *pro callido.*
6. *Servi nostri à serviendo dicti.*
7. Dienst-Botten / Gesinde *mercenarii.*
8. *Valet argumentum à servis ad famulos.*
9. *Quæ actio intercedat inter dominum & famulum.*
10. *Forma hujus synallagmatis.*
11. *Instrumentum famulatus confici non solet.*
12. *Officium domini erga famulos (1.) ut tractentur civiliter.*
13. *Servi hostes domestici.*
14. *Servos corrumpit dominorum sævitia.*
15. *Cibus ne sit sine opere nec opus sine cibo.*
16. *Tyro mechanicus aliis servitiis quam artis suæ occupari non debet.*
17. *Secus si fiat, tenetur dominus ad interesse.*
18. *(2.) Dominus famulo præstare tenetur alimenta.*
19. *In eo præsumptio est pro famulo.*
20. *Alimenta de consuetudine præstanda sunt famulo citra conventionem.*

21.

21. *Operæ artificiales præstantur sumptu edentis.*
22. *Ratio alimentationis famulitiæ usu & consuetudine vel arbitrio judicis determinatur.*
23. *Desuper ordinatio Polit. Imper.*
24. *In contractibus victus nomine non veniunt vestimenta.*
25. *Victus pro cibariis.*
26. *Vestes famulis honoris causa datæ manent domino.*
27. *Qualiter famuli illas teneant.*
28. *Vestes lugubres famuli sibi acquirunt.*
29. *(3) Domini est curare valetudinem famuli.*
30. *Famulus in gravi morbo desertus à domino servire non cogitur. exceptio est tempore contagii.*
31. *Impensæ medicamentorum quatenus famulo præstandæ.*
32. *Famulos in morbo non deserere Christiani est officii.*
33. *Tempus infirmitatis non imputandum famulo.*
34. *Dominus famulum modice corrigere potest. Sævitia dominatus Roman. in servos.*
35. *Sævire cur non liceat in servos.*
36. *Quinam excessus serviles à domino castigandi.*
37. *Incarcerare famulum non licet domino. Nisi.*
38. *Citra causam famulum castigantis pœna.*
39. *Quo animo castigandus famulus.*
40. *Excessus emendationis censetur esse culposus non dolosus.*
41. *Quæ circumstantiæ in excessu emendationis servilis consideranda.*
42. *Dominus quatenus famulo injuriarum teneatur.*
43. *Magistris opificiariis in tyrones major licentia competit.*
44. *Famuli opificiarii* Handwercks-Gesellen *mitius tractandi.*
45. *In dignitate constitutus alterius famulum ob convitia plagis corrigere potest.*
46. *Ratio hujus.*
47. *Verberans hoc casu tenetur de excessu.*
48. *(5.) Merces famulis debita* Lied-Lohn. *Etymon vocis hujus.*
49. *Salarium hoc si pacto non definitum.*
50. *Quando famulis dare salarium necesse non sit.*
51. *Famulo reconducto idem salarium debetur.*
52. *Ex facultatibus domini tenacis in solvenda mercede, famulo nihil licet surripere.*

53.

53. *Ratio ejus perniciosum est propriæ auctoritatis exercitium.*
54. *Famulus surripiens quid in compensationem mercedis qualiter puniendus?*
55. *Tempore nondum elapso, quando integrum famulis debeatur salarium.*
56. *De quo jus Bavaricum & Saxonicum.*
57. *Officium famuli. Ejus fidelitas.*
58. *Intempestivus famuli discessus qualiter puniendus.*
59. *Jus retentionis competit domino in illata bona famuli fugitivi.*
60. *Dispositio juris Saxon. de eo.*
61. *Præsumptio contra famulum aufugientem.*
62. *Si ex fuga famuli domino non obveniat damnum.*
63. *Fugitivus famulus in alienis ædibus inquiri potest.*
64. *Fugitivi famuli pœna. Eexeptio.*
65. *Oordinatio Regia Poruss.*
66 *Famulorum furtum grave crimen.*
67. *Domestici fures gravius puniendi sunt cæteris.*
68. *In Gallia pœna in fures domesticos sevissima.*
69. *Domino competit à famulo reverentia.*
70. *Et obedientia.*
71. *Famulus delinquens extra officium.*
72. *Quod si dominus delicto consentiat.*
73. *In culpa est non prohibens cnm prohibere potest.*
74. *Delictum famuli censetur factum cum domini voluntate.*
75. *Culpa est malos, eligere famulos.*
76. *Damnificatus habet electionem an eo casu contra dominum vel famulum agere velit.*
77. *Pro damno à famulo illato dominus salarium. retinere potest.*
78. *Sed non ad pœnam.*
79. *Quando dominus ob delictum famuli ext ra ordinem uniendus.*
80. *Debitor solvens famulo perfido creditoris quatenus liberatur.*
81. *Famulatus finitur negligentia & inobedientia.*
82. *Finitur famulatus morte, nec transit in ejus hæredes.*
83. *Merces defuncti debetur heredibus pro rata temporis.*
84. *Finitur famulatus ob nimiam domini sævitiam.*
85. *In eo non creditur petulanti famulo nec duro domino.*

86. *Finitur famulatus elocationis tempore elapſo.*
87. *Quatenus reſignatione famulitii opus.*
88. *Tempus quo famulatus incipit & deſinit.*
89. *Non eſt dimittendus famulus ante tempus.*
90. *Quid obtineat in dimiſſione ex præcoci iracundia facta?*
91. *Quid ſi interim conductus ſit famulus ab alio?*
92. *An matrimonium ſit juſta cauſa deſerendi ſervitium.*
93. *Jure Saxon. & moribus noſtris ita ſervatur.*
94. *Probabilis cauſa recedendi ex ſervitio non minuit ſalarium famuli.*
95. *Diſpoſitio juris Lubecenſis ratione famulorum matrimonii.*

1. Salus civium finis & ſuprema lex eſt Magiſtratus Municipalis, quæ obtineri non poteſt, niſi familiæ bene ſint conſtitutæ, quarum curæ etiam famuli & famulæ ſubjecti ſunt, earumque opera utitur pater familias, ut quia non omnibus ſuis negotiis præeſſe poteſt, iſti ejus vicem ſuppleant, & rem familiarem augeant SCHONBORN. *polit. lib. I. cap. 9. in princ.* Hinc Politiæ municipalis tractatio & hujus materiæ elucidationem non reſpuet.

2. Sed & qui curii præſunt easque frequentant, experientia diſcunt, magiſtra, quantæ ſuper famulorum miniſtrorumque domeſticorum contumacia, malitia, petulantia ac perfidia quantum nullum fere ſeculum vidit, audiantur querelæ, ut non pauci cives rem œconomicam potius plane deſerere, quam famulitii inſolentiam & proterviam perferre malint. Præcipue hæ lites, in curiis ſcientur, quando tempora conductionis famulitiæ inſtant, wann die Miete-Zeit des Geſindes heran kömt. Si & olim Ulpianus ſervum vocavit 3.
malum domeſticum *l. un. §. 5. ff. Furt. adverſ. naut. caup. ſtab.* quanto verius hoc de hodiernis noſtris famulis dici poterit. Quo & facit illud VIRGILII.

Quid domini facient, audent ſi talia fures.

Ubi fures pro ſervis accipit, 4.
quia natura famulorum eſt furari *l. 13. §. 1. ff. de act. empt.* & ſervilis ingenii nequitia dicitur *l. penult. C. de libert. eorumque liber.* unde Plotus à communiter conſequentibus bonam hanc conſequentiam dicit: Eſt ſervus ergo fur. *de in lit. jurand. §. 10. n. 14.* quæ moribus noſtris raro fallit.

Hinc & Schalck idem erat olim 5.
quod ſervus & miniſter Gottſchalck/ ſervus Dei ein Schalck in der Küchen id eſt famulus culinaris, ſed quia ſervorum fraudulen-

tia

tia frequens erat, tropice Schalck/ pro callido ſumebatur & ſchalcum dicebatur damnum fraudulenter datum BESOLD. *theſ. pract. in voc.* Schalck.

6. Servos proprie dictos & quota quidem non habemus, utimur famulis liberis hominibus, qui pro certa mercede, noſtris impenſis nobis ſerviunt, inde non à ſervan-
7. da; *cit.* §. 3. *J. de jur. perſon.* Sed à ſerviendo improprie ſervi, rectius autem famuli, *l. fin. de V. S. in 6.* vel mercenari Dienſt-Botten/ Geſinde vocantur, quorum operis etiam Romani ſalva libertate uſi ſunt, ut conſtat *ex l.* 1. §. *familiæ ff. de vi & vi armat. l.* 1. §. 5.
8. *ff. de public. & vectigal.* Interim tamen negari nequit argumentationem à ſervis ad famulos noſtros deſumptam, eſſe frequentem & recte procedere, ita ut ſuo modo ſervorum loco famuli ſucceſſerint. ZAS. *lib. I. ſingul. cap.* 3. *n.* 70. ABB. *in cap. famulis de ſerv. non ordinand.*

9. Conſtitutio hæc inter dominum & famulum fit per locationem conductionem ubi famulus habetur pro locatore operarum ut qui primus ſe offert contractui, dominus autem conductor eſt, qui definita mercede in operis præſtandis placitum offerentis ſuſcipit CUJAC. *lib. H. obſ.* 18. BOCER. *p.* 1. *claſſ.* 2. *diſp.* 4. *th.* 5. *&* 6.

Forma & modus hujus ſynallagmatis inter dominum & fa- 10.
mulum ſuper mercede & ſervitiorum preſtatione, conſiſtit ut plurimum in manus dextræ porrectione, & hoc indubitatæ fiidei ſigno perficitur. Hinc de ſubſtan- 11.
tia hujus contractus non eſt, ut inſtrumentum famulatus, conficiatur & ſcriptura confecta non ſolennitatis ſed facilioris probationis cauſa fit, niſi ſuper ſervitii modo, & mercedis quantitate confici placeat, ubi ante ſcriptum & in mundum redactum famulatus inſtrumentum contractus perfectus non eſt *arg. l. fin. de injus. voc. l. qui pignori ff. de pignor.* STAMM. *de ſervit. perſon. lib. II. cap.* 1. *n.* 18.

Hiſce jam patet ex officio domini eſſe, (1.) Ut famulum 12.
non ſerviliter, id eſt modo ſervili antiquo auff ſchlaviſch / ſed bene & civiliter tractet, cum & ethnici de ſervis & mancipiis ſuis humaniter ſenſerint, unde SENEC. ſervi ſunt, imo humiles amici *Epiſt.* 47.

Dicterium quidem vetus: eſt 13.
Domi nullus major inimicus & pejor ſervo, & juxta illud EURIPID. Totidem domi hoſtes habemus quot ſervos, cui reſpon-

det AGRIPPA. illos hostes non tam habemus quam facimus *de vanit. cap. de œconom.*

Evincit & experientia, ministe-
14. rium famulorum corrumpi dominorum duritie, servos fideles, liberalitas facit ait PLAUT. *in Au-*
15. *lice.* Sed ut cibus sine opere servum facit porcum, sic opus sine cibo asinum, sed castigatio sine utroque canem. CAS. *in Sphar.*
16. *civit.* Civilis hæc tractatio infert, ut Magister opificiarius tyronem seu artis mechanicæ famulum suum occupare non debeat aliis servitiis præterquam illis quæ similes discentes facere so-
17. lent DIEZ. de MENA. *pract. q.* 8. *n.* 13. alias famulus vel ipse vel alius ejus nomine potest agere adversus dominum, pro recuperatione ejus quod pro tyrocinio solutum, item pro damno dato & interesse *cit. auct. ibid. n.* 14. §. 2.

18. (2.) Dominus famulo præstare tenetur alimenta seu victum, quia nemo vivere de vento *l. fin. C. de alim. pupill. præstand.* vel operari velle propriis sumptibus præ-
19. sumitur *l. pen. ff. de libert.* Quæ præsumptio maxime pro iis famulis militat, qui ob indigentiam aliis servire coguntur, ubivis enim nisi aliud conventum fuerit, victus præstatio ei incumbit, cui præstantur operæ *l.* 18. §. 2. *ff. commod.* MAUL. *de homag. tit.* 4. *n.* 21. SURD. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 51. Et sic universali Germaniæ obser- 20.
vari consuetudine, ut famulis mercenariis alimenta citra conventionem debeantur asserit MEV. *ad jus Lub. lib.* III. *tit.* 8. *art.* 5. *n.* 24. In contrarium quidam du- 21.
cuntur *text. l.* 18. *ff. de oper. libert.* Sed & loquitur ibi JCtus de operis artificialibus non obsequialibus vel ministerialibus, de quibus hic sermo est: Illæ enim regulariter sumptu edentis, hæ scil. obsequiales victu domini præstantur. ZAS. *singul. intell. lib.* I. *cap.* 3. *n.* 51.

Quæ autem alimentationis ra- 22.
tio circa famulos iniri debeat de qua varia sæpe incidunt incommoda, judicio & arbitrio judicis relinquitur atque si non ex pacto saltem ex usu & consuetudine loci, victus ratio deciditur facit *Ordinat. polit. de anno* 1575. *tit.* 25. §. 1. Es sol auch eine je- 23.
de Obrigkeit / so viel die Dienst-Botten Handwercker und Tage-Löhner betrifft / in ihren Gebiethen eine Satzung aufrichten / wie dieselbe nach eines jeden Landes-Gelegenheit ihren Unterthanen / gemeinen Nutz in Essen und Trincken / &c. ansehen wird / damit sie ihres Gefallens nicht aus den Dienst und Arbeit treten.

Victus nomine autem non ve- 24
niunt

veniunt vestimenta, quia hic in materia contractus versamur secus in legatis *l. 43. & seq. & l. 234. §. fin. ff. de verb sign. l. 6. ff. de alim. & cibar. legat.*
25 Hic victus pro cibariis sumitur, nec famulo vestitus aliter debetur, nisi pacto desuper sibi prospexerit, vel eo cessante loci consuetudo id tulerit SURD. *de alim. tit.* 4. *quaest.* 33. *n.* 33. STAMM. *de servit. person lib. II. cap.* 1. *n.* 7.

26. Hinc vestes famulis datae à dominis proprii honoris causa ut a certum tempus ordinatiores in publicum procedant, domino manent. CAROC. *de loc. cond. p.* I. *q.* 33. *n.* 10. JOHAN. de IMOLA. *in l. pen. §. servis uxoris. ff. sol matrim.*
27. Quas vestes famuli habere solent non proprietate sed gestant eas tanqnam asinus sellam BONACOSS. *de famul. quaest.* 79. LYMN. *de jur. publ. lit.* 8. *cap.* 10. *n.* 19. easque dominus ad se recipere potest GRAMM. *decis.* 3. *n.* 10.
28. Exceptio est in vestibus lugubribus, quae à nobilibus, vel etiam honoratioribus civibus dantur famulis majoris splendoris causa, quas sibi acquirunt *arg. l. si quis §. sumpt. L. aequum. ff. de rel. & sumpt. fun.* STAN. *cit. loc. n.* 7. *in fin.*

29. (. 3.) Incumbit domino ut valetudinem famuli sui curet, nec eum in morbo deserat, quo casu ipsi adhuc integrum debetur salarium, idque ex aequitate. SEBAST. MEDIC. *de casib. fort p.* 2. *quaest.* 6. *n.* 16. CAEVAL. *quaest.* 288. Ita ut in 30.
gravi morbo à domino suo desertus post convalescentiam cogi non possit, ut iterum serviat *l. serv.* 24. *ff. qui sin. manumis. ad libert. per.* Si tamen morbo corripiatur contagioso, unde totius domus infectio sequi possit, sine injuria ex domo & servitio dimitttitur.

Unde quaeritur an dominus 31.
medicamenta famulo qui infirmatur, suis expensis praestare cogatur? Et solet distingui inter expensas magnas & modicas, ut ad has teneatur dominus non ad illas quia & servo modica valetudinis impendia competunt *l.* 45. *ff. de usufr. l.* 30. *§.* 1. *ff. de aedil. ed. l.* 12. *ff. de impens. in res dot. fact.* quam extensionem ad famulos nostros recte fieri statuit CAROC. *d. tract. p.* I. *quaest.* 33. *n.* 37. Christiani 32.
etiam officii est aegroti famuli, maxime egeni, qui de suo haec impendia solvere nequit, curam suscipere, tum ob promissiones Divinas *psalm.* 41. *in princip.* quam quod ii postea sanitati restituti majori sedulitate officia sua obeant. STAM. *cit. tract. & loc. n.* 8.

Unde sequitur quod nec du- 33.
rante infirmitate, per substitutum servire, nec per tale tempus quo

impeditus est, sequenti tempore operas supplere cogatur BONACOS. *d. tr. quæst.* 103. *n.* 2. *& seq.*

34 Obligatio qua famulus domino suo tenetur, etiam includit ut hic illum castigare, & corrigere modice saltem possit. Antiquo jure Romano non tantum sæve servi tractabantur BRISON. *lib. II. antiq. Rom. cap.* 9. Sed & dominis in hos jus vitæ & necis competebat *l.* 1. *ff. de his qui sunt. sui vel al. jur.* qui inhumanus dominatus merito hodie correctus est. Nam

35. servi sunt inferiores Dominis fortuna, natura autem pares, ideo non oportet dominos, potestate sua in servos proterve abuti, nec inde materiam sumere superbiæ & insolentiæ & diræ veritati PHILO *ad Deuter.* 15. *n.* 17. *& seq.*

36. Et hæc coercitio restringi debet ad excessus in officio commissos, in quos quatenus leviores sunt, dominus etsi mere privatus inquirit, & delinquentem punit; Excessuum autem majorum qui ad criminalia refereruntur, cognitio & ultio, ad merum Imperium pertinet BARTHOL. *in rubr. ff. de suis qui sunt sui vel alien. n.* 3. *l.* 6. §. *fin. ff ad syllan.* Hinc nec

37. incarcerare famulum licet, nisi pro custodia, nam delictum quod ultra verbera quid meretur, supra

38. punitionem domini est. Fieri & debet castigatio hæc ex justa causa, nam qui citra causam famulum suum corrigit, eidem resistendi viam aperit *arg. l.* 29. §. *pen. ad L. Aquil.* CHASSAN. *consuet. Burgund. rubr. l.* §. 7. *verb. simplicis resistentia* & dominatu se indignum reddit STAM. *d. tr. de serv. pers. lib.* II. *cap.* 4. *n.* 16. Tunc & 39.
cum mansuetudine, animo potius corrigendi & informandi quam sæviendi fieri debet *l. un. C. emend. serv.* SEBAST. MED. *d. tract. p.* 4. *quæst.* 21. *n.* 31. LUC. de PENNA *in l.* 13. *C. de re milit. nam:*

Qui nimis emungit, solet extorquere cruorem,
Et violenta facit correctio deteriorem,
Sed moderata satis correctio gignit amorem.

Atque excessus emendationis si 40.
crudelis est, per judicem tanquam culposus punitur ALEX. *lib.* III. *consil.* 75. MENOCH. *arbitr. quæst. cas.* 364.

Non autem ut dolosus tenetur, quia corrigendi non injuriandi animus in domino præsumitur, sicut si eo tempore, quo magister discipulum in arte sua instruit, & percutit hoc absque injuriandi intentione factum censetur *l. si quæritur.* §. *item Julianus ff. locat.* BART. *consil.* 104. *per tot.* Consi- 41.
deranda tamen qualitas personæ, per-

percussionis modus & genus instrumenti, quo verbera sunt illata. *l. un. C. de emend. serv.* ubi Imper. ait: Quod dominus homicidii reus fit, si servum voluntate ictu fustis, aut lapidis occiderit, vel ei vulnus lethale inflixerit CÆPOL. *consil. crimin.* 33. *vers. secunda etiam*

42. Ob contumeliam famulo inique illatam dominus actione injuriarum quidem conveniri potest, pro domino autem stat, præsumptio animum injurandi abfuisse. MEV *ad Jus Lub.* III. *tit.* 8. *art.* 10.

43. Majori ratione adhuc nititur licentia, quam sibi attribuunt magistri opificiarii ratione famulorum, puerorum die Lehr-Jungen ut in quos non saltem artis discendæ, sed morum emendandorum causa, jus corrigendi competit *l.* 5. §. *fin. ad L. Aquil. l.* 15.

44. §. 38. *ff. de injur.* At eos qui in artificio didicio jam sunt instructi, die Handwercks-Gesellen / aliis modis potius, ut amotione ex sevitio, vel ut pro more cujuscunque opificii receptum est, quam verberibus plectere decet, ne validiores famuli plagas ipsi dominis & magistris retribuant. STAM. *d. tr. lib.* II. *cap* 4. *n.* 10.

45. Occasione hac quæritur, an nobilis vel alius in dignitate constitutus possit alterius famulum ob convitium sibi illatum impune plagis corripere? Quidam negant OBRECH. *de necess. defens. cap.* 2. *n.* 8. *& cap.* 9. *n.* 7. quia contumeliæ verbis non verberibus propulsandæ. *l.* 3. §. 9. *de vi & vi armata.* MASCARD. *concl.* 1131. *n.* 32. Rectius autem alii affirmant BONACOSS. *d. tract. quæstio* 137. BOLOGNETUS *ad l. ut vim n.* 93. *ff. de just. & jur.* Viro

46. gravi enim ignominiosum est & contemptibile, cum obscuræ conditionis conviciatore contendere. Tum ob disparitatem personæ, par contumelia verbis referri non potest, eo facit *l. quæ omnia* 25. *ff. de procurat.* STAMM. *cit. loc. & cap. n.* 21. Tenebitur autem ver- 47.

berans de excessu, si is hoc casu servum atrocius quam decuit verberaverit. BERLICH. *p.* 5. *concl.* 64. *n.* 30.

(5.) Dominus obligatus est 48.

mercedem famulo quæ German. vocatur Lied-Lohn / desumptum à Lied *Membrum*, quod opere manuum merentur famuli. Alii hoc derivatum volunt ab antiquo Germ. *lidis* id est Leuten oder Knechten quasi Leute-vel Knechte-Lohn / ZEIL. *Epist. German.* 48. *cent.* 4. Hoc salarium si pacto de- 49.

finitum non est, constitui debet quatenus consuetudo civitatis communiter fert, cæteroquin illius determinatio relinquitur arbitrio judi-

dicis Bonacoss. *d. tract. quæst.* 79.
Menoch. *arbitr. cas.* 575. Salarium
hoc ipsis non datur, si acciden-
tia gratis famulantur Stamm. *d.*
tract. lib. II. cap. 8. *n.* 4.

Si quis autem famulum condu-
51. xerit in annum certa mercede &
finito anno eundem non facta ali-
qua salarii mentione reconduxerit,
in eandem quam præcedenti anno
habuit mercedem, reconductus
censetur *per l. qui ad certum* 14.
ff. locat. quia officialis casus &
postea reassumptus iisdem pactis
quibus postea reassnmptus videtur,
ut ait Bald. *in l. cum qui in fin. C de*
jur. dot. Rol. á Vall. *de lucro*
52. *dot. quæst.* 75. *n.* 4.

Quær. si dominus tenax & dif-
ficilis est in salarii solutione, an
famulo liceat quantum sibi debe-
tur, impune ipsi surripere ? Et
negatur ejusmodi enim vindicatio
culpa & pœna non caret, cum
certi saltem sint casus, in quibus
hoc licitum est, *tot. tit. C. quand.*
53. *lic. unic. sine jud. auct. se vind,*

Nam nemo sibi in sua causa
jus dicat, sed quod sibi deberi
putat, coram judice competente
poscere debet. *l. quod ex stat. ff.*
quod met. l. pen. & ult. ff. ad. L.
Jul. de vi priv. ex ratione *in l.* 137.
ff. de R. J. Si quis creditorem
suum propria auctoritate pipnora-
re non valet. Bec. *de jur. sist.*
cap. 27. *n.* 3. Cur permissum fo-
ret famulo delinquendi ac in bo-
nis domini sui grassandi, licen-
tiam concedere ? Cum malitiis in
dulgendum non sit. *l.* 38. *ff. R. V.*
Ergo famulus qui hero suo quan- 5
tum pro mercede sibi debeatur,
subtraxit extra ordinem puniendus
est Alex. *vol.* 1. *consil.* 135. Cæp.
cons. crim. 26. *per tot.* quorum opi-
nionem commnnem testatur *Covar.*
variar. resol. lib. I. cap. 3. *n.* 15. *v.*
Quarto eodem Berlich. *part.* 5.
coucl. 44. *n.* 49. *& concl.* 54.
n. 10.

Salarium itegrum debetur fa- 55
mulis, licet tempus servitii clap-
sum non sit, modo ex parte domi-
ni stet, quo minus operas pro-
missas præstet, famulans, ut si ob ni-
miam heri sævitiam in famu-
litio persistere non potest, cum
sufficiat, puod sua culpa in operis
suis non cesset *l.* 36. *ff. locat. l.* 3.
C. de nautic. foen. Minsing. *de-*
cad. 14. *resp.* 9. *per tot.* Quo fa-
cit statutum Bavariæ Bayrisch 5
Land-Recht *lib.* 43. *art.* 2. *Et*
jur. Saxon. Land-Recht *lib. II.*
art. 32. Daß der Herr seinen
Knecht den er ohne redliche Ursa-
sache vertrieben/ vollen Lohn ge-
ben sol.

Officium famuli has duas sal- 5
tem qualitates desiderat. (1.) Ut
sit fidelis (2.) In justis & licitis
obediens. Fidelitatis intuitu fa-
mu-

mulus exemplo servi & liberti honorem & bona domini sui defen-
58. dere tenetur. Hinc si sine causa & ante tempus dominum suum deserit, ipsi nonsolum non debetur merces futuri temporis, sed neque etiam præteriti, si dominus ex intempestivo illo discessu damnum patitur, illud resarcire famulo incumbit, usque ad qnantitatem sa-
59. lari. Ut etiam refundenda damna data & lucra cessantia *l. hac lege in fin. ff. si quadr. pauper.* & licet bona famuli in domum domini illata, isti pro fide ejus tacite obligata non sint. MENOCH. *de adipisc. remed. 3. n. 145.* retentionis jure tamen in iis utitur, donec sibi satisfiat COLER. *de procels.*
60. *execut. p. 2. cap. 2. n. 214.* Jur Saxon. Land = Recht *lib. II. art. 32.* dispositum. Entgehet aber der Knecht seinen Herren von Muhtwill aus seinen Diensten / sol er dem Herren also viel geben / als ihn der Herr Lohns gelobet hat / und was ihn vergolten ist / sol er zweyfach wieder geben.
61. Ubi notandum quod cum famulus aufugit, & res domini sint amissæ ille eas subtraxisse censeatur MEV. *ad jus Lubec. lib. III.*
62. *tit. 8. art. 9. n 12.* Si autem ex fuga famuli non obveniat damnum, ex æquitate famulo prorata temporis salarium solvi debet *cit.* DIFZ. *de* MENA. *pract. quæst. 8. n. 19. §. 2.*

Exulcerata hac ætate, ubi fa- 63.
mulitium contumacia exuberat, majori merito severitate in officio illi continendi sunt. Hinc Magistratus non saltem domino copiam dabit, fugitivum famulum in ædibus alienis inquirendi *l. 2. C. de serv. fugit. ibique* SICHARD. *n. 1.* Sed etiam malitiose fugitivos, ul- 64.
tra amissionem mercedis, in exemplum carceri puniendos mancipat. Ubi & arbitrariam pœnam non evitabunt qui non sine noxa fugitivos hos receptant. SICHARD. *ad l. 4. n. 1. & seq. d. tit. 6.* nisi nimia dominorum sævitia ipsos justa misericordia inculpabiles reddat GAIL. *de arrest. imp. cap. 8. n. 15. & 16.*

Exstat apud nos Edictum Re- 65.
gium de anno 1708. quo continetur: Nachdem bey Sr. Königl. Majest. in Preussen / unseren Allergnäd. Herrn eine geraume Zeit hero wegen des Gesindes und dero Dienst = Botten Ubermuht / Widersetzlichkeit und Muhtwillen / allerhand Klagten einkommen / und absonderlich daß dieselbe ohne die geringste erhebliche Ursache / aus ihren Diensten treten und sich theils in Schlupp = Winckelen aufhalten /

theils zu anderen in Dienste begeben / und dadurch in ihren Muhtwill gestärcket werden / also wollen Sr. Königl. Majest. das jenige und was deßhalb wider dergleichen entlauffenes Gesinde hiebevor und besonders vom 29. Sept. 1696. verordnet / hiedurch nicht allein wiederhohlet und erneuret sondern auch männiglichen untersagt und verbotten haben keinen Domestiquen in Diensten zu nehmen / er habe dann von den Herren oder Frauen / woselbsten er vorher gedienet / einen Abscheidt und schrifftliches Zeugnüß seines Wohl-Verhaltens produciret bey 50 Rthlr. Straff zum ersten mahl / und 100 Ducaten so offt nachgehends wider diese Verordnung gehandelt wird &c.

Ante omnia etiam fidelitas à famulis requisita hoc exigit, ut famulus à furto puras habeat manus quale gravius puniri vult Harpr. *ad* §. *hi qui 12. n.* 10. *J. de oblig. quæ ex delict. nasc.* & quidem ex ratione sat adæquata, quia eorum fidei res dominorum specialiter creditæ sunt, atque ejusmodi furtum proditionis speciem sapit, nec pestis capitalior est, sive major ad nocendum, quam familiaris inimicus *Can. 2. dist.* 93. Et clandestinis ac domesticis fraudibus facile quidvis committi, nec quis quam fures domesticos effugere poterit, nisi eos pœna severior à tanto facinore retrahat Petr. Greg. *synt. jur. lib. XXXVII. cap.* 12. *n.* 3. Hinc in Gallia est 68.
usitatum, ut famulus pro furto in domini sui bonis commisso, licet primum nec magnum fuerit, suspendatur Boer. *decis.* 316. *n.* 6. Chassan. *consuet. Burgund. tit. des justices rubr.* 1. §. 5. *n.* 37.

Obedientiæ intuitu famulus tenetur dominum suum revereri & 69.
tanquam patrem diligere, nam famulo æque ac liberto persona sui domini semper debet esse sancta & honesta *l. liberto ff. de obs. parent. & patron. præstand.* Deinde domino debet dicto obediens esse cæ- 70.
teroquin ante finitum locati conducti tempus expelli & pro tempore, futuro salario privari potest Petr. *de Ubald. de duob. fratrib. p.* 11. *quæst.* 9.

Ratione delicti à famulo com- 71.
missi faciendum, quod si extra officium à domino commissum peccet, dominus ex ipsius delicto non teneatur, quin imo nec dominus delicti scientiam habuisse præsumatur Clar. *pract. crim. lib. V.* §. *fin. quæst.* 86. *n.* 2. Petr. de Ferrar. *practic. tit.* 52. *gl.* 24. *n.* 4. culpa enim suos tenere debet auctores *l. electio* §. *fin. ff. de noxal. act.* Si autem dominus consen- 72.
sum

sum delicto largitus, in arbitrio damnificati est, num contra famulum vel dominum agere velit GOMEZ. *variar. resolut. tom. 3. c. 3. n. 8.*
73. Tenetur quoque dominus si cum prohibere & præcavere potuit non fecit, nam culpæ reus est, qui cum potest, & ratione officii debet, manifesto facinori obviari desinit *C. qui potest 33. quæ 3.* Et culpam facientis procul dubio habebet, qui quod potest corrigere, emendare negligit *C. facientis dist. 86. l. 2. d. 4. §. 6. vers. plane ff. de damn. infect.*

74. Si vero servus in officio suo delinquit, de domini sui voluntate deliquisse censetur & hinc dominus pro famulo, circa suum officium delinquente tenetur, cujus rationem dat ULPIAN. *in l. 3. ff.*
75. *de publican.* quia domini bonos servos ad suum ministerium eligere debent *l. 7. §. 4. ff. Naut. caup. stabul.* & mala famulorum electio culpæ & negligentiæ adscribitur. *d. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil.*

76. Quo casu pariter in arbitrio damnificatis est an contra famulum an contra dominnm ipsum agere velit. MASC. *conclus 893. n. 7.* STAMM. *de serv. person. lib. II. cap. 15 n. 31.* BONACOSS. *d. tract. quæst. 119.* GAIL. *2. obs. 21. n. 6.*
77. Interim domini permissum est, salarium pro modo damni illati retinere damnumque quod à famulis commissum, ab iis repetere possunt, *l. igitur 12. §. ult. ff. de liberal. caus. l. 5. § 4. ff. de his qui deject. & effus.* ZAS. *in l. Ex Maleficio 4. n. 12. ff. de O. & A.*
Non autem hoc passu aliter tenetur dominus, quam ad solius damni reparationem, non ad pœnam 78.
ultra emendationem hanc infligendam, nisi negligentia domini sit magna, affectata & prope dolum, uti si delictum famuli prohibere potuerit, sed noluerit, vel si sciat famulum perversæ notæ & conditionis talia committere solere, ABB. *in cap. ea quæ n. 1. x. de offic. archid.* SBAST. MEDIC. *de cas. fort. p. 1. quæst. 9. n. 6.* Quo casu 79.
dominus extra ordinem puniendus arbitrio judicis. *C. quia verisimile x. de præsumpt.* MENOCH. *arbitr. quæst. cas. 345. n. 13. l. 7. §. fin. ff. de susp. Aut.*

Fluit ex prædictis, decisio, quod 80.
debitor qui solvit famulo creditoris pecunia deperdita vel furto ablata, nihilominus liberetur, puta si famulus talis fuerit, de quo alias creditor confidere in ejusmodi consueverat BOCR. *decis. 282.* BONACOSS. *d. tract. de serv. q. 159.* eo facit *l. 20. ff. commodat.*

Quibus modis famulatus finiatur adhuc dispiciendum. De ne- 81.
gligentia, malitia & inobedientia

 fa-

famuli quod idcirco à domino expelli possit ex Superioribus jam
82. constat. Insuper finitur morte, & obligatio serviendi, in hæredes non transit ob electam personæ industriam, propter quam officium commissum alii demandari nequit.
83. C. fin. x. de off. deleg. Merces autem, defuncti hæredibus debetur pro rata temporis, quo fuit in servitio CAPIC. decis. 27. n. 21. RAUCHBAR. p. 1. quæst. 21. n. 18.
84 Item finitur ob nimiam domini sævitiam. STAMM. d. tract. lib. II. c. ffin. n. 1. & seq. Cujus species est, cum non porrigitur victus necessarius. Wann der Herr seinem
85. Gesinde die Nohtdurfft am Essen und Trincken nicht darreichet / ubi tamen non statim petulanti & delicato famulo creditur, nec durus dominus audiendus, sed auctore prætore dijudicandum, quid pro victu ad operas exhibendas satis sit, si enim hoc impositum, & postea negatum, famulus liber declarandus a servitio MEV. cit. tract. lib. III. tit. 8. art. 5. n. 37. Fini-
86. tur & locationis tempore elapso & famulans operas suas priori domino suo relocare non tenetur l. sicut C. de oblig. & act. Quia coactio illa servitutis quandam speciem sapit. l. 4. & 10. ff. de obseq.
87. par. & patr. præst. Ubi quæritur an resignatione famulitii opus sit. Daß einer zur rechter Zeit seinen Herren die Loßkündigung thun oder auffsagen müsse? Disting. MEV. Statuens ea opus esse, si indefinite locantur operæ, secus vero ait si servitio præstitum est certum tempus, ut ad annum vel semestre spatium, secundum cujusque civitatis consuetudinem, ubi tempus pro homine resignat. p. 2. decis. ult.

Hic loci constitutum est tem- 88.
pus Festi S. Petri & Michaelis, quo regulariter famulatus incipere & desinere solet. Die Zeit wo die Dienst-Boten zugehen uti dicitur, nisi pacto aliud conventum fuerit.

89. Quær. an dominis permissum sit, ante tempus famulos dimittere? Quod neg. quia contra conventionis legem est, & qui servum invitum dimittit, ante tempus, sine causa & culpa integram mercedem nihilominus præstare tenetur. BONACOSS. cit. tract. quæst. 109. n. 1. COLER. decis. 101. n. 11. part. 1. Nam qui cum servire vellet & non potuit is excusandus
l. 15. ff. de oper. libert. Si & dimis- 90.
sio hæc fiat ex iracundia præcoci cui ansam dedit excessus & petulantia famuli wann ihm der Herr die Thür weiset / an hoc prætextu statim obligatio ministrantis exspirat? Et liberatus ideo non est, nisi

nisi sedata ira dominus ad secundam dimissionem perveniat, nam sæpe ex calore iracundiæ fiunt, quæ pœnitentiam habent comitem. PECKIUS *in cap. Quod quis 24. n. fin. de R. I. in 6.* quæ si in con-
91. tinenri vel intra breve tempus incidat, nihilominus famulus serviet, quod si non faciat non lucrabitur salarium *cit.* DIETZ de MENA *pract. quæst. 8. n. 21.* Nisi ante revocationem res amplius non sit integra, sed interim famulus expulsus sit conductus ab alio, tunc enim non tenetur redire debetque ei solvi præteriti temporis merces seu deservitum *Id ibid.*
92. Quæritur denique an matrimonium famuli vel ancillæ sit justa causa deserendi servitium? Quod quidem de jure civili non videtur quo matrimonium non liberat à contractu locationis, juxta illud:
93. Wer freyen wil muß erst ausdienen. Sed jure Saxon. Land-Recht. *lib. III. art. 33.* cui mores nostri conveniunt, ob favorem matrimonii, ad quod promoveri multos præstat quam impediri *l. 1. ff. solut. matrim.* Secus, atque dominis licitum non est, eos servitiorum causa à nuptiis abstrahere, nec denegare mercedem præteriti temporis pro rata qua servierunt; Cum & alias famulus qui promi-
serat servire per certum temporis 94.
spacium, ex causa probabili recedens, mercedem præteriti temporis petere non prohibeatur JASON. *in l. diem functo n. 46. ff. de off. assess.* MEV. *ad jus Lub. lib. I. tit. 4.*
art. 5. Ubi habet statutum: Da 95.
sich ein Dienst-Botte in seinen währenden Dienste mit einen ehelich versprechen würde / so stehet es ihm frey / aus seines Herrn Dienste zu gehen / und empfähet seinen Lohn nach Wochen-Zahl / die er bedienet / hat er zuvor etwas zu viel von seinen Lohne aufgehoben / das mus er zurück geben.

Caput XXXII.

DE MUNICIPIORUM JURE PURGANDI MUNICIPIUM à MALIS ET INUTILIBUS HOMINIBUS.

SUMMARIA.

1. *Jus purgandi* aus der Stadt verweisen *Municipiis competit.*

2. *Mendici validi ejici debent.*
3. *Ut pauperibus veris, qui vivæ Dei imagines, eo rectius consulatur.*
4. *Non plane eliminandi sunt mendici.*
5. *Pauperes sunt imago Christi.*
6. *Non homini sed humanitati dandum.*
7. *Inopes quæque civitas alat suos.*
8. *Qui mendicantes eliminandi è Municipiis.*
9. *Quinam pauperes in Municipiis subveniendi.*
10. *Validi mendicantes qui?*
11, 13. *Notabilis historia de valido mendicante.*
12. *De validis mendicantibus constitutio Justineanea.*
14. *Mendicantes vitia corporis mentientes.*
15. *Mendicantes liberos suos debilitantes.*
16. *Mendicantes publicam calamitatem mentientes, eorumque pœna.*
17. *Mendicantes ignavi sunt instar fucorum.*
18. *Leges & constitutiones Imperii de mendicis validis.*
19. *Ordinat. Polit. Archi Diec. Coloniensis de validis mendicantibus.*
20. *Constitutio de his antiqua Caroli Magni.*
21. *De his antiqua LL. Francorum.*
22. *In qua civitate multi mendici, in illa multi fures & scelerum artifices, mendici infinitorum malorum authores.*
23. *Mendicantibus validis panis dari & quasi pro absonio pugnus impingi debet.*
24. *Qui validis dat mendicantibus incitat ad probrosam vitam.*
25. *Validi mendicantes ad stivam relegandi.*
26. *Eleemosinam dans non debet facere syllogismum.*
27. *Sine Magistratus permissione mendicis ostiatim stipem colligere non licet.*
28. *Præfectus mendicantium* Bettel-Vogt.
29. *Scorta è civitate pulsanda.*
30. *Quæ dicantur scorta publica.*
31. *Meretrix quæ propre dicatur.*
32. *Meretrices populis concedendas esse male à quibusdam docetur.*
33. *Vestes meretricum distinctæ esse debent è veste pudicarum.*
34. *Expellendi è Municipiis lenones.*
35 *Pœna lenocinii.*

36. *Pœna ejus exasperatio.*
37. *Mulier amore alicujus capta si cuipiam copiam sui faciat infamis non est, uti illa quæ corpore suo quæstum facit.*
38. *Leve est multitudinis testimonium.*
39. Kuplerinnen.
40. *Copulatrices illæ si scabie Gallica infectam obtrudant; an parti deceptæ teneantur.*
41. Land-oder Spitz-Buben Nachweiser / Seegen-Sprecher / Zeichen-Deuter / Beschwehrer.
42. *Ægritudines curantes mediis diabolicis & superstiticiosis.*
43. *Chirurgi præstigiosi* Wund-Segner.
44. *Jure civili quid de talibus statutum.*
45. *Malum malo non curandum nec servando corpus anima occidenda.*
46. *Quæ pœna istis pravis hominibus infligenda distinguendo.*
47. *Superstitionis Magicæ origo.*
48. *Dæmones apud Gentiles qui?*
49. *Magorum de Dæmonum ope jactantia.*
50. *Saniorum Philosophorum Gentilium opinio de incantationibus.*
51. *Quatenus abominandæ artes ex Gentilissimo in Judaissimum proserpserint.*
52. *Cur Deus de evitandis incantationibus populo suo tam sæveras leges emulgaverit.*
53. *An incantatores Veteris Testamenti etiam pactum cum diabolo pepigerint.*
54. *Imputatio pacti cum diabolo originem debet veteribus Philosophis.*
55. *Deinde figmento Poetarum eorumque evocationibus.*
56. *Veteres Christiani cur veneficia & incantationes diabolo tribuerint.*
57. *Multi horum criminosorum curandi potius quam puniendi.*
58. *Necessaria est circa incantationum historias, congregatio de propaganda incredulitate.*
59. *Sæpe nugæ in seria ducunt mala*
60. *Pactum cum diabolo licet quis non pangat, pepigisse tamen si putet, execrandum committit crimen,*
61. *Prava intentio & affectus paciscendi cum cacadæmone sunt punibiles.*
62. *Qui acingit se operi, ut ad montem Bructerorum evolet, licet nihil agat tamen puniendus.*
63. *Dispositio cordis ad multa execranda committenda impunis non erit.*

64.

64. *Otium seminarium malorum, noverca virtutum,*
65. *Inutilia qui agit nihil agit.*
66. *Coroti osi hominis est instar Molendini.*
67. *Exercitio vita humana cum splendore conteritur.*
68. *Magistratus bene agit ignavia civitatum onera si ad labores cogat vel expellat.*
69. *Lex Ægyptiorum.*
70. Solonis.
71. *Draconis, Sardiorum, & Archivorum in otiosos lata.*
72. *Negotium secunda redix republ. Exempl. F. Cresini.*
73. *Chinensium laudibilis Politia pro occupandis otiosis.*
74. *Judai in civitate non tolerandi.*
75. *Ob quas rationes.*
76. *Praceptum de non occidendo Judai restringunt ad Judaorum homicidia.*
77. *Periculum & scandulum Christianorum cum cohabitatione Judaornm.*
78. *Dictum D. Lutheri de Judaorum in Cristianos hostili animo.*
79. *In consortium* Christianorum *non admittendi* Judai.
80. *Felix est Respublica in qua non est Abraham, Nimrod & Naaman.*
81. *Dictum Christophori Ducis Wirtenbergensis ad Judais.*
82. *In Ducatu Wirtenbergico non tollerautur Judai nec eorum commercia cum Christianis.*
83. *In Hispania certum tempus* Judais *constitutum intra quod vel discedere vel Christianam Religionem amplecti tenentur.*
84. *Ejectio* Judaorum *è Gallis, ejusque causa.*
85. *Pœna iis inflicta à Ferdinando Hispania Rege & Imperatore Carolo IV.*
86. *Judaorum ejectio è Brabantia.*
87. *Enormissimum* Judaorum *peccatum quod fuerit.*
88. *Cur non exstirpandi judai.*
89. 90. *Judai in civitatibus dispersi confirmant veritatem Historia S.*
91. *Vaticinium Christi de* Judaorum *generatione non peritura.*
92. Judaorum *confluxus ad Barbaros horum adauget potentiam.*
93. *Dictum Turcarum cujusdam Imperatoris de expulsione* Judaorum *à Christianis facta.*

94. *In quantum recipiendi & tolerandi Judæi.*
95. *Quomodo illa quæ de pellendis Judæis dicta in Municipiis accipienda.*
96. *Judæos recipere est regale.*
97. *Quatenus etiam à Magistratu Municipali possint tolerari Judæi ad tempus.*
98. *Aliud est recipere aliud tolerare Judæos.*
99. *Præjudicium contra Fiscum hoc casu.*
100. *An habens jurisdictionem inferiorem possit recipere Judæos?*
101. *Mindensis civitas hoc jus sibi asseruit. Sicut & olim Lippiensis.*
102. *Judæi litigantes quo jure judicandi.*
103. *Contra Judæum in concursu juris stricti & æquitatis semper rigor servari debet.*
104. *Judæis legari non potest.*
105. *Jura civilia judæis restricta.*
106. *Judæis datus salvus conductus violari non debet.*
107. *Judæi sub quibus conditionibus tolerandi.*
108. *Concessio judæorum ut res furtivas emere possint, nec à Principe facienda.*
109. *Judæi ad laqueum damnati non sunt è pedibus suspendendi.*
110. *Judæi cognoscibile signum portare debent.*
111. *Versus in annulum flavum à judæis gestandum.*
112. 113. *Cur judæi dignoscendi à Christianis.*
114. *Pœna judæi, deponentis signum dignoscibile.*
115. *Enormis judæorum usura, ejusque calculus de unico aureo.*
116. *Constitutiones Imp. de judæorum usura.*
117. *Judæus ut usurarius manifestus est infamis nec admittendus ad honores.*
118. *Judæi in Municipiis ne coemant victum ad carius vendendum Christianis.*
119. *Pœna judæi carnaliter cum Christiana se commiscentis.*
120. *Judæi Christianorum servi sunt quam retributionem Christiani à judæis expectare debeant.*
121. *Juramentis judæorum nihil fidendum kippurim.*
122. *Quænam judæis in Republ. Christiana esse debeant permissa.*
123. *Præsumptio contra judæos hodie conversos.*
124. *Ubi baptizatur judæus ibi consequitur jura civium.*
125. *Conversus judæus retinet acquisita per usuras.*

126. *Qualis conversio illa esse debeat?*
127. *Cingari* Ziegeuner / *unde dicti?*
128. *Cingali unde dicantur.*
129. *Vocantur* Heyden *& Ægyptii.*
130. *Cingarorum pœna in publicis palis depicta.*
131. *Cingarorum punitorum vindicta.*
132. *Forum versutia in vestitu.*
133. *Cautela pro Municipiis illata cingaris edictalis pœna.*
134. 135. *Eorum primus accessus in Germaniam.*

1. Jus purgandi Municipium à malis hominibus, utpote inutilibus noxiisque terræ ponderibus, Nov. 80. *cap.* 5. municipalibus liberum esse pro argumento est, *L. congruit. ff. de offic. præsid.* quod & observantia loquax jurium magistra confirmat.

2. Possunt autem, imo debent jure Magistratus ejici, quod nos aus der Stadt verweisen dicimus, *mendici validi*, qui omnem cœli hominumque injuriam perpeti, quam in xenodochiis stipe contenti vivere malunt, quos proniores ad delicta dicit *d.* Nov. 80.

3. *cap.* 5. Ut pauperibus veris, qui sunt vivæ Dei imagines, ZEPPER. *lib. IV. leg. Mosaic. c. 10. p. 306.* ANTON. FAB. *in addit. ad Lib. VII. C. definit. 3. n. 26. in not.* GUID. PAP. *quæst.* 149. KLOCK. *consil.* 35. *n. 42. vol.* 1. eo rectius consulatur.

4. Non ergo laborandum est, de plane relegandis mendicis, sicut multi sunt putantes, se rem egregiam præstitisse, cum istam thesin in curiis ventilant, man solte das Gassen-Betteln abschaffen. Voluit potius Salvator noster, pauperes semper esse circa nos, quia magis commovemur, si eos ante oculos videamus, quam si illi extra societatem humanam quasi relegentur, FAUST. ab ASCHAFFENBURG *consil. pro arar.* 31. *ord.* 182. Sane Christus nos visitat per 5
eos, suique nobis relinquit imaginem, recte itaque dixit Rembertus Episcopus Bremensis: Non esse hæsitandum, cunctis subvenire pauperibus, quia in quo loco sit Christus, ignoramus, CRANTZ *2 Metrop.* 11. Et sicut de quodam 6
gentili refertur, qui erga omnes etiam ignotos, liberalis & beneficus fuit, dicendo: Se non dare & largiri homini petenti, sed humanitati indigenti.

Hic terminus medius est tot 7
constitutionum Imperialium ac provincialium & edictorum Principum, ubi de arcendo hoc malo agi-

8. agitur, *Inopes quaque civitas suos alito*. Eliminandi ergo è Municipiis sunt, licet vere pauperes & invalidi, sed qui statis præsertim temporibus, ut nundinarum, quos Marck-Betteler vocamus, & festorum, ex iis locis convolant, ubi ipsis sat provideri potest. Alienigenæ autem mendicantes non admittendi, nisi sedibus suis pulsati, & bellorum vel incendio-
9. rum clade oppressi. In ipsis vero Municipiis quam maxime subveniendi sunt, qui sub paupertatis jugo erubescunt insontes, de quibus eorumque cura uberius egi *supra libr. II. cap.* 31. qui morbo & debilitate coacti stipem & auxilia quærunt. Illorum vero liberi victui parando apti parentibus abstrahendi, & artibus servitiisque adhibendi.

10. Sed validi mendicantes, de quibus hic agitur, non saltem non admittendi, sed & graviter puniendi sunt, illi scilicet, qui alimenta inertiæ quærunt, & quorum in visceribus latentis vitii sed late proserpentis malum, scilicet ignavia hæret, sicut de quodam mendicante refert Damhoud. qui
11. Iri paupertatem simulans hoc morbi prætextu gemebundus & plorabundus ab ipso citato Auctore Gandavi eleemosynam quæsiverat, quo peracto famulus ipsum insecutus est, proprius inquirendo, quid latentis vitii haberet, qui dum inspiciendo ipsius faciem pectus & brachia omnia nitentia & valida comperit; sed cui, *ah! inquit mendicus longe aliud est malum, quod me premit, quodque à tuis obtutibus remotum est malum, quod per venas & medullam ita grassatur, ut nullum sit corporis mihi membrum, quod sese laboribus ac operis tradere valeat, malum hoc vocatur pigritia & desidia. Prax. Crim. cap.* 110. *n.* 55. de quibus hæc ex- 12.
stat Constitutio Justinianæa *Nov.* 80. *cap.* 5. *Si corporibus quidem validis utantur, vita autem eis decens non est occasio, hos non frustra esse terræ onus permittere sed tradere citius eos operum publicorum attinet artificibus, ad ministerium & præpositis panificantium stationum & hortos operantibus, aliisque diversis artibus aut operibus in quibus valent simul quidem laborare, simul autem ali, & segnem ita ad meliorem mutare vitam.* De quibus ita Comi- 13.
cus in Trinummo: De mendico male meretur, qui ei dat, quod edat aut quod bibat, nam & illud quod dat perdit, & prodit illi vitam ad miseriam. Hi sunt, qui ventris causa quasi mercaturam per totum vitæ tempus mendicando exercent.

Sed horum pessimi adhuc repe- 14.

riuntur & magis detestandi veniunt, qui varia calliditate corporis vitia mentiuntur, SCHENCK. *in Obs medic. f. 335.* qui ulcera corporisque mutilationes quæstus causa prætexunt, his non oportet suppeditare aut exiguo dono eorum latratum depellere, ne ad ignaviam & malitiam sumptus suppeditentur, qui tales non sunt, de quibus dixit Dominus: *Esurivi & dedistis mihi edere.* CHRYSOST. *in Psalm.* 14. Hi ut falsarii puniendi sunt, MENOCH *arb. lib. II cent. 6. Cas 532. n.* 19. Vid. piæ memoriæ parens in *Tract. de mend.*
15. *lib. II. cap. 56. n. 3.* Perniciosius adhuc peccant, adeoque severius coercendi, qui speciosæ mendicitatis gratia vel se ipsos vel filios suos debilitant, MENOCH *d. cas.*
16 *532. n. 4. & 5.* Vel qui casum fortuitum incendii ruinæ publicæ vel simile quid mentiuntur & hunc in finem literis & sigillis alienis ac falsis utuntur, Brand-Betteler/ so auf falsche Bettel-Briefe das Allmosen sammlen / in quos pœna fustigationis & relegationis in perpetuum statuenda, cum re vera hi inter fures referantur, quia veris pauperibus elemosynas é faucibus præripiunt, DAMHOUD. *d. Tr. cap.* 110. *n.* 55. BERLICH. *p.* 5. *concl.* 44. *n.* 31. HEIG. *p.* 2. *quæst.* 27. *n* 21 Cit. ZAHN *de mendac. cap. 56. lib. II. vers. alii casum.*

Ignavi enim mendicantes instar fucorum circa alvearia volitantium aliorum domos perreptant, stipemque ab aliis importune & imprudenter extorquent, vereque egentibus præripiunt, TRIMPLER. 1 *Pol. c.* 5. *q.* 16. De quibus mendicantibus validis integer est titulus juris nostri, *Cod lib. XI.* Et saluberrima Constitutio Imperii in Comitiis Augustanis, *de anno* 1548. Item Policey-Ordnung zu Franckfurt *de anno* 1577. *sub tit.* von Bettlern und Müssiggängeren. ibi: Wir wollen auch daß eine jede Obrigkeit der Bettler und anderer Müssiggänger halber ein ernstliches Einsehen thue/ damit niemand zu betteln gestattet werde/der nicht mit Gebrechen oder Schwachheit beladen / und dessen nicht nohtdürfftig sey item daß auch der Bettler Kinder/so sie ihr Brodt zu verdienen geschickt seyn/von ihnen genommen und zu den Handwercken oder sonsten zu Diensten gewiesen werden/ damit sie nicht für und für dem Betteln anhangen. Ferner/ daß auch die Obrigkeit Vorsehung thue / daß eine jede Stadt und Commun ihre Armen selbst ernehre und unterhalte/ und den Frembden nicht gestatte/an einem jeglichen Ort zu betteln / und darüber solche starcke Bettler befunden/ sollen dieselbe/ ver-

vermöge der Rechten / oder sonst gebührlich gestraffet werden/ es wäre dann Sache/daß eine Stadt oder Amt mit vielen Armen beladen/ daß sie der Orten nicht möchten ernähret werden / so solle die Obrigkeit dieselbe Armen mit einem brieflichen und Urkund in ein ander Amt zu befordern Macht
19. haben. Cum hoc Recessu Imperii quadrat die Policey-Ordnung des Ertz-Stiffts Cölln Hermann. Elect. & Episcop. d. Anno 1538. *Tit.* **Von Bettlern und Müssigängern.** §. Item Eine jede Stadt Commun oder Amt / sollen auch die Fürsehung thun/ daß sie die Armen Lüide und dürfftige Bettler bey ihnē so sich nicht ernehren mögen/selbst unterhalten und speisen; Wo aber einige Stadt / Commun oder Amt mit so vielen armen Lüiden beladen / daß sie die nicht ernehren möchten / so sollen unsere Befehlhabere des Orts demselbigen Schein geben / daß sie in in unseren nägst angelegenen Aemtern zu betteln zugelassen/und so darüber einige fremde starcke un argwohnige Gyler oder Bettler betreten/ sollen angenommen/und vermöge der Recht zu Exempel und Scheu gestraffet werden.

20. Est & antiqua constitutio Caroli Magni quæ ita habet: Mendici per regiones vagari non permittantur, suos pauperes quævis civitas alito: Illis nisi manibus opererentur, nullus quicquam dato &c. KONIG. *in Theatr. polit. p. 2. c. 10 n.* 47

Legitbus Francorum *lib. IV. cap.* 52. Statuitur, ut unusquisque fidelium suum pauperem de beneficio aut de propria familia enutriat, & non permittat alicubi ire mendicatum, & ubi tales inventi fuerint, nisi manibus laborent nullus eis quicquam tribuere præsumat. Docet & PAUL. CHRISTIN. edicto quodam cautum esse, mendicos validos ad opus aliquod relegandos, quod si exercere recusent, relegari debere ad triremes *Decis. Belgic.* 78. *volum.* 5. 21.

Verissimum enim est teste experientientia ut ait PLATO *lib. VIII. de Republ.* in ea civitate, in qua videas mendicos, ibi esse fures latebras quæritantes, sectores, sacrilegos & hujusmodi scelerum artifices; Consulatur AGRIPP. *de vanit. scient. c.* 65. ubi multis probat tales mendicos infinitorum malorum esse authores, videatur itidem *Camer. Subcis. hist.* 1. *cap.* 16. Ubi demonstrat, quomodo cum talibus inutilibus terræ ponderibus agendum sit. Et hoc notatu dignum quod ut ait GERHARD. *in loc. Theolog. de magist. pol. n.* 228. in veteri quodam ver- 22. 23.

siculo mendicantibus illis validis jubeatur panis dari & quasi pro obsonio pugnus impinpi.

24. Scite refeert PLUTARCH. *in apopht.* de Lacone qui mendicanti hoc dederat responsi: Si quid dedero tibi, magis es futurus mendicus, probrosæ enim vitæ tuæ auctor fuit qui tibi primus dedit. Non est panis dandus his qui ructant plenitudine, sed qui inanitate cruciantur. HIERON. in EZECH. *cap. 18. Et in Epist. ad Demetriat.* De obitu Paulinæ uxoris ita ait: Sacrilegium est dare rem pauperum non pauperibus, & ubi videris fumare patinas & phasides lentis vaporibus decoqui, ubi ditior est largitore cui largiendum est.

25. Delicatuli mendicantes, qui præscribere non erubescunt, quid & quantum habere velint non eum eleemosyna dimittendi, sed ad stivam relegandi sunt ut experiantur ipsi quoque quid sit in sudore vultus sui panem edere. BALDUIN. *in homil. ad Epist. Dom. 19. post Trinit.*

26. Hœc quidem ita intelligenda sunt si res clara & evidens alias indubio non debet eleemosynam dans syllogissimum facere, id est disputare secum, an digno & egenti detur sed sufficiat quod pauper roget, dives eroget, Deus pro parvis magna penset AUGUSTIN. *de verb. Dei serm. 25.* Et Aristoteles ob id quod nefario homini eleemosynam dedisset, castigatus dixit. Non mores sed hominem commiseratus sum LAERT. *lib. V. cap. 1.*

27 Sine permissione Magistratus Municipalis, mendicis ostiatim stipem colligere non licet, idque hac ratione, quod facultas stipem colligendi videatur actus quidam esse jurisdictionalis, qui irrequisito Magistratu exerceri non debet, ne inferior in jurisdictione sibi concessa turbetur. FELIN. *in c. ut nostrum extr. de appellat.* HENR. BOCER. *de jurisdict. c. 8. n. 80.* CARPZ. *lib. II. jurispr. consist. titul. 21. defin. 326. n. 5. & 6.*

28 Solet huic fini singularis in Municipiis constitui minister vel præfectus mendicantium Bettel-Vogt / Marck-Vogt / cujus est officium, quoscunque mendicantes ante ostia deprehensos examinare & qui licentiam Magistratus non habent, è civitate ejicere.

29 *Scorta* seu *Prostibula* huc quoque referuntur quæ à *Bossio* modo serio id sustineat & fideliter allegetur, admodum ridicule, tum demum dicuntur publica cum aliquod millia hominum admiserunt. *tit. de plur. viol.* sicut & GLOSS. *in*
30 *c. cum vidua dist. 34.* Meretricem dicit., quæ admisit 23. mille, homi-

mi-

mines, nam si meretrix est publica, quæ duobus palam copiam corporis sui fecit ABB. *in c. inter opera de sponsal. ubi Apost.* certe publica erit quæ mille admisit, aut non erunt scorta publica in iis locis, ubi non tot homines reperiuntur.

31. Sed misso hoc ridiculo & rejiculo meretrix est quæ quæstus causa aliorum libidini se prostituit. *l. palam in princ. & §. 1 ff. de Rit. nupt.* CARPAN. *ad stat. Mediolan. part. 2. cap. 472. n. 5.*

32. Ejiciendæ autem omnino sunt hæ pestes ac lupæ nec attendendus est THOMAS. *lib. IV. de regim. princip. cap. 4.* Meretrices populis concedendas esse docens, ut sentinæ instar in eas omnes sordes confluant: Id facit inquit, in mundo meretrix quod in navi sentina palatio cloaca: Tolle hanc, & illa fœtore replebis: Nec movere debet illud AUGUSTINI: Aufer meretricas, de rebus humanis turbabis omnia libidinibus, *lib. de ordin. cap 4.* Augustinus enim cum librum hunc de ordinatione scripsisset, fuit adhuc Catheguminus WENDEL. *Philosoph. Moral. lib. I. cap. 17. §. 15. sect. 2.*

33. Meretricum turpitudo tanta est ut ne pudicitiam probarum inficiant, illarum vestes etiam destinctæ esse debeant, à vestibus pudicarum & matronarum, ut internosci possent, neve illarum contagio in castas serperet, *l. Item labeo 15. §. 15. ff. de injur.* quibus volupe est exemplo & verbis bonas ab ingenuis & castis moribus dejicere.

Ad numerum ex Municipiis expellendorum, quoque accedunt, lenones die Huren-Wirthe / qui contagione sua universum inficiunt, vulgus qui adulteria distribuunt, ambubajas & ganneones alunt, ut innocnos decipiant. TERENTIO teste communis est pernicies apolescentum *in Adelph. act. 2. sc. 1.* 34.

Pœna lenocinii de jure civili fuit capitalis *l. 1. §. qui puero 1. ff. de extraordin. crim. Nov. 14.* CLAR. *lib. V. quæst. 68. n. 23. Juxta const. crim. art. 123.* Pœna horum est arbitraria & puniuntur hodie lenones aliique illicitarum libidinum pararii relegatione fustigatione aurium abscissione MEV. *ad jus Lub. lib. IV. tit. 5. art. 6.* Quæ pœna tamen exasperatur, si pater filiam tutor pupillam, frater sororem, cognatus cognatam, maritus uxorem quæstus causa turpiter prostituit, secus iterum si non spe lucri captandi, sed ex levitate quadam prostitutio hæc fiat, de quibus latius consulendus CARPZ. *pract. crim. part. 2. quæst. 71. aliique criminalistæ.* 35. 36.

Notandum autem hic, illam 37.

quæ

quæ palam se non prostituit, sed amore alicujus capta illi soli copiam sui fecit seque stuprari passa, infamem non esse, ut illa quæ corpore suo quæstum facit *l. 43. §. 1. & 4. & ff. de rit. nupt.* Licet enim hujusmodi mulier prava ac sinistra hominum opinione macula quadam atque infamia facti loborare censeatur. *l. 2 in fin. ff. de obseq. à lib. præ.* Attamen tantum falsæ vulgi opinioni non tribuendum docet CARPZ. *p. 2. constit. 6. defin.* 14. *n. 6. adducens* pro ratione *ex Cic. lib. II. defin. & lib. IV. acad. quæst.*

38. Non grave esse multitudinis testimonium, sed plerumque ne honestum, quidem esse, quod gloriosum est in vulgus.

39. Referendæ sunt ad hanc classem ejiciendorum vetulæ illæ mulierculæ, quæ quoquo modo matrimoniis quæstum faciunt, & vetuli proxenetriæ sunt, dicuntur nobis Kupplerinnen / incautam juventutem, quia hæ misere corrumpunt, de quibus matrimoniis, per ejusmodi copulationes vetularum ad id pretio & promissis conductarum, dicunt, Doctores non mirum esse, quod plerumque male succedant, neque ad exitum optatum & speratum deducantur, quia sine Deo & parentum consensu inchoantur, COTHM. *vol. 3. resp. 34. n. 98. & seq.* Unde recte TERTULIAN. Ne in terris quidem filiæ rite ac jure contrahere possunt, matrimonium sine consensu parentum: Quomodo ergo tu nuptias inibis sine consensu patris tui cœlestis *lib. II. ad uxor. de conjug. Christian.*

Sed quæritur hic an si ejusmodi copulatrices morbosam seu scabie Gallica infectum vel infectam, vel meretricem pro virgine obtrudant, an parti deceptæ teneantur? ℞. quod non, quia decepti sibi imputare, facilitatique inconsulto acceptum ferre debent, quod rem tantam tam seriam ac gravem tam stulte, & per tales egerint. CURT. *lib. III. conject. cap. 12.* PECK. *ad reg. nullus ex consilio 62. n. 2. de reg. jur. in 6.* COTHM. *de resp. 34. n. 98.* 40.

Scurra Land-oder Spitz-Buben / veneficio sortilegioque infames, als da seynd Nach-Weiser Segen-Sprecher / Zeichen-Deuter / Beschwerer / und was des Teufels Gesindel mehr ist / quorum artem vanissimi cujusque ludibrium recte *Curtius* dicit, auctore Magistratu è Municipiis eliminandi sunt. 41.

Ad hanc classem reputandi sunt ægritudines mediis hyperphisicis superstitiosis & diabolicis curantes quibus inesse ajunt vel manifestam vel tacitam, cum diabolo confœde- 42.

de-

derationem, cujus generis sunt divinorum dictorum & sententiarum nominum Divinæ Majestatis propriorum, Evangelii Sancti Johannis, characterum, imaginum, signaturarum, aliarumque rerum ridicularum, certo tempore, certaque cœli constitutione factarum, appensiones, alligationes, gestationes, & similes superstitiosæ gesticulationes. GÖDELM. *de mag. venef. & lam. lib. I. cap.* 8. *n. 23. & seq.*

43. Affines & illis sunt Chirurgi præstigiosi, Wund-Segner/ quod fieri idem auctor asserit *n. 34 & 35. cit. loc.* Per Diabolum chirurgiæ haud imperitum, & vi pacti cum ipso initi. Quorum consilio & opera ut expresse & indeterminate est prohibitum, *C. admoneant 26. quæst. 7. c. nec mirum,*

44. *vers. hac omnia ibid. quæst. 5.* Jure quidem civili *l. 4. C de malef. & mathem.* ejusmodi remedia humanis quæsita corporibus nullis criminationibus, increpanda sunt modo tamen id fiat absque Dæmonis invocatione THOM. ACTIUS *de infirm. p. 1. cap.* 44. *n. 15.*

45. Quia malum malo curare non licet, nisi curando pejora facere vulnera velimus HEIG. *p. 2. quæst. 39. n. 77.* Unde CHRYSOT. *Homil. 7. in Epist. ad Colossi. ait.* Citius mors homini Christiano subeunda quam vita ligaturis redimenda, & millies præstat mori, quam detestandum remedium corpus servans, animamque occidens, experiri DORING. *bibliothe jure consult. verb. ager. n.* 89.

Quo ad pœnam ejusmodi depravatæ sectæ hominibus infligendam, distinguendum ajunt, inter has qui conversantur cum diabolo illum consulendo, vel colloquia cum eo miscendo, & illos qui sine Cacadæmonis interventu illa faciunt. Prius capitale est, posteriori casu artes magicas exercentes etsi ex diabolica illusione id faciant, dummodo non scienter operam ejus implorant extraordinarie puniuntur, fustigatione nimirum relegatione vel carcere, *Const. crim. artic.* 109. *in fin.* CARPZOV. *crim. quæst.* 50. *pag.* 7. 46.

Verum si ex saniorum mente & ratione pacti hujus magici cum dæmone prætense initi, veritatem indagare licet, superstio hæc licet pernoxia alio tamen fundamine nititur nimirum si incunabilia Magiæ altius perquirimus, ea apud veteres gentiles nihil aliud erat quam extensio religionis, apud quos Dæmones erant Dii intermedii, inter homines & Deos, unde juxta eorum hypothesin ex Deitate & humanitate participabant, eorumque officium erat directorium, communicationis in- 47. 48.

 ter

ter Deos & homines agere, Pla-
to *de Divin.* Unde Magi magoris
gloriæ captandæ cauſa quæ per re-
rum naturam eventura ſciebant,
circa hæc Dæmonum revelatio-
nem jactabant, ac ut Plato *lib. II.*
de republ. dicit. Vinculis ſe Deos
inducere aſſerunt, ut ſibi obſe-
50. quantur. Sed nec ſaniores Philo-
ſophi gentiles præſtigiis, & in-
cantationibus fidem dabant inter
quos Seneca ait. Rudis adhuc
antiquitas credebat, & attrahi im-
bres cantibus & repelli, quorum
nihil poſſe fieri palam eſt, *de na-*
tural. quæſt. lib. IV. cap. 7. No-
cent qui execrantur, nam & ho-
rum imprecatio falſos nobis me-
tus inſerit.

51. Ac quicquid ex magia gentili
refertur. nullibi vel veſtigia pacti
cum ſpiritu infernali reperiuntur.
Interim ex gentiliſſimo abomi-
nandæ iſtæ artes, in Judaiſmum
proſerpſerunt, quæ gens uſus ma-
gicos ex Ægypto expulit, quo
magis adhuc incolæ terræ Canaan,
in nefanda hac ſuperſtitione con-
52. firmati ſunt. Non immerito ergo
Jehova, qui coli vult in Spiritu &
veritate & qui præſcripta ſanctarum
legum ſuarum hiſce perverſis arti-
bus inquinari noluit, populo ſuo
deſuper tam ſeveras prohibitiones
emulgavit, ut *Exod. 22. v. 18.*
53. *Deut. 18. v. 9.* & paſſim. Si un-
quam abominandum illud pactum
interveniſſet, Moſes, rigidus ille
criminum Judaicorum cenſor, qui
nec propros nævos reticuit circum-
ſtantiam hanc notabilem ſilentio
non præteriſſet. Itaque pactum hoc
originem ſuam debet primo ſuper-
ſtitioſis Philoſophis, qui ut Plu-
tarch. *de Dæmon. Socrat.* loqui-
tur, fabularum ſuperſtitioniſque
plenam philoſophiam à Pytagora
& Empedocle acceptam, ulterius
adornare anniſi ſunt. Deinde poe- 5
tæ qui victitiis exaggerationibus
inferorum evocationes, & in ipſos
Magorum imperia confixerunt,
unde variæ farinæ Dæmones pro-
cuſi ſunt. Veteres Chriſtiani, illo- 5
rum auctoritate, quod dolendum,
incaute uſi ſunt, & ut veneficia
incantationes, præſtigiæ, & quic-
quid horum eſt, majori abomi-
nationi ſint, interventu Diaboli
ea peragi, pio fervore & zelo aſ-
ſeruerunt. Multa itaque huic cri- 5
mini accedunt deliramenta ſomnia,
& aniles fabulæ, ut ſæpius cri-
minoſi hi, potius curæ hellebori
quam inquiſitionis proceſſui ſub-
mittendi ſint, tot & tam multa
etiam incredibilia, deſuper venti- 5
lantur ut venuſte ait auctor Gallus
In tract. Reponſe aux Queſtions d'
un provincial. cap. 39. Neceſſariam
hic eſſe congregationem de pro-
paganda incredulitate, ob tot ni-
mi-

mirum futiles & ridiculas de incantationibus, & præſtigiis hiſtoriolas. Errores hos erudite diſcuſſit ANTON van DALEN. *in tractatu ſuo de Divinationibus idololatricis.*

9. Sed ne infauſtæ & triſti veneficorum hodiernorum cohorti, patrocinium præſtare videar, quicquid prædictorum ſit, hæ nugæ interim in ſeria ducunt mala & nihilominus *ſupra n. 42.* memorati infames è Municipiis nonſolum expellendi ſed exemplari pœna
60. coercendi ſunt. Nam licet re ipſa pactum cum Dæmone non pepigerint, pepigiſſe tamen ſi exiſtimaverint jam ipſo facto execrandiſſimum commiſere crimen, corpus & animam actiones & ſerviria conſecrando, omnium creaturarum maledictiſſimo Dei Ter Opt. Max. & univerſi humani generis,
1. adverſario infenſiſſimo. Nihil enim perverſæ ipſorum voluntati deeſt, & licet tantum non habeant cum Dæmone quantum putatur commercii, nihilominus pœna afficiendi ſunt, ob pravum affectum, quo deſciſcunt à ſummo Numine & cacadæmonis, ſi non realiter, intentione ſaltem opem & aſſiſtentiam implorant, ſat ex Chriſtianiſſimi regulis inſtructi, Deo operationes tales quam maxime damnatas diſplicere.

Pari modo cremandus eſt magus, qui licet factis unctionibus revera non transferatur, in Synagogas vel montem Bructerorum *Blocksberg* ex qua opinione nihil non patrat nefandum, punienda tamen eſt ejus voluntas, qua id appetit ſeſeque operi accingit ut ait GASSENDUS *in vita Peireskii tom. 5. lib. II. in fin.* Depravata 63.
hæc cordis diſpoſitio qua tot execranda, & verbo Dei contraria committunt, innocentiæ locum non dat. Vid. MALLEBRANCHE *recherche de la verite tom. 1. lib. II. cap. ult.*

Sed hiſce miſſis ad cæteras Mu- 64.
nicipii peſtes progredior. Cum & *otioſi* inani dediti ſegnitiei quam nihil boni parere *Sophoel.* Seminarium malorum BAS. novercam virtutum BERNH. *dicit*, per fœdam deſidiam, ad pravitatem vitæ & actus illicitos impellantur & abripiantur, ut eſt ad hoc *ſupr. cit. Nov. 80. c. 5. §. 1.* Certum neſcimus homines nihil faciendo male agere diſcere, veluti ceſſante cultu ager, quem meſſibus onerare timueris, ſe inutilibus herbis ſponte exhaurit, *ut ſcribit* BARCL.

Nihil quoque agunt, aliquid 65.
agentibus ſimiles, id eſt qui inutilia perpetrant ubi nihil agere quandoque negotio opponitur. Unde CATO. ſatius eſt otioſum eſſe quam nihil agere.

66. Est cor otiosi hominis instar molendini quod cum non habet ad molendum bonum frumentum, quia incontinuo est motu, molit & consumit se ipsum, GERSON. *in opuscul. de remed. contr. pusillanimitatem*: imo otiosi non tantum se ipsos perdunt, sed totam inficiunt Remp. cui maxime perniciosi otiosi, qui bonorum industriæ invident, aliena appetunt, & rebus semper novandis student. HYPPOL. *à collibus increment. urb. cap. 13. circ. fin.*

67. Vita humana ut ferrum est quod si exerceas, usu conteritur & cum splendore quidem, sin minus rubigine expeditur sic homines honeste se exercendo conteruntur, si non exercentur, inertia ac torpedo, plus illis detrimenti affert quam industria. GELL. *Noct. Att. lib. X. cap.* 1. Quicquid enim honestatis causa consequendæ laboriose feceris, labor defluit, & honestas semel parta suam retinet æternitatem. JACOB. OMPHAL.

68. Hinc bene laudabiliterque agit Magistratus Municipalis si hujusmodi ignava Municipiorum onera aut ad labores cogat, aut exire ex urbe consul hostes hosce industrii boni publici jubeat.

69. Cujus exemplum speciosum præbuit Amasis Rex Egypti, qui legem tulit, ut quotannis apud Nomarchen profiterentur unde viverent, qui autem hoc non faceret aut cujus genus vitæ Præsidi probatum non esset, huic pœna extremum esset supplicium. HERODOT. *lib. II.* Sic & legem Solonis legimus, qui desidiam sectatur, 7
cuilibet accusanti obnoxius esto; Draco in suis legibus pœnam mortis otiosis sanxit, itemque Sardii 7
& Archivi in otiosam plebem inquisivisse testatur ALEX. *lib. III. cap.* 3.

Negotium fœcunda radix est, 7
totius Reipublicæ inertia autem paupertatis pedissequa. Furius Cresinus cum ex parvo agello largiores multo fructus perciperet quam ex amplissimis vicini ob id insimulatus, quasi alienas fruges veneficiis pelliceret, inde à Sp. Albino dies ipsi dictus. Instrumentum autem ille omne in forum attulit, adduxitque filiam validam, bovesque saturatos ac dixit: Veneficia mea Quirites, hæc sunt, nec possum vobis ostendere lucubrationes meas vigilias & sudores. PLIN. *natur. histor. lib. X.*

Maxima itaque laude dignum 7
est institutum Chinensium, qui otio & otiosorum invensissimi sunt osores, & de regione illa testatur JOHANN. BUTTERUS *in politiam regiam. sub tit. Rex Chinæ ita*: in-

inter alias res notatu dignas numerantur quatuor, cœcorum milia, qui terendis frugibus, & oryza occupantur, in China habet unusquisque quod agat secundum ejus vires, hic manu ille pede, oculo, lingua aliquid agit, iis solum in protodochiis publicis locus est, qui prorsus membrorum omnium impotentes sunt, nec affines habent qui eis succurrere possent, stercus humanum (taceo alia) hic venditur; Ut se nemo excusare possit, quod nihil agere norit, unusquisque artem suam paternam exercere cogitur. Apud Hispanum quendam auctorem de Regno Peruviano legisse memini, quod illic ante Hispanos adventum pro evitando otio salutates editæ fuerint LL. ut & decrepiti modo luminibus non orbati, de cætero invalidi certum pediculorum numerum quotidie colligere teneantur.

74. Huc etiam referendi sunt Judæi: Rationes Theologo-politicorum ob quas à Christiano Magistratu non tolerandi hæ sunt principaliores.

75. (1.) Exspuunt enim ter ad sacrosanctum nomen Domini nostri Jesu Christi, quem *manser* id est spurium *talvi* id est suspensum, ejusque venerandam matrem sterquilinium, Christianosque canes vocant, quoties Salvatorem nostrum nominari audiunt, ad id intra labia mussitant deleatur nomen ejus. (2.) Usuræ quibus indesinenter excoreant Christianos. (3.) Odium Vatinianum in Christianos, Christiani enim cum sit mentio susurrando addunt, Diabolus eum abripiat. Docentque si Judæus Christianum interficiat, non esse peccatum, quia Christiani proprie non sint homines &c.

Unde Rabbi Levi Ben Gerson præceptum illud Divinum, non occides tantum, de vitandis Judæorum homicidiis interpretatur, reliqua permittit, CHRISTIAN. GERSON. Widerlegung der Juden. *Talmud, lib. III. cap. 24.* 76.

(4.) Desperata eorum conversio. (5.) Accedit periculum & scandulum Christianorum, ex eorum cohibitione. Ut habet ANTONIUS *in orat. de jure nobilitandi.* 77.

Ut damno absque caper, nunquam retinetur inorto.
Sic nec Judæus sine damno in plebe vovetur.

Dixitque Lutherus; Wisse du lieber Christ und zweiffle nicht daran / daß du nägst dem Teufel keinen bitteren hefftigern Feind habest denn einen rechten Juden / der mit Ernst ein Jude seyn wil. *Tom. Wittenb. p. 480.* LIMN. *de jur. publ.* 78.

lib. III. cap. 2. num. 20. & 30.

79. Quæ rationes adeo piæ ac considerabiles ut non attenta in illis spe conversionis, reverentia patriarchali, exemplo primitivæ Ecclesiæ in eorum tolerantia & si quæ sunt similia quæ à quibusdam in contrarium moventur, ut hæc pro & contra quod ajunt disputat. GERHARD. *in loc. Theolog. de magistr. pol. c. 5. n.* 223. & 224. in consortium Christianorum Judæi nunquam admittendi, juxta priscum illud proverbium: Felix

80. est Respublica, in qua non est Abraham, Nimrod & Naaman, id est Judæus, Tyrannus & Leprosus.

81. Laudatur ob id dictum heroicum Christophori Ducis Wirtebergensis, wann diese verfluchte Leute mir wolten Geld vollauf geben / wolte ich sie doch / weilen sie an meinen Bruder und Erlöser Christo treulos worden / und öffentliche Zauberer sind / in meinem Fürstenthum nicht leiden. GILHAUS. *in arb. judicial. c. 1. p. 1. n.* 70.

82. In quo Ducatu Judæi non tantum non tolerantur, sed nec transire per ipsum istis permittitur sine salvo conductu; Nec non subditis Wirtenbergicis, sub pœna corporis, bonorum & relegationis interdictum est à Judæis mutuo quicquam accipere vel contractum usurarium cum ipsis inire KNIPSCH. *de civi Imp. lib. II. c. 30. n.* 11.

Et in Hispania certum tempus 83.
Judæis est constitutum intra quod vel discedere vel religionem Christianam amplecti tenentur quod & Justinus Imp. fecisse legitur OLDRAD. *ad consil.* 87. & 264. SOCIN. *consil.* 86. *l.* 4. *Alphons de Azevedo in constit. Hisp. lib. VIII. tit.* 2. *l.* 1. *n.* 45.

Ex Galliis anno 1306. ejectio- 84.
nibusque bonis exuti sunt, ut præter vestes nihil ipsis relictum sit, & duplo plus Judæorum tunc interiisse quam ex Egypto fuerant egressi, refert KLOCK. *de ærar. lib. II. cap.* 62. Compererat enim Philippus pulcher tunc Galliæ Rex, ipsos quotannis in die Passionis Dominicæ puerum aliquem Christianum in specu subterraneo
occidere. Ferdinandus Hisp. Rex 85.
Anno 1492. propter illicitas & immoderatas eorum usuras, 124000 Hispaniæ regno ejecit. MÜNSTER. *Cosmograph. lib. II. cap.* 23. Imperante Carolo IV. Anno 1348. eo quod ex fontibus per ipsos veneno infectis pestis universalis orta diceretur, per totam fere Europam, flammis aliisque suppliciis absumptos referunt SEBAST. FRANCK. *Chron. fol.* 198. MAGER.
de advocat. cap. 8. *n.* 297. Sic & 86.
CHRI-

CHRISTINÆUS, *decis.* 44. *n.* 7. *vol.* 2. tradit, tunc ante trecentos annos ex Brabantia Judæos proscriptos, ac etsi durantibus induciis permissum ipsis fuerit ex provinciis confœderatis Belgicis in Brabantiam venire, ibi negotiari tamen non licuisse Judæis Amstelodami habitantibus.

87. Quicquid autem horum sit quam speciosa sint de exstirpandis Judæis prædicta argumenta, quam & enormia hodiedum eorum peccata, cum enormius committere non potuerint, quam quod verum Servatorem nostrum ex sua ipsius progenie oriundum non respuerint saltem sed & crucifixerint; Hinc iræ divinæ sunt speculum lucidissimum quotidie nobis ob oculos versans.

88. Interim si penitus ex orbe Christiano expellerentur multum infringeretur Veteris Testamenti, fides & auctoritas, præsertim à tot profanis & practice Athenis, quibus volupe est à vulgi fide & pietate aberrare & negare quicquid in sensus non incurrit, vel intellectu comprehendi nequit.

89. Nunc autem populi hujus tolerantia, Divina providentia suffulta perspicue docet Ethnicos, & quoscunque incredulos convincit, ea quæ in libris sacris leguntur, à nobis Christianis conficta non esse.

Dubitationi locus non est, non 90.
è longinquo accersendi sunt, undique adhuc se conspiciendos præbent posteriori Abrahami selecta illa ex omnibus terræ populis, sed postea ob iniquitates reprobata progenies, ex cujus relatione non saltem historiæ sacræ filum, sed œconomia Novi Testamenti & æternum gratiæ fœdus dependet.

Deinde si omnes Christiani, 91.
Turcæ & gentiles de penitus eradicanda hac gente consilium instituerent & exequerentur, sane concideret vaticinium Christi affirmantis, quod generatio hæc perire non debeat, donec omnia facta fuerint *Matth.* 24. *v.* 34. Et frustra esset, quod de Judæorum conversione undique prædicant sacra oracula. Tandem & si eorum 92.
hospitium apud Christianos cessaret, catervatim ad Turcas profluerent cum & hanc causam adauctæ Barbarorum potentiæ referat CAMERAR. *hor. subcis. cent.* 1. *cap.* 89. eo quod olim ad centum millia Judæorum illic migraverint, ut dixerit Turcarum Imperator, 93.
se mirari Christianorum Regum stoliditatem, quod tantam multitudinem ad utilia servitia non retinuerint. Accedit quod expulsa hæc gens ad Turcas attulerit primum varia artificia & perfectionem

nem machinarum bellicarum qui-
bus antea barbari hi destituti fue-
94. runt. Recipiendi & tolerandi er-
go sunt intantum, non autem ut ci-
vium instar privilegiis civitaticis fru-
antur; Hinc merito si conditiones
sub quibus recepti sunt non ser-
vent, vel si quovis modo dam-
num reipubl. inferant vel impie
& inique agant ejiciendi sunt.

95. Quæ autem de pellendis & eli-
minandis Hebræis dicimus, ita
sunt accipienda, si Judæi in Mu-
nicipiis habitantes à superiori sal-
vum conductum seu protectionem
96. non habeant, Judæos enim reci-
pere non cuivis Magistratui per-
missum sed regale singulare est.
Aur. bull. c. 6. reform. Policey-
Ordnung zu Augspurg *de Anno*
1548. *sub tit.* von den Juden.
RULAND. *de commiss. part. 2. l. 5.*
c 4. n. 50. Et ad jura superiori-
tatis territorialia ac Majestatis re-
fertur. STEPHAN. *de jurisdict. lib. II.*
p. 1. cap 7. n. 470. SIXTIN. *de re-*
galib. lib. II. cap. 5. n. 9. MYLER. *de*
stat. Imp. concl. 66. n. 1. Si enim
salvum conductum habeant, eli-
minari quidem non poterunt
pœnis tamen non quidem spiritua-
libus & medicinalibus sed Muni-
cipalibus suberunt. ALEX. *cons. 15.*
n. 21. lib. 7.

97. Licet autem Magistratui Mu-
nicipali non competat jus ex jam
dictis, Judæos recipiendi ob de-
fectum istius Regalis, si tamen
quidam prout gens, hæc per om-
nes fines terræ discurrere solet di-
spersa, vaga, & nullis certis sedi-
bus inclusa, in Municipium quod-
dam se recipiant, non commoran-
di sed ad tempus commercandi
causa, eo casu hæ licentia ipsis à
Magistratu etiam inferiori data
certa pecunia, concedi potest;
Quia jus commercii est gentium 9
omnibus liberum, nullique dene-
gandum, multum enim differt re-
cipere Judæos & eos tolerare ad
certum tempus mercaturæ causa,
illud competit jure regalium, hoc
secus. Unde Fisci Regii Advocato 9
quid eo casu officii sui foret re-
sponsum est, eumquiescere debe-
re, ac civitati hoc impune esse ut
refert MEV. *part 8. decis. 350.*

Quidam & volunt in aliqui- 10
bus locis inferiorem jurisdictio-
nem habentibus licitum esse Ju-
dæos recipere, sicut de nobilibus
in Franconia testatum facit. WEH-
NER. *obs. voc.* Juden *& verb.*
Vogthey *ubi n. 22.* tradit daß
die vom Adel im Land zu Fran-
cken auch Macht haben / in ihren
Flecken und auf ihre Güter Ju-
den zu setzen / ihnen Begräbnüs-
sen und Schulen einzugeben &c.
KLOCK. recenset à se compertum 10
haberi civitatem Mindensem ad
Vi-

Visurgim tunc temporis Episcopo subjectam hoc jus sibi asseruisse moribus saltem sed contra Constitutiones Imperii facto magis quam jure, *de arag. lib. II. cap. 64. n 11.* Pari jure & olim Lippia nostra, si non ex privilegio, saltem ex Superiorum conniventia necessario usa esse debuit, cum inter vetera Senatus conclusa hoc adhuc reperiatur: Anno Domini 1553. ist von beyden Rheden und Richt-Lüden / zu Eyndracht verwilligt und beschloten/dat man alhier na düsser Tyd geben Juden sol annehmen und tholaten/ dann dejenen de nun angenommen sind/ wil man ere Tyd der Verschrievung na uthholden/un de alsdann passeren laten/und da noch andere in thokompstigen hier nicht ly-

102. den. Si inter se Judaei litigent, sequi possunt jus Mosaicum, *arg. l. 2. in fin. ff de Constit. pec.* quoad causarum decisionem nisi in jure communi aliter de illis sit dispositum, *l. nemo Judaeorum C. de Judaeis.* NATT. *cons. 621. n. 7. libr. III.* CORN. *cons. 180 n. 12. libr. II.* RUIN. *cons. 4,* PROSP. FARIN. *libr. II. decis. crim. 313.* adeoque Magistratus illorum successiones secundum legem Moysis decernere debent, WEHNER *in Obs. pr. verb.* Juden. Et testamentum à Judaeo conditum valet adhibitis duobus saltem testibus juxta legem Mosaicam, NATT. *cons. 621. vol. 3.* CASTR. *cons. 377. vol. 2.* Si vero cum Christiano litigent, forum etiam actoris, cum alias actor sequatur forum rei, sequi coguntur Christiani, *l si qua C. de Judaeis.*

103. Ad quod accedit quod contra Judaeum in concursu juris stricti & aequitatis servari debeat semper rigor & non aequitas, GLOSS. *in C. 2. extr. de Judaeis.* JAS. *in l. si insulam.* & RIPA *ibidem n. 10. de verb. obligat.*

104. legarique Judaeis non potest, *l. 1. C. de Jud. ubi DD.*

105. Nec alio quovis modo ex Testamentis Christianorum quid capere, DECIAN. *pr. crim. lib. V. c. 13. n. 16.* Judaeo etiam ut personae vili non potest deferri juramentum suppletorium, MASCARD. *de prob. concl. 945. n. 17.* Nec mulier Judaea SCti Vellejani privilegio contra Christianos gaudet. BENCKENDORFF. *ad l. 2. ff. de Reg. jur. fallent. 13. sect. 2. mem. 5. part. 2. art. 1. n. 1.* Neque contra creditores Christianos in bonis mariti tacitam hypothecam habet, *Id. d. loc. n. 24.* STAMM. *de servit. person. lib. I. tit. 5. cap 4. n. 9.*

106. Si Judaei à Principe salvum conductum habeant, qui semel datus sine causa violari non debet, RULAND. *de commiss. part. 5. lib. VII. cap. 3 n. 5.* Nullo tamen modo syn-

synagogæ in quibus publice blasphemias suas proferant, illis concedendæ, *l. fin.* §. *1. & 2. C. de Jud. & cœlic.* nec permittendum, ut Judæum ad Christianam confessionem transire volentem impediant, vi aut fraude detineant, lædantve, ut & prohiberi debet, ne negotiationes diebus Dominicis exerceant, ne Christianos illicito fœnore & usuris exhauriant, ne cum furibus colludant, furtorum receptores existant, aut res furtivas coemant ne actiones & jura contra Christianum aliis cedant aut pignora sub lege commissoria recipiant vel sine judiciali authoritate alienent, de quibus plura vid. *d. Ordin. Polit. de annis* 1530. *&* 1577. *tit.* von den Juden und ihrem Wucher. *& tit.* 20. *& passim Politicos hanc ma-*

108. *teriam tractantes.* Adeo ut nec Princeps quidem Judæis privilegium concedere possit, cujus vi res furtivas ipsis emere liceat, nec antequam restituto pretio, veris Dominis ea restituere teneantur, prout volunt SICHARD. *in l. 2. C. de furt. n.* 2. MENOCH. *lib.* V. *præs.* 29. *n.* 35, STAMM. *d. tract. l,* 1. *tit.* 5. *cap. 3. in fin.* MARSIL. *singul.* 13. KOPPEN. *quæst.* 8. *n. 12.* KNIPSCH. *d. tr. lib .*II. *cap. 30. n.* 44.

109. Damnatur vero merito illa consuetudo, ut irrationabilis, qua Judæi nonnullis in locis ad furcam damnati inversi è pedibus inter duos canes suspenduntur, REM. *ad Const. crim. Car.* V. *art. penult.* NATTA *cons.* 620. *n. 22. vol.* 2. MARQVARD de Sus. *de Judæis part. 1. c. 7. n.* 3. Nam licet ii non sint de corpore spirituali, de corpore tamen & populo civitatis esse intelliguntur, adeoque statutis civitatis obligantur, ac nomine subditorum quoque comprehenduntur. MENOCH *recup. poss. remed.* 9. *n* 290. *& seq.* SCHWANNEM. *observ. Cam.* 67. *in fin.* LINDENSPUR *ad Jus Wurtenb. fol.* 115. *n.* 20.

110. Cogantur etiam ut cognoscibile signum in vestitu portent, annuloque flavo ab aliis discriminentur, DEC. *pract. crim. lib.* V. *cap.* 12. *n. 16. in nonnullis extr. de Judæis ubi* PANORM. *&* FELICIAN. *ord. polit. de d. anno* 1530. *tit.* von der Juden Kleidung. Müssen gelbe Ring an dem Rock oder Kappen allenthalben ohnverborgen tragen. DENAIS *Jur. Cam. tit.* 150. §. 1. BECHT. *de securitate concl.* 97. LIMN. *Jur. publ. tom.* 1. *lib.* III. *c.* 2. *n.* 33. HOPPING. *de Jure insign. cap.* 2. *n.* 136. sicut supra de meretricibus, quod habitus diversitate uti debeant, statutum est, *Reform.* guter *Polic. de Anno* 1530. *tit.* von gemeinen und unehrlichen Weibern.

In

111. In circulum illum sive annulum flavum ita ludit HEIDFELD.

Cur ferat Hebræus vocalem in pectore quartam.
A multis quæri lector amice solet.
At dictum æternis, ut se cruciatibus esse.
Cogitet, hæc secum signa doloris habet.
Aut quia pro nihilo numeris apponimus illam.
Inter mortales se sciat esse nihil.
Aut quia Judæis augenter fœnere nummi.
Major ab hac numerus nam solet esse rota.

112. Eam autem ob causam hoc statutum ut per id signum evitetur periculum damnatæ commixtionis Christianorum cum Judæis, *l. 6. C. de Judæis & cœlic. cap. in nonnullis 15. de Judæis.* Et occasio decipiendi Christianos Christiano habitu DE SUSAN. *d. tract. c. 4.*

113. *n.* 2. Atque hoc assignato Judæis signo, Nemo Christianorum sese excusare potest quod Judæum putaverit Christianum, cui è signis & vestimentis de personarum qualitate facile quivis judicare possit. *l. 100. ff. de V. S. cons. Marp. 15. n.*

114. *146. vol.* 1. Adeoque si deposito in fraudem Christianorum, hoc signo deprehendantur, tanquam ordinationibus politicis inobedientes & refragantes severe plectendi sunt. AUCT. *tract. de mendac. lib.* II. *cap. 47. n. 3.*

De usura Judæorum demonstrat LIMN. *de J. publ. lib.* III. *cap.* 115.
2. n. 41. Certa quadam tabula quod si illi de unico aureo sive floreno singulis septimanis duos denarios Francofurtenses accipiant unius floreni usuras in viginti duobus annis ad 5671 florenos excurrere, unde merito *ord. polit. de anno 1577. tit.* von Juden. 20.
§. Damit aber 5. Cautum est. 116.
Damit aber die Juden ihre Leibes-Nahrung haben mögen / so sol ihnen nicht mehr dann fünff von hundert zum Wucher zu nehmē erlaubet seyn. Atque salutariter Imp. Wencesl. Anno. 1391. Judæis mandavit ut Nobilibus obligationes suas absque ullo pretio redderent, KLOCK. *de ærar. lib.* II. *d. cap. 62.*
n. 48. Hinc tanquam usurarii 117.
manifesti & ut turpes personæ etiam absque ulla sententia judicis infames ad honores & munera publica non admittendi *c. crim. sit c. ex speciali x. de Judæis c. nulla officia. 11. dist. 54. c. porro, 3. quæst.* 7. Nec possunt esse notarii STAMM. *de serv. person. lib. I. tit. 5. c.* 1. *n. 17.* Nec testes contra Christianos *C.* 1. *&* 21. *x. de testib. C.* 15. *caus. 2. q. 7.*

Imprimis cavere debet Magistratus ne frumentum aliaque vi- 117.

ctualia in magna copia coemant eademque Christianis inopia pressis, majori postea pretio vendant, sed ut cogantur ipsi expectare usque dum Christiani quæ sibi necessaria sunt ad sui sustentationem comparaverint. GOMES. 2. *var. resol. tit. de empt. vend. c.* 2. *n.* 51. MOLIN. *de* J. *&* J. *tom.* 2. *disp.* 341. *n.* 4. KOPPEN. *decis.* 53. *n.* 22.

119. Quod si Judæus cum Christiana carnaliter se commisceat, ob simplicem etiam fornicationem extraordinaria fustigationis, condemnationis ad triremes, interdum etiam abscissionis membri virilis vel graviora mulcta coercendus est. ROL. à VALL. *cons.* 35. *vol.* 2. DECIAN. *pract. crim. tom.* 2. *lib.* V. *c.* 12. *n.* 20. MENOCH. *arbitr. Jud. quæst.* 66. *n.* 20.

120. Hi & ita habeantur ut Christianorum sint servi. GERHARD. *d. loc. n.* 225. Vero enim verius est, Christianos à Judæis retributionem expectare semper debere, quam mus in pera, serpens in gremio, ignis in sinu suis consueverunt exhibere hospitibus. *c. etsi judæus extr. de judæis.*

121. Tandem pro cautela sit juramentis Judæorum nihil fidendum esse, quia sunt homines leves, fidei scelestæ, & perjuriis assueti & quotannis in die *Kippurim* sive expiationum singulari quadam precatione orant Deum, ut omnia juramenta & vota irrita esse jubeat, quæ per totum præstiterunt annum, GERHARD. *d. loc. n.* 226.

Hæc octo autem Hebræis permissa esse inquit PAUL. CHRISTIN. *decis.* 42. *vol.* 2. *n.* 6. (1.) Ut habeant Synagogas publicas, solita & oratoria particularia. (2.) Quod servando ceremonias & ritus suos non possint turbari. (3.) Convenire possint cum Christianis in iis quæ permissa sunt & licita. (4.) Quod non sunt molestandi quando sunt obedientes. (5.) Nec compellendi ad fidem Christianam. (6.) Quod non sint vulnerandi sine medio justitiæ. (7.) Quod non sint exhumandi ex eorum coemeteriis. (8.) Quod ita admittantur ad prædicta quatenus non excedunt. 122.

De Judæis conversis hoc adhuc notandum quod licet conversio eorum sit perdifficilis utpote cujus tempus necdum venit raro ideo solet esse infucata, etsi qui dantur ii non sine suspicionis nota Christianis cursitando & mendicando plerumque molesti sunt. 123. Interim eo in loco ubi conversi baptizantur, omnia jura & privilegia civium acquirunt. BESOLD. *th. pr. lit. I. n.* 38. *Concil. Basil. sess.* 19. 124. Et ut facilius ad fidem Christia- 125.

ſtianam accedant relinquuntur eis apud Romano Catholicos perusu-ras acquiſita, quæ alias eſſent læ-ſis reſtituenda. ZYPÆUS. *Enarrat. jur. pontif. novi lib. V. fol.* 461.

126. Modo tamen converſio fiat in continenti bona ac ſyncera con-ſcientia, ſecus ſi metu pœnæ & quodammodo fraudulenter coacte & hypotritice PAN. *ad C. ad abolen-dam x. de Hæret.* RUIN. *conſ.* 20. *n* 3. *in fin.* SPECK. *cent.* 2. *claſs.* 1. *quæſt.* 17. *n.* 3.

127. Pertinent & huc inſecta illa terrarum vagantia per univerſum orbem extra civitatem in agris, in triviis tentoria erigentia, latroci-niis, furtis, deceptionibus & per-mutationibus, atque ex chiroman-tica divinatione oblectantia ho-mines iisque fraudibus ac technis victum mendicantia, ut eos de-ſcribit SATYRICUS *in ſua vanitate, cap. de mendicitate* quæ Cingaros, germanice Zigeuner/ quaſi dicas, zieh einher vocamus. Et hi Cin-gari uti jure publice als Verräh-ter und Ausſpeher nicht ſeynd im Heil. Röm. Reich zu dulden/ Po-licey-Ordnung *Caroli* V. *de an-no* 1562. *ſimiliter in Ordinat. Pol. Franc de anno* 1567. *lib. XXVIII. tit.* 28. ubi hæc habentur verba: Derjenigen halber/ ſo ſich Zigeu-ner nennen / und hin und her in den Landen ziehen/ gebieten wir al-len Churfürſten / Fürſten und Ständen/ bey den Pflichten/ da-mit ſie dem Heil. Reiche verwand/ ernſtlich und wollen/ daß ſie hin-führo dieſelben Ziegener nach dem man glaubliche Anzeige hat / daß ſie erfahrne Verrähter und Aus-ſpeher ſind/ und die Chriſten Lan-den dem Türcken und anderer Chriſtenheit Feinden verkund-ſchafften in und durch ihre Länder nicht ziehen / handeln und wan-deln laſſen / noch ihnen deſſen Si-cherheit und Geleit/ auch kein Pas-port geben/ da ſie auch einige Pas-port erlanget hätten / oder erlan-gen würden/ dieſelbe wollen wir hiemit caſſiret und aufgehoben ha-ben. Sic nec in Municipiis us-quam ferendi, GODELM. *de Ma-gis lib. I. c.* 5. *in fin.* ſcribit LIMN. *Jur. Publ. lib. IX. cap.* 1. *n.* 161. 128.
ex JOH. GEROP. BECAN. *lib. I. Hermathen p.* 18. ab Italis hos appellari Cingalos propter vitam motoriam & vagabundam. *Cin-gulum* enim ſive *Cinglum* alii ma-ritimam quandam avem, alii tor-quillam, alii motacillam nomina-runt. Omnes certe ac frequenti motu nomen hoc mutuati. Cre-diderim itaque, vagabundos men-dicos ſic apud veteres vocatos fu-iſſe, atque inde vocem prius in magna Græcia deinde per totam Italiam iis attributam eſſe, qui nul-

las certas sedes haberent. Et quemadmodum olim in proverbio fuit: *Cingulo pauperior*, ut ex Menandro docet SUIDAS. ita nunc recte dici posse *Cingulo furacior*, propterea quod hoc genus hominum furandi artem palam profitentur, ingenti Magistratuum qui hoc non statim vel remis vel glebis addi-
129. cunt, ignominia. Belgæ ut & nostrates eos appellant **Heiden/** *Gentiles*, Hispanis dicunt *Gitanos*, hoc est Ægyptios, sicut & Galli eos vocant *Egyptiens*. Sed falso se tales vocitant, cum moribus & lingua Ægyptiorum dissimillimi semper fuerint nec probabile sit ex uberrima fertilissimaque regione ad extremas infertilis Hispaniæ oras emisso mari mediterraneo advectos, potius sacrilega hæc colluvies ex Alpium & Pyrenæorum præruptis Saxis & latebris appetente ætates quasi fucorum examina in regiones uberiores erumpunt, CAMER. *hor. subcis. cent.* 2. *cap.* 75.

130. Optima & laudabili ordinatione pestis hæc à provinciis nostris regiis arcetur, erectis non solum undique in finibus palis, quibus depicto Cingaro à carnifice fustigato hæc verba inscripta sunt: **Zigeuner Straffe/** quod institutum & vicini Status passim imitati sunt. Imo nuperrimis edictis suspendii pœna erectis undique ad id patibulis dictata eis est. Sed tristia nos 13
docuerunt exempla, pœnam hanc licet abunde promeritam in perniciem sæpe Municipiorum erupisse, dum scilicet improba hæc populorum fex paulo post clam supposito igne ejusmodi civitates incendiis sat damnosis terruere, alia ab illis usurpata scelera ut taceam undique satis nota. Nam 13
eo versutiæ hodie inter eos processum est, ut non stragulis cincti, sicuti hic eorum ordinarius mos est, sed vestibus ordinariis inducti sint, ne ut sunt nebulones, appareant. Necessaria inde exsur- 13
git cautela pro Magistratu Municipali, ut si forte edictalis pœna ipsis infligatur, non quilibet ignoti suspectæ notæ postea intromittantur in oppida, ne funesto exemplo experiantur damna, quæ cæteris inde illata sunt.

De primo accessu hujus vagi 13
generis hominum in nostram Germaniam sic scribit ALB. CRANTZ. *lib. II. Sax. c.* 2. Cum ageretur à Christo annus decimus septimus, post mille quadringentos primum apparuere his nostris maritimis locis ad mare Germanicum homines nigredine informes excocti sole immundi veste & usu rerum omnium fœdi furtis inprimis acres, præsertim fœmina ejus gentis, nam vi-

viris ex furto fœminarum victus, Tartaros vulgo vocant, in Italia vocant Ciatros, Ducem comiter milites inter se honorant, venaticos canes pro more nobilitatis alunt, sed ubi venentur, nisi furtim non habent, &c. & post ferunt ipsi ex injuncta sibi pœnitentia mundum peregrinantes circumire, sed fabellæ sunt, hominum genus, quod usu compertum est, in peregrinatione natum, nullam agnoscens patriam, furto ut diximus, fœminarum victitans, canino ritu degit, nulla religionis illi cura, in diem vivit, ex provincia demigrat in provinciam, per aliquod annorum intervalla redit, sed multas in partes scinditur, ut non idem in eundem locum facile redeant, nisi per longa intervalla, recipiunt passim & viros & fœminas volentes in cunctis provinciis, qui se illorum miscent contubernio, colluvies hominum mirabilis, omnium perita, linguarum, rusticæ plebi graviter imminens.

Item AVENTINUS *lib. VII. Annal. Bojar.* Eadem tempestate scilicet circa annum 1438. furacissimum illud genus hominum colluvies ac sentina variarum gentium quæ in confinio Imperii Turcarum atque Ungariæ habitant, rege Zindelone nostras peragrare cœperunt regiones, furto, rapina, divinationibus impune prorsus victum quæritant ex Ægypto se esse mentiuntur, extorresque domo à Superis cogi se majorum delicto qui Deiparam virginem cum puero Jesu hospitio excipere recusaverint, illudque septem annorum exitio expiari, impudentissime confingunt, experimento cognovi eos, uti venedica lingua, & providitores atque exploratores esse. *Et paulo post:* adeo tamen vana superstitio hominum mentes velut lethargus invasit, ut eos violari nefas putent, atque grassari, furari & imponere passim sinant. 135.

Caput XXXIII.

DE INTERDICTIONE BONORUM FACTA PRODIGIIS à MAGISTRATU MUNICIPALI.

SUMMARIA.

1. *Cura prodigorum inculcata ab Ulpiano.*

2.

2. *Interdictio bonorum Magiſtratui Municipali cur competat?*
3. *Magiſtratus eſt tutor & inſpector bonorum Municipalium.*
4. *Curatores dati lege pratoria.*
5. *Prodigorum deſcriptio ex ſaluſtio.*
6. *Quod potuit Prator, hoc poteſt Magiſtratus Municipalis.*
7. *Interdictio bonorum eſt cautela.*
8. *Prodigus aquiparatur furioſo.*
9. *Qua Municipiis proſunt, Principis ſuperioritati non nocent, Magiſtratui non videntur denegata.*
10. *Plus tribuitur civitatibus quam privatis.*
11. *Decretum interdictionis bonorum quid pracedere debeat.*
12. *Effectus peracta interdictionis.*
13. *Interdictione gravatus appellare poteſt.*
14. *Durante iſta appellatione an bonorum alienatio ſit valida.*
15. *Filius in teſtamento patris declaratus prodigus.*
16. *Is pro vere prodigo ſine decreto Magiſtratus non habendus.*
17. *Præjudicium.*
18. *Aſſiduus luſor ſimilis eſt prodigo.*
19. *Curator hareditatis jacentis.*

1. Curam prodigorum qui verbis ſapientes ſed agentes re ipſa furioſi ſunt ita inculcat Ulpianus: *Non eſt novum quosdam etſi mentis ſua videbuntur ex ſermonibus compotes eſſe, tamen ſic tractare patrimonia ad ſe pertinentia, ut niſi ſubveniatur, eis deducantur in egeſtatem, Eligendus itaque erit, qui eos conſilio regat. Nam aquum eſt proſpicere nos etiam iis, qui quoad bona ipſorum pertinet, furioſum faciunt exitum.* Perinde itaque illis ac furioſis interdictum eſt, ne obligari ſine curatore poſſint. *l. his qui* 12, *§. 2. ff. de tutor. & curat. tut.*

An Magiſtratus Municipalis prodigo bonis interdicere poſſit nec ne? In jure ſpecialiter, & in terminis ut loquuntur, deciſum non memini, ut autem Municipalibus hoc tribuam, hæc juris ſint fundamenta.

Cum Magiſtratus Municipalis ſit tutor, inſpector cuſtosque bonorum Municipalium, ejus maxime erit officii, providere, ne quis re ſua familiari male utatur. *arg. §. ſed & major inſtit. de his qui ſunt.*

Sicut olim lege Prætoria curatores dabantur vel propter laſcivam vel propter dementiam. Nam

ex

ex luxuria conflatur egestas rei, familiaris, hinc nefaria consilia. ut ait de Catilina FLOR. *lib. IV Epit. cap. I.* Et CLAUDIAN. *l.* 1. *in Rufinum. Et luxus populator opum cui semper adhærens infelix humili gressu comitatur egestas*, Tales quoque describit SALUST. *Bello Catilinar. lib. I. cap.* 2. quod sint dediti ventri atque somno, indocti incultique qui vitam veluti peregrinantes transigunt, quibus contra naturam corpus voluptati, anima oneri est.

5.

6. Deinde *l.* 1. *ibi sed solent hodie prætores ff. de cura furios.* Ex qua sic concluditur; Quod potuit prætor id ipsum hodie ipsis Municipalibus non denegatum videtur quod nobis probat. VULT. *in jurispr. Rom. lib.* I. *cap.* 13. *ubi n.* 51. *&* 52. *itemque* 53. Prætorum auctoritatem progressu temporis ita imminutam, ut eorum officium ad jurisdictionem tantum voluntariam (quam & Municipalibus sine controversia competere *supr. lib.* II. *cap.* 17. demonstratum est) restrictum fuerit.

Porro cum jus dandi tutores curatoresque ad Municipales indubie pertineat, ut *Lib* II. *cap.* 36. dictum, sequitur & interdictionem bonorum illorum jurisdictionem nullatenus excedere, ratio sequelæ *ex d. l.* 1. *totoq. tit. ff. de curat. fur.* desumpta. Ubi totidem verbis hæc interdictio curatela dicitur.

Nam surdo muto & furioso cæterisque qui rebus suis superesse non possunt, curatorem à Magistratu dandum extra dubium est, sed furioso prodigus æquiparatur, *l. Fulcinius* §. *adeo ff. quib. ex caus. in poss.* 8.

Deinde hanc doctrinam tutam reddit, quod illa juri superioritatique dominorum in nullo derogat, quæ itaque prosunt, Principique non nocent, quomodo Municipibus neganda videbuntur? 9.

Novum in jure quoque non est, ut plus juris tribuatur civitatibus, quam privatis RITTERSHUS. *ad nov. p.* 3. *cap.* 9. *n.* 18. MATTH. STEPH. *ad novell.* 160. *n.* 7. TABOR. *de alt. tanto. part.* 3. *art.* 6. *n.* 3. *Lib. I. supr. cap.* 6. 10.

Decretum Magistratus præcedere debet exacta citatio, causæ cognitio & pronunciatio. *l.* 10. *ff. de curat. furios.* CARPZ. *p.* 3. *const.* 6. *def.* 10. Quod si intermittatur nihilominus poterit administrare bona sua. GODEN. *consil.* 81. *n.* 14. 11.

Rite peractæ interdictionis effectus est ut talis non possit testamenta condere nisi suis & egenis prudenter consuluerit. CUJAC. *ad l.* 12.

 Is.

Is. cui bonis 6. ff. de verb. oblig. Quia & comparatur pupillo. *l. certi. §. idem quæri ff. de reb. cred.* Hinc rem suam augere potest sine tutore, minuere non item *l. is cui lege ff. qui test. fac. poss.* Ergo valida ejus nec est obligatio si ex re ejus non est. CUJAC. *dict. loc.*

13. Si interdictione hac se gravatum putat prodigus, appellationis beneficium ipsi remanet salvum. MONTAN. *de tutel. cap. 28. n. 40.*

14. Ubi quæritur, an durante appellatione super effectu interdictionis bonorum alienatio adhuc sit valida? Quod non videtur *per text. in L. Julianus ff. de curat. furios.* & litis pendentia vitio litigiosi subjacet *l. fin. in princip. c. de litigios.*

15. Sæpe evenit patrem in testamento declarare filium suum prodigum cujus assertioni quod filius talis sit standum vult esse. CUCH. *de legit.*

16. *n. 20.* Is tamen pro vere & realiter prodigo non habendus, nisi decreto Magistratus superveniente pro tali declaretur. RICHT. *decis.*

17. 42. *ubi n. 7.* tale refert præjudicium de Anno 1634. Wann gleich der Vater seinen ältesten Sohn Carln nicht ausdrücklich einen prodigum genennet / jedoch weil er ihm nicht allein seinen väterlichen Zustand zu verwalten nicht vertrauen wollen / sondern auch im Testament gewisse Curatores verordnet / die auch vom Magistratu des Orts/ wie rechtens darzu confirmiret und bestätiget worden/ und sonderlich gedachter Carl/ bey diesen allen acquiesciret / und so wol des Vaters Judicium als des Magistratus Decretum und Confirmation approbiret und gut geheissen / so ist er auch in der That und Wahrheit pro prodigo zu achten gewesen.

Quod de prodigo DD. statuunt, 18. idem quoque obtinere volunt in assiduo lusore, cui non abs ratione curator quoque præficitur, expensæ enim immoderatæ hisce non poterunt esse intolerabiliores atque ita post DECIUM *in cap. ult. in fin. x. de judiciis sentit.* CAROL. MOL. *in adit. ibid.*

Refertur huc quoque cum à 19. Magistratu datur curator hereditati jacenti item peregre absenti, captivo de quibus *vid. cit.* MONTAN. *c. 28. de tutel.*

Ca-

Caput XXXIV.

DE MUNICIPIORUM JURE COERCENDI BLASPHEMATORES, FORNICATORES, ALEATORES ET FURES.

SUMMARIA.

1. *In quibus criminibus Municipia cognitionem plerumque habeant.*
2. *Blasphemantes per vulnera Christi jurantes.*
3. *Cur ejusmodi juramenta punienda.*
4. *Jurare per capillum Dei Jur. Canon. prohibitum.*
5. *Blasphemia jure Divino capitalis.*
6. *Juramentum per creaturas in sacris.*
7. *Non erat juramentum sed assertio veritatis ejusque comparatio ad aliam.*
8. *Gentilium est per creaturas jurare. Varia horum exempla.*
9. *Jurare per brassicam; Vertus chou apud Gall.*
10. *Quam usitatum hoc crimen.*
11. *Hodie blasphemæ voces habentur tanquam ornatus in orationibus.*
12. *Universale hoc crimen.*
13. *Temeraria hæc juramenta merito punienda.*
14. *Dei indignatio ob crimen hoc.*
15. *Turcæ in vernacula non habent execrationis formulas.*
16. *Decretum Imperii Wormatianse in blasphemos.*
17. *Quod posteris temporibus non correctum.*
18. *Hoc crimen* des Fluchens und Schwehrens / *à blasphemia proprie sic dicta separatum est.*
19. *Statuta publica de maledicis & imprecatoribus hujusmodi.*
20. *Observantia optima juris magistra & interpres.*
21. 22. 23. 24. *Magistratui Municipali observantia Constit. Imp. injuncta est.*
25. *Cognitio de blasphemiæ crimine est fori secularis.*
26. *Quam horendum sit hoc crimen imprecationis.*
27. *Imprecatores pejores sunt judæis crucifigentibus Dominum.*

28. *Pium factum dictumque Ludovici IX. Regis Galliarum.*
29. *Cujuscunque blasphemantis os manu percutiendum.*
30. *Blasphemia est publica injuria.*
31. *Adhortatio ad punienda hæc crimina Diabolica cum exemplo.*
32. *Pœna blasphemantium in Gallia ex Constit. Philippi II.*
33. *Delicti istius reiterati pœna apud Gallos.*
34. *Actio ex habitu contracta, an sit voluntaria?*
35. *Nulla causa aut circumstantia hanc maledictionem excusat.*
36. *Municipales, si delicta non puniunt sibi præjudicant.*
37. *Aliud ex assuetudine aliud deliberato proposito blasphemare.*
38. *In iis quæ sui natura mala sunt usus loquendi non excusat.*
39. *Usus & consuetudo loquendi à rigorosa pœna excusat.*
40. *Præjudicium de eo.*
41. *Dira execrationis formula Gallorum je renie Dieu.*
42. *Justus dolor à rigore pœna excusat.*
43. *Summa iracundia amentiæ species est.*
44. *Ex calore iracundiæ blasphemanti indulgendum.*
45. *Supina ebrietas excusat ab hoc delicto.*
46. *Præjudicium Scabinatus Jenensis.*
47. *Aliud præjudicium.*
48. *Imprecans in continenti revocans.*
49. *Pœnitentia ad minuendam blasphemiæ pœnam qualis esse debeat?*
50. *Deus facilius remittit crimina quam homines.*
51. *In continenti revocans, ex incuria peccasse censetur.*
52. *Exemplum.*
53. *Præjudicium.*
54. *Fornicationis simplicis nulla injuria est definita pœna.*
55. Inter *stuprum & fornicationem differentia.*
56 *Definitio meretricis juxta glossam.*
57. *Fornicatio unde dicatur?*
58. 59. *Quid ex jure locali?*
60. *Pœna fornicationis de jure Saxon. est relegatio.*
61. *Relegatio illa est temporalis.*
62. *Pœna fornicationis Ecclesiastica sive consistorialis.*
63. *Jure Mindensi quando ad fustigationem ob hoc crimen deveniatur?*

64.

64. *Iteratio delicti auget pœnam.*
65. *Meretrix unde dicatur?*
66. *Non omnis corruppta est meretrix.*
67. *Quæ unum virum tantum admisit meretrix non est.*
68. *Quænam præsumatur meretrix?*
69. *Ex quibus actionibus?*
70. *Meretrix an mercedem sibi promissam à Magistratu petere possit?*
71. *Rei turpis nulla obligatio, infamis actionis turpis judex.*
72. *Meretrices non turpiter accipiunt, quomodo id intelligendum.*
73. *Municipia minora publicis carent lupanaribus.*
74. *Census à Sixto IV. Roman. Pont. ex Romanis lupanaribus compilatus.* Milch-Zinse/ Huren-Zoll.
75. *Copia meretricum Romæ repertarum.*
76. *Improba merces in ærarium non inferenda.*
77. Meretricum *descriptio & fœdi mores.*
78. *Spuriis ut alimenta subministrentur Magistratus curet.*
79. *Provide Magistratus in denominationibus patrum, quæ fiunt à meretricibus procedat.*
80. *Jure civili pater spurium alere non cogitur.*
81. *Secus jure Canonico.*
82. *Magistratus* Municipalis *est curare ut pater spurium suum alat.*
83. *Si meretrix partum alicujus esse dicat, juramentoque hoc confirmet, fornicator vero neget, se rem cum scorto habuisse, quid juris quoad alimenta?*
84. Similitudo *oris quando præbet.*
85. Meretrix *si patrem denominare nolit.*
86. *Confessio stupratæ in partus dolore quem habeat effectum?*
87. *Obstetrices Magistratui ejusmodi personas indicare debent.*
88. *Ludus immoderatus in Municipiis non permittendus: Ludus à lusu quomodo differat.*
89. *Ludus unde dictus? Ejus inventores.*
90. *Ludus ad famem repellendam inventus.*
91. *Alea unde dicatur? Ejusque inventum.*
92. *Alea ludus nobis incognitus.*

93. *Alea pro re cui periculum & dubitatio subest.*
94. *Alea pro ludo illicito.*
95. *Aleæ ludi hodierni.*
96. *Gallorum natio in ludis excolendis solers.*
97. *Chartæ lusoriæ inter ludos fortunæ reputantur.*
98. *Chartarum inventum ex idololatria Satanica.*
99. *Quatuor chartarum lusoriarum ordines more Saxonum.*
100. *Reflexiones horum ordinum.*
101. *Cæteri chartarum lusoriarum ordines more Gallorum.*
102. *Interpretatio hujus ordinis.*
103. 104. La *bassette omnium ludorum chartaceorum infaustissimus.*
105. *Ludus ille Edicto Imperatoris vetitus.*
106. *Ludus Chartarum recreationis causa non est prohibitus.*
107. *Omnis ludus in Republ. est tolerandus si ad recreationem instituatur.*
108. *Lusor certus de victoria potest ad sponsionem provocare adversarium.*
109. *Quomodo ludendum?*
110. *Jacobi I. Britanniæ Regis monitum ad filium de usu & abusu ludi.*
111. *Ludi sint induciæ rerum seriarum.*
112. *Naturale est interdum remittere à curis & laboribus animum.*
113. *Ut fiat alacrior ad labores.*
114. *Ex ludo quæ proveniant?*
115. *Factum dictumque quoad aleam Casimiri Ducis Sendomiriensium.*
116. *Basilidis Moscoviæ Tyranni collusores suos misere tractantis exemplum.*
117. *Ludus in pecuniam prohibitus.*
118. *Victoriæ in ludo dulce præmium.*
119. *Lucri cupiditas sine avaritia ludum non reddet detestabilem.*
120. *Etiam quoad spectatores.*
121. *Contractus in ludo celebrati sunt invalidi.*
122. *Clausula in mutui chirographo, pecuniam in utilitatem mutuantis esse versam.*

123.

123. *Pecunia ludentium pœna apud Turcas.*
Alea à Romanis damnata.
124. *Ludo quæstum professionemque facientes puniendi.*
125. In *aleatorum receptores animadvertendum.*
126. *Alearum receptores quatenus puniantur?*
127. *Qui tales dicendi?*
128. *Cobylon Lacedamonius quid de Corinthiis aleatoribus dixerit.*
129. *Priscorum Germanorum ludendi temeritas.*
130. *Lucrum aleatorum est damni arrha.*
131. *Lusores raro divites.*
132. *In ludo magnificus victor fit tandem splendidus perditor.*
133. *Claudius Imperator in inferno alea ludere fingitur.*
134. *Rectores ipsi quandoque aleæ dediti.*
135. *Leges Canonicæ à Clericis, & civiles, à Principibus contemnuntur.* Wann der Abbt die Würffel aufwirfft / ist denen Brüdern das Spielen erlaubet.
136. *Clericorum alea. Ludentium pœna de Jur. Canon.*
137. *Jure Canonico omnes ludi voluptuosi sunt improbati.*
138. *Lupini vel fabæ item Marques tantes.* Zahl-Pfenninge / *nummorum vicem in ludo supplent.*
139. *Zabulus aleæ inventor.*
140. *Lusores à S. Domini cœna arcentur.*
Constit. Ecclesiastica Palat. & Civit. Genevæ.
141. *Idem servatur Constitutione Synodali Zelandica.*
142. *Idem in Ecclesiis Reform. Juliacensibus &* Montensibus.
143. *Victus aleæ lusu ut solvat conveniri nequit.*
144. *Pecunia ludo deperdita potest condici per victum à victore.*
145. *Filii vel servi si luserint repetitionem habent pater vel dominus.*
146. *Pater quod ludo amisit filii revocare queunt.*
147. *Si ludo quid perditum à Magistratu non prohibente repetitur.*
148. *Qui, quod potest, non prohibet, tam est in culpa quam faciens.*
149. Monitum *pro Magistratu Municipali de coercendis improbis lusoribus.*
150. *Statutum* Mindense *de lusu prohibito.*
151. *Ludus latrunculorum* Schacht-Spiel / *origo nominis.*

152. *Laterones latrones qui?*
153. *Lusus equorum quis?*
154. Schach *sica*, Schacher *sicarius.*
155. *Inventor istius ludi.*
156. Schach-matt / *unde?*
157. Strôpecke / *in Halberst. densi* Principatu *pagus, hoc ludo celebris.*
158. *Non tamen ludo isto sunt invincibiles.*
159. *Osores istius ludi.*
160. *Ludus iste est innocuus permissus imo laudabilis.*
161. *Ollæ fortunæ*, Lotterey / *quatenus in Municipiis permittenda.*
162. 166. *Exempla desuper.*
163. *Cautela.*
164. *Fundamentum ollæ fortunæ.*
165. *Ad quem finem ollæ fortunæ instituendæ.*
167. *Ollæ fortunæ privatorum in Municipiis non toleranda.*
168. *Ollares circumforanei non ferendi.*
169. *His similes* Riemen-Stecher / Lorendreyers / Kreyselers / *&c.*
170. *De his Constit. Imperii.*
171. *Comœdiæ circumforaneorum in Municipiis non permittendæ.*
172. *Permittendæ tamen comœdiæ scholasticæ.*
173. *Furti modici pœna est arbitraria.*
174. Garten-Diebe.
175. *An magis fur censendus qui modicum aut qui magna furatur?*
176. *Lex de furto apud Ægyptios, ex qua pars furti cedebat furi.*
177. *Cur lege Divina, raptori aperto minor dictata pœna quam furi?*
178. *Accurata rei ablatæ restitutio apud Hebræos.*
179. *Fures earum rerum quæ publicæ fidei exposita sunt severius puniendi.*
180. *De furibus hortensibus statutum* Mindense.
181. *Fures aratrorum* Pflug-Diebe / *severa in eos vindicta Stat. Spir.*
182. *Jus Alemannicum in hujusmodi fures.*
183. *An oblatio rei minimæ sit furtum.*
184. *Furtum famis necessitate commissum.*

185. *Sententia contra fures à judicibus Tartaricis ferri ſolita.*
186. *Cur furtum neceſſitate famis commiſſum de jure Divino rependi debeat ſeptuplo.*
187. *An ex neceſſitate furans contrectet alienum invito Domino?*
188. *Cur hoc caſu furans de Jure Canonico pœnitentiam facere debeat?*
189. *Qualis eſſe debeat neceſſitas quæ furem excuſet?*
190. *Furi ex neceſſitate furanti quid incumbat?*
191. *Quinam fures neceſſitatem objicere nequeant.*
192. *Quotidiana plenius ſunt attingenda.*

1. Præcedenti tractatione Municipiis cognitionem in quibusdam delictis tribuimus. Alia autem adhuc ſunt, in quæ cum primis cura politica Magiſtratus ejusque ultio differenda non eſt, ne pars ſincera trahatur, quod uno atque altero hoc capite exemplicabimus, & latius demonſtrabimus.

2. Et primo aſſerimus Magiſtratum Municipalem blaſphemantes illos, qui per membra per caput, per vulnera Chriſti jurant, maledicunt, imprecantur, diris que ſe devovent, ſi careat poteſtate carcerandi, ſaltem pro qualitate delicti pœna pecuniaria plectere poſſe.

3. Et quidem blaſphema jurandi illa forma per caput, per membra, & vulnera Chriſti prohibita à JUSTINIANO *Nov. 77. cap.* 1. §. 1. quia hæc juramenta continent ſu-
4. perſtitionem idololatricam. Per capillum Dei vel caput jurare canones quoque ſevere prohibent, ubi talis non ſolum puniendus, ſed & ſi quis eum non manifeſtaverit, quod divina condemnatione coercendus ſit. *c. ſiquis per capil-*
lum 10. *cauſ.* 22. *q.* 1. In ſacris 5.
blaſphemans capitali ſupplicio afficiebatur, & qui blaſphemantem audierunt disrumpebant veſtes ſuas. MATTH. 26. *v.* 64.
& 65. Verum in ſacris per crea- 6.
turas jurare, impune videtur. *ut Gen.* 31. *v.* 54. **Und Jacob ſchwur ihm bey der Furcht ſeines Vaters Iſac.** Joſephus jurat per vitam Pharaonis. *Gen.* 42. *v.* 16. Moſes aſſerit cœlo & terra teſtibus; **Ich nehme Himmel und Erde über euch zum Zeugen.** *Deut.* 30. *v.* 19. Paulus per Angelos. 1. *Tim.*
5. *v.* 21. Sed ſciendum hasce aſ- 7.
ſertiones proprie non fuiſſe juramentum, ſed comprobationem unius per aliud & veritatis ad veritatem comparationem. SCHARSEHM. *ad novel. exerc.* 13. *th.* 32.
Jurare per creaturas demum pro- 8.
hibitum & deliriis gentilium re-

linquendum est grata mente recognoſcendo, quantis è tenebris offenſa veritatis luce ſimus emerſi. Nam Romani jurabant per Jovem, lapidem, arcades, per aquam ſtygis. Naſamones per viros quos credebant optimos, alii per caput ejus quem chariſſimum habebant. Forcatulus per oſſa & cineres parentum.

Alexander per Hepheſtionem, per anſerem, Socrates per canem, Diogenes per porcum Agamemnon. GEORG. SCHÖNBORN. *Polit. lib.* II. *cap.* 21. *cum Auctor ibi allegat.* Et hodie Perſæ per caput & acinacem Regis jurare aſſolent ex ben Schach Abbas Kopff. PIEDR. DE LA VALL. *Itin. Oriental. part.* 2.

9. Athænus refert quosdam veterum ſolitos fuiſſe jurare per braſſicam, unde ſine dubio jurandi forma plebeorum quorundam Gallorum *Vertu chou* originem traxiſſe videtur. *Auctor des diverſitès curieuſès part.* 2.

10 Quam uſitatum hoc damnatiſſimum crimen maledicendi imprecandique moribus noſtis ſit teſtatur DREXELIUS hiſce verbis: Reperias non impios milites non Bellonæ, ſed Minervæ, & literarum alumnos, qui tam immanes evomunt execrationes, ut nemini mirum videri poſſet, ſi terra illos dehiſceret: Chriſti Sacramenta, orbis elementa, omnia Chriſti vulnera, crucem, angores, cruciatus, omnia cœli fulgura & fulmina in eos cogunt numeros, ut illis ludus & jocus ſit centies centena, aut tricies millies millia vel fulminum vel Sacramentorum, vel vulnerum ore impio jactare, & cum numeri deficiunt, ſtellas & ſidera ad numeros vocant & iis triremes, turres, maria, imo & tartarum implent, ut nemini non ſerio improbi videantur.

Super vulgato uſu blaſphemandi, & temere jurandi nemo magis eſt, qui attonitus ſtat, quia quotidie virtutes ſeneſcunt, vitia paulatim adoleſcunt, ita ut jam pauci reperiantur, qui dicta ſua impiis & blaſphemis vocibus non confirment, & obſignent, ac ſe hoc modo ſermonibus ſuis ornamentum addere exiſtiment, non ſecus acrationes tropis & ſchematibus Rhetores exornare ſolent, ut conqueritur GUAZ. *de civili converſat. differt.* 2. *recenſit ab* ASCHAF. *conſil. pro arar. claſs.* 20. *ord.* 1556. Et jam familiare eſt & frequens hoc vitium, ut ſi omnes blaſphemi decapitarentur, pauci ſupereſſent, qui poſſent blaſphemare JUL. CLAR. *lib.* V. *ſent.* §. *blaſphemia n.* 3.

Blaſphemiæ, execrationes, diræ imprecationes, juramenta teme-

meraria, comminatione gravissimarum mulctarum abrogentur ait HERESBACH. *de Republ. Christian. administr. cap.* II. KELLER. *de offic. jurid. polit. cap.* 12. Pœnarum nulla gratior & acceptior est, quam quæ acerbissime de contumelia immortali Deo illata exigitur BODIN. *de Republ. lib. I. c.* 10.

14 Propter hæc crimina & fames & terræ motus, & pestilentiæ fiunt, & propterea admonemus abstinere ab hujusmodi prædictis illicitis, ut non suas perdant animas. Sin autem & post hujusmodi nostram admonitionem inveniantur aliqui in talibus permanentes delictis, primum quidem indigni semet ipsos faciunt, Dei misericordia, post hæc autem & legibus constitutis subjiciuntur tormentis, sunt verba salutaris constitutionis Justinianeæ. *dict. novell.* 77. *C.* 1. §. 1.

15. Notabile refertur de Turcis quod in ipsorum vernacula non habeant execrandi formulas, quod maxima iracundia commoti nunquam in Deum jurent, ut licet Christiani nominis hostes infensissimi, Christum Salvatorem blasphemiis non lacerant, nec quisquam blasphemat nisi renegati sive Mammolucci Auctor *Des diversites Curieus. part.* 5.

16. Wormatiæ in Comitiis Imperii Anno 1495. decretum, ut blasphemus Deum ut injustum, aut non veracem conviciis incessat corpore id luat: Si Christi tormenta aut vulnera, auri marcam rependat: Si pauper sit de tergo illius detur supplicium.

Iisdem cautum ut calore iracundiæ vel ebrietatis, convicia & 17. blasphemas voces in Deum evomenti, dica eadem impingantur, id quod posteris temporibus minime correctum sed omnibus judicibus summis & infimis severe injunctum est, ut ab earum pragmaticarum Constitutionum observatione nemo immunis habeatur sed contra temeratores edicti & Magistratuum conniventiam Fiscalis Cæsareus, ad mulctam Fisco persolvendam agat.

Hoc crimen des Fluchens und Schwehrens / à blasphemia in 18. Deum immediate commissa & proprie sic dicta, cum separatum sit, societatem autem civicam maxime offendat, politiamque Municipalem turbet, nemo ejus coercitionem Magistratui Municipali negabit; Quod etiam ex statutis publicis haud obscure elici poterit; *Uti ex Comitiis Augustanis de Anno* 1530. *sub tit.* Von Gottes Schwehren und Fluchen / ubi 19. maledicus statim & primo actu carcere vel pœna pecuniaria pu-

20. niendus dicitur: Quod & ex observantia optima juris magistra & interprete à Magistratibus Municipalibus confirmatur.

21. Imperii hoc passu generales Constitutiones & cuilibet Magistratui earum observantiam injungunt, ut in *alleg.* WORMAT. *de Anno* 1495. habent verba simul: Deßgleichen alle Richter und Ober-Herren / &c. die auch allenthalben in unsern und euren Gebiete verkündigen zu lassen / &c. In Comitiis Imp habitis Coloniæ 1512. Sub eodem titulo Magistratus Municipales, ratione coercitionis hujus criminis non excluduntur. §. Wo aber einige Obrigkeit hinführo als bisher in solchem lässig und säumig seyn wird / &c. Et §. seq. Auch sollen alle Christliche und Weltliche &c. *Alleg. etiam habet Reformatio Politica ex Comitiis Augustanis* de Anno 1530. sub tit. Von

22. Gottes-Lästerung und Gottes schwüren §. Wie wol &c. in verb. wollen wir / daß sich eine jede Obrigkeit und Richter nachfolgender unser Ordnung der Straff und Uberfahrung halber verhalte. Et §. Drauf ordnen / in verb. Daß er oder dieselbe durch die Obrigkeit des Orts wo solches

23. geschehen / &c. §. Wo auch einer oder mehr obgemeldte Lästerung so sie die gehöret auf Erfordern seiner ordentlichen Obrigkeit gefährlich verhielten / &c. Parem expressionem habet *Ordinat. Polit. Carol. V. de Anno* 1548. *princ.* So wollen wir daß eine jede Obrigkeit und Richter sich nachfolgender unser Ordnung der Straff und Uberfahrung halten soll / &c. 24.

Nec etiam cognitio de hoc crimine est mixti fori, ut tam ad Ecclesiasticum quam secularem judicem spectet, sed indistincte à judice seculari coercendum esse vult CARPZ. *pr. crim p.* 1. *quæst.* 45. *n.* 106. Licet in *Recess. Imp. Colon. de Anno* 1512. cautum. Und sollen die Thäter die geistlich wären / von der Christlichen / und so die weltlich wären von der weltlichen Obrigkeit an den Enden / wo solche Sünde begangen wäre / gestraffet werden. 25.

Vitium tam abominabile cur non ab omnibus qui possunt, tam inferioribus quam superioribus plecteretur? Cum optimus Deus nos præ cunctis animalibus linguam donavit vocis instrumento tam nobili, horrendum est nos in Deum sic pugnare, suismet beneficiis, DREY. *in Phaeton. cap.* 6. *n.* 3. unde recte AUGUSTIN. Minus est offendere Christum in cruce pendentem, quam in cœlo sedentem; Nam illi crucifixerunt, 26. 27.

quem

quem non agnoverunt, hi maledictis configunt ipsum, quem optime agnoſcunt, ideo hi tales proxime abſunt à damnatis, quorum hoc unum eſt negotium, Deo maledicere. *De verb. Apoſt. ſerm.* 15.

28. Notent pii Magiſtratus pium factum dictumque Ludovici IX. Regis Galliarum, is edictum promulgari fecit, cui pœna annexa, ut blasphemis infami ſtigmate labra inurerentur: Accidit ut vir nobilis in hac noxa reus, deferretur ad Regem, plurimi inſtant, ut infamis illa nota in aliud pœnæ genus mutetur. In quod Rex: Ego ipſe, inquit, honori mihi ducerem, vel mea fronte ſignum hoc recipere, modo vel hac ratione damnatiſſimum illud vitium regno meo pellerem. PAUL. ÆMIL. *lib. XCVII. Hiſtor. Franc.*

29. CHRYSOSTOM. de puniendo hoc vitio emphatice ait: Quia de blasphemia dictum eſt, unam vos omnes petere volo retributionem, pro concione hac, ut in civitate blasphemantes mihi caſtigetis, & ſi quanquam in bivio vel foro Deum blasphemare audieris, accede increpa, & ſi verbera infligere oportet, ne recuſes, ipſius faciem alapa percute, contere os ipſius, percuſſione manum tuam ſanctifica. Et ſi ulli accuſaverint & in carcerem duxerint, ſequere, & ſi pœnas judex pro tribunali repoposcerit, dic cum libertate, quod Regem Angelorum blasphemavit. 30. Si enim Regem terræ blasphemantem puniri oportet, multo magis illum contumelia afficientes. Commune crimen eſt, publica injuria cuique licet accuſare volenti, *Tom. 5. Oper. Homil. I. ad popul. Antiochen.*

31. Notent, inquam, hoc Magiſtratus, proque poſſe, ac ſuo jurisdictionis modulo in hæc crimina diabolica maledictionis inſurgant, ſi non morte, ſaltem alia gravi coercitione. Legimus namque Philippum VI. Valeſium quendam blasphemum tribus horis publico loco numellis inſeri, & in ſpectaculum exponi juſſiſſe, ita ut omnibus fas eſſet, eum teſta lutoque petere. 32. Huc referenda Conſtitutio Philippi II. Galliæ Regis, ſtatuentis, ut blasphemiæ reus in fluvium vel paludem citra mortem tamen demergeretur. Quod PETRUS GREGORIUS Tholoſæ ſervari multoties, ipſo aſſerente vidit, puta, quod reus ad ſubuculam usque nudatus, caveæ ferreæ cancellatæ impoſitus, trinis merſionibus in aquam ita caſtigatus fit, *in ſynt. jur. lib XXXIII. cap. 12. n. 12.*

33. Prima vice pœna erat expoſitio

ad publicum ludibrium. Si secunda vice in idem vitium incidisset blasphemator, tum ipsi die nundinarum suprema labra ferro candente findebantur, ut dentes apparerent, tertia vice labium inferius, quarta abscindi utrumque. quinta linguam, ut per eam quem peccaverat, torqueatur, alleg. PETR. GREG. *d. loc.*

Magistratus Municipalis in hu-
34. jusmodi maledictores non habita
ratione assuetudinis (ad quod fru-
stra ex PLATONE adducitur, actio-
nem ex habitu contractam esse
involuntariam, quia hoc in pec-
cato in Deum, in se ipsum &
proximum non attenditur) non
imprecandi causæ, quæ hic nulla
35. relevans esse poterit. Non rusti-
citatis, doloris, ebrietatis (quæ
circumstantiæ, an in judicio ca-
pitali quid possint, videantur Dd.
ob id non immerito à Neotericis
religiosis devotisque castigati)
36. pro jurisdictione sua severe ani-
madvertere, nec superioribus an-
sam in civitaticæ coercitionis præ-
judicium ulterius quid statuendi
sua conniventia præbere debet.

37. Assuetudinem hanc quod atti-
net, re vera aliud est ex delibe-
rato animi proposito & industria,
aliud ex pravo loquendi usu verba
blasphema proferre, STEPH. *ad*
38. *art.* 106. *Carpz. crim.* Et quam-
vis in iis quæ de se & sua natura
mala & detestabilia sunt usus lo-
quendi ac consuetudo, etiamsi to-
tus mundus illa uteretur simplici-
ter & in totum non excuset,
CARPZ. *pr. crim. p.* 1 *quæst.* 45. *n.*
76. Ejusque excusatio quæ impiam
regionis consuetudinem obtendit,
nullo modo audienda est, quia
perversa consuetudo legibus dero-
gare non potest, ANTH. MATTH.
de crim. lib. XLVIII. tit. 10. *cap.*
6. *n.* 7. à rigorosa tamen pœna 39
mortis communis usus loquendi
non immerito liberat, quia magis
ex errore & incuria quam ex ma-
lignitate peccat, & ita pronun-
ciatum in tali casu refert CARPZ.
d. q. 45. *n.* 78. Hat der verhaffte
M. D. in guten gestanden/ daß er 40
die Sacramenta geflucht/und sich
ferner dieser Gottslästerlichen Re-
den verlauten lassen: Unser
HErr GOtt hätte noch ein Jahr
zu regieren/ darnach hätte er aus-
geherrschet/ es würde darnach wol
besser werden/ daneben fürgege-
ben/ es wäre ihm nicht von Her-
tzen gangen/ sondern hätte an der
Soldaten geführtes Sprichwort
gedacht: Daß der Hallerstatter
über ein Jahr nicht herrschen
würde/darnach würde es aussenn
So wird der Gefangene M. D.
seines verübten Fluchens wegen/
anderen zum Exempel eine Stun-

de

de lang an das Halß-Eisen jedermänniglich anzuschauen gestellet / und darauf seiner geführten freventlichen Läster-Worts halber gestalten Sachen nach öffentlich zur Staupen geschlagen / und nach ausgestandener Leibes-Straffe des Landes ewig billig verwiesen / V. R. W.

Cæteroquin si nulla ratio assuetu-
41. dinis haberetur, quot dira execrationis supplicia subire non cogerentur, plerique Gallorum dum assueta illa sed horrenda formula *Je renie Dieu* toties quoties Deum abnegant.

42. Justum tamen dolorem sive iram & lubricum linguæ, si non ab omni pœna saltem à rigidiore excusare uno ore tradunt Criminalistæ, quos citat CARPZ. *crimin. p. 1. q. 45. n. 62.* Talis autem ira esse debet ut justa ex causa orta videatur, & alienationem quasi mentis induxerit nec enim leviuscula causa iracundiæ excusationem merebitur. COVARRUV. *in cap. quamvis 2. part.* 1 §. 7. *n.* 28.

43 Ejusmodi iracundiæ species amentia est, quæ dolum & propositum blasphemandi excludit, quæ tamen ut blasphemiæ pœna ordinaria obtineat, quam maxime requiruntur, *Recess. Imp. Colon. de Anno* 1512. Von Gottes Lästeren. *verb.* Freventlich und üppiglich. Et hæc ratio sine omni dubio movit Imperatorem Maximil. 44.
I. ut ex calore iracundiæ blasphemanti aliquo modo indulgeret. *Recess. Wormatiæ. Anno.* 1495. *tit.* Die Pöen derer / so aus Hitze oder aus Zorn schwehren. Et tum obtinet mitior, veluti pecuniaria carceris vel etiam fustigationis pœna cum relegatione DAMHOUD. *prax. crim. cap.* 61. *n.* 22.

Quæ de tali iracundia jam sunt 45.
allata, ea ad supinam ebrietatem quoque referenda sunt, non quod ebrietas excuset sed quia in mentis exilio, animum & propositum delinquendi adimit, ergo talis ebrietas non sufficit, cum quis ex copiosiori potu alacrior, & in naturales passiones, ut in iram & petulantiam proclivior apparet, quia nullum, vel satis modicum detrimentum ratio ex eo patitur teste PAULO ZACHIA *in quæst. Med. Legal. lib.* I. *tit.* 1. *quæst.* 11. *n.* 12.

Hinc à scabinatu Jenensi Anno 46.
1613. pronunciatum. Ob wol N. und N. ausgesaget / daß der verhaffte Blasius &c. den schönen Weynachts-Gesang/Ein Kindelein so löbelich/ mit folgenden verbis formalibus gesungen: Wäre uns das Kindlein nicht gebohrn/ So wärn wir Hundsfütter alle verlohrn. Ey du süsser Jesu Christ / Daß du ein Huren-Kind ge-

gebohren bist / &c. (Horresce Lector) und derentwegen nach Ordnung der Rechte mit dem Schwerdte von Leben zum Tode zu straffen / dennoch aber weil gedachter Blasius wegen des übermachten Truncks nicht wissen wil was er gethan/immassen dann der erste und dritte Zeuge bekennen/ daß der Verhaffte gar voll und bezecht gewesen / so wird er in Ansehung dessen mit angedeuteter Straffe verschonet und des Landes ewig verwiesen. v. R. w. refert THEODORICUS *in Judic. Crim.*
47 *cap. 5. aph. 8. n.* 11. ubi adhuc horrendam & detestandam blasphemiam subnectit cujusdam dicentis: Ich thäte unseren HErrn GOtt (cujus nomen benedictum in secula) im Hals / er hat keinen Theil an mir/ was frage ich nach ihn / und begehre auch den Himmel nicht. Itaque pronunciatum: Auch nicht wie zu Recht erheblich/ beweißlich machen könte/daß er da mahls also voll und truncken gewesen/daß er nicht gewust/ was er geredet / so ist er wegen solcher abscheulichen Worte mit Staupen-Schlägen ewig zu verweisen.

48. Si tamen imprecans in continenti imprecationes suas retractet, ductusque poenitentia Deum invocet, ut lubricum linguæ ipsi condonet, huic Magistratum Municipalem recte sine timore præjudicii parcere posse puto per *tradit.* ALB. *in Tract. de agnosc. assert. Catholic. & hæret. quæst. 27. n. 9. & 13.*

Requiritur autem hoc in continenti, antequam è loco abierit, 49
blasphemans ubi blasphemavit & veram poenitentiam ostendat, linguæ vitium revocet & retractet, sive verbis ac gemitu peccatum deplorando, sive pectus aut labia percutiendo, quo casu talem vel extraordinaria vel mitiori vel prorsus nulla poena plectendum *esse* docet CARPZ. *d. q. 45. part. 1.*
n. 66. Nam mitius agitur cum 50
Deo quam cum hominibus, isque facilius remittit. Comprobat id suo exemplo DAVID *2 Sam.* 24 *v.* 14. dum ait: Incidamus quæso in manus Jehovæ, nam magnæ sunt miserationes, in manus autem hominis ne cadam. Imo in
continenti revocans blasphemiam 51
ex incuria saltem peccasse videtur, igitur aliquo modo ei indulgendum secundum dispositionem *Recess. Imp. all. de Anno* 1495. *in verb.* oder dergleichen Zufälle unbe-
dacht geschehe. Hujus exem- 52
plum refert CARPZ. *cit. loc. n.* 70. Cum quis tempore pluviæ ingentis hæc horribilia verba evomeret: Ey nun seiche / daß dich Gott sieben Sacrament schände/

ab

ab adstantibus autem reprehensus pœnituit veniam à Deo & hominibus petens his verbis: Ich habe es gesagt/ vergebe es mir Gott/
53. ich bitte/haltet mirs für gut. Indicta ergo ipsi fuit pœna gladii, sed cum hac clausula: Es wolte dann die hohe Obrigkeit dem Gefangenen dahero daß ihm angeregte Gottslästerliche Reden alsobald leid gewesen / indem er Gott den Allmächtigen um Verzeihung/ auch daß es ihm diejenigen / so es von ihm gehöret / zu gut halten wolten/gebethen/Gnade erzeigen auf den Fall würde er mit Staup-Schlägen des Landes ewig billig verwiesen. V. R. W.

Alterum crimen quod frequen-
54. tius in coercitionem Municipalium cadit, est fornicatio simplex, cujus etsi de jure communi nulla certa sit definita pœna. *l. 13. §. 2. ff. ad L. Jul. de adult. l. 29. in fin. C. eodem.*

Quæ differt à stupro hoc enim
55. cum virgine aut vidua honeste vivente committitur. *l. 6. §. 1. ad L. Jul. de adulter.* Fornicari est rem veneream habere cum meretrice, quæ aliis palam se prosti-
56. tuit, quam definit GLOSSA, quodque plures quam 23000 viros admisit *in c. vidua est 16.* ad verbum *multorum dist 34.* quæ merito dicitur ridicula & nugatoria.

Fornicatio nomen habet à for- 57.
nicibus quia ibi Romæ meretrices prostare solebant. BRISSON. *de jur. comm. p. 679.* ibique prosternabantur, *fornicari* etiam est pro incurvari, sic PLIN. *lib. XVI. C. 42.* de palma dicit, quod sit valida arbor & quod fornicatur. Et fornicarius vel foricarius, qui à Fisco tabernas conducit, sub fornicibus de quibus *l. cum quidam* 17. §. *fiscus 5. ff. de usur.*

Ex jure tamen locali ubique fere 58.
prostibula è Municipiis relegantur. quod jus relegandi illis competere, ex sequentibus apparebit: In fornicatores autem vel carcere vel pœna pecuniaria animadvertitur, ut patet *ex Constit. Saxon. tom. 1. p. 4. quæst. 72. n. 1. & seq.* Vel alia pœna arbitraria quæ ad fustigationem quandoque extenditur. CARPZ. *jurispr. forens. Rom. Sax. part. 4. constit. 28. definit. 1. & 2. pr. tot.*

Puellis impudice viventibus ex 59.
statuto plerorumq; Municipiorum, mitra per lictorem publicum imponitur, cujus impositionem si pati nolint, carcere adigendæ, aut criminibus privandæ sunt, sicut & nonnullis in locis crines abscinduntur iis quæ stuprum modo non violentum passæ. Viduæ quia ab illis major quam à puellis requiritur honestas, asperioribus sub-

 dum-

subduntur pœnis uti Lubecæ stuprum passæ prima vice carcere & catena quatuordecim dierum, secunda per sex hebdomadas, tertia vice relegatione plectuntur. MEV. *ad jus Lub. lib. IV. tit. 5. art. 3. & 4.*

60. Abeant ergo fornicatores, qui nullum aut saltem levissimum putant fornicationem esse peccatum, dicentes natura nos ad venerea esse inclinatos, de quibus nec laudamur nec vituperamur, DAMHOUD. *prax. rer. crim. cap. 93 n. 5.* Jure Saxonico hæc relegationis pœna dictata est *part. 4. Const. Elect. 28.* Ob wol die gemeine Rechte hierinnen keine Straffe verordnet / dennoch weil in GOttes Wort solche unordentliche Vermischung hart verboten / so ordnen und setzen wir / daß das gemeine Weib öffentlich verwiesen werden sol.

61. Quærit ibi CARPZ. an relegatio hæc de temporali vel perpetua sit accipienda, & de illa non de hac sentit, quia in pœnalibus benignior interpretatio capienda, & semper mitior sententia prævalet, *l. 23, in fin. & l. 42. ff. de pœn. part. 2. pr. crim. quæst. 70. n. 20.* Verum cum inter vulgares filias tam vulgare sit fornicationis vitium, certe verum est, quod dici solet: Wann man alle Huren aus dem Lande jagte / wo würde man Mägde bekommen?

Vel Magistratus Municipalis vel Principis Officialis sive Commissarius in Ecclesiasticis fornicationis pœnam statuit; Consistoria quoque & Ministeria cognitionem hujus criminis sibi vendicant, non ratione pœnæ secularis sed scandali, quod fornicatores & impudice viventes dederunt Ecclesiæ, inde hanc causam mixti fori esse vult BRUNNEM. *Jur. Eccles. lib. II. Cap. 18. §. 25.*

Idem vult statutum Mindense, *tit. 6. art. 4.* Wo aber solche Leute (ledige Persohnen) sich zum dritten mahl vergiengen / sollen sie dero Stadt auf ein Jahr lang verwiesen werden / dafern aber keine Besserung bey denenselben gefunden wird / sondern fort und fort solche Unthaten treiben / sollen sie öffentlich an einen Pranger gestellet / mit Ruhten ausgestrichen und ewig verwiesen werden. Nam iteratio delicti auget ejus pœnam. Unde inferunt Dd. quod pœna pecuniaria pro crimine imposita ob reiterationem ejusdem ad pœnam ultimi supplicii extendi possit, SCHURFF. *cons. 93. n. 9. cent. 3.*

Dicitur meretrix à merendo, quia stipendia facit, & mercede quasi militat, nam & meretrices suam militiam exercent, PETR. GREGOR. *Syntagm. lib. X. Cap. 2. n.*

n. 1. Sed & absque quæstu potest dici meretrix, *l. palam. pr. & §. rectissime. ff. de rit. nupt.* Hinc
66. statim meretrix non est quæ amore capta amanti virginalem pudicitiam excutiendam præbuit, ideo enim turpis & infamis persona non est, HARPR. *ad jus. §. non autem I. de inoff. test. n.* 31. Nam meretrix Huhr dicitur ab heuren/id est mercede conducere, MARTIN.
67. *Lexic etymol.* Nec & quæ unum tantum virum ad coitum admisit, quæstus causa, erit meretrix, sed inhonesta, THOM. TRIVISIAN. 2 *Decis. crim* 33. quia palam corpore quæstum non facit, *l. palam* 43. §. *item quæ* 2. *ff. de rit. nupt.* ad convincendam meretricem sufficit, si cum tribus se miscuerit, PETR. GREGOR. *d. lib. X. cap.* 2.
68 *n.* 3. Præsumitur meretrix in caupona ministrans, *l. fin C. si mancip. ita ven. ne prostit.* Item quæ meretricio & inhonesto habitu incedit, quia talis quis præsumitur, in quali habitu reperitur, MASC.
69 *Concl.* 1063. *n.* 29. Pariter ex procedendi modo præsumitur talis, si modo huc modo illuc vagatur, quæ nunc hanc nunc illam domum alienam intrare seu ingredi consuevit, TRIVISIAN. *d. loc.* Et quæ de nocte pulsantibus januam suæ domus aperit & ingredientes admittit, MENOCH. *lib. V. præsumt.* 41. *n.* 21. FARIN. *quæst.* 136. *n* 95.

Hic obiter notandum, absurde 70.
admodum videri traditum, quod meretrix apud Judicem vel Magistratum mercedem sibi ob fornicationem promissam petere possit, BERLICH. *in p.* 5. *concl.* 36. *n.* 17. Cum enim rei turpis nulla 71.
& apud Gentiles fuerit obligatio certe turpissimum faciunt hi judicem, qui de re tam obscœna quam severe prohibere ejus est officii, & inde nata infami actione turpissimum jus reddere, aliasque ad tam victoriosam nefandæ mercedis obscerationem invitare & allicere debeat.

Axioma illud Ulpianicum in *l.* 72.
4. §. 3. *ff. de condict. ob turp. caus.* ubi dicuntur meretrices non turpiter accipere, cum sint meretrices, hoc responso obligatur, quod ibi agatur de acceptione non de petitione, multa enim honestius (si modo hæc res hoc verbo digna) retinentur, si data simul fuerunt quam petuntur.

Municipia minora & hoc ha- 73.
bent præcipui, ut lupanaribus publicis non sint inquinata, sicut celebres sæpe urbes de cætero essent sana, si ex nullo alio, quam ex lupanaribus vitiorum pabula haberent, ut de lupanaribus asserit LACTANT. *lib. VI. justit. divin.*

74. *de vero cultu c. 23.* De Sixto IV. quidam referunt, quod is Romæ nobile extruxerit lupanar, ut ex Curtesanarum lubidinibus impurum Deoque invisum portorium compilaret. Et quod Romana scorta singulis hebdomadis Julium nummum pendendo censum triginta millia coronatorum superaverint. Hic census vocatur census lactis, Milch-Zinß oder Huren-Zoll / CARPZ. *d. p. 2. q. 70.*
75. *n. 7.* Anno 1552. Romæ habita diligenti inquisitione inventæ sunt 24000 meretrices, quæ vectigali suo patrimonium Petri uberrime auxerunt CASP. FINCK. *de Monach. cap. 2. §. 52. & C. 5. §. 23.*
76. Alexander Severus lenonum improbam mercedem in sacrum ærarium inferri vetuit, sed sumptibus publicis deputavit, ad instaurationem theatri Circi teste LAMPRID. Municipia itaque raris habitata tectis, facile his sordibus repurgari poterunt. Vid. sup. hoc *lib. III cap. 32. n. 30. & seq.*
77. Meretrix namque

- - - *est dicta chimara*
Parte leo prima, media capra anguis in ima,
Si careas donis pars prima dicta leonis,
Non te delectet media capra quia fœtet.
Anguis est extremum, qui porrigit omne venenum.

CAMERAR. *hor. subcis. cent. 1. cap. 71. ad fin.*

Interim curare debet Magistratus, ut infantibus ex fornicatione à scortatoribus progenitis alimenta, ne pereant, præstentur & subministrentur, discrete tamen & circumspecte Magistratus in denominationibus patrum, quæ fiunt à meretricibus, procedant necesse erit. 78. 79.

Jure quidem civili pater spurium alere non tenetur satis rigido, quod ut parentes ab ejusmodi concubitu removeat, plectit filios, *Auth. ex complexu* C. *de incest. nupt.* Jure tamen Canonico spurii etiam alendi sunt à patre, C. *cum haberet in fin. de eo qui dux. uxor. eam quam poll. adult.* Ratio est quia naturalis est conjunctio inter patrem & filium, nec enim natura instituit differentiam inter legitimos & illegitimos, SURD. *de aliment. tit. 1. q 10. n. 6.* Ergo si quocunque modo pater spurii potest detegi, & mater in bonis habeat, unde spurius ali possit, tum Magistratus Municipalis ipsi de alimentis prospicere necessum non habebit. 80. 81. 82.

Si meretrix dicat partum esse alicujus certæ personæ, & jurejurando hoc confirmet, fornicator vero neget, se habuisse rem cum illa, & filium non ex sese conce- 83.

ceptum, tenebitur ipsa meretrix alere filium, nec stabitur ejus dicto etiam jurato, ALEX. *consil.* 157. *circ. princ. lib. V.* BALD. *cons.* 437. *lib. ult.* BOER. *decis.* 299. ANT. FAB. *in cod. lib. IX. tit. 7. defin.* 61.

84. Nisi similitudo oris quid indicii præbeat, quod admittendum in illo casu, quod fateretur mulier vel alio modo probaretur, plures habuisse rem cum illa, & à quovis illorum verisimiliter potuisset concipere tunc viris nolentibus partum agnoscere, staretur juramento matris dicentis, eum filium talis præsertim aliis conjecturis concurrentibus. BESOLD. *cons.* 240. *num.* 22. *part.* 3.

85. Quod si meretrix vel persona ex illicito coitu gravida patrem denominare nolit, videmus ex observantia quotidiana, quod eo casu obstetrices comminationes quasdam cum mortis periculo, parturienti facere soleant, denegando operam & auxilium nisi patrem stupratorem indicet stuprata hoc pactu ad concessionem per obliquum sæpe compellitur;

86. Quæ deinde confessio non levem præsumptionem inducit adversus stupratorem, Wann die Geschändete auf ihre Aussage unter den Gebuhrts-Schmertzen beständig verbleibet. Interim tamen exinde accusatus, sine adminiculo aliarum circumstantiarum pro confesso & convicto non statim habetur. Ut obstetrices ejusmodi personas indicent Magistratui obstrictæ sunt per juramentum. *Vid. supr. lib II. cap.* 32. *n.* 42. 87.

Tertium crimen in Municipiis coercendum est ludus illicitus, immoderatus & malorum incentivus ludus differt à lusu secundum VALLAM. *lib. IV. c.* 16. quod *ludus* periculum & spem sibi propositam habet, *lusus* nihil præter meram voluptatem, hinc schola dicitur ludus, quia ibi periculum & spes est, imo labor & vapulatio. 88.

Alii putant *lusum* dici de puerilibus & lascivis, ludum vero de honestis & gravioribus oblectationibus juxta POPM. *de differ. verb. ibid.*

Ludum à Lydis qui erant Asiæ populi voluptuarii & molles, dici volunt tanquam ejus inventoribus. THOLOSAN. *syntagm.* Cum enim forte per totam Lydiam annonæ difficultas grassaretur, Lydii multa huic malo quæsierunt remedia, inventi tandem ab iis aleæ tesserarum, pilæ, aliique ludi, dum ad famem repellendam, altera dierum lusibus occupabantur, ne videlicet ciborum disquirendorum sollicitudine distorque- 89.

 ren-

rentur, nam si quis ludi studio detinetur furtim atque pededentim tempus labitur, ut non de cibo cogitet. *Et si* ALEXAND. ab ALEX.
90. Credendum hoc pacto Lydi miseriam famis per integros octodecim annos ludis sustulerunt, *lib. III. Gen. dier. c. 21. & 25.* cujus relationis fidem exploret famelicus.

91. Aleæ originem vocis quidam deducit ab alveo quem repræsentat asser lusorius. Alii volunt ludum hunc tabulæ inventum esse à Græcis inter Trojani belli otia à quodam milite cujus nomen Alea rursum alii autumant deducendam esse vocis originem à Græco ἄλυ id est error, anxietas, quia ratione incerti eventus hic ludus maxime est erraticus. MARTIN. *Lexicon. etymol. ibid.* A. L. E. A. idem est quod Aller Laster Ein Anfang. WEINREICH. *disp. de alea notab.* I. Alea autem ludos tam
92. simplices quam mixtos complectitur, ut sunt tesserarum, talorum chartarum, vel foliorum, aliaque species nobis obsoletæ & incognitæ, de quibus vid. RAUCHBAR. *p. 2. quæst. 25. n. 23.*

93. Hinc fit ut alea sumatur pro re cui periculum subest & dubitatio ut SENECA dum ait: *Subibo hujus voti aleam* & LIVIUS, *in dubiam Imperii servitiique aleam imus*, id est periculum, proprie autem & specifice intelligitur de omni ludo qui magna ex parte in fortunæ varietate consistit, & proprie tesseras complectitur. LEHMANN. *de var. ludend. gen. cap. 1. §. 4.* Sumiturque pro ludo illicito bonis- 94.
que moribus inimico. DAMHOUD. *pr. Crim. cap. 26. n. 1.* Nostris 95.
autem moribus, aleæ ludus præcipue comprehendit Verkehren / Vickdack / groß klein / der lange Buff / Contra-Buff / &c. LEHMAN. *d. tr. c. 2. §. 20. n. 82.* Cui 96.
hodie accessit Gallorum *Toccodille*, hæc enim natio valde solers est in ludis vel excogitandis vel excolendis ita ut LANSIUS ipsos eam ob causam levitatis accuset, subdens hodie totam Galliam esse aleam & permissione publica ibi alearum Gymnasia fervere. *In consult. de Principat. inter proverb. Europ. orat. contr. Gall.*

Chartæ autem lusoriæ quam 97.
maxime inter ludos fortunæ reputantur, ut quæ à cœca & ancipiti dependent fortuna, ubi multoties accedit fraus, ubi fortunam denuo experiri non desinit, qui ludum perdidit, & tandem jactum vel semel feliciter casurum sperat, in aliis ludis ubi victoris ingenio & arte se superari quis videt, cum impari non congreditur aut tandem congredi desinit. Juxta illud

OVI-

OVIDIANUM *lib. I. de art. am.*

Sic ne perdiderit, non cesset ludere lusor.

Et revocat cupidas alea sæpe manus.

98 Earum autem auctorem ipsum satanam faciunt, qui cum hominum animis idololatriam altius imprimere vellet, chartarum usum & lusum protulit, in quibus figuræ sunt, Rex, Regina & servus qui olim idolorum ipsorum effigies erant, & idolorum manifesta nomina habebant, cujus idololatriæ verissimum & plausibile monumentum ætas nostra retinens, tantum nomina ipsa interpolavit, res autem ipsa maleficium & fœditas manet eadem DANÆUS *in tract. de alea.* Adeoque SCHILTER. in sua alea sub *notab.* I. plane memorat, Diabolum ex obsessis quibusdam interrogatum, quis esset & quale haberet nomen, respondisse: Ich heisse der Schellen König in der Carte.

99 In superiori Saxonia hi quatuor sunt chartarum ordines. (1.) Die Eichel / anzudeuten daß diejenige säuisch seyen / welche sich gar zu sehr darinn verlieben. (2.) Das grüne Laub / daß sie rauschend und unbesonnen seyn / die um Gewinn spielen. (3.) Das Hertz / anzudeuten / daß sie ein verstockt Hertz haben. (4.) Die Schellen / daß die thöricht seyn / die um viel Geld spielen. *Reformat. Norimberg. tit.* 13. *l.* 5. Alii ex literis initialibus colorum istorum Schellen / Eichel / roht / grün composuere 100. Sarg / quia charta lusoria sæpe fiunt marsupii & lusoris sepulchrum. Alleg. LEHMANN. *d. tr. & cap.* §. 16. *n.* 66. Galli ut quorum rituum hisce oris sumus studiosissimi imitatores, quatuor genera habent, vel chartarum signa 101. Hertzen / Rhauten / Klee-Blatt und Spaden. Cujus interpretatio non erit difficilis, si dicamus, die 102. Farbe in den Carten ist roht und schwartz / roht bezeichnet das Blut / welches offtermahls ums Spiel vergossen ist / das schwartze bedeutet Traurigkeit und Reue die darauf zu folgen pfleget. Das Hertz zeiget daß der Spieler alhie seine Sinne und Begierde als auf seinen Schatz verpicht habe. Die Rhaute als eine verschobene Vierung / daß seine Gedancken sich zur Quer gelencket / und den geraden Weg der Tugend verlassen haben. Das Klee-Blatt / daß seine Hoffnung zum Gewinn / wie ein Blatt sich wende / und zuletzt gar leicht verdorre. Die Spade / weil das Vergnügen / samt der wahren Ruh / mit dem Geld vergraben wird. Et primæ horum signorum li-

literæ H. R. K. S. denotare poterunt, Hertzeleyd / Raub / Klage / Schade / vel hier ruhet keine Schande / ordine retrogradu habes, selten kömmt Redlichkeit hervor.

103. Quam maxime autem hodie dolendum, quod Gallorum vel Italorum acumen nobis tot infaustos ludos communicaverit, inter quos est *la Bassette* ubi uni sed tenui folio unico momento perdendum, sæpe concreditur, quod longa proavum series maximo sudore durisque vigiliis conquisivit, quam ob rem modernus Galliæ R. ludum istum variis edictis prohibuit.

104. Et merito conqueritur acutus ille Auctor, der *Wasser-Debauchen part. 1. in fin.* Da man zuvor ein ingenieuses Spiel zum Zeit-vertreib vorgenommen / es anitzo auf denen Festins nicht anders als wie eine offene Wechsel-Banck aussiehet / wo man einander aus blosser Gewinnsucht zu ruiniren trachtet / und wo man sich kein Gewissen machet / seinen Gegen-Theil auf die allersubtileste Weise zu filoutiren.

105. Publico denique edicto Leopoldus Invictissimus Imperat. de Anno 1696. 12 Octobr. vetiti hujus ludi meminit, daß sie sich zuforderst der Basette und Trenta Quaranta dann auch alles hohen Spieles / es sey mit Carten oder auf andere Manier gäntzlich enthalten sollen.

Interim ludus chartarum quem à sapientibus excogitatum demonstrat. GALEOT. MART. *de doctr. promisc cap. 36.* Recreationis causa discrete assumptus, non improbatur modo illo utamur sicut quieto. LIMN. *jur publ. lib. VIII. cap. 6. n. 90.* Nec ludus aliquis per se & sua natura est prohibitus qui quis recreationis non avaritiæ causa sine peccato ludere potest; Juxta illud: Ludendum quidem est, sed pauco tempore, raro & modice DANÆ. *de alea cap. 1.*

Diogenes Sophista dixit: Vel digitis gustare licet non vero tota manu, & nemo negat, optime in Republica ludos tolerari posse si nimirum ad recreationem instituantur, prout pluribus de ludorum requisitis disserit JOHANN. GEORG. ARNOLD. *in* Brunnquel der politischen Weißheit. *lib. III. cap. 3.*

Et tali modo ludens etsi certus sit de victoria, potest adhuc augere sponsionem & provocare collusorem ad majorem summam pecuniæ ita ut non teneatur restituere, etiam quoad vinculum conscientiæ JOHANN. PETR. FONTAN. *de pact. antenupt. cl. 4. gl. 18. p. 3. n. 111.*

Lu-

Ludus habet laudem si moderatus erit: Adeoque si animi tan-
109. tum gratia, si temporis fallendi causa, remotis odiosis circumstantiis, ludis sese quis oblectet, nihil turpe committit. RAUCHBAR. *part.* 2. *quæst.* 25. *n.* 95. CASTIL. *in suo aulico.* DAM HAUD. *cap.* 126. *n.* 16.

110. Optime hoc pensitavit Britannus ille Salomon Rex Jacobus I. qui Principi filio suo in libro quem in ejus gratiam scripsit *Doron Basilicon. lib.* III. *p.* 137. ratione ludorum permissorum hæc liquit monita:

Ju euren Spielen aber wolte ich daß ihr drey Stücke in Achtung nehmet. (1.) Ehe ihr spielet gedencket daß nur auf Kurtzweil angesehen / und machet die Rechnung / daß alles was ihr einsetzet darin zulassen darnach spielet eben gehörter Ursach halber nicht höher als so viel ihr hättet mögen unter die Jungen auswerffen und preiß geben. Und letztlich spielet allewege aufrichtig und redlich / damit ihr nicht im Spiel eine Gewohnheit machet / zu Lügen und zu Trügen. Sonsten im Fall ihr diese Regelen nicht getraut zu halten / so ist mein Raht ihr enthaltet euch dieser Spiel gäntzlich / sintemahl weder Ungedult beym Verlust / noch vorteilhaffter Betrug im Gewinn ein Spiel mag genennet werden.

111. Sint itaque ludi velut induciæ rerum seriarum, quibus datur remissio corporibus & animis, ut meliores alacrioresque è quiete surgant: SENECA *de tranq. vit.*

112. A natura ut hominibus habeant licitas recreationes, non interdicitur quippe qui interdum omnem hominem à molestiis ferme oppressum refrigerat, atque exhilarat, quo eo melius in posterum suis adesse possit vicibus. LEHM. *de var. lud. gen. in quæst. præjudic.* §. 1. Et teste CICERONE quem non quies non remissio non æqualium studia non ludi non convivia delectarent. 2. *Phil. & pro cæl. Idem ait.* 1 *offic.* Ludo & jo 113.
co uti quidem licet, sed tunc cum gravibus seriisque rebus satisfecerimus. Cumque animus gravitate rerum quotidie agendarum quodammodo elanguescat, & alta quasi torpedine sopitus jaceat, ita hoc ipso lusuum remedio quasi cinis sulphuri appositus, reviviscit iterum & vires sibi subinde acquirit novas. LEHM. *d. tr. in præfat. n.* 12.

114. Sed tantum ex jure positivo & per accidens: Quia tamen ex ludo proveniunt utcunque rixæ, perjuria blasphemiæ, furta & alia plura mala, qua colligit & re-

 cen-

censet. Archid. *in C. Episcopus n. 2. dist. 35.* Paris. de Put. *tract.* 115. *de lud. art. 2. n. 38.* Ad quod notabile est exemplum Casimiri Ducis Sendomiriensium, postea Regis Polon. hic domesticum quendam suum Joannem Conarium equitem ad aleam vocat, ille paret, ludunt, alternat fortuna: Et tandem cum multa nox esset atque incaluissent, placuit uno jactu de tota summa decidere; Is felix Casimiro fuit, & pecuniam totam ad se traxit, indignatus Joannes & sorti suæ iratus, per calorem Principem invadit, & fortiter os ejus depalmat: Clamor & ira omnium famulus dominum, eques hunc Principem? Capitale erat: Sed beneficio noctis elabitur, manet tamen captus reducitur, & Casimiro sistitur puniendus; Qui re bene considerata, in prudentem hunc sermonem erupit: Amici, iste minus quam ego, peccavit, imo quicquid peccatum est, est meum, calor & subita ira cui nec sapientes semper pares sunt transversum eum egit & mentem ac manum movit: Ego causam cum præbui, cur oblitus conditionis ac dignitatis meæ, quasi cum pari lusi? Jam tu Johannes nec veniam à me solum, sed gratiam accipe, utili castigatione me docuisti, ne quid indignum Principe in posterum committam, & intra decori ac gravitatis metum me sistam. Lips. *in monit. & exempl. Pol. lib. II. c. 12.*

Ut contraria juxta se posita 1 magis elucescant videamus exemplum à laudatissimi Regis Poloniæ ab auctore laudati exemplo, longe alienum factum puta Basilidis Magni Moscovitarum Principis & famigeratissimi Tyranni, qui hoc modo animum suum inter ludum horribiliter derexit, referente Ratelio, cujus verba: Im Schacht und auf der Carten spielete er sehr gern/ und als er eins mit seinen Lands-Herrn und Hoff-Dienern subtil und scharffsinnig gespielet/ ließ er die so gewonnen und verlohren zugleich hinrichten/ oder ließ ihnen die Gliedmassen stümmelen/ Nasen Ohren und die Lippen abschneiden und sie schändlich und übel zurichten. So aber etliche solchen Lohn zu vermeiden/ ihm gern gewinnen liessen/ so ließ er dieselbe als faule tolpische Leute prügeln und mit Knittelen schlagen/ diejenige aber so mit ihm nicht spielen wolten/ ließ er im Schein/ als stelleten sie ihm nach/ oder als hätten sie sich an seiner Majestät vergriffen/ auch umbringen/ &c.

Tot turpia cum ludere debeat 117 prædicata, propterea non tan-

tum

tum ludus in pecuniam eſt prohibitus, *l. 2.* § 1. *ff de aleator.* ſed deteſtabile crimen dicitur, ut videre licet *in l. fin.* C. *de aleat.* Unde commune habet proverbium: Aleator quanto in arte melior, tanto nequior.

118. Tum demum quis præmium lucrari poterit, quod oblectationis gratia fuit propoſitum, quod cum victoria conjunctum, dulce pugnanti eſſe ſolet, languente contra animo, ſi nihil inde ſperetur, Molin. *de juſt & J. tom. 2. diſp.*

119. 150. Imo ne lucri cupiditas ludum reddit nullum, modo avaritia, fraus & dolus abſit, ut cum quis pecuniam lucroſam ludens eam vertit in uſum communionis, wenn er dasjenige/was er gewonnen hat/ zum beſten gibt/ Lehm. *d. tr. cap. 6. §. 4. n. 7.*

120. Et in tantum ludus in pecuniam eſt prohibitus, ut omnes in ludo præſentes & ſpectatores, ne ſcilicet ſpectandi conſuetudo incitandi licentiam ſumat, puniuntur. *Auth. interdicimus, ibi, aut ſpectatores.* C. *de Epiſcop. & cler.*

121. Imo in tantum ut nec emptionem, venditionem, locationem, conductionem, mutuum, permutationem, transactionem, &c. celebrare licitum ſit, ſi ejusmodi contractus in ludo fuerit celebratus, ubi vendens emtori de evictione non tenetur, prout nec ludens pecuniam perdens victori quia ambo ſimul deliquerunt, *l. ſi filio familias*, §. 2. *ſi in alia* 1. 122.
ff quar. rer. actio non dat. Hinc non inutilis eſt clauſula hoc intuitu de cætero abundans, ſi in chirographo inſeratur, pecuniam in rem & utilitatem mutuantis eſſe verſam, v. g. Bekenne/ daß mir Titius hundert Reichsthaler vorgeſtrecket und geliehen / welches Geld ich auch zu treuen Händen empfangen und in meinen Nutzen angewendet / ut ex eo appareat, nummos in ludum vel aliam prodigalitatem debitori non eſſe datos, quod ſecus eſt, ſi mutuo dans fuit colluſor, aut mutuum recipiens prodigus, licet & inſtrumentum executivum deſuper confectum fuerit. Coler. *de proceſſ. execut. p. 1. cap. 10. n. 27.*

Apud Mahumetiſtas luſores qui 123.
pro pecunia ludunt ignominia afficiuntur, & deinceps graviori ſupplicio. Cuspian. *de jur. Turc.* Apud Romanos alea damnata eſt lege Roſcia, Titia, publica & Senatus conſulto, *l. 2. & 3. ff de aleator.* Heig. *p. 2. quæſt. 10. n. 16.*

Recte itaque facit & religioſius 124.
erga Deum eſt Magiſtratus, qui luſores, ganeones ſcurrasque illos qui ex ludo quæſtum profeſſionemque faciunt, extra ordinem

pro capacitate suæ jurisdictionis plectit, PARIS. deput. d, tr. n. 45. diverticula, in quibus ejusmodi aleæ sacris litari solent, scrutari jubet, omneque id, quod respecti-
125. ve amissum & acquisitum est, pauperibus erogat, & in aleatorum receptores severissime animadververtit, l. 1. §. ff. de aleat. DAMHOUD. d. C. 128. n. 12. COLER. decis. 173. n. 5.

126. Sed jam dicti aleatorum receptores plerumque ipsis aleatoribus nequiores sunt, PARIS. DEPUT. de lud. n. 4. Iique verberati vel damno affecti ubicunque & quandocunque vel si quid iis domi eo tempore quo alea ludebatur, surreptum sit, actionem non habent, nec civilem nec criminalem, l. 1. ff. de aleat. RAUCHB. d. quæst. 25. p. 2. n. 50. & 51. Receptatores hi puniuntur pœna arbitraria, Policey-Ordnung
127. tit. 8. vom Spiel §. 3. Et illi tales demum dicendi sunt, non qui bis vel raro lusores receperint, sed eos, qui frequentissime & consuetudinem recipiendi habent, Gloss. in l. 1. ff. de aleat.

128. Præsertim cum hisce depravatis nostris temporibus in Municipiis aleatoria hæc non minus sit familiaris ac usitata, ut olim Corinthi, quo cum quondam Babylon ille Lacedæmonicus jungendæ societatis causa legatus missus, ibique Duces & Seniores Corinthiorum invenisse, alea ludentes, re infecta domum rediit, dixitque, nolle se Spartanorum gloriam hac infamia maculare, ut dicerentur cum aleatoribus societatem contraxisse, AGRIPP. de vanit. cap. 14.

Inveniuntur in nostris Munici- 129.
piis, quibus videtur ingenitum à majoribus illud TACITI; Inter seria sobrii Germani aleam exercent, tanta lucrandi perdendique temeritate ut cum omnia defecerunt, extremo & novissimo jactu de libertate & de corpore contendant, de morib. German. SPEIDEL. in addit. ad th. pract. BESOLD. lit. L. n. 45. De quibus dicere possumus cum PROPERT.

- Media nequeunt te tangere noctes,
Et nondum est tales mittere lassa manus.

Quamvis aleatores interdum ali- 130.
quid lucrentur, illud tamen nihil aliud quam damni arrha est, multisque præsens prosperitas futuræ calamitatis augurium, PETRARCH. de remed. utriusque fortunæ dial. 27.
Inde quoque raro aliquem quam- 131.
vis magistraliter ludentem reperies qui lusitando quicquam congesserit, ut potius modis omnibus exhauriri, centroque ac spatio circumscripta possidere videatur juxta

ta illud: Male parta male dilabuntur, WEHN *Observ. pr. verb* Ungerecht Gut faselt nicht. CARD TUSCH, *pr. concl. tom. 5. lit. M. concl. 25.* Ein Spieler kan die Würffel den Pillulen/so man zum purgiren gebrauchet/ vergleichen/ denn wenn man etwa mit einer geringen Dosi gnung oder zu viel ausführen kan/also wird oft manchem mit den kleinen Würffeln ein grosser Seckel fein sauber ausgeleeret / BESOLD. in den 700 sinnreichen Reden/*cent. 1. n.* 81.

132. Nec etiam quicquam stabile & fixum fortuna aleatrix sibi propositum habet, sed quem ejus rota evexit, improvisa revolutione deprimit, ut qui prius erat magnificus victor, fiat tandem splendidus perditor, juxta illud:

Herren Gnad / Aprillen Wetter/
Jungfrau Lieb unn Rosen-Blätter/
Der Würffel und das Karten-Spiel
Wenden sich offt/wers glauben wil.

FAUST. ab ASCHAFF. *cl. 16. ord. 1255. cons.* 170.

33. Quidam tamen in hoc sunt fratres Claudii Imperatoris, aleæ tam studiosi, ut etiam apud inferos jubente Æaco percusso fritillo ludere fingatur, SEN. *in lib. de lud. Claud.* Absit ut hoc dicamus etiam de his, qui inter nos sunt legum custodes & officii ac inspectionis ratione propter bonum publicum aleatorum nequitiis & malitiis (recte enim ait *Seneca*, aleator quanto in arte melior, tanto nequior) occurrere & eos pœnis gravissimis coercere debent, ipsi tamen aleæ deditissimi sunt, de quibus recte:
Canonicæ leges à Clericis, civiles 135
à Principibus, Municipales à Magistratibus contemnuntur. Nusquam enim aut sæpius aut turpius luditur quam inter Principes & Ecclesiasticos, qui recte quidem censerunt, cum leges adversus aleatores scriberent, sed & vixerunt & vivunt turpissime, suoque exemplo subditis magnum præbentes scandalum eos ad imitationem incitantes, secundum illud:

Futilis in medium talos cum projicit Abbas,
Tunc quod se fratres ludere posse putant,

PETR. MARTYR. *cap. 14. in lib. Jud. Christ.* SCHLICHT. *in Tract. de alea notab.* 7.

Clerici aleæ dediti ad biennium
ab officio suspenduntur, & in 136.
Monasterium relegantur, *Nov.* 123. C. 10. *Auth. interdicimus de Episc. & Cler.* Nam jure Cano- 137.
nico omnes ludi voluptuosi, quantumvis consuetudinis prætextu sub quacunque etiam specie pallientur, penitus improbati sunt, nec aleatores ad sacros ordines admitti

ti vel promoveri debent, C. *inter dilectos* 11. *in pr. de excess. prælat.* Unde nec spectatores ludorum esse debent, C. *clerici* 15. *x. de vit. & honest. cleric.*

138. Inter eos, qui turpem & quæstuosum ludum exercere non audent, vel modestiæ causa avari lusores videri nolunt für gewinnsüchtige Spieler/ hodie solent lupinis in ludo uti, quos vocant *tantes & marques*, quorum nomine & faba veniunt, sic & olim vocabatur argentum Comicum, & sunt certa signa in usu ludorum confecta, Zahlpfennige / Karten-Blätlein/ &c. qui post victoriam pro condigno per pecuniam validam reluuntur, quod pari modo ac pro pecunia ludere prohibitum, CUJAC. *ad l. fin. C. de aleat.*

139. Ludus hic aleæ (cujus inventor dicitur Zabulus, qui non modo insigni se statua consecravit, cujus in gremio tabula lusoria cernebatur, sed sibi quoque sacrificari ab aleatoribus voluit, antequam ludum aggrederentur, CYPRIAN. *de aleat.*) quam sit odiosus, videre est ex legibus specialiter super hac latis, ut 1. laudatissima Electoris Palatini Friderici III. Consti-

140. tutio Ecclesiastica de Anno 1665. in qua à sacrosancta Domini cœna lusores arceantur. Genevæ civitatis Constitutio itemque Ecclesiastica de Anno 1576. verbi Divini Ministrum aleæ deditum ab officio vult remotum.

Idem rigor adversus aleatores 141. apparet & obtinet ex Synodo provinciali Zelandica de Anno 1602. art. 25. ubi & illi ab usu S. Cœnæ arcentur, qui aperte alea aut chartis ludere consueverunt, & moniti desistere nolunt. Novi etiam, 142. quod in Ecclesiis Juliacensibus & Montensibus Reform. religionis idem observetur, prout in Synodo nostra generali habita 1701. casus notavi, ubi ob aleæ lusum, licet in nuptiis habitum, ludentes à S. Synaxi exclusi sint.

Victus in aleæ lusu non potest 143. conveniri ut solvat pecuniam, quæ non præsens fuit deposita, sed de qua fides habita, *l. 2. §. 1. ff. quar. rer. non dat. act. l. 19. §. 4. ff. de probat. l 5. ff. de neut. fœn.*

Si in præsentem luserint aleato- 144. res pecuniam, victus & ejus heredes à victore & ejus heredibus, etiam post triginta annos condicere & repetere eam possunt, *l. 1. C. de aleat.* nisi fortassis volens repetere & condicere, collusorem victorem ad ludendum invitarit & coegerit, GUID. PAPA *decis.* 581. *n.* 2. RAUCHB. *quæst.* 25. *n.* 39. *part.* 2. idque contra regulam, quæ habet quod in pari causa, ubi utriusque versatur turpitudo, repeti-

tio

tio cesset, possessorque potior habeatur. *l.* 8. *in fin. ff. de condict. ob turp. caus.* ob maximum odium in aleatores. RAUCHBAR, *d. loc.*
145. Nec consuetudine contrarium induci potest HEIG. *p.* 2. *quæst.* 10. *n.* 35. CLAUD. *de condict. indeb. c.* 6. *n.* 60. 4. Idque in tantum, ut si filii vel servi luserint, pater aut Dominus habeant hanc repetitionem, *l. fin. ff. de aleat.* quibus vel aliis lusoriis hæredibus, repetitionem intermittentibus; Præfectus, urbis in urbe, vel defensor civitatis in Municipiis (quod pro Municipiis notandum) vel præsides
146. in provinciis, repetere possunt. *l.* 1. *l.* 3. *C. de aleat.* 5. Vice versa, quod pater ludo amisit, id filii viventes usque ad legitimam, postea vero nati in solidum revocare possunt. RAUCHB. *d. quæst.* 25. *n.* 46. GOTHOFR. *in not. ad* SCHNEID. *in §. item si quis in fraudem inst. de act. n.* 34. *lit. B.* 6.
147. Finaliter & illud observandum, quod tradit CHILIAN. KÖNIG. *cap.* 57. *process. n.* 4. hisce formalibus: Und wo diese Spiele so in dem Rechten verbotten / in einer Stadt gebrauchet werden / die sollen die Regenten der Stadt verbieten / wo das von ihnen nicht geschicht / so sind sie schuldig zu erstatten / das so in dem verbotenen Spiel verspielet / und verlohren wird. Qui enim quod po- 148.
test non prohibet, tam est in culpa, quam faciens. *c. peccatum de reg. jur. in* 6. BART. *in l. quo minus ff. de flu. quæst.* 2. *vers. item adverte.*

Merito itaque Magistratus Mu- 149.
nicipales huic malo obviam eunt, ne improba facta civium in ipsos redundent. Nec est quod lusores hos ordinationum istarum osores timeant, prodigorum instar sunt, adeoque ut decoctores tractandi: Imponendæ ergo sunt aleatoribus mulctæ quam impositionem si contemnant demandanda est executio. De lusu prohibito exstat statutum Mindense. *lib. III. c.* 1. *art.* 1. Es sol in des Rahts 150.
Wein-Keller / Apothecken / wie auch in offenen Gastereyen und Wirths-Häusern keine Spiele oder Doppelerey mit Carten und Würffeln / üm Geld oder Geldes werth geduldet werden / da aber jemand darüber betreten / sol so wol der Wirth als der Verbrecher mit willkührlicher Straff angesehen werden.

Quær. (1.) Quid statuendum 151.
de lusu latrunculorum Schach-Spiel? An in Municipiis una cum prioribus permitti non debeat? Nomen habet à latronibus qui erant conductitii milites ἀπὸ τοῦ λατρεύειν, quod est inservire quia mer-

mercede conducti serviebant;

152. Vel à latere latrones, quod Regi sunt è latere ad eum custodiendum. Plaut. *in milit. glorios.*

- - - me opere oravit maxumo.
Ut sibi latrones cogerem.

Et Martial. de ludo sedecim scruporum gemina acie directorum.

Cum gemini inter se reges albusque nigerque.
Pro laude oppositi certant bicoloribus armis.

153. Quidam hunc putant equorum lusum de quo *l. 2. C. de aleat.* Seneca de hoc ludo ait: Latrunculis ludimus in supervacuis subtilitas teritur. *Epist.* 106. Germanis

154. dicitur Schach-Spiel / Schach / sica, Schächer / latro. Martin. *Lexicon Etymol. voce latrunculus.*

155. Inventorem hujus ludi dicunt Xerxem circa A. M. 3635. *ex* Polid. *Verg. de rer. inv. lib. I. c.* 13. Alii volunt inventum esse Hebræorum, ex his duobus nomini-

156. bus quibus perficitur *Schach* & *Matt.* Schach iis est vallavit sepivit, cum ita vallatur ludi Rex ut sede egredi cogatur *Mat* vel *Mot* mortuus est, tum enim finitus est ludus cum Rex ita obsidetur, ut quasi immobilis sine effugio mori cogatur, Petrus Greg. *sintagm. l.* 39. *c.* 4. *n.* 8.

Ubicunque hic ludus agitur 157. semper fere mentio injicitur, istius famosi pagi Ströpcke Halberstadiensis quod illic exercitatissimi sint Schachorum lusores, semperque eo extraneos vincant & ut ajunt si quis esset qui quendam illorum tali ludo superari posset id non sine periculo amittendorum privilegiorum fore. *Cit* Lehmann. *c.* 2. §. 15. *n.* 60. Heig. *p.* 2. *quæst.* 10. *n.* 49.

Verum ego si testi de auditu 158. alieno fides habenda, novi non inferioris notæ Præfectum militiæ, ut & nobilem quendam Gallum, hoc ludo insigni clude eos affecisse. Quicquid sit quamplurimis 159. præcipue qui ludum hunc ex sententia Jacobi I. *Angl. R.* pro nimis consulta & philosophica stultitia habent, displicet, cum omnes ludi cum in finem inventi sint, ut tantisper animos avocent à negotiorum molestiis, hic ludus operoso nugarum apparatu, magis intendit animos, quam priores curæ. *Lib. III. de instit. princ.* Lancell. *de offic. præt. in causa crim. cap. de lusoribus n.* 19. Nihil- 160 ominus tamen pro permisso & innocuo ludo merito habetur, si non ex affectu loquor, unicus enim is est, qui mihi curarum & laboris sæpe mollit fastidia, nam quia pro virtute & gloria institui-

tuitur is ludus taliter susceptus non est prohibitus. *l.* 2. & 3. *ff. de aleat.* Hunc nec fors nec fortuna sed ingenii industria regit ergo eorum certe animos revocillat qui eo delectantur, ejusque gnari sunt ac illos saltem habet osores qui quid solertiarum continet non intelligunt. Dicendum quod solo ludus hic cum cæteris depravatur abusu.

161. Quær. (2.) An in Municipiis tolerandæ sint ollæ fortunæ, Glücks-Töpffe / hodie Lotterenen dictæ. Et dicendum permittendas esse maxime si publica auctoritas interveniat. STRUV *synt. exerc.* 15. *th.* 58 CYRIAC. *Nig. controv.* 422. *n.* 2. HARSDORFFER. im grossen Schauplatz / Lust- und Lehr-reicher Geschichte *sub. rubr.* vom Glücks-Topff. *tit.* 198 Hinc

162. Senatum Mindensem quendam Gisebertum cum olla fortunæ non aliter admisisse quam inspectis rebus expositis, & ponderato numero notarum tam fortunatarum quam infelicium der blinden und schwartzen Zetteln / refert CRUS. *ad jus Mind. lib. III. tit.* 1. *decis.* 1.

163. *post. art.* 2. Ubi præcavendum ait ne major numerus notarum infelicium in urnam immitiatur, quam ferat æstimatio rerum quæ sorti exponuntur, & ut fortunatæ omnes in unam conjiciantur, also / daß die schwartze oder Gewinn-Zettel mit den gemeinen ausgeben / und sonst keine blinde Zeteln darinn gefunden werden. CONRAD. SCHLUSSELBURGER in Bedencken vom Glücks-Topff.

Nam est implicita quædam venditio respectu exponentis merces suas estque omnis falsi expers, fraudisque suspicione caret quoties publica auctoritate pollet. BORN. *de ærar. lib. II. cap.* 4. 164.

Ex quorundam Politicorum mente suadendum esset Municipio multo ære alieno obruto in cujus Grammattica non reperitur *felix* & apud quod *necessitas* est indeclinabilis & ubi *pœnitet* tædet, miseret, *pudet*, *oportet*, facta sunt regularia & personalia ut in extremis hisce calamitatibus instituant ollas fortunæ, daß sie Glücks-Töpffe oder offene Lotterenen anfangen / prout hodie in Belgio, aliisque locis non inferioribus sed maxime celebribus pro erigendis orphanotrophiis, carceribus publicis, Zucht-Häuser / cæteroque commodo publico fieri assolet, ut ex lucro sibi consulant & ex hac urna collapsa, aliquo modo restituant. KLOCK. *de ærario lib. II. c.* 118. *n.* 6. memorat hoc à Magistratu civitatis Osnabrugensis, Anno 1521. institutum & modum hunc aliquo modo emergendi non 165. 166.

improbat de civitate Hamburgensi testatur FAUST. ab ASCHAFFENB. *Conf. pro ærar. claſ.* 20. *ord.* 1595.

167. Minime vero à Magiſtratu Municipali permittendæ ſunt hæ ollæ fortunæ privatorum; Nam facile quivis ſe depauperatum ventilaret ſi cum multorum civium paupertate eniti poſſet. LATHER. *de cenſib. lib. III. c.* 15. *n.* 35.

168. 36. Multo minus concedendæ ſunt circumforaneis, qui implicito furto variis artibus pecuniam aliorum ſubtrahere ſtudent, qui merces in olla notatas, publicæ tabernæ nundinariæ exponunt, non ut eas vendant ſed ut incautam plebeculam lucri ſpe allectam pecuniis ad extremam uſque futuram emungant, & licet inſpectio perſonis publicis committatur nihilominus decipiuntur accurrentes, nam callidiſſimi ſunt hi ollarii, eoque ſtudent, ut fraude & technis avaros decipiant. BESOLD. *Theſ. pract.* Glücks-Töpffen. AHAS. FRITSCH. *de monopol. cap.* 12. *n.* 13.

169. Hujus farinæ homines optimo jure ad ſaccularios refert Dn. STRYCK. *in diſſert. de Saccularis.* Von Beutel-Schneidern und Spitz-Buben. Quibus accenſendi cæteri impoſtores, Riemen-Stechers / Loren-Dreyers / vel Kreyſelers / pro qua fece alimi-

170. nanda conducunt. *Receſs. Imp. de Anno* 1530. *in Reform.* guter Policey. *tit.* von Landes-Fahrern / Säugern und Riemenstechern. Item zu Augſpurg / *de Anno* 1548. *& Francofurti* 1577. *tit.* 31. *Et Electoris Saxon.* Policey- und Kleider-Ordnung *de Anno* 1612. *tit.* 13. *Rubr.* Topff-Spiel / Glücks-Würffel / Kreyſel / Stech und dergleichen Buden und Tiſche. De reliquis circumforaneis nihil eſt quod ſubnectam.

Quær. (3.) An Magiſtratus Municipalis comœdias & ludos ſcænicos jure permittere poſſit? *Et* quicquid Politici & Theologi ſtatuant non diſcutio, qui iis favent, hoc intendunt quod otia negotiis ridicula gravibus ludicra utilibus, & jocis feriis miſcenda ſint, ſed hiſce ludicris Municipia noſtra facile ſuperſedebunt ſemper enim aliquid pecuniarum comœdi oberrantes auferunt; & ejusmodi ludi à publica miſeria qua tuguriola Municipiorum fere preſſa ſunt minime levant. De comœdiis ſcholaſticis ſecus dicendum, quæ quia non ad emunctionem nummorum ſed ad exercendam juventutem inſtitutæ non vituperandæ ſunt, modo ſuis arctentur limitibus, cum cives licet tenuioris fortunæ filios ſuos vident Principes & Magnates, ficti hi honores ſua ſæpe non carent dulcedine ſuoque effectu.

(4.)

173. (4.) Furti quoque ut perviam hoc superaddam cujus de jure est pœna arbitraria. BOCER. *de furt. c.* 1. *n.* 119. Coercitio spectat ad Municipia. Quod arbitrium de jure Sax. ita temperatum est, ut pro furto dimidiam partem quinque solidorum excedente fustigatio, pro alio vero quod partem hanc dimidiam non attingit, pœna arbitraria carceris, relegationis aut mulctæ imponenda veniat post COLER. *p.* 1. *decis.* 144. *n.* 16. WESEMB. *parat. ff. de furt. n.* 15. CARPZ. *p.* 4. *constit.* 32. *defin.* 8.

174. Ad quam classem & fures herbarum coroniarum vulgo Garten-Diebe / ad quos proprie pertinet pœna illa expositionis in ludibrium des Thoren-Kastens / *de qua supr. lib. II. cap.* 15. *n.* 39. referendi sunt, CARPZ. *d. p. constit.* 3. *defin.* 4.

175. Quæritur utrum fur magis censendus qui modicum aut qui magna furatur? Et respondetur quemadmodum illum dicimus magis ebriosum qui quovis vino quam qui optimo inebriatur ita & cupidum eum potissimum qui ne minima quidem rapere omittit, nam qui maxima diripit, minima fortasse contemnit qui autem parva non despicit quomodo majora despiceret. DAMHOUD. *pr. crim cap.* 112. *n.* 61. *adducens ad hoc c. fin. cons.* 14. *q.* 6.

Lex de furibus apud Ægyptios hæc fuit ut illi qui furari volebant, nomen suum apud Principem Sacerdotum scriberent atque è vestigio furtum ad eum deferrent. Similiter quibus res furto excepta erat ad eundem, rei sublatæ tempus diem & horam scriberent, hoc modo facile invento furto qui rem amisisset mulctatur parte quæ daretur furi, satius enim legislator esse duxit, cum impossibile esset prohiberi furta alicujus portionis, quam totius rei amissæ, homines jacturam pati. BOEM. *de moribus Gent lib. I. cap.* 5 176.

Apud Hæbræos restitutio furti erat dupli, quadrupli &c. *Exod.* 22. *v.* 1. 5. Sed aperto raptori cujus culpa major adhuc videtur, quod mirum, minor injungitur pœna. *Levit.* 5. *v.* 21. *vel C.* 6. *v.* 2. Sed hujus rationem dant Judæi, quia raptor non magis homines reveretur quam Deum, sed fur plus homines timet quam Deum. COCC. *Exec. Gem. Sant. c.* 7. §. 5. *not.* 6. 177.

Tam autem accurati fuerunt Hebræi in restituenda re furto ablata, ut si quis trabe vel alio ligno per nefas acquisito domum suam struxerat, domum demoliri, eandemque trabem & lignum 178.

Domino proprie restituere cogeretur, GOODWYN. *Mos. & Aar. Lib. V. cap.* 8. §. 8.

179. Gallorum moribus in fures qui res furantur quas includere non possumus, *ce qui est exposé à la foy publique.* Severius animadvertitur Unde & furta domestica famulorum & servorum quorum fides maxime nobis necessaria est morte vindicantur. PETR. GREG. *synt. lib. XXXVII. cap.* 2. *n.* 11. *c.* 2.

180. *n.* 11. Jure statutario Mindensi cautum. *lib. III. tit.* 6. *art.* 5. Die Garten- und Feld-Diebe so auf scheinbahrer That betreten / oder sonst überzeuget oder gestohlne Sachen bey ihm in der Behausung gefunden würden / sol derselbe zum ersten mahl mit dem Korbe gestraffet / zum andern mahl an den Pranger gestellet / und mit Rhuten gestrichen / zum drittenmahl durch ordentlich Gericht und Recht zum Galgen verdammet werden.

181. Merito quoque pœnam exasperant Magistratus Municipales in fures aratrorum Pflug-Diebe / in quos statutum Spirense crudelissimum est: Die den Pflug beraubet so er des Morgens von dem Haus fähret auf dem Acker und so er wieder heim fähret und den Gebauren und ihren Gesinde icht thut / oder nimmt das drier Pfenning werth ist / man sol ihn radbrechen. LEHM. *Chr. Spir. lib. IV. cap.* 17.

Notabile est jus Alemannicum ad hanc materiam. *cap.* 202. Der Holtz hauet / oder Graß schneidet / oder vischet in eines andern Wasser / der sol geben drey Schilling / hauet er in einen Pau-Holtz / oder hauet er Perende (fructiferas) Paum ab / man sol ihm Haut und Haar abschlagen oder er sol es lösen mit 30 Schilling btoo ist es zehn Punt / der in einen Pau-Holtz hauet / und wo man ihn findet man mag ihn wol aufheben bis an den Richter / prout recenset Dn. SCHILTER. *Exerc. ad ff.* 49. §. 21. 182.

Pro coronide ad *hoc Cap.* notandum quod licet quidam sustinere nitantur ablationem rei minimæ non esse furtum ut in illa est opinione. ZAS. *lib. II. respons. singul.* 26. COVARRUV. *lib. I. tom.* 2. *cap.* 3. *n.* 12. Ejus tamen contrarium sit verius *per text. l.* 22. *in fin. pr. ff. de damn. infect.* §. *Gallinarum* 16. *instit. de rer. divis.* 183.

Nisi hujusmodi furtum famis necessitate commissum sit, illo enim casu rei ablatæ dominus ex charitatis regula rem egenti dare tenetur, itemque res omnes in dominos distinctæ, ex benigna ac pia quadam interpretatione ad primi- 184.

tivum jus quod omnia fecit communia retro trahantur, atque necessitas magnum humanæ imbecillitatis patrocinium omnem legem frangit. *c. quanto de consuet. c. si quis extr. de furt.* HUG. GROT. *de jur. bell. ac pac. lib. II. cap. 2. n. 6.*

185. De Tartaris hodiernis notatur, quod si quis apud judicem de furto, vi illataque injuria queritur, reus non negat sed ea re se carere non potuisse dicit, atque judex tunc talem sententiam fert', si tu vicissim re aliqua egueris, rape ab aliis. SIGISM. BARO ab HERBERSTEIN. *in Comment. rer. Moscov.* FELWINGER. *in rat. ditescendi disp. 1. th. 9.*

186. Huic tamen asserto ratione furti necessitate famis commissi obstare videtur (A.) insignis locus. *Proverb. 6. v. 30.* ubi fur ex necessitate furans rependere debet septulum. Sed respond. (1.) Quia si tantum ex bonis suis supplere debet, sequitur quod talis fur extrema necessitate non fuerit pressus. (2.) Numerus septuplus in sacris non sumitur pro definito, sed pro completo ut argentum dicitur probari septies *Psal. 12. v. 7.* Et septuplo vindicari debebat Cainus. *Gen. 4. v. 24.* Id est plenarie. (3.) Salomon. sic simpliciter non statuit, sed facta relatione ad adulterium, ubi restitutioni nullus est locus, de quo vers. præc. (B) Obstare videtur quod obstante necessitate 187.
nihilominus furtum maneat contrectatio invito domino. Sed resp. Hæc voluntas domini est iniqua & necessitate pressa obesse non debet, quia non alienam sed suam sumere videtur. (C.) Nec 188.
obstat *c. 26. discipulos. de consecrat.* Ubi tali casu pœnitentia dicitur facta. Quia furans eam non egit ob peccatum sed ob moram restitutionis, ergo si statim restituisset omni pœnitentia fuisset immunis. 189.
Quoniam denique plerique fures deprehensi exceptionem necessitatis obmovere solent, cautionis loco adhuc notandum. (1.) Quod necessitas debeat extrema esse & talis fur non audiendus nisi prius Magistratum pro subministrandis subsidiis audierit, quo tendit *Constit. Crim. art. 166. in verb.* Durch rechte Hungers-Noht geursachet. (2.) Si possessor cui res furto ablata in pari necessitate sit constitutus quia melior est causa suum non tradentis, quam poscentis alienum. CLAR *lib. V. sent. §. furtum. n. 97.* (3.) Talis 190.
fur melioris fortunæ restitutus pretium rei ablatæ reddere debet ex justitiæ paritate BERLICH *p. 5. concl. 44. n. 47.* Nam hæc res est quasi mutuo data, quæ casu hoc re-

 sti-

tuenda. COVARRUV. *p.* 2. *ad c. peccatum d. R.* J. *in. c.* 6. §. 1.
191. *n.* 4. (4) Non audiendi sunt necessitatem objicientes si fuerint decoctores, qui ludo & potationibus ad inopiam redacti sunt, qui merito ab hoc miseriæ privilegio excluduntur. *l. fin.* §. *fin. de his qui in fraud. credit.* quo facit *Ephes.* 4. *v.* 28. (5.) Nisi furtum tale fuerit immodicum & magnum quo respexit *Imper. Cast. Cr.* Wann derselbe Diebstal groß tapffer, und sündlich wäre. Quæ latius deduxi *in disput. meu inaug. de casu extrema necessit. cap.* 6. *n.* 4.

Non omnia hisce recensitis similia, in quibus Magistratus Municipalis jus hoc cognoscendi habet, vel habere potest, hic ordine consilare animus est; Ideoque juxta consilium PAULI JCti *in l.* 25. *ff. de liber legat.* Præmissa tanquam quotidiana attigisse sufficiat.

Caput XXXV.

DE MUNICIPIORUM JURE COERCENDI FOENERATORES.

SUMMARIA.

1. *In societate non quod privatim sed quod publice interest spectandum.*
2. *Quod commune est connectit, quod singulorum dissipat.*
3. *Respubl. incolumis privatas res salvas facit.*
4. *Nihil in Republ. satis commodum omnibus.*
5. *Jus ex quo metiendum?*
6. *Magistratus sedulo ac sincere studeant utilitati publicæ.*
7. *Ranarum coaxationes, ubi & quomodo noceant?*
8. *Fœneratores inprimis cohibendi.*
9. *Usura pro usu apud veteres.*
10. *Usura in juris sensu.*
11. *Inter fœnus & usuram quid differat.*
12. Wucher / *unde dicatur?*
13. *Veteribus Germanis fœneris agitatio erat ignota.*
14. *Interdictio fœneris ex Capitular. Carol. M.*
15. *Jure Saxon. de usuris nihil dispositum.*

16.

16. *Usurarum causa & principium.*
17. *Emptio annuorum redituum*, wiederkäuffliche Zinsen. *Horum æquitas.*
18. *Quomodo contractus ille ab usura differat.*
19. *Annui reditus per Constit. Imp. restricti.*
20. *Usuræ nomine interesse præstitæ.*
21. *Cur insint mutuo?*
22. *Usurarum fundamentum.*
23. *Ob majus lucrum majores exigi possunt usuræ.*
24. *Lancea Judæorum*, Juden-Spieß / *expulsis Judæis in Municipiis remansit.*
25. *Lancea hæc Judæorum quid operetur?*
26. *Fœneratorum odium.*
27. *Inhibitio fœneris apud Romanos.*
28. *Fœneratores trucidatores pauperum.*
29. *Fœneratores quid sint.*
30. *Fœnus quid?*
31. *Usurarii crimen gravius committunt quam fures.*
32. *Usurarii faciunt, quod suadebat Christo dæmon.*
33. *Impium lucrum ex lapidibus facere panes.*
34. *Usurarius est similis vermiculo ligni.*
35. *Morsus fœneratorum.*
36. *Usuræ venenum.*
37. *Metunt usurarii ubi non seminant.*
38. *Usurarariis pœnæ meritæ imponendæ.*
39. *Usurarii manifesti è Republ. exterminandi.*
40. *Variis mediis coerciti fœneratores à gubernatoribus rerum publicarum.*
41. *Agis Atheniensium Dux omnium fœneratorum tabulas concremavit.*
42. *Lex Gabinia in fœneratores.*
43. *Ordinatio provinc. Wurtenbergica*
44. *Magistratus* Muuicip. *merito observat ordinationes in fœneratores.*
45. *Legum salutarium neglectus in* Municipiis.
46. *Suadendi egeni ut aliud malum quam fœnus, subeant.*
47. *Consilio Platonis quid faciendum antequam à fœneratoribus mutuum petatur.*

Terra ceramitides, Mergel. 48.

48. *Assеureurs Asseuriren.*
49. *Erigendi in Municipiis montes pietatis ad evitandam fæneratorum ingluviem.*
50. *Frequens montium pietatis usus in Italia.*
51. *Montium pietatis fundus qualiter ponendus in Municipiis.*
52. *Methodus conservandi hos montes pietatis.*
53. *Lummart primus qui Lugduni Batav. montes pietatis exercuit unde Lummert pro Judeorum fæneratione.*

1. Prout in societate non id quod privatim interest spectari debet sed quod societati expedit *l. actione* §. *labeo ff. pro soc.* Ita & in Municipiis, quæ non sunt nisi societates civitaticæ, bonum publicum Magistratui curandum.

2. Quod enim commune est, connectit civitates quod singulorum dissipat, quare & publice & privatim utilius est, ut publica magis quam privata curentur. PLAT. *lib. IV. de LL.*

3. Respublica namque incolumis & privatas res salvas facile præstat, publica prodendo tua ne quicquam serves. LIVIUS *lib. XXVI.* Ut in animalibus ita & in civitatibus in totius salute salus est partium. XENOPHN. Nihil quidem in Republ.

4. satis commodum est omnibus, id tamen modo quæritur, si majori parti & in summa prosit. LIVIUS *lib. XXXIV.* Habentque commoda, sua etiam incommoda, aut hæc cum illis sunt habenda aut illa cum his amittenda, ut ait *Comicus*: Atque in civilibus nihil est, quod omni ex parte incommodis careat; Jus ipsum non ex eo quod optimum huic aut illi videtur, sed ex voluntate ejus unde jus oritur metiendum. H. GROTIUS *de jur. belli & pac. lib. I. c. 3. n. 17.*

Studeat itaque Magistratus Municipalis sedulo ac sincere utilitati publicæ, etiamsi forte non ex vulgaribus sibi obstrepentes habeat, quæ voces inanes à Magistratu hunc sibi scopum semper præfixum habentes, tuto despiciuntur: Ut ranarum coaxationes, quæ non aliis partibus hominum quam auribus nocent, voces, dentibus destitutas qui contemnit, nulla armatura morsus avertet BOCCALIN. *in relat. 66. cent. 1.* Ac ut habet proverbium Hispanicum. *Pecho magnanimo no teme los rumores flacos del pueblo.* Magni animi est vanos vulgi rumores temnere.

Pro publico bono autem in primis promovendo faciet si Magistratus Municipalis pro modulo ju-

jurisdictionis sibi competentis, cohibeat & capistret fœneratores & usurarios: Quos fures rapaces & latrones dixit Cato Censorius teste CICER. 2. *offic.*

9. Quoad voces has *fœnus* & *usura* primitus notandum venit, quod veteres usuram pro usu sumserint. Sic CIC. *lib. I. Tuscul.* natura dedit usuram vitæ tanquam pecuniæ, nulla prostituta die. *Idem* alibi ait de usura lucis, usura temporis, pro usu. PLAUTO *in Trinummo* uxor usuraria est, cujus usuram, id est usum corporis ad tempus aliquis cepit. Atque

10. hac significatione, nunquam creditum est sine usura, id est usu. Sensu juridico ergo definienda usura quod sit pecunia quæ pro usu sortis, aut alias ultra sortem præstanda est vel est accessio sortis unde hac sublata, illa desinit. l. 41. §. 1. *ff. de usur.* l. 19. C. *eod.*

Fœnus significat pecuniam cre-

11. ditam sub usuris atque ita usura est merces & fructus fœneris; Exercemus fœnus non usuras, sicut exercemus terram quæ colitur ut fructum reddat, non exercemus fructus, ita ex SALMAS. *de usur. cap. 2.* VINNIUS. *quæst. l. 2. c. 9.*

12. Wucher / quidam volunt descendere à Woche / quasi dicas hebdomedaria merces, Wochen-Zins. SCHILT. *ad ff exercit. 22. §. 12. in fin.* qui tamen verius vocem eam derivari vult ab antiquo Wucher / id est fructus, juxta ejus glossar. Fœnus agitare apud majores nostros Germanos ignotum 13.
fuit, teste FACIL. *de Morib. German. cap.* 26. Ubi ait: Ideoque magis servatur quam si vetitum esset. Nam isti erant minime avari fraudulenti ac subdoli nuda atque simplici rerum permutatione utentes merces dabant, merces recipiebant, sua sorte contenti, utpote apud quos plus valebant boni mores quam alibi bonæ leges. *sic* CONRAD. CELTIS *lib. II. amor. eleg.* 9.

Fœnus & usuram nemo illo tempore norat.
Dum patrio tantum crepite victus erat.

Faxit Deus ait commentator ANDR. ALTHAMERUS ibid. ut in pristinum statum temperantiæ sinaritatis modestiæ ac rectitudinis redeat Germania.

In Capitular. Caroli M. *lib. I.* 14.
cap. 5. omnibus omnino interdictum est ad usuram aliquid dare. Usuræ vocabulo quid veniat exponitur *ibid. cap.* 125. Ubi amplius quid requiritur quam datur. e. g. si dederis solidum & amplius requisieris, vel si dederis

modium vini & iterum super aliud
15. exegeris. Unde legibus Saxonicis nihil de usuris dispositum est, saltem de censu *lib. I. spec. Saxon. art.* 54. quid reperitur qui tamen ad mutuum non spectat, ubi Glossa Germanica usuras omni jure prohibitas affirmat. SCHILT. *d. loc.* §. *11. ubi in seq.* profert rigorosam prohibitionem usurarum ex Jur. Suevico *cap.* 35.

16. Subseqentibus temporibus cum visum esset cives singulos mutui contractu carere non posse nec facile inveniri creditorem pro usu pecuniæ nihil petentem inventus est modus contrahendi quidem
17. mutuum cum usuris, sed sub nomine emptionis venditionis, quod vocant: Wiederkäuffliche Zinsen. Hinc cum usurarum nomen omnino damnatum esset annuorum redituum pensiones, licitæ esse cœperunt, etiam ex permissu Pontificum Romanorum. Martin. V. & Calixti. 3 COVARRUV. *lib.* 3. *Var. Resol. cap.* 7. SURD. *Consil.* 282. *vol.* 2. Nihil autem hic con tractus
18. ab usura differt nisi quod sors perpetuo, quasi alienatur, & eam solvendi arbitrium penes debitorem manet. HEIG. *p.* 2. *quest.* 1.
19. *num.* 97. Tandem& hi annui reditus ob ingruentem abusum coerciti per *Rec. Imp. de A.* 1500. §. 30. et ad quincunces redacti *R. I. de*

ao. 1530. §. 26. 1532. §. 7. 1548. §. 17. 1577. §. 17. 3. Primo tamen saltem Judæis. *d. Rec. J. de anno.* 1577. §. 20. 6. damit aber die Juden ihre Leibes Nahrung haben mögen so soll ihnen nicht mehr / dan fünff vom hundert zum Wucher zu nehmen erlaubt seyn. Donec usuræ non à tempore 20.
contractus sed à tempore moræ, sub nomine interesse approbatæ & ad eandem summam quincuncium radactæ sint. *R. I.* 1600. §. 152. & novissime de *A.* 1654. §. 174.
Et hæc usurarum vel, interesse 21.
præstatio regulariter mutuo inest, atque ex Juris præsumptione de lucro inde quæsito nihil iniquitatis continet, ut formula obligationibus inseri solitis sonat: Zu meinem sonderbahren Nutzen. Creditor 22.
ergo emolumento pecuniæ suæ carens ob negotiationem debitoris, qui interim ea utitur, videtur exiguo accepto transegisse cum debitore ad difficilem probationem ejus quod interest postea evitandum, in qua incertitudine præstat aliquod esse extremum, in quo aquiescamus *arg. l.* 1. *ff. de usu cap. l.* 2. *ff. de Jur. & fact. ign. l. fin. ff. de prætor. stipul. l.* 10. *c. de transact. c.* 13. §. *ult. ff. de damn. infect.* Ex hisce jam fluit, posse et majo- 23
res usuras sine infractione *S. R. J. Novis*, peti, ob insigne lucrum

quod

quod debitor ex pecunia creditoris quæſivit, et quidem in beneficii & officii compenſationem, nam ubi majora ſunt lucra quæſtuaria etiam graviores uſuræ dandæ et ſolvendæ ſunt MEV. *p.* 4. *deiſ. ros. n.* 8 *&* 10. CARPZ. *p.* 2. *Conſtit.* 3. *def.* 2. COTTMAN. *vol.* 2. *Reſp.* 52. *num.* 196. Modo non ſimulate & in Fraudem legis ſed revera tales uſuræ compenſatoriæ ſint promiſsæ. *Id. dict. reſp. n.* 215.

24. Hiſce autem temporibus cum dolore videmus et experimur, quod expulſis Judæis in Municipiis et provinciis Judæorum Lancea
25. Der Juden-Spieß/ remanſerit, qua ſæpe uſurarii avariſsimi pauperes miſere deplumant, exenterant, trucidantque: Veluti conqueritur. VENT. de VALENT. *in Parthen. litigioſ. lib. I. cap.* 23. *n.* 32. Nunquam enim ſerunt & metere nunquam deſinunt, hodie fœneratores cocta cruda devorant, nunquam ſaturi, quibus ſive ſterile, ſive fertile ſit ſolum menſtruos fert ſenſus luna, ſol annuos, Wochen oder Jahr-Zinſen. VALENT *d. l.*

26. Damnantur ergo merito improbi & avari fœneratores, qui ordinariis uſuris non contenti, illicita hac exactione debitores inopia preſſos emungunt, & ad incitas redigunt, quos fures rapaces & latrones dixit Cato cenſorios, teſte CICERONE 2. *offic.* Unde AUSONIUS ait.

- - - ſic turpia lucra
Fœneris & velox inopes uſura trucidat.

Et LUCANUS *lib. X.*

Hinc uſura vorax avidumque in tempore fœnus.
Et concuſſa fides - - -

Romani multis plebiſcitis fœnus inhibuerunt, ut gravior mul- 27.
ta fœneratori quam furi infligeretur, prout M. CATO *in præfat. lib. de re ruſtica* ſcripſit. Lucius Genucius ad populum tulit ne fœnerari liceret. Dicuntur & tru- 28.
cidatores pauperum ab AUGUSTINO *in c. quid. dicam cauſ.* 14. *quæſt.* 4. ibi quis crudelior eſt qui ſubtrahit alteri quid vel qui pauperem fœnere trucidat ſunt infames *per l. improbum* 10. *C. ex quib. cauſ. infam. C. infames* 2. §. *fin. cauſ.* 3. *q.* 7. Hinc Auctor des 29.
Juden-Spiegels *fol.* 70. Ein Mörder inquit, vergreiffet ſich an einem oder andern mehr Perſohnen/ ein Wucher aber ſchändet und ſchindet eine gantze Stadt und Land/ &c. Ea de cauſa Alphon- 30.
ſus Arragonum Rex, fœnus nihil aliud quam funus animæ eſſe dixit. PANORM. *lib. III. dict. & fact. Alphonſi n.* 34. ut & Ambroſius nihil intereſſe inter fœnus & fu-

nus inter mortem & ſortem putavit.
31. Ex quo liquet gravius crimen committere uſurarios, quam fures homicidas. AMBROS. *in lib. de* TAB. *c.* 15. VENT. de VALENT. *in Parth. Litigioſ. lib. I. cap.* 13. *n.* 26. Ideoque legimus quod hiſce priſci Romani graviorem multam quam furibus inflixerint, MARC. CAT. *in præfat. de re ruſtic.*

32. Uſurarii faciunt idem quam ſuadebat Chriſto dæmon, ex lapidibus enim & metallis, ſeu mutuo, lucrum accipiunt, quod natura non poteſt producere, neque enim naturaliter aureus vel alius nummus generat alium nummum :
33. Idem eſt ac ſi ex quæſtu corporis mulieres, alii ex latrociniis, alii ex impiis artibus lucrum & panes ſeu vitæ ſubſidia mendicantur, quæ omnia nihil aliud ſunt quam ex lapidibus panes facere. THOLOSAN. *de Republ. p.* 1. *lib. XII. cap.* 20. *n.* 9.
34. Uſurarius ſimilis eſt vermiculo ligni qui ad tactum lenis apparet, ſed dentes habet curiſſimos, omne lignum rodentes & vorantes ut ait BALD. *conſ.* 499. *lib. III.*
35. Cum in ſacris legimus: Non veneraberis fratri tuo. *Deut.* 23. *v.* 19. Alii ex Hebræo transferunt non morſum inferes patri tuo, ſeu non venere mordebis fratrem tuum. FELIC. *de ſenſib. lib. I. cap.* 5. *n.* 1. Unde & illud : Morſui aſpidis par omnis nummus uſurarii eſt.

Nam ſicut ab aſpide percuſſus 36. dulcedine & ſuavitate quieſcit, donec animam exhalat, quoniam venenum latius per omnia membra diffunditur, ſic qui pecuniam ſub uſuris accipit ea oblectatur, ſed uſuræ venenum per omnes facultates decurrit, & debitoris ſubſtantiam ſenſim & ſine ſenſu exhaurit.

Qui mutuando de ſuo nunquam tuum, ſed uſque & uſ- 37. que de tuo ſuum facit, qui dando ſpoliat erogando colligit, nunquam ſerens qui metere nunquam deſinit, quo nulla mando peſtis eſt nocentior uti tradit KLOCK. *de ærar. lib. II. cap.* 19. *n.* 14. *& ſeq.* Uſurarii peſtes ſunt 38. Rerumpublicarum. MENOCH. 2. *arbitr. caſ.* 398. *n.* 7. Delinquentesque contra Deum hominem & bonos mores. ROLAND. *conſil.* 75. *n.* 7. *vol.* 1. Meritas pœnas imponat, qua id unquam fieri poterit, de quibus pœnis uſurariæ pravitatis videndus. CARPZ. *in crim part.* 2. *quæſt.* 92. Vel Municipio ejiciat: 39. uti PLATO uſurarios manifeſtos è Republica exterminandos ſtatuit *lib. V. de LL.* Tollendum enim ex civitate illud urbibus vetus fœnebre malum. TACIT. *lib. VI. Annal.* cujus ſecundum BODINI *doctri-*

nam

nam non modo rudices ſed & tribræ penitus amputandæ.

40. Multi paſſim Principes & Gubernatores Rerumpublicarum uſurarios non tantum urbibus & communitatibus ſed totis provinciis atque regnis expulerunt, ſicuti Cato ex tota Scicilia eos exegit, uti teſtatur MENOCH. *jam cit. loc.*

41. Laudatur Agis Athenienſium Dux, quo in juſtum odium fœneris omnium fœneratorum tabulas igne ſuppoſito in foro concremarit, quo igne nullum clarius lumen ſe vidiſſe Ageſilaus confeſſus eſt. ALEX. *lib. I. Gen. dier. cap.* 7. Nec ignotum eſt ex CUJACIO *lib. VII. obſ.* 13. In Gallia uſurarios manus amputatione plexos fuiſſe.

42. Sed miſſis durioribus pœnis, ſi dolus appareat, integrum capitale, revocata in uſum lege Gabinia, qua improbi fœneratores ſortis petitionem amittebant teſtante CICERONE *lib. V. ad Attic.* merito

43 Fiſco applicatur. Eo facit Würtenbergiſche Lands-Ordn. *tit.* Von wucherlichen und andern *Contracten.* Wird der jenige um den vierten Theil der Summ geſtraffet / wann verbotene Pacten und Geding dem Leihen annectiret werden; Wo aber ſolcher böſer wucheriſcher fürſätzlicher Weiſe geſchehen wird anitzo die Haupt-Summe confiſciret.

Tot celebres undique exſtant, tam imperiales quam provinciales 44.
conſtitutiones, quibus Magiſtratibus loci, avertendi mali hujus cura inculcatur, ut merito omnem adhibere debeant diligentiam, in puniendis ſalutarium legum harum violatoribus, ne quærelæ amplius in poſterum locus ſuperſit.
Sed Auguſta hæc placita toties re- 45.
petita & renovata vix ſatis virium habent, tantæ injuriæ removendæ. Manet eadem quærela non eſſe leges obſervatas, plebemque longo tempore iniquis uſurarum contractibus & negotiationibus contra Divinas Cæſareasque leges, & ſpecialiter ad contemptum ordinis politici & civitatici, ad extremam egeſtatem redactam anguſtiatam coactam eſſe. Ii qui ſub 46.
fœnere mutuum accipiunt non quidem peccant, utpote penuria & neceſſitate compulſi C. *6. de jure jur. ibique* GLOSS. *in fin. ad verb. reddere.* Suadendi autem eſſent ut ob perniciem & impietatem uſurarum potius extrema patiantur, aliaque remedia tentent, quam ut ad fœneratores confugiant. Sicut Plato teſte PLUT. 47.
recte vetat à vicinis petere aquam niſi prius domi foderis, usque ad terram ceremitidem, quæ terra

Qqqq qqqq3 eſt

est testacea quam nos vocamus Mergel-Grund. Sic PLIN. Ceramitidis gemmæ teste colorem habentis meminit. *lib.* XXXVII. *cap.* 10.) repererisque non esse spem venæ id est prius tentanda tibi parsimonia & alia quæque via eligenda erit, pro necessariis quam à nummulariis & mensariis pecuniam mutuo petas. THOLOSAN. *de Republ. lib.* XIII. *cap.* 16. *n.* 26.

48. Et illud obiter hic, ubi de usurariis agitur notandum, quod in Hollandia aliisque emporiis usura nautica adhuc hodie in usu sit, ubi nimirum sunt singularia collegia mercatorum qui incidentia omnia pericula in se suscipiunt, tutamque & indemnem navem præstant, ab aqua, ingne, tempestatibus, amicis, inimicis ac arrestis regum, à negligentia navitarum & quos vocant *asseureurs* à gallico *asseurer*. PONTAN. *Histor. Amstelodam. lib. IV. cap.* 4.

49. Optandum autem esset, ut pro evitanda inexplebili fœneratorum ingluvie etiam in Municipiis montes pietatis erigi atque ita personæ miserabiles & præsenti pecunia destitutæ suppositis pignoribus & salutis usuris quincuncibus eâ potiri possent, quo casu non tam misere uti in oppidulis fieri assolet ab Hebræis sup-
pellectile sua privarentur, cum
alias ne pignore quidem dato pe-
cuniam mutuam impetrare que-
ant, vel ea impetrata pignus nisi
stato tempore luatur ob usurarum
insolentiam in commissum cadit. 50.
In Italiæ emporiis frequens mon-
tium horum usus est, quibus Ge-
nuenses, tantum pecuniæ mo-
lem coacervarunt, ut ea Insulam
Corsicam ac alia prædia publica
omnino redemerint. BODIN *lib.*
VI. cap. 2. Pro modulo faculta- 51.
tum idem stabiliri in Municipiis
nostris impossibile haud foret, nec
quicquam difficultatis nisi ratione
principii habebunt. Eorum fun-
dus poni poterit, vel ex libera-
li collecta eleemosinarum, vel ex
legato quodam ad pios usus de-
stinato vel alio titulo. Ubi hæc 52.
methodus præscribente LESSIO *de*
just. & jur. lib. II. cap. 20. *dubit.*
23. *n.* 189. *&* ESCOBARO. *de ra-*
tiocin. administrat. cap. 7. *n.* 54. iis
conservandis servari posset. (1.) Ut
detur ex iis mutuo pauperibus in-
digis & indigenis non exteris.
(2.) Ad certum tempus. v. g. ad
annum vel paulo ultra. (3.) Ut
mutuatarii dent pignus idoneum
& venditioni aptum. (4.) Ut sin-
gulis mensibus quid solvant pro
sumtibus necessariis, ut admini-
stratores pauxillo saltem salario
fruantur. (5.) Si tempore præ-
scri-

scripto non solvatur, pignora distrahantur restituto eo quod detracta sorte & usuris superfuerit. De his vide latius SCACCIAM *de Commerc.* §. 1. *quæst.* 1. *n.* 440.
3. Lugduni Batavorum primus qui simile institutum exercuit vocatus fuit Lummart, unde hoc nomen ad alios postea translatum fuit, hinc de eo qui erga recepta pignora bancum tenet dicitur, Er hält einen Lummert, paulatim nomen hoc Judæorum fœnerationibus cessit.

Caput XXXVI.

DE MUNICIPIORUM JURE PROVIDENDÆ ANNONÆ ET DARDANARIIS COER-CENDIS.

SUMMARIA.

1. 3. *Famis calamitas.*
2. *Providendum annonæ ubi seminatur sed non metitur.*
4. *Cur pestem potius quam famem elegerit Rex David.*
5. *Famen pestis sequi solet.*
6. *Triste exemplum famis Romæ Anno* 1590. *obortæ.*
7. *Moderatores civitatum occurrere debent huic malo.*
8. *Et prospicere de remediis antequam instet malo.*
9. *Annona in necessitate remedium non habet.*
10. *Annona deficiente, cætera defensionis media inutilia sunt.*
11. *Annona unde dicatur?*
12. *Annona vox generalis.*
13. *Cura rei annonariæ apud veteres Romanos.*
14. *Regulare est neminem compelli ad emendum & vendendum.*
15. *Emtio & venditio est naturalis libertatis.*
16. *Quæ libertas ne rescripto quidem Principis impediri potest.*
17. *Princeps non potest tollere quæ sunt juris Gentium.*
18. *Curiis tribus concurrentibus Respubl. quævis recte gubernatur.*
19. *Frumenta aliæque res edules, ita ut Municipes egeant, è Municipio evehi non debent.*

20.

20 *Hoc statuto vel edicto etiam forenses obligantur.*
21. *Vasallus habens jurisdictionem ordinaire potest, ne quis ad victum necessaria à suo districtu extrahat.*
22. *Ejus ratio.*
23. *Quod tamen intelligendum in casu extremæ necessitatis.*
24. Charitatis *præceptum ut fiat quod facienti prodest nec alteri nocet.*
25. *Hoc casu etiam veudendæ merces non venales.*
26. *Nautarum omnis finis est incolumitas navis.*
27. *Multa recepta sunt contra jus civile ob commodum publicum.*
28. *Magnum est ubi publica omnium utilitas periclitatur.*
29. *Civitas suis rebus legem dicere potest ut exteri etiam ligentur.*
30. *Facta prohibitione de non exportando frumento an deprehensus in via etiam puniendus.*
31. *Si talis dicat se alio animo exportaße frumentum.*
32. *Conjecturæ quæ gravant exportantem.*
33. *Prohibita exportatio frumenti, etiam farinam continet.*
34. *Farina non est nova species à frumento, exempl. lanæ filatæ.*
35. *Intentio prohibentium inspicienda.*
36. *Probibitionis hujus materia non est odiosa sed favorabilis.*
37. 38. *Dardanarii unde dicantur.*
39. *Artes dardaniæ pro magicis terminatio vocis in varius.*
40. *Flagellatorum annonæ mores.*
41. *Eorum pœnæ.*
42. *Flagellatio annonæ tyranndis species. Exemplum Romanæ.*
43. *Pœna dardanariorum juxta statutum Mechlinense.*
44. *Pœna eorum apud Mediolanenses.*
45. *Officium Magistratus in constituendis præfectis annonæ.*
46. *Inedia origo seditionis & omnis mali.*
47. Korn-Juden / Frucht-Würme.
48. *Coemenda à Magistratu sunt frumenta in usum publicum.*
49. *Annonæ curæ tempore pestis.*
50. Cautela *pro Magistratu ne hoc casu in suspicionem flagellationis incidat.*
51. *Frugum pretium juste taxandum.*
52. Medium, *si Municipii facultates ad annonam sublevandam non suppeditent.*

53. *Uberiore messe superveniente cives compellendi ut fruges emant.*
54. *Institutio horreorum publicorum.*
55. *Exemplo Imp. Romanorum.*
56. *Frumentum ita coemptum si corrumpi incipiat distribuendum inter cives.*
57. *Damnum inde obveniens reparandum est ab administratoribus.*
58. *Propolæ certo tempore & loco saltem emere debent frumenta.*
59. *Privilegiis juvandi sunt aurigæ vel navacularii.*
60. *Advehentes frumenta nullo incommodo adficiendi.*
61. *Inspectio in panem instituenda.*
62. *Pondus panis secundum pretii proportionem constituendum.*
63. *Facultas pinsendi concedenda etiam extra opificii collegium.*
64. *Prohibenda venditio frumenti viridis.*
65. *Ratio prohibitionis istius.*
66. *Desuper Constit Imp.*
67. *Dimittendi inutiles ex oppidis interdicenda convivia oppipara.*
68. *Proponenda pecunia frumentum aliunde advehentibus.*
69. Reliquæ *merces & alimenta justo vendenda pretio.*
70. *Meretrix quæ venerem suam Venalem exposuit, cauponesque tenentes insignia, ad recipiendum cogi possunt.*
71. Municipes *qui fecerunt provisionem annonæ ut non necessaria revendant cogi possunt.*
72. *Concives præferendi exteris.*
73. *Vendenda sunt frumenta justo pretio.*
74. *Justum pretium quodnam?*
75. *Intellectus* l. fin. §. 1. ff. ad L. J. *de annona.*
76. *Lite orta super pretio ejus declaratio est penes Magistratum.*
77. *In rebus ad annonam pertinentibus unus alii in pretio præjudicium creare non debet*, in den Kauff fallen / den Preiß versteigern / *quod & alias non permittendum.*
78. *Offerens in foro plus debito pretio in detrimentum alterius, tenetur crimine Stellionatus.*
79. *Turcarum cura circa venditionem frumenti & quomodo in hoc peccantes puniant.*
80. *In quo ab his superantur Christiani quod dolendum.*
81. *Boni defensoris officium.*

1. Sæpius ob flagitia concitatur ira Divina hinc non una ac simplex calamitas occurrit in civitate si fames in vulgus, inopia quæstus, & penuria alimentorum instat. TACIT. 1. *Hi-*
2. *stor.* Sicut ergo coercendi sunt fœneratores qui metunt sed non seminant, sic & providendum est annonæ ubi seminatur sed non
3. metitur. Et merito inter erumnosa ista tria flagella, quibus Deus peccata populi castigat *Lev.* 26. *v.* 16. *Jerem.* 24. *v.* 10. *&* 27. *v.* 8. Et quorum optio data est Davidi. 2. *Reg.* 24. *v.* 13. Fa-
4. mes durissimum est, ut non sine ratione Rex iste pestem ut communem tam divitibus quam pauperibus elegerit, & juxta lamentantem Prophetam melius fit occisis gladio, quam interfectis fame, melius qui perfluant transfixi quam destituti proventibus agrorum. *Cap.* 4. *v.* 9.

5. In annonæ penuria ob res comestas in necessitate quæ victui noxia sunt sequi solet pestis contagio, unde fames merito ca
6. lamitatem fomes vocatur. Triste desuper suppeditatur in historiis exemplum A. C. 1590. & sequenti, cum in tota Italia & præsertim Romæ tanta esset fames ut exteris Judæis & multis niutilibus ejectis octodecim saltem uncia panis in singula capita distribuerentur, Grassante indies inopia cum ad octo tantum uncias perventum esset antequam ordinatio desuper edenda publicaretur, ablata prius sunt populo arma, non enim citra seditionis metum illam fieri posse putabant. Tandem ad ultimam usque calamitatem frumentorum penuria provinciæ istæ laborarunt atque plurimi non tantum pauperes verum etiam Patricii & Nobiles cum noctu sæpe in platæis vociferantium tremendæ voces exauditæ essent, *jo hò fame, jo hò fame*, horrendo calamitatis spectaculo publice in humum delapsi eodem fere tempore lectos & sepulturam sibi constituere visi sunt Holsatia una cum adjacentibus Hanseaticis, maxima auri copia reportata, triginta navibus annonam importarunt; Cursor qui has appulsas esse nuncium primus Pontifici tulit, honorarium incontinenti 1000 ducatorum retulit LINDENBERG. *comment. rer. gest. istius anni in fin. lib. IV.* CANON. *disc. in Tac. lib. II. q. ult.*

Cætera exempla hujus ex veteribus et recentioribus monumentis, sat obvia ut pertranseam, id unum certum est, operam rei publicæ haud inutilem impendere oppidorum moderatores, si caritatis annonæ remedia exactissima cura consignant AMIRAT. *Dissert.* *pe-*

polit. in Tacit. lib. 12. *Discurs.* 3. & non ſolum cum urget egeſtas ſed & cum ea timetur omnia quantum providentia excogitare valet proſpiciant. Antequam abominandæ neceſsitatis amariſsimæ leges & truculentiſsima Imperia ut ait VALER. *Maxim. lib.* 7. *cap.* 6. vim
9. ſuam exerant.

Reliquis enim caſibus in tempore poteſt ſubveniri pabulatio vere & annona in neceſsitate remedium non habent, niſi ante candiantur VEGEL. *de. Re. milit. lib.* 3. *cap.* 3.
10 *in princ.* Parum leges & ſanctiones parum propugnacula parum milites juverint ſi popu-
11. lus inedia laboret HYPOL. *à* COLLIP. *de Increm. urb. c.* 21. Eſt autem annona annuus proventus frumenti potiſsimum, ſed & reliquarum ſpecierum, quaſi der Jahrwuchß / vel Järliche Vorrath / & norma pretii frumentarii, ſic dicitur æquum non eſse frumentum Vendere vilius quam annoa exigit *l.* 3. *ff. ad L. Jul. de annon.* SCHILT. *ad ff. Exerc.* 44. §.
12 141. Unde annnonæ nomine venit omne quod ad victum humanum pertinet: ut frumentum, panis, vinum, oleum, ſal, acetum, carnes, palea, fœnum & ſimilia. *l.* 1. *&* 2. *C. de erog. mil. ann.*

13. Romæ curam annonæ certi præfecti habuerunt, & ſtatim poſt ejectos Reges, M. Marcius Ædilis populo frumentum in modios aſſibus donavit. PLIN. *lib.* XVIII. *cap.* 3. Poſtea tribuni ſub C. Graccho perpetuam ſtatamque frumentationem conſtituerunt, quam Imperatores conſtanter ob ſervarunt, SUET. *in Jul. cap.* 41. *& in Aug cap.* 46.

Regulare itaque quamvis ſit, 14.
neminem compelli emere vel vendare. *l. nec emere C. de jure delib. l. invitum C. contrah. empt. l. invitos C. de locat. l. quamvis ff. de pign. l. nemo exterus C. de Jud.* Quia fa- 15.
cultas emendi & vendendi naturalis eſt libertatis CRAVETT. *conſil.* 6. *n.* 121. *vol.* 1. FABIAN. de MONT. *tract. de empt. quaſt.* 1. *n.* 4. Et quidem tanti quanti quis poteſt. *l.* 16. §. 4. *ff. de minoribus.*

Quod eo extenditur, ut ne re- 16.
ſcripto quidem Principis Impetrari poſſit ut quis invitus cogatur vendere. GOTTHOFF. *ad d. l. invitos. C. de contrah. emt.* Princeps
enim non poteſt ea immutare vel 17.
tollere quæ ſunt juris gentium. SURD. *conſil.* 321. *n.* 41. ROLAND. *conſ.* 31. *n.* 61. *vol.* 4. DECIAN. *conſ.* 44. *n.* 118. *vol.* 1. Quo reſpicit *Receſs. Imp. de Anno* 1555. §. Setzen demnach / *&c. in verb.* **Daß keiner den freyen Zugang der Proviant / Nahrung und Gewerb dem andern abſtricken und aufhalten ſol.**

Is tamen non obſtantibus Ma- 18.
gi-

gistratui minori atque adeo Municipali licitum imo laudabile est, cum Respublica recte gubernetur tribus hisce concurrentibus. (1.) Cura custodiæ urbis & ædium. (2.) Cura ærarii. (3.) Cura rerum necessariarum ut hæ sint in copia. M. RAVAUD. *in speculo judic. fol.* 39. *n.* 9.

19. Non solum ne frumenta aliæque res edules ex Municipiis ad exteros vehantur, ut patriæ ubertatem conservet, futuræque necessitati pauperum consulat, prohibere pœnaliterque interdicere. *l.* 1. §. *cura carnis ff. de offic. præfect. urb. l.* 2. *&* 4. *C. de commerc.* BURSAT. *consil.* 138. *n.* 9. CACHERAN. *dec.* 71. *n.* 8. CRAVETT. *cons.* 973. *n.* 45. MENOCH. *consil.* 100. *n.* 56. HIERON. à LAURENT. *decis. Avenion.* 40. *n.* 4. BERTAZZ. *cons. civil.* 87. *n.* 2. SURD. *tract. de aliment. tit.* 1. *quæst.* 77. *n.* 1. *& cons.* 710. *n.* 9. ubi dicit. Sed & dardanarios certis pœnis cohibere & coercere. *l.* 6. *ff. de extraordin. crim.*

20. Quo statuto vel edicto ne frumenta extra civitatem exportentur forenses quoque obligari docent. *per l.* 38. *ff. de judic. l. fin. C. ubi in rem act. l.* 7. *ff. de publ. & vectigal* ROLL. à VALL. *Cons.* 24. *n.* 17. *lib. III.* FAB. *C. lib. I. tit.* 5. *def.* 2.

Etiam vasallum qui habet ju- 21.
risdictionem, ordinare posse ne quis
sua jurisdictione blada vel alia ad
victum necessaria extrahat. BURS.
cons. 138. *n.* 8. MENOCH. *lib. II cent*
6. *cas.* 585. ubi tradit: Nec dubi-
tatur eiusmodi statuta condi posse, 22.
non ut exteros amicos lædamus,
sed ut patriæ ubertatem conserve-
mus ne pauperes & inopes fame
laborent *Klock.* autem præmissa ad 23.
casum evidentissimæ utilitatis pu-
blicæ & extremæ necessitatis re-
stringit. *cons.* 29. *n.* 100. & 1008.
tom. 1. *per notat.* VASQ. *de success.
creat.* §. 29. *& illustr. controvers.
c.* 5. *n.* 15. *& seq.* SURD. *cons.*
323. *n.* 41. *& seq.* Puta si pro- 24.
hibitio hæc extractionis annonæ
in commodum publicum ad pe-
cuniam & nervum Reipubl. com-
parandum redundat, Civilis enim
ratio & charitatis præceptum di-
ctat ut fiat quod facienti prodest
& alteri non noceat *l. in credito-
re* 38. *ff. de evict.* Quali casu etiam 25.
subditi ad vendendum multas
alias non venales cogi possunt uti
in camera receptum esse testatur.
MYNSING. 5. *obs.* 27. *Koppen. decis.* 59. Non tamen aliter quam justo & æquo pretio cogi poterunt. KNICHEN. *ad jus Saxon. verb. Ducum cap.* 7. *n.* 3. MASTRILL. *p.* 1. *decis.* 7. *n.* 30. VALASC. *decis.* 43. *part.* 1.

Si-

26. Sicut enim, ut ait JCtus, Oldendorpius, omnium nautarum finis, incolumitas navis tametsi diversa sunt officia, & utilitas proinde ad unumquemque reditura sit singulatim ut salvi perveniant in portum: Ita finis omnium civium domi & militiæ est publica salus seu defensio Reipublicæ, qua pereunte nemo potest esse salvus. Quo facit *l. 51. ff. ad L. Aq. ubi*
27. *Julianus JCtus dicit.* Multa jure civili contra rationem disputandi pro utilitate communi recepta esse, idque innumerabilibus locis probari posse. Sic & in societatibus non quod privatim cujusque interest, sed quod societati expedit, servari solet, *l. 65. §. 5. ff. pro soc. l. 21. ff. Comm. divid.*
28. Quanto magis idem observandum, ubi publica omnium utilitas periclitatur, ut privatorum conventionibus ac contractibus omnibus eadem præferenda, *l. 3. C. de primipil. lib.* XII. Quod Imperiali sua sententia confirmat JUSTINIAN. *l. un. §. 14. C. de cad. toll. dicens*: Quod communiter omnibus prodest, hoc rei privatæ nostræ utilitati præferendum esse censemus, nostrum esse proprium subjectorum commodum
29. imperialiter existimantes. Nec obstat, quod statutum & conclusum tale Municipale præcipure spiciat exteros, ut illi coerceantur, & quod nulla civitas ferre legem possit extraneis, *l. 1. C. de summ. Trinit. l. fin. ff. de jur.* Nam sufficit, quod suis rebus legem dicere possit, *l. 21. C. mandat.* & interest quandoque Reipublicæ modum commerciorum sub his præscribere & aliquantulum in gentium jure recedere, cum jus civile per omnia non servit, ut ait ULPIAN. *l. 6. ff. de J. & J.* DINER. *de justo rer. pret. quæst. 3. n. 21.*

Si statutum de non exportando frumento lætum & civis contraveniens in itinere deprehensus sit, 30.
conatus ille puniendus quoque est puta, si talis nisi impeditus, exportaturus fuisset, RIPA *de peste tit. de remed. conservat. ubertat. n. 71. & seqq.* Nam consumasse delictum censetur per quam non stetit, quo minus consumaret, *l. 11. §. 2. ff. de public. & vertig.* & prohibitum in termino etiam prohibitum censetur in via, per quam pervenitur ad terminum, *l. 17. §. 8. ff. de ædit. Ed. l. 3. §. 11. ff. de re milit. C. revera 32. q. 5.* Quod 31.
si deprehensus non confiteatur animo exportandi frumentum impositum, sed vel sementis faciendæ causa in agro, vel ut molaretur: aut in villa fructuaria conderetur, tunc ad conjecturas confugiendum, *l. 4. §. pen. in fin. ff. de*

incend. & ruin. ita ut in dubio abſolvatur, quamvis præſumtio aliqua contra eundem ſit, *l. 5. ff. de pœn.* Talis exportans autem con-
32. jecturis gravatur, ſi ab itinere recto & conſueto deflexit & devia ſectatus fuit, *l. 5. C. de curſ. publ. & angar. lib.* XII. *t. pen. C de navicular. lib.* II. vel ſi non per portas publicas illud extraxit, vel ipſe inde egreſſus non fuerit, *l. ult. ff. de rer. div. & qualit.* CACHER. *deciſ. 71. n.* 8. DINER, *d. loc. n. 32.*

34. Quær. ſi facta & proviſio de non exportando frumento an legis iſtius prohibitio etiam extendenda ad farinam? Quod videtur negandum ob ſtrictam & propriam ſtatutorum interpretationem præcipue in materia odioſa ubi libertas commercii reſtringitur. Affirmativa tamen prævalet juxta SURD. *deciſ* 39. MARQUARD. *de jure mercat. lib.* II. *cap* 1. *n.* 37. RIPA *de peſte cap. 5 n. 45.* Quia farina non eſt nova ſpecies à frumento ſed ſub eo ſaltem latitat poſtea ope molæ detecta, *l. 7. §. 7. ff. de acqu. rer. dom.* quo & facit *l. 70. ff. de leg. 3.* ubi lanæ appellatione continetur lana filata, quæ
35. ſemper lana dicitur. Quæ argumentationes licet per omnia non quadrent, hoc tamen caſu ob ſtatuentium mentem & intentionem affirmativa defenditur, cum ſufficiat ad evitandam annonæ caritatem frumenti exportationem prohibitam eſſe, quæ ratio in farina etiam ſibi locum vendicat communis enim Doct. opinio eſt, quod ſi in ſtatutis prohibita ſit venditio materiæ, etiam materiatum vendi non poſſe HECT. CAPYE *latr. conſ.* 158. *n. 30. & ſeq.* Nec hæc ſtatuti 36.
materia pro odioſa ſed potius pro favorabili habenda erit, BALD. *de ſtatutis, ſub voce interpretatio,* TREUTL. *vol.* 1. *diſp.* 1. *th.* 10. *lit: E.* Par ratio obtinet in pane, cæteroquin maxima fraus legi huic fieri poſſet, ſi panis exportatio eſſet permiſſa, *arg. l. 30. ff. de LL.* SURD. *d. deciſ. &* RIPA *d. cap. n 15.*

Ut autem annonæ proſpiciatur, 37.
apprime coercendi in Municipiis Dardanarii, qui dicuntur vel à Dardanis, Phrygibus, gente mendaciſſima, ut ait BISCIOL. *in hor. ſubſciſiv. tom 1. lib.* IV. *cap. 16. Vel à dare denarios.* dicuntur enim græce Propolæ, Vor-Käuffer/ quia præemebant, id eſt, annonam premebant, vaſtabant, flagellabant, vexabant, onerabant, ut carius venderent, hinc quidam putant, quod dederint denarios ante CUJAC. *lib. X. obſ.* 19. SCHRAD. *in Lexicon. verb. dardan.* MENOCH. *lib. II & I. Q. caſ.* 384. *n. E.* Nos eos appellamus, Stadt-

Wöl-

38. Wölfe/ Korn-Wolfe. Vel à dardano functionum talium primo Auctore ut vult Gloss. *in l. annonam verb. dardanarii ff. de extr. crim.* Vel à Dardano Mago sceleratæ famæ cujus meminerunt Apu-
39. lejus & Tertulianus à quo & Magicæ artes Darnariæ juxta Colu-mell. *lib. X.* Et ob odiosissimum magiæ nomen ita vocati. Formatio vocis in aricis in multis artificii vocabulis observatur, ut lignarius ferrarum arcarius &c. Martin. *Lexic. Etym. hac voc.*

40. Hi flagellatores annonæ qui ex aliorum calamitatibus messem faciunt & temporum difficultates observant quibus in profano ore esse solet illud Nun bitten wir den H. Geist / so gilt das Korn am allermeist / Gallis: *Usuriers qui cachent le bled, & recelent autres provisions en attendant la charté* Bo-
41. ckel *in vision disq.* 15. Hi inquam coercentur crimine stellionatus *l. 3. §. fin. ff. de crim. stell.* alliisque pœnis extraordinariis *l. 6. princ. ff. de extraord. crim.* de quibus Menoch. *d. cas.* 384. *& cas.* 569. *n.* 2.

42. Est enim hæc flagellatio tyrannidis sæpe affectatæ species, sic Romæ Sp. Melius ex equestri ordine prædives, eo quod frumenta ex Hetruria Romam deduci fecisset ac in populum illorum largitione uteretur ut animos civium ad se traheret, a C. Servilio obtruncatus est, cui dictator: Macte virtute C. Servili esto liberata Republica. Liv. *lib. IV.* Ejusque domus complanata æquimelia dicta est. In provincia & civitate Mechlinensi dardanarii in ctate trahuntur ab una parte ad aliam, & eliminantur sine ulla relaxatione pœnæ, in æternum exilium. *Stat. Mechlin. tit.* 2. *art.* 27. *ibiq.* Christn. Mediolanenses dardanarios suos quo *frosatores* appellant aliquando mortis pœna, aliquando banno, aliquando pœna triremium punire, maxime si neglecta Magistratus prohibitione frumenta carius vendunt, testis est Menoch. *cit. A. I. Q. cas.* 569. *lib. II.* 43. 44.

Huic ergo malo ut præveniat Magistratus Municipalis ipsi incumbit constituere præfectos, qui annonæ quam & grasciam dicit Castens. *cons.* 40. *lib. I* Inedioque (quæ origo seditionis *secundum Decianum crim! tract. lib. VII. cap.* 2. *n.* 45. ut ait: Nihil lætius saturato populo, nihil seditiosius jejuno & famelico *scribitque* Kekerm. nihil periclosius famelico populo quem non arma, non Magistratus, non jura Divina aut humana, non leges, non pudor aliquis coercere valeat juxta illud Lucani. 45. 46.

Ne-

- - - *Nescit plebs jejuna timere.*)

curam gerant. DDCIAN. *d. l. 7. c.* 22. Mercatores qui res necessarias coemptas supprimunt, ut carius eas vendant ad venditionem compellere. BART. *in l. non enim ubi* GLOSS. *ff. de act. rer. amot.* JASON. *in l. rogast. n.* 2. *ff. si cert.*
47. *pet.* Qui nundinatores annonæ Korn-Juden / Frucht-Würme audiunt, quod in eos ait Salomon in *Proverb.* qui abscondit frumenta maledicetur in populis & ISID. PELUSIOTA. *lib. I. Epist.* 399. & *lib. III. Epist.* 83. ajunt te inexplebilem quendam & sævum esse annonæ cauponem observatorem temporum & captorem lucri ejusque ex alienis calamitatibus demessorem intelligis, opinor tibi clausa esse Dei viscera ut tua tu claudis aliis, humanitati igitur cede hoc reputans non tam ope tua alios egere quam tu eges Dei. SPEIDEL. *in addit. ad* BESOLD. *th. pr. lib. V. n.* 77.

48. Optimo autem instituto Magistratus Municipalis tempore annonæ coemit frumenta, publica pecunia ejusmodi enim propolia licite non saltem sed necessario exercentur & quia curam annonæ necessitas efflagitat, Magistratus tam superiores coacti sunt mercaturam hanc exercere, exemplo Josephi in Ægypto & prout Thales ille sapiens, cum prævidisset olearum inopiam omnes coemit & Anno insequenti vendidit. ARIST.
1. *Polit.* 7. Eadem annonæ cura 49.
servanda tempore pestis vel belli, ubi commercia nulla ut cives & incolæ civitates sublevari & sustentari possint. Irrumpentibus vero hisce inopiæ procellis cautus sit Magistratus ne frumento in su- 50.
spicionem flagellationis ipse incidat, vel ne data licentia pro extrahendo frumento quid accipiat quod novi vectigalis institutionem sapere possit. BRUNN. *cons.* 151.
col. 2. *vers. nec est dicendum.* Quæ 51.
suspicio evitatur si tempore penuriæ pretium frugum taxetur justum & æquale. VINCENT. de FRANCK. *decis.* 9. MART. DIGEST.
noviss. verb. annona cap. 2. Quod 52.
si Municipii publicæ facultates ad annonam levandam non suppetent, civibus imponi poterit à Magistratu, ut quisque certum numerum modiorum frumenti pro suo suorumque usu sibi comparet. *l. quoties ibique* BART. *n.* 1. *C. ut rem hic in emt.* CABEDO. *decis. q.* 2.
lib. II. *in fin.* Iterum si Magistra- 53.
tus fruges comparatas supervenientе uberiore messe distrahere non poterit, cives ab ipso compelli possunt ne frumentum corrumpatur, ut illud inter se dividant,

dant, pretiumque pro rata & quota exſolvant. KLOCK. *de ærar. lib.* II. *cap.* 81. *n.* 21.

Ad proviſionem itidem ſpectat,
54. horrea publica ſive domus frumentarias inſtituere quæ ſumma cum diligentia à Magiſtratu curari atque inſpici debent, ſicut de quibusdam Rom. Imp. refertur; Nam Auguſtus tridui ſaltem fru-
55. mento in horreis viſo ſtatuit veneno mori, ſi é provinciis claſſes interea non veniſſent, & Claudius Imp. oſtiam interdum itabat ut frumento inſpiceret DIV. *lib. LVIII.*
56. & ſi opus fuerit vendi debet prius vetus quam novum coematur frumentum BROBADILLA *in Polit. lib. III. cap.* 3. *n.* 47. vel ſi ſubſit timor corruptionis illud inter incolas pro rata patrimoniorum dividendum, eo adjecto, ut tantundem ex novo reddant FRANC.
57. MARC. *deciſ.* 542. *p.* I. Quod ſi fuerit neglectum, frumentumque corruptum, rectores civitatis de damno ſarciendo tenentur, quia ii adminiſtrare debent res civitatis ſumma cum diligentia inſtar diligentiſſimi patrisfamilias ESCOB. *de ratiocin. adminiſtr. cap.* 17. *n.* 36.
58. *& ſeq.* Deinde laudatur ilud quorundam civitatum ſtatutum quo interdicitur ne propolæ ſimilesque lucriones emere poſſint niſi per certam horam diei. GLOSS. *in l.* 2. *verb. tradere ff. de nund.* HERING. *in Mantiſs. tract. de Molendin. cap.* 3. *n.* 56. Vel ne aliter quam in fori loco publico ſi ab exteris frumenta veneunt emptio eorum fiat.

Tum & officium Magiſtratus eſt 59.
conſtituere ut negotiatores & aurigæ vel navicularii in maritimis locis qui annonam urbis transfectionibus adjuvant, privilegiata, ſecuritate gaudeant, ut & à vectigalibus ſint immunes. *l.* 5. §. 3. *ff. de jur. immun. l.* 6. *in fin. C. de vectigal.* Imo generatim nullam 60.
vim oportet naucleros ſuſtinere, delegatas annonarias ſpecies transferentes, non concuſſiones perpeti nec aliquod genus incommodi, ſed venientes ac remeantes omni ſecuritate potiri reſcribunt Impp. *l. nullum* 3. *C. de navicular. lib. II.* BEHT. *de ſecurit. th.* 241. Ita ut ne arreſtationibus detineri poſſint. PECH. *de jure ſiſt. cap.* 5. *n.* 5.

Porro convenit ſemper, ſed 61.
tum maxime cum de annona querela incidit panem juſtum confici ejusque diligentem habere inſpectionem, ſub pœna amiſſionis panis & mulctæ arbitrariæ, ut merito ſeniores collegii, qui exemplo ſuo curare debent ne inferiores contra leges peccent duplicatam mulctam pendere inſuperque

ad annum jure collegii privari debent Mev. *ad jus Lubec. lib. IV. tit. 15. art.* 4.

62. Prudens quoque Magistratus tunc temporis præcipue curat ut pondus panis secundum pretii proportionem vel augeatur, vel minuatur, & ne pauperes avaritia pistorum & iniquitate affligantur operæ pretium est, ut etiam vicinis ruricolis indulgeatur certis diebus panem inferre æquo pretio pro sublevanda annonæ caritate vendendum. Item ut alii in
63. Municipio, qui collegio pistorum non inserti licentiam habeant coquendi panes, quos alibi Hacke-Becker vocant, quod quidem è re privata non est pistorum sed è re publica. Faust. ab Aschaffenb. *cons pro ærar. ordn.* 1130. Atque sic suadet necessitas quæ legis cancellos perrumpere discit.

Eo & refertur cautela Senatus ci-
64. vitatum, præcipue earum quarum incolæ agricultura potissimum vivant, vulgo Feld-Städte / de prohibenda venditione frumenti in viridi, das Korn auf dem Felde zu verkauffen / de quo exstat Caroli M. Constitutio *tit. de prohibitione alienationis futurorum fructuum* ut
65. *& lib.* II. *leg. Longobardorum.* In Galliis est Constitutio Ludovici XI. R. Et legibus Frisiis ita observare docet Sande *decis. Fris. lib. III. tit.* 4. *defin.* 7. Idque in favorem pauperum agricolarum qui facile alliciuntur modica præsente pecunia oblata, ad vendendum spem messis futuræ tantoque viliori pretio, quanto ea messis incertior, ac pluribus casibus magis obnoxia est, sicque pauperum facilitate mercatores & dardanarii caute abutuntur. Molin. *tract. de usur. n.* 470. Quod admittere Magistr. non debet ne pauperiores necessario victu frustrentur & ditiores illos postea hisce frumentis ereptis vexent. Modus ille emendi tale 66
frumentum prohibitus *reperitur in R. J. de Anno* 1548. *tit.* Von Verkauffung der Früchte auf dem Felde/ hisce verbis: Nachdem nicht ohne grosse verderbliche Beschwerden des armen gemeinen Volcks befunden daß demselben durch etzliche eigen-nützige geitzige Leute Schein der Kaufmanschafft auf ihren Saamen so noch auf dem Felde stehet / auch den Wein an den Stöcken und andere ihre Frucht-Arbeit und Vieh / Geld/ oder ein anders hinaus geliehen oder gegeben dadurch dieselbe arme nohtdürfftige Leute / die gar härtiglich arbeiten näher / dann sich sonst nach gemeinen/ gewöhnlichen Kauff gebühret zu geben/ verursachet und gedrungen werden / welches dann nicht allein

denselben armen Leuten zu wiederbringlichen Schæden / sondern auch ihren Herrschafften / denen sie fürter ihre Gebührnüß vieldestoweniger zu thun vermögen / zu grossen Abbruch / Nachtheil und Schaden gereichet nachdem daß solches alles wider alle göttliche und menschliche Satzungen / die Liebe des Nächsten und gute Sitten ist. So wollen wir hiemit daß solcher Abkäuffer oder Ausleiher die Haupt-Summe verlohren und dazu von der Obrigkeit nach Gestalt und Gelegenheit der Sachen gestrafft werden soll. *Ordn. Polit. Francof. de Anno* 1577.

67. Urgente etiam annonæ caritate dimittendi ex oppiids sunt peregrini, & si quæ alia inutilia terræ pondera; Opipera convivia interdicenda à Magistratu, & popinæ sen diversoria illa, in quibus epulones, ganeones, lurcones de-
68. litiantur, omnino claudenda. Proponendaque præmia his qui aliunde frumentum advehunt, quibus si quod forte damnum tempestate aliqua patiantur, pro posse illud resarciatur.

69. Denique sublevata annona publica, Magistratus jubeat reliquas quoque merces & alimenta justo pretio vendere, alias institores si sub prætextu publicæ necessitatis majora rerum pretia semel introduxerint, non facile si res sit ipsorum arbitrii, ea mutant vel minuunt, sed cum coplicibus de compacto rem agentes, ut in velabro olearii, potius ea augent postea cum eorum artes sunt reprimendæ homines callidi vitium temporis esse ajunt, quod est avaritiæ ipsorum. KLOCK. *de ærar. cit. cap.* 81. *in fin. lib.* II.

Suppressores autem mercium pro sublevanda annona coemptarum ante omnia, ut jam supra 70.
indigitatum ad venditionem compellendi sunt nec injuriam facit Magistratus istis mercatoribus, sicut enim meretrix quæ exposuit artem seu Venerem suam venalem, si se exhibere nolit, cauponesque tenentes insignia si hospites recipere recusent, de illata violentia quod conquerantur non habent. CLAR. *in pract. crim.* §. *fornicatio n.* 2. Ita mercaturam professi ad vendenda, quæ nolunt flagitante usu publico cogi possunt. BOER. *decis.* 322. *in pr.*

Nec mercatores tantum sed & cæteros Municipales, qui provisi- 71.
onem annonæ sibi fecerunt ut rem præsenti pecunia pretioque honesto, quo publicæ inediæ consulatur vendant, vel vendi patiantur (quod annuit BACHOV. *ad Tr. disp.* 28. *th.* 3. *lit.* C. & D

cum ait, coactionem hanc non de præcisa necessitate, sed ita accipiendam esse quod venditio comminatione multæ juberi, vel si perstet contumacia, authoritate Magistratus res auferri distrahique possint) jure Magistratus adigere potest *l.* §. II. *ff. de offic. prat. urb.* ANGEL. *conf.* 351. *in pr.* FAB. de MONT. *d. tract. de empt. in* 3. *quæst. princ. n.* 40. TIRAQ. *de retract. in præfat. n.* 15. *com. opin.*
72. *verb. vendere.* Quod confirmat GUTIEREZ. *pract. quæst. lib.* IV. *quæst.* 49. *n.* 1. ubi civitas inopia & penuria annonæ gravatur, possunt habentes frumentum omnino cogi, id concivibus potius, quam exteris vendere ad inopiam & egestatem sublevandam, atque ita præferendi sunt cives, ipsæque urbes exteris in emptione frumenti collecti ex agris territorii eodem pretio.

73. Ubi tamen requiritur, ut talia frumenta solvantur justo pretio. GOUARRUV. *var. resol. lib.* II. *cap.* 3. *n.* 5. & *lib.* III. *cap.* 14. MENOCH. *consil.* 137. *n.* 18.

Pretium autem justum est quod à Magistratu constituitur, respiciendo puta, expensas & labores apportantium frumentum COVARRUY. *d. c.* 3. *n.* 5. FAB. de MONT. *de emt. vendit. q.* 3. *in princ. n.* 39.
74. NATTA. *consil* 11. *n.* 9. In tantum ut domini ejus non possint statutum pretium excedere, nec illud justum dicendum est pretium, quod ab alio offertur vel quanti exteris res vendi potuisset. GAIL. 2. *obs.* 56. *n.* 8. AFFICT. *in cap.* 1. §. 4. *post. natalem de pace ten & ejus violat. lib.* II. *feud. tit.* 27.

Nec huic sententiæ obstat text. 75.
in l. fin. ff. ad L. Jul. de ann. Ubi Impp. rescripserunt: Jus non esse ordini cujusque civitatis pretium grani quod invehitur statuere. Nam vel locus ille sumendus de pretio injusto juxta BART. *ibid.* cum justum pretium ab omnibus civitatibus constitui possit & debeat. PURPURAT. *conf.* 428. *n.* 34. Vel intelligendus est textus de grano & rebus non venalibus quorum pretium definiri nequit. CARD. MANT. *de tacit. & ambig. convent. lib.* IV. *tit.* 20. *n.* 22. TULDEN. *in C. lib.* IV. *tit.* 41. *n.* 3. Ex quo infertur quod si de
re aliqua in Municipio pretium 76.
certum definitum non sit & lis oriatur inter contrahentes, an justum pretium sit nec ne, quod vel venditor indicavit, vel licitator obtulit causæ hujus cognitio est penes Magistratum declarare justum pretium ROL. à VALL. *conf.* 71. *n.* 14. *vol.* 3. *per l. fin.* §. *fin. C. de jur. domin. impetr.*

Prospicere etiam debet Magistr. 77.
Mu-

Municipalis, ne in rebus venum expoſitis præſertim ad annonam pertinentibus unus alii in pretio præjudicium & injuriam creet, daß einer dem andern nicht in den Kauff falle / den Preiß versteigere. Offerens enim in foro plus debito pretio in detrimentum alterius tenetur crimine ſtellionatus SCHNEID. *inſt. lib.* I. *tit.* 8. *de his qui ſunt ſui n.* 6.

78.

79. Turcæ infenſi pietatis veræ hoſtes, diligentiſſime perluſtrat numquæ fraus committatur frumenti venditoribus ſi inciderint in quempiam qui injuſto pretio merces aggravat, eum ad prætorem adducunt qui de collo ejus tabulam cymbalis clangentibus ſonoram ſuſpendit lictoresque eum non citra infamiam concurrente undique ad cymbalorum clangorem plebe per plateas urbis, præſertim eas in quibus earundem mercium venditores morantur circumducunt, domum deinde reducto ſeptuaginta plagas infligunt & pro ſingulis ſingulos aſpros numerare jubetur.

Qui Turcarum juſtitiæ commutativæ amor deberet nos Chriſtianos, ſi non ad majorem quod fieri oporteret, parem tamen curam ejus incitare præſertim cum nos aliunde plura & efficaciora officii noſtri precepta & exempla habeamus, at proh dolor! eo jam res venit, ut in vitandis puniendisque externis vitiis ac delictis ſolertiores, rigidioresq; ſeſe præbeant ethnici, quam nos Chriſtiani, quæ etiam cauſa eſt, quod Divinitus pœnæ ita incumulentur ut pœnam pœna, calamitatem calamitas jugiter excipiat. ADAM. RASSIUS *tract. de nobilitat. & mercat. lib. II. cap.* 5. *in fin.* 80.

Imples ergo revera boni defenſoris officium ſi cives tuos nec legibus patiaris opprimi nec caritate conſumi ut optime monet CASSIDOR. *variar. lib. VII. cap.* 11. 81.

Caput XXXVII.

DE MUNICIPIORUM JURE CIRCA INQUISITIONEM REI FURTIVÆ.

SUMMARIA.

1. *Furtum conceptum per lancem & licium quid antiquitus fuerit?*
2. *Quare lance uſi fuerint rei furtivæ inquiſitores?*

3. *Quare licio?*
4. *Lanx quid sit?*
5. *Mos hic inquisitionis unde? Ritus inquisitionis istius.*
6. *Licium quid sit.*
7. *Lanx crebris foraminibus erat pertusa per quæ videri poterit.*
8. *Mos iste investigandi dudum in veteri Roma evanuit.*
9. Testimonium *de hac inquisitione apud Plautum & Petronium.*
10. *Domus secreta invito domino scrutari injuriosum.*
11. Privilegium *domesticæ securitatis.*
12. *Cur regulariter non liceat ædes alicujus perquirere.*
13. *Res furtiva si non inventa inquirens injuriarum actione tenetur.*
14. *Res furtiva non nisi præsentibus testibus quærebatur.*
15. *Inquisitorum rei furtivæ juramentum.*
16. *Inquisitio non permittenda nisi indicia præcedant & Magistratus intervenire debeat?*
17. *Indicia pro perquisitione domus* (1.) *Si dominus ædium res furtivas occultare solitus* Ruff-Häuser,
18. *Cessat bona præsumptio si quis semel fuit malus.*
19. (2.) *Ejus ædes visitantur qui visus noctu exire,*
20. *Quod procedit præcipue in milite, præsumptio contra hospitem ipsum non indicantem.*
21. (3.) Vestigia *ad domum talem ducentia.*
22. *An casu resistentiæ fores alicujus perfringere liceat.*
23. *Suspectum non tuetur jus domicilii.*
24. *Ante effractationem exspectandus est jussus Magistratus.*
25. 26. *Circa inquisitionem hanc dispositio juris Saxonici.*
27. *Publice interest delicta detegere & punire.*
28. *Crimen res furtivas occultantis.*
29. *Jure Saxonico occultatores pari cum furibus pœna afficiuntur.*
30. *Consentit jus Susatense vetus.*
31. *Mitius tamen puniendi receptatores. Ratio*
32. *Præjudicium desuper.*
33. *Municipiis etsi de furtis gravioribus nullam cognitionem habeant, rei furtivæ tamen perscrutatio conceditur.*
34. *Magistratibus cujuscunque authoritas pro authorisando negotio & excludenda mala suspicione sufficit.*

35. *Magistratus Municipalis super aliis etiam delictis inquirere potest.*
36. *Interest Reipublicæ delicta non manere impunita.*
37. *Inquisitio hæc est præparatoria & summaria.*
38. *Ipsis dominis quibus furta facta sunt non conceditur inquirere.*
39. *Quare hoc?*
40. *Res furtiva si reperiatur absente domino.*
41. *De re furtiva detrahi non possunt expensæ.*
42. *Præjudicium facultat. Jenensis.*
43. *Facultatis Lipsiensis.*
44. *Res furtiva deficiente domino in commissum cadens.*
45. *De quo jus Suevicum.*
46. *Ejus ratio.*
47. *Damnati mores quorundam locorum circa confiscationem rerum furtivarum.*
48. *An fur præsumatur ubi reperitur res furtiva.*
49. *Indubio excluditur delictum.*
50. *Circumstantiæ quæ hic considerandæ.*
51. *Jus Saxon. de hoc.*

1. Furtum conceptum per lancem & licium quid antiquitus proprie fuerit, non ita expeditum sed variis conjecturis abstrusum fuit testes. TURNEB. *lib. XXX. advers. cap.* 23. MYNS. *comment. Inst. lib. IV. tit.* 1. §. 4. *n.* 5. *&* 6. Donec in eo coirent interpretum opiniones, fuisse solennem rei furtivæ ædibus alienis inquisitionem. ALCIAT. *lib. V. par. erg. cap.* 8. Lance oculis objecta propter matrumfamilias aut virginum præsentiam; Licio ut inquisitio illa non propria auctoritate sed jure publico cæpta significaretur *ut vult* ALC. *d. loc.* vel quod furta inventa alligarent, *ut putat* ALEX. AB. ALEX. *reprehensus à* BACHOVIO vel quo expeditores essent inquisitores ad quærendum ut docet TURNEB. *dict. loc.* Vel quod verius ut hoc indumento simplici parum à nudo distarent inquisitores, ne sub vestibus aliquid inferre atque sic domino ædium calumniam facere possent *ut ex* PLATONE *lib.* XII. *de* LL. *hoc probat* BACH. ad TEUT. *vol.* 2. *disp.* 30. *thes.* 2 *lit. A.* Lanx proprie est vas escarium qua utimur imprimis ad ad assas cernes eine breite flache Schlüssel. MART. *Lex etymol. hac voc.* Alii volunt, lancem fuisse vas quo pecuniæ per loca sacra colliguntur. Et hunc morem 5.

rem inquisitionis à Græcorum legibus mutuatum esse liquet ex PLATON. *alleg. lib. XII. de LL.* Si quis in domo alterius quærere quippiam tanquam suum velit, is primo jurejurando affirmet, sperare quod quærit se ibi in venturum deinde nudus ait interula indutus ingrediatur præcinctus, præbeaturque illi domus, & supellectilia simul signata & non signata, quod si quis scrutari volentem non permiserit, qui prohibitus est, pretio rei amissæ accuset eum, qui eum depulit, & ille si damnatus sest duplum restituat.

6. Licum erat vile pannum lineum non curiose contextum ob pudenda solum tegenda. PETR. GREGOR. *Synt. jur. lib. 37. cap. 1. n. 19.* Hoc servi & ministri publici erant induti & præcincti cum Magistratibus præministrarent, aut quid aliud publica sive Magistratuum auctoritate facerent.

7. Et GELL. *lib. XII. c. 3.* Sed merito quærit Plato, si inquisitores rerum furtivarum lancem ob oculos tenebant qui videre potuerint ad investiganda furta cui respondet PETR. PITHOEUS *lib. I. c. 2. ad versar.* Lancem illam crebris foraminibus fuisse pertusam, ut quantum opus erat videre, minus autem videri posset.

8. Et licet hic mos investigandi ex LL. XII. tab. Jam tempore *A Gell.* ipso teste evanuerit. *lib. XVI. c. 10.* de perquisitionibus tamen habemus apud PETRON. ARBIT. *in Satyr.* de Ascylto servum fugitivum quærente dum ait: At non servus publicus tam languide agit, sed raptam cauponis harundinem, subter lectum mittit omniaque etiam foramina parietum perscrutatur. Et Entychus apud PLAUT. *in Mercat. ait:* 9.

Certum est præconem jubere quantum est conduicer.
Qui illam investigent, qui inveniant post ad prætorem illico
Ibo, orabo, ut conquisitores det mihi invicis omnibus.

Ergo & olim injuriosum maxime & inhumanum fuit, invito domino domus secreta scrutari, gravemque furti suspicionem de honesti hominis familia publicare. *l. meminimus 2. C. quand. & quib. part. pars l. qui in domum 23. ff. de injur. Mynsing. d. loc. ad §. de action. §. 4. n. 5. & 6.* 10.

Nam vi domum alicujus ingredi vindicabatur actione. *L. Cornelia l. lex Cornelia 5. ff. de injur.* Durissimum visum antiquis Romanis civem intra limites propriæ domus, quæ cuique tutissimum præbet refugium, non esse securum, adeo ut nemini liceret, alienam domum invito domino intra- 11.

trare, ne quidem quando in jus vocandus esset. *l. qui in domum* 23. *ff. de injur.* Ex qua ratione non facile ad perscrutationes domuum progrediebantur, ut plerumque *DD. notant ad* §. *conceptum* 4. J. *de oblig. quæ ex delict.*

12. Ne hoc prætextu servirent omnium curiositati ædes nostræ. *l. plerique* 18. *ff. de in jus. vocandi.* Et grave est secreta patrimonii pandere res familiares detegere, & divitias invidiæ subjicere. SCHNEIDEW. *ad d.* §. J. *n.* 2. Quod tamen exceptionem patitur in hoc
13. casu sed & licet cum auctoritate publica re furtiva perquiratur nihilominus si ibi quod quis quærit non inveniat, injuriarum actione tenetur, ut judicatum refert per ea quæ tradit BOER. *decis.* 174. fugitivum quoque servum in prædiis alienis requirere licitum. *l.* 1. §. *hoc. autem & l. Divus* 4. *de fugitivis.*

14 Ea propter & olim non nisi testibus præsentibus res furtiva
15. quærebatur PAUL. 2. *cent.* 31. §. 3. Ideoque jurabant inquisitores se uti spem haberent in ædibus ubi inquisitio intendebatur furtum inventuros HOTOM. *ad dict.* §. 4. *Inst.*
16. *de oblig. quæ ex delict.* Unde & hodie inquisitio ejusmodi non permittenda nisi indicia non levia præcedant & Magistratus interveniat auctoritas SCHNEID. *ad d.* §. 4. *arg. l.* 105. *ff. de reg. jur. l.* 1. *impr. ff de quæst.* BOER. *decis.* 174. CLAR. 5. *sent.* §. *furtum.*

Quale est (1.) si quis olim ipse 17.
vel furatus vel res furto ablatas occultare solitus sit; Ejusmodi domus enim quas idiomate nostro vocamus Ruff-Häuser / (ruffen rauffen / idem est quod auferre avellere) sine scrupulo hac intentione intrare licet: Nam nihil 18.
boni de homine præsumitur qui semel ad malum conversus est ex tuta regula *Semel malus de R. J. in* 6. Proinde ut opinio est de cujusque moribus ita quid ab eo factum existimari potest. CICER. *pro cliznt.* Et talis quis esse præsumitur hodie, qualis olim fuit MENOCH. *de præsumpt. lib. V. præs.* 32. *n.* 2. (2.) impune visitantur 19.
ædes ejus, qui visus est noctu exire ex ædibus illius cui furtum factum est. MENOCH. *d. l. præs.* 31. *n.* 11. Quia lex pessime præsumit contra eum qui noctu ambulat, *arg. l. furem ff. ad l. corn. de sicar.* Hinc in locis ubi præsidia 20.
sunt militaria, insurgit præsumtio contra militem, qui ea nocte, qua perpetratum est furtum non fuit domi, der die Nacht in seinem Quartier nicht gewesen ist / quod si hospes ejus indicare nelit, par præsumptio & contra eum

 mi-

21. militat. (3.) Licite perscrutamur ædes illius ubi vestigia à domo ex qua res ablatæ ad domum suspectam reperiuntur, in nive sorte, wo man jemand kan nachspühren ubi sæpe collatio fit vestigiorum, cum forma calcei MENOCH. *d. loc. n. 12.* Plura indicia ex facti circumstantiis, cautus Magistratus facile eliciet.

22. Quæritur, autem si quis permittere nolit vestigationem, die Hauß-Suchung / sed ingressum eorum, qui jussu Magistratus illic missi sunt, inhibere velit, an liceat fores infringere? Et dicendum licet ad effractionem non facile procedendum nec violanda pax domestica, der Hauß-Friede;

23. Hoc tamen casu talem qui suspectus est, jus domicilii non tuebitur quod non solum in perquisitione rei furto ablatæ, sed & in sequestratione aliisque casibus li-

24. citum erit; Inquisitores tamen in casu resistentiæ ad effractionem non statim procedent, sed si pulsantibus non aperitur indicandum hoc Magistratui ejusque jussus exspectandus erit. FRITSCH. *in supplem. Speidel.* BESOLD. *in verb.* Hauß-Fried *post* ANT. FAB. *in Cod. lib. II. def.* 8. Hinc habet

25. WEICHB. *art.* 90. *n.* 1. Wird einem Manne sein Gut gestohlen binnen Weichbild / und wird gebracht in eines andern Mannes Gewehr / ihm unwissend / der unbescholten ist an seinen Rechten / und wird die Dieberey darin gesucht mit seinen Willen / von Gerichts wegen. *Et* Land-Recht 26.
lib. II. art. 36. Mit des Richters Uhrlaub mag ein Mann sein Gut wol aussprechen mit Recht. Una cum hac auctoritate tamen certus esse debet quis, rem suam esse quæ furto oblata est addit enim ibid. GLOSS. Darum verlasse sich desfals niemand auf des Richters Vergünstigung / dann er nichts weiter mag erlauben dann solches das Recht erlaubet / darum so er etwas erlaubet wider Recht / solches erlaubet er / alsdann nicht als ein Richter / hilfft auch also solch Erlauben niemand.

Licentia hæc competit propter 27.
publicam utilitatem cui privata non præfertur ut nimirum delinquentes coerceantur, & cæteri hisce à delictis absterreantur. Qui 28.
enim res furtivas occultat æque reus est ac ipse fur secundum illud vulgatum: Wäre kein Hehler so wäre auch kein Stehler. In- 29.
de de jure Saxonico laqueo æque puniendi sunt receptatores & occultatores rerum furtivarum ac ipsi fures LANDR. *lib. II. art.* 13. Wer die Diebe behauset / oder

Raub behehlet / oder einem mit Hülff darzu stärcket wird er des übernommenden / man sol über ihn richten als über jenen der es selbst gethan hat. *In Susat.* die
30. Sostische Schrade cum rigore juris Saxonici, ut multis casibus ita & in hoc convenit dum art. 49. statuit: Ock en sol nümmand Deive un unrechte Lüde holden / of te herbergen mit Wetenschop / un wey dat dede und ein Brücker (Verbrecher) mit Entwere / dei solle lieden desselven Pine / mit den Gesten. Coler. *p.* 1. *decis.* 143. *n.* 29.

31. Putat jus Saxon. jure civili esse fundatum *p. l. eos qui C. de furt. l. eum qui opem ff. eod. sed n. seq.* in partem mitiorem inclinare videtur. Cui adstipulatur Carpz. *Crim. p.* 2. *quæst.* 87. *n.* 51. Ex ratione, quia receptatores furtum saltem adprobant, parum vero illud adjuvant eoque casu arbitrariam saltem abstinere pœnam statuit, & pronunciatum refert hoc modo. Hat P. S. bekannt und gestanden / daß er offtmahls Diebe behauset und beherberget / und von denselben viele gestohlne Stücke gekaufft / welches sein Ehe-Weib gleichergestalt nicht in Abrede ist / und auch etliche gestohlne Stücke selbst in die Gerichte gebracht / &c. So werden sie beyde mit ewiger Landes-Verweisung billig in Straffe genommen. V. R. W.

Et in hac hypothesi ita statuendum duco, licet regulariter Municipium de furtis gravibus, nullam cognitionem habeat criminalem, hanc rei furtivæ perscrutationem tamen illi recte concedi; 33.
Quia auctoritas judicis & Magistratus cujusque pro authorisando & excludenda sinistra, calumniosaque suspicione sufficit quod ratione nititur absque experientia quotidiana firmatur. 34.

Potest & alias Magistratus Municipalis ex juridictione sibi concessa, super delictis intra fines civitatis commissis adversus delinquentem ex officio etiam, nullo accusante inquirere. *l. Præses l. congruit ff. de offic. præsid.* Interest Reip. ne delicta maneant impunita. *l.* 51. §. 2. *ff. ad l. Aquil.* Steph. *discurs. acad.* 9. *n.* 9. 35. 36.

Inquisitio autem hæc saltem erit summaria & præparatoria, ut per eam saltem de delicto commisso constet, & ad inquisitionem specialem eo melius patere possit aditus. *Eo facit supra cap.* 15. *lib.* II. 36.

Notandum tamen licet perquisitio in ædibus alienis, præsertim 37.

 ubi

ubi publica utilitas in hoc versatur communiter concedatur *l. quosdam C. de metall l. omnis in*
39. *fin. C. de aquaduct* Non tam ipsis dominis quibus furta facta sunt perquirendi licentiam hodie concedere solet Magistratus ne sequantur scandala sed mittunt executores qui perquirant præsentibus etiam quandoque ipsis dominis. Boer. *decis.* 124. Joan. Papon. *in arrest.* Gall. 23. *arrest.* 6. *n.* 3 Alciat. *consil.* 426. Andr. Gerhard. *ad instit. decad.* 17. *quæst.* 4.

40. Quod si jam res furtiva reperiatur absente domino, tum incumbit Magistratui rem istam custodire donec dominus revertatur, Peinl. H. G. *ord. art.* 207. *verb.* Sol dasselbig der peinliche Richter zu seinen Händen nehmen und
41. treulich verwahren / &c. Ad quam restitutionem Magistratus ita devinctus est, ut nec impensas in capturam, torturam, custodiam, executionemque furis factas detrahere liceat. Reichs-Abschied. *de Anno* 1559. §. Und demnach / &c. Cum qua Imperii constitutione convenit quod Imperator decidit. *in l.* 2. *C. de furt.* Incivile namque est, rem furtivam tantisper detineri donec pretium re-
42. stituatur. Ideoque Facult. Jurid. Jenensis Anno 1620. ad requisitionem Dn. Wolffgangi Lib. Bar. à Schönburg respondit: Dieweil beyde Jungen als sie eingezogen worden bekannt / daß sie die geklagte Stücke dieblich entwendet / auch Ew. Gn. solche Jungen peinlich zu verfolgen nicht gemeinet sondern es den Gerichten anheimgestellet. &c. So ist Ew. Gn. dero entwendeten Stück vorzuenthalten Gedachter Raht nicht befugt / sondern werden Ew. Gn. dieselbe billig gefolget. V. R. W. Et
Scabini Lipsienses Anno 1619. ad 43.
consultationem Casp. Holsler. Da aber der Gefangene nicht auf euer Begehr Gefahr und Unkosten eingezogen worden / so wäret ihr angeregte Unkosten zu erstatten nicht schuldig / sondern es ist der Raht zu Smöllen euch das Gestohlne Geld neben andern Stücken / so man bey dem Diebe gefunden / und sie zu sich aufs Rath-Hauß in Bewahrung genommen ohne Entgelt- und Beschwerung wiederum folgen zu lassen schuldig. V. R. W. Tradente Philippi *in us. pract. Inst. lib. IV. tit.* 1. *Ecl.* 9. *n.* 11. Qui-
busdam enim locis Germaniæ in- 44.
valuit, ut res furtivæ si à domino intra annum & diem non repetantur commissæ sint Magistratui,
æque ac res naufragiorum: Jus 45.
Suevicum provincale *tradit cap.* 104. Findet man bey einem Däubigs oder räubigs Gut / und ist

er nicht da / des es ist / der Richter sol behalten Jahr und Tag / ob jemand käme / der sich mit dem Rechten darzu zög / dem solte ers wieder geben / kömt niemand im Jahr und Tag / er sol es zu seinen Nutzen kehren / es sey dann daß
46. sie Ehehaffte Noht irre. Et hoc casu rem furtivam non tam jure commissi venire, quam pro derelicto haberi statuit Dn. SCHILT. *ad ff. Exerc.* 24. §. 58. Aliam rationem dat LORICH. *instit. Princ. tit. de legib.* nec si passim vendicandi jus esset, per fraudem ad
47. alienos dominos aberrent. Merito autem consuetudo barbara & tyrannica damnatur, ubi res furtiva etiamsi dominus eam prosequatur & furem comprehendat, nihilominus confiscatur. Sicut circa Gallorum mores & de consuetudine Bargundiæ, Borboniæ, Nivernii & propositurae Parisiensis testatur CHASSAN. *de consuet. Burgund. rubr.* 2. §. 1. *in. princ. n.* 6. Et de Lotharingia PETR. FRIDER. *Mindan. de Maod. lib. II. cap.* 43. *n.* 19. Testantur juxta generalem Gallorum regulam: *Qui confisque le corps confisque le bien.* ARNISÆ. *de jur. Majest. l.* 3. *C.* 6. *n.* 16.
48. Pro coronide capitis hujus quæritur an præsumatur fur, ubi reperitur res furtiva? Et dicendum decisionem hujus quæstionis desumendam esse ex circumstantia actus personæ aliisque indiciis, non enim facile præsumitur contra personam honestam & gravem. *l. non omnes* 5. §. *à Barbaris ff. de re milit.* Et semper in dubio præsumimus in 49.
mitiorem partem ita ut delictum non præsumatur. *l. merito* 51. *ff. pro socio* SCHNEIDVV. *ad inst.* §. *conceptum. de oblig. quæ ex deli nasc.*

Si autem reperiatur apud virum malæ famæ & conditionis 50.
tum adeo magna intra eum insurgit præsumptio; Ait locus possit esse torturæ. MENOCH. *de præsumt. lib. V. pr.* 29. *n.* 6. Circumstantiæ autem gravant illum, apud quem res furtiva fuit inventa, si cistæ eam incluserit quo facit *supr. alleg.* Weichb. *art.* 90. Wird aber die Dieberey gefunden in eines Mannes geschlossenen 51.
Gewehres / den Schlüssel-Träger sol man halten für einen Dieb. Ist aber die Dieberey so klein daß man sie zu einem Fenster hinein stossen mag / oder werffen und findet man sie in seinen Keller oder Gadem / der Wirth sol sich des entreden als vor gesprochen ist. Wäre aber der Wirth vor besprochen gewesen / also daß er rechtloß wäre / so mag er sich auf den Heiligen nicht entreden / sondern er muß das glüend Eisen tragen oder sich des mit Kampff erwehren.

Caput XXXVIII.

DE JUSSU MAGISTRATUS MUNICIPALIS IN DELICTIS QUATENUS CIVIBUS EXCUSATIONEM PRÆSTET.

SUMMARIA.

1. *Jussus Magistratus excusat delinquentes cives in gravioribus delictis à pœna ordinaria.*
2. *Jure* Divino *inique mandanti Magistratui non parendum.*
3. *Subditorum obedientia tendit ad aram exclusive.*
4. *Piæ inobedientiæ exempla ex sacris.*
5. *Majori serviens non contemnit potestatem.*
6. *Parentibus iniqua jubentibus non parendum.*
7. *Rei turpis non est mandatum.*
8. *Jussus superioris minuit poenam.*
9. *Consilium Judicis excusat à culpa.*
10. Mandatum *civi in genere datum non extendi debet ad delictum.*
11. *Exemplum si civibus mandata defensio possessionis non videtur mandatum homicidium.*
12. *Vel si dicatur oppone te defendendo.*
13. *Punctus plebisciti Lippiensis in hoc.*
14. *Milites quamvis ab officiariis suis habeant commeatum, tamen capite plectuntur.*
15. *Commeatus militum quid sit.*
16. *Tempore hostili commeatus non dandus.*
17. *Ejus ratio.*
18. Severa *semper fuit disciplina militaris res leves reddens capitales.*
19. *Aspera militaris disciplina.*
20. *In delictis non militaribus cessat rigor.*
21. *Poena bombardica acquibussiren. An socius socio pœnam hanc infligere possit.*
22. *In delictis levioribus mandatum Magistratus excusat, etiam à poena extraordinaria.*
23. *Jussus Magistr. non excusat nisi fiat authoritate publ. & juxta munus.*

24.

24. *Juſſus eſt ſuperioris, mandatum æqualis.*
25. *Peccatum eſt turpe, pœna eſt triſte quid.*
26. *Eligendum eſt potius triſte quam turpe.*
27. *Juſſus & mandati eadem ratio quoad crimen non quoad poenam.*
28. *Ratio & effectus in jubentibus quoad minora delicta.*
29. *Effectus mandati in atrocioribus delictis.*
30. *Exempla.*
31. *Magiſtratus & Judex hic conſiderantur ut perſona publica.*
32. *Judex officii terminos excedens in vanum mandat.*
33. *Quid de principe atrox crimen mandante.*
34. *Principis & tyranni poteſtas in ſubditum major eſt quam patris vel domini.*
35. *Principis juſſus ob majorem poteſtatem excuſat.*
36. *Caſuiſtarum opinio de quæſtione hac.*

1. Municipales ſi Juſſu ſui Magiſtrat. delinquant, delictumque illud ſit atrox, mandatum Magiſtratus excuſat delinquentes à pœna, non quidem extraordinaria ſed ordinaria. Gloss. *in l. liber homo 2. ad L. Aquil.* Jason. *conſ. 236. col. 1. l. 1. arg. l. 167. §. 1. de reg. Jur.*

2. Si tamen iniqua manifeſte præcipiantur â Magiſtratu quæ Dei vel naturæ legibus expreſſe contrariantur, & civis executione Juſſus magiſtratici indubie novit, ſe, conſcientiam non habiturum tutam impune mandatum tale contemnit, quia Deo magis obediendum quam
3. hominibus. *Actor. 5. v. 29.* tenditque ad aram usque ſubditorum obedientia ſed excluſive, id eſt non ultra, juxta illud:

Danda opera eſt magnis ſed non cum vulnere mentis.
Danda opera eſt magnis ſed comitante metu.

Sic opprimitur Ephrahim quia impia mandata ſecutus eſt. *Hoſea 5. v. 11.* Garson. Mastrill. *de Magiſtrat. lib. III. c. 4. n. 307.*

Saulus Iſraelitarum Rex cum 4
juberet Sacerdotes Domini occidi, Satellites impio hoc mandato morem gerere detrectarunt. *1. Sam. 2. v. 17.* Simile exemplum piæ hujusmodi inobedientiæ legitur de obſtetricibus Ægyptiorum *Exod. 1. v. 15. & ſeq.* Non utique 5.
contemnis poteſtatem ſi eligis majori ſervire, nec hinc debet minor iraſci, ſi major prælata eſt, illa carcerem hæc gehennam minatur. *c. qui reſiſtit, 97. conſil. 11. quæſt. 3.*

Quin-

6. Quinimo parentum loco Magistratus est, si autem illi quæ turpia & iniqua sint imperent non sunt facienda nec media quidem tunc demum si designant esse media & indifferentia veluti si imperent parentes uxorem ducere infamem & criminosam aut pro reo aliquo Catilina causam dicere. Ex GELL. *lib. II. c.* 7. GAIL. *l.* 1. *dep. cap.* 4. *n* 14.

7. Cæterum in aperto est, in materia delicti mandati semper quidem valere regulam quod rei turpis vel injustæ mandatum non sit obligatorium ut ne juramento quidem confirmetur *l. 6. §. 3. l.* 1. *t.* 12. §. 11. §. *6. ff. mandat.* JUL. CLAR. *pract crim. § fin. quæst.*

8. 89. *n.* 1. Ergo mandatum ab inferiore susceptum non excusat, jussus tamen Superioris accedens hoc operatur, ut ratione mandatarii simul & subditi pœna minuatur. *DD. ad l. ad ea*

9. *quæ* 157. *ff. de R.* J. Adeoque docent non solum expressum jussum sed & judicis consilium excusare à culpa, si quid male agat ipsius officialis ut docet post alios FONTAN. *de pact. antenupt. cl.* 4. *Gloss.* 10. *p.* 1. *n.* 4.

10. Ut autem in omni mandatorum genere stricta eorum intercedit interpretatio, sic etiam civis mandatum Magistratus sui in genere datum ad delictum committendum non extendet e. gr. Si Municipium cum vi- 11.
cinis sed alterius territorii civibus lites habet, ut forte possessio fundi litigiosi manutenenda, vis intentata. abigenda vel jus civitati competens, defendendum veniat, cujus privati belli, tot luctosa prothocolla exhibent curiæ Municipiorum, quæ quod vicinos tot hostes sæpe habent diversarum provinciarum Dominos. Si itquam eo casu Magistratus mandet civibus ad id deputatis (quod plærumque sclopetariis incumbit, denen aus der Schützen-Gesellschafft/) ut locum contentiosum quovis meliori modo defendant, omnem violentiam arcendo, sie sollen die possession des streitigen Grundes schützen/ und sich aller Gewalt erwehren/ non videtur ut mandatum homicidium quia propositum & voluntas distinguit maleficia, *l. qui injuria ff. de furt.* Ita ut licet quis dixerit si tibi quid adversi evenerit tunc oppo- 12.
ne te defendendo, per hoc non videtur mandatum homicidium nam delictum quod subsecutum est non convenit mandato vel proposito ipsius mandantis, post BART. *in l. divus ad. L. corn. de sicar.* BALD. *in l. non ideo minus n.* 29. *C. de Accusat.* THEODOR. *in judic. crim. cap.*

13. *cap.* 1. *aphor.* 27. *n.* 20. Inde hic loci Lippiæ quotannis, die lunæ post Palmarum Festum inter quatuor plecisciti Puncta die vier Haupt-Puncten cofirmanda sonat illud: Wann die Bürgerschafft mit dem benachbarten in Uneinigkeit verfiele / und man sich deßwegen mit gewaffneter Hand dagegen setzen müste / so sollen sich diejenige Bürger so dazu bestellet sind nicht weiter verthun / als der regierende Burgemeister ihnen geheissen hat.

14. Prædictis tamen contrariari videtur. *l.* 1. *c. de commeat. lib. XII.* ubi milites etiamsi à tribuno cohortium vel vicario] commeatum habeant capite nihilominus plectuntur.

15. Commeatus est abeundi licentia data militi ad tempus, dum in hybernis versantur, ita ut primo vere rursus adesse cogantur, licentia hæc pluribus non dabatur quam triginta, qui commeatales dicebantur. *l.* 16. §. 2. *&* 3. *C. d. l.*
16. 1. *hic n.* 1. *&* 2. Tempore autem hostilis expeditionis, etiam invasionis barbarorum nemo tribunorum, præpositorum aut vicariorum ulli militi commeatum dare debebat sub pœna capitali, quæ & militi & præposito imminebat.
17. *l.* 1. *l.* 5. §. 1. *ff. de re milit.* Ad quam licet respondeat *Joan. à Platea* singulare esse quod ibi non de unius se de multorum salute agatur.

Ego tamen veriorem ejus legis rationem desumi existimo ex severa disciplina militari quæ & alias res leves capitales reddit, ut id passim in jure nostro videre est. 18.

Aspero enim castigationis genere militaris disciplina indiget, quia vires armis constant, quæ ubi à recto itinere desciverunt, oppressura sunt nisi opprimantur Val. Maxim. *l.* 2. *c.* 2. *ubi ejus exempla suppeditat.* Et hoc quidem ita in delictis militaribus cætera militum facta non secundum rigorem & apices juris regulanda, sed secundum ipsorum simplicitatem & consuetudinem juris scrupulositas eos non ligat, contra jus positivum, aliquid committentibus & errantibus parcitur, in delictis excusantur. Tusch. *lit. M. concl.* 228. *& seq.* Incidenter hic de pœna illa bombardica acquibusiren / quod tempore Tyberii (post istis tamen terminis habilibus) in usu fuisse videre licet ex Tacit. *lib. I. Annal.* Marcell. *lib. XXIX. cap.* 26. occasione hujus capitis an miles militem socius socium tranquilla conscientia occidere queat? Quam illis verbis tangit abrumpitque. Ob einer seinen Spieß-Gesellen / der ihm kein

19. (beside "nere militaris disciplina indiget")
20. (beside "delictis militaribus cætera militum")
21. (beside "na illa bombardica acquibusiren")

Leid gethan / sicheren Gewissens niederschiessen könne / davon mögen andere urtheilen. ZEILER. *epist.* 20. *cent.* 1. Ego nisi inevitabilis officialium jussus qui rem illicitam facit licitam, hoc excuset prorsus putarem inexcusabile, sed & plerumque hoc supplicii genere afficiendi, dilectissimos commilitones & socios suos ad fatale munus illud, seligere & expetere solent.

22. Si autem delictum illud vel crimen sit leve, mandatum Magistratus etiam à pœna extraordinaria relevat. *arg. l.* 7. §. 4. *ff. de jurisdict. l. quamquam l. quod princ. ff. de aqu. pluv. arcend.* TIRAQ. *in tract. de pœn. leg. cap.* 34. *n.* 4.

23 Præmemorata tamen intelligenda sunt de illo casu, quando Magistratus uti personæ publicæ & juxta munus suum jubent mandantque secus si tanquam privati. DEC. *in d. l.* 167. *in fin. & ibid.* CAGNOL. *n.* 1. *ff. de reg. Jur.* CRAVETT. *consil.* 319. *n.* 11. *arg. l. factum* 170. *ff. de reg jur.*

24. Ergo in hac materia stricte, si agere velimus locum saltem habet jussus, qui cadit in superiorem non mandatum quod concernit æqualem: Jussus sumendus est de tali qui re vera jubendi potestatem habet, ac qui delictum imperat; Ubi ab imperante duo

proponuntur peccatum & pœna 25.
ejus illud saltem est turpe, hoc autem non turpe sed triste. Cum itaque hæc duo eligenda dantur, 26.
turpe est triste, vir bonus potius pœnam licet injustam sufferat, quam ut doloris & cruciatus metu sciens scelere sed contaminet, sic in hac materia ex fontibus veræ philosophiæ ratiocinatur ANTH. MATH. *de crim. prolegom. cap.* 1. §. 13. Jussus & mandati eadem est ratio, scilicet quoad 27.
crimen, non tamen quoad pœnam, nam licet filio & servo in atrocioribus delictis ignoscatur, fere tamen mitius puniuntur, *l. servos* 8. *C. ad L. Jul. de vi. l.* 2. *C. de sepulch. viol. l.* 4. §. *qui filium ff. de re milit.* Et quia 28.
leges & authoritates pro decidenda hac quæstione adductæ argumentum potestatis dominicæ & patriæ referunt, notandum ad hoc, quod ideo his personis obsequentibus in levioribus delictis pœna remittatur, quia jubentibus patri & Domino obtemperare debent, *l. ad ea* 157. *pr. ff. de R. J. l.* 11. §. 7. *ff. quod vi aut clam. l.* 11. §. *fin. ff. de his qui not. infam.* ex ratione, quod præcipue servus alioquin periturus fuisset, si non paruisset, ut ait ULPIAN. *l.* 2. §. 1. *ff. de noxal. act.* In atrociori- 29.
bus criminibus cæde, sacrilegio, pro-

proditione ab ingens malum quod
in Rempublicam redundat, non
quidem ignoscitur, *l. 21. §. 1. ff.
rer. amot. l. 20. ff. de O & A.*
tamen mitius puniuntur, *d. l. ser-*
30. *vos C. reliquisque supra alleg.* Sic
Mithridates Attilium sibi insidian-
tem supplicio adfecit, servos di-
misit, quod domini imperio pa-
rere coacti essent, Tiberius Piso-
nem filium crimine belli civilis li-
beravit, patris quippe jussa nec
potuisse filium detrectare, TACIT.
lib. IX. Annal. WESEMB. *ad reg.*
31. *jur. d. l. 157.*

Utique autem in materia hac
Magistratus vel judex considerari
debet ut persona publica, hinc
BART. definit officium judicis *in
l. 3. ff. de jurisdict.* quod sit jus fa-
ciendi ea, quæ judici, ut judici
32. facienda incumbunt. Itaque quod
facit judex officii terminos exce-
dens, merito pro irrito haben-
dum, & æque in vanum mandat,
ac si privatus esset. *l. 1. & 2. C.
si non à compet jud. l. 4. C. de sent.
& inter loc. l. 4. §. 1. ff. fam erisc.
c. ea quæ 26. de R. J. in 6.*

33. Si à Magistratu Municipali de-
lictum mandante paulo altius
scendamus ad Principem puta ty-
rannum, crimen jubentem & qui-
dem mandato, quod evitare non
potest. e. gr. Ut ni occidam Ti-
tium, quod alioquin me interfi-
ciet. Et dicendum subditum ex-
cusari post multos quos citat ME-
NOCH. *lib. II. cas. 304. n. 21. arb.
jud.* ampliando hoc assertum *ibid.
n. 13.* Ut licet ejusmodi Principis
preces præcesserint, quia Princi-
pum preces quæ vocantur arma-
ta, mandata sunt. *l. 1. ff. quod
jussu.* Ratio quia prout superiora 34.
hujus materiæ subsistunt, intuitu
domini & servi, cum tamen do-
mini potestas non tam gravis &
magna sit, quam Principis & ty-
ranni in subditum qui ab eo fa-
cilius compelli potest sub mortis
timore ad delictum perpetran-
dum. Hinc sequitur quod licet
jussus domini non excuset servum 35.
à pœna extraordinaria, Principis
tamen jussum ob majorem pote-
statem plane excusare. *Id. d. l.
n. 7.* Multi tamen Politici & ca- 36.
suistæ cum Theologis statuunt,
mortem violentam potius subeun-
dam, quam instinctu iniqui Prin-
cipis peccandum esse, ex iis quæ
supr. ad n. 2. h. cap. retuli.

Caput XXXIX.

DE JURE MUNICIPALIUM CONTRA MAGISTRATUM DELINQUENTEM ET MALE ADMINISTRANTEM.

SUMMARIA.

1. *Magistratus qualis esse debeat.*
2. *A Magistratibus sæpe justitia prostituitur.*
3. *Graves sunt Magistratus errores & vitia.*
4. *Magistratus dignitas non conferenda, nisi dignis.*
5. *Malum sub sole est error imperantis.*
6. *Acerba est injuria quæ in Magistratum fit & à Magistratu proficiscitur.*
7. *Stat bona præsumptio pro* Magistratu.
8. *Magistratus est jus animatum & lex loquens.*
9. *Unde præsumptio hæc oriatur.*
10. *Non saltem pro majore sed minore* Magistratu *hæc stat præsumptio.*
11. *Præsumptio hæc valet in negotiis justitiæ ordinariis.*
12. *Non præsumitur Magistratus præjudicare juri tertii.*
13. *In excecutione ob debitum præsumitur pro Magistratu.*
14. *Executionis necessitas.*
15. *Quando præsumatur contra Magistratum in materia executionis.*
16. *Non est judicandum absque cognitione.*
17. *Exemplo summi & justissimi judicis.*
18. *Magistratus non præsumitur punire per sævitiam.*
19. *Rectissime subditi emendantur & corriguntur.*
20. *Facillime* Magistratui Municipali *resistitur.*
21. *Quinam civium magis sint refractarii.*
22. *Superior ne ad omnes civium querelas contra Magistratum suum præbeant aures.*
23. *Incommodum ex facile admissa tali querela.*
24. *In reverentia inferiorum Magistratuum esse debet Principis propugnaculum.*
25. *Qua de causa?*

26.

26. *Cives prius auxilium à Magiſtratibus ſuis implorare debent.*
27. *Magiſtratus quatenus in jus non vocandus.*
28. *Tentanda à Principe eſt via compoſitionis antequam cives cum Magiſtratu ſuo litigent.*
29. *Exemplum Spiræ.*
30. *Non facile Magiſtratus à plebe accuſandus.*
31. *Exemplum Metelli Conſ. Rom.*
32. *Exemplum Scipionis Naſicæ.*
33. Modus *coercendi Magiſtratum injuriam loco juſtitiæ inferentem.*
34. *Quando Magiſtratui ut privato poſſit reſiſti.*
35. *Et jure Canonico.*
36. *Diſpoſitio juris Saxon.*
37. *Non unicuique licitum eſt decretum Magiſtratus pro injuſto taxare.*
38. *Non omnis vis à Magiſtratu illata & injuſta.*
39. *Injuria non eſt quod jure poteſtatis fit.*
40. *Ex damno reparabili illato non licet reſiſtere Magiſtratui.*
41. *Secus in damno irreparabili.*
42. *Quod ſi nullo juris ordine extra officium procedat?*
43. *Pro ſalutis propria defenſione occidens* Magiſtratum.
44. *Injuſte tortus injuriarum convenire poteſt Magiſtratum. Conſt. Crim. Car. V.*
45. *Aliud eſt ſi ex culpa, aliud ſi ex dolo injuſte torqueatur reus.*
46. *Quando ab imputatione hac ſit immunis* Magiſtratus.
47. Sententia *jurisperitorum liberat* Magiſtratum *à dictamine injuſtæ torturæ.*
48. *Habet inde quod ſibi imputet reus.*
49. *Magiſtratus inferior conveniri poteſt coram ſuperiore.*
50. *Magiſtratus inferior non eſt Magiſtratus intuitu Superioris.*
51. *Inepta precatio Conſulis cujusdam in oppidulo.*
52. *Inferioris* Magiſtratus *tyrannnis eſt intolerabilis.*
53. *Officium ſupremi Magiſtratus ad cohibendam iniquitatem inferioris.*
54. 55. *Contra quosdam* Magiſtratus *querelæ.*
56. *Qualiter in impios* Magiſtratus *utendum verbis herbis & lapidibus.*
57. *Quænam ſit herba malo iſti proponenda.*

58. Commissio, petenda contra Magistratum iniquum.
59. Famosa actio contra Magistratum non instituenda.
60. Temperatis verbis in ipsum utendum.
61. Justæ causæ impetrandi mandata contra Magistratum.
62. Quando non permittenda est actio contra Magistratum.
63. Quæ verecundiam lædunt pro impossibilibus habenda.
64. Actio ad interesse, quando contra Magistratum cesset.
65. Arma defensiva quatenus in Magistratum sumenda.
66. Sumptus processus suppeditabit iniquus Magistratus ex propriis.
67. Quatenus sumptus illi ex publico præstandi.
68. Actio injuriarum contra collegium Magistratus instituta non potest dividi in privatos ex collegio.
69. Advocati excusandi qui contra iniquum Magistratum præstant præsidium
70. Non saltem ex proprio delicto tenetur Magistratus civibus suis.
71. Sed ex commisso & omisso collegæ.
72. Habet tamen beneficium divisionis & ordinis.
73. Ejus hæredes habent beneficium, ut collega etiam qui uon gessit ante illos conveniatur.
74. Tenetur Magistratus ex facto domesticorum.
75. Familia quod facit, consensu domini facere præsumitur.
76. Tenetur Magistratus ex facto officialium à se constitutorum.
77. Magistratus hoc casu de facta correctione & resistentia apud populum protestari debet.
78. Læsi petulantia impunita civium, contra Magistratum recte experiuntur.
79. Corpus politicum ut corpus humanum cura eget.
80. Magistratus ratione officii tenetur parti læsæ ad interesse.
81. Subditorum culpa ad nullos quam ad negligentes rectores referendæ.
82. Incumbit Magistratui cavere ne delinquat alius.
83. Liber non est à consensu qui quod emendare potest emendare negligit.
84. Civitas dicitur delinquere ipso quod tolerat quæ injuste & illicite perpetrantur à civibus.
85. Magistratus qui ex præsumptionibus sua culpa deliquisse dicuntur mitius puniendi.

1. Utinam Magiſtratibus undique tribueretur hoc elogii ut cum Ariſtide non videri ſaltem ac nominari ſed re vera eſſe vellent concordiæ & juſtitiæ ſtudio juſti, æqui & boni; Teſtatur enim PLUTARCH. in ipſius vita quod is ob inſignem juſtitiam *Græcorum felicitas* dictus, & quæ eum tulit ætas, aurea appellata ſit. REUSNER. *Hort. Hiſtor. Polit. Coron.* 1.
2. *flor.* 8. Sed proh dolor, ubi ſunt novem? Qui peſſimo hoc ſeculo operam concordiæ locant, ac juſtitiæ & æquitati ſtudent; Ita ut ſcilicet juſtitia à multis ſi non avaris nimia tamen fiducia Magiſtratus, licentioſis ſæpe affectibus proſtituitur ut conqueri cum Uliſſe liceat: Difficilem ſub injuſto judice ſe voviſſe cauſam. HEBER. *de fiducia Magiſtrat. in proem.*

3. Quemadmodum enim ex erratis quæ in navibus inter navigandum contingunt, ſi quis nautarum peccet, leve & parvum adfert damnum verum ſi gubernator aberret aut delinquat omnibus navigantibus commune ſimul infortunium ac periculum ſtruit; Ita privatorum hominum delicta non in plebis ſed in ipſorum incommodum referuntur DEMOST. *Orat. contr. Ariſtig.* Ipſius itaque Magiſtratus errores & ecclypſes eo pejores ſunt, quo magis conſpiciuntur & quo major ſalus ab ipſo exſpectabatur.

Ejusmodi incommoda ne eveniant, optandum eſſet ut nemini 4.
concederetur poteſtas Magiſtratus niſi gravioribus & integrioribus neve poteſtas illa vexandorum hominum licentiam gigneret ſed inde moleſta hæc oriuntur mala, multa bona impedientia & incommoda invehentia, ſed dominatio confertur indignis, ſæpe & indigenis indigniſſimus. Hinc malum eſt ſub ſole, error qui procedit à 5.
facie imperantis. *Eccl. Salomon. cap.* 10. *verſ.* 5. Quod ita vertit LUTHER. **Es iſt ein Unglück das ich ſahe unter der Sonnen / nemlich Unverſtand / der unter Gewaltigen gemein iſt.**

Sicut ergo atrox eſt injuria 6.
quæ infertur Magiſtratui cujus vindicandi poteſtas ipſi competit. *cap.* 22. *ſupr. lib. II.* Sic & merito ipſi cavendum ne injuriarum naſcatur occaſio, unde jura proficiſci debent. Nam ſi acerba eſt injuria quæ vel ex cognato, unde amor ſincerus, vel ex collegiis, unde innocua ſperabatur amicitia, proficiſcitur; Hinc nec minus acerba eſt quam Magiſtr. infert, unde auxilium credebatur. HEBER. *d. tract. cap.* 5. §. 17.

Sed antequam de remediis ſi- 7.
mus

mus ſoliciti quomodo procedendum contra Magiſtratum delinquentem ſive injuſte adminiſtrantem & procedentem, in anteceſſum monendum eſt, non exiguæ eſſe efficaciæ præſumptionem pro Magiſtratu quod nimirum bene officio ſuo functus ſit. MENOCH. *lib. II. pręſ. 60. n. 7.* GAIL. 1. *obſ. 17. n. 7.* BRUNEM. *conſ. 79. n. 55.*
8. MEV. *conſil. 93. n. 57.* Nam Magiſtratus eſt jus animatum, & lex loquens, hinc in genere ſemper pro eo præſumendum quod officio ſuo recte fungatur. *l. 2. C. de offic. civ. jud. l. human. 8. C. de probat.*
9. Et quidem præſumptio hæc oritur ex jurejurando quod præſtant priusquam ad Magiſtratum aſſumantur. *l. rem non novam* 14. *C. de jud.* MENOCH. *lib. II. præſ. 67. n. 6.* Cujus juramenti immemores eſſe non præſumentur. WESEMB *conſ. 328. n. 176.* Multo minus ſalutis æternæ, quod jura de nemine multo minus de Magiſtratu præſumunt *l. fin C. ad*
10. *L. Jul. repet.* Imo ſicut Deus libertatem Principi conceſſit ordinandi illa quæ Reipubl. ad ejus ſalutem ſunt profutura & ſemper militat præſumtio pro juſtitia legum à Principe latarum; Pari ratione etiam pro Magiſtratu inferiori præſumendum quæ ab ipſo geſta ſunt legibus, Reipubl. non ſint contraria, niſi & hoc liquido oſtendi poſſit. Dn. STRYCK. *diſſert. de præſumpt. pro Magiſtr. cap.* 1. §. 12. Et quidem hæc procedunt in negotiis ordinariis, ad juſtitiæ adminiſtrationem pertinentibus ſecus ergo eſt & ceſſat illa præſumptio ſi Magiſtratus cum civibus ſuis extraordinarie procedere, e. gr. nomine Principis ſui injungere quid velit, quo caſu Senatui incumbit producere mandatum & Commiſſionis tenorem. *l.* 1. *C. de mandat. Princip.* BORELL. *de Magiſtr. edict. lib. I. cap. 1. n. 47.* GIURBA. *deciſ.* 34. *n. 20. ſupr. cap. 1. n. 8.*

Præſumptio hæc generalis pro juſtitia Magiſtratus ſimul & operatur, quod velle præjudicare jure tertii non cenſeatur, quod repugnaret officio boni Magiſtratus. *l. 2. C. de precib. Imp. offer.* ANTON. GABRIEL. *commun concl. lib. III. tit. de jure quæſ. per Princ. non toll.* ideo quicquid mandat, decernit, in imperat, ita intelligendum ut nemini fiat injuria, ſed jus tertii illæſum relinquatur. *l. Nec avus* 4. C. *de emanc. liber. l.* 2. §. *merito* 10. *& l. ſi quis à Principe* 16. *ff. ne quid in loc. publ.*

Cum & plerumque injurioſum audiat, ex inimicitia quadam promanare plerumque dicatur, executionis neceſſitas interim tamen ab

ab imputatione tali Magiſtratus excuſatur, quin potius executio ob debitum, illud facit præſumi liquidum, *l.* 2. *C. de offic. jud.*
14. *civ.* Imo tanta eſt executionis neceſſitas, ut Magiſtratus imploratus præſumptionem contra ſe faciat & ad intereſſe teneatur non exequendo. CARPZ. *proc. tit.* 25. *art.* 1. *n.* 25. BERLICH. *p.* 1. *concluſ.* 79. *n.* 28.

15. Tunc autem ceſſat præſumptio hæc pro Magiſtratu ſi non ſervato juris ordine ex abrupto, allegationibus alterius non auditis procedit, & poſſidenti poſſeſſionem ſuam aufert. *c.* 1. *x. de probat.* SCHÜRFF. *conſil.* 6 *n.* 8. *cent.* 3. MENOCH. 2. *præſ.* 10. *n.* 53. FRID. MIND. *de mandat. lib. II. cap.* 13. *n.* 7. Adeo ut poſſeſſio etiam injuſta ſine cauſæ cognitione nemini ſit auferenda. DEC. *conſil.* 366. *n.* 13.

16. Atque tunc actus ille non poterit dici executio, ſed proprii furoris agitatio, quæ non juris eſt ſed injuriæ, non juſtitiæ ſed injuſtitiæ, non æquitatis, ſed inæquitatis, non boni viri, ſed latrunculi, non judicis, ſed tyranni, non Dei, ſed diaboli, juris enim naturæ, gentium, civilis, divini & humani eſt, cum cauſæ cognitione & partis citatione procedere, condemnare, punire, ſicut juſtiſſimus ac clementiſſimus ille Imperator Cœleſtis Creator & Re- 17.
demptor noſter prius citat Adamum ipſiusque allegationes audiebat antequam ei, ſalva tamen per Chriſtum ſalute malediceret, eumque ex Paradiſo ejiceret, ſic emphatice ait: FRID. MIND. *all. c.* 13. *n.* 21.

Præſumptio & illa pro Magi- 18.
ſtratu etiam militat in coercendo & puniendo quod non cenſeatur punire per ſævitiam, vel potius ob contumaciam vel ſimilem cauſam jurisdictionis tuendæ cauſa, ne ſubditi inobedientes, ſed debitis ſervitiis ſubtrahant. PRÜCKM. *conſ.* 2. *n.* 44. Si enim pater fi- 19.
lium, herus ſervum, magiſter diſcipulum, multa magis quidem Superior ſubditum ſuum rectiſſime corrigit & emendat, ut ad virtutis viam redeat & ad obedientiam aſperioribus ſtimulis inſtigetur, talis recte corrector nullam correcto injuriam facit, ſed virtutis materiam ſuppeditat, & animi vitiis ſalubriter medetur, ut ait DAMHOUD. *prax. crim. cap.* 141. *n.* 1. Nec rarum eſt cives refra- 20.
ctarie Magiſtratui ſuo Municipali reſiſtere, eumve in non parendo vel licenciofius vivendo deſpectui habere. Nam qui curiæ præſunt norunt, quam effrenes ſint & petulantes cives in Magiſtratum, ii

præcipue quibus aliquo modo res
luxa est domi, quive fidunt di-
vitiis suis ac si saltem Magistra-
tus auctoritas in tenuiores, & in-
ferioris ordinis incolas sese exten-
dere debeat, reliquis autem non
parendi uberrima libertas foret
concessa.

22. Ex præsumptione hac contra
insolentiam civium & pro Magi-
stratus justitia oritur cautela pro
Superiore, ne ad omnes quere-
las civium nec nimis cito & fa-
cile contra Magistratum inferio-
23. rem præbeat aures, sicut *cap. 22.*
lib. II. n. 17. jam notavimus, ne
tandem oppressi & fatigati Magi-
stratus inferiores negligentet ni-
mis & timidi munus suum obe-
ant, quod si civibus pro animi
licentia succedat, facilis ipsis ad
superiores adscensus est & sic tan-
dem Princeps proprii contemptus
& vilescentis auctoritatis occasio-
24. nem præbet; Cui potius propu-
gnaculum esse debet in potestate
& reverentia inferiorum Magi-
stratuum, quo dempto adversus
illos invalescit impudentia. Ergo
circumspecte & tarde devenien-
dum est ad opem, quam cives
contra Magistratum flagitant ne
25. ipsis tandem rebellandi, vel auda-
cius quid contra Principes & Su-
periores agendi fenestra aperiatur,
vel eorum nequitiæ patrocinium
exhibeatur, quia omni *jure* Ma-
gistratibus subditi reverentiam de-
bent. MINDAN. *d. cap.* 13. *n.* 15.

Potius civibus injungendum est,
ut prius à suismet Magistratibus
auxilium petant & ad cætera re-
media non nisi de eo desperato,
venire non liceat, ut evitentur
quæ alias exsurgere solent, sinistræ
opiniones, dissidia, odia, convi-
tia, tam perniciosa in Republica
mala, quam ad infringendum im-
perii nervum tendentia. Atque
hoc consequens est prætoris *edi-* 27.
cto, ne Magistratus in *jus voce-*
tur, *l. 2. & seq. de in jure voc.* cu-
jus praxis eatenus manet, ut non
sine causæ cognitione admittatur,
MEV. *part. 6. decis. 70. fere per tot.*

Tentanda denique est via com- 28
positionis, antequam scena litium
inter cives & Magistratum ape-
rienda, sicut *cit. decis.* decrevit
MEV. hisce terminis: Ist nach
fleissiger Erwegung zuforderst
angesehen / wie gar nicht zu Er-
haltung bürgerliches Wohlwesens
und innerlicher Ruhe dienen wol-
le / daß zwischen dem Raht und
Bürgerschafft dergleichen erregte
Mißverständniß und Zweyspal-
ter einreissen / vielmehr alles dahin
zu richten / daß dieselbe in gutem
Wohlvernehmen und guter Ei-
nigkeit ferner bestehen mögen / &c.
De Spira testatus LEHMANN *Chron.* 29
lib.

lib. IV. cap. 21 §. 8. Si quis actionem contra Magistratum instituere velit, quod tunc deputati ex ipso Senatu judices sint. Ist ein alt Recht/wenn jemand hohen oder niedern Standes wider die Stadt und Raht Anspruch und Foderung gewonnen/ daß nach derselben Frechheit in erster Instanz weder vor Käyserl. Majest. noch an einen anderen Gericht/sondern in der Stadt vor Raht die Klage angestellet werden müssen. ibiquein sequentibus: In solchen Fall hat es den Process gehabt/ wenn der Kläger oder sein Antwald vor Raht erschienen/ und Recht in einem Raht gefodert/ sind etliche aus dessen Mittel ausgeschlossen/ ihrer Pflicht und Eyd/ so sie zum Raht geschworen/und ihres Rahtseß / bis zu Austrag des Streits erlassen / und in Gegenwart des Klägers und seines Beystandes zu der Sachen beeydiget worden nach beyder Fürbringen und Verständniß Recht zu sprechen nach der Stadt Recht und Gewohnheit/ &c. &c.

30. Nec leges Romanæ ferebant, ut Magistratus facile à plebe excepto crimine repetundarum, quod ipsum inficit Magistratum, *l. 4. C. ad* L. *Jul. repet.* accusetur, *l. Hoc accusare* 12. *pr. ff. de accusat.*

31. Hinc Metellus Consul cum repetundarum accusaretur, tabulæque ejus ab accusatore expostulatæ, & ad nomen inspiciendum circa judicium ferrentur, totum consilium ab earum contemplatione oculos avertit, ne de aliqua re quæ in his relata erat, videretur dubitasse non in tabulis sed in vita Q. Metelli, argumenta sincere administratæ provinciæ legenda sibi judices crediderunt indignum rati, integritatem tanti viri exigua cera & paucis literis perpendi, VALER. MAXIM. *lib. II. cap.* 4. Et Scipio 32.
Nasica in re quadam publica obstrepente plebe: Tacete quæso, Quirites, inquit, plus enim ego quam vos Reipublicæ expediat intelligo, qua voce omnes ad plenum venerationis silentium adegit, IDEM lib. III.

Quid interim agendum civibus 33.
si Magistratus officii sui immemor loco justitiæ administrandæ injuriam inferat? Decisum quæstionis hujus petendum ex *l. Magistratus* 32. *ff. de injur.* Cujus hæc sunt verba: *Nec Magistratibus licet aliquid injuriose facere, si quid igitur per injuriam fecerit Magistratus vel quasi privatus vel fiducia Magistratus injuriarum poterit conveniri, sed utrum posito Magistratu, an vero & quamdiu est in Magistratu? Sed verius est, si is Magistratus est, qui sine fraude in*

jus vocari non poteſt, exſpectandum eſſe quoad Magiſtratu abeat. Quod ſi ex minoribus Magiſtratibus *erit, id eſt, qui ſine imperio & poteſtate ſunt* Magiſtratus *& in ipſo* Magiſtratu *poſſe eos conveniri.*

34. Primum itaque remedium competens contra talem Magiſtratum eſt, quod ipſi non amplius tanquam Magiſtratui ſed tanquam privato reſiſti poſſit: Semper enim Magiſtratui ejusque Officialibus de facto aliquid contra jus vel æqui tatem exequi volentibus, licitum eſt unicuique, etiam privato, non modo non obedire, ſed etiam de facto reſiſtere, *l. probibitum* 5. *C. de jur. Fisc.* Eo quoque facit *l.* 7. *C. eod. l. omnes C. de Decur. l. eis quidem. C. qui milit. non poſſe. l. de-*
35. *votum. C. de metat.* Ac Jure Can. Clerico & Laico defendere ſeſe licet contra judicem ordinarium, qui ordine judiciario non ſervato injuriam facit in rebus vel perſonis, *C. deberet de ſent. excom. in 6.* Eaque eſt communis ſententia Dd. poſſe nimirum judici de facto quid facienti de facto reſiſti, Jaso *in l. ut vim. n.* 9. *ff.* de JJ.
36. Idem diſponit *Jus Sax. ſpec. lib. III. art.* 78. Daß ein Mann wol möge ſeinen Herrn dem Könige/ wie auch ſeinem Richter unrechts widerſtehen / und ihm ſolches helffen wehren zu aller Weiſe wie einem Frembden / und thut daran wider ſeine Treue nicht / Modest. Pist. *conſ.* 60. *n.* 36. Si enim Magiſtratus privati loco eſt, dum injuſte & cum injuria procedit, hinc contra ipſum quæ contra alios remedia illegitima conceduntur.

Verum non illimitata eſt reſiſtentia hæc, nec unicuique licitum 37. eſt decretum Magiſtratus, quod ex voto partis non ceſſit mox interpretari ut injuſtum & injurioſum, cæteroquin alteruter litigantium condemnatus licentiam ſibi attribuere poſſet taxandi factum Magiſtratus, ut injurioſum cum libera reſiſtentia & declarandi Magiſtratum pro privato. Quo opti 38. me facit *l. continet* 3. §. 1. *ff. quod met. cauſ.* ubi ita monet Ulpian. *Sed vim accipimus atrocem & eam quæ adverſus bonos mores fiat, non eam quam* Magiſtratus *recte intulit, ſcilicet jure licito & jure honoris quem ſuſtinet.* Ergo ſi Magiſtratus 39. jure poteſtatis & per legitimam juris executionem quid facit, vim atque injuriam non infert, *l.* 29. §. *pen. verſ. quid ſi tamen ff. ad L. Aquil. l.* 13. §. 1. 2. & 6. *l.* 15. §. 38. & *l.* 33. *ff. de injur.* Unde reſiſtere ei non licebit. Obrecht. *de defenſ. cap.* 6. *n.* 31.

Quid autem ſi Magiſtratus ju- 40. dicialiter vim injuſtam inferat, hoc eſt de facto in judicio contra jus

jus procedat; Diſtinguendum, utrum damnum reparabile an irreparabile, illa cum ſit, priori caſu vim illatam patietur quis potius quam vi oppoſita eam repellet, MYNSING. 5. *Obſ.* 118. *n.* 2. FARINAC. *quæſt.* 32. *n.* 18. & conjicere ſe in illam diſputationem an injuria fuerit notoria nec ne res periculi plena eſt à qua omnes merito abhorrere debent, ut ex PECKIO refert BECHT *de ſecurit. theſ.*
41. *169.* Poſteriori caſu quando damnum eſt irreparabile, ex. gr. detruſio in carcerem ſqualidum & tenebrioſum cum jactura ſanitatis imo ſæpe & vitæ conjunctum tunc Magiſtratui tale damnum inferenti licite reſiſtitur, GAIL. 1 *obſ.* 178. MYNSING. *d. obſ. 18. n.* 2.

42. Quoties autem Magiſtratus omiſſo juris ordine & extra officium procedens injurioſe agit, ibi nulla favorabilis præſumtio eum defendit MENOCH *2 præſ.* 67. *n.* 13. *&* 32. FARIN. *d. q.* 32. *n.* 97. Nec eo caſu refert an reparabile ſit gravamen quod infertur an irrepara-
43. bile. Quæ usque adeo vera ſunt, ut Magiſtratui, qui non ut judex, ſed ut privatus procedit reſiſtens eumq; pro ſalutis propriæ defenſione occidens à pœna homicidii excuſandus ſit, OBRECHT. *d. Tract. de defenſ. cap.* 6. *n.* 7. BECHL. *de ſecur. theſ.* 171.

Quid ergo de injuſta tortura dicendum, an non legitime tortus injuriarum convenire Magiſtratum poſſit? Quod in expedito eſt per *art.* 61. *Ord. Crim. Carol. V.* Wo aber ſolche peinliche Frage dieſer unſer und des Heil. Reichs rechtmäſſiger Ordnung widerwärtig gebraucht würde/ ſo werden dieſelbe Richtere als Urſachere ſolcher unbilligen peinlichen Frage ſträflich/ und ſollen darum nach Geſtalt und Gelegenheit der Uberfahrung wie recht iſt/ Straff und Abtrag leiden/ und mögen darum von ihrem nächſten ordentlichen Ober-Gerichte gerechfertiget werden/ SLEPH. *ad d. Conſt.* 44.
Et quidem ita ſi ex imperitia & culpa Magiſtratus vel Judicis quis immoderatæ & injuſtæ torturæ ſubjectus eſt, ſecus ſi doloſe tormenta injuſta intulerit, defuncto exinde reo ubi pœnam ultimi ſupplicii locum habere auctoritatibus ſuſtinet, CARPZ. *lib.* II. *Reſp.* 45.
63. *n.* 8. 9. Ab hac imputatione autem injuſtitiæ excuſatus Magiſtratus, ſi ex conſilio Jure-peritorum dictata fuit tortura, quo caſu etiamſi tortus innocentiam obtineat, injuriarum tamen actione adverſus Magiſtratum experiri non poterit, tum enim juxta leges proceſſiſſe videtur, *l. leges C. de LL. arg. l. fin.* §. *mixta* 26. *ff. de* 46.

X x x x x x x x 3 mun.

47 *mun. & honor.* Imo ſententia talis à Jurisperitis lata liberat Magiſtratum à probationis onere quod adfuerint ſufficientia indicia, qualia ſine dubio adfuere, cæteroquin periti torturam non decrevissent.
48. Et habeat quod ſibi imputet reus de ſiniſtris ſuſpicionibus ad torturam ſufficientibus nec propterea vel Judex vel delator tenebitur, *Ord. Crim. art.* 61. CARPZ. *cit. reſp.* 63. *n.* 18. MEV. *pag.* 2. *deciſ.* 104.

49. Conventio ergo coram Magiſtratu ſuperiore eſt ſecundum remedium, quod civis contra Magiſtratum Municipalem injuſte procedentem & delinquentem intentare poterit. Nec enim Magiſtratus oppidanus ſibi blandiatur, quaſi nomen illud honorificum ab omni intentanda actione eum reddat immunem & ab omni noxa vacuum; Nam Magiſtratus nomen
50. non meretur intuitu Superioris cujus ſaltem eſt officialis, Bediente/ atque in reſcriptis Principum vox Obrigkeit inſeri raro ſolet, ſed
51. Stadts-Magiſtraten. Adeo ut perquam ineptus fuerit oppiduli cujusdam Conſul gregarius, qui hoc honore nimium elatus in omnes cives ſupremum ſibi dominium credidit collatum, & inter quotidianas preces hanc ſibi adeo reddidit familiarem, Gebeht einer Obrigkeit für ihre Unterthanen/ ut prima libri precationum apertura eam oſtenderit, quotidiana contrectatione ſordidam.

Potius nulla eum defendit au- 52.
ctoritas, ut coram ſuperiore Judice & ſupremo juſtitiæ aſylo conveniri non poſſit. Quin magna & in Deum & in nosmet ipſos foret injuria, ſi inferioris noſtri Magiſtratus tyrannidem, vim vel injuſtitiam per Superioris itidem Deo propoſiti invocatum auxilium á cervicibus noſtris vel à bonis non avertamus. Hoc enim eſt me- 53.
dium & remedium in *ſuperiore* Magiſtratu quem inferior revereri cogitur, MINDAN. *d. Tract. & cap.* 13. *n.* 7. Ad hoc utique quilibet ſupremus Magiſtratus tanquam in ſpecula collocatus ſuper inferiores eminet poteſtates, ut omnem iniquitatem cohibeat, & eſt é re ſalutis publicæ, ne ſubditi qualescunque à Magiſtratu vel hic ab illis injuſte opprimantur, *Id. ibid. n.* 23.
Imo miſerrimus interdum foret 54.
ſubditorum ſtatus, niſi ſuperioris patrocinium quærere liceret, exiſtentibus multis qui tantum abeſt, ut nullam ſubditorum curam gerant, ut etiam excoriare eos, & uno quod ajunt bolo deglutire ſi poſſent, conentur. Tanta in illis adeſt 55.
ferocitas & veracitas, parum curando, quanti motus quantæ querelæ

læ ex superpondio isto iniquitatis oriantur, cui non modo ignem & flammam sed follem & oleum adhibere didicerunt, sic fere *idem cit. n. 29.* Contra tales lupos non
56. Pastores merito cives licito tamen medio insurgunt, & initio *verbis*, tum *herbis*, denique *lapidibus* utuntur, prout loquitur Klock. *cit. tr. de contrib. cap. 18. n. 97. & 98.* Vel quod idem est primum præces sollicitationes & compositiones tum juris remedia adhibenda & officium judicis auxiliumque implorandum, tandem si necessitas cogat arma defensiva suscipienda. Bald. *in cap. olim. n. 22. x. de rescript.*

57. Herba autem immedicabili malo isti propinanda convenientior & aptior non est, quam ut per modum commissionis contra Magistratum hoc casu procedatur, sic enim meta litis facilioribus sumptibus obtinetur. Carpz. *p. 1. const. 1. def. 12. n. 5.* Quia ple-
58. rumque à Principibus delegatio sta sub hac formula concedi soet ut primo inter partes concordia tentetur, ea vero dissoluta demum via juris aperiatur; Nec enim tali modo contemnitur potestas Magistratus sed major eligitur nec hinc minor debet irasci si major eligitur, ut ait Augustin. *C. qui resistit. 11. quæst. 3.*

In qua via & hoc observandum 59.
est civibus litigantibus, ne ob inviolabilem reverentiam Magistratibus suis debitam famosam contra ipsos actionem instituant; vel doli exceptionem objiciant. *l. 1. C. de obseq. patr. & parent. l. honor. 2. l. 7. licet §. 2. ff. eod.* Quia persona Magistratus subditis & civibus semper esse debet sancta & honesta exemplo patroni & liberti, *l. 9. ff. eod. l. si non sorte §. libertus. ff. de condict. indeb.*
Hinc famosarum actionum & ex- 60.
ceptionum loco temperatis in factum verbis, & præfatione honoris utendum. *l. non deb. ff. de dol. mal.* adeo ut nec honestam actionem contra Magistratum instituere liceat, nisi cum honestate verborum. Maul. *de homag. tit. 2. n. 10.* Parentis utique loco venerandus est Magistratus. *l. 2. C. ubi sen. vel claris. civ. vel. crim. conven.* Mevius *p. 6. decis. 40. n. 14.*

Quamvis & *l. generaliter 13. ff.* 61.
de in jus voc. dispositum sit, non licere personas, quibus reverentia debetur sine jussu prætoris in jus vocare: Justæ tamen causæ procedendi contra Magistratum & mandata contra ipsum impetrandi hæ sunt, juxta Mynsing. *5. obs. 8. n. 12.* (1.) Si evidens est periculum in mora vel dilatio peri-

cu-

culum allatura est. *l. pupillo §. praterea ff. de nov. op. nunc.* (2.) Si irreparabile damnum versetur, vel salus publica periclitetur. *arg. tit. C. si contr. Jus vel util. publ.* (3.) Si supplicantis talis sit casus cui Magistratus Municipalis etiam præsens coram Superiore non possit contradicere. (4.) Si Magistratus contra subditorum solennia & publica eorum privilegia agat, & hi factum & privilegia in judicio producant, quibus casibus audiendi sunt cives agentes contra Magistratum, qui extra officium procedit. KNIPSCH. *de privileg. civil. Imp. lib. VI. cap. ult. n.* 22.

62. Tunc autem in genere permittenda non est actio contra Magistratum, si ex instituenda actione ad civilia dissidia facilis esse potest lapsus, illa enim tanquam pestis, exitiosa Reipubl. cavenda & præpedienda, vel si materia litis est comparata, ut à reverentia Magistratui debita sit aliena, vel si alias officio civium & juramento, quo ad obsequium & honorem Magistratui obstringuntur, non congrua;

63. Nam quæ bonis moribus officiis vel juramento contraria sunt atque pietatem & verecundiam lædunt illa nec facere posse cives credendum est. *l. 15. ff. de condit. instit.* MEV. *dict. p. 6.*

64. *dec.* 79. Vel si ex iniqua licet justitiæ administratione nullum probari queat partis interesse. e. gr. Ob denegatum arestum actio ad interesse contra Magistratum cessat, si probetur tot aresta jam ad aliorum creditorum instantiam decreta ut bona debitoris non sufficiant, vel arestum quæsitum non fuisse qualificatum vel ut dici solet justificatum. CARPZ. *lib. II. Resp.* 64. *n.* 10.

Quod autem *supr. n.* 56. de 65.
lapidibus sive armis defensivis contra Magistratum, casu quo intentandis dictum, hoc temperamentum requirit, ne litigantes hi cives similes fiant Chimistis, qui lapidem laboriose quærendo omnia dilapidant, ut ait CARPZ. *p. 1. const. 1. def 9. n.* 4. Dum quærendo lapides contra superiores, & se & opes contrivisse, eventumque tristissimum reperiisse, quam plurimos legimus sæpe & vidimus. HEBER. *de tract. de fiducia Magistr. cap.* 6. §. 1.

Hinc si 66.
contra iniquum Magistratum res, & causa procedendi in judicio æquissima est, eo & casu ratione sumptuum litis prospiciendum, est civibus; Iniquum sane foret, si Magistratus litis incommoda non sentiat in proprio marsupio, omnia ex ærario erogando, quo sane privatum fatigari, exsuccum fieri & eviscerari necessum simul & acerbissimum erit; Non minus 67.
er-

ergo civibus quam Magiſtratui, ſumptus ex publico ærario præbendi ſunt quia publica utrinque cauſa eſt, & par utriusque ratio, ſimilisque æquitas, eoque magis, quia communis illa civitatis pecunia, ex arcis civium potiſſimum eſt collecta, quæ & merito neceſſitatibus illorum inſervire debet, cum & pauperi litiganti ſumptus litis, ſi pro ipſo militat aliqua præſumptio, vel à parte, vel à judice ſubminiſtrari debeant. HART. PIST. 1. *quæſt.* 20. MEV. *p.* 5. *dec.* 340.

68. *Quær.* Si quis contra integrum Senatum actionem injuriarum inſtituat, an liceat ei ex collegio iſto privatum aliquem eligere ad actionem contra ipſum intentandam? Licet tot ſint delicta quot fuerunt calumniatores, & tot injuriæ quot & perſona injuriarum facientium. *l.* 34. *ff. de injur.* Tamen in ſingula Senatus membra actio dividi & collegium diſmembrari non poterit, quia res univerſitatis non ſunt res ſingulorum, & quod univerſitas & collegium debet ſinguli non debent. *l.* 7. §. 1. *ff. quod cujus univ. nom.*

69. Tum & notandum, immunes eſſe ſimul Advocatos contra Superiores patrocinantes civibus, quoties hi ab aliis juſte gravati ſunt, nec quicquam ipſis imputandum publicum enim eorum eſt officium, ad quod præſtandum etiam inviti cogi poſſunt, COLER. *de proceſſ. execut. part.* 1. *cap.* 2. *n.*121. Eosque cohibere aut deterrere ne inſerviant cauſis eorum, quibus cum Superiore res intercedit, eſt defenſionem miſeris negare aut conſtringere, indicia autem omnibus præſtanda ſunt ſecura, *C. ex parte x. de appellat. C. cum dilecta.* §. *nolentes x. de confirm. util.* MEV. *p.* 1. *deciſ.* 155.

Non tantum ex propriis delictis aut culpis Magiſtratus Municipales tempore adminiſtrationis commiſſis civibus tenentur, prout hæc jam in præcedentibus pertractata ſunt, ſed & obligati ſunt ex factis aliorum & omittendo. 70.
Et quidem primo tenetur adminiſtr. Reipublicæ non tantum ex proprio ſed & collegæ ſui commiſſo & omiſſo, BESOLD. *conſ.* 208. *n.* 20. *in pr. part.* 5. Ubi 71.
tamen obſervandum, quod adminiſtratores civitatis habeant beneficium diviſionis & ordinis æque ac contutores habent, BOER. *deciſ.* 60. *in pr.* MANNOZ de ESCOBAR. *Tract. de ratiocin. cap.* 4. *n.* 13. BESOLD. *d. conſil.* 208. 72.

Et hæredes adminiſtratorum hoc beneficium habent, ut prius admi- 73.

ministrator etiam qui non gessit, quam heres gentis debeat conveniri, *argum. l. heres soc. ff. pro soc.* PETR. ANTIB. *in suo Tract. de munerib.* §. 1. *v. quid si.* MUNOZ de ESCOBAR. & BESOLD. *dict. loc.*

74. *Secundo* Constitutione Imp. Gratiani, Valentini & Theodosii sancitum, & is qui in Magistratu est, cum non solum ipse sed & cum ipsius minister manipularius ac domesticus aliquid extorqueat ob id pœna legis Juliæ repetundarum teneatur, *l. 1. ad l. Jul.*

75. *repet.* cujus hæc videtur ratio: Quod id quod facit familia, dicatur consensu ipsius domini facere, qui conditionem familiarium scire præsumitur, *argum. l. 7. §. 4. ff. naut. caup. stabul. l. 19. ff. de reg. jur.*

76. *Tertio* quando Magistratus videt suos officiales quid injuste indecenterque agere, debet eis resistere, alias ipsorum causa tenebitur, BART. *in l. quoniam. ff. de appell & in Tract. de repress. in 2. q. 7.*

77. De qua correctione & resistentia publice apud populum Magistratus protestari debet, alias non relevat, CURT. *sen. cons.* 41. *col.* 2.

78. *Quarto* grassantibus delictis quæ in Magistratus Municipalis coercitionem veniunr, si Magistratus petulantiam Municipalium non compescat & capistret hac impunita licentia læsi contra Magistratum recte experiuntur. Nam ut 79.
in corpore humano sic & in politico singulis diebus aggregatur aliquid, quod curatione indiget, & nisi tollatur, tandem morbos parit lethales, MACHIAVELL. *de Republ. l. 3. cap.* 1. Et omnes in ad- 80.
ministratione publica delinquentes omittendo ratione officii sibi incumbentis tenentur parti læsæ ad interesse, *l. 2. C. de administr. Rerumpubl. l. quemadmodum 29. §. fin. ff. ad L. Aquil. l. unic. ff. furt. advers. naut caup. l. fin. ff de var. & extraord. cognit.* SOCIN. SENIOR 273. *n.* 6. *vol.* 2. BURSAT. *cons.* 193. *n.* 1.

Licet enim credi posset, quod 81.
te nolente faciant, quia tamen à te comprimi posse dicuntur, nisi eos compescueris, innoxius non haberis. Itemque subditorum culpæ ad nullos magis referendæ quam ad desides negligentesque Magistratus seu Rectores qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum austetiorem dissimulant adhibere medicinam, *C. inferiorum C. facientis. distinct.* 86. Qui enim ca- 82.
stigare certe & inhibere potuit, si non impediit habendus est permisisse aut etiam probasse quod age-

agebatur, PHILO *in Flaccum.* privatis ſufficit non delinquere in Imperio agentibus incumbit, & hoc curare ne delinquat alius,
83. DION GALBA. Nec eſt liber à conſenſu, qui quod emandare poteſt, emendare negligit, quapropter ſine dubio peccati ſe participem facit, HUG. GROT. *de J. B. & pac. in addit. ad lib. II. cap.* 21. §. 1. *v. poteſtas.* itaque CIC. *in Piſon.* Non intereſt, inquit, in Conſule, utrum ille perniciofis legibus, improbis concionibus Rempublicam vexet, an alios vexare patiatur. Nec excuſatur Magiſtratus Paſtor, ſi per negligentiam cuſtodis lupus comederit oves, *C. quamvis ibique* GLOSS. *de R. J. in decret. C. tres perſonas* 23. *quæſt.* 3.

84. Civitas dicitur delinquere eo ipſo quod toleret quæ injuſte & illicite perpetrantur à civibus, *C. felicis* §. *civitas de pœn. in* 6. *C. quanquam de uſur. in* 6. & quando non punit ubi poteſt, cum vindictam juſtam negligere & fovere nihil aliud ſit, quam delinquere, *l. qui patitur. ff. mandati. l. ſemper qui prohibet. de reg. jur.* PETR. CABALL. *cent.* 3. *reſol. crim. caſ.* 287. *n.* 59. ANCHOR. *conſ.* 150. *n.* 13.

Notandum tamen, quod hiſce caſibus Magiſtratus, qui ex præſumptionibus ſua culpa deliquiſſe dicuntur, mitius ac Principales, judicisque arbitrio puniri debeant INNOCENT. *in* C. *quia veriſimile extra te præſumpt. ibique* ABB. & FELIN. ALCIAT. *de præſumpt. regul. præſumpt.* 40. *n.* 3. PLACA *lib. I. Epit. delect. c.* 14. *n.* 3. *& pleniſſime* FARINAC. *pract. crim. quæſt.* 51. *n.* 50. *& ſeq.* 85.

Caput XL.

DE DISSENSIONE, SEDITIONE ET TUMULTU MUNICIPALIUM EORUMQUE REMEDIIS.

SUMMARIA.

1. *Ordo capitis hujus.*
2. *Magna in Republica ſeceſſiones.*

3. *Morbus ille ex nimia repletione oritur.*
4. *Tumultus in Municipiis non ſolet eſſe magnus.*
5. *Parva corpora & ſuo laborant morbo.*
6. *Seditioſus ſpiritus etiam ineſt Municipalibus.*
7. *Ex parvis odiis factionum ſæpe oritur ſeries.*
8. *Pullulante ſegete lolia evellenda ſunt.*
9. *Unus malus ſæpe plus nocet quam decem boni proſunt.*
10. *Obſervandi ſunt civium temerarii.*
11. *Coercendi ſunt egeni ſimul & audaces.*
12. *Depaupertatorum vitia.*
13. *Servandi ſunt ritus veteres pro avertenda diſſenſione plebis.*
14. *Diſſidia rebellium unde plerumque oriantur in Municipiis.*
15. *In ſenatum eligendi qui plebejorum facile commovent animos.*
16. *Canes latrantes objecto oſſe ſilent.*
17. *Sopiendi ſunt ſeditioſi per eos, qui artem demulcendi tenent.*
18. *Exemplo Agrippæ & Pompilii.*
19. *Privata & noxia conventicula non permittenda.*
20. *Exploratoribus & delatoribus utendum.*
21. *Futuræ tempeſtatis ſigna diſpicienda.*
22. *Signa ſeditionis & everſionis in civitate.*
23. *Leniter quandoque emendandi peccantes.*
24. *Cautela pro civibus innocentibus ne in ſuſpicionem ſeditionis incidant.*
25. *Prudentiæ non eſt, ſtultitiæ ſe participem reddere.*
26. *Eccleſiæ Miniſtri ne populum inſtigent nimium redarguendo Magiſtratum.*
27. 32. *Vitium Eccleſiaſticorum hoc paſſu.*
28. *Concionatores turbulenti Reipublicæ maxime ſunt noxii.*
29. *Exempla horum.*
30. *Seditioſæ conciones per Receſſ. Imp. prohibitæ.*
31. *Etiam impii Magiſtratus honorandi.*
33. *Seditionis ſpecies eſt executioni reſiſtere coadunatis civibus.*
34. *Auctores tumultus ſeverius, reliqui lenius puniendi.*
35. *Præjudicium.*
36. *An reſiſtens ordinationibus Magiſtratus Municipalis poſſint dici rebelles.*

37.

37. *Rebellis unde dicatur?*
38. *Contumax in parendo laxiori ſignificatu dicatur rebellis.*
39. *Quatenus reſiſtentes Magiſtratui Municipali dicantur rebelles.*
40. *Rebellio proprie dicta eſt majeſtatis.*
41. *Obedientiam detrectantes Magiſtratui Municipali non ut rebelles tractandi.*
42. *Exemplo commodatarii, qui fur quandoque dicitur, non tamen qua talis puniendus eſt.*
43. *In materia diſſenſionis Municipalis ſimul cauſa Principis agitur.*
44. *Acta inquiſitionalia ad Principem mittenda.*
45. *Principis in hoc officium.*
46. *Notabile dictum Bogislai Pomeraniæ Ducis.*
47. *Cautela pro Magiſtratu ſi tota civitas rebellionis notam incurrit.*
48. *Per conniventiam Magiſtratus civitas dicitur rebellis.*
49. *Subditi alieni de rebellione ſuſpecti non recipiendi.*
50. *Diſpoſitio Aureæ Bullæ de hoc.*
51. *Magiſtratus per ſeditionem electus pro tali non habendus.*
52. *Non rite electus pro non electo eſt.*
53. *Concluſio operis hujus.*

1. Quatenus Municipia in Principem ſuum non parendo & rebellando peccent *ſupr. lib. I. c.* 14. & quatenus ob rebellionem & contraventionem integra univerſitas puniri poſſit, *lib. II. cap.* 68. exhibet. Quomodo autem Magiſtratus Municipalium ſuorum ſeditioſos tumultus præcavere & avertere poſſit, & qualem hoc paſſu ſe gerere debeat, hic loci ad finem proponendum reſtat.

2. Non autem hic de magnis ſeceſſionibus agitur cum multitudine diſcordante itur ad manus, quia juxta *Virg.* 1. *Æneid.*

- - - Magno in populo cum ſæpe coorta eſt
Seditio - - - -

Quando commoto vulgari furore ſubvertitur omnis Reipublicæ ſtatus, quando vertuntur ut ait LUCAN.

- - - publica belli
Semina, quæ populos ſemper merſere potentes.

Quando per diſcordias civiles compages Reipublicæ velut per rimas & fiſſuras compacta navis, aqua ingrediente diſſolvitur, & ſic cum nautis & vectoribus in profundum demergitur. Hic ma- 3.

gni corporis politici morbus eſſe ſolet, qui plerumque ex nimia repletione oritur ut putat PLATO *de Republ. lib. XXXV. cap.* 4.

4. Sed Provincialium civitatum tumultus tanti momenti eſſe non ſolet nec in Municipiis montes Sacri reperiuntur, quo plebs ob Senatorum ſuperbiam pro conſtituendo plebejo Magiſtratu armata confugiat; Nec dantur janiculi, qui ſeditioſos ob decemviralem libidinem, vel ob plebejorum, & patriciorum commixtionem, recipiat, de quibus FLOR. *Epiſt.* 1. *cap.* 25. LIV. *lib. IV.* DIO. CASS. *hiſtor. lib. XLVIII.*

5. Interim & parva corpora malo ſuo laborant, licet non tam periculoſo, ſuis tamen remediis coercendo, ne pars ſincera trahatur neve tandem in morbum malignum & acerbum ac in publicam
6. perniciem erumpat. Nam & muſcæ ſua bilis ineſt, hinc nec contemnendus eſt ſeditioſus ſpiritus, qui in animis Municipalium, ob innatum plerumque in Magiſtratum contemtum inhæret, paulatim utique malum hoc ſerpit, & ſeditioſa civium licentia funeſtiori ſæpe eventui manus & anſam præbuit.

7. Non contemnenda inquam eſt, discordiæ ſcintilla, ab eo qui incendia timet, ſicut ex feſtuca incenſa, vel lucerna neglecta domi, nonnunquam conflagrat tota urbs & lignum ligno additum, fomentum igni tribuit, eumque ardentiorem reddit, ſic ex parvis & domeſticis odiis à Magiſtratu neglectis inplacabilis non raro factionum ſeries oritur THOLOS. *de Republ. lib. XXIII. cap.* 9. *n.* 10.

Acutum eſt Hiſpanorum proverbium, 8
quod ait: Clavus unicus deſtruit ferrum, ferrum ſoleam, ſolea equum, equus equitem, eques urbem, urbs regnum. Unde juxta univerſale Politicorum theorema, in prima & *pullulante* ſegete lolia illa evellenda ſunt, & malum cacadoxum in primis incunabulis ſuffocandum. Facile eradicatur & opprimitur ſemen naſcens inveteratum autem robuſtius & damnoſius eſt, prout canit OVID. *lib. I. de remed. amor.*

Quæ præbet latas arbor ſpaciantibus umbras
Quo poſita eſt primum tempore virga fuit.
Tunc poterat manibus ſumma tellure revelli.
Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis

Nec difficile eſt in omni op- 9
pido, concitare damnoſam corruptelam cujus remedia temporis tra-

tractu redduntur difficilia sicut unus malus plus nocere potest quam decem boni prodesse, & ut unus stultus levi opera projicere lapidem potest in puteum, quem mille sapientes vix extrahant. Sicut etiam ex scientia PINDARI. *hymn. 5. in Pythiis.*

Facile est urbem concutere
Etiam imbecillioribus, sed in sedem suam
Rursum collocare difficile.

10. Observandi ergo sunt civium temerarii quibus nihil non audere contra tranquillitatem publicam facile est, sed simul retinendi sunt auctoritate Magistratus inflexibili & reprimendi constanter
11. & intrepide. Rigida quoque inspectio habenda in egenos simul & audaces, quibus afflicta fides in pace, & rebus turbatis alacres, & per incerta tutissimi. TACIT. *Histor.* 1. *cap.* 88. quibus quies in seditionibus, in pace turbæ sunt. SALUST. *histor.* 1. *c.* 3. Quos pœna pecuniaria nec terret
12. nec iis obest. Semper enim in civitate quibus opes nullæ sunt, bonis invident, vetera odere, nova expetunt odio suarum rerum mutari omnia student. SALUST. *bell. Catilin. cap.* 37.
13. Quanto facilius itaque mobilis plebs innovationi studet, tanto tenacius observet Magistratus, ritus veteres & leges patrias, quousque laudabiles sunt. Hoc etenim ad omnium regentium præcautionem pertinet, ne ordo & modus in civitatibus turbetur, neve turbatis rebus præsentibus ambitione nimia, motibus sese exponat Magistratus. THOLOSAN. *de Rep. d. lib. XXIII. cap.* 9. *n.* 9.

In Municipiis cum raro armati 14.
sint tumultus nec tam aperta dissidia rebellum, sed utplurimum animi civium qui extra Senatus dignitatem sunt, contra Magistratum nitantur, ipsique tacite moliri, & pares suos ad quævis incongrua & odiosa incitare soleant, qui honores quos quieta Republica desperant, ea perturbata consequi se posse arbitrantur, ut ait CICERO. *Orat.* 2. *in Catilin. cap.* 9. Hinc curabunt pro- 15.
ceres Municipiorum & qui administrationi præsunt, ut præcipuos ex civium & præprimis tribunorum ordine, qui ad commovendos & excitandos plebejos proni sunt, & auctoritate pollent, ut inquam eos simul in Senatum eligant, eosque beneficio & favore in partes suas adducant, sæpe enim videmus, exasperatos ad 16.
majorem audaciam incitari, canes ve-

vero latrantes objecto osse silere, licet deglutire illud nequeant, tamen quod rodant habent. Hac munificentia ferox sæpe animus adeo mutatur, ut fideliorem operam pro Senatu postea nemo exhibeat. Sicut de Marcello Prætore qui Bantium post Cannensem strangem conciliaverat, refert FRONTIN. *lib. III. cap. 6.*

17. Si vel tempus vel occasio desit, hocce modo sopiendi seditiosos & contra Senatum exacerbatos cives atque acrioribus remediis partes divelli nequeant, astu opus est, seligendi quidam sunt ex Magistratu, forte paris plebeji, ordinis, qui inter vulgus audiunt: **Das ist ein guter Bürger-Mann** auctoritate prædicti & facundia excellentes, artemque demulcendi tenentes, ut amicitia sibi jungant præcipuos auctores refractariorum quos *Malcontenten* appellare solemus, eosque occultis præmiis, beneficiis, favore, largitionibus, & promissis ambiguis nec non verbis blandis demulceant, inducant, seducant & persuadeant.

18. Tales Agrippæ & Pompilii, idem in ejusmodi dissensionibus præstant quod olim Romani ad secendentem à patribus populum auctoritate & oratione flectendum & sedandum. Methodum hanc sopiendi vulgum describit VIRG. 2. *Æneid.*

Tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem
Conspexere silent, arrectisque auribus adstant.
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

Cum & plerumque dissensionum & turbarum civilium incunabula, ex privatis conventiculis, & consiliabulis occultis initium capiant, & in congregationibus hominum privatorum noxia civitati soleant includi sub prætextu alterius causæ licitæ, sicut de factione Manlii legitur qui domi concionando plebem contra patres animavit & armavit apud LIV. *tit.* 6. Et cum contra Coriolianum plebs coiret, tentata res est, si dispositis clientibus, absterrendo singulos à coitionibus conciliisque disjicere possent. *Idem lib. II.* Hinc in dispari licet discrimine si in Municipiis à blateronibus quibusdam infausta quæque metuantur, cautum se gerit Magistratus si malo huic explorationibus & delationibus remedium afferat nimirum ut quidam, de quibus suspicio non est, incogniti se coetibus talibus immisceant & dicta facta, intellecta Magistratui referant, quo confestim apdrehendendi sunt discordiarum

rum auctores non omiſſa inquiſitione, & uti res exiget ſevera coercitione.

Quandoque & evenit, ut nihil
21. aperti contra Reipublicæ tranquillitatem tentetur, ſed muſſitando, diſſenſionum ſemina projiciantur, tacite hic invigilandum eſt Magiſtratui, ut majori malo obviam eat ut futuræ tempeſta-
22. tis ſigna provide diſpiciat. Mutatio autem ſtatus vel timetur vel ingruit ſi multa inſolita agitentur, ſic infelix præſagium eſt ſi bruta ſolitum naturæ morem relinquunt, cum mergi fugiunt maria aut ſtagna, cum abſconduntur formicæ, aut ova progerunt, lumbrici ex terra defugiunt. Pari modo quid portentoſi in re politica timetur, ſi quid audent alias meticuloſi tacent integri, ſapit vulgus deſipiunt proceres, & ſacerdotes pro terrenis digladiantur. THOLOSAN. *de rep. dict. lib. XXIII. cap. 9. n.* 10.

23 Prout & in omni malo politico, ſic in hoc maxime prudentia regentium opus eſt cum moderata patientia ſicut enim muſicus chordas diſſonantes non ſtatim abjicit aut incidit, ſed ſenſim intendens & remittens ad conſinantiam adducit ſic etiam leniter quandoque emendandi ſunt peccantes *Id. cit. loc. n. 13.*

Emergente factione in civitate 24.
cautela pro civibus innocentibus eſt, ne ſe partibus jungant, & quamvis in civilibus diſſenſionibus ſi quis in alterutras partes diſcedat pro hoſte non habendus puta ut jure captivitatis & poſtliminii locum habeant. *l. ſi quis ingenuam* 21. §. 1. *ff. de captiv. & poſtlim.* Interim tamen plane im 25.
punes non ſunt qui rei illicitæ operam dant. Imo prudentiæ non eſt ſtultitiæ & malitiæ participem ſe reddere & ſua acceſſione aliorum audaciam augere. Laudandi ergo ſunt qui exortis diſſenſionibus cum Auſinio Pollione dum rogaretur à Cæſare, ut ſecundum proficiſceretur ad bellum actiacum dicunt: Ego diſcrimine veſtro me ſubtraham, & ero præda victoris. VELLEJUS PATERC. *hiſtor. lib. II.*

Convenit quoque, ut in metu 26.
concitationis civium contra Magiſtratum, hic curam & officium ſuum eo extendat providendo & vetando ne Eccleſiæ miniſtri & concionatores redarguendo Magiſtratus nævos, populum adverſus eundem concitent & inflamment, quod tunc plerumque fit, quan- 27.
do ad aniculæ & vetulæ cujusque mendacis delationem, de hoc vel alio vitio nunquam etiam à Ma-

gistratu perpetrato, vel cum taxando & corrigendo curiæ negotia, eum publice pro concione diffamant atque eo negotiis politicis culpabili nimis pruritu, nimium se implicant nihilque rauco hoc clamore insana voce & falsa incusatione ad Dei gloriam vel ad ædificationem proximi contribuunt, quam ut ad ostentationem fastuosam sui admirationem & ad auræ popularis captationem & quod pessimum est, ad exacerbandos auditorum animos, linguam vibrent, textus sacrus ad censoriam suam materiam torqueant, eoque ipso ostendant, quam parco studio verum concionis thema elaboraverint, ut merito & in hoc Magistratus politicus metas ponat. JOH. GERHARD. *tract. de Minister. Ecclesiastic.* §. 287. BROCKMAN. *system. art. de Minister. Ecclesiast.*
28. *cap.* 1. *sect.* 4. Quemadmodum enim Concionatores religiosi boni pii ac pacis amantes Reipubl. prosunt, ita ambitiosi é contrario & turbulenti facile turbas excitare, subditos ad arma commovere & in extremum discrimen Reipublicæ Statum conjicere eundemque evertere possunt, melius enim plebs Vatibus quam Ducibus suis paret REINKING. *de regim. sec. & Eccles. lib. III. clas. 2. cap. 2. n* 8.

Exemplum hujus recensente KNIPSCH. *de* J. *Civ. Imp. lib. II. cap.* 3. *n.* 245. Experta est Lindavia ubi plebem adversus Magistratum excitavit turbulentus quidam Ecclesiæ Minister M Alexius Meukumb. Et Camsoidoni rebellionem populi adversus Magistratum excitavit ambitiosius & avarus Pastor M. Schalter in Magistratum & cives Heilbrunenses seditiosis suis concionibus, seditionem aluit elatus Ecclesiæ Minister M. Conradus Hiemer.

Unde optima Imperii *sanctione* 30
seditiosæ hujusmodi conciones prohibitæ sunt, *Rec. Imp. de Anno* 1530. §. Wir haben uns darauf. 56. in verbis. Die Prediger sollen sich mit ihren Predigen diesem unsern Abschied gemäß halten / und fürnehmlich / daß sie in ihren Predigen vermeiden und unterlassen sollen / was zu Bewegung des gemeinen Mannes wider die Obrigkeit &c. gegen einander verhetzen / dienen und Ursach geben möchte.

Idem repetit *Rec. I.* zu Speier. *Anno* 1545. §. damit aber unter den Gemeinen. 41. *Et Rec. Imp.* zu Erfurt *de Anno* 1567. §. Setzen / ordnen und wollen / 64.

Ut

31. Ut enim funesta est omnis vox liberti adversus patronum. *l. si quis ex C. qui accus. non poss.* ita etiam subditi contra Magistratum quibus semper sancta & honesta videri debet persona Magistratus etiam iniqui. *arg. l. liberto 9. ff. de obseq. à lib. & libert.* Quia legum contemptor & impius tamen pater est. *Nov. 12. cap. 2.* & omnes Deum timentes honorant Magistratum suum. SYRACID. 10. v. 24. quod ita LUTHER. vertit: Die so GOtt fürchten halten ihren Regenten in Ehren. Cum & utique regentis qualitatem in suo genere quoque consequatur Magistratus
32. inferior & subordinatus. Videnc ergo illi Ecclesiæ Ministri quam perniciose peccent si arrepta quavis occasione Magistratus facta odiose perstringunt ejusdemq; actione censuræ subjiciunt, interim quantum possunt Ecclesiæ Ministrorum auctoritatem officii dignitatem, gravitatem & excellentiam deprædicant, & singulis concionibus extollunt contra Magistratus politici auctoritatem, ne semel quidem digito attingunt, sed supra eum sese longe efferunt, ut ait *citat.* KNIPSCH. *lib.* II. *cap.* 3. *n.* 249. Ejusmodi igitur incitamenta seditionis & fomenta licentiæ penitus arcenda á Magistratu sunt.

Seditionis & tumultus species 33.
est, sicut pessimo & malitiosissimo hoc seculo non raro contingere videmus, si in executione peragenda cives & vicini coadunati fustibus baculis ligonibus, aliisque armis ministris Magistratus resistunt, verberibus minitando, executionem impediunt, obedientiam renuunt, & quasi rebellionem fovent. Isto in casu
ante omnia gravi animadversione 34.
in auctores tumultus inquirendum, quia origo furoris penes auctores est reliqui contagione insaniunt ut ait LIVIUS Et sæva multitudo cum fervet quilibet putat impune esse peccare BARCL. *in Aergen.* De quibus dici potest quod ad Histiæum de rebellione suspectum Artaphernes Darii frater: Hunc tu Histiæe consuisti calceum, Aristagoras autem induit PEZELL *Melef. Histor. in Dario cap. 6.* Reliqui complices ob assistentiam & approbationem tumultus lenius puniendi sunt. CARPZ. *p.* 2. *quæst.*
crim. 100. *n.* 8. 9. 10. Ubi ita 35.
pronunciandum & per modum inquisitionis procedendum vult: Damit aber der unschuldige zugleich mit dem Schuldigen nicht zur Straffe gezogen werde / so wil für allen Dingen nöhtig seyn/ Inquisiten hierüber Articuls-Weise

zu vernehmen wer sie zu Widerspenstigkeit versetzet / und ihnen Anleitung gegeben wie sie mit Namen heissen / was sie vor Worte zu solcher Anfrischung gebrauchet / &c. Und da man die rechte Redelsführer erlanget / wird ihnen alsdann der Zeugen Aussage vorgelesen / sie auch wo es nöhtig mit ihnen confrontiret / und wenn der Redelsführer Aussage mit Fleiß verzeichnet &c. So ergehet der Straff halber was recht ist.

37. Quæritur hic, an qui Magistratui Municipali sunt refractarii, in suisque ordinationibus resistunt, possint dici & tractari ut rebelles? Ratione etymologiæ rebellis proprie est, qui denuo bellum concitat, malitiose instat, & legitimo domino obedientiam recusat. MART. *Lex. Etym. hac voce.*

38. Et certum est quod contumax qui parere non vult judici in largiori significatu in jure etiam dicatur rebellis, quia rebelles dicuntur omnes qui reperiuntur in proterva & notoria inobedientia post DEC. *in cap.* 11. *n.* 20. *& seq. x. de off. & potest. jud deleg.* SCACC *de judic. lib. I. cap* 93. CARPZ. *lib.* III.

39. *Resp.* 112. *n* 3. Ideo autem non proprie sed abusive dicuntur rebelles, qui Magistratui inferiori, quia proprie rebelles sunt, qui resistunt Principi exercendo opera hostilia in eum vel in ejus officiales. GIGAS. *de crim. læs. Majest. tit. de rebell. quæst.* 1. *&* 2. Rebellio qua talis dicitur crimen læsæ Majestatis in primo 40.
capite à FARINAC. *consil.* 55. *n.* 49. Et vix datur casus, in quo quis rebellis dicitur quin & læsæ Majestatis reus de jure reputetur. *Idem de crim. læs. Maj. quæst* 113 *n.* 66. Suntque hostes qui statum Principis turbant, vel quid contra Magistratum & honorem Principis machinantur. CAPIC. *decis.* 130. *n.* 15. *in med.* Hinc patet quod iis qui turbas contra Ma- 41.
gistratum Municipalem cient, eique obedientiam detrectant, non statim ut rebellibus processus formandus, nam licet suo modo & in genere tales dici possunt, tamen ut tales puniri non possunt. Pari 42.
modo ut in latiori significatu, qui invito domino rem suam contrectat. v. gr. qui utendum quid accepit, alii commodat, & ita ex alieno largitur, ut beneficii debitorem sibi acquirat, furtum facere dicitur *l. si pignore* 54. §. 1. *ff. de furt* Vel qui rebus commodatis aliter utitur quam eas accepit, §. 6. *&* 7. *J. de oblig. quæ ex del. nasc.* Is tamen furti pœnam non luit.

Peracta jam inquisitione contra 43.
hujusmodi turbones, quia simul cau-

causa Principum in tali casu agitur, & contra eum factiones Municipalium in rebellionem facile vergere possunt, sicut qui venena conficiunt & parant in vilioribus animalculis experimenta prima tentant. Hinc Magistratui Muni-
44. cipali consultum est, ut acta inquisitionalia ad Principem transmittantur, ut in seditionis aucto res eo severius animadvertitur. Nam civibus hoc malo laborantibus evenit quod membris, quæ de naturali sede dimota, non nisi per violentiam in articulos suos redire possunt, sic & illi errores suos multis malis expient prius necesse est, quam antiquæ & à se projectæ rectitudini reddantur Barcl.
45. Princeps autem de causa contra inobedientes sat informatus, non deerit officio suo sed læsum Magistratum contra immorigeros ci-
46. ves potenti brachio defendet. Notabile itaque est dictum Pomeraniæ Ducis Bogislai, cum ob tumultum quendam in urbe Anclam contra Magistratum ortum ad cadem usque moveretur Dux qui consiliariis putantibus per severa & rigida nimis multorum supplicia urbem penitus devastum iri, hoc responsi dedit: Ich wolte lieber die Stadt würde ein Poggen-Puhl (Frosch-Teich) als daß solche aufrührische Bösewichte darinnen wohnen solten. Micrel. *Chron. Pomer. de A.* 1378. Sequenti Anno à Stralsundensibus Senatus à plebe urbe pellebatur sed Dux Wartislavus eo rem direxit & confecit, ut optimo modo eum restitueret in pristinum honorem. *Idem*

Quod si autem in tantum ex- 47.
crescat seditionis seminarium, ut diviso penitus civium animo, hi insolenter nimis à civili sorte declinent, ita ut tota civitas rebellionis notam incurrere possit. *De qua materia actum lib. I. cap.* 14. Et ita corpus tale concutiatur ut salus Reipubl. periclitetur. Hoc desperato casu, prudentis Magistratus est, ne quid ipsorum culpæ & negligentiæ attribuatur vigilare portas civitatis majori diligentia custodire seditiosisque civibus suis tempore obviam ire, atque resistere, & materiam dispositam ad seditionem tollere & avertere, *Nov.* 17. *cap.* 2. ibique Gloss. Nec rapinæ spolia, majoresque tumultus oriantur. Luc. *de penn. in l. Un. vecs. sed secundum C. publ. letitia vel cons. nunciatores lib. XII.* Neve quid sacrilega dissimulatione violetur, *ut ibi habet text.* Cæte-
roquin civitas, quæ conniventia 48.
Magistratus patitur fieri rebellionem, seditionem & tales actus prohibitos, per aliquos cives, dicitur rebellis & per hoc datur au-

 da-

dacia malis ad lædendum alios BOER. *de seditos. n. 4.* MEISCH. *tom. 4. decis. 22. n. 63.*

49. Caveat simul Magistratus ne alienos subditos de rebellione suspectos recipiat sive eos ad refractariam resistentiam seditionem vel defectionem permoveat, qualis receptio in protectionem adversus ipsorum dominum ordinarium etiam Statibus Imperii severe est
50. prohibita. AUR. BULL. *tit.* 16. Daß Bürger und Unterthanen sich unterstehen das Joch der ordentlichen gebührlichen Unterthänigkeit von ihnen zu werffen/ dieselbe aus freventlicher Dürfftigkeit verschmähen und anderen Städten Unterschleiff suchen / und darinn zu Bürgern begehren aufgenommen zu werden *&c. Et Rec. Imp. de Anno* 1529. §. Dergleichen daß einer des andern Unterthanen. *Et Rec. Imp. de Anno* 1555. §. Es sol auch *&c.* ubi pariter prohibitum: Daß ein Stand dem andern seine Unterthanen aufwiegelt / abpracticiret / oder sie wider ihre Obrigkeit in Schutz und Schirm nimmt. De eo qui
51. per impressionem motum vel seditionem, sine ordinaria via electus est Consul vel Senator, quod pro tali non agnoscendus sit, licet & actus publicos gesserit sigilloque civitatis usus sit, jam dixi *supr. lib. II. cap. 1. n. 135.*

Quia electio sine vitio procede- 52.
re debet & qui non juridice vel rite eligitur, habetur pro reprobato. *C. Venerabilem in pr. vers. si electionis, ibi. electione se ingerens. x. de elect.* Nec nomen Consulis vel Senatoris digne sustinet *arg. C. cum Eccles.* 3. ibique PANORMIT. *x. de caus. poss. & propriet.*

Sed jam ad ultimum sulcum 53.
pervenit aratrum meum. Et prout piæ & honoratissimæ memoriæ Pater meus *Ichnographiam* suam finiit, sic ego *Politiam* hanc claudo, suppleat perpoliat politiorique structura & perfectiori dispositione eam exornet doctior. Atque cum JUL. CÆS. SCALIG *epist.* 21. Exiguum opus hoc ad paterni calami imitationem sic concludo: Ego mihi satis esse puto plurima nescire, paucula nosse, nulli æmulari, omnium autem admiratorem esse.

Satori hospitatorique orbis ac urbis cujusque sit jugis laus & gloria in sempiternum.

INDEX

INDEX RERUM,

Præcipuam materiæ ſedem hujus Tractatus oſtendens.

Numerus primus indicat librum, ſecundus caput, tertius paragraphos ſeu notas marginales.

Unicus ſi exſtet, is marginalis eſt, ſimulque proxime præcedentis libri & capitis allegationes ſignificat.

A.

Abbates vid. & Epiſcopi.
Iis tributa poteſtas Ducalis 1. 1. 59. Abbas mox à profeſſione eligi non poteſt. 2. 4 12. Monachum captivare poteſt. 2. 15. 88.

Abdicatio officii. vid. reſignatio.

Abortus.
Indicia ejus qualiter examinanda. vid. & *obſtetrix.*

Abſens, abſentia.
Reipublicæ cauſa abſens quis dicendus. 1. 6. 36. eorum reſtitutio in integrum. n. 37.

Abzug / *vid. detractionis jus.*

Academie.
Earum fundatio cuinam competat. 2. 30. 21. antiquitus n. 22. Unde dicantur. n. 23. Cur Univerſitates. n. 24.

Academici.
Non ligantur ſtatutis localibus. 2. 34. 58.

Accidentalia Miniſtorum Eccleſiæ. vid. Eccleſiæ Miniſtrorum ſalarium.

Acciſia.
Unde dicatur. 3. 19. n. 1. & 2. Ziſe / Aezije / Ungeld / 5. Univerſalis competens Domino territorii. 6. Particularis quæ 7. Jus hoc habent Municipia. 9. Cum coercitione, 10. Quo jure competat. 11. Quomodo acquiratur. 12. Hoc jure non abutendum. 16. Jus hoc tutum eſt. 17. An Municipia de iis Principi rationes reddere cogantur. 19. Quibus onus hoc imponi poteſt. n. 20. In iis æqualitas ſervanda. 32. Impoſitio neſcit exceſſiva. 33. De auctione acciſiarum. 35. & ſeqq. Acciſe-Meiſter / Zieſe-Herren 38. Acciſe Zetteln / Acciſe-Zeichen 39. De ſchedulis his amiſſis 41. Eas debens an poſſit compenſare 42. Quibus rebus imponendæ 43. Korn- Brandteweins- Acciſe 44. Quæ frumenta ab hoc onere exempta 48. Immunitas ab acciſia probanda. 49.

Accisiæ defraudatio.

Quî fiat. 3. 18. 50. Pœna defraudationls hujus 52. & 55. Si defraudatio hæc fiat á socio. 53. Si à mandatario vel famulo 54. Defraudatio hæc non fit sine dolo. 57. Quando ei præscribatur. 58.

Accismus.

Quid sit 2. 3. 1. Accismus erumpens ridiculam generat simulationem. n. 5.

Actorum transmissio. vid. T.

Actuarii.

An horum officium expediri possit per Consulem vel assessorem. 2. 19. 9. Acten - weise schreiben. n. 18. & 19.

Administratores civitatis.

Temporarii qui sunt, non possunt in perpetuum obligare 2. 58. 24. Si iis facta numeratio pecuniæ creditæ 15. Quando de mandato civitatis agere dicantur, 17. Interpellari possunt ad assistendum à creditore civitatis, 35. Ostendere debent, quo mutuum pervenerit, 36. Titulus administratoris est penes proceres civitatis, 2. 59. 38. Horum negligentia universitati non præjudicat, 2. 60. 26. An administratoribus civitatis relictum censeatur relictum ipsi civitati, 2. 61. 9.

Administratores pecuniæ publicæ, vid. Quæstores.

Advenæ, alienigenæ, vid. & forenses.

Qui, 3. 10. 11. Accolæ qui, 12. Quomodo & quando ad civitatem admittantur, 3. 1. 61. Alicubi post annum & diem habentur pro libere natis, n. 72. Quamdiu in civitatibus absque civitate ferantur, n. 91. Quid de his jure Lubec. 93. Quatenus coercendi ad jus civicum petendum, 97. Civem non alienigenam occisum quando præsumatur, n. 106. Advena quis, 3. 2. 2. Per alienigenas tollitur æmulatio inter originarios, n. 7. Peregrinos mores in civitatem ducunt, n. 22. Ad quæ officia vocandi, 33. Alienigena naturali status, 62. Semel admissus ad majora promovendus, n. 63. Non contristandi, 3. 2. 20. Exempla bene administratæ reipublicæ ab iis, 19. Exempla infausti horum regiminis, n. 31. Quid de iis in Gallia & Hispania, n. 39. & 40. Quid apud alias gentes. n. 41. & 42. Hos ad regimen quærere contemptui est, n. 52.

Adversitas.

In ea ferendum, quod mutari nequit, 2. 70. 25. Non resistendum emendationi, n. 128. Consilia in ea submittenda supremo Numini, 129. Tempus re-

rerum adversarum optimus medicus, 131. Sperandum in adversis, n. 132.

Advocati, vid. & Doctores juris.

Contra patriam non præstabunt patrocinium, 2. 9. 57. & 2. 16. 62. Concitantes subditos contra Magistratum severe puniendi, 2. 22. 33. Nisi causa sit justa, n. 34 Pauperibus gratis inservient, 2. 32. 9. Excusandi, qui contra iniquum Magistratum præbent præsidium, 3. 39. 69.

Ædes, ædificia, vid. & domus.

Cura ædificiorum non negligenda, 3. 3. 7. Ædiles apud Romanos, n. 8. Non rescindenda ædificia, n. 9. Ob crimen secus, 10. Ædificandi prodigalitas coercenda, n. Ædificationis materia in civitatibus paranda, n. 14. Ædificatio cuilibet permissa ratione arearum desertarum, n. 29. Bau-Recht/ Bau-Herren / n. 33. In ædificiorum controversia recurrendum ad consuetudines, n. 40. Ædificatio non obstabit locis publicis, 41. Quatenus ædificandum in Municipiis prope domum vicini, n. 43. In dubio ex æmulatione nemo censetur ædificare, 46. Ubi ædificandum non sit, n. 67. & seqq. Temere ædificata quatenus prosternenda, 72.

Aemter / *vid. opificum collegia.*

Ærarium arca communis.

Cur in civitate instituendum, 2. 43. 1. Privilegium ærarii Principis, 15. Ærariæ rei Præfecti ad quid teneantur, 33. & 34. Eorum officia ne sint diuturna, 55. Arca communis est communionis argumentum, 2. 58. 45.

Æruscatores.

Kipper / Wipper / 2. 47. 42. Horum crimen, 43. Pœna, 44.

Ætas.

Certa Magistratibus apud Romanos definita, 2. 6. 2. Quænam requisita Consulum, Quæstorum, &c. n. 3. Ad præturam & ædilitatem apta, n. 4. Minorennis non convenit Senatoribus, n. 5. Legitima efficitur virtute, n. 6. Quæ competat Senatoribus, 8. Sine prudentia non æstimatur, n. 26. Annorum numerus non exigitur ab optima indole, n. 29. Nulla ætas improbanda, n. 30. & seq.

Agentes.

Item Residentes & sollicitatores, 2. 26. 2. Qui proprie sint, n. 8. etiam dicuntur Consules, 1. 9.

Ager.

Ex multis vicis constans, 1. 1. 26. Quatenus liceat illum sepimento claudere, 2. 16. 13. Privatorum quatenus præbeat

jus compaſcui, 3. 28. 55. Novellandus quando ſeminari debeat, 55. Si frugifer eſt quando in eo paſculatio competat, 58. In illo quatenus ariſtæ colligendæ, 61. In illo gramen ſemine vacante eſt commune, 62. De licita agricultura poſt fruges, 66. Damna in agris ab animalibus illata vide *damna*.

Agrariæ controverſiæ.

Spectant ad Magiſtratum Municipalem, 2. 16. 9. Pro iis terminandis conſtituendi ſunt finitores vel finium rectores, 10. Fluhr-Recht/ n. 11. Pro derimendis iis adhibendi periti agri menſores, n. 12.

Aggratiandi jus.

Non competit Municipiis, 2. 12. 127. Nec Comitibus & Baronibus de mero Imp. inveſtitis, 128. Eo caute utendum, 131. Gratia aggravat reiterati delicti pœnam, n. 132. Quandoque delinquentibus perniciosa, 133. Gratia quatenus fieri debeat, 134. Cur non facile aggratiandum, 135. Magiſtratus non debent eſſe legibus mitiores, 136. Crimen nunquam à Magiſtratu Municipali remittendum, 2. 13. 56.

Albinagii jus.

Gallorum quod, 2. 65. 34. Contra Gallos uſurpari poteſt, 36. Bohemi eodem jure utuntur contra Saxones, 37. Quid ſit, 3. 12. 60. A Gallis originem traxit droit d' Aubaine, 62. An jure talionis Germani adverſus Gallos eodem uti poſſint 63. Quomodo differat à jure detractionis, 65.

Alea, aleatores.

Alea unde dicatur, ejus inventum, 3. 34. 91. Ejus ludus nobis eſt incognitus, 92. Alea pro ludo illicito, 94. Aleæ ludi hodierni, 95. A Romanis damnata, 123. Aleatorum receptatores puniendi, 126. Qui tales dicendi, 127. Inventor aleæ, 139. An aleæ luſu victus ad ſolvendum conveniri poſſit, 143.

Alienatio bonorum Municipalium.

In ea ſolennia obſervanda, 2. 59. 1. & n. 5. Quænam bona diſtrahi poſſint, n. 4. Quænam plane non, 6. Quænam ſolennitates obſervandæ, 9. Etiam in ſtatu civitatis Ariſtocratico, 10. In univerſitatibus civitate inferioribus, 11. Convocatio & conventio neceſſaria, 12. & 13. Vota conſentientium, 14. Forma uſitata in ea obſervanda, 18. Conſenſus Superioris requiritur, 19. Quænam res non alienandæ, 20. Juſtæ alienationis cauſæ, n. 22. 23. 24. 26. 27. & 30. Dura neceſſitas omnes aliena-

na-

nationis causas includit, 32. Imputent sibi acquirentes bona civitatis quod cautiores non fuerint, 37. Si emptor in mala fide sit, n. 46. Bona Munic. alienanda commode inter cives dividuntur & venduntur, 50. Extensio alienationis hujus ad collegia & communitates, 51. Bona civica ad exteros alienata iterum ad eos reversa eandem qualitatem recipiunt, 2. 62. 8.

Alienatio Municipiorum à Domino territorii.

Quatenus illa fieri possit, 1. 10. 1. Cur fieri non possit, n. 11. 12. seqq. Inviti subditi alienari nequeunt n. 15. Quæ alienatio licita, n. 18. Res ad coronam spectantes non alienandæ, 1. 10. 80. Domaniorum alienatio restricta, n. 82. Alienatio Municipio jus regendi transfertur, n. 24. Rex Rom. in Capitulatione jurat, se nihil Imperio alienaturum, n. 37. Alienatio impeditur per promissionem à Principe, n. 52. An Principi licita sit in casu necessitatis. n. 61. Argumentum ab oppignoratione principatus ad Municipia, n. 67. Separatio difficilior est, quam alienatio, n. 79. Municipio alienato onera reliquis provinciæ Municipiis accrescunt, n. 81. Prohibitio hæc alienationis jure gentium nititur, n. 83.

Ambassiadores.

Ambassadeurs qui proprie sint, 2. 26. 6.

Ambitus, ambitio, ambitiosi.

Sine continentia quæ, 2. 3. 9. Morum prudentiam simulant, n. 14. Superba præsumtio in talibus, n. 17. Quid cogitare debeant, n. 24. 25. Turpissimus est ambitus, ubi honor emitur 47. Ab ambitione immunis sit Magistratus, n. 48. Leges variæ ad cohibendam ambitionem latæ apud Romanos, 55. In Municipiis magis de ambitu quam de vacatione Magistratus quæstio est, 2. 9. 1.

Amts-Meistere.

Licet habeant certam cognitionem respectu artificii, tamen in eo nec existimantur à Magistratu oppidano, 2. 56. 24. Ex præventione etiam in illis caussis Magistratus judicat, n. 30. Semel rite electi non removendi, n. 25. Eorum cognitio & ætas, n. 26. Quando Magistratus in ipsorum litibus sit judex, n. 31. & 32. Consentire debent in obligationem bonorum civitatis, 5. 58. 55. De eorum administratione, 3. 48. rationibus administrationis, 49.

Amicitia. Casus pro amico.

An Magistrat. in casu hoc civi pro extraneo favere possit, 2. 16. 38. Sunt casus pro Diabolo n. 39. Bacchovii de his opinio n. 40. Cur iis non indulgendum, n. 41. & 42. Amici causa peccatum esse nulla est excusatio n. 56. Leges amicitiæ legibus justitiæ cedere debent n. 57. Amicitia pervertitur judicium n. 58. Amici gratia jus non violandum, n. 59. Exempla casuum pro amico, n. 60.

Androlepsia.

Apud Græcos quæ? 2. 65. 4.

Annona.

Unde dicatur 3. 36. 11. Ejus vox generalis 12. Necessitas 9. Ea deficiente cætera inutilia sunt, 10. Ejus cura apud Roman. 13. Annonæ flagellatores quatenus puniendi, 41. Eorum mores 40. Est species tyrannidis, 42. Annonæ præfecti 45. Ejus cura tempore pestis 49. Si Municipii facultates ad annonam sublevandam non suppeditent 52. Ejus tempore compellendi, ut vendant qui provisionem fecerunt 71. In rebus ad annonam spectantibus unus alii in pretio non præjudicabit, 77.

Apparitores.

Cognoscibili habitu distinguendi 2. 33. 63. Eorum discolores vestes n. 65. Cur. n. 68. Varia nomina n. 66. Cur Sbirri in Italia dicti n. 67. citanti apparitori fides habetur, n. 70. Pœna eos lædentis p. 72. Exceptio, n. 74. An credi debeat ei dicenti se percussum, n. 75. Pœna apparitorum alios lædentium, n. 77.

Appellatio detrectantium honores & munera.

Intra decendium ab electione appellatio interponenda 2. 1. 117. & 2. 9. 59. Cum per officialem injuncta citatio ad suscipiendum munus, n. 60. Secus in materia tutelari, n. 61. *In causis* contributionum an locus sit appellationi, 3. 16. 49. Nisi à Principe confirmatio sit facta, 2. 1. 118. Modo confirmatio facta sine appellatione interposita, 119. A nominatione permittitur appellatio, 120. Cessat post susceptum Magistratum, n. 121. Tum demum obtinet, si omnia facta sunt solenniter, 2. 9. 62.

Apprehensio, Angriff.

Jus illud habent Municipia vel absolute vel concurrenter, 2. 15. 9. Ad eam aliquando Magistratus extradere debent lictores, n. 10 Caute decernenda, n. 11. Officiales, qui extra mœnia criminosos captant, non nisi

nisi cum consensu Magistratus carceribus utuntur, 2. 15. 13.

Aquila

Civitatum Imperialium insigne, 1. 2. 47. Ejus origo, ibid. Cur duæ aquilæ, n. 48. Signum immediatæ subjectionis, n. 49.

Aratrum.

Ejus usus in condenda urbe, 1. 2. 24. & 27. Cur suspensum in aditu urbis condendæ, n. 28. Ejus ritus in deducendis coloniis, 1. 4. 15. De eo testimonium Ciceronis, n. 15. Illud ambigere vicino licitum erit, 2. 16. 14. Ejus sulcus primogenius 1. 2. 24. Aratro urbes capiebant initium & finem, 2. 68. 28. Ratio ejus, n. 29.

Arbitrium.

In potentiorum controversiis nihil potest subditorum arbitrium, 1. 15. 12.

Archivum.

Unde dictum, 2. 44. 1. Est de regalibus, 4. Quatenus competat Municipiis, n. 5. & seqq. Dat robur scripturæ non authenticæ, 10. Quid de concepto in hoc reperto, 11. Requisita ut scriptura privata ex archivo fidem faciat, 13. 14. Scripturæ antiquæ prærogativa, 15. Quando non probet in præjudicium alterius, 18 Ejus contenta Municipium præsumitur scire, 43.

Arestum.

Jus ejus quod habent Municipia, 2. 40. 1. Est mixti imperii, n. 2. Cur Municipia hoc jure gaudeant, 3. & 4. Quibus imponantur, 5. Arestatio quid, 6. Kummer inde 7. Arrèt gallicum, 9. Quid præcedere debeat, 11. Est odiosum, 14. Pro quo debito decernendum. 16. Non privatim, 17. An absente judice possit indici ab apparitore, 20. An obtineat contra concivem, 21. Pœna Magistratus inique arestantis, 22. Tenetur injuriarum, 24. 27. Quando non, 26. Quando appellationi sit locus, 25. Decernitur periculo impetrantis, 28. Si denegetur arestum, 30. An imponendum, si ipsa civitas debeat, 31. Quatenus solvatur cautione, 33. 34. Saxonicum, 36. An apud nos obtineat, 38. Violatio aresti, n. 39. 40. Violantis pœna, 41. Formula citandi discedentem ex aresto, 43. Arestatorum custodia, 3. 22. 41 An ad eam compelli possint cives, 42.

Arma.

An horum usus prohibendus subditis, 3. 24. 1. Quo jure, 2. Qua ratione, 3. Armata defensio militaris, 4. Ne consuetudine horum usus subditis non in-

interdictus est, 7. Injunguntur subditis à Principibus, 11. Aliena facile decidunt, 12. Armorum exercitio cessante cives à paganis non differunt, 43. Bombardæ intra mœnia non explodendæ, 44.

Assessores.

Assessores veteris Germaniæ, 1. 1. 33. Unde ita dicti, 2. 19. 1. Quid sint, n. 2. & 3. Eorum officium in judiciis, n. 4. Cur adhibiti, n. 5. Eorum salarium n. 6. Differentia inter assessores Magistratus Romani & nostrates, n. 7. Quando eorum consilio non opus, n. 8. Municipia quare suos constituant, n. 12. & 13. Assessoratus juris veteris Susatensis, n. 16. Assessorum munus antiquissimum, n. 17. An iis peritia juris, n. 20. Imprudentia non officit Magistratui, n. 21. Quando à judicibus assumendi, n. 22. Duobus Magistratibus simul non assidendum, n. 23. Assessoratus & advocatura sese non compatiuntur, n. 24. Assessores ne sint peregrini, 3. 1. 18.

Asyli jus.

Municipia illud constituendi potestatem non habent, 2. 12. 139.

Avarus, avaritia.

Avaritiæ vituperium, 2. 2. 82. Filiæ, 83. Avarus similis est asino balneatorum, 84. Avaro nihil committendum, n. 85. Avaritia noverca justitiæ, n. 86.

Aucupium.

Varia ejus genera, 3. 25. 51. Liberius exercetur prohibita venatione, 52. Aucupii genus in Municipiis licitum, 53. Vogel-Herd / Endten-Fang. 54.

Augustus Cæsar.

Descriptio in Judæa ab eo tempore natalis Christi instituta, 1. 1. 22.

Aula aulici Principis.

Aula Principis cujus jurisdictioni sit subjecta, 1. 16. 4. Quæ Principi competunt ad ejus familiam quoque extendenda, n. 5. Aulici extra aulam degentes, n. 7. Ad aulica officia promotus civis, jura civitatis non renuncians, n. 8. Aulicus in Municipio mercaturam exercens, 1. 16. 10. Alterius Principis si in Municipio degat, n. 11. Ad aulicorum exemptionem quæ concurrere debeant, n. 12. Aulicus domum in Municipio comparans non fit civis, 14. Si ex mandato Principis ibi commoretur, n. 16. Aulici & Consiliarii Principis solent invidere privilegiis Municipiorum, 2. 40. 10.

Aulicus in Municipio contrahens.

Quatenus ibi forum sortiatur,

1.

1. 16. 17. Si locum solutioni destinet, n. 19. Quatenus ob rem immobilem in Municipio destructo sitam conveniendus, 20. Quid in puncto retractus, 21. Si immobilia comparet, 22. Quid in persecutione rerum mobilium, n. 23. Si contrahens juri suo renunciet, n. 25. Si ei à Municipali cessa est actio n. 26. Si facta mala fide, n. 27. Vel rei immobilis, n. 28.

Aulicus in Municipio delinquens.

Ubi puniendus, 1. 16. 29. & 30. Delinquens in Municipio quod non est sui Principis, 32. Reatus excludit privilegium, 33. Exanctoratus ob delictum aulicus vel ministeriis talis amplius non est, n. 34.

Avocatio causarum.

Cur regulariter ab inferiori Magistratu ad superiorem non facienda, 2. 14. 38. & 39. Quatenus fieri possit, n. 40. Statutum Civitatis Lüneburgensis, n. 41. Justæ causæ pro ea, n. 42. ad 47. Causæ pecuniosæ plerumque avocantur, n. 48.

Auriculæ abscissio.

An pœnæ hujus dictatio minoribus Magistratibus competat, 2. 15. 63. Quid in dictanda hac pœna Magistratui cavendum, n. 64. Profunda nimis abscissio hæc mortem conciliare potest, n. 65. Ratio medica acceleratæ mortis, n. 66. & 68. Ratio juridica, n. 69. Exemplum ubi abscissio brachii fuit lethalis, n. 67. An per minas militum coactus ut aurem cuidam abscindat, fit infamis, 2. 33. 56.

Auriga.

Non sequens viam publicam incurrit suspicionem violatæ gabellæ, 2. 63. 41. In via angusta alii aurigæ obvius quis cedere cogatur, n. 54. & seqq. Quis orbitam deserere cogatur, n. 59. & seqq.

Ausrüstung / Aussteur.

Quid in eo Magistratui curandum, 3. 6. 53. Impendia nuptiarum, Braut-Wage / 55. Jocalia, Aussteur 56. Quid in his Magistratus officium, 57. De vestibus nuptialibus conferendis, 58.

B.

Baillage, Ballivia.

Unde dicta, 1. 1. 66.

Bannitus.

Ex una civitate non censetur ab aliis illi feuderatis, 1. 2. 62.

Bastardus, Bastard.

Unde dicatur, 2. 10. 2. vid. Spurius.

Begnadigung / *vid. aggratiandi jus.*

Bellum.

Ad illud suscipiendum requiritur Statuum Provincialium consensus, 1. 1. 101. In illo non videtur quid factum, sed quid fieri debeat, 19. 29. Illicite sibi ejus jura arrogarunt Bremenses, 1. 18. 24. Bellicosorum fata, 2. 69 5. Bellica exercitia in pace tractanda, 9. Provisio non Magistratus Municipalis in metu belli, 10. seqq. Imminens belli periculum qui avertunt, à reliquis subveniendi, 2. 69. 70. Rationes, 71. seqq Adnumeratur casibus fortuitis, 74. Cives tempore belli aufugientes reversi cæteris damna refundere pro rata debent, 76.

Bellum justum, bellum injustum.

Justo bello parta nobis acquiruntur, 1. 9. 30. Bello acquisita justa est possessio, 1. 11. 29. Quia litium debet esse finis, n. 30. Bello victus iniquo libertatem repetit, n. 37. Municipales an à Principe cogi possint, ut contra suæ religionis addictos arma capiant, 1. 12. 62. Quatenus subditi teneantur opitulari suo Principi heterodoxo contra hostem orthodoxum, n. 67. An justa sit belli causa pro subditis alienis, ut ab eis arceatur imperantis injuria, n. 68. An Municipales cogi possint opem ferre Principi injuste bellum gerenti, 1. 13. 73. Si causa belli est injusta & finis illegitimus, 74. Quid in causa belli justa & sine dubio, 75. Quid in bello defensivo, de cujus justitia dubitatur, n. 77.

Beneficia.

Florum instar sunt facile exarescunt, 2. 1. 33. Præcipue quæ civitati conferuntur, n. 34. Vitii hujus remedium, n. 35. In illis conferendis servandi sunt gradus societatis hominum, 2. 1. 153.

Billette / Billettirer.

Horum officium, 3. 20. 21. Billet unde dicta, 22. Effectus schedularum harum, 25.

Blasphemia.

Jure divino est capitalis, 3. 34. 3. Familiare hoc crimen, n. 10. Dei indignatio ob crimen hoc, 14. Turcæ non habent blasphemiæ formulas, 15. Est publica injuria, 30. Si ex assuetudine committatur, 37. Ex usu loquendi, 39. Ex justo dolore, 42. Ex iracundia, 43. Ex ebrietate, 45.

Blasphemantes.

Decretum Imperii in eos, 3. 34. 16. An crimen des Fluchens und Schwerens incurrant, 18. Eos recte coercet Magistratus Municipalis, n. 21. & seqq.

Sunt pejores Judæis crucifigentes Christum 27. Ejus os percutiendum 29. Eorum pœna ex Constitut. Regni Gall. 32. Si in continenti ex pœnitentia revocent 51,

Böhnhasen.

Clancularii opifices cur ita dicti, 3. 8. 63. Quinam hoc nomine audiant 64. Qua ratione tales defendendi, 65. Opifices ne in hos sint nimis duri. 66. Qua ratione conciliandi, 68. Executio in illos quæ ferenda 69. Quæ in illos competat collegiis opificum 70. In quibusnam ædibus sint tuti 71. Hoc nomine non veniunt propriis usibus laborantes 72.

Bona.

Eorum æstimatio Anschlag der Güter pro tributis 2. 45. 16. Justus valor ex fructibus 176. Appellatio est lata in materia collectarum, 21. Si dominus ex bonis nihil percipit. Quid de collectis, 23. Extra territorium sita non comprehenduntur sub juribus Municipalibus, 3. 12. 47.

Bona immobilia vid. J.

Bona Municipalia vid. Municipalia.

Bonum publicum vid. publicum commodum.

Bona vacantia.

Eorum occupatio, 2. 42. 11. An sit de regalibus, 12. Quatenus, 13. Jus gentium & civile circa ea, n. 14. Æquitas Fisci circa ea, 15. Usus fori Germanici, 16. & 23. Cur tribuatur hoc jus Municipiis, n. 17. & seq. Praxis Regni Galliæ circa ea, 25. Intentio Principis quoad hæc, 26. Quæ sint, 33. Municipium in ea succedens an teneatur solvere legata, 43. & seq.

Braut-Wagen.

Refertur ad impendia nuptiarum, 3. 6. 55. Quodnam in eo Magistrat. officium, 57. Cum dote in collationem venit, 58. An ratione ejus detractatio des Abzuges fieri possit, 3. 12. 37.

Braxatio braxandi jus.

Braxo quæ vox, 3. 27. 1. Cur datum Municipiis, 11. Quatenus, 12. & 30. Jus hoc quale, 15. Annexum ædibus, 17. De collegio braxatorum, 18. Non extenditur ad necessitatem domesticam, 21. & 27. Zur Hauses Nohtdurfft / 22. De vasis publicis, 23. Est instar privilegii, 28. Zwang-Schencken / 37. Pro regali habetur, 40. Diligenter à Magistratu curandum, 76.

Bürger-Eyd. *vid. juramentum.*

Bürger-Geld.

Quale sit, 3. 1. 55. Quinam id luant & quare, 56. An cives ori-

originarii, 58. Pretium illud ne sit nimium, n. 117. An reddenda civi ad malitiam à Magistratu extradito 3. 24. 93.

Bürger-Leistung / *vid. arestum civicum.*

Bürger-Recht / *jus civicum.*

Modus id jus acquirendi, 3. 1. 2. Quid sit, n. 15. Quomodo differat á Stadt-Recht / 16. Jus civicum universale, 17. Majus & minus, 18. Mit-Bürger qui, 19. Eo & Principes donati, 21. Quomodo olim collatum & hodie, 22. Acceptans ad quid teneatur, 24. Ejus collatio cujus juris, n. 31. & 32. Quibusdam civitatibus Imperialibus hoc jus in vim privilegii datum, 35. Ei præmittenda inquisitio, 34. Quatenus ad illud concurrat Princeps, n. 36. & seqq. Filius ex cive natus id acquirit, n. 60. Quid de advenis, 61. Ad id consequendum proferendæ literæ testimoniales, 62. An triginta annorum statio acquiratur, n. 103. Quid de conjecturis hoc casu, 105. Receptio in hoc jus qualis sit, 107. & seqq. Non facile denegandum, n. 111. & 114. Ratio, n. 115. & 123. Transit in descendentes, 128. An transeat in filium editum, antequam pater esset civis, 131. An id acquirant legitimati per subsequens matrimonium, n. 134. An amittatur hoc jus per incolatum in rure, n. 141.

Burgum, burgus.

Unde dicatur, 1. 5. 12. *Inde* Bürger & Burgundi, n. 13. Burgi vocata sunt oppida à Francis, n. 14. Burg-Wallen in civitatibus Hollandiæ, n. 15.

Bursa civitatis.

Competit Municipiis, 2. 42. 7. Quid denotet, 8. Imbursatio quid, 10.

C.

Cadavera hominum.

In aquis reperta sine inspectione non sepelienda, 2. 12. 154. Cur horum calcanei in aquis linquantur, 155. Privatis non licet illa reperta tollere & sepelire, n 156. Cadaver agnitum propinquis tradendum sepulturæ causa, n. 158. Quid si corpus sit ignotum, n. 159. An punitorum ad dissectionem anatomicam Magistratui Municipali concedere possit, n. 160.

Cærites.

Municipes sine suffragio, 1. 3. 13. Cærites tabulæ, 1. 3. 14.

Caffe-Häuser.

Publici juris reddi possunt, 2. 67.

67. 59. & seqq. Egeni æmulantes potentiorum insaniam, 61. Nequosæ compotationes, 63.

Calculi.

Horum usus in rationibus apud veteres, 2. 46. 1. Calculum addere, 2. Unde dicti, 3.

Camini.

Sedulo expurgandi, 3. 4. 10. Producendi ultra secta, 11. De super statutum, 12. Veterum, 13. Differentia inter istos & nostros, ibid. Isti fumum reddebant, n. 14.

Candidati.

Quo ambitu apud Romanos usi, 2. 3. 56. Erant absque toga, n. 57. Sæpe erant ridiculi, Exemplum L. Crassi, n. 58.

Captura, custodia, vid. apprehensio.

Carcer, carceratio.

Carcer unde dictus, 2. 15. 8. Quinam criminosi facile carceri mancipentur, n. 14. Ad illum adesse debent prægnantia indicia, n. 15. Carceris inspectione nimis sit squalidus, n. 16. & 2. 18. 41. Carceri squalido non includendæ personæ honestæ, n. 17. Nec nondum convicti, n. 18. Licet jus hoc Municipium non habeat, tamen delinquentem detinere potest ad extradendum superiori, n. 55. Licet carceris jure careat Municipium, tamen ad certas horas incarcerare potest, n. 90. Ejus inspectio, n. 41.

Carceratus.

Si è manibus apparitorum elabatur, 2. 15. 19. Si incuria apparitorum, n. 20. De quo jus div. n. 21. Quatenus id Magistratui imputandum, n. 22. Quis carcerato alimenta præstet, n. 23. Schlipp-Geld / n. 24.

Carcer debitorum.

Schuld - Thörne / ejus usus, 2. 25. 33. Quando huic sit locus, n. 34. & 37. Quinam debitores ab illo immunes, n. 35. Quid de tali jus Saxonicum dictet, n. 36.

Carcer obedientiæ, vid. Leistung.

Carcer privatus,

Cur exosus, 2. 15. 77. Nemo à privato compedibus coercendus, 78. Pœna ejus quando cesset, n. 79. Ejus rigorosa pœna hodie cessat, n. 80. Pater captivare potest filium privatim, n. 81. Maritus uxorem, n. 84. Qualiter, n. 85. Dominus servum, n. 86. Abbas monachum, 88. Carceres monastici & scholastici sunt privati, n. 89. Casus in quibus licitum privato incarcerare delinquentem, n. 91. Exemplum mariti uxorem in adulterio deprehensam domi includentis, n. 92.

Carnifex.

Unde dicatur, 2. 32. 33. Ejus munus non semper fuit vile, n. 35. Qui olim officium hoc exercuerint in Francia orientali, n. 36. Quid in Anglia & Moscovia, n. 38. Romæ extra urbem habitabat, n. 42. Ad officium illud sumebantur vilissimi, 43. Cur labes adhæreat carnifici, 45. In primitiva Ecclesia ad Christianismum conversi abstinebant ab hoc officio, n. 46. Si carnifex in Municipio non reperiatur, n. 47. An cum eo liceat edere & bibere, n. 40. An malefico remitti possit pœna, ut carnificis officio fungatur, n. 59.

Carolus Magnus.

Ab eo constituti proceres provinciarum, 1. 1. 52. Ejus capitulare pro suffragiis populi, n. 53. Sub eo civitatibus concessa jurisdictio cum potestate statuendi, 2. 34. 11. Capulo gladii sui sigillum regium inclusit, 2. 21. 50.

Castellum.

Quid sit, 1. 5. 11. Chataux en Espagne, prov. Gall. 2. 55. 7. Rudera veterum castellorum in Germania, n. 11.

Castrum.

Cujus sit juris inter medium duarum civitatum, 2. 62. 33.

Catastrum, æstimum.

Ejus usus & necessitas, 2. 45. 1. & 3. Unde dicatur, 2. Descriptio, 6. Ejus jus & Magistratus Munic 8. Qui præficiendi è Senatu, 10. Quinam iis adhibendi, 11 & 12. Ejus objectum, 13. Onerum ratio, 19. In eo maneant bona non deducto ære alieno, 20. Ejus fides & præsumtio, 24. Præsumtio pro bonis, 25. Ibi descriptus habetur pro debitore, 27. Argumentum è catastro negativum, 29. Catastri inspectio, 33. Juxta illud executio, 36. Habens vitium visibile, 40. Catastrorum revisio, 48.

Cautelæ pro Municipiis eorumq; Magistratu.

Ut dignos deputent ad conventus provinciales, 1. 1. 96. Ne in conventibus iis Principi contradicant, n. 104. Ratione damni sub urbis ab hoste dati, 1. 7. 39. Ad recuperandam pristinam libertatem post arma victricia, 1. 11. 48. Ne contra Principem suum ad Superiorem properent, 113. 35. & 36. In casu delicti universitati, 1. 14. 47. Statim venia suppliciter petatur, 61. De eo exempla n. 62. 63. & 64. In casu subeundæ clientelæ, 1. 17. 29. Exemplum, 30. Si Princeps Ma-

Magiſtratum confirmare nolit, 2. 1. 63. Ut revocatio privilegiorum evitetur, 2. 12. 90. In erigendis furcis, n. 118. Ratione cadaveris inſpiciendi, n. 153. In conſtituendis & adimendis officiis publicis, 2. 33. 26. & 27. In rationibus reddendis à tutoribus, 2. 36. 48. In conſtituendis tutoribus, 2. 37. 2. Ne modum in mulcta indicenda excedat, 2. 38. 32. In imponendo arreſto, 2. 40. 9. In eo relaxando, 35. Si Princeps absque ſuſpicione rationes civitatis edi petat, 2. 46. 54. & 67. Si Municip. plura recognoſcat feuda, 2. 54. 17. Ne augeant onera tempore nundinali, 2. 56. 64. Ne convertent exactionem pro viis, Weg-Geld, in vectigal, 2. 63. 33. In caſu mutandarum ordinationum, 2. 70. 44. & ſeq. In operis publicis exigendis, 3. 23. 36. Ne tempore annonæ in ſuſpicionem flagellationis indicat, 3. 36. 50. Ne tota civitas rebellionis notam incurrat, 3. 40. 47.

Cenſus.

Cenſualis lex apud Romanos, 1. 1. 16. Romanorum ſub natali Chriſti, 1. 1. 18. Cur Herodi non adſcribendus, n. 19.

Cera Sigillatitia.

Qui colores ceræ in ſigillando Municipiis conceſſi, 2. 21. 52. Colores ejus bene obſervandi, n. 53.

Cera candida.

Inter omnes excellit, 2. 21. 56. Color hic in Pompeio ſignum affectati imperii fuit, n. 57. Angliæ Regibus candidi baculi præferuntur, n. 58. In Gallia præter Regem ejus uſum nemo affectare audet, n. 59. Cur color hic ſit excellentiſſimus, n. 60. Wenceslaus Imperator ejus uſum conceſſit tonſoribus, ſed à ſucceſſore ademptus, n. 61.

Cera flava.

Hujus uſus, 2. 21. 69. Ea ſi utantur Municipia, prærogativam indigitat, n. 70 Exempla Municipiorum ea utentium, ibid.

Cera nigra.

Uſus ejus, 2. 21. 74. Color is habetur pro inauſpicato, n. 75. In Hiſpania ad regiam audientiam admittendus veſte nigra indutus eſſe debet, n. 76. Municipia in luctu publico ceram hanc adhibent, n. 77.

Cera rubra.

Ejus uſus, 2. 21. 62. Ejus coloris hieroglyphicum, n. 63. Cur is Principibus familiaris, n. 64. De conſuetudine illa eſt de regalibus, n. 65. Conceſſus Comiti-

tibus de Mansfeld, n. 66. Exempla civitatis Imp. qui illa utuntur, n. 67. Quædam Municipia illa utuntur, n. 68.

Cera viridis.

Est communior, 2. 21. 72. Cur hujus usus Municipiis sit familiaris, n. 73. Coloris hujus significatio, ibid.

Cerevisia.

Ubi inventa, 3. 27. 2. & 4. Quis ejus inventor, 5. Unde dicta, 7. Inventio ejus non est nova, 9. Eam in pagis an liceat coquere, 44. An quilibet coquere eam pro usu proprio possit, 47. An ejus usus venalis interdictus Nobilibus, 52. Non est fructus prædii ut frumentum, 58. Ejus coctio an sit opificium, 67. Clancularii cerevisiæ coctores, 68. Exotici & incogniti nominis, 78. Cerevisiæ inspectores, Bier-Herren/ 79. De pretio cerevisiæ, 80. & seqq.

Chirotheca.

Signum Imperatoris, Hand-Zeichen/ 1. 5. 54. Qua confirmabantur jura Municipalia, n. 55. Chirothecæ imponuntur in Senatu Francofurtensi pro nundinis autumnalibus, n. 56. & 2. 56. 9. Indigitant sessionem apud Saxones sicut calæc apud Hebræos, n. 10.

Chirurgus.

Unde dicatur, 2. 32. 21. Stadt-Chirurgus, n. 19. An hujus nomine & veniat Medicus, n. 20. Ejus qualitas, n. 22. Pseudo-Chirurgi, n. 23. Neo-Chirurgus examinandus, 11. 24. Nonnulli exercent artem medicam, n. 25. Horum imperitia in scribendis receptis, n. 26. Chyrurgi raro collegium ineunt, 27.

Cingari.

Ziegeuner unde dicti, 3. 32. 127. Cingali unde, 128. Heyden Ægyptii, 129. Eorum pœna, 130. Eorum vindicta, 131. Versutia in vestitu, 132. Eorum primus accessus in Germaniam, 134. & 135.

Pro cive præsumptio.

Repertus inter cives eo ipso præsumitur talis, 3. 1. 81. Et esse illius loci ubi quis educatus est, 82. Item civis diu nominatus, 83. Civis præsumitur scire facta in civitate, 84.

Cives Romani.

Victi populi in civitatem recipiebantur, 1, 3. 5. Cives optimo jure tales, n. 7. Cives Romani facti in orbe Rom. degentes, n. 8. Victi non erant cives perfecti, n. 9. Gradus civitatis Romanæ, n. 10. Cives Romani in genere tales eorumque conditio, n. 11. Quædam non erant

ho-

honorificæ, n. 12. Erant cives non cives, 15. Cives optima lege creati, n. 19. Proficiſcentes in colonias civitatem amittebant, 1. 4. 23. Nec erant perfecti cives, n. 25.

Civium jus, vid. Bürger-Recht.

Civis ejectio.

Sine delicto fieri nequit, 2. 9. 27. Facilior eſt non admiſſio quam ejectio, n. 28.

Civis emigratio.

Emigratio pro lubitu fit, civitas vero invitum expellere nequit, ratio ejus, 2. 9. 29. Quid in emigratione efficiat penſio, der Graben-Gülden/ 3. 1. 143. Emigrans tempore periculi is redux tenetur ad onera reſidua, 202. Facta ob delictum, 194. & ſeqq.

Civis inobediens.

Ex Municipio depelli poteſt, 2. 9. 22. De quo Jus Lubec. n. 23. Talis refractarius pro relegato non habendus, n. 25. Alia pœna injungi adhuc poteſt, 26.

Civitas, vid. urbs.

Civitas gauerbica.

Exemplum talis, 1. 2. 71.

Civitas Hanſeatica.

Unde dicta, 1. 2. 59. & 60. 61. Hanſeatici fœderis ratio, n. 62.

Civitas Imperialis.

Quæ ſit, 1. 2. 45. Ejus inſigne, n. 47. Differentia inter civitatem Imperialem & liberam, n. 50. Non eſt realis, n. 51. Cur liberæ dictæ, n. 53. Quot ſint civitates Imperiales, n. 54. Origo ejus libertatis, n. 55. In medio regionis ſolent eſſe ſitæ, n. 57. Quo ſenſu Municipia civitatibus Imperialibus opponantur, 1. 8. 1. & 11. Subſunt Imperatori, eique homagium præſtant, n. 2. Immediata illa ſubjectio reſpicit univerſitatem non ſingulos, n. 3. Earum cives æque ſunt ſubjecti ac Municipes ſuo Principi, n. 4. Vocantur illi non cives, Unterthanen/ n. 5. Earum cives non ſunt freye Bürgere/ ſed civitates, Frey-Städte/ n. 6. Quo ſenſu dicantur liberæ, n. 10.

Civitas metropolis.

Haupt-Stadt/ 1. 2. 58. & 1. 5. 65. An ejus ſtatuta ſequi cogantur cætera Municipia, n. 66. Eam ingrediens Princeps pro poſſeſſione apprehendenda requirit reliquarum omnium poſſeſſionem iſtius provinciæ, n. 67.

Civitas mixta.

Quæ talis, 1. 2. 63. Earum diſpar conditio, n. 64. Exempla earum, n. 65. 66. Dicuntur & pactitiæ, n. 67. Exemptitiæ & diverſæ eſſe poſſunt diverſo reſpectu, n. 68. Non adnumeranda civitatibus Municipalibus, n. 70.

Civitas Municipalis vid. Municipia.
Quæ sit, 1. 2. 73. In eam etiam competit SCtum Macedonianum, 1. 6. 38. Et dispositio L. properandum C. de judic. 1. 6. 39. Sibi ipsi caput esse non potest, 1. 9. 14.

Civitatis destructio.

Per aratri inductionem fiebat, 1. 68. 28. Ejus ratio, 29. Deleta urbe Dii tutelares simul mori putabantur à gentilibus, 31. Civitatum morbi & mors, 30. Ex qua causa destructio hæc fiat 32. Delectionis istius effectus, 33. & seq. Exempla, 35. Taliter destructa reædificari non potest sine permissu Principis, 36. An exstincta civitate etiam jura & obligationes exstinguuntur, 39. Ad pœnam hanc raro deveniendum, 41. Destructio civitatis absque delicto, 42. Talis adhuc vivit, 43. Exempla, 44. Civitatum miro fato destructarum exempla, 47. Destructio per derelictionem civium, 48. An jura pristina recuperent, 51.

Civitatis jus.

Unde habeatur, 1. 5. 44. Differt à jure civilitatis, n. 46. Dandæ an competat soli Imperatori, n. 47. & 48. Etiam Statibus Imperii competit, n. 49. De quo exempla moderna, n. 50. De eo rescriptum Imperatorium inhibitorium ad Comitem Mansfeldensem, n. 51. Pro eo de Jure Saxonico auctoritas, n. 52. An ad illud regale spectet, si Magistratus Municipalis ex vicaneis auctis faciat cives, 1. 7. 51. 52. & 53. Quomodo differat à jure civico, 3. 1. 16.

Civitatum structura & origo.

Caini civitas, 1. 2. 7. Civitates ex societatis instinctu, 1. 2. 15. Civitas quid, n. 16. Quinam ex illa excludendi, n. 17. Principium & forma, n. 18. Ritus condendi urbes, n. 23. *Sacra condendæ urbis*, n. 24. & 26. Initium urbium Germanicarum, 1. 2. 83. An in numerum earum referendæ saltem quæ habent Episcopum, 1. 5. 59. Civitas in genere ejus significatio latissima, 1. 2. 19. Strictior, n. 20. Pro multitudine hominum, 35. Differentia inter civitatem & singulos in ea homines, n. 36. Varia ejus significatio, n. 37. Pro jure civium, 38. Manet civitas quomodo ab urbe differat, n. 41. 42. 43. Pro Republica, n. 74. Pro universitate, n. 75. Quomodo ab universitate differat, n. 78. Est corpus mysticum, n. 80. Quatenus pyratorum loco habeatur 1. 6. 1. Vigente Imperatore

Romano civitates etiam publicorum loco erant, n. 55. Non in omnibus loco privatorum fuere, n. 62. Erant Respublicæ, n. 63. Civitas sumpta materialiter, 1. 7. 1. Sumpta formaliter, n. 3. Nomine civitatis & suburbia veniunt in favorabilibus, 1. 7. 48. Est regulanda legibus civitatis, 1. 8. 93. Civitatum mors quando obveniat, 2. 54. 42.

Civium jura.

Cives in civitate degentes præferuntur cæteris qui extra muros degunt, 1. 7. 17. Cives intra muros habitantes plus sentiunt oneris & incommodi, quam suburbani, n. 33. Cives ut corpora libera non cadunt in commercium, n. 23. Civis unde dicatur, 3. 1. 1. Triplex civium status, n. 20. Veri cives qui 3. 2. 4. Cives originarii vel assumti. 5.

Civium obligatio & obedientia.

Municeps per juramentum civium se obligat ad obsequium 2. 9. 18. Inter civem & civitatem intercedit contractus obligatorius, n. 21. Quando civis intelligatur litis consors contra civitatem intentatæ, 2. 23. 38. Amor civium arx civitatis, 2. 70. 116. Effectus obedientiæ civicæ, 3. 1. 4. Inobedientiæ pœnæ, n. 5. Obligatio reciproca, 30. Obligatio infertur à jure civico, n. 155. An quis esse possit civis duarum civitatum, 159. & seq.

Civium unitas.

Inde civitas, 1. 2. 16. Civium societas perpetua, n. 19. Ob eam competit actio injuriarum civibus successoribus, n. 40. Etiam pro concive, n. 79. Inde civis potest appellare à decreto contra concivem lato, n. 82.

Clarigatio.

Quid sit, 2. 65. 5.

Claves civitatis.

Earum oblatio & receptio est jus annexum superioritati, 1. 8. 71. Portarum ubi in Municipiis custodiendæ, n. 72.

Clerici, vid. Ecclesiæ Ministri.

Eorum privilegia in Municipiis Romano-Catholicis, 1. 16. 57. & 58. Privilegiorum Clericalium mutatio post tempora Reformationis apud Protestantes, n. 59. Sunt subditi ratione immobilium à jurisdictione. Secularium sunt exempti, 2. 34. 55. Quatenus obligantur statutis Municip n. 56. Quatenus statutis Laicorum, n. 57.

Clientela, protectio.

Subditi sunt in protectione & clientela Superioris, 1. 17. 7. Ne eam subditi cum aliis ineant, homagio quandoque præcavetur,

tur, n. 19. Clientela idioni summi Principis nil derogat, n. 21. In eam adsciscere non potest subditos alienos Princeps, n. 22. Ex ejus jure subditorum obedientia paulatim minuitur, n. 23. Quatenus Municipales alterius clientelam subire possint, n. 24. & 25. Ratio, 26. Videant civitates, ne ex protectoribus fiant devoratores, n. 27. Deficientis clientelæ effectus, 1. 18. 17. Ob eam Provincialibus facta comparitio in conventibus non arguit subjectionem, 1. 1. 90.

Coactio, vid. vis, violentia.

Cœlibatus.

Ejus pœna, 3. 6. 12. Hagestolzen / qui, 13. Liberi seminarium generis humani, 11.

Collectandi jus.

Etiam indicunt Magistr. Municip. 3. 15. 6. Et civitates jurisdictione carentes, 7. Ad quod Superioris consensus non requiritur, 8. Quænam impositio collectarum ad regalia referatur, 9. Id & olim Decuriones poterant, 10. Habent & hoc jus Domini intuitu hominum propriorum, 11. Necessitas est ratio impositionis hujus, 13. Imponenda ex justa ratione, 14. Pro quibus usibus civitatis imponenda, 15. & seqq. Modus collectandi, 24. Cessante onere cessabit collecta, 48.

Collectarum executio.

In collectis processus fit ab executione, 3. 16. 32. Jus id competit Municipiis, 33. Modus exequendi, 34. Promulgandæ ante executionem, 36. Præfigendus prius terminus congruus, 37. Absit in executione crudelitas, 39. Non statim ob eas agro in commissum cadent, 40. An debitoribus illis possit auferri janua domus, 41. An plus solventes actionem habeant contra cæteros, 43.

Collectarum solutio.

Facienda de omnibus bonis, 3. 16. 3. An de mercibus mercatorum, 4. An de operis artificialibus, 6. Distributio facienda à Magistratu Municipali, n. 1. Secundum antiquam consuetudinem, 2. An ob steriles res pretiosas, 9. An ob bona feudalia, 10. Ob bona extra territorium, 13. Fit ob Principis præsidium, 17. A personis intuitu rerum, 19. An forenses eam solvent, 20. An Clerici, 23. An cives novi, 28. An emigrans, 29. An civis discedens & jura civitatis reservans, 30. An usufructuarius, creditor, legatarius, 31. Processus ob collectas, 50. & seqq.

Collegia opificum, vid. O.

Coloni Romanorum.

Eorum descriptio juxta A. Gellium, 1. 4. 13. In eos ex Latio Romanis plus licuit, n. 22. Exemplum Turpilii, ibid. Non erant perfecti cives Rom. 25. Non gaudebant jure suffragii, n. 27. Erant cives Romani quadantenus, n. 29. Coloni exules, n. 30. Eorum quædam specialia privilegia, n. 31. Ex iis quidam Municipes facti, n. 37. Coloni LL. Alemannicis, qui, 3. 1. 65.

Coloniæ Romanorum.

Quæ fuerint, 1. 4. 1. Earum deducendarum origo, n. 2. Causa, n. 3. & 8. Ex metu civium præ nimio alienigenarum numero, n. 4. & 9. Præsupponunt abundantiam civitatis, ex qua educuntur, 1. 4. 6. Earum deductio ad imponenda præsidia, n. 7. In eis deducendis Scto opus erat, n. 10. Earum deductio per sortem, n. 12. Coloniæ pro colendis agris, 16. Curatores pro eis deducendis, n. 17. Earum deductio sub vexillo, n. 18. Molestia pro iis deducendis, n. 19. Coloniæ jure Quiritum, n. 20. Coloniæ Latinæ, n. 21. Cives in eas proficiscendo civitatem Romam omittebant, n. 23. Militares quæ, n. 24. Earum & Municipiorum confusio, 1. 4. 32. Apud eas Reipublicæ Romanæ quædam effigies, n. 34. Earum Magistratus, n. 35. In eas quidam ex Municipiis transibant, n. 36. Civitates Germaniæ quæ coloniarum Romanarum jura acceperunt, 39.

Coloni rustici Municipiorum.

Etiam extranei possunt pignorari, 2. 39. 17. Solent esse morosiores cæteris, 22. Optima via eos coercendi, 24.

Comitatus. vid. Ducatus.

Quando in Germania facti hereditarii, 1. 1. 56.

Comites, vid. Duces.

Veteris Germaniæ, 1. 1. 32. Horum assessores, n. 34. Centeni ibid. Alienæ potestatis functionem tunc gerebant, n. 35.

Comitia.

Horum indicendorum jus apud Principes veteres Germaniæ, 1. 1. 31. Saxonum promissio ad contributionem pro conventibus generalibus, n. 48. Comitiorum Imperii summa, n. 99.

Comitia provincialia, v. conventus.

Commercia.

Eorum libertas non debet vergere in publicum detrimentum, 2. 66. 10. Non prohibenda, moderanda tamen, 12. Differentia inter commercium & mer-

mercaturam, 13. Inter usum commerciorum & cultum pro arte, 14. Insolita possunt inducere monopolium, 17. Certi mercatores exercere possunt, 20. Eorum restrictio non statim est monopolium, 47. Cum vicinis sunt subsidium sublevandæ inopiæ, 2. 70. 123.

Commissarii Senatus.

Horum officium, 2. 16. 18. Inter hos, Legatos & Deputatos differentia, n. 19. Repræsentant Senatum, n. 20. Munus hoc etiam inviti suscipient, n. 21. A quibus conferantur hæ commissiones, n. 22. Eorum relatio, 23. Commissiones hæ magis proficuæ quam sumptuosæ Municipalibus, n. 25. Jungendi sunt in causa suspectorum Senatorum, n. 75. Eorum officium in componendis litibus, 2. 17. 18.

Communen.

Pro Municipio minori, 1. 5. 26.

Comœdiæ.

Circumforaneorum non promittendæ in Municipiis, 3. 34. 171. An scholasticæ admittendæ, 172.

Compascui jus.

Quodnam sit in Municipiis, 3. 28. 41. Unde descendat, 42. Quid in eo cavendum, 43. Et servandum, 44. Prædia ad compascuum destinata non possunt altero invito coli, 46. An isti juri liceat renunciare, 50. & 59. Si jure servitutis constitutum, 52. In dubio, cui juri tribuendum, 54. Quod præbent agri privatorum, 55.

Competentiæ jus.

Competit & civitatibus, 2. 51. 3. & seqq. Quibus rationibus, 6. seqq. Argumento ab Ecclesiis, 12. A sumptibus in concursu creditoris in causam communem erogatis, 16. Quibus in causis cesset intuitu Municip. 25. Ejus exceptio est dilatoria, 28. Municipium non potest huic beneficio renunciare, 29. Nec per assertionem Juramenti, 30.

Compositio amicabilis, vid. litium compositio.

Concursus creditorum.

In eo Magistratus Municipalis ratione contributionis cæteris creditoribus præfertur, 3. 16. 46. Licet creditor Jus pignoris prius acquisiverit, 48. Quomodo in eo contra Judæum procedendum, 3. 32. 103.

Condomini, condominium.

An Municipii condomini sint instar sociorum, 1. 15. 1. Condomini feudi, n. 2. Variæ condominii species, n. 4. Condominium cum reservatione Jurium superioritatis, 5. Jura con-

condominii pari vel impari Jure competentia, 6. Descriptio condominii Municipalis, 8. Essentia ejus in quo consistat, 9. Duæ superioritates in uno territorio stare nequeunt divisim, 10. Difficile est Municipalibus obedire duobus condominis dissentientibus, n. 11. Duobus de territorio contendentibus cujus causa potior, n. 14. & seqq. Quatenus Municipium durante contentione homagium præstet, n. 17. Discordantibus his neutri solvendæ collectæ, n. 18. Exemplo debitoris, n. 19. & 20. Interest subditorum, non plures habere dominos, n. 26. Utrique parendum, n. 27. Si ab alterutro mandetur, quod utrique præstari nequit, cui parendum, n. 28. In pari re potior est causa prohibentis, n. 33. Modus sopiendi condominos per compromissum, 35. Si ipsi subditi à condominis pro arbitratoribus eligantur, 36. Exemplum, 37.

Confirmatio.

Actus nulli est inutilis, 2. 45. 41. Actum roborat, prout est, ibid.

Congrui jus, das Gespielde.

Quid sit, 3. 14. 42. Unde dicatur, 43. Origo vocis ex jure, 44. Respicit non vicinitatem quam unitatem, 45. Gespielde unde vocetur, 46. An sola vicinitas sit causa introducendi juris hujus, 47. Favor consolidationis hujus, 48.

Consanguinitas, consanguinei.

Suspicionem inducit, 2. 1. 150. Consanguineo facta infeudatio à Prælatp non subsistit, 151. Naturale est, consanguineos habere charos, n. 152.

Conscientia.

Jus liberæ conscientiæ Cath. per praxin imperii in beneficium flebile emigrationis est mutatum 1. 12. 25. Magistratus carcerem Deus gehennam minatur, n. 66. Implorandus Princeps, ut subditorum conscientiis parcat, 1. 13. 12. Requiritur in Magistratu, 2. 2. 33.

Consensus parentum & Magistratus circa sponsalia, vid. *sponsalia.*

Consilia Senatus.

Quid sint & qualia esse debeant, 2. 25. 4. In illis fidem non eventum præstat Senator, n. 39. & 42. Consilia cum beneficio felicitatis, n. 44. & 45. In illis evitanda præcipitantia, n. 46. 47. 48. Quando laudandum velox consilium, n. 49. De consilii mutatione, n. 50. 51. & 52. Consul apud Romanos Deus consilii aras habebat subterraneas, n. 74.

Consistorium.

An jus illud constituendi habeat Municipium, 2. 27. 71.

Constantia.

Quid sit, 2. 2. 72. Exemplum constantiæ Thomæ Mori, n. 74. Catonis adhuc pueri, n. 75. Inconstantia vitanda, n. 76.

Consuetudo.

Supplet omnium titulorum deficientiam, 2. 20. 1. Eam non inferunt minæ Superioris, 2. 29. 40. Nec liberalitas subditorum, n. 41. Quid sit, 2. 35. 3. Quid possit, 6. 7. Tribuit exorbitantia, 4. Nititur tacito consensu, 8. Et Principis, 11. Est instar privilegii, 12. Differt à moribus civitatis, 13. Et à stylo, 14. Ejus effectus, 18. & 22. Consuetum vacat à culpa, 23. Ejus altera natura, 25. Quæ rationalis, 30. Quæ mala, 33. Tolerabilis, 36. Habens rationem motivam, 37. Irrationabilis, 39. Quæ præsumatur in dubio, 38. An requirat sententiam in contradictorio, n. 60. 61. Quæ sit notoria, 74. Consuetudo in vicinia, 78. Secundum eam & judex superior judicabit, 84. Consuetudine acquisitum jus Princeps non auffert, 85. Quomodo tollatur, 86. Natura consuetudinis negativæ, 2. 46. 65.

Consuetudinis probatio.

Alleganti eam incumbit probatio, 2. 35. 63. Quatenus Doctori de ea asserenti credatur, n. 65. Ejus probatio prudentissimos fallit, 66. Quatenus Magistratui vel judici de ea asserenti credatur, 68. seqq. Quatenus testes de consuetudine deponere debeant, 71. Probata generali regionis consuetudine probatur consuetudo Municipii, 76. & 83. Argumentum ab exemplo, 77.

Consulatus.

Coactionis ad eum rara exempla, 2. 1. 114. Ad illum mediocria ingenia sunt optima, 2. 5. 37. Ob nimium senium recusandus, 2. 6. 53.

Consul, Consules.

Consulem esse nemo amplius quam semel cogitur, 2. 1. 113. Unde dictus, 2. 2. 1. Summa ejus potestas Romæ, n. 2. Caput Senatus, n. 3. Quid possit præ cæteris è Senatu, n. 4. Consulum alternatio, n. 8. Cum Senatu repræsentat civitatem, n. 12. Possunt facere, quæ prædecessores statuerunt, n. 14. Senatores despectum ne habeant, n. 17. Finito officio non tenetur ut privatus, n. 20. Cur duo in Municipiis, n. 21. Se inutilem sentiens abstineat á regi-

gimine n. 22. & 24. Ratio, n. 25. Sint patres patriæ, n. 77. Consulum placentinorum timor, 2. 3. 21. Hi non castigant malos, n. 22. Omnibus quasi pater consulat, 2. 16. 10. Sunt Municipalium ordinarii Magistratus, 2. 14. 32. Magis censetur devinctus collegio quam collegæ, 2. 16. 82. Executio ejus, n. 83. De evictione non tenentur finito officio, 2. 59. 44. Exceptio. 45.

Consulum dignitas & potestas.

An injuria sit si civis Consulem titulo consulari non honoraverit, 2. 2. 10. Habent mandatum cum libera n. 11. Potest quæ procurator cum speciali mandato n. 18. Non tamen obligare civitatem, n. 19.

Consul primarius vel regens.

Ejus officium, 2. 2. 6. Habet domi apparitorem, n. 7. Deputationibus non onerandus, n. 9. An quod is suspectus est integer Senatus recusari possit, 2. 16. 81. Ejus quotidiana audientia, 2. 17. 44. Illi si inferatur injuria hæc atrox est, 2. 22. 25. De quo præjudicium, n. 26.

Consulis requisita.

Ut sit pius, 2. 2. 25. & 27. Pietatis encomium, n. 26. 28. & seqq. sit justus, n. 35. Consules justitiæ, n. 43. Si ex imperitia sit injustus, n. 47. Ex ignorantiâ male judicans, n. 49. Sit absque affectibus, n. 50. Qui tales affectus, n. 83. & seq. Sit constans, n. 68. Constantia quid, n. 72. Sit patiens, 111. Sit scientia juris imbutus, 2. 5. 27. Ne sit nimis opulentus nec egentus, 2. 7. 36. Mediocres optimi, n. 37. & 38.

Consultatio vid. provocatio.

Contagium.

Eo ingruente portæ civitatis custodiendæ, 2. 32. 14. Tunc peregrinus adventans sanum se asserens id probabit, n. 15 Literæ testimoniales sanitatis porrigendæ, n. 16. Qualiter examinandi advenæ, n. 17. Instituendæ domus publicæ pro morbosis, n. 18. Sumendus peculiaris Chyrurgus, n. 28.

Contributiones Collectæ vid. & Tributum.

Earum negotia sunt objectum conventuum provincialium, 1. 1. 98. Collectandi modus cum consensu populi, n. 99. Earum præstatio quando arguat subjectionem, 1. 8. 39. Exemptio longissimi temporis à collectis valet, 1. 9. 38. & 40. Hujus fundamentum, n. 39. Quatenus & quando præscriptio collectarum obtineat, n. 41. Sola allegatio non fuisse solutum nihil

hil proficit, n. 42. Non requiritur titulus n. 43. Nec bona fides jure civ. n. 44. Secus de jure Canon. n. 45. Collectarum varia nomina, 3. 15. 1. Schatzung / Schatz / 2. Differentia tributi & collectæ, 3. Collecta publica, 4. Privata, 5. Collecta per æs & libram 40. Per capitationem, 41. imposita pro munere, 43. Per firmantes, Otiosorum 44. Herrenlosen Gesindes / 46. In iis observanda æqualitas, 3. 15. 21. Antiqua consuetudo, 23. Quis consensus ad eam requiritur, 25. Concernunt universitatem, 32. Quæ fieri nequeat in præjudicium non consentientium, 35. Sunt instar servitutum, 3. 16. 16. Municipes victores an ad collectas pro sumptibus contribuere cogantur, 3. 17. 1.

Conventus provinciales.

Ad eos alicubi vocantur rustici, 1. 1. 68. Alii universales alii particulares, n 73. Ordinarii & extraordinarii, n. 75. Eorum in provinciis indictio est superioritatis territorialis, 76. Eorum causa n. 77. Hos si detrectent Principes, est mali ominis, 78. Per eos nihil decedit Principi, n. 79. Comparitio in iis inducit subjectionem, 86. Non citatio, n. 87. Comparitio in iis cum effectu fiet. n. 88. Quæ comparitio libertati non derogет, n. 89. & 90. Modus invitationis ad eos n. 91. Ejus formula apud nostrates n. 92. Locus conventui destinatus, n. 93. Eorum sumptus, n. 95. Eorum objectum, n. 98. Modus concludendi in iis, n. 102. Gravamina in conventibus his, n. 105. Suffragia in iis qui fiant, n. 107. In conclusis eorum status majori parti 2. 26. 57.

Convivia.

Quid sint & unde dicta, 3. 10. 23. Inchoabant ova & claudebant poma, 4. Mensa unde dicta, 5. Interjungere quid, 3. Prandia veteres nescivere 1. Conviviorum apparatum sequitur egestas aut avaritia, 19. Exempla conviviorum prodigalitate famosorum, 21. Cœna ex sportula, ollas jungere, 26. Faire collation apud Gallos, 27. Eranon convivii genus apud veteres, 28. Honestorum conviviorum laus, 29. & 31. Charistiæ Romanorum, 30. Agapæ Christianorum 32. Convivium à noviter in Magistratum electis, dandum 2. 1. 70.

Conviales leges.

Recte dantur à Magistratu Munici-

cipali 3. 10, 7. Qua ex ratione, 8. Edictis Principum de cohibendo conviviorum luxu standum, 9. Edictum Regis Borussiæ, 10. Veteres certum quoque invitandorum numerum voluerunt, 11. Excessus in numero invitandorum licet plurimum pro uno delicto est 12. Festivitates nuptiales lautiores permissæ, 14. Symposiarchæ Atheniensium, 15.

Corpus, corpora.

Inter corpus Mysticum Ecclesiæ & corpus politicum comparatio, 2. 14. 18. Quotuplicia sint corpora, n. 19. Rerum publicarum plus medicina quam morbo laborant, 2. 17. 22.

Cratium jus.

Hürden / lägern / 3. 28. 77.

Jus illud privatis non competit, 81. Earum lucrum, 82. Pro earum usu præscribendæ regulæ, 84.

Crida, vid. grida.

Criminale judicium vid. jurisdictio crim. vid. & processus criminalis.

Crux.

In Municipio noviter exstructo quid denotet, 1. 5. 53. In Municipii foro erecto; quid designet, n. 57. Denotat jurisdictionem Ecclesiasticam & securitatem, n. 58.

Curia.

Unde dicta. 2. 25. 1. Quid sit, n. 2. Jus curiæ habet Municipia, n. 5. Earum erectio est de regalibus, n. 6. Immunitate & securitate gaudet. n. 7. An & cella vinaria, n. 8.

D.

Damnum.

Pro omnibus datum ab omnibus reparandum. 1. 7. 37. Suburbiis ab hoste datum qualiter resarciendum, n. 36. Quando talis reparitio damni cesset, n. 38. Monitum pro tali, n. 39. Cum damno alterius civitas non locupletanda, 2. 59 40. A famulo illatum quatenus resarciendum, 3. 31. n. 76. & seqq.

Damna in agris illata ab animalibus.

Modus ea vindicandi, 3. 29. 1. Actio de pastu, 3. Quatenus factum domini concurrat ad eorum reparitionem, 5. Damni probatio quatenus fiat, 37. Animalia nociva veneno non interimenda, 44. Desuper statuta, 45. Necessitas in eis quomodo excuset, 51. Damni taxatio, 64. Damnum in herba, 67. Damni computatio, 68.

68. Au in eis habeatur ratio temporis futuri, 70. De nonæ editione, 71. Si animal ante damnum pro derelicto habitum, 72.

Dardanarii.

Unde dicantur, 3. 36. 37. & 38. Dardanariæ pro magnis artibus, 39. Scœna eorum juxta statuta Mechlin. 43. Apud Mediolanenses, 44.

Debita.

Si hosti tempore belli solvantur, quæ habebantur civibus an veri creditores exceptione solutionis possint excludi, 2. 69. 61. Victor est vice Magistratus, 63.

Debitum civitatis.

Ad illud contrahendum multa requiruntur, 2. 58. 1. Civitatibus cur credere periculosum, 2. Ob illud in quæ bona facienda executio, 3. Civium bona pro tali debito non sunt obligata, 5. An pro eo possint arestari Municipales, n. 57. Taliter arestatus quid solvere debeat, 60.

Debitores civitatis.

In Senatum quinam non eligendi, 2. 1. 92.

Debitorum carcer, vid. C.

Debitorum causa.

In quibusdam Municipiis spectant ad judicem Principis, 2. 16. 5. In quibusdam ad Magistratum, n. 6. Debitor de fuga suspectus privatim potest detineri, 2. 40. 19.

Decisio causarum rusticana.

Quæ? Bauren-scheidt / 2. 16. 50. Dicitur & alte Weiber-Scheidt / n. 51. Quando ea utendum, n. 52.

Decretum Magistr. in alienatione rerum pupillarium.

Quatenus competat, 2. 36. 41. Quid præcedere illud debeat, 42. Præsumptio contra Magistratum, 44. Quatenus credatur Magistratui desuper attestanti, 45. Fundans se in decreto hoc id probabit, 46. Præsumptio pro Magistratu, 48.

Decumani.

Apud Romanos qui, 1. 1. 9.

Decuriones.

Qui, 1. 3. 42. Unde dicti, n. 43. & 2. 1. 77. Unde sumatur, n. 78. Erant honesti, 2. 10. 22. Etiam Spurius in decurionatum assumebatur, deficientibus legitime natis, n. 26.

Defectio à Principe suo.

Ejus merces nunquam secura, 1. 9. 33. Historia de Philippo II. Hisp. Rege & Proceribus Lusitaniæ, n. 32. Simile de membris dislocatis, n. 34. Subactus si deficiat, non libertatis amans sed servus contumax est, 1. 11. 26.

Defensio.

Multa pacta & facta cæteroquin illicita reddit licita, 1. 18. 7. Permittit aggressorem interimere ob jacturam rerum suarum, n. 8. Cui plus licet quod minus est non debet non licere, n. 9. Privata est licita, absente Principe contra oppressorem, n. 25.

Defensoros civitatum.

Horum officium & qualitas, 1. 3. 39. Potestas & cognitio, n. 40. Ex quibus eligendi, n. 41. Comparatio inter eos jure veteri cum hodiernis Magistratibus Municipalibus, 2. 14. 51. De quibus causis cognoscere potuerint, 2. 15. 5. Eorum cognitio fuit extensa, n. 6. Erant destituti jure incarcerandi, n. 7.

Delicta.

Coercitio eorum modica cur Magistratui Municipali non denegandа, 2. 15. 70. Quænam spectent zum Ober - Gerichte/ n. 72. Levia quæ, n. 73. Paternæ non præcludunt aditum ad collegia, 3. 8. 114.

Delictum Municipii.

Quatenus Municipium ex delicto teneatur suo Principi, 1. 14. 2. Universitas quomodo deliquisse dici possit, n. 4. In contraventionibus Magistratus non repræsentat civitatem, n. 6. Commissum à consilio civitatis non attribuendum toti civitati, n. 9. Nec communicato consilio cum communitate, n. 10. An teneatur, si cum consensu unius tantum consulis peccetur, n. 13. Quando tota civitas dicatur deliquisse, n. 14. Quæ requirantur ad delictum universitatis, n. 15. & 16. Quando civitas delinquat absque convocatione & deliberatione, n. 17. 18. & 21. Scientia facinoris quando in delicto universitatis excuset, n. 22. Municipium à Principe justitiam administrare monitum recusans est punibile, n. 23. Ejus ratio n. 24. & 25. Civitas delinquit improprie & proprie, n. 32. Si civitas in duas partes divisa sit ratione delicti, n. 48. Multitudo in turbis quatenus delinquat, n. 60. Collegiali Magistratus jussu si peccatum fuerit, n. 66. In feudi dominum, 2. 54. 26. An delictum Consulum in feudi Dominum obstet civitati, 27. Si alterutra civium jus in feudi Dominum delinquat, 30.

Delinquentis remissio.

An à Magistratu Municip. fieri possit gegen einen Revers inconsulto Principe, 2. 12. 143.

Ratio negativa, n. 144. Magistratus Municipalis remittens delinquentem nescit, an alibi puniendus sit, n. 145.

Delinquentis transitus.

Durchführung eines Delinquenten quatenus per Municipium fiat, 2. 12. 146. Jus hoc ad superioritatem refertur, n. 147.

Deputati.

Deputations-Tage / 1. 1. 73. Deputati ad conventus provinciales, ibid. Deputati ordinarii in Ducatu Westfaliæ, n. 74.

Deputati Municip.

Cur per eos Municipia compareant, 2. 26. 11. & 12. Eos excusat locus suspectus, n. 14. Unus non semper deputationibus gravandus, ibid. Impedimentum à deputatione excusans, n. 15. 16. Damnum per deputationem illatum repetunt, n. 17. De damno illato cum jam cæteri recesserunt, n. 19. & seqq. An aliena negotia simul gerere possint, n. 22. Deputativum, n. 23. Deputatus in itinere mortuus, n. 24. Quæ personæ non deputandæ, n. 26. Cautela pro illis, n. 27. & seq. De eorum reditu, n. 30. De eorum creditivo, n. 32. Instructionibus, n. 34. & 35. Quam clausulam ob oculos habere debeant, n. 36, Gaudent juribus legatorum, n. 38. 39. Ejus ratio, n. 40. Securitas nititur tacito pacto, n. 41. Cur inviolabile, n. 43. Summi Principis interest ut subditi absque periculo eoram eo compareant, n. 45. Stante deputatione à Principe puniri possunt n. 53. An contrahentes in loco deputationis possint conveniri, n. 54.

Descriptio.

Censualis tempore Christi, 1. 1. 18. 19. 20. Ejus arcanum Providentiæ Divinæ. 23.

Detractionis jus.

In jure scripto non requiritur, 3. 12. 1. Unde habeant Municipia, 3. An ad regalia spectet, 4. Accedit jurisdictioni, 5. Est accessorium collectæ, 6. Etiam minora Municip. eo gaudent, Ejus effectus 8. Decimarum detractio, 13. Justitia ejus, 15. Nach-Steur / Abfahrt / 17. In quibus locum habeat & quotuplex sit, 18. Modus procedendi in eo, 19. Ob hereditates & legata, 21. & 35. Quandoque pacto reciproco hoc jus remittitur, 22. Exempla, 23. Quinam cives huic oneri subjaceant, 24. An & incolæ, 3. 30. n. 32. 53. & 57. Si emigratio non sit extra Provinciam, 3. 30. 26. De iis qui invi-

viti difcedunt, 29. De credito-re obærato qui executionem patitur, 31. Inductum per modum retorſionis, 33. An ob mobilia, 38. Ob nomina, 40. An hoc jure adverſus liberos utendum, 42. In quibus bonis locum habeat, 46. Deducendum prius æs alienum, 48. Statim ſolutio deductionis facienda, 49. Solutione nondum facta quis manet ſub onere civitatis, 50. De cive bona ſua non ſatis æſtimante, 51. An oneri huic ſubjaceant Eccleſiaſtici & Scholaſtici, 54. An Doctores, 55. Judæi, 57. Jure albinagii quomodo differat, 64.

DEUS.

Eſt cauſa politiarum 1, 2. 10. Vult agnoſci ab hominibus n. 11. Gehennam minatur Magiſtratus carcerem, 1. 1. 2. 66. Ejus minæ graviores ſunt minis hominum, 1. 13. 16. Eſt index injuſtitiæ 2. 2. 40.

*Diaten-*Gelder.

Pro conventibus provincialibus unde ſumatur, 1. 1. 95.

Dies Dominica.

Cura ejus & incumbit Magiſtratui Municipali, 2. 27. 66. Editum de eo Regis Boruſſiæ, n. 67. Comœdiæ & ſpectacula tunc non permittenda, n. 69. Temeraria ejus violatio 2. 70. 7. & 8. Plura tunc committi ſolent peccata quam ſex diebus reliquis, 9.

Dignitas vid. honor.

Diſcordia.

Eſt mater everſionum, 2. 70. 15. Unde peſtis hæc in Republ. oriatur, 16. Maxima civium calamitas, 17. Exempla, 18. Ipſorum regentium pernicioſiſſima, 20. Monitum opinio, 22. Atrox Dea & ſpaſmus civitatis, 23. Diſcordes proceres fruſtra concordiam commendat, 25. Ejus vituperium, 27.

Diſputatio.

Ejus vanitas in cauſis religioſis, 1. 12. 12. Euteri & Nicephori dictum contra tales diſputatores, n. 13. Ex qua & igne, n. 17.

Diſtrictus.

Pro regione, 1. 1. 28.

Diſtrictus civitatis.

Noviter ad diſtrictum civitatis acquiſita cujus ſint juriſdictionis. 2. 62. 10. Locus à tali ſeparatus ſeparato jure utitur, 12.

Divitiæ, proſpera fortuna.

Virtus non fortuna in homine honoranda, 2. 7. 1. Divitiæ ſunt obſidis loco apud Rempubl. n. 7. Quibusdam in Municipiis non admittuntur ſenatores niſi divites, n. 16. Dives exiſtimatur ſapiens, n. 23. Ditio-

ribus munera publica conferuntur, n. 25. Ditiores in Magistratu sunt suspecti, n. 34. Raro obedire norunt, 35. Nummatiores Senatores non semper optimi, n. 40. Boni mores supplent divitas, n. 45. Aurum quid, n. 48. Divitiæ quid, n. 49. Divitiis cum vitiis arcta est unio, n. 50. Nummi agunt virtutis opus n. 52. Interest Reip. divites habere cives, 2. 17. 31.

Docti, literati, indocti.

In Moscovia nullius sunt pretii, 2. 5. 7. Ratio illius instituti, 8. Ab indoctis raro adeiscuntur. n. 9. Cur ibid. literarum cultura emollit mores, n. 10. Indocti non facile rationibus moventur, n. 11. Indocti sedent in curiis ut lignum supra lignum, n. 14. 15. Doctus quandoque à puero in arithmetica superatur, n. 29. Resp. ex solis literatis non consistit, 2. 30. 14. Quinam literati Reip. sint detrimento, 17. Literatorum titulus, n. 3. 8. 2

Doctores juris.

Scommata quibus hi à maleferiatis quibusdam petuntur, 2. 5. 1. & seq. in quibusdam Municipiis in Senatum non eliguntur, n. 5. Vastitas juris civilis, n. 17. Encomia JCtorum, n. 18. 20. & seqq. Cur dicantur milites, n. 21. Principes ad gradum Doctoratus evecti, n. 23. Vitium est Reip. peritis legum causas dijudicandas non tradere n. 26. Horum nomine qui non veniant, n. 38. A Doctore differt Doctoratus, n. 39. Juvenes pro juvenibus non habendi, 2. 6. 38. Quatenus in arte sua de jure & facto asserentibus iis credendum, 2 35. 67.

Dolus.

Cadit quoque in universitatem, 1, 14. 33. Dolo non censetur facta electio indigni, 2. 1. 126. Tenetur qui dolo impedit testatorem ne leget, n. 129. Causa bestialis ab eo excusat, 2. 25. 55. Quatenus hoc verum, n. 56. 57.

Domicilium, commoratio.

Ad domicilii præsumptionem quæ requirantur, 1. 16. 15. Si quis nec dum habet non locus originis sed domicilium patris attenditur, 1 3. 129. Desuper præjudicium, 130. Jus domicilii originis an sublatum usu Germ. 136. Qui dicit se aliò ad habitandum non ivisse, an tali assertione standum, n. 148. Venditio immobilium an sit indicium mutati domicilii, n. 151. Effectus domicilii originis mutati, n. 172. Originis tollitur emigratione, n. 175. Passivam tribuit ju-

jurisdictionem inhabitantem, 212. Differentia inter domicilium & domum, 213. Non est civis loci ubi non habent animum commorandi, 214.

Domicilii mutatio vid. & emigratio.

Libera esse debet, 3. 12. 9. Statim de non mutando domicilio non valet, 10. Olim licita non erat, 11. Hodie secus, 12. Quatenus detrahatur ob emigrationem, 20.

Dominium.

Rei à civitate exemptæ transfertur sine traditione, 2. 61. 5. Jus illud singulare Ecclesiarum & civitatum, 6. Comparatio harum rerum cum rebus legatis & testamentariis, n. 7. 8.

Dominus respectu famuli.

Tenetur ex delicto hujus, si id habeat tractum temporis successivum, 1. 14. 19. Dominus unde vocetur, 3. 3. 5.

Domus vid. & ædes.

Unde dicatur, 3. 3. 4. Prima horum receptacula, n. 2. Ejus vocabulo quid vocetur, n. 6. Diu irreparata jacens, n. 20. De earum reparatione publico ære facienda, 22. Diu irreparata jacens etiam ab invito vendenda, n. 24. Beneficium pro restauratoribus ædium, 25. Plane non diruendæ, 26. Desuper præjudicia, n. 26. & seq. Wohnhäuser in alios usus non convertendæ, n. 31. Ratio, 32. Quantum fieri potest, sint lapideæ, 3. 4. 2. De quo ordinationes, n. 4. Ne nimis sint contiguæ, 19. Domus secreta scrutari injuriosum, 3. 37. 10. Ejus ratio, 12. Securitatis domesticæ privilegium, 11. Domicilii jus non tuetur suspectum, 23.

Donatio.

Est alienationis species, 1. 10. 71. Cautela in donatione Pontificum ex patrimonio D. Petri, n. 72. Per donationem etiam acquirunt Municipia, 2. 61. 2. & 3. Ejus probatio in opere publico, 4.

Drossardi, Drosten.

Olim in Comitatu Marcano præstiterunt juramentum civicum, 3. 1. 85. Drost unde dicatur, 87. & 90.

Ducatus, Comitatus.

Quando facti in Imperio Rom. Germ. hereditarii, 1. 1. 56. Nullus est tam absolute in Principis potestate, ut statibus sive Ordinibus nihil suffragii detur, n. 10. 44.

Duces vid. & Comites.

Eorum potestas temporalis sub Carolo M. 1. 1. 55. Ratio administrandi reditus provinciales, ibid. Eorum potentiæ incre-

crementum, n. 58. Horum duplex ordo, n. 59.

Duumviri.

Quales creandi, 1. 3. 35. Eorum honores, ibid. Poteſtas, n. 36. Jurisdictio, n. 37. Immunitas ab urbano onere, n. 38.

E.

Ebrietas, ebrii.

Abominabile hoc vitium, 3. 10. 68. Inter pocula bellum ruſticorum incrementum cepit, 62. Ebriorum mores & vitia, 69. Ebrioſi inducunt conſuetudinem inſaniæ, 70. Ex ebrietate blasphemans, 3. 34. 45.

Eccleſia.

Non democratice non monarchice ſed ariſtocratice gubernanda, 2. 28. 30. Ex triplici ſtatu conſtat, 52. Inductio potius libera quam patronata præſumitur, n. 58. Ad ejus tentionem Magiſtratus eſt obſtrictus, 2. 29. 9. Ampliari poteſt aucto inhabitantium numero, n. 19. Habet tacitam hypothecam in bonis eam deſtruentis, n. 52. Et præferentiam, n. 53. Non capit commodum de male quæſitis, n. 54.

Eccleſiæ facultates.

In pios uſus convertendæ, 2. 27. 55. Dicuntur bona pauperum, n. 56.

Eccleſiæ Miniſtri.

Cur honorandi, 2. 27. 9. Ab omni offenſo ſint immunes, n. 10. Etiam tempore belli, n. 11. Eorum immunitas, n. 12. Exempla, n. 13. & ſeqq. Quid ſint, n. 16. 18. & 21. Idonei conſtituendi, n. 20. Doceant exemplo ſuo, n. 22. Eorum debita electio, n. 23. Horum remotio eſt maximi momenti, 2. 28. 18. Illos vocandi jus quibus competat, n. 27. Ritus Eccleſiæ Reform. illos vocandi, n. 29.

Eccleſiæ Miniſtrorum exemptio à muneribus civilibus.

Conſervanda illa exemptio, 2. 27. 57. Quorſum ea extendatur, n. 58. An & ad onus contributionum ordinarium, n. 59. Quid de contributionibus extraordinariis, n. 60. Quid de immunitate hac in terris proteſtantium, n. 61. Quando ceſſet, n. 63. Quid tempore neceſſitatis, n. 64. De immunitate ab onere acciſarum, 65.

Eccleſiæ Miniſtrorum ſalarium.

Hi mercedem accipiunt ut prædicent, non vice verſa, 2. 27. 14.

Cognitio de horum salariis cujus fori, n. 28. Egere non debent, n. 25. An executio fieri possit in eorum salarium, n. 27. Quid si fundus inter heredes divisus, ex quo salarium præstandum, n. 29. Lite desuper pendente integrum adhuc solvendum, n. 30. De transmittendo salario defuncti pastoris, n. 31. De accidentalibus eorum, n. 32. & seq.

Ecclesiæ ministrorum rixæ & invectiones.

In terminis se contineant Pastores, 2. 27. 35. De rixosis Pastoribus monitum, n. 36. 37. Difficiles sunt compositiones Theologorum, n. 38. Invectionibus ne nimium indulgeant, n. 40. 41. Sunt tonitrua apud vulgus, n. 44. Hinc cohiberi debent, n. 46. Quatenus liceat vitia Magistratus publicis concionibus injuriandi 49. Quomodo procedendum contra Pastorem injuriosa verba in concionibus proferentem, n. 50. Magistratum ne nimio in concionibus redarguant, 3. 40. 26. Exempla, 29. Seditiosæ hæ conciones per Recessum Imperii prohibitæ, 30. Ratio, 31.

Edicta Principis.

Publica eorum affixio probat subjectionem, 1. 8. 73. An obligent Magistratum ante publicationem, 2. 53. 46. Publicata quando obligent, n. 48. Publice affixis obediendum, 63. Pœna corrumpentium hæc edicta, 65.

Ejectio civis, vid. Civis. Emigratio civis, vid. C.

Einquartierung/ *vid. hospitatio.*

Einzug / *vid Intrada.*

Electio Senatus vel Magistratus.

Quando primitus competierit Municipiis. 1. 5. 36. Ævo Carolino non est facta à populo, n. 41. Dulcedo nominis, der freyen Wahl/ 2. 1. 43. Cur fiat in quibusdam Municipiis circa festum D. Petri, n. 56. Pertinet ad jurisdictionem Municipalem, n. 60. Nota Principis in ea reservata, n. 61. Olim fuit regale, n. 64. Eligendi modus quis melior, n. 66. Jus illud traditum aliquibus è populo, 67. Apud Romanos olim facta à populo, n. 68. Antiquus eligendi modus in Municipiis servandus, n. 69, Municipia in quasi possessione eligendi manutenenda, n. 75. Semel electus postea nequit pœnitere, 111. Restricta ad certas tribus, n. 123. Eligendi sunt optimi, 131. In electione novorum nimis festinatur, 2. 4. 1. Indorum mos eligendi Magistratum, n. 20. Ele-

Electio Senatus repetita sive reelectio.
Ad reelectionem quinam fautores non habeant, 2. 1. 47. Non integer simul Senatus reeligendus, n. 52. Ordinatio Lippiæ de eo, n. 53. Repudiati mox iterum recipiuntur, n. 54 Ad reelectionem faciendam taxari solent electi, n. 55.

Electio in Senatum illegitima.
Indigne prætcrito competit actio, 2. 1. 128. Potius contemnendæ tales injuriæ, 130. Electio plerumque fit, ut animi passio eligentium fert, 133. Electio ex odio aut inimicitia, 134. Electio per seditionem, n. 135. Distrahitur Respublica cum magis quorum illa in manu quam ut incolumis sit, quæritur, n. 137. Electio per seditionem & tumultum, 3. 40. 51. Non rite electus pro non electo est, 52.

Electionis jus turbatum, vid. Turbatio.

Eligentes Senatum.
Horum numerus ex tribubus, 2. 1. 72. An paria vota eligentium sorti committenda, n. 73. Quid non temere obtinebit, n. 74. nd eligendum electus si modo extra civitatem degat, cogi potest ut revertatur. n. 109. Quando in illis pœnitentiæ locus est, n. 112. Köhr-Herren/ n. 122. Indignum eligentes tenentur Reipubl. 124. & 132. Privantur jure eligendi, n. 125.

Eligentium juramentum.
Circa illud stolida quorundam est religio, 2. 1. 36. Formula istius juramenti, n. 138. Juramentum silentii, n. 140. Quatenus Bremæ jurent, n. 149. Quidam illud curant, ut domus vetusta fumum, n. 146.

Eligibiles in Senatum qui non sint.
Notati infamia, 2. 1. 93. Quinam tales sunt, n. 95. Personæ viles, n. 96. Sordidi negotiatores, n. 97. Quid de humili loco natis, 100. Qui religione sani non sunt, n. 101. Officiales Principis, 103. Desuper statutum Hamburgense, 104. Exceptio, 105. Advenæ & novelli cives, 106. Si studio electus sit indignus, n. 127. Certo gradu juncti, n. 154. Ratio hujus observantiæ, 155. Statutum Lubecense, 156. Bremense, n. 157. Restrictio observantiæ hujus, n. 158. Pater, 159. Frater, 160. Affinis, n. 161. In parvis Municipiis excipitur necessitas, n. 162. Se ipsum eligens, n. 163. Rationes, 164. & 165.

Emenda.
Unde dicatur, 2. 38. 8. Busse/ Wehr-Geld/ n. 9. Wette/ n. Geld-Straffe/ 12.

Emi-

Emigratio ex civitate.

Quæ fit cum protestatione reservationis juris civici, 1. 3. 142. An permittenda ut gregatim fiat, 188. Libertati emigrationis denegatur per statuta, 191. Emigrans prius rationes administrationis reddet, 192. Libera esse debet, 3. 12. 9. Cur onere aliquo gravanda, 16. Emigrans an collectas solvere cogatur, 3. 16. 29.

Envoyés.

Extraordinaires quinam dicantur, 2. 26. 7. Quinam ordinaires, ibid.

Episcopalia jura.

In status Imperii protestantes translata sunt, 1. 12. 33. Cum territorio coaluerunt, n. 34.

Episcopus.

Civitates quæ habent Episcopum an saltem in numerum civitatum referendæ, 1. 5. 59. Refertur id ad civitates Italiæ, n. 60. Absque Episcopo possunt esse civitates, n. 61. In quibus civitatibus olim habitaverint, 62. Hodie Episcopi possident plures civitates quandoque & plures provincias regimen recte abdicat, 2. 1. 38.

Etymologiæ.

Argumentum ab etymo quomodo procedat, 1. 6. 46. Etymologia est veriloquium, n. 47.

Eversio Municipiorum.

Ejus quæ causæ, 2. 70. 5. & seqq.

Excoriatores.

Famibus quidem habentur sed infamia ipsis objici non debet, 2. 33. 51. Eo casu ipsi competit injuriarum actio, n. 52. Sunt turpes potius personæ quam infames, n. 54. An horum filii ad opificia admittendi, n. 55.

Excubiæ.

Unde dicantur 3. 22. 2. Municipiorum quotuplices, 7. Quare cives illas præstent, 24. An ipsi cives eas agere teneantur, 28. Quinam ab iis sint immunes, 25. Pecunia quando pro iis præstanda 29. De domo à pluribus inhabitata quomodo præstentur excubiæ, 30. Si domus per murum intermedium separata, 31. De domo deserta, 35. De suburbanis, 36. & 1. 7. 42. An Municipes in arcibus & palatiis dominorum suorum excubare cogantur, 3. 22. 37. Excubiæ tempore messis, 43. Hortorum, 45. Tempore nundinali, 47. Pestis & contagii, 48. Ob metum incendiariorum, 49. Cautela, 50. 51. Excubiæ sedatæ incendio, 53. Excubias deserentium pœna inter militares, 56. Cives in excubiis dormientes quomodo puniendi,

57. Quinam ab excubiarum onere ſint exempti, 61.

Excubitores.

Excubantium neceſſitas, 3. 22. 10. Excubitorum genera, 15. Officium eorum, qui ſingulis horis plateas obambulant, 17. Moris hujus origo, 18. Ab his excubitoribus etiam coercendi, qui Magiſtratus jurisdictioni non ſubjecti, 19. Pœna verberantium excubitores hos, 20. An à tali poſſit interimi nocturnus graſſator, 22.

Excuſatio à muneribus & honoribus.

Excuſationes in honoribus non admittendæ, 2. 9. 8. Ab ordinariis muneribus nihil excuſat, n. 12. Privatis affectibus ſubjacere non debet, n. 50. Imbecilla ætas excuſat, n. 56. Ratio, n. 57. Plures cauſæ imperfectæ hic non juvant, n. 58.

Executio.

Difficultas ejus merito abſterret litigantes, 2. 17. 23. Ob eam rara ſæpe eſt nudæ victoriæ gloria, n. 24.

Exempti in Municipiis, Exemptio.

Privilegio ſuo excidunt per negotiationem civicam, 1. 16. 72. De exemptione paſtorum Eccleſiæ, 2. 27. n. 57. & ſeq. Non conſtringunt ſtatutis Municipii, 2. 24. 54. Ratio ibid. Quæſtus civitatenſium exercere non debent, 2. 67. 36. Quare, 38. Exemptio ceſſat in ſummo periculo, 2. 69. 24. Exempl. obſidionis, 28. Præjudicium 30. Ceſſat tum exemptio licet ſit data ab omnibus oneribus, 32. Ratio, 33. Exceptio 34. Ne ſtatum Municipalem evertere intendant, 2. 70. 55. Liberat ab oneribus, 3. 1. 28. Princeps non cenſetur aliquos eximere, ut cæteri graventur, 3. 18. 3. Exempti contribuere tenentur, ſi cæteri onera ſuſtinere nequeant, 52.

Exemptio Municipiorum à collectis.

Longiſſimi temporis valet, 1. 9. 38. & 40. Exemptionis hujus fundamentum, n. 39.

Exemptio Municipiorum à jurisdictione & imperio ſui Principis.

De hac quærela quorundam Principum in Comit. Auguſtanis, 1. 9. 1. Circumſtantiæ circa hæc inſpiciendæ, n. 2. Commiſſio indict. in comitiis de inquirendo ſuper exemptione aliquorum Municipiorum, n. 3. Deciſio quæſtionis iſtius, n. 4. In hac exemptione jus Principum attendendum, n. 5. Municipium ſeſe conniventia Principis eximens, n. 6. Sub prætextu tyrannidis vel impotentiæ defenſionis eximere ſe volentes, n. 7. Ratio, n. 8. Municipia ci-

civica quid se eximere possint, n. 37. Qui valeat Municipiorum exemtio à potestate Principis, n. 47. Exempla, n. 48. & 49.

Exercitationes umbratiles.

Suum habent usum in Republ. 3. 24. 33. Pugna ad palum apud Romanos, 34. Exercitatio hæc est utilis, 35. Drill-Meister/ 26. Eorum officium & institutio, 37. Ob futurum periculum facienda, 40. Tempore pacis de armis cogitandum, 42.

Exspectiva, Exspectivatus.

Talis an privilegio officii gaudeat, 1. 16. 36. & 41. Promissiones de futuro officio sunt odiosæ, n. 37. Praxi sunt receptæ earum origo, 38. Concessio ejus generalis, n. 39. Quatenus in exspectivatis sit votum captandi mortem, n. 40. Si illi nullam habeant administrationem, n. 43.

Experientia, Exercitatio.

Requiritur pro regenda universitate etiam minuta 2. 4. 5. Ratio, n. 6. & 8. Exercitati sine doctrina non sunt excludendi ab honoribus, 2. 5. 40. Usus supplet literaturam, n. 41. & 44. Plus valet quam Bartolus & Baldus, n. 42. Instructiores ad Rempubl. gerendam sunt magis experientia quam præceptis edocti, 2. 6. 12.

F.

Falsarii.

Mensura falsificantium pœna, 2. 64. 23. & seqq. Quando pœna in hos obtineat, 31.

Fames.

Ejus calamitas, 3. 36. 1. & 3. Cur pestem potius quam famem elegerit David, 4. Ejus pedissequa pestis, 5. Triste famis exemplum Romæ, 6. Moderatores isti malo occurrent, 7. Antequam instet, 8.

Famulitium, Famuli.

De famulorum maliciis querelæ, 3. 31. 2. Schalck pro famulo, 5. Servi nostri á serviendo, 6. Dienst-Botten/ Gesinde/ 7. Contractus inter dominum & famulum, 9. Officium domini erga famulum, 12. & seqq. Servi civiliter tractandi, 14. Præstanda famulis alimenta, 18. Quatenus, 20. Cur, 21. Victus pro cibariis, 25. An vestes præstandæ, 26. Quales, 28. Curanda famulorum valetudo, 29. De impensis medicamentorum in famulos, 31. De coer-

ercitione famulorum, 34. An incarcerari à domino possint, 37. De excessu emendationis, 40. An dominus famulo injuriarum teneatur, 42. An liceat constituta indignitate alterius famulum plagis corrigere, 45. De mercede famulorum, 48. & seqq. De intempestivo famulorum discessu, 58. seq. Famulus aufugiens, 59. seq. Famulorum furta, 66. A famulis dominis competit reverentia, 69. Et obedientia, 70. Famulus delinquens extra officium, 71. Damnum dans, 76. seq. Famulatus quatenus finiatur, 81. seq. De resignatione famulitii, 87. Dimissio ejus ex præcosi domini ira, 90. An ob matrimonium deseri possit famulitium, 92. & seq.

Felonia.

A Municipio commissa, 2. 54. 24. Si committatur sola plebe vel patriis, 31. Cadere debet in ipsam universitatem, 32. Si quis è civibus stuprum uxori vel filiæ domini feudi intulerit, 33. Cives particularia feuda possidentes ob eam à civitate commissam eis non privantur, 34. Si Consul regens eam committat, 36.

Feriæ nundinales, vid. N.

Feudum.

In eo novus non potest obtrudi dominus, 1. 10. 41. Jure feudali labes originis afficit, 2. 10. 34. Deficientibus licet legitimis, n. 35. In eo dominium directum manet plane dominum, 2. 12. 34. Originaliter contemplatione Magistratus datum, 2. 54. 2. A Municipio dari potest, 3. Ratio, 4. seq. Quam jurisdictionem in feudo acquirat, 8. Burgensium. 9. Subinfeudatio quatenus á civitate fieri possit, 38. In feudo civitatis non considerantur agnati vel liberi, 41.

Fenestra.

Arma in eis probant liberalitatem, 1. 8. 53. Quatenus ea s in nostro facere liceat, 3. 3. 51. Earum libertati derogatum jure Municipali, 52. Perforans totum parietem quid arguet, 60.

Feuer-Ordnung.

Ejus institutio in Municipiis, 3. 4. 26. An sit confirmanda à Superiore, n. 27. Ejus insignis ordinatio civitatis Amstelodamensis, 29.

Fidejussio.

Magistratus Municipalis an valeat pro Municipio, 2. 52. 1. Argumentum ab alienatione ad fidejussionem, 3. Ab Ecclesia, 6. Civitas quatenus obligetur fidejubendo, 7. Est invalida ob restitutionis beneficium, 13.

Dispositio Jure Lubecensi, 15. Pro superiore quatenus valeat, 20. An fieri possit per obsides, 21.

Fides.

Sola in Principe valet quantum in privatis juramentum, 1 10. 50. Horrenda exceptio Principis Mediolanensis contra fidem Imperatoris Friderici I. datam, 51. Byssinum dictum Caroli V. de servanda fide, n. 55.

Fines, vid. & limites.

Quæ intra fines Municipii sunt ad illud spectare præsumuntur, 2. 62. 1. Quænam, 2. Ejus ratio, 3. & 4. Finibus terminetur jurisdictio, 6. Ex finibus arguuntur media, 5. Municipiorum turbati non præsumuntur, 35. Quatenus probentur, n. 63. & seqq.

Fisci jura.

Pertinent ad regalia, 2. 42. 1. Quatenus competant Municipiis, 3. & 5. Quatenus conjuges à Fisco excludendæ, 38. & seqq. Quærela super in observantia commodi Fiscalis, 2. 43. 22. Nihil habent commune cum mero Imperio, 2. 49. 18.

Fisci privilegia.

Ratione conductoris vectigalium apud Romanos, 1. 6. 32. Ratione ædilitii edicti, n. 35.

Flaschen tragen.

Quæ pœna, 2. 15. 52. Quibus dictanda, ibid.

Fleck / Flecken.

Pro Municipio minori, 1. 5. 8. Pro macula, n. 9. Marck-Flecken / n. 10.

Fluhr.

Pro Municipii limitibus, 2. 62. 15. Differentia inter Fluhr & Weichbild / 16. Fluhr-Gräntz-Bücher / 37. Quando libri tales necessarii, 38.

Fluhr-Recht / *vid. agraria controversia.*

Flumina, fluvii.

Multi gentiles cultu affecerunt flumina, 3. 26. 2. Fluviorum perennitas, 3. Quomodo differat flumen, torrens & amnis, 4. Flumina publica & privata, 5. Proprietas fluminum cujus sit, 7 Quatenus referatur ad regalia, 9. Non inficiendum, 24. Nec librum in illis macerandum, 26.

Fœdera.

Horum causa materia, effectus, 1. 17. 1. An Municipium præhabita permissione à Domino territoriali fœdus inire possit, 2. Fœderis jus ad jura belli refertur, n. 3. Adeoque inter regalia, 5. Fœdus Municipii quo casu valeat, n. 8. Ita ut potius concordia quam conspiratio dicatur, 9. Colligationes

ad bonam finem ſunt licitæ, 10. Licita fœderis percuſſio ad ſui defenſionem, 11. Ratio, 12. Confœderatio talis quærit pacem, 13. Exempla talium confœderationum, n. 16. Si queat eorum approbatio, n. 17. Hiſtoria civitatis Monaſterienſis ſententiam, cap. 17. lib. 1. non convellit, n. 60.

Fœdus Hanſeaticum.

Ejus initium & cauſa 1. 17. 14. Fit ſalvo jure Principis, 15. vid. & civitas.

Fœderatores.

Quatenus cohibendi in Municipiis, 3. 35. 8. Eorum odium, 26. Quinam ſint, 29. Gravius committunt quam fures, 31. Faciunt quod ſuadebit Chriſto dæmon, 32 Sunt ſimiles vermiculis ligni, 34. Eorum morſus, 35. Metunt ubi non ſeminant, 37. Meritæ pœnæ ipſis imponendæ, 38. Manifeſti e Republ. exterminandi, 39. Variis mediis coercendi 40. Ordinationes in eos obſervandæ 44.

Fœnus, vid. & uſura.

Differentia inter fœnus & uſuram, 3. 35. 11. Veteribus German. erat incognitum, 13. Ejus interdictio ex Capitul. Carol. M. 14. Ejus inhibitio apud Romanos. 27. Quid ſit, 30. Potius aliud malum quam fœnus ſubeundum, 46. Conſilium Platonis, 47.

Follis.

Follis Senatorius apud Romanos, 1. 3. 32. Follis quid, n. 33. Follis pecuniæ gens ibid.

Forenſes.

Quinam ſint, 3. 30. 12. In Municipiis tempore neceſſitatis non ſunt immunes, 1. 7. 44. Qui dicantur, 2. 34. 42. Obligantur ordinationi judiciorum ubi degunt, n. 43. Ratione contractus, 44. Quatenus ad pœnam ſtatutariam, 45. Quatenus ad ſolennia, 46 Ratione ſtatuti rerum in Municip. ſitarum, 48. Maritus forenſis contrahens tenetur ſtatutis iſtius loci non uxor, n. 47. Mobilia forenſium quatenus ſtatutis ſubjaceant, n. 50. Quatenus ſuccedant in hereditatibus 51. Statutum generale ipſis prodeſt, 52. Non ſtatuta in perſonam concepta, 53. Quale juramentum civium præſtent, 3. 1. 98. Non gravandi oneribus perſonalibus, 99. Exceptio, 100.

Foreſtale jus.

Differt à jure venandi, 3. 25. 19. Venatio ſine jure recte regalibus adnumeratur, 20. Forſtliche Obrigkeit / ad reſervata Principum refertur, 18. Foreſtum unde

unde dicatur, 21. Jus illud in quo consistat, 22. Banno hoc ferino non obstante fera canibus abigi possunt, 23.

Fornicatio.

Simplex an jur. civ. punibilis, 3. 34. 54. Unde dicatur, 57. Differt à stupro 55. Ejus pœna 60. Consistorialis, 62. Rectæ rationis pœna 64.

Fortalitii jus.

Est regale 2. 55. 1. Est Principis non privati, 2. Spectat ad jura belli 3. De eo dispositio juris sive viri, 5. Et variarum gentium, n. 8. & seq. Fortalitia apud Germ. rara, 16.

Forum pro judicio.

Forum sorti & statutis locis ligari idem est, 1. 16. 13. Contrahens in loco quatenus forum sortiatur, n. 17. Quid ratione fori in Ministro Principis in Municipio contrahentis, n. 18. Judiciale acutis lapidibus sternendum, 2. 16. 33.

Franci.

Adversus Romanos movent lacertos, 1. 1. 44. Eorum terror in provinciis à Romanis subactis, n. 45. Premunt provincias Germanas à Rom. subactas, n. 46. Sub iis subacti fuere sicut in familia servi, n. 49.

Francofurtenses.

Eorum Pfeiffer-Gericht / pro concessione immunitatis nundinarum, 2. 57. 4. Judicii istius descriptio, n. 5. Jus arestandi in nundinis sibi vendicant, n. 5.

Freyheit.

Pro Municipio minori, 1. 5. 24.

Frohn.

Frohn / Dienst-Frohnen / quid sit, 3. 23. 2. Operæ hæ cur ita vocatæ 4. Præco, apparitor, ein Frohne / 3.

Frumentum.

Tempore necessitatis non evehendum ex Municipiis, 3. 36. 19. Ejus ratio, 22. Fundamentum, 24. Facta publicatione de non exportando frumento an deprehensus in via puniendus, 30. Si dicat se alio animo exportasse, 31. Conjecturæ gravantes talem exportantem, 32. An prohibitio frumenti etiam comprehendat farinam, 33. Korn-Juden / Korn-Würme / 46. Coemenda frumenta in usum publicum, 48. Ejus justum pretium stauendum, 51. & 73. Frumentum publicum corrumpatur, 56. Ejus propolæ, 58. Illud advehentes nullo incommodo adficiendi, 60. Viride non vendendum, 64. & seqq. Tempore annonæ proponenda pecunia illud advehentibus, 68. Turcarum cura circa

ca venditionem frumenti, 79.

Fugitivus.

Debitor non gaudet privilegio nundinali, 2. 57. 21. De fuga suspectus quis, 24.

Funeralia.

Eorum jura pertinent & ad jus patronatus 2. 28. 8. Competunt Magistratui Municipali, 2. 27. 69. Pompa funebris ne sit immodica sed secundum personas moderata, n. 70.

Furcæ, vid. & patibulum.

Municipia eas semper habeant erectas, 2. 12. 111. Quare 112. Sufficit signum licet deficiat signatum, 113. Erectio furcarum refertur inter onera meri Imperii, n. 114 Illas ædificare non est despectui fabris lignariis, n. 116. Textores ad earum erectionem minime compellendi, n. 117. Quandoque ex Senatu quidam isti operi primam injiciunt manum, n. 119. Lite pendente furcæ erectæ de possessione docent, n. 120. De facto erectæ de facto tolli possunt, n. 121. Denotandi fines jurisdictionis, 122. Furca quomodo ponenda, n. 123. Furciferi cur dicti, n. 126.

Fures.

In agro repertos an liceat occidere, 3. 22. 44. Piscium severe puniendi, 3. 26. 32. Domestici gravius puniendi, 3. 31. 66. & seq. An magis censendus fur qui modica, quam qui magna furatur, 3. 24. 175. Lege Div. magis punibiles quam raptores, 177. Earum rerum quæ publicæ fidei sunt expositæ, 179. Aratrorum, 181. An fur præsumatur ubi reperitur res furtiva, 3. 37. 48.

Fürst.

Unde dicatur, 1. 1. 31.

Furta.

Res furtivæ in nundinis etiam subjacent, l. 2. C. de furt. 56. 50. Quæ ratio, 51. Nec valet consuetudo in contrarium, 53. Nec obstat negotiandi libertas, n. 52. Nec in nundinis Judæi res furtivas emere poterunt, n. 54. Kleine Diebe hencket man an eiserne / und die grosse an güldene Ketten / 2. 70. 14. An ad arcendas fures liceat ponere jaculum, Selbst-Schuß / 3. 5. 30. An cuspides occultas, 31. Furi modici pœna, 3. 34. 173. Hortorum, 174. Rei minimæ, 183. Ex necessitate famis, 184. & seqq. Cur L. Div. septuplo pendendum, 186

Furtivæ rei inquisitio.

Inquisitio per lancem & licium ejusque ritus apud veteres Rom. 3. 37. 1. & seqq. Inquisitio hæc injuriosa est, 13. Indicia præcedent, 16. Quænam illa,

tium

17. & seqq. Crimen occultantium res furtivas 28. Conceditur hæc perscrutatio Municipiis, 33. Est præparatoria & summaria, 37. An concedenda ipsis dominis cui furta facta, 38. Si reperiatur absente domino, 40.

G.

Gabella, vid. & accisia.
Unde dicatur, 3. 19. 3. Quibus Municipium gabellam imponere possit, 20. Gabella est fructus jurisdictionis, 22. Exactio ejus est odiosa, 23. Hujus impositio gravior est collecta, 26 Eam non imponunt quædam civitates Imperiales inconsulto Imperatore, 27. Non est tam odiosa sicut vectigal, 28. Principaliter respicit cives 30.

Gädemere / *vid. & incola.*

Gadem / quid, 3. 30. 17. Gädemer / ein Einlieger-Häußlein / 18. An gaudeant consuetudine ratione communionis bonorum, 37. Schatz-Geld / quomodo ab iis solvatur, 46. Eorum utilitas in operis manuariis, 48. Formula juramenti incolatus, Einlieger-Eyd / 58.

Galge.
Unde dicatur, 2. 12. 124.

Ganerbi.
Civitas Ganerbica, 1. 2. 71. Ganerbi unde dicti, n. 72.

Garrulitas Senatorum, vid. revelatio.

Gast-Häuser / *vid. hospitalia.*

Gast-Recht /
2. 40. 43. Ejus ratio, 46. Ein wilder Gast / Quis, 50.

Gau *vel* Gow /
Unde dicatur, 1. 1. 28. Quæ pars Germaniæ primitus in gauas distincta, n. 40.

Gebuhrts-Briefe.
Quid sint, 2. 44. 38. Quid probent, 39. Etiam fœminæ exteræ civibus nubentes illa testimonia adferre debent, 40. Plenam faciunt fidem, 42. *vid. & testimoniales literæ.*

Geleit.
Bringt Ladung mit / 2. 13. 1. Ladung trägt das Geleit auf dem Rücken / n. 2. Geleitliche Obrigkeit / Geleit-Zetteln / n. 23.

Gentes.
Harum cultus idololatricus in nemoribus habitus, 2. 29. 12. A Romanis subjectæ suis privabantur legibus, 2. 34. 5.

Germania, Germani.
Ejus status provincialis ante German. invasionem, 1. 1. 24. Tunc nondum habuit urbes ib.

n. 25. Ejus pro libertate studium, n. 36. Ejus pars quæ primo in provinciæ formam à Romanis redacta, n. 39. Ober-Teutschland / n. 40. Ejus præfecturæ sub Romanis, n. 41. Horum iniqua potestas, n. 42. Germanorum tria incommoda sub servitute Romana, l. 1. 43. Inter se sunt cives, l. 2. 19. & n. 21. Germanorum veterum civitates non erant munitæ, l. 2. 85. Pietas circa templa exstruenda, 2. 29. 13. De Germanorum bibacitate, *vid. potatio excessiva.* Germanicarum urbium initium, l. 2. 83. 84. 86. Quando ineptæ, n. 87. Ejus status modernus alius est ratione politiæ civitatum ac olim, l. 6. 80.

Gerne-Burgemeister.

Qui 2. 3. 12. & 53. Sunt stulti tibicenes, n. 11. Eorum indoles, 13. Captatio benevolentiæ vulgi, n. 15. Vir bonus à natura designatur Magistratus, n. 18. 19. Medicantes emendi atque Consules n. 36. Histriones sunt palliac. n. 38. Horum similitudo, n. 39. & seq. Ex ordine mendicantium D. Petri, n. 43. Quo juramento constringendi, n. 44. 45. Optimi sunt gubernatores qui cogantur detrectantes, n. 49. Exemplum Pædareti laconis, 52.

Gleba.

Aurum glebale, 1. 3. 32.

Gnade / gnädigster Herr.

Appellatio talis an, probet dominium superioritatis, l. 8. 20. Titulus Von Gottes Gnaden / l. 13. 4.

Graben-Gülden.

Pensio hæc quæ, 3. 1. 143. An solutio ejus quem efficiat civem duarum civitatum, n. 144. Docet in cive de animo reducendi, 147.

Graff.

Graviones horum officium in antiqua Germania, 1. 1. 32. Pro judice n. 33. Gowgraff / ibid. Graviones idem quod Seniores, n. 51.

Grida publica.

Vis vocis ejus, 2. 53. 1. Descriptio, 4. Fiunt & per cautionem, 6. Inde Meister-Gesänge / 9.

Gülden / Gilden / Gasselen / *vid. Opificum collegia.*

H.

Halß-Gericht / *vid. & jurisdictio criminalis.*
Quid eo intelligatur, 2. 12. 22. Stock und Galgen / ibid. Stock- und Halß-Eisen / ad quem jurisdictionem referantur, 2. 15. 61.

Hamburgum.
Est civitas mixta, 1. 2. 65.

Hanseatica civitas, vid. civitas.

Hauß-Armen.
Eorum cura, 2. 31. 14.

Henricus Auceps Imp.
Germanos ex agris in urbes compulit, 1. 5. 32. In suburbiis civitatis Marspurg singulares homines collocavit, 1. 7. 24.

Hereditas.
Quid sit officii Magistratus Municip. quoad hereditates si non sint executores, 2. 16. 4. Vocans, 2. 42. 35. In hereditate illegitima quatenus succedat Magistratus, 37.

Hofen / *vid. quarterium.*

Homagium.
Omnium maxime probat subjectionem Municipalium, 1. 8. 74. Quid sit, n. 75. Ejus descriptio, n. 77. & 78. Unde dicatur, n. 76. Origo unde? 79. Mos hic devolutus etiam est ad Principes Imperii, n. 80. Erb-Huldigung / quæ, n. 81. Ejus actio etiam competit dominis jurisdictionum, 82. Illius juramentum est personale, n. 86. Non semper omnimodam subjectionem arguit, n. 87. Nec metu exortum, n. 88. Ob possessionem bonorum non præstatur, n. 90. Novitas in juramento homagiali non tolleranda, n. 91. Illud Princeps mutare nequit, n. 92. Est reciprocum, n. 94. & 1. 10. 45. Item 1. 12. 47. & 49. Principis promissio in eo, 1. 8. 95. Interdum dandus reversalis à Principe n. 96. Consequuntur subditi per homagium protectionem Land-Schütz / n. 97. Quæ conditio tacite illi insit, n. 98. Præstandum est etiam lite desuper inter Principem & subditos pendente, n. 99. Juramentum id est hereditarium, n. 100. Pœna subditorum juramentum hoc detrectantium, n. 101. Qui hoc non præstitit non dicitur rebellis, n. 103. Mandata pœnalia contra subditos illud præstare nolentes, n. 105. An exemptio ab eo inferatur per tempus immemoriale, n 106. Compulsio ad juramentum hoc non valet, 1. 9. 22. Ejus effectus de non turban-

bando in religione, 1. 12. 46. Quando recusari possit, n. 48. Quomodo in condominio præstandum, 1. 15. 22. Quatenus præstandum duobus dominis de Municipio contendentibus, 1. 15. 17. Si unus nomine alterius condomini illud recipiat, n. 23.

Homo.

Est socialis & animal politicum, 1. 2. 2. Etsi non lapsus tamen foret in societate 1. 2. 5. Humani generis est imperare & imperari, 2. 14. 15. Ejus naturalis superbia cohibenda, n. 24 Si non peccasset an etiam spectandum regimen politicum, n. 67. Rationes pro negativa & affirmativa, n. 68. & seqq.

Honor.

Honos onus, 2. 1. 28. Per vices deferendus, n. 116. Exconsules & Senatores honorem retinent, n. 183. Prior receptus honoratior est, n. 184. Ultimo regens inter Consules præcedit, n. 185. Affectatus, 2. 3. 51. Per gradus non per saltum conferendus, 2. 4. 3. Ratio, n. 4. Exempla. n. 9. & 12. Per gradus evectus non exponitur æmulorum invidiæ n. 22. Per honorum gradus documentum sui quis dat, n. 13. A minoribus ad majora perveniendum n. 19. Exceptio ejus in parvis Municipiis, n. 23. Ad eum non promovendi nisi idonei, n. 24. Non descendendo sed ascendendo conferri debet, 2. 9. 46. & 47. Non est conferendus uni familiæ in civitate 2. 70. 58. Rationes ejus 60. & seqq. Adspirantes ad Magistratus honores ne populo se submittant, 75. Tales postea mutant mores, 76. Collatus in exterum is simul jus civitatis confert 3. 2. 65.

Honos Municipalis vid. Municipalis.

Horti.

Cura eorum, 3. 5. 2. Quid sint, 3. Quotuplices, 6. Belgarum Thuin unde, 5. Eorum mensuræ 7. & 8. An ad rustica vel urbana prædia referantur, n. 9. An comprehendentur empta domo, n. 10. Eorum fructus an sint naturales, 11. Quatenus in proprio construendi, 12. Eorum sepimentum Planckeu / 13. Garten-Recht / 15. Diu aperti quatenus & invito domino claudendi, 17. An liceat in hortum proprium projicere venata pro arcendis gallinis vicini, 26. De furto in hortis noctu commisso, 29. Pœna eorum qui arbores nocendi saltem animo cædunt, 32. An & decimæ ex hortis sol-

ſolvendæ, 35. In domunculis hortorum non recipiendi hoſpites, 36. Hortorum excubiæ, 3. 22. 45.

Hoſpitalia.

Horum inſtitutio, 2. 31. 21. Quando horum fundatio præſumitur Eccleſiaſtica, n. 22. Quinam in illa recipiendi, n. 23. Das freye Nacht-Lager / in iis concedi ſolitum, n. 24. Ordinat Eccl. Magdeburg. n. 25. Peregrinus ibi decedens cujus ſumptibus ſepeliendus n. 26 Quinam præterea ibi alendi, n. 27.

Hoſpitatio.

Differt ab hoſpitalitate, 3. 20. 7. Metata unde, 2. Fouriers/3. Einquartierung / 4. Differt à jure præſidii, 5. Hoſpitationis æquitas & fundamentum, 8. & 9. Eſt de regalibus, 10. Vetus metationis ratio, 13. & 14. Quinam onus hoc ſubeant, n. 12. Ejus diſpoſitio competit Magiſtratui Municipali, 18. Miles ordinante Magiſtratu hoſpitio cedere debet, 20. Hoſpitiorum deſignatio apud Gallos, 23. Cujus onus eſt reale, 28. Quinam ſint ab eo exempti, 29. An conductor illud ſuſcipere debeat? 31. An forenſis, 35. Si civis tenuioris conditionis amplam inhabitat domum, 37. Diſtributio quomodo facienda, 38. An ſecundum cataſtrum, 39. Differentia inter pedites & equites, 41. & 42. Quodnam conclave militi concedendum, 44. Si detur pecunia loco hoſpitii, 46. Cives quid in hoſpitatis præſtent, 49. Moleſtia non afficiendi à militibus, 51. Hoſpitato an teneatur civis inſtar cauponis, 53.

I.

Immiſſio.

Competit Magiſtratui Municipali, 2. 41. 5. & 14. Cur, n. 10. & 11. Eſt jurisdictionis, 9. Ex remed. L. ult. C. de edict. D. Hadr. toll. 7. Æquiparatur pignorationi, 16. Ventris nomine, 17. Ex Carbaniano edicto, 18. Quatenus ea decernenda in debito partim liquido partim illiquido, n. 19. Ob debitum liquidum, 21. & 24. In bona abſentis qui nihil debet, 22. In bona pupilli, 23. In qua immiſſio, 25. Citatio ad videndum immitti, 26. 27. Solennia immiſſionis, 28. Ejus effectus, 30.

Immobilia bona.

Horum ratione nulla eſt exemptio, 1. 16. 51. Illa comparans cum Magiſtratu loci, ubi ſita ſunt, contraxiſſe cenſetur, n. 22. Ejusque cenſetur ſubditus horum intuitu, n. 60. Academicorum ſunt regulanda juxta ſtatuta civitatis, n. 68. Quænam ſub immobilibus veniant, 3. 14. 25. An jura quoque & actiones, 26.

Immunitas, vid. & exemptio.

Tributorum eſt odioſa, 2. 45. 14. Conceſſio, frey von aller Laſt/ non eſt extendenda ad exemptionem á tributis, 15. A tributis non præſumitur, ſed probanda, 38. Nec pro ea facit libertas naturalis, 39. Jus concedendi immunitatem eſt de regalibus, 2. 18. 1. Quatenus concedi poſſit à Municip. 5. Ad eam concedendam univerſitas concurrere debet, 8. Conceſſa nec nuptis, 9. Compepetit refugis, 11. Ad quid reſtringatur, 12. Quatenus revocari queat, 13. Conceſſa ob bene merita an ſit revocabilis, 16. Ejus privilegium eſt ſtrictæ interpretationis, 18. Vom bürgerlichen Beſchwer quid importet, 19. Formula conceſſæ libertatis ab omnibus oneribus, 22. Reſtringas privilegium ad vitam perſonæ, 24. Immunitatis præſumptio vid. P. In ea, qua actione expediendum contra Magiſtratum, 43. Raro concedenda, 45. Semel conceſſa defendenda, 49. De immunitatis lite pendente, 50. Generalis ab omni onere non comprehendit caſum belli, 55. Sumenda de oneribus, quæ fuerunt tempore conceſſionis, 56. Immunes ſaltem tenentur in ſubſidium, 61. Conceſſæ tempore belli, 57.

Immunitatis amiſſio.

Fit per ſpontaneam præſtationem onerum, 3. 18. 36. Spontanea ſolutio hæc quatenus fiat, 37. An ad amiſſionem immunitatis requiratur lapſus temporis longiſſimi, 39. An in privilegio generali ab omnibus oneribus unum ſubeundo præjudicetur quoad cætera, 42.

Imperator.

An ei etiam ſubjecti ſint Municipales, 1. 8. 111. Fundata ejus eſt intentio per univerſum Imperium, n. 112. Ab eo eſt prima jurisdictionis cauſa, 113. Ei tantum non eſt obligatus Princeps quam eſt ſubditus ſuo Principi, 1. 8. 115. Carolus IV. diſſipator & vitricus Imperii, 1. 10. 59 Imperatoris pœna contra capitulationem diſſipantis,

tis, n. 60. Et Imperium non dependent à Pontifice, 1. 12. 55.

Imperium.

Non est ex astris sed ex Dei ordinatione, 1. 13. 3.

Imperium merum.

Dicitur respectu mixti, 2. 12. 1. Cur merum, n. 2. Quatenus sit penes Magistratum, 3. De quo controversia inter Jurisconsultos Lothar. & Azonem, 4. Cur separatum ab idione, 5. Olim non concessum, nisi diserte demundatum, 6. Ratio, 7. Cur dicatur potestas, n. 11. Ejus jus non denegetur Municipiis, n. 16. Quomodo acquirant Municipia, 17. & 24. Acquisiti stricta est interpretatio, 18. Habet naturam privilegii, n. 19. Municipiorum plerumque est limitatum, n. 23. Quomodo præscribatur, n. 42. At eo requiratur tempus immemoriale, n. 45. An scientia à Principis, n. 48. Consuetudo id tribuit etiam personæ privatæ, n. 91. Facilius acquiritur à persona publica, n. 92. Eo licet careat Magistratus Municipalis, tamen leviora delicta coercere potest, 2. 15. 70. Et generaliter inquirere, n. 71.

Imperii meri acquisitio.

Per privilegium censetur facta non privative sed annulative, 2. 12. 66. Quot modis hoc procedat, n. 67.

Imperii meri amissio.

Municipia non usu merum imperium amittunt, 2. 12. 63. Modò casus puniendi facinorosos se obtulerit, n. 64. Ratio, 65. Confessum ad beneplacitum, so lange es den Landes-Fürsten gefällig/ an morte concedentis finiatur, n. 68. Rationes dubitandi & decidendi, n. 69. & seqq.

Imperium mixtum.

Quare ita vocetur, 2. 12. 12. Magnum, n. 13. Mediocre, n. 14. Parvum, n. 15. & 2. 13. 27. Vis mixti imperii quæ, 2. 14. 9.

Incantationes vid. & magicæ artes.

Zeichendeuter / Beschwerer / 3. 32. 41. De incantationibus saniorum Philosophorum gentilium judicium, 50. Cur à Deo tam severe Judæis prohibitæ, 52. An incantatores veteris Testamenti pactum cum diabolo pepigerint, 53. Cur veteres Christiani eas Diabolo tribuerint, 56. Circa hanc materiam necessaria est congregatio de propaganda incredulitate, 58.

Incendium.

Ne oriatur præcavendum, 3. 4. 1. Ut præcaveatur, ignis cura habenda, n. 15. Opificium lini

caute tractandum, n. 16. Municipia instructa sunt syphonibus serpentinis, Schlangen-Sprützen/ n. 18. Pro eo avertendo diruendæ sæpe sunt ædes, 30. An id privato liceat, n. 32. Londinense, n. 31. Reparatio ædium dirutarum ab incendii periculo, n. 34. Eo suborto exclamandum est domino, 35. Ab exstinctione qui sint immunes, 37. Quinam concurrere debeant, 39. & 40. Inquisitio incendii, 42. Pœna patrisfamilias, cujus negligentia obortum, 43.

Incola.

Quid denotet, 3. 30. 3. Quis jure civili, 4. Quisnam sit, 6. & seq. Pro eo qui civitatis jurisd. non subest, 8. Quomodo differat ab hospite, 9. Quis sit jure moderno, 16. Obligatio quam debent Municipio, 20. Quæ onera subeant, 21. & 33. Requisita ad incolatum, 22. Incolatus quomodo acquiratur, 23. Quomodo differat à cive, 26. Quænam jura acquirat, 27. An gaudeat privilegiis civitatis, 30. An statutis, 35. Eorum protectio, 42. & 55. Est instar civis, 41. Eorum magnus numerus an conveniat civitati, 47. Quatenus incolatui renunciari possit, 50. & seq. An oneri detractionis subjaceat, 52. & 53. An sit immunis á collectis, 56.

Indigena.

An pro cæteris frui debeant honoribus civicis, 3. 2. n. 6. & 8. Omnes sunt virtute & fidelitate, n. 13. Ubi præsto sunt alienigenæ non vocandi, n. 34. Excluduntur per extraneum digniorem, 37. Indigenatus jus apud Romanos in usu, n. 43. Inter indigenas & alienigenas regnat invidia, n. 46. Præferuntur in præbendis, 48. Item ex obligatione patriæ debita, 49. Jure provinciali horum habetur ratio, 57. Exempla desuper, n. 60. & seq. Stante statuto pro indigenatu, tamen dignitas exteris ex causa conferri potest, n. 64.

Indigentia, inopia, vid. paupertas.

Est causa societatis humanæ, 1. 2. 9. Patet corruptelis 2. 7. 4. Inopes non sunt ferendis oneribus pares, n. 5. Civitas tempore mutui est præsumptio pro versura, 2. 58. 24.

Infamia.

Eam non incurrit universitas, 1. 14. 34. Pœna ejus est personalis, n. 35. Notati sunt ratione Senatus ineligibiles, 2. 1. 93. Nec distinguitur qualis sit infamia, n. 94. Debet quis esse de-

declaratus per sententiam infamis ut sit ineligibilis, n. 95. Non infertur nisi per causas famosas, 2. 15. 50. An illam incurrat qui canem interficit, 2. 33. 57. Illa à statuto civitatis ab eadem restitui potest, 2. 34. 73. Ea non est ex privatorum arbitrio 3. 8. 106.

Infanticidium.

Ejus indicia quomodo examinanda ab obstetricibus, *vid. Obstetrix.*

Injuria.

Injurias qui concoquere nequit debilis est stomachi, 2. 22. 1. Exempla & dicta Philosophorum, n. 2. Si non sit atrox, n. 3. Differt à contumelia ibid. Dives si appellatur pauper ridet, n. 5.

Innocentia, innocentes.

Delinquente universitate non sunt puniendi, 1. 14. 36. Exemplo excommunicationis collegii, n. 37. Quando in criminibus gravioribus quoque puniantur, n. 39.

Innungen / *vid. opificum collegia.*

Inquisitio rei furtivæ vid. F.

Insignia publica, vid. & arma.

In curia & locis publicis arguunt superioritatem, 1. 8. 51 & 1. 15. 19. Exempl. Mediolanensium, n. 20. Arma & nomina monumentis publicis inscripta quod intendant, 1. 8. 52. Arma in fenestris, n. 53. Insignia insculpta Ecclesiæ, n. 54. Potentiorum arma & nomina à privatis non usurpanda, n. 55. Potentium titulis non est abutendum, 56. Principis arma publice imposita quid denotent, n. 58. & 60. Municipia quædam gerunt in sigillis arma sui Principis, n. 61. De quo exempla patria, n. 62. Si duo sint Municipii condomini quorum unus habet jurisdictionem civilem, alter criminalem, cujus insignia muris & portis apponenda, 1. 15. 18. Arma condomini à dextra posita illum pro honoratione habent, n. 21. Insignia Imperii duæ aquilæ, 1. 2. 47.

Inspectio, vid. & ocularis inspectio.

Carcerum, 2. 18. 41. Circa cautionem de damno infecto n. 42. Circa res in foro verum exhibitas, n. 43. Mensurarum & ponderum, n. 44. De qua Constit. provinciales, n. 45. An tales actus referantur ad merum Imperium, n. 45. Molendinorum, n. 46.

Inspectio cadaveris, vid. Nobt-Gericht.

Inspectatores Scholarum.

Magistratus officium circa eos, 2. 30. 38. Horum cura & requisita, n. 43.

Institutio informatio juventutis.
Quantum ad civitatis salutem faveat, 2. 30. 36. Sine ea homo est animal ferocissimum, n. 37.

Insula.
Quæ dicatur 3. 4. 20. Quomodo differat à domo, n. 21. Erant illæ tutæ, n. 23. Insularius servus n. 43

Interpretatio.
Luc. 2. v. 2. & Matth. cap. 2. v. 1. 1. 1. 20. l. 16. ff. de V. S. Cur in illa dicatur de compluribus, 1. 6. 21. Sensus istius legis, n. 26. Connexio, l. 15. 16. & 17. ff. de verb. sign. n. 56. 57. & 58. Luc. 14. v. 23. Coge ingredi, 1. 12. 9. l. 22. ff. ex quib. caus. mag. 2. 50. 13. & seq. l. 27. ff. de cred. 2. 58. 9. l. 1. §. Municipis ff de acquir. poss. 2. 61. 20. l. 27. §. ult. ff. ad l. aquil. 2. 67. 9. l. qui fundos, 9. C. de omn. agr. desert. 2. 68. 14. l. fin. ff. famil. er. 3. 5. 16. l. vacuatis 9. C. de curion. 3. 18. 6. l. fin. §. 1. ff. ad L. Jul. de annon. 3. 36. 75.

Intrada, introitus Principis.
Est jus superioritati connexum, 1. 8. 63. Solennia quæ Municipales hunc exhibere solent, n. 64. Quando talis intrada sit effectus superioritatis, n. 55. An jus illud etiam competat protectoribus, n. 66. Introitum celebrat Princeps cum omni suo comitatu, n. 67.

Investitura renovatio, vid. Vasallagii jus.

Invitus ad subeundum Magistratum.
Exempla eorum qui reformidarunt honores hos, 2. 9. 2. Causa ut quis ad Magistr. subeundum cogi possit, n. 3. & 4. Invitis tutius quam ambitiosis defertur gubernatio n. 7. & 32. In Republ. ut in navi tenentur inviti, n. 10. Licet quis juraverit se non suscepturum Magistratum, n. 11. Doctoribus invitis consulatus obtrudi nequit, n. 42. Qui majores honores subiit ad minores invitus non devocandus, n. 45. Electus intermissa quædam solennitate invitus non cogitur sub re munus, n. 54. Ratio, n. 55.

Ira, iracundus.
Ira gignit insaniam, 2. 2. 101. Iracundus quid à furioso distet, 103. Ignem vomit, 102. Ira est dira & dura domina, 104. Ira sit fotitudinis comes non dux, n. 105. Finis iræ principium pœnitentiæ, 106. Sublimis animis semper quietus, 107.

Is-

Issuarum jus.

InFlandria usitat. quid sit, 3. 12. 65.

Judæi.

An tolerandi 3. 32. 74. Rationes pro negativa 75. & seq. Ubinam non tolerentur, 82. Eorum error missimum peccatum, 87. Cur non exstirpandi, 88. & seq. In quantum recipiendi & tolerandi, 94. & 107. Eorum receptio est regale, 96. Quomodo à Magistratu Municipali tolerandi, n. 95. & 97. Aliud est recipere aliud tolerare Judæos, 98. An habens jurisdictionem inferiorem eos possit recipere, 100. Municipia quæ hoc jus sibi asserunt, 101. An illis legari possit, 104. Furæ civilia iis restricta, 105. Eorum salvus conductus non violandus, 106. An res furtivas licite emere possint, 108. An ad laqueum damnati è pedibus suspendendi, 109. Eorum signum cognoscibile in vestimentis, 110. Pœna id deponentium, 114. De eorum usuris, 115. De eorum propolio cohibendo, 118. Si cum Christianis cornaliter se commisceant, 119. De eorum juramentis, 121. Quænam iis in Christ. rep. permissa, 122. De Judæis conversis, 123. & seqq. Judæorum lancea Juden-Spieß/3. 35. 24. Eorum Lummart unde, n. 53.

Judex.

Regula justi judicis, 2. 2. 36. Sit amicus usque ad aras, n. 56. Causas decidat, n. 59. Indicans quid cogitare debeat, n. 61. Ejus cordi & ori insit religio & veritas, n. 64. Inscitia judicantium calamitas innocentium 2. 5. 25. Criminalis veritatem pria, 2. 40. 32. Judex pædaneus, 2. 41. 3. Ejus constitutio, 4.

Judicium.

Est instar rubi fugientem ovem retinentis, 2. 2. 60. In judicio Deus est testis, n. 63. Temperet clementiam, n. 110. Judicia sunt sancta & securitatem dare debent, 2. 13. 15. De quo præjudicium, n. 6. Judiciarius ordo servatus in paradiso cum Adamo, 2. 14. 77. Hodiernorum judiciorum abusus, 2. 17. 35. Quomodo instituendum inter cives & milites, 3. 20. 55.

Jugum victoris.

Est grave, 1. 1. 5. Hostile quid, 6. Romanum erat perquam durum, 1. 3. 1. Subactæ à Romanis gentes abjecerunt, 1. 11. 3. Quod non iniquum, 4. Victi si id excutiant dum diu paruerunt desperatio est, n. 27. Responsum quod Romani dederunt oppida subjugata repetentibus, n. 28.

Juramentum.

Ad certa capita restrictum ultra ea non extendendum, 1. 8. 89. Non stringit per violentiam extortum, 1. 9. 25. In illo insolitæ cautelæ sunt suspectæ, 2. 1. 138. Non est deferendum ob jurantis levitatem, 140. Calumniæ non apprehendantur unum obulum, 143. Schweren unde dictum, 148. Est religiosum vinculum, quo Deo teste promittimus, 2. 9. 19. Est loco expressæ renunciationis, 2. 57. 18. Non extenditur ultra naturam contractus, 19. Ejus effectus in contractibus, 20. Juramentum per vulnera Christi, 3. 34. 2. Per capillum Dei, 4. Per creaturas, 6. Per brassicam apud Gallos, 9.

Juramentum civium, Bürger-Eyd.

An illud sit species homagii, 1. 8. 83. Constringit cives ad obedientiam, n. 84. Per illud conservatur subjectio Principi debita, n. 85. Ad id non saltem civis sed & incola constringi potest, 2. 9. 24. Exemplum Roman. & Atheniens. ibid. Cur à civibus præstandum, 3. 1. 3. Confert jus civicum, n. 23. Declarat animum commorandi, 26. Jure Romano erat incognitum, n. 27. Simul est subjectionis, n 40. & 42. Ejus formulare, 41. Quatenus id præstent filii, 43. Si à patre quæsitum, 44. An uxores, 45. An famuli, 46. Ejus clausula de promovenda utilitate publica, 47. An id præstent cives honorarii, 50. & seq. Siquis illud præstare nequit, 52. Discessurus quomodo id præstet, 54. Illud olim præstiterunt Drossardi in Comitatu Marcano, n. 85. An id præstet filius cum patre degens, n. 102.

Juramentum eligentium Senatum, vid. E.

Juramentum homagiale, Huldigungs-Eyd / *vid. homagium.*

Jure consulti vid. Doctores juris.

Jurisdictio.

In ea concessa major potestas censetur Principi reservata, 1, 16. 2. Censetur esse subordinata, n. 31. Præscribitur contra Episcopum privative, 2. 12. 52. Ejus ratio, ibid. In omni jurisdictione consuetudo spectatur, n. 53. Jurisdictio quæ limitata, 2. 14. 7. Non est sine appendicibus, n. 31. Vulgaris quæ, n. 54. Per unum actum tota acquiritur, n. 61. Ratio, n. 62. Exempla hujus, n. 63. & 64. Jurisdictionis objectum sunt lites, n. 69. Ejus annexum est potestas struendi, 2. 34. 12. Acquiritur consuetudine, 2. 35. 5.

Jurisdictio civilis Magistr. Municip.
Ad illam quæ referantur in Municipiis, 2. 16. n. 1. & seq. Causæ debitum, n. 5. Quid juris in den Frieden-Fällen zwischen den Feld-Marcken / n. 7. Non est intra mœnia inlusa, n. 8.

Jurisdictio criminalis.

Quando saltem fuerit reservatum Imperatorum, 1. 5. 37. An sit inter jurisdictionem criminalem & imperium merum differentia, 2. 12. 8. Ejus executio non potest esse sine cognitione, n. 9. Potestas gladii, n. 12. An consultum illam tribuere Municipiis quibuscunque, n. 93. In illa summa discretione opus est, n. 95. Ob denegatum jus gladii Municipia ne sint sollicita, n 100. Rationes hujus & exempla, n. 101. ad 106. Oneri est Municipio, n. 107. Non est ad lucrum inventa, n. 108. Aliqualis etiam olim competiit Magistratibus, 2. 15. 1. Sine coercitione criminum non subsistit Respublica, n. 3. & 4. Stock und Hals-Eysen / 2. 15. 61.

Jurisdictio Municipalis.

Competit Magistratui Municipali, 1. 14. 1. Diciturque Municipalis, n. 2. Quæ illic referantur, n. 3. & 5. Olim erat restricta, n. 4. Quid competat Magistratui idionem non habenti, n. 6. Jurisdictio hæc gubernativa cur competat Magistratui Municipali, n. 10. & seq. ad n. 15. Concessa civitati etiam in continentibus concessa intelligitur, n. 30. Qualiter exercenda, n. 36. Sine edictis & interdictis urbs non potest defendi, n. 49. Per actus competentes stabilienda, n. 60. An acquiratur in prædiis à Municipio comparatis, n. 65. Efficit ut cives ad aliud judicium indebite vocati avocari possint, n. 66. Quousque se extendat, 2. 16. 1. In quo consistat, n. 2. Quæ ad illum spectent, ex observantia desumitur, n. 3.

Jurisdictio prorogata.

Quæ, 2. 17. 38. Quatenus ei locus, n. 39. Quatenus non, 40. Etiam obtinet in Magistratu cujus jurisdictio est limitata, n. 41. Etiam cum civitas contra civitatem litigat, 42. Arbitrii jus, n. 43. Interpositio Magistratus in ea, n. 44.

Jurisdictio voluntaria.

Eam habent Municipia, 2. 17. 1. Quatenus exerceatur. n. 2. Quædam in ea desiderant auctoritatem Magistratus, n. 3. Quædam requirunt causæ cognitionem, n. 4. Etiam ex-

ercetur extra territorium, quare, n. 5. Quid ſit, n. 6. In quibus potiſſimum exerceatur, 7.

Jus quæſitum, Juris ablatio.

Illud nemini aufferendum, 3. 11. 1. Niſi ſubſit violenta cauſa, 2. Quænam auferri poſſit Magiſtratui Municipali ſuis Municipibus, 3. & ſeqq. Damna illata remittere poteſt, 9. Poteſt cogere quem ut vendat ad publicum intereſſe, 18.

Juſſus Magiſtratus vid. M.

Juſtitia, injuſtitia.

Abeundum à juſtitia in parvis, ut ſalva maneat in magnis, 2. 2. 39. Deus eſt vindex injuſtitiæ, n. 40. Ejus comes prudentia, n. 44. Multæ dantur juſtitiæ larvæ, n. 45. Peſſima injuſtiſtia quæ? n. 46. Juſtitiæ templa ſunt ſpeluncæ latronum, n. 58. Lubrica ejus ſemita, n. 66. Ejus ſanctuaria, 2. 3. 50. Corrumpitur muneribus, 2. 7. 30. Cur juſtitia definiatur conſtans & perpetua, 2. 16. 54. De quo Stat. Spirenſe, 55. Injuſtitia eſt cauſa everſionis Reipublicæ, 2. 70. 11. Juſtitia eſt clavus Reipublicæ, 12.

Juvenes, juventus, adoleſcentes.

Excludere & admittere juvenes non ſine cenſura eſt, 2. 6. 1. Non ſunt expertes ob defectum temporis, n. 14. Juvenes Magiſtratus, n. 1. In multis poſt pueritiam puerilitas remanet, n. 18. Ratio, n. 19. Facilius inſtruuntur quam ſenes revocantur, n. 23. Juventutis laus, n. 24. Juvenes quomodo & quibus in Magiſtratu præferendi, n. 25. & 32. Sæpe in juniorum ſententiam itur, n. 34. 35. Multi inter pueros juvenes in conſiliis autem ſenes ſunt, n. 36. Exempla Roman. n. 37. Adoleſcentiæ perpetuum propoſitum nova facere, n. 41. Conſilia periculoſa, n. 42. Qui proprie ſint adoleſcentes n. 44. Quilibet juvenis ſuo tempore inſanit, n. 45. Juvenes docti indoctis ſenibus præferendi, n. 50.

K.

Kirchmeſſen.

Horum origo, 2. 56. 4. Cur templorum ſacra cum iis concurrant, 5. Vocis iſtius etymon, n. 6. & 7.

Köhr-Herren/ Chur-Herren/ *vid. & eligentes Senatum.*

Korn-Brandtewein *vid.* **Wein.**

Kummer / *Areſt.*

Cur ita dicatur, 2. 40. 8.

Kuplerinnen / *vid. leones.*

L.

L.

Labor.
Eo acquiritur florens Reipublicæ status, 2. 70. 96. Dormiens raro quid acquirit, 97. Hereditas nostra consistit in labore & sudore, 99.

Land-Schütz.
Consequuntur subditi per præstationem homagii, 1. 8. 97.

Land-Städte.
Quæ, 1. 5. 2. Et 1. 1. 1.

Land-Stände.
Quinam in provinciis Germaniæ, 1. 1. 67.

Land-Tage.
Eorum origo, 1. 1. 61. Alibi Fürsten-Tage/ n. 73. Land-Tags-Abschied/ n. 80. Land-Syndicus, n. 108.

Landwehr.
Lib. 2. 61. n. 28. & 29. Civitatis esse præsumitur, n. 30. Modo extra muros quid jurisdictionis habeat Magistratus, 99.

Lanx & licium.
Illud quid fuerit, 3. 37. 4. & 7. Cur illis in inquisitione rei furtivæ usi sint veteres, n. 2. Furtum conceptum per lancem & licium, 1. Licium quid, 6.

Lapides limitanei.
Eorum usus, 2. 62. 23. Varii generis sunt, 18. Marck-Steine/ 19. Eorum notæ in dubio, 50. seq. Eorum erectio non obstat Superiori, 61. Non obstant juri retractus contra vicinos, 3. 14. 23.

Lapidis impositi pœna.
Straffe des Laster-Steins/ Schand-Steins/ 2. 15. 51. Quæ sit, ibid.

Latium.
Latii jure civitates apud Romanos, 1. 1. 11.

Latrina.
Illam in suo ædificare quatenus liceat, 3. 3. 81. Ex suo non licet quid immittere in alienum 83. Factoris ingrati incommoda, n. 84. Multis statutis cautum, ut latrinam in suo ædificare volens recedat à fundo vicini, n. 85.

Legata.
Municipiorum centum annorum spatio amittuntur, 1. 6. 75. Gravo legato quod in civitate est quatenus & comprehendatur quod in suburbio est, n. 1. 7. 45. Equo atro legato etiam candidus venit, si alius non existet, n. 46. Res legata censetur in eo loco, ad quem est destinata, n. 47. Legatum civitati an sit quod fit civibus, 2. 61. 9. Si legetur administrato-

ribus civitatis, 10. Detrahenda tamen Falcidia, 11. An peregrinus cui quid legatum est, in civitate detractionem ob rem legatam admittere vel an heres eam præstare debeat, 3. 12. 52. Legatum ad studia ab hoc onere est exemptum, 56.

Legati, legatio.

Jus legandi ad regalia pertinet, 2. 26. 1. Legare nomen est generale, n. 3. Legati & dicti fuerunt à Rom. missi ex Civitatibus singularibus n. 4. Quatenus distinguantur, n. 5. Legatos non mittunt Municipia, n. 10. Legati hostilia tentantes, n. 46. 47. Sunt sancti, n. 50. Quando crimen committentes ad ablegantem remittendi, n. 5. Denunciatio remittatur legatis, n. 52. Cur in loco contractus possint conveniri, 2. 57. 11.

Leges.

Antiquæ non facile immutandæ, 2. 34. 109. Monitum Augusti Imp. 110. Plurimæ leges plurimæ lites, 112. Quando à legibus discendum, n. 113. Legum mutatio paulatim facienda, 119.

Legitimati per rescriptum Principis.

Admittuntur quidem ad consortia civica non tamen ad curiam, 2. 10. 44. In illis etsi dematur nota manet tamen litera, n. 45. Manet nota licet ejus causa extinguatur, n. 46. Quid jus Saxon. hac de re statuat, n. 47.

Leistung.

Est carcer obedientiæ, 2. 15. 25. Bürger-Leistung / quid, n. 26. Quam custodiam designet, n. 27. Si civis tale arestum violet, n. 28. De quo mores hodierni, n. 29. Custodiæ ejus ratio, n. 30. 31. & 32. *Inde non incurritur pœna privati carceris*, n. 74. & 76. Etiam opificum collegia hoc modo contumaces coercent, n. 75.

Lenitas.

Ejus laus, 2. 2. 108. Sit mixta severitate, 199.

Lenones.

Expellendi ex Municipiis 3. 32. 34. Lenocinii pœna, 35. Ejus exasperatio, 36. Capulatrices Kupplerinnen / 39. An teneantur decepto si ei acie veneream infertam obtrudant, 40.

Leprosi leprosoria.

Siechen-Häuser / 2. 31. 28. Eorum origo, n. 29. Quid hodie de reditu eorum, n. 30. Veri leprosi hodie non dantur, n. 31. & 33. Elaphantiasis quæ, 32. Judicium medicum de hodiernis leprosis, n. 34. Horum examen, n. 35. 36. Signa veræ lepræ, n. 37. Lepra Israelitica,

n. 39. Tales hodie non dantur, n. 38.

Lex.

Agraria, 1. 4. 10. Apuleja, 1. 4. 28. Julia & Pompeja, 1. 4. 32. Circia, 2. 2. 92. Valeria Licia 2. 7. 51. Lex unde dicta, 2. 53. 42. Legis publicatæ effectus 44. Fabia, Femilia, Julia, Aristina, 3. 10. 17. Cur hæ latæ, 18. Tapulla, 3. 10. 60. Gabinia, 3. 35. 42. Lex Agrivorum 77. 21. Lex Ægyptiorum, 38. 3. 57. 32. Lex à Francisco Olivario lata, 25. 15. Lex Caroli M. 77. 6. Lex curiæ Romanæ 57. 12. Lex Draconis 77. 21. Lex Francorum, 37. 21. Lex Hollandica & Belgica circa jus indigenatus, 26. 16. Lex Lacedæmoniorum, 34. 3. Lex Laconum, 37. 27. Lex Licurgi de peregnis, 26. 9. Lex Sardiorum, 77. 21. Lex Solonis, 18. 9. 77. 20. Lex Thebanorum de assumendis in Senatum, 16 34. Lex vestiaria & convivaria, 37. 25.

Liber, libertas.

Liberæ civitates apud Romanos, 1. 1. 11. Libertatis studium apud veteres Germanos, n. 36. Libertas gentium sub jugo Francico ratione Imperii, n. 54. Statuum provincialium, n. 61. Libertati civitatis non præjudicat simplex comparitio in conventibus provincialibus, n. 89. Liberæ civitates Imperii quæ, 1. 2. n. 50. & seqq. Origo istius libertatis, n. 55. Persona diverso respectu potest esse libera & subjecta, 1. 2. 69. Libertatis appellatio in sensu sublimiori politico, 1. 8. 7. In sensu quo quis non in omnibus sed in quibusdam paret, n. 8. Liberi qui dicantur in Imperio Rom. Germ. n. 9. Libertatis favore longissimi temporis lapsu bona fides præsumitur 1. 9. 46. Libertas & subjectio opponuntur, 1. 11. 9. Civica sæpe atrocior est servitute sub Rege, n. 11. Non præscribitur n. 15. Civilis non excludit servitutem legum, n. 42. Liberatæ civitates quænam ap. Romanos, 2. 34. 6.

Libri publici censuales civitatis.

Stadt-Bücher / 2. 44. 20. Actus coram libro publ. habet robur, 21. Zinß / Rechen-Bücher / 23. Quid probent, 24. Pro eis præsumptio, 25. Si dicantur amissi ab administratoribus, 2. 46. 24. Liber manualis Kladden / Journal, 26. Solennia ad forma figuam libri rationem, 27. Quidnam eos vitiet n. 35. seq.

Limites vid. & fines.
Vel sunt naturales vel artificiales, 26. 62. 13. Mixti, n. 14. Limites Municipii, 15. A limine dicti, 18. A polo vocantur à Belgis, 21. Padi pro limitibus, 22. Frontiren / Gräntzen / unde dicantur, 20. Limitanei Duces Limitrophi, 26. Limitaneæ fossæ, n. 28. & 29. Limitum custodia apud veteres Germanos, 34. Si disterminandis limitibus sit segnis Magistratus compellendus à Principe, 36. Visitatio limitum Municip. 39. Ubi ea utilis, 41. Limites à lite, 57. Limitum lites Municipiis damnosæ, 59. Limitum violatio, 69. Eorum pœnæ, n. 70. & seq.

Literati, literatura, vid. docti & studia.

Lites judiciariæ.
Stulta litigantium capita temperanda, 2. 17. 20. Tela judiciaria magnas implicat moras, n. 21. Earum molestiæ, n. 25. Satius est semel vinci quam sæpius vincere & diutius litigare, n. 26. Æterna sunt jurgia n. 27. Processus est latyrinthus Dædali, n. 28. Quidam breviorem vitam quam litem malle videntur, n. 29. Sæpe magis in oppidis quam in præclaris urbibus litigatur, n. 32. Sententia de infausto litium exitu, n. 33. Lis cur fœmini generis, n. 34. Ditescendi aviditas fomentum præbet litibus, n. 36. Et obstinatio litigantium, n. 37.

Litium compositio.
Prius concordandæ quam judicio terminandæ, 2. 16. 26. & seq. De quo cantabilis sanctio Regni Galliæ 28. Pietatis officium in eo qui eas dirimit, n. 29. Monitum pro conciliandis litibus, 30. Quare abbreviandæ, n. 31. Compositio partium est voluntariæ jurisdictionis, 2. 17. 14. Ordinatio desuper per recessum Imperialem Noviss. 12. 15. An stante ordinatione pro ea si omittatur processus sit nullus, n. 16. Concordia suadenda, non imperanda, n. 17. Compositio partium per Commissarios, 18. Summariter scripto concipienda, n. 19. Liberat litigantes à vulturibus judicariis, n. 20.

Loquacitas, vid. & revelatio secretorum curiæ.
Mulieri secreti quid credere est præconibus in foro narrare, 2. 25. 76. Communis loquacitatis clausula, 78. Exemplo mulierum, n. 50. Nobilis est stultitia velle alium tacere cum ipse tacere nequis, n. 81.

Lotterey / *vid. olla fortuna.*

Luctus publicus.

Ejus indictio est effectus superioritatis, 1. 8. 43. Ejus mos apud Egyptios, Lacedæmones & Romanos, n. 44. Subditis tolerandum est cum Principe, n. 45. Luctus determinatio, n. 46. Formula indictionis luctus publici, n. 47. An luctu publico indicto subditus extra territorium possit vocare hilaritati, n. 48. Exemplo duellantium, n. 49. Festiva hilaritas quando hoc casu licita sit subdito, n. 50. Si alter condominorum luctum publ. indicat alter prohibeat, 1. 15. 13.

Ludus.

Ludi privati qui, 1. 6. 14. Ludus literarius cur ita dictus, 2. 30. 2. A lusu quomodo differat, 3. 34. 88. Immoderatus non permittendus in Municipiis. ibid. Ejus inventor, 89. Chartarum, 98. Earum genera, 101. La bassette ludus maxime vetitus, 103. Qualiter ludus licitus, 106. seq. Ex ludo quæ proveniant, 114. In pecuniam prohibitus, 117. Lucri cupiditas in ludo, 119. In ludo celebratus contractus, 121. Priscorum Germanorum ludendi temeritas, 129. Voluptuosus improbatus Jure Canonico, 137. Pecuniam in ludo supplent lupini, 138. De pecunia ludo deperdita, 144. Si Magistratus ludum prohibendum non prohibuerit, 147. Quomodo ludendum, 109.

Ludus latrunculorum.

Schacht-Spiel origo nominis, 3. 34. 151. Laterones qui, 152. Lusus equorum, 153. **Schach Schächer**/ 154. **Schachmatt**/ 156. An ludus ille inter permissos habendus, 160. Pagus Halberstadiensis **Ströpecke** hoc ludo celebris, 157. Osores ludi istius, 159.

Lusores.

Raro divites, 3. 34. 131. Ludentium pecunia pœna ap. Turcas, 123. A S. cœna arcendi, 140. An lusos artus de victoria possit ad sponsionem provocare adversarium, 108. Quatenus improbi lusores à Magistratu Municipali coercendi, 149.

Lustratio.

Alia est superior, 3. 24. 15. Alia inferior, 16. Juri superioritatis adscribitur, 13. Privata Municipalibus competit.

M.

Magicis artibus addicti.

Nachweiser/ Beschauer/ 3. 32. 41. Wund-Segner/ 43. Quid de talibus jure Civ. statutum, 44. Quæ pœna illis infligenda, 46. Superstitionis Magicæ origo, 47. Quatenus hæ artes ex gentilismo in judaismum proserpserint, 51. Magorum de dæmonum ope jactantia, 49. Multi horum curandi potius quam puniendi, 57.

Magistratus.

Majores minores & minimi, 1. 6. 18. Quinam illi, n. 19. Repræsentat civitatem in favorabilibus, 1. 4. 5. Non in odiosis, n. 6. Repræsentat eam in rebus officii, n. 11. Præjudicium Cameræ de hoc, n. 12. Mandati administrationis effectus, 1. 14. 67. Magistratus nomen unde derivetur, 2. 1. 1. & seq. Quando Romæ invaluerit, 5. Quid denotet, n. 6. Gerunt vices Principis n. 7. Sunt ministri legum, 8. Municipalis quis? 9. Vox illa duplicis est significationis, n. 10. Trium meminisse debet, 2. 1. 30. Civium mores ei debent esse cogniti, n. 107. Est executor legum, 2. 2. 37. Romæ de nocte fores habebant apertas, 2. 2. 97. Ter servi sunt, 2. 30. 20. Provincia Magistratica non parvi æstimanda, 23. Personæ Magistraticæ debent esse splendidæ, 2. 7. 6. Qui propriis optime præest is etiam publicis consulit, n. 26. Ut quis sit, magis ad honores quam ad munera pertinet, 2. 9. 9. Sub ejus fide nemo decipiendus, 2. 13 52. Auctoritatem dignitatis suæ augere debet, 2. 22. 28. Ejus crebra mutatio est perniciosa, 2. 70. 82. Ejus dignitas non conferenda nisi dignis, 3. 39. 4.

Magistratus accusatus coram Principe.

Non facile præbeat cuivis Princeps in quærimoniis civium contra Magistratum, 3. 39. 22. Ratio, 23. Cives prius implorabant suos Magistratus, 26. Quatenus in jus non vocandus, 27. Tentanda prius via compositionis à Principe, 28. Non facile accusatio hæc locum habebit, 30. Conventio hæc est licita, 50. Officium Principis in hoc, 53. Temperatis verbis in ipsum utendum, 60. Quando non permittenda actio contra eum, 62. Quando cesset actio ad interesse, 64. Quatenus præstet sumptus processus, 66.

In Magistratum actio subsidiaria, vid. tutela.

Magistratus ambulatorius.

Ipsi Reipubl. & Magistratum gerentibus expedit, 2. 1. 11. Reddit studiosiores virtuti, n. 19. Efficit ne à successoribus perpetuo excludantur, n. 20. Facilius ad reddendas rationes cogitur, n. 23. Exempla, n. 24, & 25. Facit respirare á curis curiæ, n. 26. Quorum exempla, n. 27. Incommoda regiminis annui, n. 40. Notat statum democraticum, 42. Novi Magistratus mores, 45. Ejus incommoda à Principe reformanda, n. 49. Viciffitudo naturæ consentanea, n. 58.

Magistratus Municip. confirmatio à Principe.

Quid operetur, 2. 1. 62. Si Princeps eum nolit confirmare, n. 63.

Magistratus conniventia.

Difficultas coercendi multitudinem illam non inducit, 1. 14. 41. Purgatur exhibitione reorum, n. 43. Facile obtinet in temporario honore, 2. 1. 46. Magistratus in officio ostendat industriam, 2. 70. 110. & seq.

Magistratus contemptus.

Accelerat Municipiorum ruinam, 2. 70. 67. Quia Magistratus auctoritas conservanda 68. Ingenita civibus esse erga proceres suos veneratio, 69. Jus dicens sit facilis absque contemptu, 70. Quid evitandum pro contemptu, 77. Quinam in Municiipiis ad hoc vitium sint proclives, 73. Jactura auctoritatis non facile reparatur, 74. Facile Magistratui Municipali resistitur, 3. 39. 20. Quinam civium magis contemnant Magistr. 21. Contemptus in Magistratum inferiorem lædit Superiorem, 24. Quando illi ut privato possit resisti, 34.

Magistratus Municipalis in officio excedens.

Illi extra ordinem & contra jus procedentis à quolibet resisti potest, 1. 14. 1. Delictum ejus est pessimum, n. 7. Et cur, ibid. Delictum ejus non redundare debet in cives innocentes, n. 9. Non excusatur in actu successivo delicti & moram non habente, n. 46. Palam peccans multis peccat, 2. 22. 47. Tali potest ut privato resisti, 3. 1. 6. Quatenus, n. 7.

Magistratus injuriatus.

Malorum injuriam sustinere non debet, 2. 22. 6. An sit judex in propria causa injuriam vindicando, n. 8. & 9. Quales in vindicta hac observandæ circumstantiæ, n. 10. 11. & 12.

Ratio illius vindictæ, n. 14. & 15. Atrocitas injuriæ Magistratui illatæ, n. 21. Non est capitalis, n. 22. Exceptio ibid. Integro Senatui illata est atrox, n. 23. Pœna talis injuriæ, n. 24. Exemplum injuriæ talis implicitæ, n. 27. Quotupliciter illi inferatur injuria, n. 29. Si injurians non sit subjectus jurisdictioni Magistratus Municipalis, n. 35. Quatenus eo casu vindicationi locus, n. 36. Nemo in specie Senatorum nominatus sit, n. 45. Quando vindicatio hæc cesset, 46.

Magistratus injustus.

Modus coercendi Magistratum injustum, 3. 39. 33. Non omnis vis á Magistratu illata est injusta, 38. Si damnum inferat reparabile, 41. Si procedat nullo juris ordine, 42. An possit occidi pro salutis propriæ defensione, 43. Tyrannis Magistratus inferioris est intolerabiris, 52. Contra quosdam Magistratus querelæ, 54. Remedia contra iniquos & injustos Magistratus, 56. & seq. De dividenda actione injuriarum contra integrum collegium Magistratus, 68. Quatenus teneatur ex delicto proprio & collegæ, 70. 71. De beneficio ordinis. 72. Quid de heredibus Magistratuum. 73. Tenetur ex facto domesticorum, 74. Etiam officialium á se constitutorum, 76. Si quis lædatur ex petulantia civium impunita, 78. De interesse præstando parti læsæ, 80. Caveat Magistr. ne delinquant alii, 82.

Magistratus jussus.

Quatenus excuset cives in gravioribus delictis, 3. 38. 1. Effectus mandati in gravioribus delictis, 29. Non parendum iniqua mandati 2. Minuit pœnam, 8. Si in genere jubeantur, 10. Exemplum, 11. In delictis levioribus, 22. Quando non excuset, 23. Inter jussum & mandatum differentia, 24. Quatenus horum eadem ratio, 27. Si excedat terminus, 32. Si Princeps atrox crimen mandet, 33. Magistr. majoris jussus excusabilis, 35.

Magistratus Municipalis.

Ejus in Municipiis cum judicio concurrens jurisdictio, 2. 14. 34. In cognitione sua non impediendus, n. 35. Ratione jurisdictionis concessæ est instar Vasalli, n. 37. Est privatus intuitu Principis, 1. 6. 89. Est etiam ordinatio Divina, 2. 22. 37. Quatenus repræsentet personam Principis, n. 38. Exempla, n. 39. Cæteris Magistratibus

bus facilius peccat, 2. 33. 26. Eſt tutor perpetuus, Ober⸗Vormund / 2. 36. 13. Exemplo ſuo doceat, 2. 70. 112. Gravis eſt morbus, qui à capite diffunditur, 114. Exempla. 115.

Magiſtratus Municipalis officium, in parendo Principi ſuo.

Ab eo Principis iniqua reſcripta executioni non mandanda ſtatim, 1. 13. 19. & 24. Oſtendenda eſt Principi obreptio & falſitas, n. 20. Iniqua ejus juſſu refutare quid ſit. n. 21. Laudabilis conſtitutio, l. fin. C. ſi contr. jus vel util. publ. n. 22.

Magiſtratus perpetuus.

Superbiæ locum dat, 2. 1. 14. Scipio Afr. recuſat perpetuum conſulatum, n. 15. Bene meritis aditus ad honores non præcludendus, n. 16. Grata eſt inter cives æqualitas, n. 17. Gratiores adhuc diſcurſus Magiſtrales, n. 18. Efficit ut ſtudia Municipiis valeſcant, n. 21. Officia perpetua ſunt ingrata, n. 31. Non eſt periculoſus in Municipiis ob tyrannidem, n. 44.

Pro Magiſtratu præſumptio.

Pro eo militat præſumptio recti, 2. 22. 13. Talis quis præſumitur qualis in habitu reperitur, n. 47. Ceſſat præſumptio pro eo ſi inique procedat, 2. 40. 29. Ob officium publicum valet præſumptio hæc, 3. 1. 8. Unde oriatur, n. 9. Præſumtio hæc intuitu Principis, 10. Procedit in negotiis juſtitiæ 11. & 3. 39. 11. Non præſumitur commodo publico præjudicare, 13. Quando præſumptio hæc ceſſet, n. 14. Unde oriatur. 3. 39. 7. & ſeq. Etiam ſtat pro minore Magiſtratu, 10. In executione ob debitum, 13.

Magiſtratus recuſatio vid. R.

Magiſtratus reverentia.

In quo conſiſtat, 2. 22. 41. Differt ab honorificentia, ibid. Patres etiam filios ſuos Magiſtratus honorare debent, n 40. Eam & exempti debent Magiſtratui, n. 43. Salutandus etiam eſt Magiſtratus cur? n. 42.

M*agiſtri Gildarum, vid.* Ambts⸗Meiſtere.

M*andata Cæſarea.*

S. Clauſ. non facile decernuntur contra Principem, 1. 13. 26. Pro mandato Cæſareo contra Principem quid requiratur, n. 30. & 31. Inaudito Superiore non decernuntur, S. C. n. 32. Prius reſcribi ſolet domino, Bericht⸗Schreiben/n. 33. & 34.

M*archio.*

Pro præſide provinciæ, 1. 1. 26.

i 2 Marck.

Marck.

Loco provinciæ, 1. 1. 26. Marck-Flecken / 1. 5. 10. Marck-Recht / 1. 5. 45.

Marck-Geld.

Cur exigatur, 2. 56. 34. Quo jure Magiſtratus Municipalis illud lucretur, n. 35.

Marck-Meiſter.

2. 56. 20.

Maritus, vid. uxor.

Matrimonium.

Unde dictum, 3. 6. 5. Eheſtand/ unde, 7. Cur matrimonium à Matre dicatur, 6. Ehe / quid veteribus Germanis, 8. Moleſtia ejus, 9. Quid ſit, 10. Ejus excellentia, 14. Dicta contra illud, 15. 17. Ad ejus promotionem Magiſtratus Municipalis operam dabit, 18. Infauſtum quod ſine deliberatione fit, 20. Ehe-Teuffel / 31. Promiſſio matrimonii eſt maximi momenti, 45. Ratio, 46. & ſeq.

Matrimoniales cauſæ.

Proprie non ſpectant ad Municipalia, 3. 6. 1. Cur ad jura Epiſcopalia referantur, 2. Quatenus ad Magiſtratum politicum ſpectant, 3. & 4.

Medici, medicina.

Vid. & Stadt-Phyſicus, 2. 32. 7. Pſeudo medici, Quackſalber / Marck-Schreyer / n. 12. Medicina plurimos habet imitatores, n. 13.

Meiſter / Meiſter-Stück.

Illud nomen Imperii eſt, 3. 8. 97. De faciendo ſpecimine inter opifices, 87. Pœna ſemicoctorum, Pfuſcher / 88. Meiſterſchafft / competit ſaltem collegiis approbatis, 89. In receptione magiſtrorum evitandi ſunt nimii ſumptus, 91. Opus magiſtrale non debet eſſe inutile, Altfränckiſch / ſemel receptus ſi alibi ſe recipiat ad ſpecimen magiſtrale non cogendus, 94. Recipiendi ratione des Meiſter-Stücks / ſemper mulctantur 95. Si multa ſit immodica, 96.

Memoria artificialis.

Quis ejus inventor, 2. 30. 66. Quid de illa ſentiendum, n. 67. Non eſt ſine naturali, n. 68. Ejus prodigioſum exemplum in Petra Ravenna, Juriſconſulto, n. 69. Memoriæ excolendæ remedia, n. 72. & 74. Illa ſemper juvanda, n. 73.

Mendici, mendicantes validi.

Ejici debent, 3. 32. 2. Quinam, 8. Validi mendicantes qui, 10. Hiſtoria, 11. & 13. Vitia corporis mentientes, 15. Conſtitutiones de his, 18. ſeq. Cur iis non dandum, 23. Sine Magiſtratus permiſſione mendicantes exteri non permittendi, 27. Bettel-Vogt / 28.

Menſura vid. & pondera.

Menſura juſta in quovis Municipio obſervanda, 2. 63. 9. Conſtituendus, qui de menſuris cognoſcat modus inquirendi in pondera & uſuras, 12. Conſtitutiones deſuper, 14. Menſuras falſificantium pœna, 16. & ſeqq. Modius iniquus modius non eſt, 19. Hemina dimidium ſextarii, 22. In emptione quodnam genus ponderis intelligatur, 32. Si circa menſuras & pondera in Municipio nihil certi conſtat, 33. Menſura ab Angliæ B. propoſita, 34. Menſura reticulamentorum, 38. Menſura juratus, Stadts Fröger / 39.

Mercatores.

Qui vere & proprie ſint tales, 2. 56. 23. Cæteri Krämer/ibid. Non habent cognitionem circa res venales in nundinis, n. 22. Horum nomine non veniunt hyrones, n. 28. Iis non inferendæ moleſtiæ tempore nundinarum, 2. 57. 7. Horum ſubſtantia in fide & bona opinione hæret, n. 36. Statuta eorum monopolium ſapientia non admittenda, 3. 8. 120. Contra creditores indulto moratorio utentes pati debet, ut creditores ipſius eodem jure utantur, 3. 12. 34.

Mercatura, mercimonia.

Pro eorum compendio aliquid præſtandum, 1. 7. 35. Per eam excidunt exempti privilegio ſuo, 1 16. 72. Fides multum mercatoribus tribuit, 2. 40. 15. Mercatura quid, 3. 8. 2.

Meretrices.

E civitate pellendæ, 3. 32. 29. Meretrix quæ, 31. An populis concedendæ, 32. Earum veſtes diſtinctæ à veſtibus pudicarum, 33. An pro tali habenda quæ amore alicujus capta ſui copiam fecit, 37. 12. Meretricis definitio juxta gloſſam, 3. 34. 56. Unde dicatur, 65. Non omnis corrupta eſt talis, 66. An quæ unum virum tantum admiſit, 67. Quæ præſumatur, 68. An mercedem promiſſam petere poſſit, 70. An turpiter accipiat, 71. Earum copia Romæ, 75. Ejus deſcriptio & mores, 77. Si patrem denominaverit & formicatus neget, 83. Si paterna denominare nolit, 85. Ejus confeſſio in partus dolore, 86.

Merum & mixtum imperium vid. I.

Metata vid. hoſpitatio.

Metropolis vid. civitas.

Metus.

Metu juramentum homagiale extortum non importat ſubjectionem, 1. 8. 88. Civitas metu compulſa ad dominatum

ſubeundum ſemper in metu eſſe præſumitur, 1. 11. 17. Annullat actum, qui requirit voluntatem, n. 18. Juris declaratio, n. 19. In metu permanente inſpicitur principium, n. 20. Præcedens præſumitur durare, n. 21. Cauſa metus durante durare metus præſumitur, n. 22. Metus probatio & ſigna, n. 24. Etiam convenit univerſitati, 1. 14. 33. An ſummus metus ab hoſte incuſſus ad peditionem urbis ſufficiat, 2. 69. 41. In quos metus talis cedat & non, 43. ſeq.

Militia, militares.

A militia non arcentur artifices manuarii, 2. 1. 99. Magiſtratum apud Romanos gerere non licebat, antequam quis militaſſet, 2. 6. 7. Exercitia militaria an concedenda non civibus, 3. 24. 5. Eorum pernoctatio quomodo inſtituatur, 3. 20. 26. Moleſtia non afficient cives, 51. Officiales militiæ in parvis oppidis nihil jurisdictionis tribuere ſibi debent, 56. Cuſtodiæ militari non committendi cives, 57. Exceptio eſt in tumultu, 58. Militares abſtinebunt à venatione & piſcatione in locis Municipiorum, 59. Nec ingerent damnum opificibus, 60. Militis excubias deſerentis pœna, 3. 22. 56. His præſtanda annona ob temporariam cuſtodiam vocatis, 59. Militaris teſſera, die Parole Loſung / 66. Cur & danda Conſuli regenti, 67. Militaris plauſtri miſſio, Heer-Wagen / 86. Ejus origo, 87. Extradictio civium militandi cauſa, 88. Severa diſciplina militaris, 3. 38. 18. & ſeq.

Moguntium.

Præfectorum veteris Germaniæ ſedes, 1. 1. 42.

Monaſterienſis civitas.

Plures cum ea in provinciali conventu in vectigal conſentire nolunt, 1. 1. 103. Monaſterienſis belli ſub Principe Chriſt. Bernhard. hiſtoria, 1. 18. 28. ad 40. Se liberam dicit, n. 42. & 47. Implorat ſuppetias à civitatibus Hanſeaticis, n. 43. Civitas obſidetur & deditur, Anno 1657. n. 44. Reviviſcit ſi multas novique belli fomes, n. 45. & ſeq. Denique occupatur, n. 57.

Moneta.

Simonides primus inter Deos monetam poſuit, 2. 7. 41. Unde dicta 2. 47. 4. Ubi condita olim, 12. Flare monetam, 14. Scheide-Münz / 17. Heller / unde, 20. Pfenning / 7. Eam de-

depravans Magiſtratus ad quid teneatur, *27*. Ejus ſignum publicum, 30. Proba quæ, 33. Ex viliori materia tempore neceſſitatis cuſa, 35. Cur non ex vili metallo conficiendo, 40. Pœna eam falſificantium ad extendenda ad monetam Municipalem, 46. Ejus adulteratio, 45.

Monetandi jus.

Proprium eſt Principis, *2*. 47. 9. Et de regalibus majoribus, 11. Unde habeant Municipia, 16. Quibus olim conceſſum, 21. Quibus Municipiis competat, 25. Exempla, 26. Quando Municipia amittant, 32. Non poteſt à Municip. alteri cedi, 36.

Monopolia.

Unde dicantur, 2. *66*. 2. Eorum deſcriptio, 3. Regulariter ſunt illicita, 1. Prohibitionis favor, 4. Eorum odium Vor-Kauff/ Auf-Kauff/ 6. & ſeq. Cauſa movens, 9. Quo ſenſu illicita, 15. Cauſa eorum rationabilis, 16 & 17. Fundamentum, 17. Grotii & iis ſententia, 21 Ne ſint civibus gravia, 44. Quo jure iis utantur Municipia, *23*. & ſeqq. Exempla Regum & Principum monopolia exercentium, 27. & ſeqq. Varia eorum genera in civitatibus, n. 30. & ſeq. In iis potior eſt cauſa civium præ extraneis, 36. Quæ conſuetudine indici poſſint in Municipiis, *39*. & 41. Monopolia civitatis ipſe Magiſtratus exercere poteſt, 43. Quando ceſſent 45. Potuum exoticorum, 2. 67. 59.

Montes pietatis.

Quatenus in Municipiis erigendi, 3. 35. 49. Eorum uſus 50. Qualiter eorum fundus ponendus, 51. Methodus eos conſervandi, *52*.

Mulcta.

Unde dicatur, 2. 38. 1. Differenrentia inter eam & pœnam, 3. 4. Eſt remedium paritionis, 14. Quatenus imponatur, 16. Qualiter Municipia illam indicant, n. 18. 21. 25. & 26. Quando Principi quando Magiſtratui jus hoc competat, n. 23. Cui Magiſtratui, 24. Eſt fructus jurisdictionis 28. Quæ ad fiſcum & regalia pertineat, 30. Infligenda ob publicam vindictam, 33. An competat ob eam jus tacitæ hypoth. 38. An poſſit converti in pœnam pecuniariam, 41. De ejus remiſſione, n. *42* Quinam mulctandi, 2. 39. 4.

Mulier., vid. & uxor.

Muliebris dominatus, 3. 7. 32. Imperium domeſticum in uxorem

rem civile est, 35. Muliebris loquacitas, 27.

Munera pro corruptela.

Eorum acceptio est periculosa, 2. 2. 87. Per salaria sunt evitanda, 88. Ne capiant, obstringenda sunt officiaria, n. 89. Esculenta & poculenta quatenus accipienda, n. 95. & 2. 7. 33. Ephialtis exemplum, 2. 2. 94. Illis magis abstinent divites, 2. 7. 28. Munera quid possint, n. 29. Corrumpunt justitiam, 30. Sunt poma Sodomitica, n. 32.

Munera Municipiorum pro oneribus.

Differentia inter munus & honorem, 2. 9. 13. Sunt vel realia vel personalia, n. 14. Personalium tria genera, 15. Realia sunt duplicia, 16. Alia ordinaria alia extraordinaria, 17. Ab illis immunes sunt Syndici, Physici & Secretarii, n. 43. Ratio, 44. Quisque muneri suo invigilare debet, 2. 33. 3. Sine muneribus non est Municeps, 3. 1. 25. Ad ea obligatur & ignorans, n. 29. Spoliari dicitur civitas, si cives onera subire nolint, 45. In materia onerum non valet argumentum à simili, 3. 18. 21.

Municipalia bona.

Ab usucapione sunt exempta æque ac populi Rom. 1, 6, 74. Ad reditus civitatis spectantia, 2. 59. 2. Simpliciter publicis usibus destinata, 3. Quatenus distrahi possint vid. alienatio bon. Municipal. quænam sint inalienabilia, 2. 59. 6. Nisi ex plenitudine potestatis Principis, 7.

Municipalis honor.

Honor Municipalis quis, 1. 3. 34. Duumviratus honor, n. 35.

Municipalia jura.

Ævo Carolino erant per exigua, 1. 5. 40. Confirmantur per signum Imperatoris, n. 54. Quod erant chirotheca, n. 55. In perniciem civitatis ne convertantur, 2. 1. 50.

Municipalia munera apud Romanos.

Muneris ab honore distictio, 1. 3. 26. Munus sustinenti honor deferri poterat, n. 27. Nominatio ad ea quando facta, n. 30. Qualiter facta, n. 31. Persona præficienda muneri non munus personæ, 2. 3. 46.

Municipes Romani.

Qui, 1. 3. 2. Horum duplex appellatio, n. 3. Munerum populi Rom. participes, n. 4. Recepti in civitatem, n. 5. Moris istius declaratio, n. 6. Sine suffragio, n. 13. 17. Quid iis defuerit, n. 16. Habebant sacra Municipalia, n. 17. Municipes jam jure suffragii, n. 18. Carebant sacris curiarum,

n.

n. 20. Abusive ita dicti, n. 22. Municipes quotupliciter facti, n. 23. Municeps per nativitatem, 16 Per manumissionem, n. 24 Per adoptionem, n. 25. Pensitatio ab eis facienda, si in Magistratum assumatur, n. 32. Vilis eorum conditio, n. 44. Quatenus in obligationem consentire potuerint, 2. 58. 7. Cur dolo quid facere non dicti, 8.

Municipia hodierna.

Abusive dicuntur Municipia, 1. 3. 47. & 1. 5. 1. Eorum origo, 1. 5. 27. Eorum incrementa, n. 28. A splendore Principum, n. 29. A concessione privilegiorum, n. 30. A libertorum copia, n. 31. Municipiorum terminatio in Feld / n. 33. Quædam eorum ad majorem libertatem aspirarunt, n. 34. Post Carolum M. quædam libertatem acquisierunt, n. 35. Eorum non est eadem ratio & qualitas, n. 64. Non sunt tam vilia quam erant Romanorum intuitu Romæ, n. 78. Eorum præsens status male ex veteri Rom. jure deducitur, n. 79. Differentia inter hodierna & Romana Municipia, 1. 6. 83. Publicorum sunt capacia, n. 84. Solius superioris intuitu sunt privatorum loco, n. 87. 88. Tristia eorum hoc seculo fata, 2. 70. 3.

Municipia Romana.

Duram sortiebantur conditionem, 1. 3. 1. Jura Municipalia Romanorum vetera, n. 21. Quos habuerint Magistratus, n. 28. Multi ex iis prodierunt viri illustres, 1. 3. 45. Fuerunt quædam ipsa urbe antiquiora, n. 46. Argumenta ab iis ad nostra non procedunt, n. 47. & 48. In iis potestas Magistratica, 16. 20. Quæ erant liberioris conditionis non erant orbata publicis, n. 76. A priscis Rom. Municipiis ad hodierna male arguitur, n. 81. 82. Differentia inter Municipia hodierna & Romana, n. 83.

Municipiorum jus in conventibus provincialibus.

Sunt status provinciales, 1. 1. 72. Ad conventus tales deputent idoneos, n. 96. Si comparere ad eos nequeant, n. 97.

Municipiorum exemptio, vid. exemptio.

Municipium delinquens vid. delictum.

Muri, mœnia.

Ea reparandi jus habent Municipia, 2. 55. 21. Cur, n. 23. & 24. Quid Princeps in hoc jure possit, 25. Quatenus liceat in muris Municipii ædificare, 26. Quid ejusmodi ædificatoribus incumbat, 31. Reparatio muro-

rorum à civibus facienda, 35. An vicini ob mœniorum ruinam imminentem possint petere cautionem de damno infecto, 36. An murorum refectio sit pia causa, 38. Pœna transcendentium muros Municip. an sit capitalis, 52. & seq. Qui ex metu pœnæ illos transilit, 60. Eorum insignia probant dominium, 67.

Mutuum civitatis.

Dispositio l. civitas, ff. de R. C. ad alios contractus extendenda, 2. 58. 46. Affirmantium opinio an fundata 47. Distinctio contractuum ratione utilitatis pro civitate, 48. An emptio annuorum redituum eo referatur, 49. Non impendendum in structuras pomposas, n. 59.

N.

Nachbar-Recht / *vid. retractus ratione vicinitatis.*

Narren-Häußlein / *vid. numellæ.*

Narren-Kappe.

Mitræ stultorum imposito quæ pœna, 2. 15. 53.

Necessitas.

Post fit quod initio dependebat à voluntate 1. 11. 46. Est styx & flumen fatale ac irremeabile, n. 47. Ejus efficacia, n. 51. Et excusatio, 1. 18. 6. Parit exceptionem in rigorosissimis LL. Divinis, n. 10. Divinam LL. reverentiam se ponit, 11. Adstipulatio Canonum & Const. Imperat. n. 12. Ejus sarcina multum evertit, 3. 11. 17. Ipsis LL. Imperat. 19. Oportet est impersonale, 20. Qualis esse debeat pro imponenda collecta, 3. 15. 18. Necessitatis exceptio manifeste apparere debet, 3. 18. 58. Non est quæ evitari potest, 60.

Negotiatio civica vid. mercimonium.

Nobiles.

Cur iis interdictum coquere cerevisiam venalem, 3. 27. 52. & seq. Distinguendi à rusticis & mercatoribus, 55. Iis in genere commercia prohibita, 56. In eorum prærogativa ordinis non deprimendæ civitates, 70. Sunt Principis alæ civitates eorum pedes, 71. Acquirentes jus braxandi, 72.

Nobilis in Municipio degens.

Si ex necessitate ibi habitet quam jurisdictionem agnoscat, 1. 16, 48. Si domicilium civicum constituat, n. 49. Quæ onera subeat, n. 50. Si delinquat illic, n. 52. Ejus à muneribus, 2, 9. 51. Jura civica acquisiverit, n.

n. 52. Quatenus obligetur statutis Municip. 2. 14. 59 &60.

Nobt-Gericht.

Quatenus in Municipiis fieri debeat, 2. 12, 148. Desuper sanctio Crim. Caroli V. n. 149. Cur fiat, 150. Si à Magistratu Munic. negligatur, n. 151. An facienda si vulneratus, in instanti meretur, n. 152. Inspectio cadaveris in aqua reperti, n. 154. Cur horum calcanei in aqua linquantur, 155. Privatis non licet horum corpora reperta tollere, n. 156. Quid in actu inspectionis examinandum à Magistratu, n. 157.

Notarii.

Dicuntur à notis, 2. 24. 5. Olim scriptura fiebat notis n. 3. Compendium scriptionis per notas, n. 4. Ab illis differunt librarii, n. 6. Excusantur à falso per consuetudinem, 2. 35. 26. & seqq.

Notorium.

Consuetudo notoria quæ, 2. 35. 74. Facti permanentis & transeuntis, 75. Quatenus indicatur per proclamationem, 2. 53. 42.

Novationes, res novæ.

Adolescentiæ perpetuum propositum est nova facere & loqui, 2. 6. 41. Exosæ adeoque vitandæ, 2. 34. 115. Etiamsi faciant bona intentione, 117. Exemplum rusticorum Livoniæ ibid.

Noverca, vid. Vitricus.

Novi operis nunciatio.

Est cognitionis Magistraticæ civilis, 3. 3. 34. Ejus definitio & requisita, 35. In ea solennitas per lapilli jactum, 36. Pro inhibitione in hoc est adeundus Magistratus, 37. Prius inspectio à personis publicis instituenda, n. 38.

Novitius,

Ex tyrone non statim fit tribunus exempl. militiæ, 2. 4. 14. Vectoribus periculosum est novitio clarum commitere, n. 15. Juvenes prius rem quam gubernaculis admovendi, n. 17. Rebus in non cognitis nemo promptus sit, n. 18.

Numellæ versatiles.

Thoren-Kasten/ Roll-Häußlein/ exposito publici ludibrii causâ, 2. 15. 38. Quando pœna hæc nimis rudis, n. 39. & 40. Exemplum pœnæ hujus ubi mors consecuta, 42. Numellarum gyrus immodicus, n. 47. An pœna hæc infamet, n. 48. Ob eam nemo excludendus è collegio opificum, n. 49.

Numi.

Horum vices apud exteros variæ supplentur, 2. 47. 3. Impressio antiqua, 8. Unde dicti, 6. Ex qua materia esse debeant, 38.

38. Numis Municipiorum sua insignia imprimenda, 28. Eorum genera apud antiquos, 39.

Nuncii civitatis.

Stadt-Boten / 2. 33. 78. Eorum formula juramenti, n. 79. Non violandi, 80. Officium, 81. An ob sermones incautos in loco intermediæ possint detineri, 82.

Nundinæ.

Unde dictæ, 2. 56. 1. Solennes, 8. Minus solennes, 11. Hæ à Municipalibus transferri nequeunt, 12. An à Magistratu Municip. de die in diem transponi possint, 13. Hebdomadariæ, vid. Wochen-Marckt / de rixis hoc tempore exortis quis agnoscat, n. 33. 38. & 40. Non celebrandæ diebus dominicis, n. 41. Nec in templis, n. 44. In nundinis non admittendi histriones, 45. Nec extranei mendicantes, 47. in iis tria sunt hominum genera, 48.

Nundinales feriæ.

A feriis dicuntur, aliquibus dicuntur nundinæ, 2. 57. 3. Durantibus nundinis nemo ex caussis civilibus molestandus, 2. 57. 1. Etiam concernunt debita in nundinis contracta, 8. Cur? 9. Non obstat regula ratione loci contractus, n. 10. Circa eas dispositio Jur Saxon. 12. Feriæ vigent non tantum in annalibus, 13. Sed & septimanalibus, 14. Ejus ratio, 17. Etiam si nihil ad forum portatur, 15. Quid in debitis juratis, 16. Hoc jure non gaudet debitor fugitivus, 21. Ratio, 22. & 23. Non saltem in loco sed & in via ad illum obtinent, 25. Ratio, 26. Non extenduntur ultra territorium Municipii, 27. An possit huic privilegio renunciare, 28. Quæ res eo afficiantur, 30. Quid de rebus ante nundinas venditis & in nundinis traditis, 31. Quinam eo excludantur, 32. Ratio, 33. In feriis arestans ad quid teneatur, 35.

Nundinarum privilegium.

Princeps absque causa non aufert, 2. 56. 56. Si illud mixtum est cum jure communi, 57. Concessum ob remunerationem, 58. Si in naturam contractus transiit, 59. Irrevocabile est si pecunia est acquisitum, 60. Quatenus amittatur, n. 61. seq. Semel concessum an à successore Principe renovandum, 65. Præcipuum earum privilegium, 2. 57. 2.

O.

O.

Obedientia à Municipalibus Principi debita.

Oritur ex ſubjectione, 1. 8. 28. Per obedientiam cives reducuntur ad concordiam, n. 29. Pœna non obedientium Principi, n. 30. Obediendum etiam duriori Principi, n. 31. Ea debetur Principi etiam ob proprium delictum territorio privanti, n. 33. Obedientiæ & libertatis præſcriptio, 1. 9. 10. In ſpiritualibus non præſcribitur, n. 11. Obedientiæ & ſuperioritati non præſcribitur, n. 15. An præcedat ejus præſcriptio non obſtante homagio, n. 17. Obedientia habens relationem ad perſonam præcipientis & obedientis an præſcribatur, n. 19. Habens effectum abnegativum, n. 20. Primus paritionis actus ſubditorum eſſe debet parere mandatis ſui Principis, 1. 13. 7. Quibus caſibus poſſint reſiſtere Principi, 1. 13. 68. Subditorum obedientia tendit ad aram excluſive, 3. 38. 3.

Obligatio.

Quomodo quid obligatur eodem & ſolvitur, 1. 11. 1. Pari modo ut obligamur & liberamur, n. 2. Quando regula illa habeat locum, n. 38.

Obligatio civitatis.

Si bona civitatis communia obligata, in quæ facienda executio, 2. 58. 3. Quatenus obligatio in civitatem cadat, 6. Non afficit bona civium, 5. Quorum conſenſus in ea neceſſarius, 10. & ſeqq. An civitas poſſit renunciare diſpoſitioni L. civitas ff. de R. C. n. 32. Si Senatus ſe obliget absque mandato, 34. Si creditor neſciat quis tempore obligationis fuerit Conſul, 39. An ſufficiat in obligatione opponere mit Vorwiſſen des Rahts und der Gemeinheit/ 40. An ſola ſigilli appoſitio, 41. An plures civitates ut univerſitas poſſint obligari, 44. Magiſtratus Municipalis poteſt obligare bona civium, n. 54. Formula inſtrumenti civitatis, quo obligantur bona ſingulorum, 56. Qua ratione quisque civis pro ſua parte ſit obligatus, 62. Effectus clauſulæ obligationis, an unſere und gemeine Stadt-Güter zu halten/ 64. Singulorum bonis obligatis etiam tenentur bona nec civis, 69. Tenetur & civis, qui poſt obligationem à civitate receſſit, 71.

Obſides.

An per eos in caſu mutui poſſint cavere Munic. 2. 58. 19. An jus dandi obſides competat privatis,

tis, 20. Qui obsides fidejussorum loco habeantur, 22. Jus illos dandi est Principis, 2. 69. 57. Qualiter id jus competat Municipiis, 58. seq. Obses ob extorsiones militares potest aufugere, 64. Obses Municipii captus damna à concivibus repetit, 65.

Obsidio.

Ejus miseria, 2. 69. 7. In ea defensio competit præsidio militari, 15. Et omnes cives in illa obligantur defendere, 18. Ratio, 19. seq. Etiam forenses, 23. In ea cessat immunitatis exceptio, 24. Ratio, 26. & seq. Si Municip. obsessum absque præsidio militari, 35. Officium Magistratus in ea, 36. & seq. An & Quaekeri defendere debeant in obsidione, 46. An in ea civis innocens hosti tradi possit pro liberando Municipio, 51. Exemplum, 52. An invitus, 53. Municipium limitaneum damna ex obsidione illata à reliquis provinciæ civitatibus recipit, 66. & seqq.

Obstetrices.

Arduum earum officium, 2. 32. 35. Exercent medicinam. n. 36. Wehe-Mütter cur dictæ, n. 37. Belgicum Wedvrou unde, n. 38. Cur obstetrices dictæ, n. 39. Harum qualitates, n. 40. Examen, n. 41. Juramentum, 42. Turpes non admittendæ, n. 43. Exemplum, ibid. Earum assertum in stupro violento, n. 44. In vicinitate investiganda, n. 45. Indicia fallacia, n. 46. Contrarietas assertionis inter obstetrices, n. 47. Si medici in eo dissentiant, n. 49. Consilium obstetricum in causa abortus, n. 50. Infanticidii, n. 51. Earum judicium in editione gemellorum, n. 54. Ratione partus vivi, n. 55. Obstetricis assertioni non creditur sine juramento, n. 56. Si illa deponat aus ihrer gethanen Pflicht, n. 57. Personas meretricio more viventes indicare debent, 3. 34. 87.

Ocularis inspectio.

Expeditissimum remedium finiendarum litium, 2. 18. 1. Ad eam quatenus Magistratus procedat, n. 2. Quid, n. 3. Cur instituta, n. 4. Ejus requisitum, n. 5. Vis & effectus, n. 6. Quod ferat lumen, n. 7. An liceat contra eam suscipere probationem elisivam, n. 8. Quo casu reprobatio talis licita, n. 9. An faciat plenam fidem, n. 10. Cur, n. 11. & seq. Est perquam favorabilis, n. 14. Quotupliciter inspicienda, n. 15. Eam impetrans quid solvat, n. 20. Qualiter jura solvantur Magi-

giſtratui, n. 21. Quomodo fiat, n. 22. & 28. Præmittenda eſt quædam cauſæ cognitio, n. 27. Teſtium examinatio in ea, n. 24. & ſeq. Si conſtet de juſta poſſeſſione, n. 32. Judicium hoc eſt temporarium, n. 33. Quinam adhibendi, n. 34. De conficienda ichrographia, n. 35. & 36. Quid in rebus dubiis fieri poteſt etiam poſt conclusionem in cauſa, n. 38. & 40. Etiam ante litem, n. 39.

Oenopolium, vid. & vinum.

Unde dictum, 2. 67. 3. Quatenus acquiratur, 18. An in ejus acquiſitione vicini conſentire debeant, 19. Conſideratur ut jus braxandi civicum conceſſum ſub onere acciſiæ, 21. Ejus juſtitia, 24. Jure Lubec. 26. Ejus conceſſio non eſt regale, 27. Illi obſtat vini depravati venditio, 46. Oenopolii finis & intentio, 47. An obſtet œnopoli quo minus cives extra civitatem bibant vinum, 56. An ejus nomine veniant vina aromatica, 58.

Officiales Municipiorum.

Privatæ facultates officiunt publicis negotiis, 2. 7. 2. Officia Magiſtratica ſunt teſtimonia probitatis. n. 3. Horum bona tacite Reipublicæ obligata ſunt, n. 7. Clauſos habeant oculos, manus contractas, n. 31. Magiſtratus non ſit levis in illis recipiendis & amovendis, 2. 33. 4. Non facile in eos facienda mutatio, n. 18. Inquirendum prius in eorum habilitatem, n. 21. Eos conſtituendi jus habet Magiſtratus Municipalis, n. 22. Et cæteræ univerſitates, n. 23. In eo competit manutenentia, n. 24. An debitor civitatis poſſit eſſe officialis, n. 25. Ex eorum facto quatenus teneatur Magiſtr. n. 27. Officiarius nihil officio deterere debet, n. 31. Signa ſua portare debent, n 63. Præſumtio pro officiali, 2. 43. 42. & 46.

Officialis injuriatus.

Cenſetur injuriatus is, à quo fuit conſtitutus, 2. 22. 30. Inſpiciendi eſt rixæ occaſio, n. 31. De quo juris Lubec. diſpoſitio, n. 32.

Officiales Principis.

A jurisdictione Municipii exemptus eſt, 1. 16. 34. Quid de expectivatis, n. 36. & 41. Officialium familia pari jure fruitur, n. 46. Quid in officialis vidua, n. 47. In Senatum non aſſumendi, 2. 1. 103. Exceptio, n. 105. *Vid. & Aulici.*

Officii remotio vid, R:

Officii ſuſpenſio. vid. S.

Of-

Officium.

Ob unum duo non frui debent immunitate in Munic. 1. 16. 44. Ejus ratio, n. 45. In tempore deponendum, 2. 1. 36. Diutinum delectantes tandem obruit 37. Ad finem decurrens segnius expeditur, n. 48. Non diuturna libertati conveniunt, n. 86 Eo deposito respondendum est de gestis, n. 88. Delicta stante officio commissa, n. 89. In publico officio non excusat imperitia, n. 48. Recusatum ab aliis acceptatur, 2. 8. 15. Priore inferius suscipere ignominiosum est, 2. 9. 48. Exceptio, 49. Officiorum negotia sunt justitiæ distributivæ, 2. 33. 8. Officia ne sint venalia, 2. 33. 16. Quibus modis vocare debeant, n. 19. In eo semel approbatus postea non repellendus, n. 20. Officia quotuplicia, n. 32.

Olla fortuna, Lotterey.

Quatenus in Municipiis permittendæ, 3. 34. 161. Exempla, 162. Cautela, 163. Fundamentum, 164. Ad quem finem instituendæ, 165. Quæ prohibitæ, 167. Ollares circumforanei, 168. Quinam iis similes, 169. De quibus Constit. Imper. 170.

Onera vid. munera.

Onus publicum.

Ad duplicia onera quatenus quis obligetur, 2. 29. 44. Defendendi sunt cives onera sua ferentes, 2. 70. 118. Plurima onera fert populus, 119.

Operæ publicæ.

Earum descriptio, 3. 23, 8. Sunt onus civicum sordidum, 9. Extraordinarium, 11. Subsidiarium, 12. Differunt ab operis rusticorum. n. 6. 7. 15. & 16. Oneris hujus radix est Magistratus jurisdictio, 18. Sustinentur tacito pacto inter cives & Magistratum. 21. Non sunt angariæ vel parangariæ, 5. Operæ artificiales & ministeriales, 23. Circa quæ versentur, 25. & seq. Insuetæ & insolitæ non imponendæ, 32. Quando non exigendæ, 33. Quinam ab illis exempti sint, 19. Qui excusentur, 37. An impeditus cogitur præstare illas per substitutum, 41. Quatenus distribuendæ, 45. Quomodo in illis excitanda diligentia, 46.

Opificia, *opificiarii*, Handwercker.

Quid sint, 3. 8. 3. Eorum distinctio, 4. Commoditas & utilitas, 5. 8. Unde dicantur, 6. Mechanici titulus honorificus, 9. Non sunt confundenda, 23.

Le-

Leges Ægyptiorum circa ea, 24. Chinensium, 25. 26. Non prohibendi vendere merces quas confecerunt, 121. Sordidi quinam sint opificiarii, 1. 7. 10. Tales sunt cerdones, 11.

Opificum collegia.

Ad illa non admittitur illegitimus, 2. 10. 36. De quo præjudicium, n. 37. Aemter / Gilden / Innungen / Zünffte / 3. 8. 10. Gilden unde dicantur, 11. Innungen / unde, 12. Zunfft / unde, 13. Gaffelen / 14. Geschenckte Handwercker / quæ? 15. Collegii opificum descriptio, 16. Collegiorum opificum der geschlossenen Aemter incommoda, 17. Multa eorum privilegia concessa non concederentur, 18. Eorum approbatio à Magistratu, 20. Se ipsa non fundant, 21. De tacita concessione, 22. Per ea repræsentantur Municipia, Aemter und Gemeinheit utilitas, 28. 29. A civibus ad collegia hæc valet argumentatio, 2. 59 52. Quis eorum ordo in Municipiis nostris, 3. 8. 31. Quis Parisiis, 32. Ordo hic præcedentiam privatim non infert, 33. An eorum approbatio spectet ad jura territorialia, 34. Quatenus adhuc Magistratui Municipali competat, 36. Horum privilegia facit evilescere authoritatem Magistratus, 38. Quænam competant his collegiis, 41. Ubi conventiones habendæ, si collegium peculiari domo caret, 42. Amts Morgen-Sprache / 43. Conventiones hæ sunt menstruæ, 45. De eorum administratione, 46. Arca, 45. 47. Quatenus ex ea subveniendum civitati, 48. De rationibus administratorum opificum, 49. Amts Bote / Amts Schencke / 57. De eorum convocationibus, 58. 59. Ehrbar Amt / 60. An gaudeant beneficio l. civitas. 27. ff. de reb. cred. 61. De eorum jure excludendi, 62. An jure collegii gaudeat natus, antequam pater reciperetur, 115. An quis esse possit in duobus collegiis artificum, 116.

Opificum collegiorum amissio.

Relegatur an id amittat, 3. 8. 119. Per mortem collegiatorum, 137. Renunciatione, 138. Lapsu temporis, 139. Si quis lapsu temporis desinat esse artifex, 140. Dissoluto per mortem collegio ejus bona cedunt Magistratui, 141. An postremus collegiatorum de istis bonis possit disponere, 142.

Opificum collegiorum coercitio.

Quatenus ipsis competat, 3. 8. 79. Differentia inter sitzen lassen /

sen / und das Handwerck niederlegen / n. 80. Citra res collegii non competit, 81. Mulctatus à Magistratu ab eis excludi nequit, ibid.

Oppida.

Quænam sint, 1. 5. 3. Quomodo differant ab urbe, n. 4. Sic dicebantur civitates præter Rom. n. 5. Oppidum pro villa, n. 6. Unde dicantur, n. 7. A Francis vocata Burgi, n. 14. Eorum incrementa à Fide Christiana, n. 28. A splendore Principum, n. 29. Per divisiones Ducatuum, Comitatuum, &c. n. 38. A turbis Germaniæ, n. 39.

Oppignoratio similisq; concessio.

Facta oppignoratio salvo jure superioritatis, 1. 10. 69. Ut in corpore humano, si pars loco naturali divellitur, salva non est dispositio, sic & in corpore politico, n. 70. Est alienationis species, n. 73. Capitulatio Imperatoris circa eam, n. 74. Exempla perniciosarum oppignorationum in Imperio, n. 75.

Opus publicum.

Ad illud cives contribuere tenentur, licet ejus commoditati renuncient, 2. 29. 30. Exemplum vicini ratione putei communis, n. 31.

Orphani, orphanotrophia.

Horum habenda ratio, 2. 31. 16. Cura quando competat judici Ecclesiastico, n. 17. Quando Ecclesiæ Ministris & Præceptori scholarum, n. 18.

Otium.

Municipiorum promovet ruinam, 2. 70. 91. Inducit neglectum opificiorum, 92. Oritur ex nimia saturitate, 94. In nostris Municipiis oritur in penuria, 95. Seminarium malorum, 3. 32. 64. De otio vitando leges, 69. Historiæ, 73.

Ovium pastura.

Schaffbude / Schäfferey / 3. 28. 72. Ovium utilitas, ibid. Oves morbosæ non admittendæ, 73. De ovibus unctis, Schmier-Schaffe / 74. Putredine infectæ & perniciosa scabie laborantes, 75. Ovium diversi greges in Municipiis, 76. De certo ovium numero concedendo, 78. Earum quantitas pro numero agrorum, 79.

P.

Pactum cum diabolo.

Cui originem debeat, 3. 32. 54. Figmenta pretarum eorumque evocationes multum ei debent, 55.

Si quis pepigisse putat, graviter delinquit & puniendus, 60. Ejus rationes ob pravam intentionem, 62. & seq.

Pagus.

Quis fuerit, 1. 1. 26. Pro regione ejusque varia exempla, n. 27. Pro districtu apud Alemannos, n. 28. Eorum conditio in Germania ante Romanorum invasionem, n. 37. Pro receptaculo furestri, 1. 5. 23. Pagani cur dicti Heyden? ibid. An pagi à Municipio acquisito etiam ejus acquiratur jurisdictio 2. 61. 15. Casu in pago natus inde non habet obstaculum juris civici, 3. 1. 137. In pagis etiam habendæ excubiæ, 3. 22. 12. Pro pagis conservandæ civitates, 3. 27. 42. In illis artificia mechanica ad certum districtum non exercenda, 45. Pagani an usum coquendi cerevisiam pro necessitate per non usum amittere nequeant, 47.

Palatia.

Pfaltz / Pfaltz-Graven / 2. 25. 3.

Panis.

In eum inspectores instituendi, 3. 36. 61. Ejus pondus quatenus constituendum, 62. Quando facultas pinsendi etiam concedenda extra pistorum collegium, 63.

Paries.

Qui illum communem dicit, id probet, 3. 3. 53. Positus in confinio inter duas domos, 54. Lites circa parietes communes, n. 56. Ejus reparatio quomodo facienda, 57. Unde probetur paries communis, n. 58. & 63. Superædificatum pariéti cui cedat, 59. Lapides protensi in pariete quid arguant, n. 62. De foramine in pariete communi, 65. Paries pro parte communi, 66. In extremitatibus communis, 67.

Parlamentum.

In Municipio degens ejus jurisdictioni non subest, 1. 16. 6.

Pascua publica.

Quot modis Municipiis ea competant, 3. 28. 5. Limitata & illimitata, 6. Sylvatica, 8. Rurestria, 9. Eorum distinctio ratione temporis, 10. Quænam pascua Municipiis communia, 12. Publica, quæ, 13. Germ. quomodo dicta, 17. Eorum origo, 14. Includuntur finibus agrorum, 20. Pasculandi jus quatenus adscribatur superioritati territoriali, 22. & seq. Invitis civibus non reddenda privata, 27. Eorum usus à Magistratu moderandus, 28. An in extraneum transferri possit, 39. Quomodo præscribatur, 40.

40. Quinam iis in Municipiis utantur vel non, 29. & seq. Eorum divisio, 47. Si una communitas sit pecudibus numerosior, 49. Anwenden/Anwenden/ 55. Stoppelwende/ Brach-Felder / 56. Præfecti pasculationis publicæ, 83.

Pastores Ecclesiæ vid. Ecclesiæ Ministri.

Pastor pecudum.

Publica auctoritate in Municipiis constituendus, 3. 28. 68. Ejus ordinatio quatenus in Municipiis competat, 69. Quid de jure Saxonico, 70. De damno à tali pastore dato, 71 An dominus pecudis in ejus factum consensisse videatur, 3. 29, 31. Privatus quilibet eum habere nequit, 32. Quatenus teneatur de damno à pecudibus illato, 33.

Pater.

Non potest alienare bona adventitia filii, 1. 10. 29. Ejus verba aspera filius patienter audiat, 2. 9. 41. Ejus culpam non feret filius, 2. 10. 12. Potest privatim in camera captivare filium, 2. 15. 81. Cur, n. 82. & 83. Jus civicum transfert in filium, 3. 1. 131. Ejus civilitas prodest filio, n. 135. Si iniqua jubeat, 3. 38. 6.

Patibulum.

Ejus etymon, 2. 12. 125. Inter furcam & patibulum quæ differentia, n. 126.

Patria.

Ei non minus quam parentibus quis nascitur, 2. 9. 34. Charior esse debet quam quæque proxima cognitio, n. 35. Defendenda ad sanguinem usque, n. 36. Contra eam advocatus patrocinium non præstabit, n. 37. & 2. 16. 62. Exempla insignis in patriam amoris, 2. 9. 38. Honestius fugitur quam pugnatur contra patriam, n. 39. Egregie culpatur is, cui patria objicitur, n. 40. Illi debetur amor, 2. 16. 63. & 65. Gratus ejus fumus, n. 64. Ejus prærogativa, 2. 26. 13. Excipitur à juramento ordinis equestris, 3. 1. 200. Perfide illam deserens graviter delinquit, 201. Patriæ non alligata virtus, 3. 2. 10. Patriæ adoptata optima lex est, n. 23.

Patricii.

Stadt-Junckern/ qui? 1. 16. n. 54. & 56. Quatenus jurisdictioni Magistratus Municipalis subsint, ibid.

Patronatus jus.

Designatur per insignia insculpta in Ecclesia, 1. 8. 54. Transit cum universitate alienata, 1. 10. 26.

26. Ejus definitio, 2. 28. 1. & 3. Origo, n. 4. Quid importet, n. 2. & 8. Quomodo acquiratur, n. 10. ad 13. Differentia inter benefactorem & patronum, 14. Ad illud quæ pertineant 16. Quæ jura patrono competant, n. 17. Municipiis competit, n. 19. Ex qua præſumptione, n. 20. Quid in dubio, n. 21. & 22. Requiſita quibus probatur jus hoc competere Municipio, n. 24. Non debet præjudicare poteſtati Eccleſiæ conceſſæ, n. 26. Quatenus optime temperandum jus hoc Magiſtratui competens, n. 28. Cura vocationis quoad patronum, n. 31. Ex eo non diverſæ Religionis Miniſter obtrudendus, n. 33. Ex eo Magiſtratus Municip. non poterit invito paſtore diaconum vocare, n. 34. & 35. Officia pii patroni, n. 36. Ejus directio externa Magiſtratui competit, n. 37. & 38. Ejus abuſus, n. 40. Illud quoad Vicarias, n. 41. De ejus amiſſione, n. 42. & ſeq. Cauſa patronalis ubi inſtituenda, n. 47. A prætendente probandum, 49. An contineatur ſub communione bonorum inter conjuges, n. 50. Transfertur cum univerſitate bonorum, n. 51.

Paupertas, vid. & indigentia.

Multis dat occaſionem delinquendi, 2. 7. 19. & 20. Contempſibiles facit, n. 22. Pauper omnium eſt fatuus, n. 23. Pauper vileſcit qualiscunque ſit, n. 24. Non eſt cauſa remotionis è Senatu, n. 42. Dives eſt cui cum paupertate bene convenit, n. 43. Sæpe eniti non poſſunt qui tenuioris fortunæ ſunt, n. 44. Exempla pauperum Conſulum apud Romanos, n. 46. 47. Pauper probus præferendus diviti improbo, n. 54.

Pauperum cura.

Sedulo ſuſcipienda, 2. 31. 1. Pauperum privilegia, n. 3. Quinam horum nomine veniant, n. 4. Paupertas quotuplex, 5. Ptochotrophiæ regula, n. 6. Si Princeps alimoniam pauperum vindicet quidnam à Magiſtratu remonſtrandum, n. 7. & ſeq. Proviſores, n. 40. Horum officium, 41. Rationes, 42. Pauperum inſpectores, n. 43. Horum officium 44. Si in his negligens Magiſtratus n. 45. An proviſores hi ſatisdent in judicio, n. 46. Pauperum locorum alienatio, n. 47. Requiſita, n. 48. Collectæ pro pauperibus, n. 49. Teſtimonia paupertatis, n. 30.

Pax religioſa.

Ejus quoque capaces ſunt civitates Municipales, 1. 12, 23. & 36.

36. & 1. 16. 63. Continet tranquillitatem dominorum & subditorum, 1. 12. 24. Dispositio pacis Westph. desuper, 27. & 29. Quid inde statutum ab A. 1624. n. 28. Principes protestantes non possunt civitates sibi subjectas incapaces religiosæ pacis dicere, n. 30. Vi istius subditi in religione non turbandi, n. 37. Quatenus subditi sub ea contineantur vel non, n. 38. & seq. An illa à protestantibus vi Cæsaris & Catholic. sit exorta, n. 53. An ab illa exclusi Reformatæ Religioni addicti, n. 56. & 58.

Pecunia publica.

Publica populi Romani subjacebant, L. Jul. peculatus, 1. 6. 34. Non autem pecunia civitatum, n. 35. De ea donationis causa promissa debentur usuræ, 1. 6. 73. Quinam ei præficiendi, 2. 43. 2. Quinam non, 3. & 4. Varii mores circa ejus curam, 12. Est instar ærarii Principis, 16. In usum privatum non convertenda, 17. Talium pœna, n. 47. Ex ea res comparata in usus privatos cui cedat, 19. Exemplum tutoris 20. Si Consules eam convertant in suos usus, 23. Publicæ pecuniæ privilegium apud Romanos, 1. 6. 34. An justa sit ejus erogatio in processum super jure præcedentiæ Senatus, 2. 43. 25. Pœna pecuniam publ. mutantium, 29. Illa multis capturis est obnoxia, 50.

Peregrinus, vid. & forensis & alienigena.

Quis late stricte & strictius talis, 1. 2. 22. Causæ peregrinorum sunt summariæ, 2. 40. 45. Eorum favor, apud Ratisbonenses, 47. Quis pro peregrino habendus, 48. 49. Manet talis ob publicam necessitatem in civitate degens, 3. 1. 95. Contra eum acquiruntur bona immobilia stante statuto, 3. 1. 156. Quis proprie sit, 3. 2. 1. Pilgram / ibid. Incommodæ eorum admissiones, 3. 2. 21. LL. de non recipiendis peregrinis, n. 25. & seq. Nimium non extollendi, n. 45. His parce conferenda stipendia, n. 50. Pro tali non habendus, qui natus ex parente cive, in alio loco, n. 66. Exceptio ejus 67. Quatenus excludi possit à commercio, 3. 14. 16.

Perjurium.

Atheismo est detestabilius, 2. 1. 141. Illud committens homicida est, 142. Gravius puniendum quia facilius pejeratur, n. 147.

Pfahl-Bürger.

Quid sint, 1. 7. 8. Unde dicantur,

tur, ibid. Phalburgenses olim odio habiti, n. 9. Præ cæteris gaudent commodo cauponario, n. 31. Contra eos facile exsurgit querela defraudatæ accisiæ, n. 32.

Pfeiffer-Gericht / *vid. Francofurtenses.*

Pharmacopolia, Pharmacopola.

Illa bene ordinanda, 2. 32. 29. Pharmacopolæ officium, n, 30. Ad quam classem civium referatur, n. 31. Versatur in arte mechanica, n. 32. Æquiparantur mercatoribus, n. 33.

Pia causa.

Sententia pro ea lata quatenus admittat appellationem, 2. 29. 55.

Pietas.

Ejus laudes, 2. 2. 25. Est vinculum Reip. 28. & 29. Sit vera non affectata, n. 26. Cyclopica quorundam impietas, n. 32. Colentibus Deum prospera cedunt omnia, n. 34. Facit ad prosperitatem civitatum, 2. 29. 8. Ejus encomium, n. 14.

Pignoratio pecorum, vid. & Schütten.

De jure civili non competebat, 3. 29. 6. Qua actione procedebatur, 8. Pignoratio hæc quo jure nitatur secus ac in furto, 11. Pignoratio hæc de jure Saxon. 13. Si quis pignorata pecora non restituat, 16. Facienda in ipso facto, 38. Immoderata non permittenda, 41. Fieri & potest à tertio, 48. Pignoribus equum si ejus dominus alimenta detrectat an is vecturam locari possit, 60.

Pignus, pignoratio.

Unde dictum, 3. 39. 1. Jus pignoris capiendi in Municipiis, 2. Ipsis æque competit ac Magistratibus majoribus, 6. Ejus necessitas, 3. Effectus, 7. Pignoratio privata, 8. De jure Saxonico 9. Contumaces pignorandi, 11. Defraudantes gabellas, 12. Non licet pignorare sine judice, 16. Pignoratio colonorum extraneorum, 17. 23. Ratio, 18. Pignoratio rerum conductoris, 19.

Piscatura, piscandi jus.

Quæ Principi reservata, 3. 26. 10. Municipiis quatenus tribuatur, 12. Pisces in foro piscatorio venum exponendi, 13. In Municipiis prohibenda piscatura promiscua, 17. Non permittenda noctu, 19. Pisces an dormiant, 21. Minutorum piscinm prohibenda, 14. Ejus possessio quomodo acquiratur in Municipio, 28. Piscatura in piscinis, n. 31.

Platea.

Earum refectio curanda à Magistratu Municipali, 3. 3. 75. Qua-

Quatenus onus hoc incumbat civibus, n. 76. Subter plateas non habendæ cellæ, 74. Inſpectio platearum apud Romanos, n. 77. Repurgatio platearum, n. 78. Oppida agraria à repurgatione hac ſunt immunia, n. 79. De plateis noviter ædificandis. n. 80.

Plebs.

Ejus diſſenſio cum patriciis ſtatum Municipalem mutavit, 1. 5. 42. Ejus in Municipiis Germaniæ incrementa, n. 43. Eſt inſolentior civibus honoratioribus, 1. 7. 34. Laudari à plebe aditum ad Senatum dat, 2. 3. 10. Fallax multitudo, n. 16. Mavult decipi quam cogi, n. 37. & 2. 8. 10. Quinam in civitate dicantur plebs, qui cives, 2. 8. 1. Sufficit illi acceſſum ad gubernacula dari, n. 13. Plebejæ poteſtatis ſimulacrum, n. 16. E plebe quomodo ad Senatum ſumendi, n. 19. Eorum qui plebem repræſentant, conſenſus in obligatione civitatis neceſſarius, 2. 58. 10.

Pœna criminalis mitigatio. vid. & aggratiandi jus.

Non competit Municipiis, 2. 12. 140. Niſi injuncta ſit pœna arbitraria, n. 141.

Pœna impoſiti lapidis. vid. lapidis.

Pœna Municipii delinquentis.

Extincta eſt extinctis delinquentibus in civitate, 1. 14. 49. In illa infligenda ſeparandi ſunt, qui non conſenſerunt exempl. Alex. M. n. 50. Molligenda ſi ingens ſit delinquentium numerus, n. 51. Ob populum multum crimen pertranſit, n. 52. Ignoſcendo fit concordia in civitatum motibus, n. 53. Applicanda eſt in juribus privilegiisque Municipii, n. 68. De quo exempla, n. 69. 70. 71.

Pœna pecuniaria.

Ad illam per Municipii collectam ſolvendam, non contribuent innocentes, 1. 14. 38. *Hæc locum* habet in Municipii delicto, n. 68. Et quidem ob innocentes in univerſitate repertos, n. 72.

Pollicitatio.

Ex ea civitati competit actio, 1. 6. 72.

Pondera, ponderationes, vid. & menſura.

Ad jus ſuperioritatis referuntur, 2. 64. 1. Quatenus, 2. Probatio juris territorialis ex jure ponderationis, 3. Exempla ejus, 4. Municipia utentur ponderibus, & menſuris à Superiore determinatis, 6. Commoditas uniformium ponderum & menſurarum, 7.

Pon-

Pontes.

Regiorum pontium reparatio cuinam incumbat, 2. 63. 65. Cura ponticulorum ad Municipia ſpectat, n. 64. Si Princeps vectigal ratione pontium percipiat, 66. Si Municipium guidagio & pedagio fruatur, n. 67.

Popularis.

Pro ſubdito, 1. 6. 45. Popularia ſacra, n. 44.

Populus.

Populi Romani reſervata jure Majeſtatis vere erant publica, 1. 6. 27. Populum & habebant reliquæ civitates præter Romam. n. 41. Populus juxta Canones, n. 42. A multitudine dictus, n. 43. Pro populo Romano quæ Synechdoche, n. 51. Inventio cujuscunque populi, 1. 10. 2. Idem eſt in ſervis ratione dominorum, n. 3. Auræ popularis ſtulta venatio, 2. 3. 27. Eſt malus virtutis judex, n. 28. Unum dicitur corpus, 2. 14. 17. & ſeq. Comparatur muribus Alpinis, Murmel-Thierlein/ 2. 25. 57. Ejus reſervata in arduis rebus civitatis, 2. 58. 13. Ejus frequentia eſt civitatis ornamentum, 3. 1. 18. & ſeq. Exempla, 119. & ſeq.

Porta.

Unde dicatur, 1. 2. 23. & 27. Judicia in portis, n. 29. Fora portarum, n. 30. Portæ urbium munimenta, n. 31. An ſi civitati deſtructæ concedatur ut portæ reædificentur civitatis jura reſtituta cenſeantur, 2. 68. 37. & ſeq.

Poſſeſſio.

An acquiratur Municipio, 2. 61. 19. Servi quatenus Municipio competat, 23. Quomodo apprehendatur à Municipio, 24. Quid hodie ratione poſſeſſionis univerſitatis obtineat, 27. Apprehenditur per Syndicum, 28. Per Regentes, 29. An & apprehendi poſſit per cives privatos, 30. Si perſonæ particulares in apprehenſa poſſeſſione perſeverent, 32. Quatenus civitas de poſſeſſione ſua doceat, 33.

Potatio exceſſiva.

Eſt abuſus conviviorum, 3. 10. 39. Geſundheit-Trüncke/ 40. Pro ſalute alicujus bibere antiquiſſimum eſt, 43. Quatenus pocula hæc tolerari poſſint, 44. Nomen bibere apud veteres, 47. Moscovitarum pulchra ad bibendum invitatio, 41. Compotationibus interdicendum diebus ſacris, 48. Edictum, 49. De Germanorum bibacitate tempore Aurelii Imperatoris, 54. De ea dictum Caroli V. 57.

57. Apologia pro Germanorum bibacitate, 50. Historia de Comite Germano bibacissimo, 53. Propinatio in Constitutionem Imperii de ebrietate evitanda, 64. De Germanorum bibacitate compescenda fere desperandum, 63. Fraternitas inter pocula erecta, 66.

Præcedentia, proedria.

An sumptus processus ob præcedentiam Senatus possint sumi ex pecunia publica, 2. 43. 25. Lex talis est personalis, 26. Quatenus concernat successores, 27.

Præceptores, Ludimagistri.

Quales constituendi, 2. 30. 39. Quidnam ipsis largiendum, n. 40. Si in iis constituendis Magistratus sit negligens, n. 41. Concordia inter eoscollegas conservanda, n. 44. Horum officium, n. 45. & 47. Ludimagister bonus multum prodest in Republica, n. 46. Requisita eruditionis in iis, n. 48. Cur requiratur latinitas, n. 49. Ne nimium sint plagosi, n. 52. Qualiter corrigere debeant juvenes, n. 54. Eorum sævitia culpæ assignatur, n. 58. Ab illis selectus ingeniorum habendus, n. 60. Iis non omnis prava educatio imputanda. n. 61. Salaria eorum, n. 76. Quomodo constituenda, 78. Didactrum quatenus debeatur, 79. An advocandi munere fungi possint, n. 80. An Notariatus officio, n. 81. Si duo Candidati indigenæ concurrant, cuinam Magistratus conferat officium, n. 82. An iis competat titulus Professorum, n. 83. Si ex alio loco vocati, an iis sumptus advectionis præstandus, n. 84. Legatum für die Schul-Bediente an præstandum hypodidasculis, n. 87. possunt statuta inter Scholares condere, 2. 34. 18.

Præfecti, præfectura.

Germaniæ veteris horumque potestas, 1. 1. 42. Præfectorum sedes in Germania, ibid. Sunt gubernatores provinciarum, 1 1. 14.

Præfecti opificum, Richt-Leute/ Amts-Meistere.

Quomodo eligantur, 3. 8. 74. Quid hisce debeant cætera collegii membra, 75.

Præfecti rei ærariæ civitatis, vid. Quæstores.

Præferentia Municipiorum *in concursu creditorum.*

Jus hoc Munic. in quo fundetur, 2. 49. 1. & seq. Respublica anteriorem expressam habentibus non præfertur, 4. Sed iis, qui anteriorem tacitam habeat, 8. De civitatibus Fisco destitutis,

12. Singularis præferentia tribuit jus Lubec. 13. seq. In quibus præferatur Magistratus Municipalis cæteris creditoribus. 19. Præferentiæ hujus jus ob collectas, 20. Eam tribuunt expensæ ad processus concursus factæ, 23. Cessat prælatio, si Magistratus alicui ex pecunia publica metuet, 28. præferentia Municipiorum in bonis administratorum, 33.

Præscriptio.

Supremæ potestatis non est, 1. 8. 107. Nec adversus ea, quæ juris publici sunt, n. 108. Ei robur dat princeps, n. 109. Subditi refractarii non præscribunt contra principem, 110. præscriptio libertatis quomodo differat à præscriptione obedientiæ, 1. 9. 10. Non procedit in spiritualibus, n. 11. *De præscriptione hac vid. obedientia.* Vi possessa non acquiruntur præscriptione, 1. 11. 5. & 7. Libertatis non est, n. 15. Super ablatis bello quatenus procedat, n. 31 Differentia inter præscriptionem & consuetudinem, 2. 35. n. 9. & 15. Non valet contra utilitatem publicam, 2. 66. 40. Ejus efficacia 42.

Præscriptio collectarum vid. collecta.

Præscriptio immemorialis.

Locum non habet ratione obedientiæ contra Principem. 1. 9. 9 Valet in regalibus, n. 12. Præscriptionis hujus privilegium, n. 13. Ejus efficacia in materia exemptionis, 1. 16. 62. Temporis immemorialis efficacia, 2. 12. 47. Stricte accipienda, n. 51. Quando malæ fidei præsumptionem tollat, n. 56. Exemplum, n. 57. Æquitas juris Canon. & hoc, 58. 59. Mala fides præsumpta etiam obstat huic præscriptioni, n. 60. De jure civium bona fides non requiritur, n. 61. Præscriptio centum annorum an eadem sit cum immemoriali, n. 62. Requiritur in pluribus contra principem acquirendis, 2. 35. 20. Rerum Ecclesiæ, 2. 60. 4. & seq.

Præscriptio immunitatis.

Cur valeat, 3. 18. 30. Requisita ad præscriptionem hanc, 31. 32. An in ea requiratur titulus, 33. An bona fides, 34.

Præscriptio regalium vid. R.

Præscriptio rerum Municipalium.

Mudicipiis circa præscriptiones supra privatos imo Ecclesias quid tribuitur, 2. 60. 2. Text. Nov. 111. & 113. n. 5. & 7. Municipia non admittunt præscriptionem quam centena-

ciam, 10. Quid jure Saxon. de hoc ſit cautum, 16. An res civitatum ſint inpræſcriptibiles, 17. Ad præſcriptionem rerum civitatis quid requiratur, 19. A civibus objici nequit præſcriptio contra prohibitionem Magiſtratus, 22. Per ſingulos cives civitati non poteſt præſcribi, 23.

Præſentandi jus.

Tempus præſentandi miniſtros V. Div. ſi paternatus ſit penes Laicos, 2. 28. 5. Si penes Eccleſiaſticos, n. 6. Quando tempus hoc currat, n. 7. Si plures ſint qui præſentent, n. 15. Si Magiſtratus alium, alium communitas præſentet, cujus præſentatio prævaleat, n. 25.

Præſides.

Provinciarum qui, 1. 1. 14. Eorum cura indicendi muneris in Municipiis, 1. 3. 29.

Præſumptio pro Magiſtratu, vid. Magiſtratus.

Preces publicæ.

Fundendæ pro ſalute Principis, 1. 8. 40. Veterum agentilium in eo ritus, n. 41. Ab hoc officio non eximuntur ſubditi ob Religionis diverſitatem, 42. Exemplum Iſraelitarum captivorum in Babylone, ibid. An & pro Magiſtratu oppidano fundendæ, 2. 27. 51. Ratione affirmativæ, 52. & ſeq.

Pretium.

Quodnam ſit juſtum, 3. 36. 74. Lite ſuborta ſuper pretio ejus determinato eſt penes Magiſtratum, 76. In pretio ungalii ne faciat præjudicium, 77. In foro ſi quis offerat plus juſto prætio, 78.

Princeps.

Non eſt ſubditorum facultatum abſolutus dominus, 1. 1. 106. Quomodo reſcribat ad civitatem non ſubditam, 1. 8. 24. Eſt Reip. caput, 26. Honor ipſi debitus etiam extendendus ad ejus conſanguineos & familiares, n. 27. De juſtitia præceptorum Principis n. 32. Principi non obedientium pœna, n. 30. Fraus in eo eſt fœdior quam aperta violentia, 1. 10. 57. Omnia poſſidet Imperio ſinguli dominio n. 58. Principi non conceſſa remanent penes cives, n. 63. In eo magis attenduntur mala quam bona, 1. 13. 40. Principis præſentia jus civitati non tollit, 1. 16. 5. Principum cautis nemis non blandiendum, 2. 16. 66.

Princeps bonus.

Inter bonum Principem & tyrannum differentia, 1. 10. 5. Boni Principis deſcriptio, n. 6. Talis eſt Parens publicus & pater patriæ, n. 7. & 27. Boni

ni Principis felicitas, n. 8. Non potest Municipium à corpore provinciali abstrahere, n. 11. & 14. Est ut tutor & gubernator in nave, n. 28. Est ut territorii maritus, n. 30. Ejus ut veri pastoris officium, n. 32. Est custos & dispensator communium bonorum, n. 33. Ejus tantum est quantum omnium, n. 34. Bene gesti principatus fructus in eum redundant, n. 35. Se non dominos sed servos Reipubl. dicunt, 36. In eo tantum valet fides sola, quantum juramentum in privatis, n. 50. Est fons justitiæ, n. 56. Sub eo non est servitus, I. 11. 43. Summæ dignitatis molestia est Principem desiderare perfectum, I. 13. 38. Magna subditorum felicitas est degere sub tali, n. 62. Imperium Principis non est sicut medici, n. 64. Principis alteri jus quæsitum non auferentis encomia, 2. 12. 86. Non potest contravenire promissio præcessoris, n. 87.

Princeps injustus vid. & tirannus.

Tali etiam obediendum, I. 13. I. Exempla ex sacris, n. 2. Municipalium remedia in hunc pro eo adhuc preces fundendæ, n. 9. Exempla sanctorum è Bibliis, n. 14. Ejus iterata jussio contemnenda si involvat peccatum, n. 17. Quod si inique jubeantur utilitate, n. 18. Inique Principis jussa refutare quid sit, n. 21. De eo querelæ subditorum licitæ sunt, 20. Non convenit ut Municipium contra talem quid Leuteh, n. 36. Secus in statibus provincialibus, n. 37. Exigua peccata in eo apparent magna, n. 39. Non omnis statim est tyrannus, n. 47. Vitia Principum dissimulanda, n. 60. Sub exercitatione patientiæ tolerandi, n. 61.

Pro Principe præsumptio.

Non præsumitur in eo metus I. 12. 54. Duriuscule quid statuens Princeps præsumitur uti velle potestate extraordinaria, I. 13. 5. Semper in eo justa causa præsumitur, n. 6. Non voluisse censetur quod jure velle non potuit, n. 25.

Princeps Germaniæ.

Antiquæ districtui præfecti, I. I. 29. Horum electio vet. Germ. ibid. Potestas tunc restricta, n. 30. Comitia indicebant ibid.

Principis arma vid. insignia.

Principis clementia.

Timeant subditi non Principem sed pro Principe, I. 14. 54. Princeps ut Deus subnixe magis exterrere quam nocere debet, 58. Varia de eo exempla

pla, n. 56. 57. 59. Maximam amoris vim conciliat, n. 65. Impium Justin. II. Imp. dictum in adversarios suos, n. 64.

Principis edicta, vid. E.

Principis intrada, introitus vid. intrada.

Principis jurisdictio.

Negligentia Præscribentis locum facit jurisdictioni Principis generali, 2. 12. 54. Lite super jurisdictione contra Principem pendente, Princeps interim jure suo utitur, n. 55.

Principis Minister, vid. officialis item aulicus.

Principis potestas.

Tam non est absoluta ut statibus sive ordinibus nihil suffragio detur, 1. 10. 44. Quis absolutæ quis limitatæ potestatis, n. 46. Potestas Regia in populum Dei data etiam limitata fuit, n. 47. Absoluta minui potest salva Majestate, n. 49. Non est super animam subditorum, 1. 12. 2. Evangelicus est papa in suo territorio, 2. 29. 49. imo plus quam papa, n. 51.

Principis rescripta.

Lædentia jus publicum vel tertii cujusdam quam præsumptionem admittant, 1. 13. 23.

Privatus, privatum.

Quid sit, 1. 6. 9. Unde dicatur, n. 10. Opponitur communi, n. 11. Pro eo qui non est constitutus in dignitate, n. 12. Quis dignitatem gerit, sed non illustrem, 13. Privati militantibus oppositi, n. 15. Privata potestas, n. 16. Privatorum loco habentur civitates, 1. 6. 1. Id est ac si privatæ essent, n. 23. Opponitur civitati, 1. 6. 69. Privati sunt omnes respectu principis & Superioris. n. 89.

Privilegia Municipiorum.

Exigua Municipia quatenus eximia sæpe possideant privilegia, 1. 5. 39. Inter ea est probatio versuræ ratione inutili, 1. 6. 71. Hodiernorum ea evehunt extra statum privatorum, n. 85. Si recuset dominus promittere se illa confirmaturum, 1. 12. 48. Cur Municipiis dentur, 2. 12. 20.

Privilegia collegiorum opificum.

Quam habeant interpretationem, 3. 8. 123. Quando à Magistratu revocari possint, 125. Si ex post facto lædant concedentem, 128. Si super accedat contraventio collegiatorum, 129. Cum causa Magistratus abolere potest, 132. Si confirmata sunt per sententiam, 134. Ut valeant ad effectum obligandi quid requiratur, 135.

Privilegiorum amissio.

Fit renunciatione 2. 68. 18. & seq. Hæc rara esse solet, 20. per non usum, 21. Quatenus committatur, 22. per abusum, 23. An per contraventionem civium, 25. Ob grave delictum, 26. Non inducitur per destructionem civitatis absque delicto contingentem, 42.

Privilegiorum confirmatio.

Fit quandoque à principe, quando illi præstatur homagium, 1. 8. 95. & 96. Exemplum confirmationis privilegiorum, 2. 12 88. Confirmatio privilegiorum cum juramento apposito, n. 89.

Privilegiorum revocatio.

Quando merito fiat à principe, 2. 11. 10. privilegia abusu pereuntur, n. 11. Ratio in principis officio pro quiete publica conservanda, n. 12. Concessa Municipio quatenus à principe possint revocari, n. 12. 77. princeps prædecessoris contractus annullans, n. 78. principi non est honestum, revocare concessa, n. 79. Exemplum Papæ Cælestini, n. 80. Reservatio quæ causam revocandi privilegia infert, 81. Revocatio per modum contractus concessorum, n. 82. 83. 84. & 2. 68. 9. privilegium est concessio sine causa, hinc revocari nequit, n. 85. & 2. 42. 28. Eorum revocatio fieri nequit sine causa, 2. 68. 3. Ratio. 4. & seq. promissio de non revocando privilegium id facit irrevocabile, 12. promissio facta ob bene meritum, 13. Non valet consequentia à revocatione juris communis ad singulare, 15. Quatenus contraria voluntate tolli non possit, quod voluntate concessum est, 16.

Privilegium nundinarum vid. N.

Probationes.

Parum regina est evidentia, 2. 18. Finis est veritas, n 18. Imperfectæ quando recipiendæ, n. 31.

Processus criminalis.

In eo summa discretione opus, 2. 12. 95. Malus processus criminalis æque nocius ac delictorum impunitas, n. 96. Municipia minora acta criminalia ad extraneos transmittere solent, n. 97. Exceptio in pœnis per edictum Principis dictatis, n. 98. Indocti judices causarum criminalium in oppidis, n. 99.

Proconsules.

Apud Romanos qui, 1. 1. 14.

Prodigi.

Eorum cura, 3. 33. 1. Cur interdictio bonorum Magistr. Municip. competat, 2. Eorum descriptio, scriptio 5. Æquiparantur furiosis, 8. Quid decre-

tum

tum interdictionis bonorum eorum præcedere debeat, 11. Effectus peractæ istius interdictionis, 12. An bonis interdictus possit appellare, 13. Filius in testamento patris declaratus prodigus, 15. Pro vero prodigo quis habendus, 16.

Proditio, proditor.

Hic est pejus quam hostis, 1. 9. 35. Proditionis merces nunquam est secura, n. 33. Non alienigena, sed civis est proditor, n. 36.

Promissio.

Accedens legali prohibitioni valde est efficax, 1. 10. 53. Servanda maxime in Principe, n. 54.

Proprii homines.

Sunt exclusi à jure civico, 3. 1. 64. Instar servorum olim, 63. Quam ob rationem, 66. Exhibent imaginem servitutis, n. 67.

Protectio, vid. clientela.

Provincia.

Unde dicta, 1. 1. 2. Armis subacta, ibid. Sicilia prima Romanorum fuit, n. 3. Pro munere, n. 7. In provinciæ formam redigere quid, 1. 1. 12. Quæ pars Germaniæ primo sit in provinciæ formam redacta, n. 39. Provinciarum administratio difficilis apud Romanos, 1. 1. 5. Devictarum varia conditio, n. 8. Dura conditio, n. 15. Status servilis apud Germanos sub Romanis, n. 38. Germanicarum status sub Francis, n. 46. Proceres sub Carolo M. n. 51. Germanicarum mutatio post Carolum M. n. 57. Consulares prætoriæ, 1. 1. 13. Rectores, n. 14. Germanæ Romanum excutiunt jugum, n. 45. Gemaniæ servant aliqualem libertatem, n. 61.

Provinc. conventus, vid. conventus.

Provincialis.

Civitas unde dicta, 1. 1. 1. Provincialis quis, ibid.

Provocationes.

Municipium ad Municipium provocat, 2. 20. 2. Quatenus illis revocationis per compulsoriales sit locus, n. 3. Quomodo in illis procedendum, n. 4. Referuntur omnes ad unam sententiam, 5. Mediæ instantiæ amitti non possunt, n. 7. Exceptio, n. 8.

Publicani.

Referebantur inter prærogativas juris Romani veteris, 1. 6. 31.

Publicatio, proclamatio.

Ex ambone, 2. 53. 10. In confluxu populi, 12. E suggestu, 13. Solennis quæ, 15. Contra fugitivum, 16. Trina desponsatorum, 17 Ejus effectus, n. 50. Ad cujus instantiam facienda, 19. An Magistr. Municip. in ea non possit dispensare, 20. Pro solutione tributorum, 22. Ejus ef-

effectus 56. Rerum venalium, 25. Ejus effectus 26. Rerum inventarum, 27. Requisita, 28. seq. Species in Camera Imp. 31. In loco supplicii ne vis fiat carnifici, 34 Ad ludos seculares, 38. Proclamationum effectus, 40. & 44. Tribuit bonam fidem, 55. Proclama in concursu creditorum, 59.

Publicum.

Unde dicatur, 1. 6. 3. Pro eo quod patet omnibus, n. 4. Pro vulgari usu, n, 5. Pro communi, n. 6. Pro collato ab eo qui summa gaudet potestate, n. 7. Ejus sensus juridicus, n. 8 Publica potestas opposita priprivatæ, n. 17. Publica erant reservata populi Romani jure Majestatis, n. 27. Publici abusio quatenus competient reliquis civitatibus præter Romam, n. 40. & 92. Referendum est ad statum cujuslibet loci, n. 49. Publici appellatio ex quo fluat, n. 53. Publica jure sanctimonii, n. 59. Jure opportunitatis, n. 60. Jure patrimonii, n. 61. Publicis non erant orbata Municipia, Rom. liberioris conditionis, n. 76. Publici significatio etiam est tributa aliis civitatibus ab ipsa Roma, n. 77. xublicorum sunt capacia hodierna Mun. 84. Publicæ quando quid fieri dicantur, 2. 53. 14.

Publicum commodum.

Habenda ejus ratio, 2. 2. 78. Ex ferro publico fabri clavos cudunt, 78. Major navis quam mercium habenda ratio, n. 80. Publicis cedant privata, n. 82. Ejus favore multa fiunt, 2. 9. 53. Circa id curiæ cura, 2. 25. 55. Non sit simulatum, n. 61. Illi sit injunctum quod honestum, n. 62. Ejus memorabile exemplum in Atheniensibus, ibid. Non quod socio sed quod societati convenit spectandum, n. 59. Intentio publicæ salutis pro privilegio Principis est, 2. 66. 48. Si negligatur evertuntur urbes, 2. 70. 49. Si quid quod suum est quærit Respublica publici nomen perdit, 50. & seq. Exempla & monita, 51. & seqq. Impetrans indultum contra utilitatem publicam an sit perjurus, 3. 1. 48. Utilitas publica præferenda est privatorum contractibus, 3. 11. 12. Ejus causa rei familiaris commoda negligenda, 14. Suadet oblationem juris alicujus, 15. Utilitati publicæ serio studendum à Magistratu Municipali, 3. 35. 6. Magnum est ubi publica omnium utilitas periclitatur, 3. 36. 28.

Q.

Quaekeri.
Non fruuntur indulto pacis religiosæ, 1. 12. 50. Quinam illi sint, n. 51. Quatenus in illos animadvertendum, n. 52. In Senatum non assumendi, 2. 1. 102. An defendere quoque debeant in obsidione, 2. 69. 46. Qualemtunc opem ferre cogantur, 47. Pœna si opus id detrectent 48. Exemplum, 49.

Quæstores civitatis.
An præsumantur ex pecunia civitatis ditati, 2. 43. 6. &c. 2. 46. 12. Quinam sint constituendi, 10. In horum bona civitates habet. tac. hypoth. 11. Pecuniam publicam mutuo dare nequeunt, 13. Non sunt pecuniæ Domini, 18. Iis solvens quatenus liberetur, 31. Eorum libri, 33. Quatenus teneantur ex culpa collegæ, 34. & 38. Si unus solvendo non sit, 37. Quis horum primo executendus si aliquis eorum sit mortuus, 40. De qua culpa teneantur, 41. De probatione negligentiæ, 43. Quales esse debeant 51. & seq. Eorum officia ne sint nimis diuturna, 55. Quale versantium pœna, 56. & seq. illis minus indulgetur quam tutoribus, 2. 46. 32. An horum heredes ad juramentum suppletorium admittendi, 2. 46. 38. Cautelæ pro iis evitandas clamantium é populo voces, 43.

Qualitas.
Duas qualitates quis repræsentans 1. 16. 9. Qualitatibus personarum decisiones sunt accommodandæ, n. 24.

Quarterium.
Id quod alibi Hofen / 1. 2. 81. Unius civitatis vices gerit, ibid. Etiam statutum condere potest, 2. 34. 13.

Querelæ contra Magistratus.
Non statim audiendæ, 2. 22. 16. Ob illas circumspecte de veniendum ad opem contra Magistratum, n. 17. Examinanda à Superiore causa conquerendi, n. 18. Tentanda sunt alia remedia antequam ad mandata deveniatur, n. 19. & 20.

Quirinus.
Sive Cyrenus Syriæ præfectus, 1. 1. 18. Ad descriptionem census extraordinarii causa in Judæam missus, n. 21.

Quirites.
Quiritum jus defuit Municipibus, 1. 3. 16.

R.

Rabulæ forenses.
Qui, 2. 5. 32. Eorum vitia advocatis non imputanda, n. 31. Gerichts-Plauderer / Zungen-Drescher / 33. Causidici, empirici & circulatores, n. 34. Corrigenda eorum protervia, n. 35. Alios dum defendunt alios offendunt, n. 36. Sunt vultures judicarii, 2. 17. 20.

Raht / & composita.
Rahts-Herren / quandoque à Rähten dicti, 2. 1. 79. Rahts Gebott und Verbot / 2. 14. 8. Non extendi debet ultra jurisdictionem, n. 52. Non refertur ad merum Imperium, n. 53. Rahts-Küssen nach Hause schicken / 2. 1. 168. Rahts-Tage / 2. 16. 15. In iis quid contra emanentes statuendum, n. 17. Rahts-Gebot / Bürger Spott / 2. 34. 125.

Ratihabitio.
Quando validat gesta pro civitate, 2. 23. 41. Qualiter hæc fiat. n. 42. Eadem solennitas requiritur in ea quæ in confectione actus, 43. Civitas solvens expensas censetur ratificare acta pro ea, n. 44.

Rationes, ratiocinia administratorum civitatis.
Stadt-Rechnung / 2. 46. Horum neglectus nocuus Reip. n. 6. Magistratus officium in iis, n. 9. & seq. Rationes quomodo non reddendæ, 13. & seq. Quando reddendæ, 18. Ubi 22. Rationum probatio per syngrapha, 30. Consignatio des Uberschusses / 34. Cautelæ circa rationes defuncti, 39. Non reiterandæ, 40. An Princeps à Senatu Municipali editionem rationum exigere possit, 44. Argumenta pro negativa, n. 45. & seq. Conclusio pro affirmativa, n. 55. & seq. Exempla splendidarum civitatum qui eas Principi edunt, 63. Rationum editio facit ad juvandam actoris intentionem 2. 58. 37.

Rationes tutelares.
Officium Magistr. Munic. circa eas, 2. 36. 48. Quando reddendæ, 49. Edictum Serenissimi Electoris Brand. Friderici Wilhelmi, 50. Mos apud Lippienses, 51.

Rebellis, rebellio.
Rebellis unde dicatur, 3 40. 37. Rebellio proprie dicta, 40. An recusans præstare juramentum homagiale sit rebellis, 1. 8. 102. Rebellis non est nisi qui homagium præstitit, n. 103. Rebellio in sensu lato, n. 104.

Ordinum Danicorum excusatio rebellionis, 1. 10. 48. Contumax in parendo quatenus rebellis sit, 3. 40. 38. An rebellis sit qui retractat obedientiam Magistratui Municipali, 41. Rebellis civitas per conniventiam Magistratus, 48. Subditi alieni de rebellione suspecti non recipiendi, 49.

Recuperatio.

Agros à Gothis & Vandalis occupatos Imperatores recuperarunt, 1. 11. 32. Injuste ablata juste recuperantur, n. 33.

Recusatio Magistratus.

Totum collegium recusari nequit, 2. 16. 67. Limitatio, n. 68. & 78. Quid sit, n. 69. De recusatione nec ipse nec alius judex cognoscit, n. 72. Licet de jurisdictione sua possit, n. 71. Illa utens injuriarum reus non est, n. 73. Si quidam è collegio recusentur, iis surgendum est, n. 74. Senatoribus suspectis Commissarii jungendi, n. 75. Non facile cadunt recusationis causæ in integrum collegium, n. 77. Non de facile admittenda, n. 80. An Senatus possit recusari, eo quod regens Consul est suspectus, n. 81.

Reficere, restaurare, reparare.

Reficiens non innovat, 2. 29. 15. Probibitio quid fieri deficit in reficiente, n. 16. Refectionis nomine in materia ædificii, n. 17. Reparare & ampliare idem non est, n. 18. Quæ impensæ reparationis privilegio gaudeant, n. 28. Per renunciationem opus refectionis evitari nequit, n. 31. Pro reparatione ædificii publici qui Municipales concurrere debeant, n. 34. An ad refectionem turris referantur sumptus campanarum & horologii, n. 45. Reparatio particularis refertur ad universalem, n. 46.

Reformati.

Religioni isti addicti à pacificatione religiosa non exclusi, 1. 12. 56. Desuper scriptum à Protestantibus Cæsari exhibitum, n. 57. Illis statim ab initio pacificationis libertas conscientiæ concessa, n. 58. Numerantur inter Protestantes. 59. De eo dispositio pacis Westphalicæ, n. 60. & 61.

Regalia.

Horum origo, 1. 1. 47. Eorum adeptio non obest Municipiis hodiernis quo minus gaudeant publico, 1. 6. 86. Præscribi possunt tempore immemoriali, 1. 9. 12. An Municipia eorum sint capacia, 2. 12. 25. Sunt individua & incommunibilia, n. 26. Horum concessio fit Municipiis magis nomine privilegii

gii quam regalium, n. 31.

Regalia majora.

Sunt consectarium Majestatis & summæ potestatis, 2. 12. 28. Primario ab Imperatore sunt, n. 29. Cur Municipia eorum capacia non sint, n. 30. Inter hæc & minora distinctio probatur, n. 39. Regalia & superioritas differunt, 1. 15. 7.

Regalia minora.

Quæ, 2. 12. 35. In Municipia cadunt, n. 36. Ejus ratio, n. 37. Exemplum, n. 38. Distinctio inter majora & minora defensa, n. 39. Quæ sint inter publicistas non convenit, n. 40. Eorum descriptio, n. 41.

Regalium præscriptio.

Quænam obtineat ratione Municipiorum, 2. 12. 44. An requiratur Principis sententia, n. 46. An cumulative an privative præscribantur, n. 50.

Regimen.

Ejus incommoda, 2. 1. 28. Male qui regit Deo, qui bene civibus displicet, 2. 3. 26. Rebus turbidis ab eo abstinendum, n. 34. 35. Facile est tranquillo mari navigare, 2. 4. 16. Difficile est regere homines, 2. 5. 12. Difficilius quam imperare brutis, n. 13. Imperitis nautis inter scopulos male committitur navigium, 2. 8. 6. Apologus de cauda bellum ob regnandi cupidinem cogniti indicente, n. 8.

Reichs-Stadt/ *vid. civitas Imperialis.*

Reichs-Stadt & freye Reichs-Stadt, an differentia, 1. 2. 45. Unde dicatur. 46. Reichs-Stände & freye Reichs-Stände promiscua interpretatio, n. 52.

Relegatio, relegatus.

Ex urbe relegatus non deget in suburbiis, 1. 7. 40. & 41.

Religio.

Non humanum præsupponit imperium, 1. 12. 1. Cur imperari non possit, n. 3. Ea nihil magis est voluntarium, n. 4. Est de reservatis divinis, n. 5. In ea coercenda locum non dant veteres canones, n. 6. Sed Pontifices Romani id potestatis sibi tribuere, n. 8. Adversante doctrina Apostolica, n. 7. Certamina de religione à Principe prohibenda, n. 10. Interna magis proficit quam externa, 1. 12. 11. Augetur quo magis premitur, n. 19. Arcis cœlestis invasores, n. 20. De coacta religione tristia exempla, n. 21. In religione non turbanda Municipia, n. 22. Alieni non sunt, qui nobis societate Ecclesiæ conjuncti, n. 69.

Quid ſit, 2. 27. 1. Unde dicatur, n. 2. Quid ſecundum veteres Philoſophos, n. 3. Ejus pondus & neceſſitas, 4. poſt eam omnia ponenda, n. 6. & 7. In ejus propagationem nitetur Magiſtratus, 2. 29. 10. Ad religionem conceſſum ædificium ruinoſum reparari poteſt Principe contrariæ religionis contradicente, n. 15.

Religionis mutatio.

An Municipales inconſulto Principe eam unanimiter inducere poſſunt, 1. 12. 31. Pro eo, qui Dominus territorii eſt, mutat præſumtio in caſu religionis mutatæ, n. 35. Ad illam ſubditi à nemine cogendi, n. 39. Lippienſium & Suſatenſium petita ratione religionis mutandæ, 43. Interceſſio Electoris Saxoniæ, n. 44. Simultas inter prædictos hos Principes illam ob cauſam, 45.

Remiſſio delinquentis vid. D.

Remotio ab officio.

Inducit malam præſumptionem, 2. 33. 6. Dedecus & infamiam importat, n. 7. Nemo facile removendus, n. 9. Licet quis gratis ſit creatus, n, 15. Remotio quæ, n. 10. Quis vere dicatur remotus, n. 11. Surrogatio in locum excluſi, n. 12. pendente inquiſitione nemo removendus, n, 30.

Rent-Cammer.

2. 43. 1. & 32. vid. ærarium.

Renunciatio, reſignatio officii.

Licita eſt nec honori obſtat, 2. 1. 39. Ab officio Magiſtratus an ſit illicita, n. 186. Ad quæ cogi poſſumus ea abdicare nequimus, n. 187. De quo jus Lubecenſe, n. 188. Cauſæ juſtæ reſignationis, 189. Illi accedere debet diſpenſatio Principis Senatorio, n. 190 Exceptio, n. 192. Reſignantibus manet priſtinus ordo honoris, 193. Limitatio ejus, 194.

Reparatio, vid. reficere.

Repreſſaliæ.

Cur ita vocatæ, 2. 65. 7. Earum deſcriptio, 8. Cauſa & effectus, 9. Iis caute utendum, 10. Earum occaſio, 12. Referuntur ad jura belli, 13. Earum odium, 18. An æquitati conveniant, 42.

Reſidentia Principis.

In ea celebrantur conventus provinciales, 1. 1. 93. Illuſtrat & ditat civitates, 1. 2. 56. Solet eſſe in medio regionis, n. 27.

Reſpublica.

Quælibet publica appellatione venit, 1. 6. 50. Eſt civitas, n. n. 63. Ejusque definitio ad eas refertur, n. 64. Reip. nomen civitatibus ſæpe fuit proprium, n. 66. In certis præceptis non ſu-

fluctuabit, 2. 2. 15. Ejus interest eam per digniores & conspicuos regi, 2. 9. 30. Ut corpus consistit ex capite & membris, 2. 14. 16. Ejus fundamina sunt mores & leges, n. 27. Ejus spiritus vitalis, n. 28. 29. Ejus quatuor Elementa, 2. 15. 2. Res nostra magis Reipubl. quam nobis ipsis inservire debet, 3. 11. 13. Ejus eversio est magna, 16.

Restitutio in integrum.

Quatenus competat absenti Reip. causa, an & pro absenti pro alia civitate quam Roma, 1. 6. 37. Civitates eo jure gaudent cur? 2. 50. 1. & 4. Jus hoc & Municipiis competit, 8. Rationes 10. Dissentientium fundamenta, 13. & seq. Quid in ea probandum, 22. Tempus pro illa impetranda, 23. Si læsio contingat facto administratorum, 26. Beneficio huic renunciare nequit Municipium, 33. An & villa eo jure utantur, 34.

Retorsio vid. talio.

Retractus ratione vicinitatis.

Jus retractus hoc, 3. 14. 1. An ex jure divino oriatur, 2. Quo jure competat, 3. Qua ratione, n. 4. & 41. Oritur ex consuetudine, 5. Ejus ratio, 6. Justitia & utilitas. n. 10. Quando competat jure communi, 7. Quæ bona eo referantur, 8. Competit & universitati contra extraneos, 9. Varia statuta de eo, 11. & seq. prædia in confinio sita magis huic juri subjacent, 20. Ejus ratio, 21. potentior est hæc prohibitio in vicinos alieno imperio subjectos, 22. Excluduntur exteri licet plus offerant, 27. Si emat extraneus, qui postea factus est civis, 28. Si offerat se velle fieri civem, 29. An contra id valeat præscriptio, 30. In quibus Municipiis optime sit fundatum, 32. An circa id Magistratus possit dispensare, 34. Ejus requisita, 38. Si res in præjudicium retrahentis antichrectice vendatur, 39. præjudicium, 40. Quibus casibus cesset, 35. & seqq.

Revelatio secretorum in curia.

Religio Romanorum in evulgangandis actis Senatus, 2. 25. 66. In garrulorum pectore omnia supernatant, n. 67. Lex Ægyptiorum in revelatores conclusorum, Senatus, n. 68. Pœna Senatoris revelantis secreta curiæ, n. 69. 70. In eo simile, n. 71. & 72. Secreta curiæ mulieribus & domesticis non aperienda, n. 76. Consilia curiæ non divulgare Romanis dignum fuit, n. 82.

Revocatio contractus Municipalis.

Successores illum revocare nequeunt, 2. 59. 33. Ratio ejus, 34. Quando revocationi huic locus, 35. Ratio revocationis bonorum civitat. absque solennitate alienatorum, 36. Restitutio facienda antequam contractus revocetur, 39.

Reus criminalis, vid. & delinquens.

Nunquam temere litigat, 2. 12. 109. Damnatus ad mortem sumptus criminales non solvit, n. 110. In Municipium fugiens mox inquisitioni subjiciendus, n. 142.

Roma.

Hodie non est caput orbis, 1. 3. 49. Primitus fundata ex hostibus & alienigenis, 1. 4. 5. Ejus excellentia, 1. 6. 28. Intelligitur per urbem, n. 29. Sola non fuit urbs, 30. Ejus arrogantia, 1. 6. 54. Ejus splendor decrevit, 1. 3. 44.

Romanus.

Romana arrogantia in descriptione censuali subactorum, 1. 1. 17. Romanæ servitutis in Germ. tria incommoda. n. 43. Eorum splendor decrevit, n. 44. Roman. Municipia, in Municipia Roman. victorum insolentia, 1. 3. 44. Romana pecunia publica subjacebat, L. Jul. peculatus, 1. 6. 34. Prisca Romanorum arrogantia, n. 54. Romanorum feciales, 1. 11. 49. Civitates contra formam juris publ. statuere non poterant, 2. 34. 7.

Rustici.

A suburbanis differunt, 1. 7. 16. Rusticorum Livonicorum dura conditio, 2. 34. 118. Rusticorum malitia, 2. 39. 20. Eorum mores, 21. Tempore præcluso eorum canibus fustes adpendendi, 3. 25. 47. Cogi possunt ut victualia in civitatibus vendant, 3. 27. 43.

S.

Sabbatum, vid. dies Dominica.

Sævitia conjugum.

Coercenda à Magistratu Municipali, 3. 7. 37. Quando ob eam divortium concedendum, 38. De uxore à viro ob sævitiam separata, 40. Formula cautionis à viro hoc casu præstanda, 41. De cautione fidejussoria, 42. Ante separationem tentanda reconciliatio à Magistratu, 43. 44. Quæ sævitia ad eam requiratur, 45. 48. An minæ sufficiant, 46. An verbera, 47. An ob scelera conjugis. 49. De alimentis præstandis lite super separatione pendente, 50. Quando hæc obligatio cesset, 51. Separationis talis descriptio, 54.

Salarium.
Quod ſtatutum eſt Conſulibus, 2. 17. 45. Horum quatenus transmittatur ad heredes, n. 46. Adminiſtratoris eſt privilegiatum, 2. 51. 14.
Salarium Miniſtrorum Eccleſiæ, vid. Eccleſia.
Salgamum, Servics.
Serviess / unde dicatur, 3. 21. 1. Salgami præſtatio jure veteri, 2. & ſeq. Quid hodiernis moribus de eo, 8. & ſeqq. Pecunia pro ſalgamo, 10. Salgami partes Saltz / Pfeffer und Eſſig / 11. An milites abſentes id exigere poſſint, 14. Quartier-Geld / Serviess-Geld / 18. Pecunia hæc cur & à quibus exigenda, 19. & ſeq. An illam præſtent Nobiles domos civicas inhabentes, 27. An Clerici, 29. An Doctores, 30. An Conſules & Senatores, 31. De ædibus ſub haſta emptis ſed non adjudicatis, 34. An ab ea immunis ſit, qui comparavit immunitatem ab hoſpitatione, 35. Pecuniæ hujus proportio inſtituenda, 37. Salgami præſtatio quomodo ceſſet, 39. Modus coercendi cives moroſos in ſolutione ſalgami, 40. Pecunia hæc cui uſui impendenda, 41. Serviess-Regiſter / 42.
Saltatio choreæ.
Quid ſint, 3. 10. 34. Saltatio honeſta, 35. Qui alias exempla ſunt ne ſaltent, 36. Non ſacerdotes & Miniſtri Eccleſiæ ſaltabunt, 37. Non ſenes, 38.
Salus publica, vid. publicum commodum.
Salvi conductus effectus.
Securitatem præſtat à violentia facti non juris, 2. 13. 14. Illum habens non offendendus, n. 44. Quæ offendentis pœna, 45. & ſeq. Si offenſio fiat ex odio Principis, n. 48. An cenſendus ſi datur ſimpliciter, n. 50. Tranſit in ſpeciem contractus, n. 51. Eo pendente nil innovandum, n. 58. Quando ſalvus conductus non ſervandus, n. 65. & 66. Valet & in locis intermediis, n. 70. Ratio, n. 72. & ſeq. Extenditur ad perſonas conjunctas, n. 75. & ſeq.
Salvus conductus.
Jure divino fundatur, 2. 13. 10. Exemplum Caini, n. 11. Conceſſio ſingularis hæc, n. 12. Formula ejus n. 15. Citationi ineſt ſed fragilis, n. 7. 8. & 9. Quomodo differat à ſalva guardia, n. 24. Cur concedendus, n. 36. Quando concedendus, n. 37. Potius dandus quam coercitio criminis intermittenda, n. 39. Conceſſus vor unrechte Gewalt n. 49. Non promittit impunitatem delicti, n. 55. Ejus

finis, 57. Est instar privilegii & strictæ interpretationis, n. 60. & 61. Ejus verba sunt fidei, n. 71.

Salvus conductus à quo concedatur.

Quatenus ad regalia referatur, 2. 13. 19. & seq. Quatenus ad regalia non referatur, n. 26. Quatenus Magistratus Municipalis eum concedat, n. 25. Ratio, n. 28. 32. & 33. Si Magistr. Munic. eum recuset, n. 34. Quando pro salvoconductu adeundus Superior, n. 34. & 35.

Salvus conductus cui concedendus.

Præstanti cautionem, n. 16. 17. & 18. Etiam litiganti coram Magistratu inferiori ob injurias in ipsum dictas, n. 3. An notorie delinquenti, n. 38. Alleganti causas illum petendi, n. 40. Facile conceditur, quoties per fidejussores satisfit, n. 41. Ægroto & infirmo, 42. & 43. Prætendenti innocentiam, n. 54. & 63. Non confesso, n. 62. & 64. Non ei, qui offendit concedentem, n. 67. 68. & 69.

Sanctum.

Unde dictum, 2. 55. 45. Heyen à sanciendo, 46. Muri & portæ sunt res sanctæ, 44. Sanctitus palatiorum, 66.

Sanitas.

Quatenus curanda in Municipiis, 2. 32. 1. Ad eam promovendam quænam non præjicienda in publicum, n. 2. & seqq.

Saxones.

Jus Magistratus, quod in eos exercuit Pipinus & Carolus M. 1. 1. 48. Sicut cum Francis unum fecere corpus, n. 50.

Scabini.

Scheffen/ Schöpffen/ 2. 19. 11. *Vid. & Assessores.*

Schand-Stein/ *vid. lapidis impositi pœna.*

Schatzung.

Et Schutz sunt correlativa, 1. 8. 38. Willkommenschatz/ 1. 8. 68.

Scheiben-Schiessen.

Exercitium hoc aliud est ordinarium, 3. 24. 24. Aliud solenne, Frey-Schiessen/ 26. Celebrant hoc civitates Municipales vicinæ, 27. Scopos, die Scheiben/ suppeditat Magistratus, 25. Præmia, Haupt-Gewinn/ Neben-Gewinn/ 28. Platz-Meister/ Schiebener/ 29. A jaculatorum pœna ordinaria nemo exemptus, 30. Graviora delicta vindicantur à Magistratu, 31. Exercitium hoc an fieri possit diebus Dominicis, n. 46. ad 55. Locus exercitio huic destinatus, Schützen-Graben/ Schützen-Hoff/ 59. & 65. Si quis inter & exercitium hoc globo transfigatur, 60.

Schnadt Beziehung.

Qualiter necessaria, 2. 62. 40. Ubi

Ubi ea utilis, 41. Desuper varia statuta, 42. & seq. Qualiter fieri dbeat, n. 44. & seqq. Qualiter non, 53. & seq. Ordinaria & armiversaria, 47. & 48.

Schola.

Etymon, 2. 30. 1. Cur ludi literarii dicti, n. 3. Ita dicuntur loca ad officia Principis destinata, n. 3. Quid sint, n. 4. Earum utilitas, n. 5. Fructus ex iis habent Principes, n. 8. Earum erectio cuinam competat in Municipio, n. 18. & seqq Earum jus quatenus ad jura Episcopalia referatur, n. 25. Scholæ inferiores, n. 26. Earum erectio competit Magistratui Municipali, n. 27. & seq. Schul-Ordnung/ n. 42. Quo loco exstruendæ, n. 75. Vernaculæ, Schreib- und Rechen-Schulen/ n. 86. Clanculariæ, 88.

Scholarum inspectatores, vid. I.

Scholares.

Qualiter corrigendi & puniendi, 2. 30. 54 Quando auctoritate judicis in eos animadvertendum, n. 55. Consilium de iis corrigendis, n. 57. Modus eos instituendi, n. 62. & 64. Quali institutione non onerandi, ibid. An gaudeant privilegio Studiosorum, n. 85.

Schutz und Schirm / Schutz-Herren.

Machet keine Obrigkeit/ 1. 1. 90. An protectoribus competat jus intradæ, 1. 8. 66.

Schützen- *Compagnie.*

Cohortis istius origo, 3. 24. 67. Sua habent privilegia, 69. Magistratus has cohortes instituere potest, 70. Ejus formula, 71. Controversiæ sagittariorum horum, 72. & seq. Cohortium distributio, Bürger- Compagnien / Junge- Gesellen- Compagnien/ 75. Horum tympana & vexilla ubi custodienda, 76.

Scorta, vid. meretrices.

Scuticatio, Schütten/ *vid. & pignoratio.*

Unde dicatur, 3. 29. 19. Schütt Stall in Municipiis, 18. Minister pignorationis, Schütter 20. Feld-Schützen/ Marckt-Schützen/ 21. Mores nostri circa scuticationem hanc, 22. Requisita ad eam necessaria, 25. & seq Quæ animalia includi possint, 28. Cur permittatur scuticatio, 34. Scuticans præstabit animalibus inclusis alimenta, 54. Illa impendia repetit, 57. Schütte-Geld/ 63.

Secretarius.

Unde dicatur, 2. 24. 1. & 2. Eorum & Scribarum usus quando introductus, n. 9. Horum officium olim erat servile, n. 11. Requisita Secretarii Senatus, n. 12. & 13. Ejus constitutio & of-

officium, n. 14. & seq. Si sit absens, n. 19. Quando possit uti opera amanuensis, n. 20. An Consul hoc officio defungi possit, n. 21. An Secretarius officio suo fungi possit in causa, in qua fuit Advocatus, n. 23. An illi mercimonia interdicta, n. 24. In Municipiis potest esse loco Syndici, n. 25. Ejus mandatum in judicio loco instrumenti Syndicatus habetur, n. 26.

Seditio, vid. tumultus.

Senatores.

A senio dicti, inde Ital. Signore, 2. 1. 78. & 2. 6. 12. Rahts-Herren aliquando à rahten dicti, 2. 1. 79. Quinam inter plures eodem tempore electos præferendi, n. 80. Eorum juramentum, n. 82. Quid contineat, n. 83. Quomodo interpretandum, n. 84. Horum officia annua, n. 85. Etiam jure locali, n. 87. Eorum ordo vitio carebit, 91. Electi in Senatum si modo extra civitatem degant cogi possunt ut mox revertantur, n. 109. Horum numerus nec in Municipiis sit excessivus, n. 182. E numero plebis quibus similes, 2. 8. 13. Tales æditui qui altaria de sua cera ornata volunt, n. 14. Qui Ja-Herren dicti, 2. 25. 13. An in causa Senatus pro testibus admittendi, 3. 13. 11.

Senatus.

Totam Rempubl. repræsentat, 1. 14. 3. In oppidulis summus est honor, 2. 1. 22. Ejus necessitas, n. 81. In eum quinam non assumendi, n. 90. In Municipiis potius fames subitur quam fama intrandi in Senatum negligitur, 2. 8. 7. Qualiter Principis personam repræsentet, n. 56. Judicare debet secundum conscientiam, 58. Const. Senatus Spirensis, n. 59. Senatus si est contra Senatum quis dicatur Senatus, 3. 17. 6.

Senatus consultum.

Macedoniarum etiam competebat in civitatem Municipalem, 1. 6. 38.

Senatus electio, vid. E.

Reelectio Senatus, vid. electio.

A Senatu remotio.

Einem das Rath-Küssen nach Hause schicken / 2. 1. 168. Ratio moris hujus, 169. Causæ ob quas remotio hæc licita, n. 70. Si Senatus decretis contumacetur refragetur, n. 171. Munera capit, n. 172. Si arcana revelet, n. 173. Si sit supine negligens, n. 174. Semel motus à Senatu non repetendus, 175. Prius suspendendus quam removendus, 176. Non sine cau-

causæ cognitione 177. Remedia pro Senatore sine causæ cognit. remoto, n. 178. 179. 180. Exemplum Senatus Stralsundensis, n. 181.

Senes, senium, senectus.

Antiqui Romanorum colebant senio confectos, 2. 6. 11. Senectus experimentis instructa est, n. 13. Cano Capiti sæpe deest cerebrum, n. 17. Sæpe frigent senis consilia, n. 22. Non semper antiquior auctoritas prævalet, n. 27. Ex consilio senum & juvenum optima fit mixtura, n. 46. & 48. Senibus & juvenibus sui nevi, n. 47. Juxta annosas arbores novæ plantæ inserendæ, n. 49. Qui senes in Senatu reprobandi, n. 52. Qui senium optime consulatum recusant, n. 53.

Seneschalli, senesarchi.

Rectores provinciæ in Gallia, 1. 1. 65. Unde dicti, ibid.

Sententia.

Lata ad consultationem peritorum nomine Municipii publicanda, 2. 16. 16. Ab ejus tamen tenore non recedendum, n. 48. Nec ejus contrarium praxi fundatum, n. 49.

Separatio conjugum ob sævitiam, vid. sævitia.

Sepes, sepimentum.

Sepem limitaneum extra limites positam an liceat vicino privata auctoritate tollere, 3. 5. 18. & 19. Si vicinus negligens in reficiendo sepimento, n. 20. Intermedii refectio cui incumbat in dubio, n. 21.

Sequela.

Ejus descriptio, 3. 24. 84. Finis primarius, 85. Heers-Folge/ est regale, 83. Quomodo differat à lustratione, 82. Ad eam sub alio prætextu non cogendi, 77. Quando subditi dominum extra territorium sequi cogantur, 80. Ejus sumptibus, 81.

Serti straminei pœna.

Stroh-Krantz/ quæ pœna, 2. 15. 54.

Servitus, servi.

Natura quidam sunt tales, 1. 11. 12. Quidam sub domino melius quam in libertate sunt, n. 13. Ejus liberatio inducit mendicitatem, n. 14. Ad perpetuam servitutem non est obligatio, n. 16. Servitus differt à subjectione, n. 41. Servorum querelæ contra dominos licitæ sunt, 1. 13. 29.

Sicilia.

Prima Romanorum provincia, 1. 1. 4.

Sigillum.

Unde dicatur, 1. 21. 1. Ejus descriptio, 2. Forma & signatum, 3. Majus Burgensium, n. 4. Minus ordinarium, n. 5. Est te-

teitis mutus, n. 6 Quando plenam faciat fidem, n. 7. Probationem facit probatam, n. 13. Debet esse integrum & cognoscibile, n. 19. Notæ suspecti sigilli, n. 20. Si inverso ordine impressum, n. 22 & 23. Ejus cognitio in publicis Instrum. n. 30. Quid de Jur. Canon. & consuetudine, n. 32. Ejus jus olim penes Magnates fuit, n. 53. Postea ad privatos pervenit, n. 54.

Sigillum Collegiorum opificum.

Quatenus inserviat, 3. 8. 52. Quid referat, 53. Non operatur absque subscriptione, 54. Ab eo differt signum notitiæ, **Der Stempel**/ 55.

Sigillum Municipii.

Habet effectum veritatis & solennitatis, 2. 21. 9. Illi non minus quam Principis creditur, n. 11. & 12. Non facile præsumitur supposititium, n. 1. An exprimendum à quo Consule sit impressum, n. 16. Ratio, n. 17. Usus Germaniæ, n. 18. Probat sine subscriptione, n. 24. An pro obligandis civibus debeat esse in popularium custodia, n. 25. Commissum custodiæ Consulum est inductionum consensus civium, n. 26. Ratio, 27. Non probat decreti interpositionem, n. 29. Plus operatur quam subscriptio, n. 33. Totius tamen est ut subscriptio accedat, n. 35. Ratio, n. 34. & 37. Exceptio, n. 36. Quando inducat publicum civitatis instrumentum, n. 38. Necessitatis est ut in contractibus civitatis præter sigillum adhibeatur subscriptio, n. 43. In propriis negotiis habetur pro privato, n. 44. Si ob vetustatem desit tamen probat instrumentum, 45. Illud si quis circumferat doli præbet indicium, n. 46. Illo non abutendum, n. 47. Ejus custodia est maximi momenti, n. 48. Exempla, n. 49. 50. & 51.

Sigillum privati.

Vim & fidem publicæ scripturæ inducit, 2. 21. 8. Facile præsumitur supposititium, n. 14. Ejus sola appositio quo casu valeat, n. 40. & 41. Relinquitur arbitrio judicis quæ concurrere debeant ut sigillum per se probet, n. 42.

Simulatio.

Ejus effectus, 2. 3. 2. In quantum toleranda, n. 3. Mendax, 4. Quandoque periculosa, 5. Ridendi qui simulare nesciunt, n. 7. Simulantes similes sunt remigibus, n. 8.

Singuli particulares.

Ex singulorum facto seu delicto quatenus obligetur universitas,

1. 14. 40. Singulorum amentia civitati non adsignanda, n. 42. Particulares de universitate non possunt illi præjudicare, n. 44. Singularium actus continuatus & successivus quatenus imputetur universitati, n. 45.

Societas humana.

Etiam foret Adamo non lapso, 1. 2. 4. Societatis hamanæ instinctus & causæ, 1. 2. 5. Ex metu, 1. 2. 6. Societatis humanæ causa principalis, n. 9. Finis summus, n. 12. Scopus, n. 13. Tempus non datur in quo non fuerit societas, n. 14.

Solennitas in alienatione rerum civitatis.

Quæ observandæ, 2. 59. 1. & 2. 58. 51. Non præsumuntur sed probandæ 52. Et specifice inserendæ instrumento, 53. Juxta l. 3. C. de vent. reb. civit. n. 15. An hæ obtineant in praxi, 16. Multæ nimis scrupulosæ, 17. Non supplentur per clausulas renunciatorias, 42. Licet juratas, 43. Antiquitas temporis facit præsumptionem pro solennitatibus, 47. Variæ alienationis species cum solennitatibus, 48. & seq.

Sponsalia.

Non clam & privatim facienda, 3. 6. 19. Clandestinarum sponsalium incommoda, 24. 25. Quatenus in iis negandis sit deferendum juramento, 26. De sponsa duorum 27. Si parentes rogati in honestas nupt. liberorum consentire nolint, 33. & 44. An causas dissensus dare cogantur, 34. De consensu Magistratus loco parentum, 35. De consensu impii patris, 36. Circa nuptias emancipatorum, 37. Si inter tutores & propinquos non conveniat de consensu, 39. Magistratus parentes duros commovebit, 40. Judicium Theologicum de hoc, 41. Desponsationes per vetulas, 43. Denunciatio facienda Magistratui 44. In seminantes mala inter desponsatos animadvertendum, 29. Si desponsati resiliant, quid faciendum Magistratui, 48. An mutuo dissensu solvi possit, 49. Parentes à Magistratu monendi ut circa rescindenda sponsalia quid remittant, 60.

Spurius.

Fuit Jephta & tamen Princeps, 2. 10. 1. Ideo solum vertit, n. 3. Alia notorum illustrium exempla, n. 4. Rationes cur talis ab honoribus non excludendus, n. 5. & seqq. Ex spurio legitime natus admittendus ad honores, n. 19. Certo saltem modo dignitatum est capax, n. 21. Non ca-

caret omni macula, n. 23. Talem ad Senatum admittere est libidinis faces accendere, n. 27. Ratio, n. 29. In eo non deest culpa, non deest tamen justa causa, n. 28. Lege divina est invisus n. 30. Cur, n. 31. & 32. Execratio in nothos, n. 43. Sequitur matrem, 3. 1. 133. Ipsi ratione alimentorum providendum à Magistratu, 3. 34. 78. Pater ipsum alere non tenetur de jur. civ. 80. Quatenus ipsius pater investigandus, 83.

Stadt / *ejusque composita.*

An dicta à stativis, 1. 2. 32. Ejus genuina derivatio, n. 34. In Stadt desinentia Municipia sunt vetustissima, n. 23. Stadt-Recht / unde habeatur, 1. 5. 44. Stadt-Recht / idem quod Marckt-Recht / n. 45. Stadt-Juncker / *vid. Patricius.* Stadt-Anwalt / 2. 23. 25. Stadt-Schreiber / 2. 24. 10. Stadte-Tage / 2. 26. 55. An in illis scientia superiorum opus, n. 56. Stadt-Phisicus, 2. 32. 7. Ejus officium & obligatio, n. 8. 9. & 10. Stadt-Chirurgus, n. 19. Stadts-Diener / 2. 33. 67. Stadts-Zimmermann / Maurmann / ibid. n. 83. & 84. Stadts-Bote / 2. 33. 80. Stadts-Rechnungen / 2. 46. Stadts-Wage / 2. 64. 35. Stadts-Wacht-Meister / 3. 22. 64. Stadts-Wercker / *vid. operæ publicæ.*

Status provinciales, vid. & provincia.

Olim à Ducibus adhibita, 1. 1. 62. & 63. Eorum jura unde creverint, ibid. Privilegia varia, n. 64. Privilegia in Ducatu Würtenbergico, ibid. Ordinis in Germania, n. 67. An inter hos sit comparatio cum statibus Imperii n. 69. Sunt subditi sui Principis, n. 70. Eorum auctoritas evilescit, n. 71. Inter eos referuntur Municipia, n. 72. Quinam sint in Saxonia, n. 80. In Austria, n. 81. In Ducatu Clivensi, n. 82. In Frisia, n. 83. In Ducatu Brunsvicensi, 84. In Flandria, n. 85. Si in summam contributionem consentire nolint, n. 100. Quomodo differant à Statib. Imper. 1. 1. 70.

Statuta.

Quodlibet Municipium concedere potest, 2. 34. 1. Etiam universitas jurisdictione carens, n. 2. Apud Rom. valebant in vim pacti, n. 8. Et approbationem Principis desiderabant, 9. Universalia approbanda à populo, 14. Quare horum jura competant hodie Municipiis, n. 19. 20.

20. & seq. Quatenus possint condi sine consensu superioris, n. 24. 31. & 33. Jus statendi se non extendit ultra jurisdictionem, n. 26. Non est statuendum ultra intentionem Principis, n. 27. Requisita ad statuta Municip. 28. 29. Condere quid sit, n. 32. Consultissimum est in iis adhibere consensum Principis, n. 35. Ratio, n. 36. Tolli non solent à Principe, n. 38. In rem concepta, n. 49. Qualia esse debeant, n. 61. Eorum anima, 62. Sint usualia, 63. Hæc ratione receptionis probationem non requirunt, n. 64. quid in dubio, 65. Ad non recepta Principis ligare non censetur, 66. Ampliatio, 67. Exemplum, 68. Statutorum effectus, 69. Jurans se non servaturum statuta Municip. an teneatur ad furta, 71. Quoad solennitates testandi, 83. Illa etiam in superioribus judiciis attendenda, 95. An statuta Municipalia ligent ipsum Magistratum, 120. Statutum & consuetudo quomodo differant, 2. 35. 1.

Statuta collegiorum opificum.

Quatenus condi possint, 2. 34. 15. & 3. 8. 76. In iis Magistratus Municipalis est Judex, 2. 34. 16. Quam interpretationem accipiant, 3. 8. 79. Illicita quæ, 82. A Magistratu examinanda, 83. An egeant confirmatione Superioris, 84. Statutum ne quis extra opificium ducat uxorem, 93. Ut nubatur sine dote, 101. Irrationabilia rejicienda, 103. Statutum ne alter perficiat quod alter incepit, 104. Ne molitorum, textorum, chirurgorum filii recipiantur, 105. Ne ducatur uxor antea stuprata, 109.

Statutorum abrogatio & revocatio.

Nemini ab eorum observantia facile concedenda est à Magistratu exemptio, 2. 34. 74. Quatenus tollantur per non usura, 76. Actus contrarii illa tollunt, 77. Quando in observantia non noceat, 78. An confirmatio Superioris impediat abrogationem, n. 79. & 80. Legitima statutorum revocatio, 98. Cives ægre patiuntur statuta mutari, 108. Inveterata statuta non evertenda, 116. Causa sæpe est eversionis Municipiorum, 2. 70. 28. Mutationis consectaria, 30. Novatorum genus, 34. Statutis mutatis mutantur mores, 36. Legum abrogatarum in civitatibus exempla, 39 Absque mutatione primæva statuta in Municipio vix subsistunt,

ſtunt, 40. Utilitas publica ſtatuta abrogat, 42. Mutatio in pejus non facienda, 43. Non facienda ex abrupto, 44. Conſilium in caſu mutationis ordinationum, 48.

Statutorum interpretatio.

Unde deſumenda, 2. 34. 81. Quid ſi juri communi derogent, n. 82. Facienda ſecundum literam, 84. Ex loco vicino, 86. Circa receptionem ſtatutorum quid probandum, 96. An audiendi cives de injuſtitia ſtatuti quærentes, 97.

Statutorum probatio.

Quatenus credendum alleganti ſe ſtatuta neſcire, 2. 34. 70. Quomodo edi debeant ſtatuta Municipalia, 99. Condictio ex ſtatuto, n. 100. Alleganti ſtatutum incumbit probatio, 103. Quatenus Magiſtratui de ſtatuto aſſerenti fides habenda, 104. Regula ratione probationis ſtatuti, 106.

Stipendia.

Quid circa ea Magiſtratui Municipali incumbat, 2. 30. 89. Quibus conferenda, n. 90. & 93. Sunt quaſi eleemoſynæ, n. 91. Male ſæpe erogantur, n. 92. Iis non exſtantibus quomodo ſubveniendum ſcholarium inopiæ, n. 94.

Stipendiariæ civitates.

Apud Romanos quæ? 1. 1. 10.

Studia literarum.

Eorum laus & cultura, 2. 30. 9. Cur præferenda armorum exercitio, n. 12. & 13. Quomodo tractanda in Republica, n. 15. Qui à ſtudiis arcendi, n. 16.

Studioſi Academici.

Quibusdam cur interdictum, ne extra portas habitent, 1. 7. 54. Decreti iſtius reſtrictio, n. 55. Qua exemptione in Municipiis gaudeant, 1. 16. 64. Noctu delinquentes à Magiſtratu Municipali apprehendi poſſunt, n. 65. Coram hoc litigans à cive non poteſt reconveniri, n. 66. Horum privilegium ad cauſas criminales non extendendum, n. 67. Exempla varia Academiæ Roſtochienſis, n. 69. Gripswaldenſis, n. 70. Leidenſis, n. 71.

Subditus.

Æque ac vaſallus magis eſt obligatus domino ſuo mediato quam immediato, 1. 8. 114. Magis eſt obligatus ſuo Principi, quam Princeps Imperatori, n. 115. Ejus ſubjectio jurata eſt ſtricta, n. 116. Subditi quiete viventes non expellendi, 1. 12. 26. Sunt ſpectatores comœdiæ, quam Princeps repræſentat, 1. 13. 65. Subditi eſt parere, non judicare, 1. 15. 23. Principis eſt judicare, ſubditorum obtem-

temperare, 2. 11. 13. Subditi sunt sphæra jurisdictionis, 2. 14. 50.

Subhastatio.

Est jurisdictionis voluntariæ, 2. 17. 12. Ejus ratio, n. 13.

Subjectio Municipalium vid. & obedientia.

Quæ verba eam importent, 1. 8. 12. *Metus* in materia subjectionis, n. 23. Effectus subjectionis, n. 25. 28. 34. & seq. Inducit amorem erga Principem, n. 34. Denotatur si publice imposita sunt arma Principis, n. 58. & 60. Probatur per solennem Principis introitum, n. 63. Per receptionem clavium, n. 71. Per edictorum Principalium publicam affixionem, n. 73. Per homagium, n. 74. An Municipales etiam subjecti sint Imperatori, 1. 8. 111. Subjectio jurata est stricta, n. 116. An præscribi possit contra Principem, 1. 9. 18. Est res incorporalis quæ non acquiritur sine patientia alterius, n. 23. Sapit servitutem, 1. 11. 8. Variæ subjectionis species, ibid. Opponitur libertati, n. 9. Differt à servitute, n. 41. Ejus pactum cum Superiore est reciprocum, 1. 18. 15.

Subjugare, subjugatio.

Ejus mos apud Romanos, 1. 1. 6. *vid. jugum.*

Suburbarii, suburbani.

Minorum civitatum qui sint, 1. 7. 7. Cur quidam extra muros Municipii habitent, n. 12. Civium jure utuntur, n. 13. & 14. Differunt à rusticis, n. 16. Quandoque comparantur incolis Gadämeren / n. 18. Quando pareant præfecturæ provinciali, n. 20. Distinguendi ratione LL. vestiariarum à reliquis civibus Jure Saxon. n. 19. Eorum generica & stricta appellatio, n. 23. Quatenus cum civibus intra muros habitantibus æquiparentur, n. 28. Quænam privilegia illis dempta sint, n. 30. Minora sentiunt onera civibus intra mœnia habitantibus, n. 33. Ab excubiis in necessitate non sunt immunes, n. 42. Eorum receptaculum tempore belli est civitas, n. 43. Ad cives quatenus spectent, ex regimine civitatis dignoscitur, n. 50. Obligantur quoque statutis civitatis, 2. 34. 41. Et consuetudine, 2. 35. 80.

Suburbia Municipiorum.

Sunt appendix civitatis, 1. 7. 2. Referuntur ad civitatem formaliter talem, n. 4. Propriè dicta non competunt minoribus Municipiis, n. 5. Unde fiant, n. 6. In statutis nomine urbis veniunt, n. 15. In dubio utun-

tur jure civico, n. 21. Exemplo Parochianorum, n. 22. Desuper jure civili disposita, n. 25. & 26. Hodie non obtinent, n. 27. Senatorii ordinis raro ex iis sumuntur, n. 29. Suburbio ab hostibus diruto an damni reparatio ex communi facienda, n. 36. In favorabilibus veniunt nomine civitatis, n. 48 Quando in eo natus habendus pro extraneo, n. 49.

Successor.

Observabit ea quæ prædecessor statuit, 2. 2. 14. Successores facient quod feceris prædecessoribus, n. 16.

Suffragia, vid. vota.

Superior.

Illum contra Principem adire possunt subditi, 1. 13. 27. Supremorum dicasteriorum potestas in Principes Imperii, n. 28. Ubi loquitur tacere inferior, 1. 16. 1. Ad illum non devolvitur causa nisi per appellationem, 2. 14 38. In illo requiritur virtus, 2. 22. 48. Exempla Romana, n. seqq.

Superioritas territorialis.

Sub Francorum familia, 1. 1. 57. Inducitur per insignia Principis in curia & locis publicis civitatis, 1 8. 51. An eam probet allocutio ad Principem, **mein gnädiger Herr** / 1, 8, 20. Intelligitur per **Lands-Fürst** / **Lands-Herr** / n. 22. Ejus annexum est receptio clavium, n. 71. Ei non præscribitur, 1. 9. 15. Ejus ratio, n. 16. Ejus est religionis cura, 1. 12. 32. Facta inferioribus concessione superioritas semper censetur excepta, 2. 12. 27.

Susatum.

Caput fœderis à civitatibus Comitatus Marcani initi, 1. 18. 20. **Sostische Vhede** / ibid. Deficit Tremonia, n. 21. Susatensium **Bürger-Eyde** / 2. 33. 37.

Susatense jus vetus.

Ratione donarii quod Principi adventanti offertur, 1. 8. 69. Notabilia de Jure isto, 2. 34. 87. Ex eo descendunt jura Lubecensia, n. 88. Qua ratione, n. 90. Mindenses & Lippienses usi sunt jure Susatensi, 91. **Sostische Schrade** / Unde dicatur, n. 93.

Suspensio ab officio.

Quis suspensus ab officio dicatur, 2. 33. 13. Quando salario adhuc fruatur, n. 14. Surrogatio quando præsumatur, n. 12.

Syndicus.

Land-Syndicus, **Städte**-Syndicus, 1. 1. 108. Hujus officia, ibid. In parvis Municipiis est indoctis

Con-

Consulibus adjumento, 2. 5. 45. Os ac oraculum, ibid. Immunis est à muneribus Municipalibus, 2. 9. 43. Ejus ratio, n. 44. Syndicatus instrumentum subsistit sine subscriptione 2. 21. 39. Municipii quis, 2. 23. 3. Unde dicatur, n. 5. Opus non est ubi Consules ipsi comparent, n. 4. Quomodo differat à Syndico civitatis Imperialis, n. 6. Quomodo à curatore & procuratore, n. 7. Major illi habetur fides, quam procuratori, n. 8. Duplex ejus consideratio, n. 9. & 10. In minoribus Municipiis raro constituuntur, n. 11. Ejus qualitates, n. 11. & 15. Ejus præjudicatum, n. 13. Onus, n. 14. Defendendus à plebecula, n. 16. Modus cum constituendi, n. 17. & seqq. Ratione constitutionis ejus ad alienandum, n. 23. & 24. Nomen Syndici non requiritur ubi de constituentium voluntate constat, 26. Differentia inter Syndicatum & procuratorium, n. 27. Extraneus quando in Syndicum sumendus, n. 30. Constitutus talis non removendus, n. 32. 33. Syndici cautio de rato, n. 35. & 37. Mandatum cum libera, n. 34. Quatenus civitatem obliget, n. 45. & seq. Ejus juramenta, n. 47. & seq. Illo jurante an reatus perjurii transeat in singulos de universitate, n. 49. De pluribus Syndicis constitutis, n. 53. Ex habitatione non fit civis, n. 56. Est consiliarius & ædituus Municipii, n. 57. An singulis è Municipio sit obligatus, n. 59. Ejus expensæ ob peregrinationes, n. 60. Non potest substituere, n. 61. Etiam in causa universitatis criminali constituendus, n. 62. De ejus revocatione & depositione, n. 63. & 64.

T.

Tabularii.

Qui, 2. 24. 7. Ab illis differunt tabelliones, n. 8.

Tacita concessio.

Præsumitur ex longissimi temporis silentio, 2. 12. 43. Tacens quomodo consentire videatur, ibid.

Talio.

Unde dicatur, 2. 65. 2. Est defensionis instar, n. 1. Cur inventum hoc jus, 40. Talionis species pignoratio, 3. Ejus jura quatenus competant Municipiis, 15. & 20. Ejus favor,

17. & 19. Ejus Exempla, n. 21. Ratione consuetudinis qua utitur aliud Municipium, 24. & seq. Interpretatio talis talionis, 27. In dubio de ejus jure, 28. & seqq. Quando competat in Magistr. non in personas singulas, 30. Non obtinet intuitu sententiæ iniquæ, 32. seq. Competit & contra Municipia unius provinciæ, 38. Et contra incolas unius civitatis diversæ jurisdictionis, 41.

Tecta.

Straminea non admittenda in Municipiis, 3. 4. 5. Exemplum, n. 6. De quo statuta, 7. Nec facienda ex scandulis, Deck-Spähnen / n. 8. Nec supponenda pupulis, Docken / 9.

Templa.

Templum unde dictum, 2. 29. 37. Horum origo, 2. 29. 1. Antiquitas templorum gentilium, n. 2. Hierosolymitanum, n. 3. Primorum Christianorum, n. 4. Quando horum restauratio concedenda, n. 5. Ad horum refectionem qui in Municipio concurrere debeant, n. 21. & seq. Cautela, n. 24. Collecta pro reparatione templorum, n. 25. 26. & 29. Ratio collectarum ad refectionem templorum, n. 32. Ad templi refectionem qui in Municipio concurre debeant, n. 34. & seq. Ejus refectionis causa est popularis, n. 38. Eam non impedit exstructio sacelli à Parochianis, n. 42. Ratio, n. 43. An pro ampliando templo vicinus cogatur vendere aream, n. 47. Cognitio super refectione templorum Evangelicorum ad quos spectet, n. 48.

Testamentum apud acta Municip. 2. 44. 27. Hujus valor, 28. Quid ad illud requiratur, 29. Valet & coram Senatoribus ad testatorem missis factum, 30. Valet extra territorium Municip. 31. Ejus insinuatio ad acta publica, 32. Semper à testatore potest auferri, 34. Ejus executores, 35. Etiam mulieres esse possunt, 36. Executor si deficiat, 37.

Testes, testimonium.

Testis de Municipio an ad testimonium pro Municipio admittatur, 3. 13. 1. An in causa criminali, 3. & 4. Quid in Municipio perparvo, 5. Testimonium Municipalium contra extraneum, 8. In causa quæ respicit utilitatem generalem Municipii, 9. Testes causam Municipalem suam facientes, 10. Si controversia non concernit universitatem sed singulos, 11. Exempla, ibid. Ratio, 13.

Quan-

Quando causa censetur spectare ad universitatem non ad singulos, 14. Si per alios quam Municipales factum probari queat, 15. Si testes extranei cum testibus de universitate concurrant, 16. Testis de universitate non est omni exceptione major, 17. Quandoque turba civitatis in testimonium produci possit, 18. Quinam intelligantur in causa universitatis testes peregrini, 19.

Testimoniales literæ opificum.

Recipiendus in collegium illas proferre debet, 3. 8. 85. Quænam illis inserenda non sint, 105.

Testimoniales literæ neo-civium.

Cur proferendæ, 3. 1. 62. Quid contineant, 69. Geburts-Briefe/Mann-Recht/68. Desuper Constitutiones, n. 70. & seq. Non aufferendæ per præscriptionem, n. 72. Exempla civitatum desuper privilegiatarum, 76. In præscriptione quæ excludit has literas adesse debet bona fides, 79.

Thesaurus.

Quid sit, 2. 48. 1. Quando pecunia reperta pro tali habenda, 4. Refertur ad regalia, 6. Si in loco Municipii inventus sit, 14. 15. Qua actione Municipium repetat eum, 16. 17. Inventus in loco sacro, 18. In domo vendita ante traditionem 23. Inventor occultans thesaurum, 19.

Thoren-Kasten / *vid. Numella.*

Timor vid. metus.

Titulus.

Non juvat violentos possessores, 1. 11. 6. Titulares officiales Principis quo privilegio in Municipiis gaudeant, 1. 16. 36. & 41. & 42.

Tolerantia.

In actu successivo comparatur mandato, 1. 14. 20.

Tortura, tortus.

Injuste tortus quatenus regressum suum habeat contra Magistratum Municipalem, 3. 39. 44. Si ex culpa vel dolo injusta tortura injungatur, 45. Quando excusandus hoc casu Magistratus, 46. & 47. Habet quod sibi imputet reus, 48.

Transactio.

Ad illam in manifestis & claris nemo à Magistratu invitus adigendus, 2. 16. 34. Ea nemo lædendus, n. 35. Nec super eam facienda mala ut eveniant bona, n. 36. Læsio est abominabilis, 37.

Transitus captivi vid. delinquens.

Transmissio actorum.

Ad decisionem impartialem, 2. 16. 43. Per eam omnis suspicio rejicitur, n. 44. Quæ in illa

fiat

ſint obſervanda, n. 45. Quorum uno amiſſo ſententia vitiatur, n. 46. Cujus ſumptibus facienda, n. 47.

Tribuni plebis.

Horum poteſtas varia in Municipiis, 2. 23. 21. Exemplum Norimbergæ & Auguſtæ, n. 22. Eorum ne ſit nimia auctoritas in Municipiis, 2. 70. 77. Auctoritatis ejus magna incommoda, 78. Gradus uſurpatæ iſtius potentiæ apud Romanos 80. Abuſus ille paulatim corrigendus, 81.

Tributariæ civitates.

Apud Romanos quæ, 1. 1. 9.

Tributum vid. & collecta.

Reſultat ex ſubjectione, 1. 8. 36. Tributorum finis, ibid. Effectus Majeſtatis in tributis, n. 37. Tributorum æquitas eſt æqualitas, 2. 45. 42. Tribuit civitati jus prælationis, 2. 49. 20. & 22. Si creditor privatus ante onus hoc ſibi de hypotheca proſpexit, 24.

Tumultus.

In parvis Municipiis non ſolet eſſe magnus, 3. 40. 4. Ei occurrendum eſt tempore, 8. ſeq. Quibus mediis præcavendus, 13. & ſeq. Seditioſi ſopiendi per eos qui demulcere poſſunt, 17. Non permittenda noxia conventicula, 19. Seditiones ſi qua in civitate, 22. Modus evitandi ſuſpicionem ſeditionis, 24. Tumultuoſa reſiſtentia executionis, 33. Auctores tumultus ſeverius puniendi, 34. In materia diſſenſionis Municip. ſimul agitur cauſa Principis, 43. Principis officium in querela ſuper tumultu, 45.

Turbatio juris electionis à Principe.

Eo caſu habet Municipium pro ſe fundatum remedium poſſeſſorium, 2. 11. 1. Niſi fuerit neglectum hoc jus, n. 2. An Princeps obtrudere volens à ſe nominatum contra jus electionis agere poſſit interdicto uti poſſidetis, n. 3. & 4. Si Princeps & Municipales pariter quem eligant, cui interim parendum, n. 5. Ratio, n. 6. Si jure ſuo uti velit Princeps, n. 8. Abuſus liberæ electionis illam tollit, n. 9.

Turbatum jus civitatis.

Quænam in eo Municipium habeat remedia, 2. 68. 53. & ſeq. Aditio ſuperioris hoc caſu, 60. Controverſiæ talis competens judex eſt camera, 56.

Tutela.

An ab ea Magiſtratus ipſe excuſandus, 2. 36. 2. Quatenus Senatores, 22. Eorum in ea officium, 23.

Tutelæ actio ſubſidiaria.

In Magiſtratus quo jure competat,

tat, 2. 37. 1. Qua ratione conveniendus, 4. Qui actione hac tentantur, 7. & 8. Quando detur, 9. Quid Magistratus pro ea evitanda probare cogatur, 12. Ad quid actio competat, 14. Qualiter teneatur, 16. Ordo procedendi in actione hac, 17. An ob actionem hanc competat pupillo tacita hypotheca, 18. Competit & contra Magistratus heredes, 20. An hodie in desuetudinem abierit, 21. & seq.

Tutelæ rationes, vid. R.

Tutores.

Non gravandi satisdatione, 2. 36. 17. Honorarii, 19. Horum appellatio, 20. Quatenus, ne sint pupilli debitores vel creditores, 24. Pœna si qualitatem hanc dissimulent, 25. Quando qualitas hæc non obstet, 26. Tutorum remotio, 27. Cognitio de suspectis tutoribus, 28. Quibus Municipibus competat, 29. Causæ suspicionis, 30. Confirmatio tutorum, 33. Quid tribuat, 34. Quando cesset, 37.

Tutoris cum administratore civitatis comparatio.

Quatenus procedat, 2. 7. 8. Uterque gaudet beneficio divisionis, n. 9. Sumptus non necessarios non repetunt, n. 10. Pecunia otiosa exponenda fœnori, n. 11. Ad utrumque pertinet periculum nominum, 12. Rationes reddendæ pari modo, n. 13. Error calculi corrigitur, n. 14. Uterque tenetur de dolo & negligentia, n. 15. Invitus ad administrationem subeundam compelli potest, 2. 9. 31.

Tutorum datio.

An sit imperii vel jurisd. 2. 36. 1. Cui competat, 2. Quibus olim, 3. Quibus hodie, 4. Quando & quibus casibus, 13. Quo jure competat Magistratui Municip. 5. & seq. Quatenus jure Magistratus, 7. Quis dandus, 9. Si non subjectus detur, 10. Si ex loco vicino, 11. De ea Ordinatio Caroli V. Imp. 15.

Tyrannus.

Ab eo metus impressus præsumitur durare, 1. 11. 23. Ejus proprium nomen, 1. 13. 42. Illud transivit in odium, n. 43. Titulo talis, 44. Exercitio talis, 45 Commune horum tyrannorum, 46. Talis non est omnis Princeps iniquus, 47. Eum non facit negligentia, 48. Nec vitia privata, 49. Exercens actum tyranni, cum non est tyrannus, 51. Non feriendus sed ferendus, 54. Cur 55 Tyranni ut socia animalia ad aliquid adhuc prosunt, 57. Sunt carnifices, quibus Deus utitur ad puniendum, 58. Sunt Ministri

Dei, 59. Se ipsos puniunt, n. 70. Sceleris in scelere supplicium, 71. Ejus potestas in subditum major, quam patris vel domini, 3. 38. 34.

U. V.

Vacantia bona, vid. B.

Vasallagii jus in Municipio.

Quodnam, 2. 54. 13. Renovatio investituræ quando à Municipio facienda, 15. Ein Lehen-Träger ex Munic. constituendus, 16. Si constitutus vivat & constituens mortuus sit, 18. Si civitas sit negligens in petenda renovatione investituræ, 22. Si sit in dolo, 24.

Vasallus.

Qualem is se nominet domino suo, 1. 8. 16. Magis est obligatus domino mediato quam immediato, 1. 8. 114. Sine domini consensu non potest alienare, 1. 10. 39. Nec invitus in alium transferri, n. 40. Inter hunc & dominum obligatio reciproca, n. 42. Baldi responsum ratione vasallorum sub Ducatu Mediolan. ab Imp. Frider. translatorum, n. 43. Quid illi faciendum in bello defensivo de cujus justitia dubitatur, 1. 13. 77. Obligatio vasalli erga dominum tanta non est, quanta subditi erga Principem 1. 15. 3.

Vectigales civitates.

Quænam sic dictæ apud Romanos, 1. 1. 9.

Vectigalia.

Eorum conductus Fiscalium erat privilegiatus apud Romanos, 1. 6. 32. Reipublicæ, n. 67. Vectigalis regulariter capax non est Municipium, 2. 63. 27. Ejus descriptio & synonima, 28. Magis est odium quam gabella, 3. 19. 29.

Venatio.

Olim erat cuique libera, 3. 25. 1. Hodie restricta, 5. Cur jus venandi Principes sibi attribuant, 9. Est regale, 12. An prohibita venatione quis capitali pœna afficiendus, 14. Hohe Jagt/ Wild-Bahn/ 18. Venandi jus feras minores habent Munic. 26. Quo jure 27. Etiam in alio territorio, 28. Concessa Municipiis venatio quomodo interpretanda, 30. Caprearum venatio qualis, 31. Municipio jus venandi concessum an & comprehen-

hendat, das Pürschen und Schiessen / 33. Venatio certo tempore interdicenda Municipiis, 38. Ordo venandi in Municipiis, 39. Columbarum prohibita, 49. Samten-Jagt/55. Vor-Jagt / Um-Jagt / 57. Precaria venatio, 58. Abactus ferarum majorum etiam prohibita venatione 65. Prosecutio ferarum, Nachsetzen/66.

Verbum, vox, dictio.

Complurium, vocis istius significatio, 1. 6. 22. Verba sequentia declarant praecedentia, n. 25. Volck / unde dicatur, n. 44. Aliquis praesupponit pluralitatem, 68. Gehorsam / getreu / hold und gewärtig / quid importet, 1. 8. 12. Unterthan / unterthänig / n. 13. Voces illae non semper subjectionem arguunt, n. 14. Gehorsam / proprie quid denotet, n. 15. Gewärtig / hold / quid designet, n. 18. Vocabula haec simul sumpta plus quam civitatis contestationem arguunt, n. 19. Verba juxta usum & morem interpretanda, n. 21. In obligationibus, nach alter hergebrachter Gewohnheit dieser Stadt / 2. 58. 18. Und quid operetur, n. 66. Verborum interpretatio qui facienda, n. 67.

Versura pecuniae publicae.

Difficilis est probationis, 2. 58. 23. Quae pro ea praesumtio, 24. Retectio ad commodum civitatis eam arguit, 26. Item comparatio fundi pro modica summa, 27. Ejus probatio committitur arbitrio judicis, 28. Non sufficit inserere instrumento pecuniam esse versam in utilitatem publicam, 29. Cur tali confessioni non credatur, 30. Quomodo in minoribus oppidis contrahatur ad probationem versurae, 31. Versurae probatae effectus, 42. Exceptio 43. Versura est privilegium civitatum non privatorum, 1. 6. 71.

Vestes, leges vestiariae.

Fastuosa vestium superbia, 2. 70. 84. seq. Dudum ultra conditionem cujusque notatus est fastus ille, 88. Cum egestate augetur luxus ille, 89. Prima vestis pudorem indicans, 3. 9. 1. Antiquiorum vestes, 2. Byssus rarissima vestimentorum materia, 7. Carbasus maximi pretii, 8. Vestes pellucidae, 9. Vestimenta rariora Principibus dicta, 10. Veteres utebantur lana patria, 11. Vestium luxus cohibendus, 12. Ratio, 25. & seqq. Leges vestiarias condit Magistratus Municipalis, 16. Quo funda-

mento, 19. & ſeq, Legem veſtiariam tulit ipſe Deus, 22. Diſtinctio veſtium ab Imperatoribus, 23. Germanorum antiqua veſtium conſtantia, 27. Veterum Imperatorum & Regum frugalitas in veſtitu, 29. Exempla, 30. & ſeq. Defectus affectatus in veſtitu, 35. Lex veterum Francorum de veſtitu 36. Fœminæ in eo magis excedunt viris, 38. Germani hodierni in veſtitu exteros male imitantur, 41. 43. Romani tenaces erant in ſervando patrio veſtium decore, 44. Kleider-Ordnung / 46. An pœnam legis veſtiariæ incurrat qui veſtem fieri fecit ſed non portavit, 47. Leges veſtiariæ apud Perſas, 48. Athenienſium Gyneconomi 49. Laconum lex circa veſtimenta, 50.

Vexillum nundinale.

Signum hoc idem eſt campanæ ſonitus in nundinis ſolennibus, 2. 56. 37. Etiam illud dominus civilis juriſdictionis erigere poteſt, n. 36.

Via.

Unde dicatur, 2. 63. Publica Land-Straſſe / n. 2. 3. & 6. Refertur inter regalia, 11. Regale viæ publicæ, 49. Hell-Weg / unde dicatur, 4. Publicæ viæ latitudo, 8. Vicinalis, 9. Quid de viis publicis ad Municip. ſpectet, 12. Suprema viarum inſpectio, 14. Earum incommoda & emolumenta, 15. Viarum curatores apud Romanos, n. 17. & ſeqq. Ædilium cura circa vias, 21. Sacra viarum cura, 22. Viarum neglectus Municipiis nocuus, 23. & ſeq. Weg-Meiſter / 26. Viarum refectio, 34. Eſt inſtar cauſæ piæ, 3. 23. 26. & ſeq. Viæ ſtercorationum, 2. 63, 37. A collectis pro viarum reparatione immunis non eſt Eccleſia, 38. Si via publica amiſſa, 43. Ejus devaſtatio facto privati contingens, n. 45. In via publica cognitio de criminibus cui competat, 46. Via Regia per Municipia tendens in civitate deſinit, 50. Quid de cadavere in via publica reperto, n. 51. & ſeq. Via poſtarum, 63.

Vicinus, vicina.

Is cogitur præſtare viam publicam amiſſam, 2. 63. 43. Cur onus id ei incumbat, 44. Cum vicinis exteris conſervanda amicitia, 2. 70. 120. Violenta vicinorum invaſio à Principe avertenda, 121. Vicinorum odium multa fert incommoda, 122. ſeq. Contra vicinum rixoſum præſumptio, 3. 3. 45. In favorabilibus quis

pro vicino habendus, 47. Quis in odiosis, n. 48. Quatenus vicinia determinetur, 49. Boni vicini commoda, 50. De fructibus in vicini hortum cadentibus 3. 5. 22. & 24. An ramus vicinæ arboris succedere possit, 25. An ob vicinitatem in conductione præferentia fit, 3. 14. 49. Jus Mindense de hoc, 50.

Vicus.

Quis fuerit, 1. 1. 26. & 1. 5. 16. Vicus in urbe quis, n. 18. Urbes desinentes in vic. 1. 2. n. fin. Ex vico ortus patriam habet civitatem adjacentem, 3. 1. 138.

Vidua.

Officialis quo jure gaudeat in Municipio, 1. 16. 47. Artificis per famulos exercere potest artem opificiariam, 3. 8. 90. An ducens viduam lictoris sit excludendus à collegio opificum, 117. Viduæ renubenti non nocet vitium ex priori matrimonio, 118. Exempti quatenus immunitate fruatur, 3. 18. 23.

Villa, vid. & pagus.

Ejus descriptio, 1. 5. 19. Unde dicatur, n. 20.

Vinum, vid. & œnopolium.

Quando in Germania & Gallia innotuerit, 2. 67. 1. Quatenus infunderint veteres, 5. & seq. Diffundere quid, 12. Ejus curam gerebant Consules Rom. 14. Consulare, 15. De meliore nota, 16. Vetustate commendatur, 17. Domesticum, 11. Recondere an liceat stante œnopolii jure, 28. seq. Consuetudine talis reconditio cessat, 32. Illius consuet. æquitas, 33. Exoticum semper carius, 42. Pro vino acetum non vendendum, 44. Jugulare vinum, 49. Vini taxa publica, 54. Aromaticum, 58. Vinum honoris, Ehren-Wein / Ejus oblatio, 1. 8. 70.

Violentia in conscientias.

De ea Achæorum prætoris, dictum notabile, 1. 12. 14. Ratione ejus quatenus gratificandum superiori, n. 15. Gladio & igne in illam nihil efficitur, n. 16. Non Apostoliæ sed Pistoliæ non legibus sed legionibus disputare syllogismum ex aqua & igne, n. 17.

Virginitas.

Ejus indicia maxime fallacia, 2. 32. 46. vid. & obstetrices.

Vis, violentia.

In juramento præstando non obligat, 1. 9. 25. Qui scit se posse compelli dicitur coactus facere, etsi sponte se facere dicat,

1. 9. 26. Timentes sæpe rident, n. 27. Extortum non est liberum, n. 28. Vi possessa non acquiruntur præscriptione 1. 11. 5. Violentiam non juvat titulus, 6. Vi quæsitæ dominationes firmantur ex voluntate tacita, n. 25. Sanatur longo tempore & accedente consensu, n. 39. Requisita pro sanando vitio coactionis, n. 40. Tractatu temporis in consensum transit, n. 44. Coacta voluntas etiam est voluntas, n. 45. Omnis violentia est prohibita, 1. 13. 53.

Vitricus, noverca.

Non excludit legitimos liberos à successione parentum, 2. 35. 41. Rationes, 43. & seq. Sunt personæ extraneæ respectu privignorum, n. 44. Contra hos provideat Magistr. in favorem liberorum prioris thori, 2. 36. 54.

Unio prolium.

Quid sit, 2. 17. 8. Ejus requisita, n. 9. 10. An illa possint per consuetudinem restringi, n. 11. Ejus requisita, 3. 36. 53.

Universitas.

Pro civitate, 1. 2. 75. Universitas quotuplex, n. 76. Quæ sit, n. 77. Quomodo à civitate differat, n. 78. Per universitatem transeunt quæ sola non alienantur, 1. 10. 25. Non debet in ea alii nocere quod fit ab alio, 1. 10. 64. Aliud est universitas aliud singuli in ea, n. 65. Ejus consensus non probatus, si singuli diversis temporibus quid fecerint, n. 66. Vel si unus hodie cras alter consentiat, n. 67. Universitati quatenus insit animus, 68. Est nomen juris animo carens & intellectu, 1. 14. 26. Consideratur vel in abstracto, vel concreto, n. 27. Illi competunt quædam proprie & per se, n. 29. Quædam ex derivatione singulorum, n. 30. Quatenus non possit edere actiones meriti, n. 31. Personæ vicem sustinet, n. 28. In illa ordo differentiæ servandus, 2. 22. 44. Per constitutas actiones proponit, 2. 23. 1. Quare, n. 2. Est persona repræsentata per singulos, 2. 61. 34.

Universitatis delictum vid. D.

Vogel-Schiessen.

Exercitium campestre, 5. 24. 20. Exulavit è Munic. 22. Quando in Municipiis nostris exercitium hoc haberi soleat, 56. Cur à plerisque in tertium Festi Pentecostalis diem remittatur, 57.

Vota, votatio.

Jus votandi in curiis, 2. 25. 9. Ea collectandi methodus, ibid. n. 36. Vota aperta & tacita, n. 10. Ad illa multi non eunt sed feruntur, n. 12. An utile in Senatu, ut juniores primum dent votum, n. 15. & seq. Votorum majoritas & sanioritas, n. 19. Ponderanda non numeranda, 20. Majora quando concludant, n. 21. Quando non, n. 23. Quid in Comitiis Imp. n. 24. Si vota curiæ sint paria, n. 25. Eorum effectus. n. 28. & seq. De dissentiente minore parte, n. 30. De majoritate votorum, n. 31. 32. & 33. Post conclusionem à voto non resiliendum, n. 34. Præsentium in votando habetur ratio, n. 35. De numero duarum partium votando, 37. & seq. Constantia in votando, n. 53. & 54. In illis deponendæ sunt passiones favoris & odii, n. 56. & 63. Cessent privatæ offensiones, n. 64. Non omnis contentio in deliberando pro rixa habetur, n. 65.

Voluntas.

Etiam coacta talis est, 1. 11. 45. Quod voluntatis initio est post fit necessitatis n. 46.

Urbs, vid. & civitas.

Urbs unde dicatur, 7. 2. 41. Duo hæc sunt æquipollentia, n. 44. Urbium Germanicarum initium, 1. 2. 83. 84. 86. Earum communis terminatio, n. 87. Urbs pro Roma 1. 6. 29.

Usura.

Competunt civitatibus ex nudo pacto, 1. 6. 70. Ex pecunia civitati donationis causa promissa, n. 73. Pro usu apud veteres, 3. 35. 9. In sensu juris, 10. Wucher / unde dicatur, 12. Jur. Saxon. de ea nihil dispositum, 15. Ejus causa & principium, 16. Quomodo differat ab emptione annuorum redituum, 18. Interesse pro usura, 20. Ejus fundamentum, 22.

Usus fructus.

Si civitati legitur, quando omittatur, 2. 61. 12. Ejus amissio facta ratione rei, n. 13. Ratione temporis, 14.

Vulgus.

Illi sicut pueris omne novum est in prætio 2. 1. 32. & 2. 4. 2. Ejus judicium & favor, 2. 3. 29. Ei qui fidit luto inædificat, n. 30. Exemplum Sodorii Horentin. n. 31. Gratia popularis non est solida, 32. Augusti de

ea votum, n. 33. Qui pro vulgo habendi, 2. 8. 2. Ejus descriptio & mores, n. 3. & 2. 14. 25. Est monstrum & bellua, 2. 1. 5. Ratione gildarum ad Magistr. adspirans, n. 9. Et pueri eodem modo sanari volunt, n. 10. Si ab honoribus excluderetur, plena foret civitas hostium, n. 11. Saltem externis movetur, n. 17. Nescire quædam oportet, n. 18. Est bestia indomita, 2. 14. 20. Sine jurisdictionis capistro, n. 21. & seq. vulgo se nimis non vulgandum, 2. 22. 7. Tutius existimat servum esse & divitem quam liberum & egenum, 2. 25. 60.

Uxor.

Est in potestate viri, 3. 7. 1. & seqq. Non est viri famula, 5. Ejus subjectio, 6. Quatenus maritus ejus sit dominus, 7. Præstet officia non operas, 8. Jus corrigendi uxorem à marito, 9. Quomodo corrigenda, 16. Verberibus non coercendæ, 18. & seqq. Mulieres vapulantes primum ictum malleo lotoria, 26. Mulierum vitiosa loquacitas, 27. Epitaphia in has, 28. Non est serva sed condomina, 34.

W.

Wage / Stadts Wage.

Earum usus, 2. 64. 35. Imponendum est ponderibus publicis signaculum civitatis, 37.

Wacht / wachen.

Unde dicatur, 3. 22. 3. Gassen/ Cassen / vocis proprius & improprius sensus, 4. Wacta quid, 5. Nacht-Wächter / eorum officium, n. 17. Thurn-Wächter / 16. Wacht-Geld / 29. Wacht-Häuser / corps de gardes ædificiorum horum impensæ 58. Wacht-Meister / 64.

Waldemey.

Westfal. unde dicatur, 3. 28. 19.

Warte.

Warth Thürne / speculæ, earum usus, 2. 62. 24. Earum custodes Wärtner / 25.

Waysen.

Wäysen-Häuser / Wäysen-Vater / 2. 31. 16. Wäysen-Ordnung / n. 19. & 20. Wäysen-Herr / n. 16.

Wedel.

A Welle / pro modica domorum

rum congerie, 1. 5. 21. Terminationes Municipiorum in Wedel / à villa, n. 22.

Weg-Geld.

Quid sit, 2. 36. 29. Cur concedatur Mun. à Principe, 30. Conceditur pro viarum expenso, 31. Exactio illa non convertenda in vectigal, 33.

Weg-Weiser.

Hodogi eorum exstructio & reparatio, 2. 63. 40.

Wein / *& composit.*

Wein-Schanck / 2, 67. 3. Rahts-Wein-Keller / curiæ vicina, 4. Wein-Conductores, 23. Wein-Accise / 29. Ejus æquitas, 30. Wein schencken / eorum officium, 51. Ad doliorum orificia accedere non debent, 52. Korn-Brannteweín / Fusel / Incentitium otii est, 2. 70. 100. Venenati potus istius incommoda, 101. Male dicitur aqua vitæ, 102. Quid spiritus ille obsumat, 106. Quando destillationes ejusmodi permissæ, 109.

Wette / Wehr-Geld / *vid. emenda.*

Wicbold.

Westfalicum pro parvo Municipio. 1. 5. 25.

Wochen-Marckt.

Nundinæ hebdomodariæ, 2. 56. 14. Quænam Municipia eas instituere possint, 15. Earum usus & instituti ratio, 16. Earum restrictio ad rem frumentariam, n. 18. & 19.

Wurtenbergiæ Ducatus.

In eo status provinciales magnis pollent privilegiis, 1. 1. 64.

Wyck.

Pro vico, 1. 5. 17. Terminationes civitatum in Wyck / ibid. n. fin.

Z.

Zehendte Pfenning / *vid. detractionis jus.*

Zetter-Geschrey.

Quid de Jur. Saxon. 2. 53. 32. Ejus formula, 33. Effectus ejus, 57. In quibus criminibus accusatio cum clamore facienda, 58.

Ziegel-Ofen / Ziegel-Steine.

Instituenda ædificantium commoditatis, 3. 3. 15. An pro coquendis lateribus cogendi cives ut prædia vendant, n. 16.
Ziegel-Herren / 17.
Ziegeuner / vid. Cingari.
Zoll.
Pœna eorum, die den Zoll verfahren / 2. 39. 13.
Zunfft / vid. opificum collegia.

FINIS.

Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Zahn, Balthasar Conrad, / Zahn, Theodor Ernst, / Herbst, Michael.

Politia Municipalis Sive De jure & jurisdictione civitatum Municipalium ac Superiorem recognoscentium earundemq[ue] Magistr. & civium officio Tractatus Juridico-Politicus Cujus Ichnographia jam aliquoties prodiit

Lippiæ 1713

4 J.germ. 190 d
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10510727-2
VD18 14775220